

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA.

TOMVS XVIIII.

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

AVSPICIIS
SOCIETATIS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

EDIDIT
GEORGIVS HEINRICVS PERTZ
SERENISSIMO BORVSSIAE REGI A CONSIL. REGIM. INT. BIBLIOTHECAE REGIAE PRAEFECTVS.

SCRIPTORVM
TOMVS XVIIII.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII AVLICI HAHNIANI
MDCCCLXVI.




TOMO SCRIPTORUM UNDEVICESIMO CONTINENTUR:

ANNALIUM GERMANIAE PARS RELIQUA.

INDICES LIBRORUM QUI TOMIS SCRIPTORUM SEDECIM I—XII. XVI—XVIIII. HABENTUR.

I. INDEX CHRONOLOGICUS.

II. INDEX ALPHABETICUS.



Undevicesimus Scriptorum Tomus primo loco annalium Italiae partem alteram sistit, annales scilicet aevo Suevico et sequente saeculo in Marca Veronensi, Tuscia, terra ecclesiae Romanae et in regno Siciliae conscriptos, quibus annales Barcinonenses et nuper in Scotia a me reperti annales antiquissimi Lindisfarnenses et Dunelmenses atque libri tres gestorum Cnutonis regis celeberrimi accedunt. Quos excipiunt reliqui Germaniae annales, in provinciis eo maxime aevo Germaniae adnexis, Pomerania, Prussia, Livonia et Silesia conscripti; et ultimo tandem loco annales Poloniae, quorum ex bibliothecis Silesiae, Prussiae, Galiciae, Poloniae et Russiae conquirendorum curam socio nostro Wilhelmo Arndt Ph. D. ea lege commisi, ut eis edendis quoque una cum viro rerum Polonicarum peritissimo D. Richardo Roepell professore Wratislaviensi operam navaret. Quorum viribus iunctis id effectum est, ut iam et hanc historiarum

partem hucusque multo obscuriorem, luci studiisque communibus redditam iure gaudere possimus.

Vicesimus Scriptorum tomus antiquiora Suevici aevi chronica, inprimis Ottonis Frisingensis libros iam praelo paratos exhibebit.

Dabam Berolini in Bibliotheca Regia a. d. 15. Kalendas Novembres anni 1865.

ANNALES VERONENSES.

Verona civitas inde ab antiquis Romanorum temporibus usque ad nostros dies situ, armis, aedificiis, festivitatibus et ingeniorum cultu celeberrima, pauca tantum historicorum per medium aevum monumenta reliquit. Et quum saeculis duodecimo et decimo tertio praecipuum inter Italiae superioris civitates locum obtineret, annalium parcam tantum messem nobis praebuit. Quos inter aetate aeque ac sterilitate primum locum obtinent

1) Annales breves *annorum* 1095—1178, *ex codice saeculi XV. bibliothecae Sancti Marci Venetae nuper cura V. Cl. Caroli d'Arco in fronte annalium Mantuanorum vulgati*[1]. *Codex inter Italos classis IX. numero* 284 *signatus et ex antiquiore derivatus, compluribus locis antiquum auctorem vel haud fideliter referre videtur, vel eum errasse testatur, dum anno* 1146 *Morbium civem Veronensem imperatorem vocat et anno* 1176 *Fridericum I. imperatorem obiisse scribit; plurimum tamen cum*

2) Annalibus Sanctae Trinitatis *congruit. Qui quidem leguntur in codice inter Vaticanos Palatino numero* 927 *signato, membranaceo saeculi XII, quem anno* 1181 *in monasterio sanctae Trinitatis supra clivum montis Oliveti extra urbem Veronam exaratum primus Biancolini in historia episcoporum Veronae anno* 1760 *publici iuris fecerat, nos vero a Bethmanno nostro diligentius lustratum et bis exscriptum denique proponimus. Bethmanno teste liber una manu continua exaratus fuit; scriba post excerpta ex Orosio, Iustino, Beda, Eusebio, Eutropio, Cassiodoro, de adventu Gothorum, de forma Attilae, de adventu Odoachari, Pauli historiam Langobardorum cum continuatione, tum annorum numeros* 1117—1181 *posuit iisque eodem atramento adnotationes addidit procul dubio ex alio codice antiquiore Veronensi depromtas. Anni* 1182—1199 *una cum adnotationibus vario tempore aut idem scriba aut alii complures eius aevi subiecerunt; continuatio annorum* 1200—1222 *tribus diversis auctoribus debetur. Hinc orsus*

3) Parisius de Cereta, *vico Veronae vicino*[2], *gesta sui praecipue temporis in Verona, Lombardia et Italia ad perpetuam rei memoriam conscripsit. Liber inde ab anno* 1206 *temporum vicissitudines oculis proponit, stilo simplici, animo ut videtur quantum inter calamitates publicas privatasque fieri poterat a partium studio alieno, licet eum parti ecclesiae addictum fuisse fortasse ex itinere anno* 1233 *Romam suscepto coniicere liceat. Ezelini praecipue et Mastini de la Scala tempora celebrat, et in caede Mastini stilum deponit. Textum Muratorius ope codicis in bibliotheca Mutinensi adservati primus evulgavit, adiecta continuatione annorum* 1301—1374, *paucis sententiis cum libro Parisii connexa, quam ut a proposito nostro alienam hoc loco omitti placuit. Textus paucis tantum locis medela eguit.*

1) pag. 27. 28. tomi primi partis primae Archivi historici Itali novi. 2) prope Voltam in dextra Mincii.

ANNALES BREVES.

In anno 1095. fuit fames valida in universo.

1101. marchio Bonifatius pater comitisse Matilde obiit[a].

1115. comitissa Matilda obiit.

1117. fuit terre motus magnus.

1135. episcopus Bernardus de Verona obiit, et marchio Albertus obiit.

1142. comes Malregulatus obiit.

ANNALES SANCTAE TRINITATIS.

Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi 1117. indictione decima, 2. Iduum Ianuarii consecratum est hoc templum in honore sanctae trinitatis et beatae Mariae semper virginis et omnium sanctorum. Hoc anno multe turres et innumerabilia edificia propter terre motum per Longobardiam et alias terras corruerunt.

Anno Domini 1118. hobiit Pascalis papa.

Anno 1119. hobiit Gelasius papa.

1125. hobiit Calixtus papa et imperator Henricus quartus, atque in regem et imperatorem elevatus est Lotharius.

1127. Padus fluvius sic congelatus est, ut ab una ripa usque ad aliam milites super glaciem in equis transirent.

1128. Fulco marchio hobiit 18. Kal. Ianuarii.

1131. hobiit Honorius papa.

1132. Lotharius rex cum exercitu in Longobardiam venit. Inde ipse ad Romam ivit, et coronatus est ibi a domno papa Innocentio II. Tunc enim Petri Leonis filius sancti Petri aecclesiam vi optinebat. Eodem vero anno 4. Nonas Augusti sol obscuratus est.

Eodemque scilicet anno 17. Kal. Decembris[b], 1135. hobiit Bernardus Veronensis episcopus.

1136. 8. Kalend. Decembris hobiit Redalda.

1137. 4. Idus Novembris hobiit Vivianus, qui hoc monasterium cepit et ad finem simul cum claustra perduxit.

1139. fluvius aquae Athesis inundavit 3. Kal. Septembris.

1141. arx Garde capta est 8. Kal. Martias.

1142.

ANNALES PARISII DE CERETA.

In Christi nomine Amen. Liber ad perpetuam rei memoriam retinendam pro futuris temporibus, de multis rebus in praesenti chronica actis, et gestis in Italia in partibus Lombardiae, et praecipue in Verona.

1117. terrae motus factus est magnus in Italia, ita et taliter quod non fuit talis ab initio seculi, et fuit 4. Iunii dicti millesimi.

1132. dominus Luiterius rex Romanorum cum suo exercitu fuit in Lombardia, et anno praedicto ivit Romam.

1142. Marcus Regulus comes Sancti Bonifacii decessit.

a) *ita constanter correxi lectionem editi* obuit. b) *supplendum videtur:* consecratum est altare maius ecclesiae nostrae; *cf.* *Biancolini chiese di Verona* VIII, 268.

ANNALES BREVES.

1146. amputati fuerunt nasi Veronensibus a Teutonicis supra lapidem batisterie, ut maior esset memoria. Et in ipso anno interfectus fuit Henricus Morbius imperator.

1149. combusta fuit porta sancti Zenonis, et captum fuit castrum sancti Petri de Verona.

1151 hedificatum fuit castrum Hostilie a Veronensibus.

1152. lata fuit sententia dicti castri Hostilie contra Mantuanos.

1154. imperator Friderichus Rubeus primo intravit Italiam.

1156. mons Aureus[a, 2] fuit combustus.

1162. dictus imperator destruxit Mediolanum.

1164. Pilius cum 10 aliis

ANNALES SANCTAE TRINITATIS.

1143. Innocentius papa II. hobiit.

1144. hobiit Celestinus papa II.

1145. hobiit Lucius papa.

1146. factus est puteus in claustro sanctae Trinitatis. Eodem anno in Kalendis Martii fuit interfectus Henricus Morbius.

1149. . . . . 17. Kalendas Septembris.

1150.

1151.

1152.

1153. hobiit Eugenius papa III.

1154. Federicus rex cum exercitu in Longobardiam venit. Hobiit Anastasius papa IV.

1155.

1156.

1157. Tebaldus Veronensis episcopus hobiit 6. Idus Maias.

1158. iterum Federicus imperator cum exercitu in Longobardiam venit, atque Mediolanum tamdiu obsedit, donec acceptis haud paucis obsidibus ab eis recessit. Porro Mediolanenses eum ex Italia recedere putantes, Tricium sibi deditum ceperunt, et sic rebelles extiterunt.

1159. Adrianus papa hobiit. Tunc scisma exortum est de papatu inter Rolandum et Octavianum.

1161. Hic hobiit 4. Idus Iunii meus egregius pater Valerianus. Filius iste fuit magni quondam Guilielmi. Iterum Federicus circa Mediolanum se posuit.

1162.

1163.

1164. rex Fredericus cum

ANNALES PARISII DE CERETA.

1162. domnus Fredericus Romanorum imperator civitatem Mediolani totaliter destruxit.

1164. die 10. Septembris,

a) amēus c.

2) secundo a Verona lapide situs.

ANNALES BREVES.	ANNALES SANCTAE TRINITATIS.	ANNALES PARISII DE CERETA.
militibus interfectus fuit supra carcerem.	exercitu magno, et Veronenses cum militibus et populo de tota marchia, per quinque dies in campo steterunt. Et hoc fuit circa festivitatem sancti Iohannis baptiste. Et eodem anno 17. Kal. Octubris interfecti sunt iuxta ecclesiam sancti Marci septem capitanei et quattuor vavasores.	Pilius avus Azonis de Nichexola de Verona cum decem aliis civibus Veronensibus interfecti fuerunt in carceribus Veronae, quia tradere volebant civitatem Veronae dicto Frederico imperatori. Et fuit dictus imperator usque ad Vacaldum cum exercitu suo.
1165. dictus imperator fuit Vocaldie, et Arfrivola fuit capta.	1165.	
	1166. *in die sancti Antonii in nomine Domini Christianus noster decanus concorditer et pacifice electus ab omnibus in abbatem et pastorem est huius monasterii*[a].	
1170. Bonifacius comes filius comitis Malregulati obiit in Antiochia.	1170.	
	1171.	
1172. combusta fuit civitas Verone a Vicentinis.	1172. Nonis Iulii de domo cuiusdam ferrarii, qui in clavica habitabat, ignis latenter exibat, qui totam Veronam fere devoravit.	1172. Combusta fuit tota civitas Veronae per cives Veronenses. Et ipso anno factum fuit fundamentum turris dominorum Lambertorum, quae hodie dicitur turris a campanis Veronae.
	1174. iterum Federicus imperator in Longobardiam venit, et circa Alexandriam in medio mense Octubris se collocavit, et circa illam usque ad diem sancte resurrectionis, que fuit 9. Kalendas Aprilis, cum valida manu stetit, nec capere potuit.	
	1175. omnes Longobardi contra Fredericum perrexerunt, eumque ab Alexandria removerunt, atque cum eo favente Deo pacem fecerunt 9. Kalendas Aprilis.	
1176. supradictus imperator fuit de Vicentia expulsus a Lombardis, et abiit[b].	1176. Federicus imperator cum Longobardis a secunda hora usque ad nonam pugnavit, nec vincere potuit, set ab eis tristis recessit. 4. Kalendas Iunias fuit hoc.	1176. Lombardi quasi omnes ex una parte bellaverunt in festo sancti Martini cum imperatore Frederico, et obtinuerunt cum eo victoriam.
	1177. Federicus rex apud Venetiam in ecclesia beati Marci cum Alexandro papa inspirante Deo pacem firmissimam fecit 9. Kal. Augusti. Comes Conradinus interficitur 10. Kalendas Aprilis.	
1178. papa Alexander fuit Venetiis Ferraria.	1178. Hoc anno synodus magna facta est apud Romam.	

a) *haec alia manu coaeva.* b) *ita correxi,* obiit *c.*

ANNALES SANCTAE TRINITATIS.

1181. Depositi sunt iudices, ut nullus illorum amplius audeat dare sententiam per legem, usque *in capite viginti annorum; et hoc fuit 6. Idus Ianuarii*[a].

1183.

1184.[b] 11. Kal. Augusti Lucius apostolicus ab omni populo civitatis Veronensis est receptus, et in lectica cum gaudio magno in civitatem portatus.

1185. 11. Kal. Novembris hobiit Omnebonum episcopus Veronensis. *Septima Kalendarum Decembrium hobiit Lucius apostolicus qui et in civitate Verona est tumulatus; ipsoque in die Ubertus Mediolanensis archiepiscopus Deo ordinante est elevatus.*

1187. 13. *Kal. Novembris hobiit Urbanus papa; alioque die Deo disponente domnus Albertus cancellarius est ordinatus.* Hoc anno a Salahadino capta est Iherusalem et omnes civitates fere et universa loca quae a christianis habitabantur, a paganis occupate sunt.

1188. 9. *Kalendas Iullii hobiit Arriprandus episcopus Veronensis.* Feria sexta, 4. Idus Iunii, Veronenses cum Ferrariensibus fortiter dimicaverunt, multosque ex eis ceperunt, et castrum quod Frata vocatur dissipaverunt.

1189. imperator Fredericus instinctu Dei permotus, ad recuperandam christianorum terram ultra mare cum valido exercitu in die sancti Georgii iter arripuit. Et in eodem anno interfectus est comes Saurus 3. Idus Maias. Et in ipso anno hobiit

ANNALES PARISII DE CERETA.

1183. domnus Lucius papa et domnus Fredericus imperator ultimo die Iulii fuerunt Veronam, et hilariter recepti et honorifice pertractati.

Millesimo supradicto intrante mense Ianuario maxima pars alae arenae Veronae cecidit terrae motu magno per prius facto, videlicet ala exterior.

1186. Saladinus cepit sepulcrum domini nostri Iesu Christi in Ierusalem Eodem itaque anno dictus Fredericus imperator cum multis baronibus ivit per terram ultra mare ad dictum sepulcrum, et maior pars ex iis periit.

1189. domnus imperator obiit in aqua quae dicitur Solef.

1190. Federicus imperator in terra Arminiorum, sicut Deo placuit; in Salephico flumine dum corpus suum ablueret, vitam presentem finivit 4. Idus Iunias. Et in ipso anno 6. Kal. Iulii hobiit Domnus tercius abbas Vallumbrosae.

1191. Clemens apostolicus hobiit 2. Nonas Aprilis. Et in secundo die pascae Enricus rex coronatus est a domno Celestino apostolico, hoc est 17. Kal. Maias.

1194. Heinricus imperator in Appuliam intravit, eamque totam sub sua potestate subiugavit.

1195. Guilielmus Oxa[c] potestas.

1199. die Veneris, qui fuit secundus post festum sancti Iohannis, Veronenses cum Mantuanis non longe a ponte ipsorum fortiter pugnaverunt, et ex eis multos occiderunt atque ceperunt.

1193. circa festum omnium sanctorum domnus Henricus imperator ivit in Apuliam, et eam sub sua potestate subiugavit, et dominio subegit. Eodem anno Gulielmus de Oxa de Mediolano fuit potestas Veronae, et fecit fieri palatium communis Veronae.

1197. dictus Henricus imperator in festo sancti Michaelis in Apulia diem suum clausit extremum. Eodem anno Veronenses iverunt contra Paduanos et domnum Icerinum de Romano; et eos viriliter dimicaverunt, et in campo mortui fuerunt, plurimos gladio iugulantes.

1199. die 8. exeunte Ianuario Veronenses iverunt ad aedificandum castrum Hostiliae, quod est situm super flumen Padi. Eodem anno Veronenses pugnaverunt cum Mantuanis in capite pontis molendinorum de Mantua, et de ipsis Mantuanis victoriam habuerunt,

a) *haec alia manu coaeva.* b) *abhinc variae manus.* c) Oxa *suppletum ex* 3.

CONTINUATIO[a].

1201. 3. Kal. Decembris hobiit domnus Martinus abbas Valumbrosae.

1202.[b] 17. Kal. Decembris hobiit Albertus abbas huius monasterii.

1216. Kal. Augusti hobiit Innocentius papa tercius.

1222.[c] Hoc anno apparuit stella que dicitur cometis cum facula per dies 15 in mense Septembri. Sequenti quoque mense 11. Kal. Novembris[d], cum esset luna 14, apparuit tota sanguinea et obscura per unam fere horam et mediam[e].

1223. in natali Domini, die dominico, ante horam nonam terre motus magni fuerunt, qui terram totam tremere fecerunt. Maxime vero Brixie urbis turres quam plures, ecclesie domusque hominum non pauci subito ruerunt.

ANNALES PARISII DE CERETA.

et multos Veronam conduxerunt in carceribus communis Veronae 26. Iunii.

1206. Robacomes fuit potestas Veronae; et eodem anno Bonifacius comes filius Sancii de Sancto Bonifatio coepit pugnare cum Monticulis die sabbati 14. Maii. Et tunc combusserunt domos illorum de Carcere, stationes mercatorum, et domos illorum Monticulorum et illorum de Lendenaria, et multas alias domos Veronae.

1207. Azo Estensis marchio existens potestas Veronae cum parte sua et communis Bononiae ex una parte, et Bonifacius comes de Sancto Bonifatio et Monticuli ex altera parte pugnaverunt, et fuit expulsus de potestaria idem Azo marchio; et Odoricus Vicecomes factus fuit potestas Veronae 10. Iunii eodem millesimo. Eodem anno cum dictus Azo marchio in festo sancti Michaelis auxilio Mantuanorum rediisset in Veronam, et ipsum Odoricum et Monticulos cum parte sua expulisset de Verona, domos et turres eorum
2 totaliter diruendo, et ipsi Monticuli fugientes intraverunt in arcem Gardae et in Pischeriam[2]. Qui omnes ibidem fuerunt capti, et in castro Estensi conducti et captivati. Et eodem anno rex Philippus mortuus est.

1208. Azo Estensis marchio fuit potestas Veronae. Et eodem anno Galvagnus de Turisendis et Monticuli habentes Pischeriam, iuraverunt ipsi marchioni et dictam Pischeriam eidem reddiderunt. Qui Galvanus et Monticuli ut supra captivati fuerunt. In cuius exercitu existente circa Pischeriam fuerunt carrocia Veronensium et Mantuanorum.

1209. Guilielmus Rangonus de Mutina fuit potestas Veronae. Et eodem anno Otto rex Romanorum descendit in Lombardia, et Monticulos traxit de carceribus, atque liberavit de carceribus castri Estensis. Et illo anno fuit Romae coronatus. Et ordo Praedicatorum atque ordo Minorum oriuntur, et habuerunt principium. Eodem anno dictus comes Bonifacius cum Veronensibus cepit castrum Orsamo et eum destruxit. Quod castrum erat Ribaldi de Turisendis; et similiter Vazagum ceperunt et destruxerunt. Eodem anno Bartholomaeus de Palacio potestas Veronae cum Veronensibus ivit contra Vicentinos apud pontem Altum, et ibidem pugnavit cum[f] eis Icerino de Romano; et capti fuerunt Ioannes de Palacio, Icerinus de Musto, et alii multi milites de Vincentia, et conducti in captivitatem Veronae.

1213. Aldevrandinus marchio Estensis fuit potestas Veronae; et Domasolus et Palmerius fuerunt potestates Ceretae. Et Monticuli cum parte eorum intraverunt Veronam in festo sancti Martini. Eodem anno Fredericus imperator secundus intravit Veronam, et fuit in maiori ecclesia Veronae benigne receptus, vadens versus Alemanniam, Othonem imperatorem acriter persequendo.

1215. domnus Innocentius papa tertius[g] celebravit concilium generale Romae, et in ipso consilio interfuerunt circa quingenti episcopi, mille abbates, et alii clerici infiniti. Eodem anno Veronenses iverunt in auxilium Mantuanorum ad castrum Gonzagae, obsessum per Cremonenses et Reginos, et per succursum Veronensium levaverunt campum ad recuperationem dicti castri, quod est recuperatum per Mantuanos. Deinde Veronam reversi sunt cum honore et victoria.

1223. 25. Decembris in festo nativitatis domini nostri Iesu Christi hora tertiarum fuit terrae motus in Lombardia undique super terram, et omnes personae quae erant in arena communis Veronae causa tripudii et solatii, fugerunt extra dictam arenam. Et castrum de Marano, et domus illorum de Lazisio cecidit; et maior pars murorum et domorum civitatis Brixiae cecidit.

a) *aliis manibus.* b) *alia manu.* c) *alia manu.* d) *recte; non* 9. Kal. e) m̄ r. f) *ita correxi* cum *ed.* g) *ita correxi;* Quartus *ed.*

2) Peschiera.

1226. 29. Decembris domnus Leo a Carceribus fuit factus capitaneus Veronae, et una cum parte Monticulorum et Quatuorviginti de Verona cum eorum parte pugnaverunt in civitate Veronae contra Rizardum comitem Sancti Bonifacii et eius partem. Et eodem anno eum devicerunt, et totam civitatem Veronae habuerunt et obtinuerunt, capientes domnum Guifredum de Provale de Mediolano qui erat potestas Veronae, eumdem carceri mancipantes in vinculis ferreis in domo habitationis domni Guilielmi de Zerlis de Verona. Eodem anno domnus Leo a Carceribus pro medietate anni, et domnus Icerinus de Romano pro altera parte anni fecerunt diruere et destruere muros et domos partis comitis, ipsis domnis Leone et Icerino existentibus potestatibus Veronae. Et eo anno domnus Conradus fuit potestas Ceretae. Eodem anno Cremonenses Mutinenses et Parmenses ex una parte, et Bononienses cum Reginis Imolensibus Faventinis et ceteris quantitatibus militum Lombardiae ex altera parte, pugnaverunt inter se apud castrum Bazani districtus Bononiae, succumbentibus Bononiensibus cum parte eorum, altera parte victoriam incumbente; et ibi fuit magna strages. Eodem anno domnus Icerinus de Romano cum parte Monticulorum Vincentiam acceperunt, et eam suo dominio subiugavit.

1230. die dominico 7. Aprilis in die resurrectionis domini nostri Iesu Christi, in campo Marcio de Verona fuit magnus rumor; ex quo fuit mortuus nepos Robaldi Inrigeti Migolae, et multi alii vulnerati: propter quod Raynerius Ruzerius Veronae potestas confinavit Rizardum comitem, Pecorarium, Aleardinum de Lendenaria, Monticulos, et Quatuordeviginti cum eorum parte ad standum Venetias ob causam dicti rumoris. Et in sancto Petro de mense Iunii pars dicti comitis coepit pugnare cum parte Monticulorum et Quatuorviginti, Iun. 29. qui erant reversi de Venetiis; et tunc ipse comes fuit captus cum parte sua, inter quos fuerunt capti Pecorarius de Mercato novo Veronae cum uno eius filio, Guilelmus de Lendenaria, Graecus de Moratica cum uno eius filio, Guilelmus de Zerlis cum duobus eius filiis, Donatus, Bonfacius, et Ioannes de Palatio, Leo de Carcere, Constantius Canonicus, Valerianus de Braganzo, et multi alii tam milites quam pedites de Verona, et domos et turres eorum proiecerunt in terra, ipsis positis in vinculis ferreis in domibus Cerlorum et Bonacursii de Monzambano; et post paucos dies conducti fuerunt in palatio communis Veronae, et in gabiis[3] carcerati. Et eo anno Salinguerra fuit potestas Veronae. Eodem anno die lunae 3 9. Septembris Azo novellus Estensis marchio et Veronenses extrinseci, Stephanus Badoarius de Venetiis potestas Paduae, Paduani, Vincentini cum eorum carrociis in auxilio praedictorum fuerunt ad castrum Ponti, et obsederunt eum per terram et per aquam. Die 11. post eorum adventum dictum castrum ceperunt, et similiter Leniacum; in quibus terris domnus Salinguerra, Icerinus de Romano, comes de Tirole, ac milites et populus de Verona erant intus; et exierunt versus Veronam fugientes, et dimittentes arma, positi in conflictu. Et statim Paduani iverunt circa Bonadiicum et Rivaltam castra Tixii et Uguzonis de Crescentiis, et obtinuerunt eaque intraverunt, et in castris ipsis guardas dimiserunt. Eodem anno Lorengus a Straza de Brixia potestas Mantuae cum carrocio Mantuanorum cepit castrum de Cola, et ipsum destruxit. Deinde Trevenzolum, Mottam Abbatis, Insulam Comitum, quae dicitur Insula de la Scala, et alias multas villas districtus Veronae combusserunt et expoliaverunt: quod totum factum fuit in auxilium comitis Rizardi et eius partis.

1231. Stephanus Badoarius potestas Paduae cum Paduanis et eius carrocio venerunt extra villam Trium Comitatuum in curia Sancti Zenonis, alio die ad Rivaltam; et Lorengus de Straza potestas Mantuae cum Mantuanis et eius carrocio fuerunt usque ad caput pontis molendinorum de Mantua versus Veronam in auxilio comitis Rizardi et eius partis, qui erant carcerati Veronae; et ob hanc causam dictus comes, Pecorarius, Ioannes de Palatio, Guilielmus de Lendenaria, Leo de Carcere, Costantius Canonicus et multi alii fuerunt a carcere absoluti et liberati; et per potestatem Brixiae Brixiam conducti fuerunt, deinde Placentiam; et ob hanc causam populus Mantuae et Paduani cum eorum carrociis ad propria redierunt. Eodem anno 15. Iulii dictus comes Rizardus cum eius parte et Monticuli et Quatuorviginti cum eorum parte procuratione Lombardorum et rectorum Marchiae, fuerunt in Villa Francha, et in Sancto Bonifacio die sequenti pacem inter se solemniter contraxerunt. Eodem anno electus fuit Guido de Rode in potestatem Veronae. Et die 8. Novembris dictus potestas cum Veronensibus obsedit castrum Colignolae districtus Veronae, et circa finem mensis praedicti ipsum castrum obtinuerunt, et praedari atque cremari fecerunt.

3) caveis, carceribus.

1232. 14. Aprilis domnus Icerinus de Romano cum militibus et populo Veronensi ceperunt Guidonem de Rode potestatem Veronae et eius iudices et familiam super palatio communis Veronae. Et eodem die misit per quemdam nuntium imperatoris Frederici de Apulia, qui erat Hostiliae; et cum militibus de Verona conductus fuit Veronam; et post paucos dies comes de Tirole, et Maginardus comes de Olremo, et Henricus comes de Pianio cum 150 militibus et 100 balistariis venerunt Veronam nomine imperatoris pro custodienda civitate. Et eo anno Guilielmus a Perseco de Cremona factus fuit potestas Veronae. Et primo Maii captum fuit castrum Porti ab illis de Leniaco, et ibidem mortuus fuit Palmerius de Ruzinentis, et multi alii vulnerati. Et 19. Maii Mantuani aperuerunt aquam Padi inter castrum Hostiliae et turrim Beverariae. Et eo anno reaedificatum fuit castrum Rivaltae, et Mantuani destruxerunt pontem Praedae id est lapidis Beurariae de Verona; et statim Veronenses fecerunt eum de ligno. Eodem anno 27. Iulii Azo marchio Estensis, Rizardus comes, Bianchinus et Guezere de Camino in adiutorium illorum de Camino pugnaverunt cum Trivisanis inter confinia Paduae et Tarvisii, et contra ipsos Trivisanos obtinuerunt, et de ipsis ceperunt 48 milites, quos in castro Rodigii districtus Ferrariae in vinculis ferreis tradiderunt; et die 2. Iulii domnus Icerinus de Romano cum centum militibus de Verona 3 cum destreriis[3] coopertis et 100 balistariis ivit in adiutorium Trivisanorum ad turrim Bassani, et per Valderaynum. Deinde Veronam reversi sunt idem domnus Icerinus et reliqui omnes.

1233. de mense Octobris Balduinus comes de Casaloldo potestas Mantuae cum civibus Mantuanis et eorum carrocio equitaverunt contra Veronenses, et obtinuerunt et ceperunt castrum de Nogarolis, et combusserunt plures villas districtus Veronae, videlicet Pontem-Posserum, Fragnanum, Insulaltam, Poveranum, Insulam de la Scala, Salezolum, Bodelonum et plures alias; et milites Veronenses ex parte comitis reliquerunt Nogariam, et eam postea combusserunt. Et eo anno Veronenses ex parte Monticulorum et Icerini de Romano pugnaverunt cum Guilielmo de Lendenaria, Pecorario de Mercato novo, et cum aliis de parte sua in terra Opeani, et de eis victoriam habuerunt. Ex conflictis captus fuit Clochega de Goelis potestas extrinsecorum de Verona, et multi alii partis eorum; et Ioannes de Hengrana mortuus est. Et eo anno circa finem Octobris Mantuani villam Ceretae totaliter spoliaverunt, domos Amaberii, Gerlorum, Groti', Galisi et plures alias combusserunt; et pacto interveniente mediante pecunia reliquas domos praedictae villae reliquerunt. Et primo Novembris Mantuani ad propria redierunt pro 4 milibus libris Veronensibus parvorum solvendis pro ea terra Ceretae. Et ea vice Tixius et Henricus de Bonadico dederunt castrum eorum Paduanis, et eum totaliter destruxerunt, et cum eorum carrocio ad Rivaltam iverunt, et id obtinuerunt tractatu Uguzonis de Crescentiis; et ea vice totaliter villa Tombae combusta est. Eodem anno Mantuani cum eorum carrocio et cum adiutorio Mediolanensium, Bononiensium, Faentinorum Brixiensiumque equitaverunt contra Veronenses, et combusserunt ac devastaverunt plures villas districtus Veronae, videlicet Villa-Francham, Xonam, Gusolengum, Siccam campaneam, Plovezanum, Palazolum, Insulaltam et plures alias, et ad propria redierunt. Et eo anno Parisius de Cereta, huius chronicae scriptor, ivit Romam. *(nomen chronicatoris)* Eodem anno frater Ioannes ordinis Praedicatorum Mantuae existens, et veniens a Sancto Bonifacio versus Veronam, Veronensibus eidem fratri Ioanni obviam euntibus et eum benigne recipientibus, in foro seu mercato Veronae praedicavit; cui fratri Ioanni et in eius manibus domnus Icerinus de Romano, Guizardus de Tealdisco potestas Veronae, et 15 milites de Monticulis cum Quatuorviginti et eorum parte iuraverunt obedire mandatis Romanae ecclesiae et dicti fratris Ioannis, de pace facienda cum comite Rizardo et eius parte. Et eodem die dictus comes Rizardus similiter iuravit omnia adimplere. Et ob hanc causam Ferrarienses, Paduani, Trivisani, Vincentini, Mantuani et Brixienses post paucos dies de mandato ipsius fratris Ioannis dederunt eidem fratri Ioanni carrocium Veronensium, et in eo et super eo carrocio ipse frater Ioannes ascendit in foro Veronae, et de voluntate populi Veronensis ipse frater Ioannes se elegit in ducem et potestatem Veronae, et de voluntate populi Veronensis ipse frater Ioannes populo clamante fuit electus in ducem
Iul. 21. et rectorem Veronae. 21. Iulii dictus frater Ioannes in tribus diebus fecit comburi et cremari in foro et glara[4] de Verona 60 ex melioribus inter masculos et foeminas de Verona, quos ipsos condemnavit de haeretica pravitate. Eodem anno festivitas et curia facta et

3) i. e. dextrariis. 4) i. q. glarea, arena, amphitheatrum Veronense.

celebrata fuit Veronae inter Sanctum Iacobum de la Tomba et Sanctum Ioannem Lovototum 1233. super ripas Atacis[5] in pratis quae appellantur Vigomondoni; et facti fuerunt duo pontes super flumen Atacis, super quibus gentes ambulabant, hinc inde transeundo. Et ibidem interfuerunt Brixienses, Mantuani, Paduani, Trevisini et Vincentini cum eorum carrociis et carrettis, et maxima multitudo circumstantium civitatum, videlicet de Bononia, Ferraria, Mutina, Regio et de Parma; et reputatum fuit ibi fore et fuisse quatuor centum milia personarum et ultra. Et etiam ibidem fuerunt omnes episcopi et praelati civitatum omnium praedictarum. Super quo belfredo[6] ipse frater Ioannes ascendit, et pronuntiavit pacem inter comitem Rizardum et eius partem, et Icerinum de Romano Monticulos Quatuorviginti et eorum partem; et inter se dederunt osculum inviolabilis et firmae pacis; pronuntians etiam matrimonium inter Rainaldum marchionem Estensem et quamdam filiam domni Albrici de Romano eidem traditam in uxorem. Eodem anno 3. Septembris captus fuit Sept 3. dictus frater Ioannes a Paduanis et ab Ugutione de Pilio in civitate Vicentiae; et postea eum dimiserunt, et est reversus Veronam. Et eodem tempore Bononienses tenentes castrum Hostiliae pro ipso fratre Ioanne, accessit idem frater Ioannes Hostiliam, volens ipsum castrum in se, quod sibi dare Bononienses penitus recusarunt; et idem reversus est Veronam totali sua intentione frustratus. Eodem anno 24. Maii Brixienses et Mantuani cum Mai. 24. eorum carrociis et populis venerunt contra Veronenses, et hospitati sunt in Paquata et Sancto Ioanne Lovototo, et combusserunt Lebetum, Ronchum, Opeanum, Bovum, Villam Paludis, Insulam Porchariam, Bodolonum et maiorem partem Ceretae. Et die primo Iunii Iun. 1. ad eorum civitates et castra cum victoria sunt reversi. Eodem anno 15. Iunii domnus Ice- Iun. 15. rinus de Romano, rector et anterior partis Monticulorum et Quatuorviginti, cum militibus suis et Veronensibus ivit per pontem factum ad Rivaltam, et cepit castrum Albaredi, ei datum per illos de Crescentiis, salvis omnibus rebus ipsorum; et ibidem posuit ducentos custodes. Deinde volens ire ad castrum Coloniae, eidem obviavit Azo marchio Estensis; qui cum eius amicis eidem domno Icerino obviavit, viribus recensitis, et abiit. Eodem anno Robertus de filiis Manfredi de Piis de Mutina fuit potestas Veronae de voluntate domni Icerini, partis Monticulorum et Quatuorviginti de Verona, et cum carrocio et militibus de Verona ivit et destruxit castrum Albaredi, et similiter destruxit Mottam et turrim Roberti de Orte. Deinde equitavit circa castrum Ponti, quod tenebatur per Gricos de Verona, Leniaci et Toracii, et ipsum castrum expugnaverunt, nec ipsum habere potuerunt. Et eo anno comes Rizardus cum Mantuanis cepit castra pontis Posseri Sanctique Michaelis in capite Teiorii; et Thomaxinus de Clerexia et Taiabafa fuerunt potestates Veronae et Ceretae eo anno.

1235. die 18. Aprilis domni Nicolaus et Tixius, episcopi Regii et Tervisii, legati domni 1235. papae Gregorii, fecerunt iurare comitem Rizardum et partem Monticulorum et Quatuor- Apr. 18 viginti in Sancto Martino et Sancto Michaeli in campanea, et cum osculo pacis pacificati sunt cum domno Leonardo Nascinguerrae et aliis de parte sua; et praedicti legati fecerunt et fuerunt supra portas Braidae et Tofiolorum. Et eo anno Rainerius Borgarello de Perusio electus fuit potestas Veronae per ipsos legatos, et iuravit in curte palatii communis Veronae conservare libertatem Romanae ecclesiae, et eiusdem obedire mandatis. Eodem anno 17. Maii Guidotus de Corrigio episcopus Mantuanus interfectus fuit ab Uguzone de Altafolia, Mai. 17. et aliis Advocatis de Mantua. Et eo anno Ioannes de Berardo et Ventura Ingloberii et Zeno Ubertorum fuerunt potestates Veronae et Ceretae.

1236. Alcardinus de Lendenaria cum parte Monticulorum et Quatuorviginti expulerunt 1236. partem comitis Rizardi de Verona, et Rainerius de Burgarello tunc potestas Veronae reddidit arcem Gardae et castrum Hostiliae dictae parti Monticulorum et Quatuorviginti; et licentiatus fuit ipse potestas de civitate Veronae. Et domnus Icerinus de Romano et Bonifacius comes de Panico electi fuerunt rectores Veronae, et Henricus de Gazo potestas Ceretae. Et statim duo filii Alcardini de Capite Pontis et multi alii tam milites quam pedestres de Verona fuerunt capti, et in vinculis ferreis carceri mancipati. Et eo anno turres et domus Vicecomitum filiorum Desiderati, filiorum Bonaguisae, Isnardi de Gozo, filiorum Pesserii, Facini Ragosii, Cavalcasellae de Machacharis, Cavazanorum, Petri de Muriolo, Zucherii et Peterfixii destructae fuerunt et in terram proiectae. Eodem anno castrum Casteioni, quod erat in curte Colignolae, datum fuit comiti Rizardo per Philippum filium

5) i. e. Athesis. 6) supra carrocium dicitur.

1236. Bonadici. Et eo anno 3. Aprilis Benedictus de Casteiono de Gardesana cum aliis amicis ex
parte comitis Rizardi acceperunt arcem Gardae occulte de nocte, et interfecerunt Bonetum
notarium de Braida, qui tunc erat capitaneus dicti loci. Et ex custodibus, qui dictam arcem
custodiebant pro domno Icerino de Romano et eius parte, fuerunt mortui et vulnerati plures.
Apr. 22. Et eo anno 22. Aprilis filii Delphini de Pischeria et Martius Tortus eorum patruus dederunt
castrum Pischeriae domno Icerino de Romano et parti Monticulorum et Quatuorviginti pro
Mai. 16. tribus milibus librarum Veronensium parvorum. Et 16. Maii Gaboardus nuntius imperatoris
Frederici venit Veronam cum quingentis militibus et centum balisteriis ad custodiam civitatis nomine imperatoris. Et eo anno domnus Icerinus de Romano cum parte Monticulorum
et Quatuorviginti cepit et devicit turrim et castrum Bagolii, et milites cepit omnes. Eodem
Aug. 16. anno 16. Augusti domnus Fredericus imperator cum tribus milibus militibus Theutonicis
venit Veronam, et in monasterio sancti Zenonis benigne receptus est per dictum domnum
Icerinum de Romano, partem Monticulorum et Quatuorviginti, qui tunc regebant civitatem
Veronae. Sequenti vero die dictus imperator cum eius exercitu ivit Vacaldum, et ibidem
7 per 15 dies stetit. Postmodum transivit ultra Menzum[7], ad Cremonam vadens. Et statim
Paduani, Trivisini, Vicentini, Azo marchio Estensis, Guezere et Bianchinus de Camino cum
eorum exercitu iverunt circa castrum Rivaltae Uguzonis de Crescentiis, et ibidem per unum
mensem moram fecerunt. Quo scito, statim imperator reversus est in adiutorium Veronensium, et ea vice steterat domnus Icerinus de Romano per 15 dies cum exercitu suo
contra Paduanos in villa Tombae; et Paduani cum eorum exercitu ob timorem imperatoris
et domni Icerini a dicto castro Rivaltae discesserunt, ipso castro penitus non obtento. Et
eo anno et mense dictus Azo marchio Estensis, qui tunc erat potestas Vicentiae, aufugit
ex civitate praedicta, et Paduae se recepit. Et tunc imperator et dictus domnus Icerinus
cum eorum exercitu et populo de Verona ceperunt dictam civitatem Vicentiam nullo contradicente. Et Theutonici imperatoris inhonesto modo spoliaverunt et derubaverunt civitatem
et domnas mulieres Vicentinas auro et argento et aliis bonis suis. Et de voluntate dicti
imperatoris domnus Icerinus de Romano elegit et constituit Gulielmum Vicecomitem de
Mantua potestatem Vicentiae.

1237. Iul. 26. 1237. 6. exeunte Iulio, Gerardus de Dovaria de Cremona potestas Veronae existens,
una cum populo Veronensi et auxilio Paduanorum et Vicentinorum et eorum populis et
carrociis iverunt circa castrum Sancti Bonifacii, et eum castrum obsiderunt cum novem
manganis et pluribus tortorellis seu manganellis, et ibidem steterunt usque ad diem
5. Octobris, castro penitus non obtento occasione imperatoris, qui cepit ipsum castrum in
Sept. 12. se. Eodem anno 12. Septembris domnus Fredericus imperator praedictus descendit de Alemannia, et hospitatus est ad Manticum, deinde ivit ad Vacaldum, et misit pro Rizardo
comite de Sancto Bonifacio, qui venit ad eum pro pace tractanda inter ipsum comitem et
Sept. 14. Veronenses intrinsecos, et 14. Septembris applicuerunt in districtu Mantuano septem milia
Oct. 7. Saraceni sagittarii missi de Apulia in adiutorium domni imperatoris. Eodem anno 7. Octobris dictus imperator cum magno exercitu ivit circa castrum Monteclarii districtus Brixiae.
In eius adiutorium interfuerunt Cremonenses, Parmenses, Mutinenses, Regini et Icerinus
de Romano cum quingentis militibus Paduanis, Trivisinis, Vincentinis, Veronensibus et
Mantuanis. Et interfuerunt multi milites de Tridento, et duo milia de Alemannia et illi
Oct. 21. septem milia sagittarii Saraceni. Quod castrum obtinuit dictus imperator 21. Octobris. Et
Nov. 14. eo anno uxor dicti imperatoris venit Veronam, et 14. Novembris fuit hospitata in monasterio
Nov. 26. sancti Zenonis de Verona, et honorifice recepta. Eodem anno 26. Novembris dictus imperator cum praedicto exercitu apud Cremonam magnum bellum commisit cum Mediolanensibus et amicis eorum; et plures milites et pedites de Mediolano tunc mortui et capti
fuerunt, imperatore victoriam obtinente. Inter quos captus fuit Petrus comes de Venetiis,
qui erat tunc potestas Mediolani, et ipsum potestatem super carrocio Mediolanensium
ligatum conduci fecit in Cremonam; deinde misit ipsum in Apuliam, et super ripam maris
ad furcas ipse Petrus fuit suspensus. In quo bello mortui ceciderunt Albertus de Arcule,
et Riprandus de Zerlis. Et eo anno Iohannes Urso de Iebeto fuit potestas Ceretae.

1238. Mai. 12. 1238. 12. Maii quaedam nobilis domna filia dicti imperatoris, nomine Salvaza, cum
maxima comitiva stetit in ecclesia villae Ceretae per 11 dies ad expensas communium Ceretae
Mai. 22. et Leniaci, ibidem honorifice pertractata; et 22. Maii ivit Veronam; et in die pentecostes ante

7) i. e. Mincium.

ianuam Sancti Zenonis de Verona idem imperator eamdem domnam Salvazam eius filiam 1238.
tradidit in uxorem domno Icerino de Romano, quam idem domnus Icerinus guadiavit et
desponsavit, et eam conduxit in Veronam in domo habitationis comitis Bonifacii de Panico
cum solemnitate maxima nuptiarum. Eodem anno imperator praedictus Veronam venit a
Cremona, et in monasterio sancti Zenonis 22. Maii hospitatus est. In eodem die pentecostes Mai. 23.
in Campo Marcio magnam curiam celebravit, cibo et potu reficiente se et eosdem qui in
solemnitate praedicta aderant, et 28. Iunii idem imperator cum omnibus suis ivit ad hospi- Iun. 28.
tandum in terra Goiti districtus Mantuae. Eodem anno 8. Iulii magnum proelium fuit in Iul. 8.
prato sanctae Iustinae de Padua inter Azonem marchionem Estensem et amicos eiusdem ex
una parte, et Icerinum de Romano et Paduanos ex altera parte; et finaliter Azo praedictus
cum parte sua fugit, et ex ipsis plures mortui et capti fuerunt, inter quos captus fuit Iacobus
de Carraria et quidam eius filius; ob quam captionem ipse Iacobus de Carraria effectus est
amicus intimus dicti domni Icerini. Et eo anno propter aliqua verba suspecta inimicus
effectus est; propter quod Robaldus Franciscus, qui tunc erat potestas Paduae pro dicto
domno Icerino, fecit ipsi Iacobo de Carraria caput amputari publice in platea.

1239. 26. Iunii in prato monasterii sancti Zenonis domni Icerinus de Romano et praedictus 1239
Bonacursius de Palude potestas Veronae et tamquam rectores Veronae, pro se ipsis et populo Iun. 26.
Veronense consentiente iuraverunt obedire mandatis domni imperatoris Frederici et Conradi
eius imperatoris filii in manibus Petri de la Vigna recipienti mandato et nomine dicti impera-
toris de firma pace tenenda cum inimicis usque ad festum sancti Michaelis et ultra, ad vo-
luntatem dicti imperatoris. Et eo anno 14. Ianuarii Bonacursius de Palude Veronae potestas Ian. 14.
conduxit obsides Paduanorum usque Valegium, deinde ad imperatorem; et eo tempore fecit
diruere turres illorum de Lendenaria, Calzabusanorum, de Montagnana, illorum de Piscina,
et Sancto Quirico, et plures turres alias civitatis Veronae. Et eo anno imperator Fredericus
Ruzerius a Parma veniens et a Cremona, venit Veronam 16. Ianuarii[a], et eo tempore ivit in Ian. 16.
marchiam Trivisinam, et obtinuit civitates Vincentiae Paduae et Tervisii, quem imperatorem
Paduani cum eorum carrocio honorifice receperunt; et pax ab eo imperatore facta et publi-
cata fuit ibidem. Quo imperatore Paduae existente, domnus Gregorius papa nonus eumdem Mart. 20.
excommunicavit pluribus sententiis et processibus publicatis contra eum et sequaces eius.
Eodem anno 13. Iunii idem imperator bannivit et in banno cridari fecit omnes de parte Iun 13.
comitis Rizardi; et confiscata fuerunt et publicata eorum bona in communi Veronae, nisi
ad octo dies se personaliter comparerent seu praesentarent. Eodem anno idem imperator
expugnavit[b] castrum Plumatii districtus Bononiae, et eo anno obtinuit eum. Et eodem anno
Bonacursius de Palude potestas Veronae una cum Veronensibus habuit consilium destruendi
castrum Calderii tunc episcopatus Veronensis. Et eo anno 4. Octobris ....

1239. 26. Iunii flumen Aticis in tantum crevit, quod pontem novum, pontem navium Iun. 26.
et omnes alios pontes civitatis Veronae dirupit et fregit; et ultra quinquaginta molendina
quae erant in Atice in civitate submersit; et pontem Sancti Natalis et murum portae de
Morbio et in pluribus aliis locis muros civitatis Aticis aqua demersit; et plures domos in
Insuolo et in civitate implevit aqua et dirupit. Et fere per quatuor dies et plures aqua
Aticis per civitatem fecit transitum cum maximo decursu, et deinde cessavit.

1240. 9. Ianuarii Turrixendus filius olim Robaldi reddidit castrum Orsanici Icerino de 1240.
Romano, recipienti nomine imperatoris, et custodes posuit in eodem; propter quod idem Ian. 9.
Turrixendus rediit et intravit in civitatem Veronae. Et eo anno die 7. Februarii dictus Ice- Febr. 7
rinus de Romano fecit duci captos Morbium de Ponceto, Bonaventuram eius filium, Bena-
sutum iudicem de Pitadina, et in vinculis ferreis in castro Bassani eos fecit includi. Eodem
anno Iacobus Teupolus dux Venetiarum cum Venetis, Azo Estensis marchio, Rizardus
comes Sancti Bonifacii cum Mantuanis, Albericus de Romano, Bianchinus de Guezere de
Camino, Gregorius de Montelongo delegatus domni papae Gregorii cum ceteris aliis mili-
tibus Lombardiae et Romandiolae obsederunt civitatem Ferrariae, et ibi steterunt a festo
sanctae Mariae de Februario usque ad primum diem Iunii, et eam civitatem obtinuerunt Febr. 2
eis traditam per tractatum Bertholopei, Marchexini Parvi, Menabovis et Soxinelli de Lam- Iun. 1.
bertis et aliorum proditorum, pactis factis per domnum Salinguerram dominum Ferrariae,
Paulo Intraversario de Ravenna et aliis dominis nominatis, qui interfuerunt obsidioni civi-
tatis praedictae. Et eo anno Robaldus Franciscus potestas Paduae pro imperatore Frederico

a) *ita correxi;* Iunii *ed. Sed cf. Boehmeri nostri regesta.* b) pugnavit *ed.*

1240. pugnavit prope Pontem-Rubeum cum Azone marchione Estensi et suis militibus et Vincentinis; et perdidit praedictus marchio, et plures capti fuerunt, inter quos Guizardus et Rizardus de Lendenaria et Fava de Liulcis de Ferraria capti fuerunt et Paduam conducti.
Mai 16. Eodem anno Ugo de Curte de Parma fuit potestas Veronae, et 16. Maii ipse potestas, Bonifacius de Panigo, comes de Panigo, et Bonacursus de Palude cum militibus et populo de Verona cum plaustris et navibus iverunt per terram et aquam per flumen Aticis versus abbatiam contra Azonem marchionem Estensem et eius amicos et partem in succursum et adiutorium castri Gaibi, quod tenebatur per Veronenses; et nihil facere potuerunt. Immo turpiter recesserunt, dimissis eorum navibus et plaustris; et ea vice castra Frattae et Gaibi capta et destructa fuerunt pro parte ipsius marchionis. Et eo anno domnus Icerinus de Romano fecit amputari capita Ioannis Bosii et Bonzenoni notarii de Gavardo, in palatio communis Veronae, quia confessi fuerunt voluisse tradere castrum Hostiliae domno Philippo episcopo Ferrariensi. Eodem anno Gerardus Rangonus de Mutina potestas Mantuae cum populo Mantuano venerunt Trevenzolum et ad villas circumstantes districtus Veronae pugnaturi cum Veronensibus; qui equitaverunt ad Trevenzolum, et ibidem cum Mantuanis acriter pugnaverunt; et obtinuerunt Veronenses contra ipsos Mantuanos. In quo bello ipse Gerardus de Rangono potestas Mantuae mortuus est; et Bochadasinus de Mantua capitaneus Mantuae et plures alii Mantuani capti fuerunt, et in vinculis ferreis Veronae conducti et carcerati fuerunt. Et eo anno de mense Augusti domnus Fredericus imperator obsedit
Aug. 22. civitatem Ravennae, et 22. Augusti ipsam civitatem obtinuit. Et eo anno domnus Henricus de Egna fuit potestas Veronae.

1242. Ian. 1242. de mense Ianuarii Ugucio de Pilio dedit castrum Monticuli maioris et omnia eius alia castra, et Petrus comes de Montebello dedit castrum Montebelli domno Icerino de Romano. Et eo anno domnus Henricus de Egna tunc existens potestas Veronae fecit magnam curiam militum et domnarum cuiuscumque conditionis in palatio communis
8 Veronae, et in foro seu mercato Veronae milites bagordaverunt[8], et tunc domnae balla-
Mart. 25. verunt in ponticellis factis extra palatium communis Veronae. Et eo anno die 25. Martii ignis combussit totum castrum Montagnanae. Et domnus Henricus de Egna potestas Veronae et domnus Icerinus de Romano cum Veronensibus in eam terram Montagnanae intraverunt, et eam mitigaverunt, et unum zironem seu rocham fecerunt in ea. Et eo anno datum et traditum fuit eisdem per proditores circa castrum Archularum, portantibus proditoribus extra dictum castrum omnia eorum bona, exceptis victualibus et balistis. Eodem anno Monsferratus filius Ganzoli dedit eius castra domno Icerino de Romano, videlicet castrum Veterum, Bubulcam et Vestenam. Et eo anno factum fuit forum seu mercatum Veronae, et de quadrellis salecatum[a], et de lapidibus domni Guilielmi de Zerlis. Et eo anno Advocatus de Clavica Veronae dedit castrum Vilimpentae communi Veronae, et expulsit guardas communis Mantuae, quae erant et tenebant dictum castrum. Et eo anno Mantuani destruxerunt turrim et castrum Moraticae.

1243. Mart. 21. 1243. 21. Martii Brixienses, Mantuani, Rizardus comes Sancti Bonifatii et domnus Turrixendus ceperunt castrum Gazi et eum munierunt; et in eorum adiutorium venit domnus Icerinus de Romano cum mille et quingentis militibus de Marchia. Et eo anno domnus Henricus de Egna tunc potestas Veronae una cum Veronensibus ivit ad reaedificandam Villafrancam cum magnis fossatis, belfredis et una turre; et fecit fieri unum fossatum a capite Villaefranchae usque ad caput summae campaneae. Et eo anno fossata campaneae Veronae facta fuerunt a domo malsanorum Tombae usque ad insulam comitum, quae dicitur nunc de la Scala, ne comes Rizardus transiret de Mantua ad Sanctum Boni-
Apr. 9. facium. Et eo anno nono Aprilis castrum Villae pictae traditum fuit Mantuanis a Silvagno servo Advocati de Clavica, custodibus ipsius castri euntibus et recedentibus salvis et liberis
Apr. 14. cum bonis et personis eorum. Et 14. Aprilis Advocatus praedictus de Clavica aufugit ad alteram partem timore domni Icerini de Romano. Et eo anno Henricus de Gazo, Bonzenelus de Gazo et Cossii domni Leonis de Carcere per tormentum in Nogaria mortui sunt per domnum Icerinum propter castrum Gadii, quod tradiderunt domno Turrixendo et Mantuanis. Et eo anno castrum Nogariae fuit reaedificatum, et comes Bonifacius de Panico, Bartholomaeus Abriani, Iacobus et Octo de Frabaldis et multi alii proditores capti fuerunt et in

a) *an* faleratum, ornatum?

8) i. e. ludos equestres exercebant, a Theutonica voce *buhurdiren*.

vinculis positi in Verona, et Bartholomaeus Frabaldus et Albertinus de Piris existentes in 1243.
exercitu cum domno Icerino ad castrum Franchum, fugerunt in eo castro timore ipsius domni
Icerini. Eodem anno die 4. Iulii Bonifacius comes de Panico in Padua mandato domni Icerini Iul. 4
fuit decapitatus. Et eo anno castrum et turris de Gazo Bartholomaei de Adriano et domus
Albertini de Piris, turris Albertini de Castellano et casamenta Albertini Siligaris fuerunt dirupta.
Et 6. Iulii[a] turres et domus Leonis et Puncinellae a Carceribus, et turris et casamenta Hen- Iul. 6.
rici de Gazo, quae erant in castello Veronae, fuerunt incisae et proiectae, et Bartholomaeus
Abriani mortuus est in tormento Veronae. Et 22. Iulii castrum Sancti Michaelis a capite Iul. 22.
Teioni captum fuit a Mantuanis et a comite Rizardo. Eodem anno die primo Augusti
domnus Turrixendus fecit comburi castrum Gadii. Et eo anno Mantuani, Azo marchio et
Rizardus comes cum eorum exercitibus et aliis Lombardis cum eis per Ioannem de Scanarola 12. Februarii, et eo anno 25. Martii domnus Icerinus pro communi Veronae, et potestas Mantuae pro communi Mantuae, unanimiter convenerunt de relaxando omnes carceratos, qui erant in carceribus Veronae et Mantuae; quod factum fuit inter Insulam et Castel-
larium; et sic relaxati fuerunt omnes 28. Septembris. Et eo anno Mantuani, comes Ri- Sept. 28.
zardus cum Veronensibus extrinsecis, et Azo marchio Estensis cum Ferrariensibus pugnaverunt ultra Mentium cum domno Icerino et Veronensibus intrinsecis; et ex utraque parte multi capti et mortui fuerunt, et plures equi propter nimium calorem suffocati sunt. Et
Taiaferrus et Octolinus de Riva ea vice capti et in carceribus Veronae mortui sunt 25. Iunii. Iun. 25.
Et eo anno domnus Icerinus emit turrim et casamenta quondam Gioti, quae contra fuere Fidentiorum, et totum illud, quod domnus Ioannes de palatio habebat et tenebat in Verona et eius districtu tam in vasallis quam in aliis rebus mobilibus et immobilibus pretio 1500 librarum denariorum Veronensium parvorum. Et eo anno Thomaxinus de Grazana fuit potestas Ceretae. Eodem anno domnus Fredericus imperator cum magno exercitu venit de Apulia, et Cremonenses cum militibus suis, domnus Icerinus cum militibus Veronae, Paduae, Vincentiae una cum dicto imperatore iverunt in obsidionem civitatis Parmae, et ibi steterunt per medium annum, et eam minime habuerunt, quoniam Gregorius de Montelongo legatus domni Gregorii, praeterea Rizardus comes Sancti Bonifacii, Bernardus Rolandi de Rubeis de Parma, virtute Romanae ecclesiae erant in dicta civitate pro defensione eiusdem. Et similiter Albericus de Romano, Bianchinus de Camino, Azo marchio Estensis et multi Lombardi et Marchiani cum maxima comitiva erant in terra Breselli districtus Parmae a capite pontis Padi; et ab alio capite dicti pontis erat Entius rex filius ipsius imperatoris cum Parmensibus extrinsecis, defendentes et evitantes quod victuaria non intrarent in Parma. Et finaliter Lombardi et domini nominati, qui erant in servitium Parmensium intrinsecorum, violenter ceperunt pontem praedictum, et victuaria miserunt in Parma; propter quam causam dictus imperator fecit de novo aedificari aliam novam civitatem, quam appellavit Victoriam, quae civitas erat sita inter Parmam et Burgum sancti Donnini, et post parvo tempore transacto post aedificationem dictae civitatis dictus delegatus domni papae et alii intrinseci Parmae dictam civitatem ceperunt, et explanaverunt, magna auri et argenti spolia depraedantes, et multi Saraceni, qui intus erant, mortui gladio. Imperator versus Cremonam fugam dare coactus est.

1248. Diatalinus de Cauriastico fuit potestas Veronae. Et Fredericus de la Scala eo 1248.
anno fuit potestas Ceretae, et domnus Icerinus de Romano cum populis Veronae, Paduae, Vincentiae, Feltri et Belluni ivit ad castellarium districtus Mantuae, et ibidem per villas Mantuanas maximum guastum fecit; et cepit Cepatam Mantuae stando in dicto districtu Mantuae per unum mensem vel circa de mense Octobris, et plures captivos Veronae in captivitatem duxerat.

1249. rex Encius filius imperatoris Frederici existens apud Mutinam pugnavit cum 1249.
Bononiensibus, et in dicto bello idem rex subcubuit et captus est, et in vinculis aureis in Bononia captivatus est, et cum eo captus est Boxius de Dovaria de Cremona cum pluribus aliis suis et militibus pluribus de Mutina; et statim Mutinenses dederunt et submiserunt se Bononiensibus[9] propter conflictum receptum ab eis. Eodem anno Arabonus de Montesello existens rector Veronae, domnus Icerinus cum populis Veronae Paduae et Vicentiae ivit ad terram Estensem, et eam habuit proditorie pecunia mediante per Vitalianum de Arolda
11. Septembris, et ea die rocham dictae terrae obsederunt, et ibi steterunt per duos menses Sept. 11.

a) Iunii *ed.*

9) Hoc unquam factum fuisse negat Muratorius.

1249. circa dictam rocham cum 13 manganis grossis, in ipsa rocha die noctuque manganantibus; et ipsam ceperunt, et totam destruxerunt, excepta turre, quae remansit pro custodia, salvis personis, quae intus erant, libere relaxatis. Et eo anno custodes plures dimisit, et stare fecit die noctuque per unum annum et ultra circa rochas Cerri et Calaoni, ne aliqui de parte marchionis Estensis possent in eas rochas cum victualibus intrare; et fossata fieri fecit a latere inferiori, et sepes magnas super eo fossato. Et finaliter custodes ipsarum rocharum eas voluntarie dederunt salvis personis eorum et rebus, exceptis armis et balistis. Et eo anno Leo de Aleardis fuit potestas Ceretae.

1250. 1250. domnus Icerinus de Romano dominus Veronae et Petrus de Formaniga existens potestas Veronae fecerunt fieri foveam seu fossatum a Sancto Spiritu de Verona usque ad insulam comitum seu de la Scala. Et eo anno dictus domnus Icerinus habuit castrum et villam Montissilicis eidem traditum per domnum Piscem et eius filios et eorum amicos de Montesilice districtus Paduae. Et eo anno dictus domnus Icerinus, prima uxore defuncta, in uxorem accepit quamdam filiam domni Bontraversi.

1251. 1251. Ugo de Sancta Iuliana fuit rector Veronae, et Gilbertus et Zavarisius fuerunt rectores Ceretae. Et domnus Icerinus cum populis Veronensibus et Paduae et Vincentiae atque Tridenti ivit in districtu Mantuae in terra Bruleti, et ibi stetit per 20 dies; deinde ivit ad terram Campitelli districtus Mantuae, et cepit turrim seu campanile dictae terrae, et omnes homines qui erant in dicta turre capti fuerunt, et totam illam terram combussit atque praedatus est. Et eodem anno Mediolanenses cum eorum exercitu ex una parte erant in obsidione civitatis Laudi, volentes eam; et Cremonenses cum eorum exercitu ex una parte erant in obsidione civitatis Laudi et ipsi, et tamen posuerunt se in defensionem
Oct. ipsius civitatis. Tamdem Mediolanenses eam obtinuerunt, eo quod Cremonenses et Papienses terga verterunt Mediolanensibus; et cum ipsis Cremonensibus erant Fredericus de la Scala et Rainerius de Insula, missi pro ambasciatoribus domni Icerini pro defensione ipsius civitatis Laudi. Eodem anno de mense Octobris Conradus rex Apuliae et domnus Icerinus de Romano cum populis Veronae Paduae et Vincentiae cum magno exercitu et multis exercitis Theutonicorum iverunt ultra Menzum ad castrum Goiti districtus Mantuae, et ibi steterunt per 15 dies ad parlamentum cum Cremonensibus Papiensibus Placentinis et aliis rectoribus civitatum Lombardiae cum complicibus imperatoris. Et transactis 15 diebus reversi fuerunt Veronam, et de praesenti dictus rex cum eius comitiva per Portum Naonem cum navigio et maximo apparatu transivit in Apulia. Et eo anno Rainaldus marchio Estensis existens carceratus in Apulia, mandato ipsius regis venenatus est et decessit.

1252. 1252. domnus Icerinus de Romano fecit capere Carnarolum de Monticulis, Visum de Beto et eius filium Pecorarium, Mantesi et eius fratres, Petrum de Bonis et eius fratres, Ioannem de Cendamo et eius filios, Elorum de Verla et eius fratres, Albertum de Bebege et bastardum eius, et Henrigetum notarium de Panceria, fratres de Cacetis, Andriolum notarium et plures alios de Verona, et cum eis Ugonem de Sancta Iuliana cum multis Paduanis; et de mandato ipsius domni Icerini condemnati fuerunt omnes praedicti per domnum Bonutium iudicem de Cereta, et trainati per civitatem Veronae, deinde decapitati in mercato Veronae de mense . . . . . millesimi praedicti.

1253. Febr. 1253. Rizardus comes Sancti Bonifacii obiit in civitate Brixiae in domo fratrum Praedicatorum de mense Februarii. Et eo anno Buzacarinus de Padua et Albertus Macognus fuerunt vicarii Veronae, et Gilbertus et Zavarisius de Zavarisiis fuerunt rectores Ceretae.
Aug. Et eo anno de mense Augusti ivit dictus comes Nogariam, et cironem ipsius ex toto combussit.

1254. 1254. domnus Icerinus fecit capere Taxium de Castro rupto, Thomasinum de Grezana, Thomasinum de Ocha, Menapacem, Leonem, Aleardinum fratres de Messa, Firmum de Cereta et Fredericum eius filium, Thomasinum Suppicognam et alios multos de Verona, et eos fecit trainari per civitatem Veronae et in mercato Veronae eos fecit interfici et comburi.

1255. Apr. 1255. de mense Aprilis domnus Icerinus fecit capere Ziramontem de Romano eius fratrem, et ipsum in vinculis ferreis duci fecit et includi in castro Semontis; deinde conduci fecit in carceribus communis Veronae, et ibidem mortuus est. Et eo anno misit Icerinum de Egna captum in Marchia. Et eo anno quidam miles de Apulia existens potestas Tridenti pro domno Icerino una cum Azone et Aldrigeto de castro Barco, et cum aliis civibus Tridentinis, acceperunt civitatem et castra Tridenti in se contra domnum Icerinum.

1256. Bonifacius de Marostiga et Compagnus de Padua fuerunt rectores Veronae; et 1256
Frassapaya de Ponti fuit potestas Ceretae. Et eo anno domnus Icerinus cum populis
Veronae Paduae Vincentiae Tridenti et Feltri, et cum omnibus eius amicis undique con-
vocatis, cum magno exercitu ivit ultra Menzum paene civitatem Mantuae ante portam
ipsius civitatis a latere versus sero; et ibidem stetit per mensem de mense Iunii dando Iun.
guasta continua in villis Mantuae de vineis arboribus bladis broilis et domibus eorumdem.
Et ea vice domnus Palavicinus marchio existens potestas Cremonae cum Cremonensibus
venit in eo exercitu in auxilio dicti domni Icerini. Et eo anno quidam delegatus domni
papae cum copia soldatorum ecclesiae Romanae et maxima turba balisteriorum Venetorum
Bononiensium Mantuanorum Marchiae et aliarum partium iverunt Paduam, et eam civitatem
ceperunt et castrum eiusdem civitatis. Et domnus Ansedisius, nepos dicti domni Icerini,
qui erat in civitate Paduae vicarius pro ipso domno Icerino, et Albergerius de Vivario qui
erat cum eo, Vincentiam aufugerunt solummodo cum personis eorum, ipsi delegato domni
papae civitate Paduana cum omnibus castris suis relicta vel relictis, exceptis Montissilicis
et Calaonii, quae diu steterunt et se defenderunt. Statim marchio Estensis circa ipsas
rochas custodes in obsidionem misit, ne in dictis rochis victualia mitterentur; et finaliter
dictus marchio dictas rochas obtinuit. Et statim ea vice dictus domnus Icerinus fecit deti-
neri in Verona omnes Paduanos, qui erant in Verona et in exercitu cum eo circa Mantuam,
et in carceribus positi sunt in Sancto Georgio de Verona, et ibidem mortui sunt omnes.
Et transactis 15 diebus dictus domnus Icerinus cum magno exercitu et apparatu ivit contra
dictum delegatum Paduae, et in burgis stetit per plures dies credens civitatem recuperare,
quod non fecit. Et reversus est Veronam. Et eodem anno Peronus de Leniaco, Bonin-
contrus de Sancto Petro Leniaci, Martinus de Via et multi alii de Leniaco in vigilia omnium
Sanctorum interfecerunt Contaodum Canis, qui erat potestas Leniaci, et cum eorum filiis et
uxoribus fugerunt ad aliam partem clamantes alta voce: *Viva il marchese Azo da Este! La
terra è nostra!* et habentes secum in Leniaco insignia ipsius marchionis. Et eo anno
transactis paucis diebus credens civitatem recuperare seu Leniacum, Bonfadus de Colonia
et Aprilis eius filii et plures alii de Colonia cum eis dederunt castrum et villam Coloniae
marchioni Estensi et parti comitis, et timore domni Icerini ad alteram partem fugerunt.

1257. Thomaxius de Masone, Carus de Vincentia et Zacharia de Ferraria existentes 1257.
vicarii Veronae, et Bonaventura de Verme existens potestas Ceretae, domnus Icerinus de
Romano fecit capere Fredericum et Bonifacium fratres de la Scala, Boninsigna de Clavica
socerum dicti Frederici de la Scala, Avancium Monzevelli, Iacobinum Zovenoni et omnes
de domo sua, Zenarium de Belde-Ponto, Bonaventuram Alberti Trentini et fratres eius,
Nicolaum Trentinum Petri Duri et Antonium de la Mele et multos alios Veronenses, tam
nobiles quam cives, quos dixit esse proditores contra ipsum domnum Icerinum, eo quod
volebant tradere civitatem Veronae Mantuanis et Azoni Estensi, et ipsos omnes fecit trainari
per Veronam et per forum Veronae ad sonum campanae; et combusti et mortui fuerunt
in dicto foro de mense Octobris. Eodem anno domnus Albricus de Romano venit ad prae-
ceptum domni Icerini eius fratris, et eidem reddidit civitatem et castra Tervisii; et pacem
inter se fecerunt osculo et signo pacis in Castro-Franco districtus Tervisii 8. Maii; et in Mai.8
signum firmae pacis et concordiae dictus domnus Albricus dedit eidem domno Icerino tres
filios suos in pignus et fidem pacis; quos posuit in castro Sancti Zenonis pro pace per-
petuo conservanda.

1258. Thomaxius de Maxone et Zacharia de Ferraria existentes vicarii in Verona, et 1258.
Mastinus de la Scala existens potestas Ceretae, domnus Icerinus fecit capere Basuinum et
Bellabrancam eius filium, Gabrielem Zanini et eius filium Ioannem Zaninum, Bon-Ioannem
de Calzareriis et eius filios et omnes de domo sua, Zordanum de Capitalibus et fratrem
eius, et multos alios tam cives quam nobiles de Verona, qui omnes in iudicio praemortui
sunt primo Februarii mandato dicti domni Icerini. Eodem anno domnus Philippus archi- Febr.1
episcopus Ravennae, sanctae Romanae ecclesiae legatus, et domnus Cossadoca electus
episcopus Veronae, Simon Domini Bonifacii de Foiano de Regio existens potestas Mantuae,
Bianchinus de Camino, Pancera de Arco, Buratus de Sala, cum populis Brixiae et Mantuae
existentes circa castrum Torrexellae districtus Brixiae, et volentes prohibere ne trecenti
milites domni Icerini, qui erant Cremonae, redirent Veronam, dictus domnus Icerinus cum
suis militibus et populo Veronae Vincentiae et Feltri ivit versus exercitum Torexellae,

1258 dimissa in Pischeria certa populi quantitate; et cum eo legato et cum suis acriter pugnavit, et victoriam habuit de praedicto legato; et plures capti et mortui fuerunt, inter quos captus fuit praedictus legatus, episcopus Veronae similiter, potestas Mantuae et Brixiae, Buratus de Sala et plures alii de Brixia et de Mantua, et Veronae conducti in carceribus Zerlorum, Aug. 28. et de curte alta in captivitatem positi fuerunt die 28. Augusti. Et die sequenti dictus domnus Icerinus cum eius exercitu intravit Brixiam, et eam pacifice obtinuit, et quiete venientibus omnibus ad eius mandata sine ulla contradictione.

1259. 1259. domnus Icerinus de Romano cum maximo apparatu et populis Veronae et Brixiae ivit circa castrum Friolae Vincentini districtus, et ipsum castrum obtinuit cum omnibus qui intus erant, et omnes mala fecit morte interfici. Et statim reversus est in territorio Brixiensi circa castrum Urcii, devastando omnia circa ipsum castrum. Deinde ivit Monzam districtus Mediolani, deinde Cassanum ultra flumen Addae, et in transitu dicti fluminis Boxius de Dovaria cum suis ivit contra dictum domnum Icerinum, et eum personaliter cepit, et conduxit eum captum et vulneratum in castro Sonzini districtus Cremonae, ex quo vulnere Sept. 27. idem domnus Icerinus mortuus est 27. Septembris, et in arca marmorea sub scalis palatii castri communis Soncini sepultus est, et regnavit inter hostes viriliter dimicando annis 33.

Nota quod hic habuit principium domnus Mastinus de la Scala faciendi se dominum civitatis Veronae.

1260. 1260. post mortem domni Icerini de Romano domnus Mastinus primus de la Scala factus fuit potestas Veronae. Et eo anno domnus Albricus de Romano cum uxore et filiis filiabusque suis reduxit se in castro Sancti Zenonis districtus Tervisii, tenens ipsum castrum pro eius tuitione et suorum, occasione mortis domni Icerini eius fratris. Et ea vice Boxius de Dovaria de Cremona et cum eo Azo marchio Estensis, Mantuani cum populis et carrociis Ferrariae Mantuae et Cremonae, nec non populi et communia Veronae Paduae et Vincentiae et Tervisii iverunt ad dictum castrum Sancti Zenonis in obsidionem, et ibi steterunt a primo Maii usque per totum mensem Augusti. Quod castrum Sancti Zenonis captum fuit per eosdem tractatu Messae de Porcillis, qui erat in custodia dicti castri cum aliquibus Teuthonicis dicto tractatui consentientibus; et in eo castro captus fuit dictus domnus Albricus de Romano cum uxore et liberis; et statim fuit ipse domnus Albricus gladio interfectus una cum uxore et liberis. Omnes fuerunt igne cremati et combusti omnes, scilicet mulieres; masculi vero divisi fuerunt inter dictos membratim. Et dicti domini civitatum praedictarum habuerunt unusquisque portionem eis tangentem.

1261. Sept. 1261. de mense Septembris anno completo potestariae ipsius domni Mastini de la Scala, et de eius voluntate factus fuit potestas Veronae domnus Andreas Zeno de Venetiis. Et eo anno Azo Estensis marchio cum Ferrariensibus, Loysius comes Sancti Bonifacii cum Veronensibus extrinsecis et illis de Lendenaria iverunt contra civitatem Veronae fere per quinque miliaria, credentes ipsam civitatem violenter intrare; quod minime facere potuerunt. Sed castra vertentes, obtinuerunt castra Coloniae Sabloni Leniaci et gironem castri Ponti; et in eo girone castri Ponti stetit ipse Loysius cum tota familia sua per novem menses et ultra. Et tunc temporis et illi de Leniaco dederunt terras Leniaci et Ponti dicto domno Mastino de la Scala et parti intrinsecae de Verona, et expulerunt dictum Loysium comitem a dictis castris. Et eo anno illi de Lendenaria cum omnibus de domo eorum et aliis extrinsecis de eorum parte de Verona obtinuerunt castrum de Lavaneo, et eum tenuerunt per mensem vel circa; deinde id castrum reddiderunt eidem domno Andreae Zeno potestati Veronae nomine dicti domni Mastini de la Scala, sanis et salvis euntibus et exeuntibus a dicto castro cum personis et rebus eorum.

1262. 1262. domnus Mastinus de la Scala factus fuit et creatus capitaneus totius populi civitatis Veronae de communi voluntate et consilio populi civitatis eiusdem.

1263. Sept. 14. 1263. domnus Ludovicus comes Sancti Bonifacii cum omni parte sua et omnibus sequacibus eiusdem expulsus fuit de civitate Veronae 14. mensis Septembris. Et ex postea ipse seu ipsi comites Sancti Bonifacii numquam in civitate Veronae penitus redierunt. Et ab anno praedicto usque ad annum 1277.[a] regnavit et rexit idem domnus Mastinus de la Scala in civitate Veronae, dominus civitatis praedictae.

1266. 1266. domnus Carolus rex Apuliae, senator Romanus, cum magno exercitu et comitiva Lombardorum et Toscanorum civitatum Tusciae et Lombardiae obtinuit Apuliam.

a) MCCLXVII. *ed.*

1267. domnus Conradinus rex et domnus Henricus domni regis Castellae germanus frater existens senator Romanus, una cum Romanis et dicto domno Conradino iverunt et intraverunt Apuliam contra praedictum domnum regem Carolum regem Apuliae, et fecerunt durum praelium contra eum; et finaliter dictus domnus Carolus victoriam habuit contra eos; in quo bello plures diro gladio sunt extincti et capti, inter quos capti fuerunt domnus Conradinus rex regis Conradi filius, domnus Henricus regis Castellae frater, domnus dux Austriae, domnus Conradus de Antiteia[10], domnus comes Galvagnus cum uno eius filio, domnus Thomaxius de Aquino camerarius ipsius domni Conradi, et Mainardus de Castanea et plures alii Tusci et Teuthonici infiniti, ultra mille, decapitati et morti traditi tunc fuerunt. Qui domnus Henricus et comes Galvagnus cum uno eius filio eidem domno Carolo redemtione mortis eorum tradere voluerunt centum milia oncias puri auri, volentes esse perpetuo carceri obligati. Quod fuit 23. Iulii millesimi praedicti. 1267.

1269. domnus Turixendus de Turixendis de Verona 20. Octobris fuit interfectus in Verona per quemdam filium Bernardini de Sancto Apostolo et quosdam alios de Verona; et tunc Poncinella a carceribus cum certa quantitate Veronensium aufugit de Verona, et intravit seu invasit castra Leniaci Villae-Franchae Illaxii Suavi Bubulchae et Vestenae et alia multa castra districtus Veronae; et ligam fecerunt cum vinculo iuramenti cum domno Luixio comite Sancti Bonifacii et eius parte extrinseca, faciendi vivam et rectam guerram domno Mastino de la Scala capitaneo populi civitatis Veronae. Quae castra tenuerunt, et cum ipsis guerram fecerunt ipsi domno Mastino et communi[a] Veronae per duos annos et ultra. Quae castra finaliter tradita fuerunt ipsi domno Mastino per tractatum habitum cum quibusdam, et ea castra ex postea pro communi Veronae tenuit usque ad ultimum vitae suae. Et eo anno comites de Sancto Bonifacio cum parte ipsorum expulsi fuerunt a civitate et districtu Veronae, qui ex postea numquam redierunt. Qui hic per ordinem notati sunt: primo domnus Ludovicus comes de Sancto Bonifacio filius eius cum omnibus ab eo descendentibus; domnus Crosna de Lendenaria cum filiis fratribus et eorum descendentibus omnibus; domnus Isnardus de Capite-Pontis cum fratribus et cum omnibus ab eo descendentibus; domnus Bartholomaeus de Palatio cum filiis et cum omnibus ab eo descendentibus; domnus Rizardus, Bartholomaeus, Nicolaus, Pegorinus eorum nepos, filii quondam domni Pegorini de Monzambano cum omnibus de domo sua et cum omnibus ab eis omnibus descendentibus; domnus Balzanellus de Henrigeto et Micola cum filiis et eius descendentibus; domnus Balzanellus de Tresea Novella cum filiis et cum omnibus ab eis descendentibus; domnus Conradus de Cavazanis cum filiis fratribus et nepotibus et cum omnibus ab eis descendentibus, exceptis Armino et Todesco, qui venit pro pactis Monzambani domni Iacobi de Zerlis; Bonifacius Zerlotus patruus eorum cum filiis eorum et cum omnibus ab eo descendentibus; domnus Frizolinus, domnus Blanzardus, Daniel de Arexiis, et omnes de Cataneis, de Grexiis et cum omnibus ab eo descendentibus; Flous, Morbisus et Bonaventura de Terceto; Recentius quondam Bonnini, Ricardus quondam Henverardi de Voceto cum fratribus filiis nepotibus et consanguineis et omnibus ab eis descendentibus; domnus Naxellus de Sancto Petro Hengana maiori cum fratre et filiis; domnus Bonaventura de Garda cum filiis et cum omnibus ab eo descendentibus; domnus Beronus iudex de Montorio cum fratribus cum consanguineis et nepotibus et omnibus descendentibus; domnus Bonacursius iudex de Montorio cum fratribus cum consanguineis et eorum descendentibus, Thebaldus eius nepos de Pitania cum consanguineis et omnibus eius descendentibus; domnus Marcetus de Natu cum filiis et fratribus et eius descendentibus; Bonaventura domni Macii de Sardenellis, Antonius Venturae Sardenae cum filiis fratribus et eius omnibus descendentibus; domnus Aldrigetus cum filiis et eius omnibus descendentibus; domnus Octus, domnus Odoricus quondam domni Achylicis filius; Alexander de Vicecomitibus et cum omnibus filiis fratribus et eorum omnibus descendentibus; heredes quondam domni Iperini de Mosto et cum omnibus ab eis descendentibus. 1269.

1277. decimo septimo Octobris existens tunc potestas Veronae domnus Ioanninus Gambagrossa de Bonacosis de Mantua, interfectus fuit Mastinus de la Scala per tractatum quorumdam civium Veronae, ob cuius mortem capti et mortui fuerunt actores sceleris supradicti, et expulsi banniti ac perpetuo relegati, et eorum bona confiscata fuere camerae seu factoriae domnorum de la Scala. Inter quos mortuos et bannitos fuerunt illi de Plancanis de 1277.

a) communis *ed.*

10) i. e. Antiochia.

1277. Pigotio et illi de Scaramellis, et plures alii de Verona. Qui domnus Mastinus regnavit in dominio 16 annis vel circa. Isti fuerunt interfectores domni Mastini de la Scala, ut hic describuntur seriatim, et proditores fuerunt. Primo Daniel de Scaramellis filius Isnardi de Scaramellis, Bartholomaeus, Antonius fratres et filii quondam Benedicti; Altiderius de Bustia; Vantus, Iacobus eius frater; Iacobus quondam Mucii nepos praedictorum; Sandrinus de Pigotio; Sardelus de Mizollis; magister Bologninus notarius de Braida, Botinus de Castagneto, Ravonus de Contro, Soxinus Baraterius, Ioannes de Foia; Tarmagellus de Nigrello, Merlius Becarius, Castellanus eius filius, Altegranus de Lazisio; Ioannes Omnebonum fratres et filii Bonazontae de Sancto Paulo Veronae; Parentius eius filius; Laurentius Galvagnus; Delavantius, Antonius, Bertholinus fratres de Pigotio, Gerlus Zeno de Graixio de Sancto Nazario; Ivanus, Lazarius, Marsilius, Antonius de Fratta fratres de Pigotio[a].*

a) *hic Muratorius subiungit notitiam anni* 1278, *quae tamen non Parisio sed ignoto illi qui anno* 1301. *scribendi curam iterum suscepit, adsignanda est:* 1278. post mortem domni Mastini praedicti domnus Albertus de la Scala, frater domni Mastini praedicti, successit in dominio et factus fuit capitaneus et dominus civitatis Veronae, qui dictam civitatem benigne gubernavit et rexit annis 23 in dominio, et is morte naturali decessit. *Scipio Maffeius complura chronicae exempla Veronae haberi Muratorio scripsit, attamen de termino quousque Parisius scripserit se dubitare addidit.* *) *V. Cl. Iohanne Veludo monente codex D. Marci haec habet supra a.* 1101. Ma*th*elde. 1115. Matelda. 1146. Teotonicis sup*er* .. Henric*hus*. 1152. Mantuam. 1156. aīīeus. 1164. sup*er*. 1170. Bonifa*tius*. 1178. Ferrarie.

ANNALES MANTUANI.

Extant Venetiis in codice saeculi XV chartaceo in folio bibliothecae D. Marci in Appendice classis IX Italorum numero 284 signato, unde transscriptos V. Cl. Carolus d'Arco pagg. 28—58 partis II. tomi primi novae seriei Archivii historici Itali anno 1855 edidit, notisque illustravit quarum praecipuas sigla auctoris addita repetimus. Textum tamen trecentis locis emendatum sistere licuit insigni in rem nostram favore virorum clarissimorum reverendissimorum D. Iosephi Valentinellii abbatis Marcianae praefecti et Iohannis Veludi bibliothecarii vices gerentis, qui me petente codicem summa fide et cura cum editis iterum contulit. Notitias ex libris registris et actis publicis saeculo XIII collectas et certe inde ab anno 1268 a scriba coaevo conscriptas fuisse, cuique eas pertractanti persuasum erit. Antiquo tamen codice iam deperdito aut latente, sermonem saepe vitiosum minime miraberis, praecipue dum circa annum 1300 lingua Itala iam eo usque processit, ut mox immortalia Dantis Aligherii carmina populis praebere posset. Quare textum raro tantum et iis praecipue locis ubi littera omissa additave scribae saeculi XV. tribuenda videbatur emendavi, relictis vitiis quae aliquo modo corruptum sermonis vulgaris statum referre possent.

Supra pag. 1 monui, annales nostros in codice et editione excipere annotationes breves ad res Veronenses facientes, quas loco suo inter Veronensia constitui; quorum in fine scriba ad annales Mantuanos his verbis transit:

Supradicta millessima non sunt continuata, et magis pertinent ad Veronenses. Et ista inferiora pertinent ad Mantuanos, et erunt descripta millessima et consules regnantes.

In[a] anno 1183. consul[1] maior civitatis Mantue domnus Zachonus de Grossolanis. Et 1
eo tempore interfectus fuit domnus Ugolinus de Oldevrandis.

In 1184. in 1185. in 1186. episcopus Grasciuvinus[2] fuit potestas Mantue; et in primo anno papa Lucius venit Veronam; et in secunda potestaria idem papa obiit; et in tercia factum fuit concordium Suzarie[b], et ibi mortuus et sepultus est.

In 1187. et 1188. et 1189. domnus Atto Pagani de Pergamo fuit potestas Mantue; et in ipso anno capta fuit Fracta[3] a Veronensibus, et multi Ferarienses capti fuerunt et ducti Veronam; et dedicata est ecclesia maior Verone a papa Urbano. Et capta fuit terra de ultra marii a Saladino; et in secundo anno Mantuani inciperunt facere pontem molendinorum; et in tercio anno comes Sotus interfectus fuit, et nobiles de Ripalta inceperunt pontem suprascriptum.

1190. consul Malvecii Otebonus cum sociis suis; et eo tempore Friderichus imperator obiit.

1191. consules Mantuae Acerbus Cataneus et Conradus de Bussis; et fuit suo tempore desconfita Cremonensium a Brexiensibus in flumine Lolii, que vocata est Civeda; et fuerunt nundine Mantue incepte.

a) *cuiuslibet anni notitiae vox* In *praeponitur in codice.* b) Luzarie *ed.*

1) Consules Mantuae inde ab anno 1126. notos adnotat. *A.* 2) Grassedonius. *A.* 3) Castello della Fratta. *A.*

1192. domnus Gnaffus de Padua fuit potestas Mantue.

1193. domnus Lorenzonus Guardetus et Boso Avocatus fuerunt consules Mantue, et fuerunt expulsi de regimine ante tempus completum.

1194. domnus Lantelmus de Landriano de Milano fuit potestas Mantue. Et eo tempore Saladinus rex ultra mari obiit.

1195. episcopus Henrichus fuit potestas Mantue.

1196. domnus Chazanimichus de Bononia fuit potestas Mantue.

1197. consules Mantue domni Lorenzonus Gualfredus et Guifredinus comites; et imperator Henrichus obiit.

1198. Iacobus Bernardi de Bononia fuit potestas Mantue; et ipso tempore fuit prelium Bregentini, et Ferrarenses devicti fuerunt a Mantuanis, et ducti Mantuam in carceribus.

1199. Stefanus de Turbiago de Brixia fuit potestas Mantue. Et in suo tempore die
4 sancti Iohanis Baptiste desconfiti fuerunt Mantuani a Veronensibus et sociis in terra Zupate[4]: et rex Henrichus fuit incoronatus Rome.

1200. consules Mantue domni Otto Ugozonis et Ovilianus Vicedominus.

1201. comes Guelffus de Sancto Martino fuit potestas Mantue; et in ipso regimine idem potestas interfectus fuit in teratorio Nogarolarum iuxta flumen Revengate; et Mutinenses capti fuerunt per Mantuanos et Reginos[a] apud Sormenzonum[5].

1202. comes Bonifatius eius[6] filius; et eo tempore Bruzella de Brixia fuit desconfita et capta.

1203. domnus comitus[b] Albertus de Casalodo et Azio de Mosio.

1205. consules Albertus de Tribulis et Oldelbertus de Agnelis. Et die pentecoste devastata fuit terra Sancti Bonifacii de Verona[7].

1206. Poncius Amatus de Cremona fuit potestas Mantue; et suo tempore magnum prelium fuit intra partem comitis et Monticulorum in Verona; et magnus ignis fuit in dicta civitate. Et tunc marchio Azzo frater fuit potestas Verone; et tunc Mantuani in servitio partis comitis iverunt cum charotio ad burgum Sancti Zenonis, et ipsum cumbusserunt. Et hoc fuit de Maiio.

1207. et 1208. domnus Azo marchio Estensis fuit potestas Mantue. Et in ipso anno incepta fuit guerra Poltronorum et Calurosorum, et expulsa fuit pars Monticulorum de Verona; et captum fuit castrum Verone a parte comitis de mense Septembris. Et in se-
8 cundo anno rex Filipus interfectus fuit a lantegrado de Diuraga[8].

1209. domnus episcopus Henricus fuit potestas Mantue; et eo tempore rex Octo ivit Romam, ad se incoronari faciendum. Et Bertolatus Calorosus interfecit Bulsium de Poltronibus.

1210. et 1211. supradictus domnus Azzo marchio fuit potestas Mantue.

1212. et 1213. marchio Oldrevandinus eius filius fuit potestas Mantue. Sed tamen domnus Iacobus de Marostegha[9] fecit secundam potestariam pro ipso domno Oldrevandino. Et in prima potestaria Azzo marchio secundus et comes Bonifatius obierunt de mense Novembris: et in secunda potestaria captus fuit carocius Mediolanensium a Cremonensibus in terratorio castro Leonis; et capta fuit turris Pultronorum a Calorosis Mantue.

1214. domnus Geroldus de Salis de Brixia fuit potestas Mantue. Et suo tempore combusta fuit turris Belforti sive Belvesini de Carachato. Et captum fuit castrum Sancti Leii per domnum Carlaxarum de Lethebelano, et traditum[c] in manu inimicorum.

1215. et 1216. domnus Lambertinus de Bivialdo de Bononia fuit potestas Mantue, et in primo anno factum fuit Burgum fortem[9*], et Padus congelavit. Et in secundo anno papa Innocentius obiit die 16. exeunte Iulio. Et regina Appulie venit in Lombardiam, et intravit Veronam de mense Octubris. Et rex Octo fuit incoronatus.

1217. comes Bonifatius de Sancto Martino fuit potestas Mantue.

1218. Henghiramus[d] de Macreta; et illo tempore filii Octatii fuerunt suspensi; et imperator Octo obiit; et combustum fuit palatium Verone, et expulsa potestaria Verone.

1219. Ragazanus de Brixia confalonerius fuit potestas Mantue.

1220. Chazanimichus de Bononia fuit potestas Mantue; et eo tempore imperator Fedricus

a) regionos *cod.* b) comites *ed.* c) tratitum *ed.* d) henghinamus *cod.*

4) Cipada. *A.* 5) prope Formiginem. *A.* 6) scil. Guelfi filius fuit potestas. *A.* 7) a Monticolis. *A.* 8) Pfalzgravio de Bawaria. 9) oppidum Vicentinorum. VELUDO. 9*) Borgoforte.

secundus fuit incoronatus Rome. Et fuit obscesio facta circha Gonzaga per Cremonenses Parmenses et Reginos. Et captum fuit Bondenum Ardoyny per Mantuanos et Veronenses.

1221. domnus Salinguerra de Ferraria fuit potestas Mantue. Et eo tempore amissit Ferrariam, et ipsam recuperabit.

1222. Leo de Carceribus de Verona fuit potestas Mantue. Et suo tempore in fine anni sive sui regiminis, die nativitatis domini Yesu Christi, in quo incipiebat curere

1223. fuit terre motus magnus universaliter per totum mundum, ita quod infinite domus turres et montes ceciderunt. Et Raymundus de Ugonibus de Brixia fuit potestas Mantue; et suo tempore destructum fuit Razolum[10] et stractum[11] et omnes capti.

1224. Chazanimichus de Bononia fuit potestas Mantue; et suo tempore fuit obscessum castrum Bondenii[a] de Burana per Mantuanos et Veronenses, et facta fuit tregua inter Mantuanos et Reginos.

1225. Rizardus comes de Verona[12] potestas Mantue; et tunc fuit dictus comes expulsus de Verona cum sua parte, et factus fuit Leo de Carceribus potestas Verone.

1226. in 1228. in 1229. domnus Lauderengus de Martilengo fuit potestas Mantue; et in secundum annum inceptum fuit palatium cum turri, et dominus Ugo Pizonis, Iohanes de Crema et Cerutus de Ripa fuerunt superestes ad faciendum fieri. Et in tercio anno cavatum fuit castrum Castioni Mantuanii[13].

1229. domnus Guielmus de Lendenaria fuit potestas Mantue; et suo tempore facta fuerunt fulla et molendina, et cavata sancti Blaxii; et incepta fuit salegatia[14] stratarum et broleti. Et mortuus fuit Reschatius in nondinis Mantue ab Avocatis.

1230. et 1231. secundus Lauderengus fuit potestas Mantue; et in primo anno completus fuit pontem molendinorum et fullorum. Et comes Rizardus de Sancto Bonifatio captus fuit a parte Monticullorum, et detentus[b] in carceribus per magnum tempus. Et eodem anno capta fuit Collata per Mantuanos.

1232. comes Balibynus de Casalolto fuit potestas Mantue. Et eo tempore episcopus Guidotus primo venit Mantuam; et cavatum fuit castrum Seravali, et detruncatum fuit dome in broleto.

1233. episcopus Guidotus fuit potestas Mantue. Et in suo tempore facta fuit congregatio Mantuanorum Brixiensium Veronensium Paduanorum Vicentinorum Trivixinorum cum carociis suis, ad Panquaram supra Adexim, per fratrem Iohanem ordinis Predicatorum, ad pacem faciendam inter partem comitis et partem Monticullorum, et inter Mantuanos et Veronenses, et inter omnes qui ibi erant.

1234. Aymerichus[c] de Arpinello de Bononia fuit potestas Mantue; et in suo tempore fuit exercitus Zevenolte[15], et propalati fuerunt Angeli[d] qui congregati erant in Mantua per partem Advocatorum, qui fuerunt bampniti[16] perpetuo et expulsi. Et facta fuit pax inter comites de Casalolto et Calorosios coram dicto potestate in broleto comunis Mantue.

1235. Iacobus de Melato de Mediolano fuit potestas Mantue. Et suo tempore, de Madio, una die lune quando vadunt tanie[17], mortuus fuit episcopus Guidotus ab Avocatis in monasterio sancti Andree iusta hostium capituli monachorum; et ipsi Advocati expulsi fuerunt, et destructi fuerunt omnino, et monasterium totum expoliatum fuit. Et in festo sancti Galli fuerunt devicti et expulsi Poltroni, Calorosii et Destuzani vicecomites et vicedomini, et Ravasii, et omnes de parte Advocatorum. Et dictus potestas fuit expulsus de regimine. Et domni Zanerichius de Ripa, Ubaldus de Ripalta, Paganus de Saviola et Guelfus Pizonus fuerunt.

1236. Albertus de Zolzano de Vicentia fuit potestas Mantue. Et suo tempore imperator Fedrichus cum magno exercitu tempore vindimiarum venit obsessum Mantue ad portam Acquadruzii[18], et ibi stetit per tres dies; et in adventu suo rapuit castrum Marcharigie[19] a Mantuanis in vigilia nativitatis Domini. Mantuani viriliter insurgerunt, et iverunt Marcharie, et eam per vim ceperunt. Et capti fuerunt trecenti Cremonenses, et imperator cepit Vicentiam et eam combussit.

a) bondey *c* b) dentus *c.* c) aymenchus *c.* d) *ita conicit Cl. Veludo*, ágli *c.*

10) Reggiolo. *A.* 11) i. e. stratum vel distractum. 12) Sancto Bonifacio. *A.* 13) in finibus Veronensibus. *A.* 14) i. e. viae aptatae sunt. Ann. Foroiulienses infra: *Anno Domini* 1285. *die Lunae* 13. *intrante Augusto incepit commune Civitalense facere salesari sive facere aptari vias civitatis.* 15) Zenevolta, ubi Mediolanenses Cremonenses fugarunt. *A.* 16) i. q. banniti. 17) i. q. litaniae. 18) della Pradella. *A.* 19) ad Oglium. *A.*

1237. Rizardus comes de Sancto Bonifatio fuit potestas Mantue; et suo tempore factum fuit concordium inter Mantuanos et imperatorem[20], et capta Padua cum tota Marchia ab imperatore.

1238. Bernardus Rolandi Rubei fuit potestas Mantue; et suo tempore Calorosi intraverunt Sermidum, et Mantuani obsiderunt eos et ceperunt castrum et homines. Et tunc fuit obsessa Brixia ab imperatore, et Mediolanenses desconfiti et capti cum toto carocio ad Cortonovam ab imperatore Fedricho supradicto.

1239. Guido de Coregia fuit potestas Mantue; et suo tempore fuit eclipsis solis in una die Veneris de mense Iunii circha medium diem.

1240. Ubaldus de Suzaria fuit potestas Mantue; et suo tempore obsessa fuit Feraria per Mantuanos Bononienses et Venetos, et eam ceperunt cum domno Salinguera, qui ductus fuit Venetiis et ibi incarceratus. Et in eodem anno milites Mantuani fuerunt desconfiti, 21 una die sabati tercio intrante Novembre, apud Trevenzolum[21] a Veronensibus; et ipse potestas et domnus Manganus eius assessor et multi alii mortui fuerunt, et multi milites Mantuani circha 100 fuerunt capti et ducti Veronam; inter quos erat domnus Girardus de Rangono de Mutina, qui debebat esse potestas futurus civitatis Mantue, et ibi fuerunt incarcerati. Et facta fuit porta Fullorum.

1241. et 1242. Guido de Coregia fuit potestas Mantue. Et in primo anno, una die Iovis crasse, adveniente nocte cumbussit palatium cum tota batalia turris; et in refectione ipsius palatium fuit merlatum. Et fuit facta baronia militum Mantuanorum bene 200, qui homines habebant arma alba et banderias albas.

1243. et 1244. domnus Sermons Lupus, marchio de Soranea, fuit potestas Mantue. Et in primo anno capta fuerunt plura castra Veronensium a Mantuanis, scillicet Valegium, Gazium, Vilimpenta[a. 22] et Triumzolium; et in secunda potestaria papa Inocentius ivit Leonum[22*] cum cardinalibus suis. Et captum fuit castrum Hostilie die 14. Iannuarii, et homines qui erant in dicto castro circha 300 homines, et eos incarceraverunt in carceribus Mantue, et destruxerunt castrum penitus.

1245. Axandrus de Rivolis fuit potestas Mantue; tamen propter iuventutem suam expulsus fuit ante tempus, et domnus Guido de Coregia vocatus fuit potestas Mantue; qui venit et obiit in dicta potestaria, et domnus Matheus eius frater complevit dictum regimen. Et eo tempore Rizardus de Ripalta expulsus fuit de Mantua, et tunc papa excomunicavit imperatorem et eum deposuit. Et facta fuit obsesio Mediolani per imperatorem super Lambrum.

1246. Raynerius Zengolus de Tuscia[b] fuit potestas Mantue, et expulsus fuit ante tempus; et comes Rizardus[23] complevit potestariam pro eo. Et fuit rex Conradus desconfitus ab Altegrado[24] in Alemanea.

1247. domnus Henricus de Rivolis de Pergamo fuit potestas Mantue, et domnus Azzo complevit tempus suum. Et in die Martis sancti factum fuit cambium carceratorum Mantue qui capti fuerunt Trevinzoli, cum carceratis Verone qui capti fuerunt in Hostiliam. Et eo tempore factum fuit prelium Levate inter Mantuanos et Ycellinum et Veronenses apud Gazoldum; et Parma fuit obsessa per imperatorem et Cremonenses.

1248. et 1249. domnus Pax de Bucha de Brixia fuit potestas Mantue. Et in primo anno fuit exercitus in Pado versus Cremonam, et captum fuit Casale maius per Mantuanos, et combusta fuit Zupata a Veronensibus; et capti multi Mantuani in dicta terra. Et in secundo 25 anno fuit exercitus[25] secundus Taiate; et capta fuit Victoria a Parmensibus, et captum carocium Cremonensium ab ipsis Parmensibus die Martis exeuntis Febrarii.

1250. domnus Gruamons de Bononia fuit potestas Mantue; et suo tempore rex Hentius captus fuit a Bononienses[26] cum multis militibus de Cremona et de Mantua et aliis, qui ducti fuerunt Bononiam et ibi incarcerati[27]. Et captus fuit pons Tezolarum et castrum Mosii per Mantuanos et Brixienses; in quo castro captus fuit Rizardus de Ripalta[28], qui mortuus fuit per Mantuanos cum pluribus aliis. Et imperator Fedrichus obiit in festum sancte Lucie; et factum fuit palatium novum supra broleto.

a) vilimp̄ta *c.* b) Tusia *cod. saepius.*

20) Kal. Octobris. *A.* 21) Trevenzolo in territorio Veronensi. *A.* 22) il Gazzo, Villimpenta. 22*) Lyon. 23) S. Bonifacii. *A.* 24) lantgravio Heinrico. 25) in subsidium Parmensium. 26) a. 1249. 27) d. 26. Mai. 1249. *MURATOR.* 28) ex forinsecis Mantuae. *A.*

1251. domnus Bonifatius de Canossa de Regio fuit potestas Mantue; et suo tempore Ubaldinus de Campitello et comes Princivalus et Ratbolus comes cum multis aliis proditoribus et Cremonensibus furtive rapuerunt Marchariam, et capitaneum Cirche occiderunt. Unde Mantuani contra eos viriliter processerunt, capientes dictam terram, Cremonenses occiderunt et Ratbolum comitem. Et Campitellum combustum fuit a Veronensibus; et papa Inocentius venit Mantue in die sancti Michaelis.

1252. Tomaxinus de Ponzenicho fuit potestas Mantue; et suo tempore comes Rizardus obiit de Sancto Bonifacio in Brixia, et Lodovicus eius filius datus fuit in manibus potestatis comunis Mantue. Et die anni novi preteriti obiit princeps Raynaldus, filius marchionis Estensis, qui erat detemtus in carceribus in Apulia, in fortia imperatoris.

1253. domnus Azzo Estensis marchio fuit potestas Mantue; et suo tempore factus fuit pons Burghifortis supra Padum in columpnis.

1254. et 1255. domnus Gruamons de Bononia fuit potestas Mantue. Et in primo anno papa Singhibaldus Inocentius obiit de mense Decembris; et capti fuerunt Ferarienses extrinseci cum multis Cremonensibus, circha 200, in Burgoforti a Mantuanis, qui ipsum burgum ceperunt malo modo. Et in secundo anno facte fuerunt mocte contra Tezolis, et domnus don Martinus episcopus Mantue confirmatus fuit legatus a papa Alexandro quarto per Lombardiam, Romagnolam, Patriarchatum, Alemaneam, Venetias, ad predicandum crucem contra perfidum Ycellinum et suos sequaces.

1256. domnus Rolandus Lupus fuit potestas Mantue, et ipse obiit in dicta potestaria, et domnus Ugolinus eius nepos complevit potestariam vice sui. Et eo tempore fuit obsessa civitas Mantue per Ycellinum de Romano et Veronenses Paduanos Vicentinos Trivixanos et per marchionem Pelavixinum cum Cremonensibus Placentinis et multis aliis. Et ante quam Ycellinus rediret de exercitu, amisit Paduam per legatum, et ipse Ycellinus incarceravit undecim milia Paduanorum.

1257. domnus Nordius de Ymola fuit potestas Mantue; et suo tempore facta fuit pax inter Mantuanos et Cremonenses, et suo tempore facta fuit moneta parva et etiam grosa ad modum Venetorum.

1258. domnus Simon de Bonifatio fuit potestas Mantue. Et eo tempore militia Mantuanorum et Brixiensium pro comuni fuerunt desconfitti in loco Gambare[29] per domnum 29
Ycellinum et Cremonenses, et capti fuerunt multi Mantuani, et ligati et ducti[a] Veronam et incarcerati; et illi Mantuani qui capti fuerunt a Cremonensibus, omnes fuerunt dimisi, quia erant secum in pace. Et iterum ipso anno Brixia capta fuit ab ipso Ycellino.

1259. domnus Catelanus de Bononia fuit potestas Mantue. Et eo tempore comes Ludovichus[30] rediit cum sua parte in Verona; et ante[b] quam rediret factus fuit exercitus supra Adam[31] per Mantuanos et Cremonenses contra Ycellinum; ita quod die quarto exeunte Septembri dictus Ycellinus desconfitus et captus et percussus fuit super terratorium Mediolani in campanea Blancenade[c. 32] cum multis et infinitis militibus, et ductus fuit Sonzino, et ibi iacet mortuus. Et die dominico penultimo exeunte Novembri iurata fuit pax inter Mantuanos et Veronenses supra palatio novo comunis Mantue, et in pleno consilio.

1260. Simon de Bonifatio fuit potestas Mantue. Et comes Lodovichus eo tempore expulsus fuit de Verona cum parte sua; et facta fuit quedam comunantia in civitate Mantue per illos de parte illorum de Ripa et Saviola, que destruxit privilegia marchionis et comitis quae habebant in Mantua. Et domnus Albricus de Romano fuit captus in castro Sancti Zenonis de episcopatu Trevixii cum tota sua familia et familia a Vicentinis Paduanis et Trivixanis, et mortuus cum uxore et familia. Et scova sive liberatio incepta fuit in civitate Mantue in festo sancti Martini; et sconfiti fuerunt Florentini et capti a comite Zordano[33] et ab aliis de Sena.

1261. Nicolaus Querinus de Venetiis fuit potestas Mantue; et suo tempore magnum prelium fuit inter Gaffaros et illos de Ripa supra pontem Monticellorum.

1262. Tirigellus de Calacisio de Senis fuit potestas Mantue; et eo tempore die dominicho panis ordinatum, pars illorum de Ripa et de Saviola fuit devicta et expulsa a parte Gaffarorum.

1263. Iacopinus Rubeus de Parma fuit potestas Mantue; et eo tempore capta fuit

a) et et ducti Veronam inc. *cod.* b) ante *inserui.* c) blancenude *cod.*

29) territorii Brixiensis. *A.* 30) S. Bonifacii. *A.* 31) Adduam. 32) prope Cassanum. *A.* 33) i. e. Iordane.

Suzaria per partem illorum de Ripa et Saviola, et eam tenerunt contra Mantuanos, et in vigilia sancti Andree ceperunt eam.

1264. Albertus Chazanimichus de Bononia fuit potestas Mantue. Et eo tempore marchio Azzo Estensis obuit in medio Febrario in civitate Ferarie; et combusta fuit circha Suzarie per Mantuanos, et expulsa fuit pars illorum de Gorzano de Mutina.

1265. domnus Albertus suprascriptus fuit potestas Mantue per unum mensem, et postea comes Lodovichus per septem menses. Postea in Calendis Septembris venit domnus Coradus de Concorezo de Mediolano pro vicario domni Paganellii a Turre, qui fuit electus in potestatem per domnum Raynaldum a Turre episcopum Comarum, qui debebat dare potestatem Mantuanis et Ferrariensibus per quinque annos pro quadam societate facta inter comune Mediolani et comune Mantue et Ferarie. Et eo tempore expulsa fuit pars regiia, et illi de Sexoo intraverunt Razolum[34]. Et in ipso anno rex Karolus et ivit per mare Romam, et fuit electus senator Rome per papam et cardinales; et datum fuit regnum Apulie, Cicilie, Calabrie, si possit conquistare, per papam et suos sequaces, quod regnum tenebatur per regem[a] Manfredotum, filium Fedrici imperatoris condam. Unde dictus domnus rex Karolus maximam turbam militum, peditum, balestariorum assoldavit, et venerunt per Lombardiam, non timentes Pelavicinum marchionem, qui dominus erat Cremone Brixie Placentie et multorum militum de Alemania, qui assoldati erant per ipsum marchesium de avere ipsius regis Manfredoti, qui erant cum carociis suis obviam supradictis militibus, peditibus, balesteriis de Francia Pichardia Provenzia et aliis locis subiectis ipsi regi Karulo et regi suo fratri Francie. Et fuerunt ad castrum Carpoli in episcopatu Brixie, et ipsum ceperunt per vim, et omnes occiderunt, transeuntes per pontem Calepii; et ceperunt Montemclarum. Et in Mantua erat quidam legatus qui predicaverat crucem per Romagnolam et in Bononia, qui habebat secum maximam multitudinem militum et peditum et balesteriorum de partibus illis; et etiam 200 milites erant secum de Gelffis de Florentia, qui venerunt in servitio istorum de Francia. Et cum fuerunt Mantue hospitati, et mortuus fuit per quosdam latrones inter burgum Sancti Georgii et Sanctam Mariam de Credaria quidam nobilissimus miles nomine Iohanes de Bares[b], et iverunt Romam postmodum. Et in ipso tempore domnus Napalion de Turri, qui dominus erat Mediolani Laudi Comarum Pergami et Novarie, cum charociis suis supradictarum civitatum obssessum castrum Palazoli, et ipsum ceperunt per vim; et hoc totum fuit de mense Dezembris. Et erant Cremonenses et Placentini cum aliis suis amicis cum carociis in campo obviam ipsi domno Napalioni, et non fuerunt ausi aliquid contra eos.

1266. domnus Paganellus de Turri fuit potestas Mantue per supradictum episcopum Raymundum; et supradictus domnus Conradus de Conconregio stetit pro vicario ipsius domni Paganelli usque quo domnus Carnevalus fuit electus potestas ab ipso domno episcopo Raymundo: et hic fuit per totum mensem Iannuarii. Qui potestas, antequam veniret, interfectus fuit in civitate Verzellarum per partem cartiniorum[35] vavasorum et Papiensium. Unde propter mortem ipsius domni Paganelli mortui fuerunt 54 milites de vavasoribus et cataneis qui erant in carceribus in Mediolano in fortia illorum de Turri. Et domnus episcopus cum fratre Tayoni de Bocaciis intravit Brixie cum parte extrinsicha Brixiensium in concordia civibus Brixie; et comes Lodovicus de Ambaxis Mantue fuerunt quando concordium factum fuit de mense Februarii; et tunc Cremonenses destruxerunt castra Brixiensium, Canedum, Pontevigum, Quinzanum, Yorcium, Ostianum[36], et multa alia castra supra ripam Oley. Postea dictus episcopus elexit domnum Carnevalem de Turri in potestatem a Febrario in antea. Et eo tempore domnus Karolus pugnavit cum rege Manfredo una die Martis in carnis levamine de mense Marzii, et ipsum regem Manfredum deiecit et interfecit cum maiori parte sue[c] militie. Et societas Lombardorum fecit exercitum supra Cremonenses cum carociis; in quo exercitu fuerunt cum carociis suis Mediolanum et Mantuanos, Brixienses et Pergamaschos, et marchio Estensis cum multa milicia Ferariensium et Paduanorum in Sonzinum; et ibi captus fuit domnus Pinamons de Bonacolsis et deductus ad Sonzinum; et destructum fuit castrum Covi.

1267. domnus Carnevalus de Turri fuit potestas Mantue de mense Februarii. Et eo tempore pars exstrinsicha Cremonensium intravit Cremonam per concordiam quam posuerunt duo legati transmissi ab eclexia. Et postea propulsus fuit Boso de Dovaria cum

a) regnum *c.* b) de Francia *addit ed. sed deest in codice.* c) sua *c.*

34) Reggiolo. *A.* 35) i. e. capitaneorum. 36) Orci et Ustiano. *A.*

parte sua, et fuit obsessus in rocha sua a Cremonensibus intrinsicis. Et Mantuani ob- 37
siderunt castrum Tezolarum[37], et ipsum castrum ceperunt cum igne; et multi fuerunt mortui gladiis, et multi capti et ducti Mantua in carceribus. Et rex Karolus asidiavit castrum Pozibonici[38] de Tuscia. Et Corradinus novellus venit Veronam cum magna militia, et fuit excomunichatus ab archiepiscopo Ravenne, qui tunc erat legatus in Mantua. Et excommunichavit Veronam Papiam et Pelavizinus et suos sequaces.

1268. domnus Muscha de Turri fuit potestas Mantue, et incepit regimen suum in Kalendis Marcii. Et suo tempore Coradinus novellus separavit se a Verona, et ivit Papiam, et a Papia ivit Pisis, et postea ivit Romam; et in ipso itinere preliavit cum mareschalcho regis Karoli, qui erat in Tuscia cum multis militibus, et ipse devicit et interfecit eum quasi cum omnibus suis militibus. Et cum fuit in civitate Rome, paravit se cum sua milicia, que erat circa octo milia inter Lombardos, Teotonichos, Tuscos et Romanos. Et domnus don Henricus, frater regis Castele, similiter se paravit cum sua militia, et iverunt in Apulegia[39], et ipsi preliaverunt cum ipso rege Karulo et sua gente de mense Augusti: qui Coradinus et don Henricus cum sua societate fuerunt desconfiti ab ipso rege Karulo. et quasi omnes mortui preter dictos domnos Coradinum et domnum Henricum[a], cum comite Girardo de Pisis et comite Galvano, et filius duci Hosterici, qui evasscerunt a prelio in quodam castro Fragepanorum supra mare. Et cum ibi fuerunt, quidam proditores eos tradierunt in mari in manibus ipsius regis Karuli, et ducti fuerunt Neapullas; et domnus Karolus per sententiam datam per iudices suos fecit amputare capita omnibus supradictis, preter quam domno don Henrico[a], quem fecit detineri in carceribus. Et in die 10. Augusti Mantuani fuerunt inter se ad arma, et expulsi fuerunt Roffinus de Zanichalis et Gaffari cum sua parte de Mantua a comitibus de Casalolto et domno Pinamonte de Bonacolsis cum sua parte; et tunc domnus Muscha potestas separavit se a regimine, dimitens domnum Ardichum eius iudicem pro suo vicario quousque rediret; qui domnus Muscha rediit infra 15 dies ad regimen suum. Et eo tempore in

1269. de mense Februarii marchio[40] et comes[41] erant in Mantua, et fecerunt venire 40
Roffinum a Ferraria Mantuam per pontem mulendinorum, ita quod dictus pons fractus fuit, et non intravit per portam; unde omnes iterum fuerunt ad arma, et detentus fuit domnus Roffinus in palatio, et se percussit cum cultello corpore, et in nocte transmissus fuit Ferrariam ad confines: et domnus Muscha penitus se a dicto regimine cum tota sua societate separavit. Et dicti marchio et comes ascenderunt palatium, et loco potestatis domnus Matheus de Coregia et Iacopinus Rangonus regebant terram voluntate dictorum domnorum; et hi fuerunt forte per 15 dies usque ad Kalendas Marcii, ad quas Kalendas dictus domnus Matheus fuit electus capitaneus populi; qui recusavit venire.

1269. domnus Matheus de Coregia fuit electus potestas Mantue, et incepit regimen suum in Kalendis Marcii. Et in suo tempore in ipso Martio Gaffari sive Zanichalis redierunt in civitate Mantue, amore et rogamine marchionis Mantue, sive de Savira[b] et propter unam parentellam quam fecerunt cum comitibus de Casalolto. Et ipsis stantibus in Mantua, fecerunt comparationem inter partem intrinsecham, et corumperunt quam plures magnates de parte illa, videlicet comitem Obizium, Tomasium de Lombardo, Montemagnum de Stancialibus et fratres, Trimaninum de Vavasore et multos alios, pro avere marchionis Mantue, volentes facere dictum marchionem dominum sine comite Lodovicho; unde fecerunt venire marchionem predictum Mantuam quasi furtive cum magna quantitate militum et peditum Ferariensium, et venit cum ocullo ligato. Et tunc comes Lodovichus, qui erat in terra Liniachi, cum scivit de aventu marchionis, timuit de terra sive civitatis; incontinenti die et nocte non cessavit equitare, donec fuit in civitate Mantue. Et die una Mercurii 14. Maii fuerunt omnes de civitate ad arma; quare domnus marchio cum sua parte volebat talia potentia[42], que non poterat habere a parte contraria; et fecit pulsare ad suum tintinnabulum ad martellum, volens congregare suam partem ad se. Et tunc domnus Matheus potestas fecit pulsari ad suum tintinabullum, et congregata fuit maxima multitudo gentium in broleto de parte comitum Lodovichum et domni Pinamontis; et marchio non fuit ausus venire in plateam cum sua gente. Et tunc comites de Casalolto preliaverunt cum Gaffaris

dicto anno magnalia in Mantua facta fuit.

a) herichum ... hericho *c.* b) Savĩa *c.*

37) Tezoli prope Mosium. *A.* 38) Poggibonzi. 39) i. e. Apulia. 40) Obizo Estensis. *A.* 41) S. Bonifacii. *A.* 42) videtur esse quod nos vocamus *sicheres Geleit.*

et Stancialibus, facientes ponere ignem in domibus Gezorum et turri, ita quod domos et turrim combusserunt, et postea venerunt ad plateam. Potestas vero misit ad Gaffaros ut venirent ad sua precepta; et venerunt et Tomasius de Lombardo et Montemagnus de Stancialibus et fratres, et plures alii; de quibus circha 12 fuerunt incarcerati, et quosdam dimissi[a], sicut fuerunt Gaffari, quos marchio conduxit secum Ferrariam cum sua gente. Die sequente domnus Obizzo comes factus fuit in Francolino propter timorem, et Tomasius de Lombardo dimisus fuit propter parentellam comitum; et domnus Grossena de Lendenaria fuit percussus in fronte, ita quod obiit super guasto illorum de Ripa, cum veniebat cum domno Lodovicho ad broletum. Et tunc Paduani eligerunt supradictum domnum Matheum per suum potestatem ad Kalendas Iulii; qui ivit et dimisit domnum Guidonem suum fratrem loco sui in potestaria Mantue. Et die festi Omnium sanctorum illi de Ripa et de Saviola cum sua parte recepti fuerunt ad precepta comunis Mantue, et intraverunt civitatem. Et domnus don Bonacolsa, abas Sancti Andree, obiit in Mantua, et domnus don Albertus factus fuit abas dicti monasterii.

1270. supradictus domnus Matheus fuit potestas Mantue, et incepit sua potestaria in Kallendis Marcii. Et suo tempore civitas Brixie data fuit per cives ipsius terre sub dominio regis Karuli.

1271. domnus Guido fuit potestas Mantue a Kalendis Aprilis et in antea. Comes Ludovichus fuit capitaneus populi.

1272. supradictus domnus Guido fuit potestas Mantue et incepit regimen suum a Kalendis Aprilis in antea; et facta comparatione inter ipsum potestatem, comitem Lodovichum de Verona et comites de Casaloltο cum suis amicis ex una parte, et domnos Fedricum
43 comitem de Marcharigia[43] et Pinamontem de Bonacolsis cum suis amicis ex alia parte, die Iovis quarto exeunte Iullii expulsus fuit dictus potestas de regimine civitatis Mantue. Et domni comes Fedrichus et Pinamons ascenderunt palatium, facientes regimen civitatis cum quibusdam iudicibus de Mantua; et regerunt terram duobus mensibus et quatuor diebus. Et tunc vocaverunt dominos per potestatem; scilicet domnum Francischum de Foyano de Regio a Kalendis Octubris usque ad Kalendas Aprilis, et domnum Lugarum de Summo de Cremona a Kalendis Aprilis usque ad Kalendas Octubris; et excomiaverunt dictum comitem Lodovichum, qui ivit Brixie ad standum. Et deguastatum fuit belfredum ubi erat tintinabulum populi, quod erat super domo merlata ubi morabatur dictus comes. Et comites de Casaloltο exierunt Mantue et iverunt Gonzagam; et facta fuit pax cum Veronenses
Sept. 5. eodem tempore scilicet domnorum comitis Fedricii et Pinamontis. Et tempore regiminis suprascriptorum domnorum redierunt Roffinus de Zanichalis, Gaffari et omnes de parte sua in civitatem Mantue ad precepta et comunis et dictorum domnorum. Et domnus Francischus predictus venit Mantuam ad regimen faciendum eodem milessimo in Kalendis Octo-
1273. bris, et duravit regimen suum usque ad Kalendas Octobris venturi. Et domnus Lugarus de Summo de Cremona fuit potestas Mantue, et incepit regimen suum in Kalendis Aprilis; et suo tempore fuit dictus Francischus factus capitaneus populi, et duravit per medium annum. Et in suo tempore, propter discordiam natam inter domnum Fedrichum comitem de Marcharia et domnum Pinamontem de mense Iulii propter unam parentellam, quam dictus comes cum marchione Obizo Estensis fecerat, et propter unum matrimonium de se quod fecerat domnus Roffinus de Zanichalis, et etiam propter feudum quod susciperat a marchione predicto circa dandi civitatem Mantue cum hominibus sub servitute marchionis predicti, fuerunt ad arma quodam die Martis 14. exeunte Iulii de sero; et tunc expulsi fuerunt predicti domini de civitate Fedrichus Roffinus et Gaffari cum tota sua parte, et intraverunt Marchariam; et Ottonellus de Zanichallis intravit Voltam. Et tunc domnus Francischus de Foyano, qui erat capitaneus populi, stetit pro rectore usque ad adventum domni Pagani de Terzago de Mediolano. Venit Mantuam ad potestariam faciendam, et rexit usque ad Kalendas Aprilis proximi venturi anni[b] 1274; et suo tempore de mense Octubris recuperavit Voltam. Et in illo tempore marchio Obizo Estensis cum Mantuanis extrinsicis et Ferarensibus intravit terram Mantuanorum, et fregit eis pacem capiendo et comburendo episcopatum Mantue supra Padum ab utraque parte; et propter hoc Mantuani non diviserunt se a dicto castro, donec ceperunt. Et iterum suo tempore destructa fuerunt castra insuprascripta a Mantuanis intrinsicis; scilicet castrum Volte Capriane Cerexariis Godii, et muratum fuit castrum Seravali, et turris Scorzaroli fuit discipata, et castrum

a) dimi *ed.* b) currente *A.*

43) i. q. Marcharia. *A.*

Sancti Leii destructum penitus, excepta una turri supra pontem Zarie. Et eo tempore combusta fuit Melaria a Veronensibus; multi capti et ducti Veronam in carceribus. Et mortuus fuit Ubaldinus de Fontana, interfectus gladio[45]; et omnes de Fontana fugierunt, preter unum filium dicti Ubaldini et unum fratrem domni Nicolai, qui fuerunt incarcerati a marchione.

1274. domnus Albertinus de Fontana de Feraria fuit potestas Mantue, et incepit regimen suum in Kalendis Aprilis, et tenuit per unum annum: et in illo tempore erat dictus domnus Albertinus expulsus de Feraria a marchione cum domno Guielmo de Fontana; unde concordes fuerunt cum Mantuanos, et fregerunt confines, et factus fuit potestas Mantue. Et suo tempore de mense Iulii expulsa fuit pars Lambertatiorum de Bononia a Zeremichico, et iverunt Faentiam et Florinum. Et suo tempore de mense Februarii ab introitu usque ad finem ipsius mensis, fuit tam magnum frigidum et tam magne nives venerunt, quod fere omnes vinee vel pro maiori parte fuerunt sice, et etiam ficus quasi omnes. Et in suo tempore, in festo pentecostes, fuit concilium pape cardinalium et omnium prelatorum ecclesie Romane, et etiam Grecorum et Tartarorum, Lugdini; et in ipso concilio electus fuit comes Redulffus de Osburgho de Alemania rex Romanorum ab ipsa ecclesia Romana; et multa alia que non scribuntur hic.

1275. domnus Albertus de la Schala de Verona fuit potestas Mantue, et incipit suum regimen in Kalendis Aprilis. Et suo tempore die sancti Georgii desconfiti fuerunt Bononienses intrinsici a Lambertaziis et societate sua in episcopatu Faventie iuxta pontem sancti Proculi; et ibi capti fuerunt circha 800 milites et mortui circha 200. Et postea forte transacto uno mense et dimidio desconfiti fuerunt iterum cavalchatores ipsorum Bononiensium intrinsicorum ab ipsis Lambertaciis, qui cavalcatores mittebantur Cesenam; et fuerunt capti circha 200; inter quos erant Parmenses et Muttinenses, et etiam Francigini et Provinciales; qui omnes fuerunt expediti gladiis, vel quasi omnes fuerunt. Et iterum, die Iovis 13. Iunii Bononienses et Ymolenses pro comuni et cum talia[46] militum et balesteriorum Parmensium Reginorum Mutinensium et Ferariensium iverunt iuxta Faventiam, et transierunt flumen quod vocatur Sanium; et ibi Lambertacii et comes Guido de Montefeltro cum sua militia et Faventinus et Forlienses omnes comuniter et viriliter Faventiam exierunt cum armis, et fuerunt preliati cum supradictis; in quo prelio desconfiti fuerunt Bononienses cum sua societate tota, et ibi mortui fuerunt duo milia inter pedites et milites, et capti fuerunt bene circha 5000 inter pedites et milites, et etiam plures secundum quod fertur. Et eodem anno recuperatum fuit castrum Marcharie per Mantuanos intrinsichos a comite Cinello, qui ipsum castrum habebat in fortia et potentia sua, pro libris novem milium et ducentis parmensium[a]; et hoc fuit die Iovis 5. Septembris. Et suo tempore de mense Marcii devastatum fuit supradictum castrum.

1276. domnus Marzagalia de Adelardis de Verona fuit potestas Mantue et incepit regimen suum in Kalendis Aprilis. Et suo tempore in quatuor mensibus mortui sunt tres pape; videlicet papa qui fuit de Placentia, magister Petrus de ordine Predicatorum[47]; et domnus Ottebonus de Flescho de Yanua[48]; et domnus Petrus de Yspania, qui erat cardinalis, factus fuit papa[49] de mense Septembris. Et suo tempore Mantuani et Veronenses fecerunt concordiam cum domno Bonifatio archiepiscopo Ravene de mense Ianuarii 1277 contra domnum Obizzonem Estensem; et posuit dictus domnus archiepiscopus domnos Albertinum, Guielmum et Nicolaum de Fontana cum suis amicis in Arzenta ad destructionem dicti marchionis et Ferrariensium intrinsichorum. Item die Iovis 11. exeunte dicto Ianuario et in eodem milessimo, et fuit in festo sancte Agnetis virginis, illi de la Turre fuerunt desconfiti cum Mediolanensibus intrinsicis a domno Ottono de Vicedominis archiepiscopo Mediolani et a Mediolanensibus extrinsicis, scilicet cataneis et vavasoribus et a suis amicis, in terra que vocatur Decem[50], que est prope Mediolanum per brachia 10, et ibi fuerunt mortui domni Francischus et Andotus de la Turre; et Pontius de Amatis de Cremona, qui tunc erat potestas Mediolani, fuit interfectus quasi cum tota sua familia; et etiam multi alii, et quasi sine numero, fuerunt interfecti. Et domnus Napalionus, qui erat dominus civitatis Mediolani, cum Muscha eius filio et Carnevale eius fratre, et Ytechio eius consanguineo,

a) pār c.

45) Ferrariae, dum Obizonem Estensem occidere temptabat. *A.* 46) i. e. parte. 47) Innocentius V. 48) Adrianus V. 49) Iohannes XXI. 50) Desio. *A.*

et filio domni Francisci, et filio domni Filipi de la Turre, fuit captus et ductus cum predictis ad civitatem Comarum, et ibi incarcerati fuerunt cum 300 militibus de civitate Mediolani de melioribus amicis illorum de la Turre. Et dictus domnus archiepiscopus cum suprasciptis suis amicis intravit civitatem Mediolani, et ibi fecit duos potestates, videlicet comitem Rizardum de Languscho potestas ipsius civitatis, et domnum Simonem de Locarno potestas populi; et domni Guielmus de la Pusterla et Conradus de Castiono capita partis. Et tunc astricte fuerunt omnes domus et palatia illorum de la Turre. Et suo tempore de mense Novembris captum fuit Sermionum, sive reditum fuit ecclexie. Et capti fuerunt circha 150 patarinis contra fidem inter masculos et feminas; qui omnes ducti fuerunt Veronam, et ibi incarcerati et pro maiori parte combusti.

1277. domnus Albertus de la Schala fuit potestas Mantue, et incepit regimen suum in Kalendis Aprilis. Et suo tempore, die Veneris 11. exeunte Madium, papa Iohanis, qui fuit Spagnolus, mortuus est, quia cecidit[a] ei die una domus super se; et suo tempore de
51 mense Iunii factus fuit domnus Gaiietanus[51] de Roma papa a cardinalibus. Et suo tempore
Oct. 26. de mense Octobris, una die Martis 6. exeunte Octobris[b], fuit domnus Mastinus de la Schala de Verona a quatuor rusticis de terra Pigocii, qui erant fratres domni Antonii de Nogarolis, ...[c] mortuus fuit ibi cum dicto domno Mastino sub lobia sua. Et altera die sequenti mortui fuerunt in contione Verone domni Ysnardi de Scaramelis et Gubertus de Bechariis, qui tractaverunt mortem domni Mastini et domni Antonii, cum multis aliis de Verona, et cum Pusinella et domnus Albertus de Soano abbate Sancti Zenonis; et tunc erat potestas Verone domnus Zaninus, filius domni Pinamontis de Bonacolsis. Et die dominicho ultimo Octobris Scharamella frater dicti Ysnardi cum tribus aliis fuerunt mortui in contione Verone, ita quod capita eorum fuerunt amputata: et die Martis secundo Novembris domnus castelanus Iohanes Reversi et Bonmaserius de Nigrellis fratres de Planchanis fuerunt mortui in contione Verone occasione mortis domni Mastini. Et die Mercurii 10. Novembris propter proditionem quam facere voluerunt Arloti et Ugolinus Pinzonis cum fratre et aliis Grossolanis de domno Pinamonte capitaneo populi Mantue, capti fuerunt dicti Arloti, videlicet domni Nicholaus et Compagnonus eius frater et Fedrichus et multi alii; qui Nicolaus confessus fuit se velle facere interficere domnum Pinamontem de Bonacolsis; unde die Iovis sequente, qui erat dies sancti Martini, fuit amputatum capud dicto domno Nicholao in publica contione, et alii fuerunt incarcerati. Et Ugo Pizonis cum fratre et quibusdam aliis fuerunt confinati in alia die Veneris sequenti; et postmodum die dominicho sequenti fuit reversus Mantuam; et postea alia die dominicho fuit amputatum capud similiter in contione, et postea transacto forte per mensem fuit Guelffo eius frater capud detrunchatum in contione Mantue, et multis aliis; et sic etiam cuiusdam qui vocabatur frater Zolus Amadasius[d] de Agnello, et Pulucius Arzentus de Penseriis.

1278. domnus Obizo de Zachariis de Verona fuit potestas Mantue, et incepit regimen suum in Kalendis Ianuarii. Et suo tempore de mense Madii uno die Iovis 13. exeunte Madio capta fuit Gonzaga a Mantuanis[e] intrinsicis, qui tenebant comites de Casalolto contra Mantuanos intrinsichos. Et suo tempore de mense Madii incepta fuit guerra inter Mantuanos Veronenses ex una parte et Brixienses ex altera parte; et suo tempore de mense Novembris incepta fuit guerra inter Veronenses et Paduanos et Vicentinos, qui venerunt ad obsidendum[f] Colognam et eam ceperunt.

1279. domnus Guielmus de Pisterla[52] de Mediolano fuit potestas Mantue, et incepit regimen suum in Kalendis Ianuarii, et duravit regimen suum medium annum solomodo. In eodem millesimo domnus Maurinus Stambechinus de domo Cornali de Venetiis fuit potestas Mantue, et incepit regimen suum in Kalendis Iunii: et in suo tempore de mense Octubrio facta fuit pax inter Brixienses ex una parte, Mantuanos et Veronenses ex altera parte. Et suo tempore papa Nicolaus, qui Iohanes Gayetanus de Roma nuncupabatur, fecit fieri[g] concordiam inter partes Lambertatiorum et Zarmiorum de mense Septembris, ita quod quilibet banitus confinatus potuit Bononie redire. Et etiam quilibet de Romagna similiter ad invicem pacem fecerunt, et positus fuit quidam Bertoldus[53] per potestatem

a) *fortasse* cecidit caminata domus. b) Martius *ed.; cf. supra Ann. Veronenses h. a., qui habent diem* 17. *Octobris, sed* 6. *exeunte Octobris est dies Martis*, 17. *dies dominica.* c) *lacuna.* d) Amalilus *c. locus atramento coopertus.* e) Mantuanos *c.* f) obsiendum *ed.* g) fer *ed.*

51) Orsini, Nicolaus III. 52) i. e. Pusterla. 53) Orsini, papae frater. *A.*

in civitate Bononie cum multis militibus asoldatis. Et suo tempore de mense Dezembris una die Iovis, in qua die fuit festum sancti Tome, supradicte partes Bononienses fuerunt ad arma, et expulsa fuit pars Lambertatiorum extra dictam civitatem secunda vice.

1280. domnus Petrus de Carbonensibus de Bononia fuit potestas Mantue, et incepit officium suum in Kalendis Ianuarii. Et suo tempore de mense Augusto Veronenses fecerunt pacem cum Paduanis et Vicentinis Ferarensibus, et domnus marchio Estensis et Girardo de Camino, absque Mantuanis. Et suo tempore de mense Augusti mortuus est papa Nicolaus, qui Iohanes Gayetanus de Roma vero nomine nominabatur; et suo tempore de mense Novembris circha festum sancti Martini fuit diluvium maximum aquarum per totum[a], ita quod quasi medietas civitatis Mantue fuit affundata.

1281. dictus domnus Petrus de Carbonibus fuit potestas Mantue. Et suo tempore die dominicho 7. exeunte Madiium illi de la Turre cum Laudensibus et cum domno Raymondo patriarcha Aquileiensi cum magna militia de Aquileia et cum asoldatis de Cremona et cum multis aliis desconfiti fuerunt a Mediolanensibus et ab illis qui erant in sua societate inter Gorgonzollam et Vaurum; ita quod inter captos et mortuos et suffocatos in aqua perierunt circha duo milia; et domnus Caxonus de la Turre fuit mortuus in prelio, et domnus Schurta de la Porta, qui erat potestas civitatis Laudi. Et suo tempore illi de Ripa fuerunt expulsi de civitate Mantue secunda vice; sed quidam ipsorum fuerunt confinati, et quidam carcerati, et quidam bampniti: et fuit in dominico glotorum[54].

1282. domnus Suzius Choyonus[55] de Pergamo fuit potestas Mantue; et incepit regimen 55
suum in Kalendis Ianuarii, et duravit per medium annum. Et suo tempore una die Veneris primo Maii quidam Iohanes de Epa Francigina, qui dicebatur esse comes Romagne a papa, intravit quendam burghum civitatis Forlini, qui vocatur Sclavania, cum maxima turba militum et peditum, et ibi se attendaverat. Unde domnus Guido de Montefeltro videns hoc, fuit ad arma cum omnibus de civitate supra scripta; et cum Bononiensis extrinsicis et cum aliis suis amicis incepit prelium cum supradictis, et domnus Iohanes de Epa fuit devictus cum tota sua societate a supradicto domno Guidone, ita quod circha tria milia inter milites et pedites fuerunt mortui et sepulti in foveis dicte civitatis Forlini, inter quos fuerunt circha mille milites ultramuntani; et habuerunt tentoria, plaustra, boves et equos et omnia que portaverunt ad exercitum; et quasi omnes magnates de parte extrinsicha remanserunt mortui. Et in ipso milessimo supradicto domnus Petrus de Carbonibus prenominatus fuit potestas Mantue, et incepit regimen suum in Kalendis Iulii.

1283. domnus Girardus de Castellis fuit potestas Mantue, et incepit suum officium in Kalendis Ianuarii. In eodem milessimo domnus Antonius de Carta fuit potestas Mantue, et incepit offitium suum in Kalendis Iulii.

1284. domnus Petrus de Carbonibus fuit potestas Mantue, et incepit officium suum in Kalendis Ianuarii. Et suo tempore princeps Apulie, filius regis Karuli, captus fuit per mare et desconfitus a filio regis Ragonensis[56], et ductus cum militis magnatibus de Francia, qui erant secum, in Ciciliam[57]. Et in eodem milessimo domnus Guffredius de Becharia[58] de Papia fuit potestas Mantue a Kalendis Augusti usque ad Kalendas Ianuarii sequentis. Et suo tempore illi de la Turre relaxati fuerunt de castro Barachii[59], ubi erant incarcerati; 59
et facta fuit concordia inter ipsos et marchionem de Monferato et comune Comarum[60].

1285. domnus Petrus de Carbonibus fuit potestas Mantue, et incepit regimen suum in Kalendis Ianuarii. Et suo tempore rex Karolus in vigilia ephifhanie domini Yhesu Christi mortuus fuit, secundum quod ferebatur, et sepultus in civitate Foze[61]. Et eodem tempore de mense Ianuarii facta fuit concordia inter Mantuanos et Paduanos [et Vicentinos][b]; et eodem Ian. 23.
tempore mortuus est de Martio circha finem 4. exeunte papa Martinus, et Simon de Turre de Francia vocabatur in civitate Parisiis; sepultus fuit eo die Lune secundo Aprilis. Domnus Apr. 2.
Iacobus Sabellus[62] de Roma factus fuit papa per cardinales. Et eo anno quidam David Iohanes rex Tarsiis et Tartarorum et gentis incluse intravit Hongariam, et eam destruxerunt pro maiori parte. Et eodem milessimo rex Filipus Francie fecit exercitum Francie super Petrum regem Ragone, et multas civitates et terras eius destruxit; et in reditu ab exercitu

a) *scilicet* Padum. b) et Vicentinos *deesse videtur in c.*

54) dominica ultima ante carnis privium. *A.* quia ea ultimo ante pascha carnibus frui licebat. 55) Colleoni. *A.* 56) i. e. Arragonensis. 57) i. e. Siciliam. 58) Manfreddo Beccaria. *A.* 59) Mombaruzzo SS. XVIII, 449. 60) Como. 61) Foggia *A.* 62) Honorius IV.

predictus rex Francorum mortuus est; et in processu temporis parvo rex Petrus Ragone mortus est simili ad suam mortem.

1286. domnus Rolandinus de Veglis de Lucha fuit potestas Mantue, et incepit regimen suum in Kalendis Ianuarii, et duravit per unum annum.

1287. domnus Henricus comes de Cento fuit potestas Mantue, et incepit offitium suum in Kalendis Ianuarii, et duravit per unum annum. Et suo tempore die Iovis 3. mensis Aprilis mortuus est supradictus papa domnus Iacobus Sabellus de Roma.

1288. domnus Francischus de Trinzavellis de Lucha fuit potestas Mantue, et incepit regimen suum in Kalendis Ianuarii, et stetit per unum annum. Et suo tempore de Martio factus fuit quidam frater Minor papa, qui erat cardinalis, qui vocabatur Geronimus de civitate Gobii[63].

1289. domnus Petrus de Carbonibus fuit potestas Mantue, et tenuit regimen suum Kalendis Ianuarii usque ad unum annum. Et in ipso tempore de mense Iulii die Martis 12. intrantis facta fuit concordia inter Mantuanos et Veronenses et illos de Scressa cum sua parte ex una parte, et Regiones ex alia parte. Et in ipso tempore factum fuit matrimonium domni marchionis Estensis cum una filia domni Alberti de la Schala, et die Mercurii 13. Iulii fuit desponsata per procuratorem. Et eodem tempore marchio Monferati de mense Iulii vocatus et factus fuit dominus generalis civitatis Papie et episcopatus[a]. Et suo tempore de mense Iunii 12. intrante fuit prelium inter regem Ragone ex una parte cum sua gente, et comitem de Artesio ex altera parte cum sua gente in Calabria. Dictus comes fuit desconfitus a dicto rege.

1290. domnus Raul de Cesena fuit potestas Mantue, et duravit per unum annum. Et
64 suo tempore marchio de Monferrato fuit redemptus[64] ab Alexandrinis et incarceratus.

1291. supradictus domnus Raul de Cesena fuit potestas Mantue, et fuit ellectus per medium annum, scilicet a Kalendis Ianuarii usque per totum Iunium. Et suo tempore die Iovis 10. Maii fuit preconizata pax universaliter per totam civitatem Mantue inter domnum marchionem Estensem et Pinamontem de Bonacolsis, et inter comune Mantue et comune Ferrarie. Et post regimen ipsius domni Rauli, scilicet in Kalendis Iulii in eodem anno[b], domnus Petrus de Carbonibus electus fuit potestas Mantue usque ad Ianuarium futurum. Et in ipso tempore die sancti Michaelis fuit discordia magna inter domnos Taginum et Bardelonum cum nepotibus suis, quia domnus Pinamons pater dictorum fratrum iusserat domno Bardelono deberet ire Formigosam[65] ad standum usque ad suam voluntatem, quia domnus Tagninus debebat ire Veronam contra uxorem Bartolameii de la Schala, que venerat ad maritum. Unde dictus domnus Bardelonus, nolens attendere precepta patris, cepit arma cum suis amicis, et venit in platea broleti, et habuit civitatem totam ad suum dominium, et abstulit potestatem de palatio cum tota sua familia, et ascendit palatinm faciendo duos rectores, scilicet domnos Guidonem de Turri et Ycelinum de Cremaschis, qui steterunt per aliquos dies; postmodum domnus Botexella factus fuit potestas Mantue, et domnus Tagninus fuit incarceratus super palatio veteri cum Filipino eius filio; et multi ex suis amicis fuerunt confinati et incarcerati in carceribus palatii veteris.

1292. domnus Nicolaus de la Schala fuit potestas Mantue, et incepit regimen suum in Kalendis Ianuarii, et duravit per medium annum. Et in eodem milessimo domnus Ziliolus de Machalustis[66] de Padua fuit potestas Mantue, et incepit regimen suum in Kalendis Iulii, et duravit per unum annum; et suo tempore in 1293. die sabati 21. Februarii mortuus est domnus Obizo marchio Estensis.

1293. domnus Girardus de Castellis fuit potestas Mantue, et incepit regimen suum in Kalendis Ianuarii. Et suo tempore die Martis 6. intrante Iulio domnus Bardelonus capitaneus et dominus generalis civitatis Mantue fecit 12 ancianos de bonis et de maioribus civibus de populo Mantuano; et fuerunt hii: De quarterio civitatis veteris et Sancti Stefani Paganus Codeniaza, Horabonus de Casali, Flordebonus del Panzeria; et de quarterio Sancti Martini domnus Lanzalotus de Cazadraghis, Frugerius de Frugeriis et de la Cona Draperius; de quarterio maiori Petrus Bertus iudex de Bussis, Vivaldus de Monteclaro, Bonagurus de Mazario; de quarterio Sancti Iacobi domnus Vivaldus de Belcalzario, Bertolacius de Archatoribus et Martinus de Usarola. Et predictos constituit et ordinavit in consilio maiori.

a) episcopus *cod.* b) a. fuit *cod.*

63) Nicolaus IV. 64) retentus. 65) in territorio Mantuano. *A.* 66) Egidiolus de Maccaruffis. *A.*

Item in eodem mense die Iovis intrante factum fuit unum vexillum vermillium[a], super quo fuit posita statua sancti Petri, et fuit alba; et[b] nominatum fuit vexilium iustitie. Et predicti anziani dederunt ipsum vexilium in consilio in manibus domni capitanei, ad hoc ut ipse securiter possit et debeat manutenere quemlibet civem civitatis et episcopatus Mantue in bona iustitia et in bona ratione. Item in suo tempore de mense Octubrio et Novembrio fuit Padus ita magnus, quod toto tempore vite alicuius hominis non fuit ita magnus; quare nullus arzenus[67] potuit ipsum retinere, quum iret super soleam in omni parte, ita etiam [67] quod bene tertia pars civitatis Mantue fuit affundata. Et eodem tempore 15. Iulii una die Iovis domnus Tagninus cum Filipino eius filio fuit extractus de carceribus, et die sabati adveniente fuit confinatus in Bigarello[68]. Item suo tempore dictus capitaneus cum ancianis fecerunt homines armatos 2000 ad arma supradicta Sancti Petri de populo meliori civitatis Mantue.

1294. dominus ..ius de Mandello fuit[c] potestas Mantue, et incepit regimen in Kalendis Iulii[d], et duravit per medium annum; et suo tempore die Mercurii 7. Octobris domnus Pinamons de Bonacolsis de hoc seculo transmigravit.

1295. domnus Albertus Ruscha de civitate Comarum fuit potestas Mantue, et incepit regimen suum in Kalendis Ianuarii, et duravit per unum annum a die sancti Tomeii. Placuit domno Bardelono capitaneo sua bonitate et misericordia in consilio generali recipere ad mandata sua et comunis Mantue omnes banitos, exceptis de casalibus Arlotorum et Grossolanorum; et multos hiis diebus in publico consilio recepit, et voluit eos venturos cum personis et avere in civitate; et alias confines designavit.

1296. domnus Lappus de Farinatis de Florentia fuit potestas Mantue, et incepit regimen suum in Kalendis Ianuarii.

1297. tempore dicti domni Lapi qui fuit potestas, relevatum fuit castrum Hostilie per Veronenses.

1298. domnus Andrea Zeno de Venetiis fuit potestas Mantue, et incepit regimen suum in Kalendis Ianuarii. Et suo tempore in festo ascensionis inceperunt miracula sanguinis Christi in ecclesia sancti Andree de Mantua, in qua die primo liberatus fuit frater Albertus, qui fuit de Tridento[69], qui erat ingotatus[70] et asidratus[71] ita quod ire non poterat sine [69] ferlis, et cum ipsis male ibat. Et postmodum sequentibus diebus multi et multe asiderati, zopi[72], ceci, muti, gobi[73] virtute et gratia preciosi sanguinis Christi liberati fuerunt ab eodem infirmitatibus et langoribus.

1299. domnus Lapus de Ubertis de Florentia fuit potestas Mantue; et suo tempore constitutus fuit domnus Tagninus capitaneus Mantue post decessum domni Bardeloni per ipsum domnum Bardelonum in consilio generali. Et elapsis paucis diebus, videlicet uno die septuagessime, qui fuit 8. mensis Februarii, hora prima immediate, domnus Albertus de la Schala misit magnam militiam Veronensium in auxilium domnorum Bardeloni et Tagnini, tunc capitanei Mantue; et ipsa hora confinati fuerunt in terris Nogarie et Valegii generaliter omnes de la Turre, excepto domno Gonzelario et filiis eius; et domni de Abbatis et multi alii de magnatibus et popularibus civitatis Mantue. Et deinde dicti confinati missi fuerunt ad terram Bassani Vicentini diocesis. Item in dicto milessimo supradictus domnus Albertus de la Schala, tunc dominus civitatis Verone, secrete parentellam contraxit cum domno Botexella quondam domni Iohannis de Bonacolsis, dando unam suam filiam uxorem quondam marchionis Estensis[e]; et post mortem ipsius Botesella[74] Passarinus de Bonacolsis fuit dominus Mantue.

a) vmillium *cod.* b) et est nominatum fuit *c.* c) *vox deesse videtur in c.* d) *vocem supplevi.* e) Mar *codex.*

67) i. e. agger. 68) in territorio Mantuano. *A.* 69) episcopus Tridentinus, Karinthiae ducem fugiens. *A.* 70) arthritide percussus. 71) paraliticus. 72) claudi. 73) gibbosi. 74) obiit a. 1309. *A.*

ROLANDINI PATAVINI CHRONICA FACTA.

EDIDIT PHILIPPUS JAFFÉ.

1200. *Rolandinus, tabellionis Patavini cuius nomen nescimus filius anno* 1200 *natus*[1], *mature eam, qua praeditus erat, historiae scribendae opportunitatem et disciplina et exercitatione excolere ingressus est. Bononiam enim, tum florentissimam litterarum sedem, adolescens studii causa missus, ad Boncompagnum Florentinum inprimis se adiunxit, non modo grammaticae eloquentiaeque doctorem celebratum sed etiam rerum gestarum explicatorem laude dignum, cuius de obsidione Anconae*
1221. *narrationem habemus. Ab hoc „suo dompno et magistro" quum agens annum unum et vicesimum ad magistri gradum promotus esset*[2] *Pataviumque se recepisset, post paulo eum, ut Marte suo rerum memoriam litteris consignandam susciperet, pater hortatus est. Qui quidem quum et ipse etiam historiae voluptate captus, otium a publicis negotiis datum exponendis rebus in marchia Tarvisina aetate sua gestis suppeditasset*[3], *quae conscripserat, ea longius producenda filio*
1223. *annos viginti tres nato delegavit*[4]. *Isque paternae voluntati libenter morem gerens, memoriis illis ea attulit, quae procedente tempore fiebant quaeque partim vidit ipse partim fando audivit*[5]. *At illae tum patris relationes „more bonorum simplicium antiquorum"*[6] *factae, tum filii adiectiones, quibus hic postea in maiore suo opere condendo usus est*[7], *ad nostram memoriam non pervenerunt.*

Neque vero Rolandinus quae didicerat ad usum publicum etiam aliter trans-
1228. *ferre neglexit; licet non sit notum, quo nomine anno* 1228 *affuerit et concioni Patavinae*[8], *qua bellum cum Ecelino III. susceptum est, nec ita multo post memorabili illi ad Brentam fluvium conventui, ubi idem Ecelinus necessitate*
1230. *victus in potestatis Patavini verba iuravit*[9], *qualisque anno* 1230 *accesserit ad*

1) V. Praefat.: *anno Domini* 1200, *quo sum natus.* 2) V. infra L. X. c. 4: *apud — Bononienses in sciencia litterali nutritus, in anno Domini* 1221. *illic a Boncompagno meo dompno et magistro, nacione et eloquencia Florentino, licet indignus, recepi officium magistratus.* — In medio relinquo Sartii (De claris archigymnasii Bononiensis professoribus I, 510) sententiam hanc, Rolandinum „annis aliquot in scholis Bononiensibus docuisse", proterea quod doctoris insignia obtinere non potuerit, nisi diu se docendo exercuisset. 3) V. Praef.: *Pie memorie pater meus, notarie artem exercens in Padua, animum suum applicuit, ut non solum contractus scriberet, set et facta quedam de marchia Tarvisina more bonorum simplicium antiquorum notaret.* 4) V. Praef.: *notata quoque michi dedit in scriptis, quibus me aliqua superaddere iussit, cum iam annus aetatis mee* 23. *decurrebat.* 5) V. Praef.: *Sic itaque volens ipsi succedere bone fidei possessori, paternis scriptis addere attemptavi, que me partim recolo audivisse et post eius iussa pro magna parte vidisse me profiteor et scripsisse.* 6) V. supra annotat. 3. 7) Id Rolandinus declarat praefationis verbis his: *Et veniam peto, quod audeo nunc officio stili submittere, que gesta sunt dum adhuc forem in infancia constitutus. Pie namque memorie pater meus* cet. 8) V. L. II c. 9: *facta est concio et congregacio fere innumerabilis in palacio Paduano, ubi vidi ego nobiles civitatis* cet. 9) V. L. II. c. 11: *Et ego eum vidi in alto destrario ad potestatem Padue et ad eius consiliarios advenire per undas Brente* cet.

Patavinorum de bello pro expulsis Veronensibus gerendo consilia[10], *et anno* 1233 1233.
ad mirificum illum Lombardorum prope Veronam concursum[11], *in quo Iohannes*
frater ordinis Praedicatorum discordibus Italis repente extorquere arma conatus,
communem omnium constituit pacem, quo festinantius susceptam eo citius laba-
turam. Anno 1237 *autem, quum gravissimi casus Patavio urbi ab Ecelino impen-* 1237.
derent, Rolandinum scimus sigilli communis notarium[12] *periculo imminenti pro sua*
parte obluctatum esse. Delectis enim Patavii tutandi causa sedecim nobilibus,
posteaquam timor percrebruit, ne urbem qui deberent defendere prodituri essent,
Ramberti potestatis iussu Rolandinus nocturno tempore suspiciosos illos civitatis
patronos iureiurando adegit, sese potestati dicto audientes fore[13]. *Sed iam per-*
ditae res erant. Nam brevi spatio interiecto Ecelinum vidit die 25. *mensis Fe-* Febr. 25.
bruarii una cum Gebhardo comite Arnsteinensi, Friderici II. imperatoris nuncio,
Patavium ingredientem portaeque applicantem osculum[14], *blandum exordium per-* 14
niciosissimae dominationis inde ultra annos undeviginti saevientis Horum tem-
porum atrocitate, quam quidem ut communem omnium calamitatem una cum
ceteris Ecelini adversariis Rolandinus abhorrebat, quemadmodum propriae res
eius attactae sint ignoramus. Rarissimam enim sui mentionem rebus illis

10) V. L. III. c. 3: *Etsi forte plura dixerit dompnus Gerardus, quia fuit vir sapiens et facundus, de his, que presens audivi, summatim recollegi predicta.* 11) V. L. III. c. 7: *congregata multitudine gentium, quantam simul nunquam aliquis vidisse dicebat in partibus Lonbardie et michi vere sic visum fuit* cel. 12) Rolandinum anno 1237 notarium sigilli communis Patavini fuisse, tum tradidit ipse (v. infra annot. 13.), tum confirmant tabulae duae (datae 1237 Iun. 10.) apud Verci Storia della marca Trivigiana II, documenti p. 6 et hae quidem: I. *In nomine domini Dei eterni anno eiusdem nativitatis millesimo ducentesimo trigesimo septimo, indictione* 10, *die* 10. *intrante Iunio, domnus Ciprianus de Thert. iudex imperialis aule, domni Sy(monis) comitis Thiatini, sacri imperii legati, Padue potestatis, vicarius, loco et vice ipsius domni Sy(monis) precepit domno Folcherio potestati Coneglani pro domno imperatore ibi presenti et ambaxatoribus illorum de Coneglano, qui secum ibi aderant pro comuni Coneglani in pena centum marcharum argenti, quod bestias illas et bona sive res, que accepte fuerunt per domnum potestatem et homines Coneglani de villa Colfusci et Susigane, restituantur usque ad diem sabati proxime futuram illis, quibus fuerunt accepte; et quod nullam predam vel insultum aut aliquam molestiam vel forzam vel aliquid novi contra dictas terras faciant in dicta pena usque ad adventum ipsius domni Cipriani vel domni Ecelini Tarvisium vel Coneglanum; salvo iure omnium, et quod non fiat preiudicium comuni Coneglani vel alicui, qui hostendet aliquando, quod aliquid ius habeat in dictis villis, et eo salvo, quod quecumque istarum duarum partium sequi Tarvisium et Coneglanum voluerit, possit ulterius quandocumque voluerit super predictis villis suam hostendere racionem coram domno Cipriano vel coram domno Sy(mone) potestate predicto. Actum in sala domus potestatis. Testes interfuerunt domnus Ugolinus Pricotus et domnus Ugo de Arena iudices, domnus Federicus de Porcilliis et domnus Wecili de Porta et alii. Ego magister Rolandinus, notarius sigilli comunis Padue, iussu domni Cipriani hec scripsi.* II. *In nomine domini Dei eterni anno eiusdem nativitatis millesimo ducentesimo trigesimo septimo, indictione* 10, *die* 10. *intrante Iunio, domnus Ciprianus de Thert. iudex imperialis aule, domni Sy(monis) comitis Theatini, sacri imperii legati, Padue potestatis, vicarius, loco et vice ipsius domni Sy(monis) precepit domno Alexandro et Federico Fare, ambaxatoribus comunis Tarvisini, pro ipso comuni, nomine et vice potestatis et comunis Tarvisini, quod ipse potestas faciat comitem Magenardum vel aliam quamcunque personam, que bestias vel aliquas alias res accepisset de illis Coneglani, reddere hinc ad diem sabati proxime venturam in pena centum marcharum argenti illis, quibus fuerint accepte; et quod nullam predam vel insultum aut aliquam violenciam vel forzam vel aliquid novi faciant contra villas Colfusci et Susigane in dicta pena usque ad adventum ipsius domni Cipriani vel domni Ecelini Tarvisium vel Coneglanum; salvo iure omnium, et quod per hoc non fiat preiudicium comuni Tarvisino vel alicui, qui aliquando hostendet, quod ius aliquod habeat in villis illis, et eo salvo, quod quecunque istarum duarum partium sequi Tarvisium vel Coneglanum voluerit, possit ulterius quomodocunque voluerit, super predictis villis suam hostendere racionem coram domno Cipriano vel coram domno Sy(mone) potestate predicto. Actum in sala domus potestatis. Testes interfuerunt domnus Ugolinus Pricotus et domnus Ugo de Arena iudices, domnus Federicus de Porcilliis et domnus Weceli de Porta et alii. Ego magister Rolandinus, notarius sigilli comunis Padue, iussu domni Cipriani hec scripsi.* 13) V. L. III. c. 11: *Et ego iussu potestatis tractavi et dedi sacramentum cuilibet de preceptis potestatis attendendis in rebus et in personis; habebam enim tunc sigilli communis officium.* 14) L. III. c. 16: *Viderunt autem multi et ego specialiter vidi, quod cum Ecelinus intrabat per portam civitatis, aperto capirone ferreo proiecto in tergum, de palafredo ad portam se plicuit et obsculum dedit porte.*

intulit[15]. *Nec vero reticendum putavit, sese in Friderici II. ad Mintium fluvium*
1237. *castris versatum esse* (1237 *Oct.* 1.), *quum nuncios Mantuanorum deditionem*
Oct. 1. *facientes imperator „vultu ylari" acciperet*[16]; *deinde fatali illo die* 17. *m. Iulii*
1245. *a.* 1245, *quo Innocentius IV. papa Lugdunensi in concilio eidem imperatori*
Iul. 17. *regnum abrogaverit, se portentoso cuidam coeli signo Patavii astupuisse*[17]. *Post*
1256. *mortem imperatoris autem excusso a Patavinis anno* 1256 *iugo Eceliniano,*
necdum vero omni de tyranni insidiis sublata sollicitudine, quum autumnali
1257. *anni* 1257 *tempore Alphonsi regis de nunciis mittendis epistola Patavium allata*
esset suspicioque haberetur, eam Veronae ab Ecelino fictam esse, haud scio
18 *an is, qui illas litteras ait se vidisse*[18], *Rolandinus mandatu civium regi re-*
scripserit[19].

Sed ut post Ecelini eiusque generis interitum animi in calamitatum ex-
haustarum memoria acquieverunt, Rolandinus quum ad annum sexagesimum
pervenisset[20], *flagitantibus quibusdam „personis religiosis"*[21], *continentem rerum*
1260 *sua aetate in marchia Tarvisina usque ad annum* 1260 *gestarum historiam*
composuit. Quod quidem opus nostris curis infra renovatum, de cuius ratione
seorsum post paulo dicam, convocatis in sancti Urbani monasterium academiae
1262. *Patavinae professoribus, baccalariis, discipulis, die* 13. *m. Aprilis a.* 1262 *re-*
Apr. 13. *citatum est sollemniterque „laudatum, approbatum, autenticatum"*[22]. *Atque glo-*
riosum hoc praemium praesenti obvenisse Rolandino, eidemque tum gramma-
ticae rhetoricaeque professori academico, ex ipsa probatione operi subiecta
perspici potest[23]. *Nec vero est nobis compertum, quando ad regenda studia*
accesserit, licet contra non sit quare dubitemus, quin illo munere functus sit
1276. *usque ad exitum vitae. Qua quidem relicta die* 2. *m. Februarii a.* 1276, *sepultus*
Febr. 2. *est in Patavina sancti Danielis ecclesia*[24].

15) ut L. IV. c. 2: *Et vidi ego militem quendam de bonis militibus Paduanis, qui cum Ecelino pariter ad castrum* (Montagnonis, a. 1237 m. Martio) *expugnandum ascenderat, ambobus pedibus horribiliter detruncatum;* et L. VI. c. 16: *Et fuerat idem dompnus Willielmus* (de Carturio, ab Ecelino in vincula missus), *ut vidi ego sepius, pro Ecelino scutum et precipuus defensator ipsius in Padua* cet. 16) L. IV. c. 2: *Et dum foret castra metatus ibidem, vidi, quod venerunt ambaxatores ad eum quidam de maioribus civibus Mantoanis et obtulerunt imperio et corone servitium communis Mantue — quod imperator vultu ylari acceptavit et eis graciam suam et bonam voluntatem hostendit.* 17) L. V. c. 14: *Eadem vero die et hora, qua sentencia deposicionis lata est in Fredericum, secundum quod postea est repertum, stella quedam ardens et ignea in vesperis ante occasum solis visa est ab Oriente consurgere* cet. *Quam ego vidi cum multis, eam aspicientibus et mirantibus cum tremore.* 18) L. XI. c. 2: *Et vidi ego tunc temporis litteras huius regis in Padua ipsis sigillatas sigillo* cet. 19) Hoc enim suspicari licet ex his Rolandini verbis, ut opinio mea fert, subinanibus l. l.: *Quibus litteris per commune Paduanum curialiter est responsum sub stilo epistolari per quendam, qui credebatur satis doctus in arte illa.* 20) V. Praef.: — *cum in hoc mee simplicitatis opusculo denotentur, que facta sunt in marchia usque diebus illis vel circa, currente scilicet anno Domini* 1200, *quo sum natus, ad sexagesimum, in quo scribo.* 21) V. Praefat.: *inter ceteras causas, quibus infra scripta recolligo, specialiter hec est una, quod ad hoc a personis religiosis appellor, inproperantibus michi plurimum, si non scribo, quoniam temporibus istis fui.* 22) V. L. XII. c. 19. 23) V. ibidem; et conf. infra annotationem 24. 24) Bernardinus enim Scardeonius (De antiquitate urbis Patavii, Basileae 1560. p. 232) ex quodam Silii Capilistrii codice, librum Rolandini continente, supremum eius titulum proponens, scripsit anno 1559, „huius viri venerabile sepulchrum, illis carminibus insignitum, fuisse olim in aede D. Danielis". Titulus autem hic est:

Grammaticae doctor, simul artis rhetoricorum
Rolandinus eram. Nunc rege iubente polorum
Vermibus hic escae iaceo, quam tu tibi sortem,
Qui legis, expecta; neque fas tibi fallere mortem,
Et bene scis, quod tu finem non effugis istum.
Ergo roga tibi, postque roga mihi parcere Christum.

Mille ducentenis Christi currentibus annis
Tunc ego natus eram; sed ab his post septuaginta
Sex simul, alma piae redeunt[a] *dum festa Mariae*
In Februi mense, caeli peto fercula mensae.
Rex pie, rex caeli, nato miserere fideli.
O primum flamen, tuus hic sit[b] *spiritus. Amen.*

a) redeunt — Mariae *scripsit Muratorius (RR. It. SS. VIII,* 155) *pro* redimit — Maria *ed.* b) hic sit *scripsit Muratorius l. l. pro* sit hic *ed.*

Monachus Patavinus C. Parisiensis.

et tante civitatis potentia exaltatus
excellentis principis Federici amiciciā ac
qsuit cuius fretus uirtute cuncta sibi
marchia subiugauit. ipsius quoque malos
in sligatiōe imperator potentissimus Fede

tyrampnū horribille comisse gaudia
est uehementer stati q̄ alsuptus tirani
sinis qfugerat rabien tirampnoū ege
lini scilicet et nequissimi alburici ad
in uadendū taruisin exercitu desti

Rolandini codex Parmensis

H. H. V. 63.

iij.

Ecelini de romano comp̄dā pepulleri de quantra q fuerunt ienlati ex fauore dedisse ghda
q uiolentas manu intercenit et cecidenit ep̄m quantuanū cuīte cū letamos i ano p̄do
m. cc. xxxvj. Recessus imperatoris ad partes alemanie post captam Cremoniā.
In illo eōde anno cū imperator mālisse paucis diebus uicentie dimissis illic Ecelino
et comite Gebardo cū lonbardis et apulis illis q̄s uoluit et theotonicis igitur plurimis

Jaffé scripsit.

Annales Pisani

C. Paris Arsenal. hist. 80

apli. papā pasqualem
qui ante uocabatur
Guido cremonensis pi-

cōsulē. et Rameriū gai-
tanu. et alcheriū q̄a an-
fossi. legū doctos. lega.

Bethmann scripsit.

Annales Casinenses

C regius Berolinensis Ms. lat. in 4° 296.

MCXCI.

Obijt papa clemens mense martio. Jaquintus dia
conus card. in papam celestinū consecratur. A quo
supradictus rex henricus apud sanctū petrum in

W. Arndt scripsit

unt et montana inhabitant. Roffredus ab
bas Casinensis prouidus futurorum cum uicinis
et comitibus et baronibus confederatur.

MCLXXXX.

Tancredus comes licij apud troyam cū quibus
dam alijs iurauerat fidelitatē Constantie uxori
henrici regis theutonicorum et filie quondā regis rog
gerij panormū uocatus. a magnatibus curie de
consensu et fauore curie romane coronatur in
regē mēse ianuarij. Roggerius andreas et Ricc.

H. Pabst scr.

Romualdus Salernitanus.

C Paris. N. 4933, fol. 153.

tuta p̄decessorum suorum principatū de duca
tu apulie inuestiuit. et ab eo ligiū ho
minium et iuramentum accepit. Ab hoc loco
additū ē huic chronice. p̄ romoaldū

Additio codicis.

W Arndt scripsit

Historiae eius autem longe ceteris litterarum monumentis Ecelini tertii aequalibus, quae sunt de unico hoc tyrannorum exemplo, anteunt et rerum copia varietateque et argumenti absolutione et artificioso quodam dicendi narrationisque formandae genere, quamquam eo non nimis fortasse recto proboque. Est enim et sermo Rolandini fucosa seculi illius elegantia tinctus et earum, quas saepius intulit, orationum non sunt res quidem semper fictae sed verba tamen solute saltem prolata[25]*. Immo quid absurdius, quam poetarum more sermonem etiam ab Ecelino insomnem noctem agente secum solo habitum interponere?*[26] *Sed praeter has similesque maculas, quae quidem illius aetatis hominibus sine dubio esse germana historiae accuratae ornamenta videbantur, relatio non ea est, cui diffidamus, quum praesertim sinceri narratoris testimonio haec praefationis verba sint:* Si quibus autem gestis infra notatis per me quicquam fuerit variatum diminutum vel additum, veritatis illud lima cupio lucidari. — *Universam rerum materiam Rolandinus distribuit in libros duodecim*[27]*, quorum principia ita formata sunt, ut primas omnium syllabas connectens scriptoris operisque nomina haberes*[28]*, hoc pacto:* Cro-ni-ca Ro-lan-di-ni fac-ta *Pa-du-e. Itaque quum primum quoque librum his verbis inchoaverit:* Cronica facta marchie Tarvisine, *in praefationeque legantur haec:* Erunt autem, que inferius conscribentur, cronica facta quedam, a cronos Greco dicta, quod latine tempus interpretatur, cum facta quelibet sint suis temporibus attributa[29], *in nuncupando opere a compositoris voluntate non duxi abeundum.*

Iam ipsum opus ut ad veram formam redigeretur, me addixi potissimum A. 1) *codici bibliothecae* Parmensis H. H. V. 63 *membranaceo saeculi XIII forma quadrata, qui circiter anno* 1267 *ideoque etiam vivo Rolandino conscriptus est, propterea quod quae manus totum librum exaravit, eadem et in folio* 1 *recto collocavit seriem episcoporum Patavinorum, ad Iohannem (Forzate) qui ecclesiae Patavinae praefuit spatio annorum* 1250—1283 *adductam, et in extremo codice tabulam potestatum Patavinorum sic terminatam:* 1267 dompnus Bonifacius de Canossa potestas Paduanorum; *nam posterioribus manibus nomina episcoporum ad Pilleum de Prata de Foroiulio (*1359—1370*) potestatumque ad annum* 1305 *producta, et in folio* 1 *verso episcoporum Altinensium catalogum, qui ad Leonardum Donatum (*1362*) progreditur, positum esse vidi, Parmae hunc codicem anno* 1860 *pervolutans. Quod quidem exemplar, omnium quae adire licuit et veterrimum et praestantissimum, satis signi tenet, quam brevi tempore Rolandinianarum historiarum commercium factum sit. In ipso enim ante verecundam historici praefationem iam inest libellus et venditatione plenus et ab illius sermone tantopere deflectens, ut eum Rolandino scriptori addicere non nimis callidum esset. Qui libellus hic est:*

Prefacio colecta breviter et sumatim de omnibus que in hoc libro sive cronica continentur.

Intencio est huius libri, breviter et summatim colligere omnia, que hic notantur ad honorem et utilitatem et documentum tocius comunancie et populi Paduani et aliorum

25) L. II. c. 11: *Surgens itaque dompnus Matheus Bonus de Venetiis, verba hec vel similia est locutus.* L. II. c. 12: *Demum surrexit dompnus Tiso de Campo Sancti Petri — talia est locutus.* 26) V. L. X. c. 1. 27) V. Praefationem et infra annotationem 28. 28) L. XII. c. 18: *Si quem autem cura consueta commoverit, presentis operis nosse non artificem set simplicem constructorem, colligat duodecim predictorum librorum principia, id est duodecim sillabas capitales, quibus constructis in unum, sui compos erit propositi.* 29) Facile igitur cognitu est, Rolandinum *cronica* pro adiectivo, *facta* pro appellatione dixisse.

antiquitatum et historiarum Italiae T. VI parte I facta, principem tantummodo editionem repetiit, nec Muratorius, cuius industriae tertia in RR. It. SS. T. VIII debetur, ab illa declinandum putavit, nisi quod eius, quam supra (B. 4) *attigi, codicis Estensis et duorum bibliothecae Ambrosianae exemplorum (quorum al-*
34 *terum I, quod dicit „pergamenum" Mediolani frustra requisivi*[34], *alterius II ante memini, v.* A. 2) *varietatem textui subiunxit, praefationemque illam adulterinam, quae supra habetur, ipsi Rolandino perperam adiudicatam, expressit.*

Restat ut de Vita Ecelini breviter dicam, Italico sermone narrata, quam Venetiis anno 1560 *Faustus de Longiano vulgavit, mentito scriptori eique Ecelini aequali Petro Gerardo Patavino attributam*[35]. *Hanc enim omnino ex Rolandini opere arcessitam esse, iam vidit Vincentius Pinellus*[36].

Berolini 5. *Idus Novembres* 1862.

PROLOGUS[a].

Antiquorum solempnis auctoritas, moribus et doctrinis salubribus imitanda, et ipsi venerandi auctores, sicut in eorum patet operibus, numen Apollinis et aliorum, quos deos esse opinabantur, devocione sedula invocabant. Et ego minimus modernorum[b], deditus cultui christiano, divinam graciam devocius invocare presumo, ut me, qui parva navicula vectus, lacum tante profunditatis quasi presumptuosus ingredior, faciat in sequentibus periculorum transire procellas et ad portum salutis absque naufragio devenire. Rem namque non parvam attempto, et in qua video non plene sufficere vires meas; set meum iacto cogitatum in Dominum, qui voluit, quod aliquando irracionale[c] animal loqueretur. Et veniam peto, quod audeo nunc officio stili submittere, que gesta sunt dum adhuc forem in infancia constitutus. Pie namque memorie pater meus notarie artem exercens in Padua, animum suum applicuit, ut non solum contractus scriberet, set et facta quedam de marchia Tarvisina more bonorum simplicium antiquorum notaret, notata quoque[d] michi dedit
1223. in scriptis, quibus me aliqua superaddere iussit, cum iam annus etatis mee 23. decurrebat. Sic itaque, volens ipsi succedere bone fidei possessori, paternis scriptis addere attemptavi, que me partim recolo audivisse et post eius iussa pro magna parte vidisse me profiteor et scripsisse. Si quibus autem gestis infra notatis per me quicquam fuerit variatum diminutum vel additum, veritatis illud lima cupio lucidari, cum in hoc mee simplicitatis opusculo denotentur, que facta sunt in marchia usque diebus illis vel circa, currente scilicet anno
1200. Domini 1200 quo sum natus, ad sexagesimum in quo scribo. Non est enim humane fragi-
1260. litati possibile, omnium habere memoriam vel referre singulariter singula, prout fiunt. Nam et facta quedam foris a marchia hic ponentur[e]; nec istud erit mee intencioni contrarium, cum in hiis eciam studuissem[f], nisi quod alibi sunt notata. Et ego propono pocius facta huius marchie memoranda notare, ut sint favente Domino huic mee patrie, cui teneor[g], utilia documenta. Erunt autem, que inferius conscribentur, cronica facta quedam, a[h] cronos Greco dicta, quod latine tempus interpretatur, cum facta quelibet fere sint suis temporibus attributa. In quibus ad brevitatem laboro, et relinquo sapientibus, quod insufficienter vel minus bene dictum fuerit, corrigendum; immo supplicanter exposco, ut aliquis post me veniens culture sue aratro debeat adequare, quod movi meo crosso[37] fossorio[38] et abrupi. Scribo quoque prosayce hac de causa, quia scio, que dixero, posse dici a me per prosam plenius quam per versus, et cum sit his temporibus dictamen prosaicum intelligibilius quam metricum apud omnes. Sed utinam viveret Virgilius vel Lucanus;

a) Incipit cronica in factis et circa facta marchie Trivixane. Prologus 1. b) omnium 4. c) irrationabile 5. d) notataque 5. e) ponuntur 5. f) studuisse 1. g) tenor 1. h) et 1.

34) Servatur in bibliotheca Ambrosiana praeter eum, de quo supra dixi, codicem A. 2 alter quoque Rolandinianus codex, signatus *E. 38 super.*, nec vero est membranaceus sed chartaceus isque manu saec. XVI. negligenter conscriptus, ut facilius etiam eo carerem, quam codice bibliothecae Vaticanae 4941 membranaceo saec. XIV, cuius naturam mendosam ex specimine in Archiv V, 177 dato satis intellexi. 35) *Vita di Ezzelino terzo da Romano, autore Pietro Gerardo Padouano suo contemporaneo. In Venetia* 1560. 8. Prorsus fere idem liber est postea expressus hoc titulo: *Historia d'Ezzelino terzo da Roman'. In Venetia* 1622. 8. 36) V. Vossium de historicis Latinis L. III. P. IV. c. 8. 37) crasso. 38) sarculo.

quoniam, imposito michi digne silencio, copiosam haberent materiam, qua suum possent altum ingenium exercere. Denique non possum silencio pertransire, quod inter ceteras causas, quibus infra scripta recolligo, specialiter hec est una, quod ad hoc a personis religiosis appellor, inproperantibus michi plurimum, si non scribo, quoniam temporibus istis fui. Quibus igitur obedire desiderans, ecce scribere pocius eligo studiosus, quam degere piger et ociosus. Nam forte non erit inutile vel delectabile minus aliquibus, et precipue litteratis, id quod de modernorum iniuriis et laboribus scriptum per Latinum invenient, quam quod de gestis nobilium antiquorum audiunt per vulgare[39], quod dirimatum[40] vulgo 39 dicimus et Romanum. Ut demum haberi possit scriptorum lucidior intellectus, opus istud sive recollectio cronicorum distinguatur[a] in partes; et placeat legentibus, quod in libris 12 est divisum. Hec autem sunt capitula, que in toto volumine continentur[b].

INCIPIT LIBER PRIMUS.

1. *[De parentela domorum de Romano et[c] de Campo Sancti Petri[c], et de dolo quodam facto primitus inter eas[d]].* Cronica facta marchie Tarvisine. Si cura diligenter[e] recogito, que partim[f] scriptis partim quoque relacione vulgari concipio, inter ceteras claras domos et excellentes nobilium, que fuerunt et sunt hodie in ipsa marchia Tarvisina, quatuor meo tempore fama satis et actibus claruerunt: una Estensis, altera de Camino[41], tercia de Romano[42], quarta de Campo Sancti Petri[43]. Set peto, ne hoc dictum mee intencionis vel ordo per ceteros nobiles incusetur, cum dicere sit expediens, qualiter he ultime due domus primitus certaverunt, affines et sibi attinentes ad invicem proxima linea parentele. Nam dompnus Ecelinus primus, qui dictus est Balbus, filius prioris Eceli de Honoria[44], primo filiam habuit unicam nomine Cunizam, secundo filium habuit similiter nomine Ecelinum, qui dictus fuit Monachus in ultimo sue vite. Soror ergo huius Ecelini secundi tradita est sollempniter in uxorem dompno Tisolino primo de Campo Sancti Petri, et ex ea nati sunt primo Gerardus, secundo Tiso novellus, viri nobiles et potentes. Contingit autem hoc tempore, in partibus Paduanis, nominatim in villa de Abbano[45] esse nobilem quendam virum, nomine Manfredum Ricum, qui erat altus et potens, ditissimus pre ceteris marchie in montibus et in plano; hic filiam habuit unicam nomine Ceciliam. Quo defuncto, cum puella quasi solitaria remansisset et ad eam amodo videretur paterna[g] devoluta hereditas cum[h] esset in etate annorum circa 14, foretque iam eius mater nupta cuidam nobili, unde postea prodiit proles de Maltraversis in Padua, Spinabellus de Sandrico[i], de familia sive de masnada[46] puelle accessit ad dompnum Tisolinum predictum, cuius maior filius Gerardus pulcher iuvenis sine uxore ducebat honorifice vitam suam. Et tractabat idem Spinabellus cum dompno Tisolino, tradere in uxorem puellam ipsam dompnam suam eius filio Gerardo predicto; volebat tamen ex hoc habere servicio libras quinquaginta. Quod dompno Tisolino placuit, et dixit, se velle super his negociis habere consilium ab amicis. Postquam igitur Spinabellus recessit, dompnus Tisolinus recitavit hoc factum socero suo Ecelino Balbo, quem habebat amicum et dompnum pre ceteris kariorem. Ipse vero, datis verbis congrue responsionis genero quemadmodum subtiliter dare novit, cogitavit ex illa hora, quod tale matrimonium conveniens esset pro suo filio Ecelino secundo, qui quamvis iam duas uxores in sua puericia habuisset — primam scilicet dompnam Agnetem sororem dompni Azonis primi[47] marchionis Estensis, que parvo tempore post nupcias decessit in partu; secundam autem sororem[48] dompni Dalesmanini de Padua, a qua nunc solutus erat divorcio celebrato sollempniter — tamen, adhuc valde iuvenis, alicuius alte dompne matrimonium cupiebat. Speravit etiam[k] predictus Ecelinus, per talem nurum magnum habere dominium in partibus Paduanis. Protinus itaque misit Ecelinus nuncium et vocavit ad se Spinabellum; cui datis libris 100, in continenti taliter fecit et ordinavit, quod non multis transactis diebus per Spinabellum eundem inter dompnam suam Ceciliam et Ecelinum, filium Ecelini, factum

a) distinguitur 5. b) *sequuntur in codicibus cunctorum operis capitum tituli, quam quidem seriem omisi, quoniam praeterea titulo suo quodque caput notatum est.* c) et de — Petri *desunt* 1. d) eos 1. e) diligenti 5. f) in *add.* 5. g) et materna *add.* 2. h) cum — 14 *desunt* 1. 2a. 3. i) Xercorico 2; Sendrico 3; Xendrico 5. k) autem 5.

39) i. e. sermonem Italicum. 40) sparsum, Ital. *diramato.* 41) Camino ab Oderzo ad septemtriones. 42) Romano a Bassano ad septemtriones. 43) Camposampiero a Patavio ad septemtriones. 44) Onara prope Cittadella, a Bassano inter meridiem et orientem. 45) Abano a Patavio inter meridiem et occidentem. 46) caterva militari. 47) sexti, qui obiit a. 1212. Cf. infra cap. 11. 48) Speronellam.

est matrimonium et contractum. Iverunt quoque[a] pro puella milites Ecelini[b], et quam cicius esse potuit ducta est Baxanum[49] solempniter[c] et omnibus sponsaliciis celebratis honorifice, completum est matrimonium et sumatum. Hanc itaque dompnam magnifice tenuit et tractavit, et de ipsa Ecelinus ipse secundus quasi ultimo tempore, quo eam tenuit, filiam habuit dompnam Agnetem, matrem postmodum dompni Ansedisii de Widotis.

2. *[Causa quedam superaddita, que rixam augmentavit et werram.]* Set meditari potest quilibet, quod nobiles illi de Campo Sancti Petri, quamvis eorum mater soror erat Ecelini secundi, non tamen poterant oblivisci illius illusionis et doli, quem eis de dompna Cecilia primus fecerat Ecelinus, subrepto sibi tanto matrimonio fraudulenter. Contingit autem pre-
50 dictam dompnam Ceciliam velle in partes descendere Paduanas, sive paisandi[50] causa sive quod per Paduanum districtum magnas masnadas, vasallos multos et amplas possessiones habebat Itaque de mariti licencia honorabiliter sociata, equitavit ad villas et partes Ultrabrentanas[51] in Paduanum districtum et pervenit ad contratas et partes[d] Sancti Andree de Musone[52]. Intendit quoque semper inimicus humani generis et discordie seminator, quod crescant scandala, emergant hodia, litigia oriantur, iurgia[e] duplicentur et rixe. Ecce namque dum ipsa dompna descendisset ad partes predicte ville, Gerardus de Campo Sancti Petri, eiusdem dompne nepos, ad amitam accessit indebite et cum ipsa, quam quondam habere debuerat in uxorem, incestum solacium habuit et, quod libencius conticerem, complevit desiderium cordis sui. Ex hac ergo sintilla offensionis flamma crevit et ardens ignis, unde hodie tota marchia, subiecta werre, destructioni subiacet et ruine. Inter fratres et proximos, cives et convicinos seminata est zizania hodia dolositates et rixe, fraudes versucie et rapine, decepciones et simultates, mortes et inimicicie capitales, secundum quod inferius ostendetur. Sane dicta dompna, postquam est regressa Baxanum — mirum que fuit causa — quicquid Gerardus fecerat, marito infeliciter propalavit. Et ecce siquidem causa werre. Licenciavit ipsam igitur Ecelinus, et eadem spreta ulterius et remota, tradidit eam nuptui honorabiliter et magnifice cuidam nobili civi Veneciarum, scilicet Iacobo de Zianis[f], cum quo satis in honore permansit, donec civis altus et potens de Padua dompnus Dalesmaninus, de ea facto solempni divorcio, sapienter eandem accepit et habuit in uxorem per exercicium unius hominis de masnada ipsius dompne, nomine Lingua-intesta. Ex hoc itaque divitum personarum coniugio tempore procedente nati sunt filii et filie nobiles et potentes.

3. *[Nativitas et origo tercii Ecelini[g].]* Post licenciatam dompnam Ceciliam et post defunctum Ecelinum Balbum Ecelinus secundus providit in suis factis; et missis nunciis in
53 Tusciam ad terram quandam, que appellatur Mangonum[53], contractum est matrimonium inter ipsum et dompnam Aledeitam, sororem comitum de Mangono, qui eciam comites Rabiosi[h] nominabantur. Que dompna cum honore magno recepta; factaque solempni curia 15 dierum et ultra, nupciis laudabiliter celebratis, eam tenuit magnifice et decenter. De qua primo genuit dompnam Palmam novellam[54], que postea fuit uxor dompni Alberti de Baone, Paduani civis, viri clarissimi et potentis. Secundo de ea genuit dompnam Imiiam[i], que postea fuit uxor viri nobilis dompni Alberti Comitis[55] Vicentini. Tercio de ea genuit dompnam Sophyam, que postea fuit uxor dompni Henrici primi de Ygna[56], et eo mortuo nupsit postea dompno Salinwerre[57] de Ferraria. Quarto de ea genuit dompnum Ecelinum tercium, qui vero[k] pertinuit ad progeniem Raibosorum[l] et natus est currente
1194. Apr. 25. anno Domini 1194. die 6. exeunte Aprili circa meridiem. Quinto genuit Albricum.
1222. Sexto genuit dompnam Cunizam[58], vite cuius series talis fuit: Primo namque data est[59] in uxorem comiti Rizardo[m] de Sancto Bonifacio. Set tempore procedente mandato Ecelini sui patris Sordellus[60], de ipsius familia, dompnam ipsam latenter a marito subtraxit.

a) itaque 3. 4. b) primi, qui dictus est Balbus *addit* 2. c) dicta domina *addit* 4. d) et partes *desunt* 5. e) iurgie 1. f) Zanis 4. g) et vita cuiusdam sororis eius *addit* 3. h) Raibosi 3; Raybosi 4. i) Inilam 2; Ymmiam 3; Imiam 5. k) vere 3; vivere 4; postea 5. l) vere *add.* 5. m) Gerardo 3.

49) Bassano. 50) rusticandi. 51) ultra Brentam fluv. 52) *Sant Andrea oltre il Musone* media fere via inter Vicetiam et Tarvisium. 53) Mangona prope S. Quirico, a Prato ad septemtriones. 54) i. e. iuniorem. Cf. Verci Storia degli Ecelini I, 100. 55) *de' Conti.* 56) Egna s. Neumarkt in sinistra Athesis fluv. ripa, inter Tridentum et Bauzanum. 57) II. 58) De qua v. Dante La divina commedia, Parad. IX, 25 sq. 59) anno 1222; v. Verci l. l. I, 117. 60) Mantuanus, poeta. De quo v. Dante Purgat. VI, 58 sq. et VII; et De vulgari eloquio I, 15. Cf. Tiraboschi Storia della letteratura Ital. IV, 373—390, Diez Leben u. Werke der Troubadours p. 465 sq., Bibliothèque de l'école des chartes IV, 93 sq.

Cum qua in patris curia permanente dictum fuit ipsum Sordellum concubuisse. Et ipso expulso ab Ecelino, miles quidam nomine Bonius de Tarvisio dompnam ipsam amavit eandemque a patris curia separavit occulte; et ipsa, nimium amorata in eum, cum ipso mundi partes plurimas circuivit, multa habendo solacia et maximas faciendo expensas. Demum ambo reversi sunt ad Albricum de Romano, fratrem ipsius dompne regentem et dompnantem in Tarvisio, contra voluntatem Ecelini[a], ut apparebat. Ubi[b] idem Bonius manens[c] cum ipsa Cuniza[d], prima eius uxore[e] vivente et in Tarvisio commorante[f], occisus est[g] gladio quodam sabbato sancto, cum Ecelinus contra fratrem Tarvisium inpugnaret[h]. post 1240
Hec autem dompna Cuniza, cum post omnia hec declinasset ad fratrem suum Ecelinum, ipse maritavit eandem* dompno Naimino[i] de Bragancio[61] viro nobili; cuius parentes quamvis Ecelinus[k] destruxisset, idem stans in eius gracia obiit**. Adhuc iterum ipsa Cuniza post mortem fratris sui Ecelini maritata est in Verona. Supra dicta autem dompna Aledeita cum in magna sibi[l] vidisset letitia maritum potentem, filias maritatas in alto gradu, filios affluentes diviciis, castrorum dompnos, potentes clientibus et masnadis, terribiles inimicis, foretque docta[m] stellarum cursus adeo[n] cognoscere, quod filiis profetavit, circa quinquagesimum sue etatis annum decessit.

* eam viro cuidam nobili de Braganzo; sed postea cum guerra exarsit in marchia, Ecelinus ipsum cognatum suum cum ceteris nobilibus de Braganzo et aliunde per marchiam fecit occidi 5.

** — gratia; quem etiam postea dominus Ezelinus non multo tempore elapso fecit occidi 2.

4. *[De warnimento facto occasione Campreti[o].]* Ante tamen quam decederet dicta dompna Aledeita, illis[p] quoque temporibus, quibus Ecelinus maritus eius in honore magno[q] summaque leticia permanebat, tamen adhuc non inmemor illate sibi quondam iniurie in dompna Cecilia per Gerardum nepotem suum, cogitavit, qualiter ipse posset suum animum pascere ulcione. Tegens igitur alta mente indignacionem et iram, quam animo arroganti conceperat, adiunxit sibi licet per amorem illicitum dompnam Mariam de Campreto[62], consanguineam illorum de Campo Sancti Petri, set ex altera parentela; nam et ipsa inter cetera, que sui iuris erant cum ipsis suis consanguineis dividenda, ius habebat in curia[r] de Campreto. Hanc dompnam quasi in[s] uxorem in quodam suo castro tenebat, ita quod tempore procedente idem dompnus Ecelinus de dicta dompna Maria quandam filiam genuit, scilicet dompnam Aledaxiam. Post hec ipsa dompna Maria, sive expulsa sive sponte propria, recessit a potente[t] quasi marito. Et cum remansisset filia apud patrem, insurrexit questio inter Ecelinum et illos de Campo Sancti Petri, utpote quia voluit pater pro filia possidere Campretum. His ergo duabus domibus amicos suos undique congregantibus, facta sunt 1204.
maxima warnimenta[63] hinc inde[64]. Et castramentata utraque parte in confiniis et partibus de Campreto, forsitan devenissent ad pugnam; set reverendus vir opere et sermone[u] Gerardus Dei gracia episcopus Paduanus[65], adhibito sibi favore communis et populi Paduani, perrexit ad utriusque partis[v] exercitum et quasi sacer[w] Orpheus, qui dictus est in fabulis poetarum[x] mulcere tigres, tumidos mitigasse leones, sanctitatis sue[y] dulcibus alloquiis interposuit partes suas. Cf. Virg. Georg. IV, 510. Et appellans primitus dompnum Ecelinum cum suis illis consociis[z] et amicis, de quorum consilio procedebat, post locucionem dompni Alexii iudicis potestatis[*], pro communi Padue cum[a] ipso dompno[b] episcopo destinati, hoc modo locutus est inter eos:

5. *[Oracio episcopi Gerardi ad Ecelinum et partem eius.] Qui timet Deum, facit bona, et qui continens est iusticie, apprehendit illam.* Eccli. 15, 1 *Verba ista verba sapiencie nominantur et concordat titulus ipsis verbis. Scimus enim, et legimus in divina pagina et humana, multos*

a) Ecelini eius fratris ut dicebatur et apparebat 5. b) et illic stabat 5 *pro* ubi. c) *deest* 5. d) cum dicta domina Cuniza 5. e) tamen vivente adhuc uxore ipsius Bonii 5. f) permanente 5. g) demum Bonius *add.* 5. h) cum Ecelinus civitatem Tarvisii de dominio fratris velle videretur eripere 5. i) Naimerio 3; Aymerio vel Rainerio 4. k) postea *addunt* 3. 4. l) se 2. m) dicta *codd.* n) adea 1. 2; adeo 3; ad haec 5. o) Campreto 1. 2. p) vel 2. q) magnifico 5. r) videlicet *add.* 2. s) ut 5. t) potestate 2. u) dominus *add.* 2. 5. v) *deest* 1. w) sane 2. x) cum dulcedine suae lyrae *add.* 5. y) ratione 2. z) consciis 2; aliis consciis 4. *) Paduani 2. 3. 4. a) pro 2. b) cum *add.* 2.

61) Breganze a Bassano inter occidentem et meridiem. 62) Campretto a S. Andrea oltre il Musone (v. supra p. 40 n. 52) inter occidentem et meridiem. 63) exercitus. 64) anno 1204, ut docet Chronicon Patavinum ap. Murator. Antiquit. Ital. IV, 1124. 65) 1165–1215.

1204. *timentes Deum et sapientes operatos fuisse bona, secum habuisse iusticiam, honeratos*[a] *equidem in hac vita, pro meritis acquisisse eternam. E contrario quoque scimus, tyrampnos aliquos in Deo nullam reverenciam habuisse, gloriatos in sua malicia, pro posse fecisse mala, sprevisse iusticiam, vixisse plurimum de rapina, in tribulacione finisse vitam; missos utique in gehennam, eterne dampnationi deditos, laceratos flagellis demonum et tormentis. Ubi nunc Pharao vel Golia,*
Ps. 9, 7 68, 29 *ubi Herodis crudelitas, ubi Nero? Profecto periit memoria eorum cum sonitu, et deleti de libro*
Luc. 2, 37 *vivencium cum iniquis deputati sunt miserabiliter, non cum iustis. Quare vos hortamur in Domino et monemus, quatenus habeatis ante oculos dominum*[b] *Iesum Christum nec pugnetis contra nepotes vestros, sororis vestre filios et carnem de carne vestra; ne destruantur ville, victualia devastentur, compellantur vidue pauperes et orphani turpiter mendicare, hospitalia et sacre ecclesie dissipentur. Set baiuletis arma iusticie, sitis milites equitatis, Deo et fidei propugnantes*[c]*; certi, quod in hac vita prosperabuntur utique facta vestra et post nature debitum stabitis refulgentes ante tribunal Christi, gloriosam famam siquidem in hoc seculo possidentes. Nos vero petimus, quod warnimentum vestrum propter Dei reverenciam dividatis, redeuntes ad domos vestras. Et in nobis et commune Padue presentis facti dimittite*[d] *questionem, et nos, quod consentaneum racioni fuerit, cognoscemus, sopiemus hanc litem et decidemus fine debito, dante Deo.*

6. *[Oracio episcopi Gerardi ad illos de Campo Sancti Petri.]* Hec vel his similia locuturus, conversus est dictus vir prudens sancteque memorie episcopus reverendus ad partem alteram, appellans dompnum Gerardum supra dictum et Tysonem, fratres de Campo Sancti Petri, cum dompno marchione Azone[e], quem sibi nunc primum iunxerant dompnum et amicum, cum aliis suis consciis[f] et amicis, de quorum consilio procedebant. Et post locucionem dompni Ugolini, sapientis et probi viri, advocati episcopatus et militis Paduani pro communi Padue similiter cum ipso dompno episcopo destinati, premisso verbo illo psal-
Ps. 84, 11 miste: *Misericordia et veritas obviaverunt sibi* etc., auctoritate ad materiam sapientissime[g] adaptata, vel ea vel similia, que locutus est alteri parti, melliflua voce profundens; hostendens eis eciam, quod erant quasi matri contrarii, quoniam fratri matris; sedavit hinc inde exercitum[h]. Et sic demum Paduam est regressus. Stetitque marchia aliquot annis in bona pace[i], non[k] obstante nunc causa quadam litigii[k], que paucorum culpa quondam steterat inter Paduanos et Vicentinos.

7. *[Facta quedam inter Paduanos et Vicentinos propter Montegaldam et propter Ecelinum*
66 *de Romano secundum.]* Contingerat enim olim habitantes quosdam in Montegalda[66], Vicentini districtus, intrare Paduanum districtum furtive, cuius confines erant, et dampnum maximum inferebant, fugientes postmodum Montegaldam et erant securi. Ex his itaque maleficiis cum commune Vicencie, a communi Padue sepius litteris et ambaxatoribus appellatum, nullam prorsus faceret ulcionem, Paduani iverunt[l] et ceperunt hostiliter Monte-
1188. galdam in anno Domini 1188. Per quod Vicentini irati sunt plurimum et comoti ita, quod postmodum tempore procedente obstruxerunt aquam[67] totaliter illic in partibus de Longare[68] sui districtus. Et desiccaverunt aquas ita, quod Padua et Paduanus districtus tam ad molendina quam ad alia oportuna magnum paciebatur defectum. Quem defectum siquidem cum Paduani perpeti[m] non valerent, iverunt armata manu et aquam invitis Vicentinis aperuerunt. Set dum Paduani redirent aperta aqua, unum quarterium[n] [69] Paduane militie, quod adhuc erat a latere aque versus Vicenciam, captum est a Vicentinis. Et ducti sunt milites illi Vicenciam et, positi in carceribus, enormiter et gravissime tractabantur, donec Paduanum commune suos redemit milites, data Vicentino communi magna quadam pecunie quantitate.

Post hec elapsis iam annis pluribus, cum Ecelinus secundus tenere vellet curiam in Baxano, considerans quod inter Paduam et Vicenciam videbatur oriri discordia, amiciciam

a) homeratos 1. 2. 2a; honoratos 3. 5. b) Deum et dominum nostrum 5. c) propugnando 2. d) dimittere 2 e) Estensi *add.* 4. f) consociis 5. g) sapientis sine 1. h) et utrumque fecit recedere guarnimentum *add.* 5. i) civium eius *addit* 2. k) *pro* non — litigii *habet* 2: quedam litigii causa. l) viriliter *add.* 2, *ubi* et *deest.* m) pati 2. n) quaternum 2.

66) Montegalda in sinistra fluvii Bacchiglione ripa, media fere via inter Patavium et Vicetiam. 67) Bacchiglione fluvii. 68) Longare in dextera fluvii Bacchiglione ripa, a Vicetia inter meridiem et orientem. 69) Quarterium est quaedam urbis pars, ut *quarterium Paduanae militiae* significet milites cuiusdam regionis Patavinae.

cum Paduanis contraxit et obligavit eis pignori curiam de Honoria — quam olim Ecili[a] 1188.
avus eius habuerat ab antiquis a rege Conrado, cum quo venerat[70] de Alemania miles ab uno equo — pactis appositis inter ipsos Paduanos et Ecelinum, quod ex hoc habere debeat a communi Padue librarum 25 milia denariorum Venetorum, et una pars alteram tam in pace quam in werra et e converso iuvare debeat modis omnibus in singulis suis factis, preter contra inperium et coronam. Hoc autem cum Vicentini intellexerunt, elapsis forte annis quinque post factum Montegalde, hostiliter iverunt Marosticam[b, 71] et illic insulta- 1197.
verunt in Ecelinum ex improviso. Set defenderunt se Marosticani viriliter et Vicentinos retrocedere compulerunt, donec adveniente Paduana milicia in auxilium Ecelini, Vicentini subito Vicenciam sunt reversi. Non autem steterunt Vicentini sic negligentes ex toto, set quasi[c] elapso non multo tempore habuerunt totam miliciam Veronensem et populi magnam partem; et ipsi cum viribus suis omnibus, cum exercitu copioso et magno venerunt ad partes Marostice et ad partes Baxani, minantibus expresse, quod a montium sumitatibus infra cuncta submittent morti destructioni ignibus et ruine. Tunc Ecelinus perterritus concordiam fecit quam potuit cum potentibus inimicis et misit filium suum parvulum Ecelinum pro obside sub tentorio potestatis Verone. Et sic ab his diebus in antea rupte sunt condiciones et pacta Paduanorum cum Ecelino et fuit ipse ulterius quasi unum et idem cum Vicentinis.

8. *[Factum inter Paduanos et Vicentinos ad Carmegnanum.]* Indignatis igitur Paduanis 1198.
de pactis et condicionibus sibi ruptis, et quod maius est, non inmemores adhuc antique extorsionis et ire, quam Vicentini quondam fecerant Paduano communi de militibus captis in partibus de Longare et Vicencie crudeliter carceratis, warnimentum facere voluerunt, ut invaderent Carmegnanum[72], castrum scilicet Vicentinorum et terram ipsis karissimam 72
et dilectam. Quod ipsi Vicentini presencientes, magnifice et potenter iverunt communiter Carmegnanum in ipsoque[d], copiose munito militum et peditum multitudine et balistis armis et victualibus cunctisque pro securitate loci necessariis, permanebant. Set nichilo minus destitit Paduana communitas, imo illuc omnes moto exercitu cum fulgenti suo carrocio[e] magnifice perrexerunt in anno Domini 1198. circa principium temporis autumpnalis. Et non multis diebus elapsis, inter ceteros insultus hinc inde factos Vicentini mane quodam in aurora diei, prima scilicet die Septembris, exiverunt in Paduanos, multisque de Paduanis Sept. 1.
militibus et peditibus, pugnantibus tamen viriliter contra hostes, detentis, duxerunt eos in ecclesiam Carmegnani et tenuerunt eos ligatos et compeditos. Eadem autem die et quasi eadem hora vir strenuus et insignis Iacobus Strictus, Placentinus civis probus sapiens et preclarus, tunc Paduanorum potestas, et Azo Estensis marchio, forma corporis speciosus set armis speciosior et virtute, Mattheus de Pegoloto Paduanus civis et vesillifer Paduani communis, ceterique magnates nobiles et potentes de Padua, hoc graviter et indigne ferentes, se protinus et Paduanam gentem totaliter exposuerunt omni casui et fortune. Unde assumptis armis insultaverunt omnes animose in portam castri, et prostratis hinc inde multis, tandem confracta est porta viriliter, vallum dirutum circa portam, turres quoque sive bilfredi fixis defensoribus corruerunt. Stetitque communis Padue victoriosum vexillum, innumerabilia gestans foramina tanquam cribrum, set quasi specula fulgentissima, ultra fossas super hedificiis Carmegnani. Sicque continuo Paduani milites sunt redempti, multi quoque milites et pedites Vicentini nobiles et potentes sunt capti. Et victo loco totaliter habitisque spoliis rerum et personarum, gloriosum triumphum de inimicis Paduani Paduam reportarunt.

9. *[Factum Braide de Verona:]* Procedente quoque tempore, in anno scilicet 1207. 1207.
dompnus Azo Estensis marchio factus est potestas Verone De cuius honore condolens Ecelinus de Romano secundus, memor quod idem marchio quondam ei obvius fuerat in facto Campreti, congregatis amicis suis de Verona Vicencia et undecunque potuit aliunde in castrum Monticli[f, 73] Vicentini districtus — unde postea dicti sunt Monticli — cum eis

a) Ezilini 2; Eccilis 4; Ecelinus 5. b) Marostigam 2. c) si quam 2. d) ipsorum 2. e) carregio 2. f) Monticuli 2.

70) Ecili anno 1036. cum Conrado II. imperatore in Italiam venisse, probabili argumentatione concludit Verci l. l. I. praef. p. XXXVI. 71) Marostica a Bassano inter occidentem et meridiem. 72) Carmignano a Vicetia inter orientem et septemtriones. 73) *Montecchio maggiore* a Vicetia inter occidentem et meridiem.

1207. taliter ordinavit, quod magnum habuit warnimentum. Et sic factus est quasi ex inproviso insultus maximus in Verona contra marchionem et contra omnes faventes ei; et ita demum est marchio de potestaria expulsus. Tunc Salinwerra de Ferraria factus est Ecelini manifeste amicus, qui usque nunc non videbatur alicui parti favere. Recessit ergo marchio de
74 Verona et ivit ad Abathiam[74]. Set non multo tempore post facta magna congregacione de suis amicis de Lonbardia, marchia et Romagna et aliunde sapienter et per summam prudenciam, statim sequenti anno 1208.[75] gentem suam Veronam conduxit in Braidam[76]. Et
Sept. 29. pugna illic commissa est inter partes. Milites occurrerunt militibus, pedites cum peditibus manualiter pugnaverunt, certaverunt inimici cum inimicis, demumque post sanguinis effusionem militum et equorum, post consternacionem plurium et post aliquorum mortem stetit marchio victor in Brayda. Turres habuit et domos bellicosas per civitatem. Ipsum quoque Ecelinum tunc captum habuit et detentum[77]; quem curialiter et honeste tractavit, eundemque honoravit et ipse, fecitque illi honorem fieri per dompnas et milites omnes, qui vel que fuerunt honorabiles in Verona. Ultimo Ecelinum ipsum marchionis militibus honorifice sociatum, decenter conduci fecit Baxanum; et ipsi milites, qui conduxerunt eundem, honorem maximum receperunt a dompnabus et militibus de Baxano. Ha Deus! tunc erant werre, si licitum est dicere, bone werre, dum unus alteri viriliter inimicans, captus tamen aliquando, non morti tradebatur continuo, non in vincula mittebatur, non sentencia protinus ferebatur in eum, fore membris horribiliter mutilandum; mittebatur imo laudabiliter et
Ov. Met. I, 89. honorifice quo volebat. Set completa est hodie prophetia Ovidii, dum mundus, quem dicit aureum habuisse principium, redarguenda nunc fece infectus, iam ecce devenit ad tantum,
I, 144. quod non solum inimicus ab inimico, set nec hospes tutus ab hospite reperitur, non[a] est fratri frater innocuus[b] et vix adhuc filius diligitur a parente, nec sumus equidem bene certi, si hec radix naturalis effectus, que adhuc filo tenui retinetur, durare poterit in futurum.

10. *[Ludus de Prato Vallis et porta Turrisellarum hoc tempore facta fuit.]* Reversi sunt milites marchionis ad ipsum, quem iam tota marchia cum summa reverencia laudans magnis preconiis excolebat. Tunc pervenit eciam ipsius fama celebris usque Romam. Itaque ipsa sancta sedes apostolica dignitate nova voluit predotare eundem et ei graciam est largita, ut scilicet ipse cum omnibus successoribus suis ab hoc tempore in antea Estensis et Anconitanus marchio appelletur.

Stare[c] eciam videbantur nunc civitates istinc[d] collaterales in marchia[c] in statu de-
1208. lectabili et iocundo. Nam in predicto anno Domini 1208, potestate in Padua dompno Viscontino, factus est magnus ludus in Prato Vallis[78], et omnes contrate[79] de Padua, singule videlicet ad unum et idem signum vestimentorum, se novis vestibus innovarunt. Et tunc in predicto loco de Prato dompne cum militibus, cum nobilibus populares, senes cum
Mai. 25. iunioribus in magnis solaciis existentes in festo pentecostes, et ante et post per plures dies, cantantes et psallentes tantam ostendebant leticiam, quasi omnes fratres, omnes socii, omnes prorsus essent unanimes et summi amoris vinculo federati. Set statim
1209. sequenti anno, cum Vicentini minarentur invadere Ecelinum cum auxilio quarundam civitatum de Lonbardia — qui Ecelinus tunc erat amicatus cum Padua — motus est Paduanus exercitus et ivit Honoriam in servicium Ecelini. Set parum ibi stetit, quia Vicentini a proposito destiterunt.

1210. Iterum vero sequenti anno scilicet 1210. Iacobus de Andito potestas Padue fieri fecit portam Turrisellarum et muros illi porte collaterales.

11. *[De Federico electo in Romanorum regem et de morte marchionis Azonis sequenti anno*
1212. *et quorundam magnatum de parte eius.]* Anno Domini 1211. supradictus Azo Estensis et Anconitatus marchio de voluntate Innocencii pape III. Fredericum regem Sicilie, regine Constancie filium, set adhuc quasi puerum, per Lonbardiam cum magna multitudine militum usque in Alemaniam sociavit. Et sic Fredericus ipse electus est tunc a principibus in Romanorum regem.

a) nec 2. b) innocivus 2. c) Stare — marchia *desunt* 1. 2. d) istis 3.

74) Badia in dextera Athesis fluv. ripa, a Vicetia ad meridiem. 75) immo anno 1207. die 29. Sept. teste Parisio de Cereta in chron. Veronensi supra p. 6. 76) forum Veronense: *piazza Bra.* 77) Maurisius autem (ap. Murator. R. It. SS. VIII, 16.) tradidit, „illo die vix evasisse Eccelinum a manibus marchionis“. 78) spatium Patavinum: *Prato della valle.* 79) viae.

Set anno inmediate sequente, scilicet 1212. predictus vir nobilis et potens, apud Deum 1212.
et homines graciosus, omni sapiencia plenus, venerande memorie idem Estensis marchio post omnem altitudinem sui status, post multa servicia facta Romane ecclesie, post imperium exaltatum per eum et a manibus quorundam tyrannorum prudenter et sapienter ereptum, de hac vita migravit ad meliorem, sepultus honorabiliter de mense Novembris Nov.
apud monasterium Abathie.

In illo quoque eodem anno duo barones eius nobiles et potentes, eundem fideliter prosecuti, de hac luce similiter ad aliam sunt vocati, scilicet comes Bonefacius Veronensis et Albertus de Baone, civis nobilis Paduanus, qui per summam suam prudenciam et virtutem nominari fecit marchiam Tarvisinam et Paduam usque in partibus transmarinis.

12. *[Factum de Este primum.]* Remanserunt post ipsum marchionem Estensem duo filii, scilicet Aldrevandinus[80] et Azo[81], qui tunc dicebatur Azo novellus. Aldrevandinus 80
igitur, iam providus et ad arma sufficiens, quia maior etate tunc erat, tenuit marchexatum. Hic castrum Estense cohabitans, cum quidam eius subditi per violenciam abstulissent fruges quasdam, que de Montagnana[82] Paduam ferebantur, ipsis eciam frugibus in castro de Este repositis, fruges illas restitui facere penitus recusavit, quamvis potestas Padue ex parte communis hoc peteret litteris et nunciis ad marchionem ipsum pluries destinatis; et erat tunc Este et Montagnana totaque Scodesia[83] more debito sub iurisdictione Paduani communis. Et quoniam idem marchio perstitit contumax in hoc facto, motus est exercitus 1213.
Paduanus contra eum, et Estensem villam occupans et devastans ac burgum, rocam[84] obsedit hostiliter, machinis et prederiis pro posse destruens et confringens. In hoc exercitu fuit cum communi Padue dompnus Ecelinus predictus; et cum ipso eius filius Ecelinus[85], qui licet puer, iam subtilizabat[86] in tantum, quod puerili more cum aliis pueris iam construebat machinas, quasi ad lapides iaciendos in rocam, ut iam quodammodo moveretur ad amicos marchionis et loca et partem voluntarie destruendum. Gentes autem, que cum ipso patre et filio venerant de Baxano et de partibus Pedemontis[87], vineas et 87
arbores radicitus evellebant, destruentes avidissime quicquid poterant; veluti pronosticarent, quod inter geminas illas domos, Estensem scilicet et illorum, qui usque nunc de Honoria dicebantur set postea dicti sunt de Romano, crescebant inimicicie capitales. Sunt quoque in ipso exercitu dampna quedam in rebus et in personis hinc inde facta, utpote quia intus in roca circa 15 homines sunt occisi, alii a prederiis alii a balistis; extra vero similiter sunt mortui circa 10. Inter quos preco quidam nomine Veglus dictus, quod nocte intrabat in rocam et propalabat Paduanorum consilia marchioni, suspensus est et mortuus iussu potestatis et consilii contra castrensem portam. Et quod gravissimum fuit et dolorosum magnis et parvis civibus Paduanis, comes Paduanus, bone memorie Manfredinus, equitando more solito per exercitum, percussus heu! a lapide torterelle[a][88] intrinsece, cecidit mortuus; et fuit dies illa tam obsessis quam obsidentibus[b] lacrimosa. Hac itaque de causa precipue motus est marchio Aldrevandinus et illius consiliarii, ut ad concordiam cum Paduanis deveniret; et data treuwa utrique parti, concorditer deventum est ad hunc finem, quod rocha est reddita Paduano communi. Sic de statuto et voluntate Paduanorum murate sunt porte castrenses, et castrum non habitatum usque ad multos annos. Et Paduanus exercitus reversus est Paduam cum honore[c]. Estenses vero habitatores ad precepta communis Padue salubriter permanserunt in Este. Fuit autem hoc factum tempore dompni[d] Marini Zeni Padue potestatis, in anno Domini 1213. tempore autumpnali.

13. *[De ludo quodam facto apud Tarvisium.]* Post hec sequenti tempore, anno scilicet 1214.
Domini 1214, Albizus Florensis erat potestas in Padua, qui fuit vir providus et discretus, curialis tractabilis et benignus, cum foret in regimine sapiens, dominabilis et astutus; iocos tamen et solacia diligebat. Tempore cuius potestatis ordinata est quedam curia solacii et leticie in civitate Tarvisii, ad quam invitati sunt quam plures, et milites et pedites Paduani. Iverunt illuc eciam convocate ad illam curiam decorandam dompne circa 12 de nobilioribus et pulcrioribus magisque ludis ydoneis, que tunc in Padua sunt reperte. Fuit

a) tortelle 2; tortorelle 5. b) multipliciter *add.* 5. c) magno *add.* 5. d) *deest* 1.

80) I. 81) VII, qui obiit a. 1264. 82) Montagnana ab Este ad occidentem. 83) Scodesia appellabatur regio illa. 84) arcem (Estensem). 85) III. 86) sapiebat. 87) Pedemontem appellabant quandam marchiae Tarvisinae partem septemtrionalem. Cf. Verci Ecel. II, 140. 88) cuiusdam machinae bellicae.

1214. autem huiuscemodi curia sive ludus: Factum est enim ludicrum quoddam castrum, in quo posite sunt dompne cum virginibus[a] sive domicellabus[1] et servitricibus earundem, que sine alicuius viri auxilio castrum prudentissime defenderunt. Fuit eciam castrum talibus municionibus undique premunitum: scilicet variis et griseis[2] et cendatis[3], purpuris, samitis[b, 4] et ricellis, scarletis[5] et baldachinis[6] et armerinis[7]. Quid de coronis aureis, cum grisolitis et iacintis, topaciis et smaragdis, piropis et margaritis, omnisque generis ornamentis, quibus dompnarum capita tuta forent ab impetu pugnatorum? Ipsum quoque castrum debuit expugnari et expugnatum fuit huiuscemodi telis et instrumentis: pomis,
8 datalis et muscatis, tortellis[8], piris et coctanis[c, 9], rosis, liliis et violis, similiter ampullis balsami, amphii et aque rosee, ambra, camphora, cardamo, cinamo, gariofolis, melegetis, cunctis immo florum vel specierum generibus, quecunque redolent vel splendescunt. De Veneciis eciam interfuerunt huic ludo viri multi et plures dompne propter honorem curie exibendum; et habentes ipsi Veneti sancti Marchi preciosum[d] vexillum, prudenter et delectabiliter pugnaverunt. Oriuntur autem aliquando de bonis principiis multa mala. Dum namque Veneti ludentes certarent cum Paduanis ad castri portam primitus subintrandam, hinc inde surrexit discordia et, quod utinam[e] non fuisset, Venetus quidam non sapiens, tenens sancti Marchi vexillum, vultu torvo et iracundo insultavit in Paduanos. Quod Paduani videntes, quidam manum violentam in sancti Marchi vexillum irato animo iniecerunt et inde partem aliquam lacerarunt; quod Veneti tulerunt valde moleste et indignanter. Divisa est itaque continuo curia sive ludus iussu aliorum rectorum curie et dompni Pauli de Sermedaula viri clarissimi et discreti, Paduani civis, qui tunc rex militum erat in Padua; cui eciam cum aliis rectoribus causa honoris concessum erat in ipsa curia, quod haberent arbitrium et ordinacionem dompnarum et militum et totius curie sive ludi. Fuit autem hic ludus, de quo dici potuit:

Hor Ep I, 19, 48 sq. *Ludus enim genuit trepidum certamen et iram,*
Ira truces[f] inimicicias et funebre bellum.

Nam tempore procedente crevit adeo discordia inter Paduanos et Venetos, quod sunt mercimonia interdicta hinc inde; custodita confinia, ne quid de una terra ad alteram portaretur; raubarie[10] et violencie excreverunt[g], et sic denuo[h] discordia crevit werra et inimicicia capitalis.

1215. Oct. 14. *[De exercitu facto ad Baibam contra Venetos.]* Et quoniam aliqui de Veneciis latenter intrantes aliquando dampnum faciebant in Paduano districtu, placuit consilio Paduano facere exercitum super terras Venetorum. Et paratis omnibus warnimentis iverunt
11 Paduam hostiliter ad partes Cuglie[11] et se cum suis omnibus apparatibus locaverunt in partibus turris Baibe[12], sperantes turrim ipsam capere et de ipsa suam facere voluntatem. Et posset esse forsitan, quod illi de Monte Silice[13] cepissent eandem, quoniam illico quod[i] venerunt, voluerunt insultare in turrim; set potestas Padue, bono tamen animo, non permisit. Paucis tamen diebus elapsis conmote sunt pluvie inaudite, ultra solitum crevit mare; sicque cum exercitus foret in locis palustribus, divino iudicio divisus est exercitus et Paduam est reversus. Cuglienses vero et Veneti, qui iam illuc copiose convenerant, videntes remotum exercitum, insecuti sunt Paduanos cum navibus et habuerunt eadem die predam de rebus exercitus et ceperunt eciam aliquos de civibus Padue. Qui videntes se in aquarum periculis, rogabant Cuglienses ipsos, ut eos in navibus elevarent, et fuerunt quidam, qui dederunt precium navigantibus et fecerunt se ad domos occupancium deportare. Fuit autem factum in anno Domini 1215. in autumpno, stante dompno Bonifacio Widonis de Wizardo de Bononia Padue potestate.

15. *[De morte Aldrevandini marchionis Estensis.]* Ante tamen factum hoc Baibe Aldrevandinus Estensis marchio Paduam venerat, et illic receptus honorabiliter et dilectus a cunctis, magnam[k] fecerat congregacionem de amicis suis de Padua et aliunde in domo magna sive palacio, quod olim fuit dompni Alberti de Baone superius nominati, quod erat

a) suis *add.* 2. b) sanutis 1. c) cocianis 2; cotanis 5. d) speciosum 5. e) ut̃ 1; ut' 2. f) et *add.* 1. 2. g) raubarias et violentias exercuerunt 5. h) de una 2. i) illi q̊ 1; illico quod 2; illico cum 5. k) magnatibus 2.

1) cubiculariis. 2) variis et griseis, i. e. pellibus preciosis. 3) pannis subsericis. 4) pannis holosericis. 5) pannis coccineis. 6) pannis magnifice pictis. 7) pellibus mustelae eriminiae. 8) placentis. 9) malis cydoniis. 10) expilationes. 11) Chioggia. 12) Bebba a Chioggia ad meridiem. 13) Monselice a Patavio inter meridiem et occidentem.

apud ecclesiam sancti Urbani. Cum illis quoque amicis suis deliberato consilio, potenter 1215.
postmodum et magnifice in Anconitanam marchiam hostiliter equitavit, volens dominium
et marchexatum habere, de quo pater eius olim fuerat a Romana ecclesia investitus. Set
erant ibi comites de Celano[14] viri magnifici et potentes eidem marchioni contrarii, qui 14
usque quondam in tempore Otonis[15] de Saxonia tenentes ipsius Otonis partem, adhuc Frederico puero et eius fautoribus resistebant; utpote Romane ecclesie et marchioni Azoni[16] bone memorie similiter olim restiterant, pro ipso imperio plurimum laboranti. Fuit igitur Aldirvandinus in marchia[a], et de ipsis comitibus et quibusdam ipsorum complicibus victoriam habuit, multis tamen laboribus acquisitam. Magnates verumtamen quidam alii atque castra multum[b] restiterunt eidem; et remanserunt illic in carcere de melioribus et maioribus marchionis amicis, scilicet dompnus Tiso de Campo Sancti Petri, Paduanus civis, vir nobilis potens magnificus et preclarus, et alii quidam secum. Ipse vero marchio post multa facta et ardua, post multa pericula et labores, in quibus tamen prudenter et sapienter se gesserat, non est armis vel viribus superatus, set ut fama fuit proditorie[c] toxicatus veneno, finivit vitam in anno predicto Domini 1215. in tempore sue floride iuventutis. Predictus autem dompnus Tiso post multos annos redemptus est de carcere inimicorum marchionis et sue partis, per exercicium[d] amicorum, operante ipso Azone novello, adhuc in puericia posito et iam quasi novella planta in id etatis fructus uberrimos promittente.

16. *[Hic factum est palacium Paduanum.]* Hic ne videamur clausis oculis pertransire,
sciendum est, quod cum post hoc tempus Aldrevandini sequerentur quatuor anni vel circa, 1215
sive quatuor potestates, in quibus forte Paduana videretur civitas velud ociosa mansisse, | 1218.
non tamen remansit inutilis; immo nunciis et ambaxatoribus missis Venecias sepius, recuperavit cives suos[e] post aliquantam temporis tarditatem usque de facto Baibe.

Et in anno Domini 1218. spaciosum, immo speciosum palacium Paduanum inceptum 1218.
est, potestante dompno Iohanne Rusca de Cumis, viro probo et sapiente, moribus et curialitate[f] plurima insignito.

EXPLICIT LIBER PRIMUS

INCIPIT SECUNDUS.

1. *[Factum Castri-Franchi, et quando incepta est Citadella et Fredericus coronatus.]* 1220.
Nitebantur Veneti temporibus illis propter werram, quam adhuc occasione Baibe cum Paduanis habebant, parti sue invenire fautores; bladum enim et victualia de Padua penitus non habebant. Unde timentes eciam, ne Tarvisini cum Paduanis unirentur, ipsos Tarvisinos sibi amicicie vinculo imo sacramenti federe adiunxerunt. Set habebant Tarvisini tunc
temporis litem quandam cum dompno Bertholdo Dei gracia patriarcha Aquilegensi[17] occa- 17
sione quarundam terrarum in confinio utriusque districtus. Cum forent igitur Tarvisini amicati cum Venetis, et dompnus patriarcha est amicatus cum Paduanis et factus est Paduanus civis; et in citadancie[g][18] firmitatem et signum fecit de sua camera quedam in Padua hedificari palacia magna et pulcra valde, et voluit et se poni fecit cum aliis civibus[h] Paduanis in coltam sive dachyam[19]. Tunc quoque incepit mittere et adhuc mittit hodie omni anno de suis melioribus militibus 12, qui iurant in principio potestarie cuiuslibet precepta et sequencia potestatis pro dompno patriarcha et suis. Quod videns Feltrensis et Belunensis episcopus[20], fecit et ipse similiter, non tamen in quantitate eadem, set quasi pro rata sui episcopatus et prelature. Ergo quoniam Tarvisini terras quasdam dompni patriarche tunc hostiliter invaserunt, Paduanus exercitus ivit ad Castrum-Francum[21], terram Tarvisinorum. Set Tarvisinis protinus reversis ad propriam civitatem, Paduanus exercitus paucis diebus illic permansit. Et hec siquidem facta sunt existente potestate in Padua

a) marchio victor 5 *pro* in marchia. b) multa 5 c) ptorie 1. d) exercitum 2; sua *add.* 2a. e) captos in facto Baybae, quamvis *add.* 5. f) curialintate 1; curiositate 5. g) citadinancie 2. h) civis 1.

14) Celano prope lacum Facinum *(lago di Celano)* ad septemtriones. 15) IV. 16) VI. 17) 1218—1252. 18) civitatis. 19) tributum. 20) Philippus ep. Feltrensis et Bellunensis 1209—1225. 21) Castelfranco a Tarvisio ad occidentem.

1220. dompno Berardo Barone in anno Domini 1220. Eodem anno inceptum est castrum de
Nov. 22. Citadella[22]. Eodem anno coronatus est[a] Fredericus imperator in Roma ab Honorio papa III. in die sancte Lucie[23], die 13. intrante Decembri.

1212. 2. *[Prima sedicio Ferrarie et de morte Tisolini.]* Cum post mortem marchionis Azonis
1215. et eius filii Aldrevandini solus in Estensi domo remansisset Azo novellus, adhuc etate iuvenis set prudencia et probitate maturus, ut plurimum, habitabat Ferrarie. Ubi multos amicos multosque vasallos habebat; et erat Salinwerra, vir sapiens et astutus, de numero vassallorum ipsius. Qui cum forte potens esset amicis, diviciis et honoribus magnus in civitate, et cum ipse cum suis amicis haberet omnes honores quasi et officia civitatis, crevit discordia inter amicos marchionis et Salinwerre in tantum, quod marchio cum parte sua de
1222. civitate exivit. Et sic exules facti sunt de propria patria Ferrarienses quidam, suisque bonis omnibus et possessionibus sunt privati. In cuius iniurie ulcionem ipse marchio Ferrarienses expulsos et omnes amicos suos quoscunque et undecunque potuit, sive de Lonbardia sive de
24 marchia sive de comitatu Rudigii[24], congregavit et hostiliter accedens Ferrariam, castramentatus est iusta Padum. Timens vero Salinwerra prodicionem, ad hanc devenit concordiam, quod marchio cum 100 de suis militibus et amicis intrarent[b] civitatem ad tractandam concordiam, quod Ferrarienses utriusque partis possint pacificare[c] ad invicem et concorditer permanere. Intravit ergo marchio isto modo. Set postmodum visum est Ferrariensibus intrinsecis, quod ii, qui intraverant, victualia malo modo acciperent pro se et suis equis, domos[d] eciam, ut contingit in talibus, enormiter devastarent. Unde factus est magnus tumultus et clamor per civitatem: *Ad arma, ad arma! moriantur et pereant inimici.* Insurrexerunt partes utrinque, et qui cum marchione intraverant, partim mortui et partim sunt de civitate expulsi. Hic vir nobilis Tisolinus — filius quondam Gerardi de Campo Sancti Petri Paduani districtus et comitisse Darie, olim filie viri clarissimi Alberti de Baone — pro parte marchionis viriliter pugnans, incidit casualiter in manus hominum de quadam villa nomine Girzola[e]. Qui cum circundedissent[f] eundem, quamvis de ipsis multos mortuos prostravisset, appellabant eum, ut eis se redderet; set magnanimus se reddere negavit, nisi foret illic aliquis de sanguine militari. Set cum nullus sit ibi repertus talis, post cedem boni sui destrarii heu! mortuus est et ipse. Super cuius corpus, delatum ad civitatem Ferrarie, omnes milites planctum magnum fecerunt[g], et ipse Salinwerra, tristatus lacrimabiliter, fecit eum honorabiliter sepeliri. Hoc autem factum est anno Domini 1222. in secunda potestaria in Padua dompni Iohannis Rusche de Cumis.

3. *[De tempore terre motus.]* Non modicus fuit dolor, non quidem parva tristicia per totam marchiam de tali et tanto viro. Et fuerunt quidam qui dicerent, quod non solum homines sunt propter hoc humani generis dampnum perterriti, set et mundus ipse totaque
Sept. machina[h] mundialis horrorem habuit et tremorem. Nam in mense Septembris predicti anni apparuit in celo cometa, qui significare dicitur mortem alicuius excellentis persone. Ipse Deus eciam ut monstraret apercius, qui timor et tremor sedicionis et werre nunc videbatur emergere, nunc instare, suum dedit tremoris signum. In partibus namque Ytalie
Dec. 25. universis terra tremuit, iuga moncium sunt commota propter vehemenciam terre motus, durantis fere per unam horam, in ipsa die natalis Domini statim post missarum sollempnia celebrata, adeo quod multe domus et pallacia corruerunt, homines perierunt per civitates; et in Brixia maxime tanta ruina fuit, quod Brixienses timuerunt quodammodo, ne tota civitas sit submersa. Et hic terre motus fuit completis annis Domini 1222; et in ipsa die natalis 23.[25] inchoabat, in potestaria predicta circa medietatem.

4. *[De secunda obsessione Ferrarie.]* Quoniam eciam Tisolinus predictus fuerat de karioribus amicis marchionis Estensis et comitis Rizardi de Sancto Bonifacio, voluerunt
1224. ipsi et omnes de sua parte de tanti amici dampno sumere ulcionem. Parato igitur warnimento magno de amicis suis omnibus de Padua de Mantua de Verona et aliunde, equitaverunt et iterum obsederunt Ferrariam. Set Salinwerra, homo ingeniosus et cautus, suis nunciis verbis et litteris comitem Rizardum induxit ad tantum sub spe[i] composicionis et

a) *deest* 1. 5. b) inter 1; intrarent 2. 2a; intret 5. c) pacifice 2. 2a. d) domos - devastarent *desunt* 1. 2. 2a. e) Gĩzola 1; Gizola 2; Graizola 2a; Gicola 4; Girzola 5. f) circundissent 1. 2a. g) *deest* 1. 2. 2a. h) marchia 1. 2. 2a. i) specie 2a. 5.

22) Cittadella a Bassano inter meridiem et orientem. 23) immo die S. Caeciliae, 22. m. Novembris. 24) Rovigo. 25) i. e. annus 1223.

pacis, quod ipse comes cum quadam militum quantitate intravit Ferrariam, non credens 1224.
sub agnina pelle vulpem subdolam latitare; ipsum enim comitem cum omnibus illis, qui secum iverant, Salinwerra detinuit. Et sic deceptus marchio et dubitans de prodicione, recessit cum toto exercitu ab obsessione incepta. Erat autem hoc in anno Domini 1224. Set nec comes nec qui secum capti fuerant, diu detenti manserunt. Nam rectores Lonbardie
hec duo fecerunt sequenti anno, videlicet in 1225: eripuerunt enim comitem et suos de 1225.
carcere Salinwerre, et discordiam quandam, que in Verona tunc erat, reduxerunt ad concordiam, non longo tempore duraturam.

5. *[Factum de Frata Ferrariensis districtus.]* Steterat illic eciam quedam altera maxima
causa werre. Nam in dicto anno Domini 1224. marchio Estensis congregavit amicos et gen- 1224.
tem suam de Padua de Mantua de Verona, illos videlicet de sua parte et Ferrarienses expulsos, motusque hostiliter equitavit et est positus circa Fratam[26], castrum scilicet Ferrariense; in quo Sallinwerra suos quosdam dilectos posuerat, et erant cuncti habitatores loci et castrum ipsum speciales et fidelissimi eius partis. Hic stetit exercitus in castri obsessione tam diu, donec sunt intrinseci vigiliis et fame devicti. Itaque cum se defendere non valerent nec nullum[a] a Sallinwerra possent habere succursum, expugnati ab inimicis de facili sunt devicti, et intraverunt marchexani in castrum. Sic ergo viri omnes et mulieres, magni et parvuli gladio sunt occisi preter quosdam, qui in profundam aquam que castrum undique muniebat proiecti, aquam biberunt et mortem. Letatus est Iacobus, filius Tisonis de Campo Sancti Petri, super vindicta facta de obitu germani sui clare memorie dompni Tisolini. Nam et ipse suis manibus in hoc facto fecit de pluribus licet immeritam ulcionem; quod enim peccat Ticius, non in Sempronio castigatur. Erat autem diebus illis dompnus Robertus de Concorezo, Mediolanensis, electus Paduanorum potestas.

6. *[Littere, quas misit Sallinwerra de Ferraria Ecelino minori, scilicet tercio Ecelino.]* Habuerat Sallinwerra uxorem dompnam Sophiam[27], Ecelini maioris filiam, sororem[b] Ecelini minoris. Qui de facto Frate contristatus medullitus, Ecelino cognato suo misit litteras in hunc modum — maior enim Ecelinus vitam iam sibi elegerat penitencie qualis qualis et se religiose vivere fatebatur —: *Viro nobili et potenti dompno Ecelino de Romano speciali suo dompno et amico Sallinwerra de Ferraria, eius intimus et specialis amicus, salutem cum honoris et glorie incremento. In aliquibus provinciis civitatibus aut castris tocius imperii Romani non fuit homo sic lesus enormiter et offensus tam indebite tam iniuste. Recolens namque nobilitatis et amicicie marchionis Estensis Azonis primi, sperans, eius filium Azonem novellum semen aliquod retinere de nobilitate parentis, gratulabar ego, quamvis nacione Ferrariensis, cum ipso quodammodo alieno Ferrarie pacifice conversari; set occultare nequivit rabidam pravitatem. Ecce namque, ut audivistis, in amicos meos cum suis complicibus insultavit. Et voluit primo in honoribus et officiis communis Ferrarie tyrannidem exercere; cui si cum amicis meis racionabiliter obviavi, nemo de iure potest vel me reprehendere vel mirari. Hostendit enim Deus ipse in facto illo iustum iudicium; et digne succubuit, qui causam fovebat indignam. Non verumtamen propter hoc iuvenis ipse marchio destitit ab impia feritate, que in eius animo latitabat. Set secundo congregans gentes illas, que me offendere nullam habebant causam, posuit se hostiliter circa Fratam, et castrum illud in iniuriam communis Ferrarie occupans, omnes de castro morte sanguinolenta peremit, et quod est a seculo inauditum, mares et feminas se reddentes cum ipsis infantulis impio gladio detruncavit. Non sic Iudeis, non sic quoque fieret Sarracenis. Hec autem vobis refero, sicut principali meo dompno et amico, ut de amicorum tanta iniuria mecum dignemini condolere et provideat sapiencia vestra, si[c] placet, quid[d] super his excessibus sit agendum.*

7. *[Responsio ad predictas litteras.]* His ergo receptis litteris, Ecelinus de Romano scripsit tales litteras Sallinwerre: *Sapienti et probo viro dompno Sallinwerre, suo dompno pre cunctis mortalibus reverendo, Ecelinus de Romano, eius subditus et fidelis amicus, salutem et de inimicis gloriam et triumphum. Duo sunt principaliter in hac vita, ad que tenentur homines inter cetera laborare: fidem videlicet observare amicis, et vivere cum honore. Et hee sunt ille[e] cause precipue, quibus me sencio indissolubiliter alligatum, ut totaliter intendam et vigilem ad vestra negocia, que sunt mea. Sane postquam audivi de facto Frate, nec fui quiete*

a) nullum 1. 2. 2a; ullum 5. b) vero *add.* 2. 2a. c) quid 2. d) *deest* 2. e) duae *add.* 3.

26) Fratta a Rovigo inter occidentem et meridiem. 27) Cf. supra L. I. c. 3 p. 40.

1224. *mentis nec potui colletari, immo in veritate protestor, quod plenam leticiam non habebo, nisi prius contigerit de dampno et sanguine ibi facto sumere ulcionem. Est autem pusillanimitas in adversis modum excedere in dolendo. Consoletur ergo cor vestrum et ego una vobiscum, quoniam Deo dante non prius anni circulus revolvetur, quam inimicos nostros*[a] *tam acutis calcaribus perforare nitemur, quod in suum cadere precipicium compellentur.*

1226. 8. *[Hic expulsi sunt amici marchionis de Verona.]* Post hec in anno Domini 1227.[28], quamvis Verona communiter regeretur, tamen scisma creverat ibidem in tantum, quod non solum milites set populares et mercatores divisi erant in partes duas. Et alii fovebant partem comitis de Sancto Bonifacio, que erat pars marchionis; alii partem Sallinwerre, que erat et Ecelini, et hi dicebantur Montecli. Inter quas partes dum expressius pro facto Frate crevisset discordie incentivum[b] et rixa, cupientes Montecli partem sibi contrariam eicere de Verona, miserunt caute ad Ecelinum comorantem Baxani, ut Veronam veniret occulte; dicentes, quod pars comitis eos suppeditare volebat. Hic gavisus[c] est Ecelinus et statim animo preconcepit, de Frata vindictam capere et sue partis amicos potenter et magnifice confortare. Assumpsit igitur continuo viam suam cum quibuscunque potuit de Baxano et de[d] Pedemonte; et facere volens occultum iter per Valcamonicam, viam montanam, scilicet saxeam insuetam asperam frigidam et nivosam, ut posset eciam ad finem propositum devenire, premisit ante se 40 prudentes homines cum singulis ventilabris, qui viam mundificabant a nivis multitudine, in illis montibus collecte per plures annos His itaque laboribus viriliter superatis, pervenit ex insperato Veronam. Et continuo factus est ibi clamor: *Ad arma, ad arma! za za*[29] *cavaler Ecelin!* Habuit Ecelinus et sua pars, quod iam diucius exoptabant. Nam expulsus est tunc comes Sancti Bonifacii Rizardus et magnates multi de sua parte cum ipso, quibus Mantuam Paduam et Venecias in Lonbardiam et alias expulsis, pars Sallinwerre et Ecelini civitatis dominium habuerunt, et factus est ibi dompnus Ece-
1227. linus potestas. Et sic inde[e] non longo tempore post venit[f] Vicentiam et eam occupans violenter, fratrem suum Albricum illuc[g] constituit potestatem. Quibus omnibus sic peractis, visa est per totam fere marchiam pars marchionis ad nichilum devenisse. Est enim[h] plus quam facti dimidium, ad magnates in discordiis et in werris[i] habere communia civitatum.

1228. 9. *[De exercitu facto ad Baxanum.]* Sic[k] igitur contribulatis marchionis amicis in marchia Tarvisina, cum haberet Sallinwerra Ferrariam, Ecelinus Veronam, et Albricus de Romano Vicenciam, Tarvisinorum questione cum Paduanis adhuc plenarie non sopita, placuit sapientibus, qui pre manibus habuerunt hoc factum, legere[l] et legerunt[m] in Paduanorum potestatem dompnum Stephanum Badoarium de Veneciis, virum providum et prudentem, legalitatis et fidei radio decoratum, facundie multa gracia bonis quoque[n] moribus insignitum. Quo siquidem potestate, Ecelinus de Romano, finita sua potestaria Verone, die noctuque non dormiens, cepit per insidias castrum Fontis[30]. Ibi[o] erat parvulus Willielmus, filius Iacobi de dompno Tisone maiore de Campo Sancti Petri; instinctu cuius Iacobi pro magna parte inceptum et perpetratum fuerat factum Frate. Hoc audito in Padua, scilicet de capcione de Fonte, audito eciam de capcione parvuli Willielmi, dompnus ipse Tiso, cuius erat castrum, et Willielmus eiusdem nepos conquestus est potestati Padue consiliariis et communi de tali et tanta iniuria facta communi Padue: cum ipse Tiso eiusque nepos castrum ipsum et omnia, que habebant[p], essent in protectione communis Padue et tutela, utpote quia civis erat Paduanus fuerantque semper ipse et omnes de domo eius. Quare comoti sunt omnes de civitate, facta est concio et congregacio fere innumerabilis in palacio Paduano, ubi vidi ego nobiles civitatis, maiores medios et minores, quam plures eciam dompnas de maioribus civitatis, iudices milites et populares adeo convenire in unum, nemine discrepante, quod ad carrocium in maiori ecclesia positum omnes unanimiter cucurrerunt, et portatum est humeris in plateam ad atria potestatis. Factus est tunc magnus et copiosus exercitus, quo sapienter conducto primo ad Citadellam in anno Domini 1228, illic proviso primitus de omni bellico apparatu, exterminatis eciam circum se[q] terris rebellibus,

a) vestros 2. b) discordia in centuplum 5. c) gravatus 2. d) *deest* 1. e) cum Veronensibus *add.* 3. f) Ecelinus *add.* 5. g) illic 5. h) multo *add.* 5. i) miseriis 2. k) Hic 1. 5. l) eligere 4. m) elegerunt 4. n) gratia, multis bonisque 5. o) ỉo 2; p̄o 2a. p) habebat 1. q) *pro* circum se *praebet* 2 cunctis, 2a certis.

28) immo 1226, v. Verci Ecel. II, 12. 29) ecce. 30) Fonte a Bassano inter orientem et septemtriones.

scilicet Fontaniva[31] totaliter preter turrim et aliis locis inimicorum, vir tandem[a] providus Stephanus Badoarius, egregia Paduanorum potestas, magnifice et potenter cum exercitu suo toto pervenit usque ad municiones Baxani; et fixit illic feliciter sua castra. 1228.

10. *[Mittunt Veneti ambaxatores ad prohibendas causas malorum in marchia.]* Exivit tunc fama per marchiam Lonbardiam et ultra, quod exercitus Paduanus volebat illos de Romano delere in rebus et in personis; et dictum est in Veneciis, quod Paduani non revertentur[b], nisi prius destruant terras de Pedemonte. Placuit igitur consilio Veneciarum mittere et miserunt suos[c], scilicet dompnum Marchum de progenie Quirinorum et Matheum Bonum, sapientes viros honorifice sociatos; quibus utique per[d] consilium est commissum, quod appellent utramque partem de concordia facienda, de extirpandis malorum causis utilius ante[e] factum. Commissum est eis eciam, quod protestari debeant coram utraque parte, dompnum ducem[32] et consilium Veneciarum paratos esse: interponere partes suas, si eis placet, et questionem si quam habent ad invicem diligenter videre, et utriusque partis racionibus intellectis, questionem ipsam fine debito terminare; et si qua alia viderent dicenda pro bono pacis, fideliter exequantur et dicant.

11. *[Locuntur ambaxatores in consilio Paduanorum.]* Ad peticionem ambaxatorum de Veneciis convocatum est consilium Paduanorum in castris. Surgens itaque dompnus Matheus Bonus de Veneciis, congrua invocacione premissa, verba hec vel similia est locutus: *Si[f] temporum preteritorum recordor, ivi per Lonbardiam, scrutatus sum Francorum terras in magna parte, temptavi Apuliam, Alemaniam circuivi, transivi per Romaniam[33], perveni usque ad introitum barbarorum; et in veritate protestor, quod nulle terre vel civitates repeciuntur citra mare vel ultra, que adequari possint marchie Tarvisine tum in colendo Deum et sanctam matrem ecclesiam, tum in bonitate et aptitudine personarum, tum in prudencia tam animi quam corporis, curialitate et amicicia, diviciis et potencia omnique re desiderabili super terram. Set non est minor virtus, acquisita conservare illesa, quam adinvenire que non habemus. Quare mirandum est plurimum, que sit causa, quod illi, qui dono sapiencie perfruuntur, laborent, terras que fructificant et habundant destruere conterere et vastare; pauperes et viduas, orphanos et pupillos compellere ferro et fame subici et perire. Quocirca vos, dompni Paduani, quos Deus multa sapiencia predotavit, debetis Deum habere pre oculis. Et cum sitis in marchia maior civitas — que marchia certe prevalet omnibus mundi provinciis, proporcionata quantitate terrarum — debetis niti pocius ad honorem marchie augmentandum et videre, ne culpa vestri fiat aliquibus iniuria vel offensa; ex hoc enim Deo cognoscitis[g] vos placere, hominibus reddere vos amandos, acquirere in hoc seculo coram gentibus bonam famam. Dompnus noster eciam dux Veneciarum, qui est et semper esse desiderat[h] Paduani communis amator, super hoc capitulo nos mittit, amicabiliter deprecando, ut cum istis viris nobilibus de Romano, qui eciam attinent maioribus de Padua proxima linea parentele, werras incipere non velitis. Res namque modice per concordiam crescunt, per discordiam maxime dilabuntur.* Cf. Sallust. Iug. 10. *Demum vobis ex parte dompni ducis et communis Veneciarum dicimus et ex iniuncta nobis comissione amicabiliter protestamur, quod paratus est ipse dompnus dux et consilium: interponere partes suas, si vobis placet, et questionem, si quam habetis cum istis nobilibus de Romano, diligenter videre, et utriusque partis racionibus intellectis, questionem ipsam fine debito terminare.*

12. *[Querit potestas consilium, quid sit ambaxatoribus respondendum.]* Ad hec potestas sub brevitate respondens dixit, se velle super his habere consilium et eis postmodum respondebit. Posito igitur in ipsorum ambaxatorum arbitrio si velint in consilio permanere, ambaxatores, prout mos est in talibus, abierunt. Potestas autem, propositis his in consilio, que satis attente notaverat, peciit et districte precepit per sacramentum, quod quilibet consulat ad predicta, quid sit melius pro communi Padue in hoc casu ambaxatoribus respondendum, amore hodio ira et timore sublato. Surrexerunt quidem plures, et diversi diversimode sunt locuti. Demum surrexit dompnus Tiso de Campo Sancti Petri, et convenienti invocacione facta, veneranda voce talia est locutus: *Etsi, quantum ad presens*

a) tamen 2. 2a. b) reverterentur 5. c) ambaxatores *add.* 5. d) Veroñ *add.* 2; Veñ *add.* 2a; Venetiarum 5. e) autem 2. 2a. f) annis *add.* 2. 2a. g) recognoscitis 2. h) est et semper desiderat 1; nēce hoc desiderat et semper fuit 2; non esse hec semper desiderat etiam, semper fuit 2a; est et semper esse desiderat 3; qui semper fuit et est 5.

31) Fontaniva prope Cittadellam, a Bassano ad meridiem. 32) Petrum Ziani. 33) i. e. imperium Graecorum.

1228. *tempus, non sit expediens recordari antiqua; forte hic aliqui sunt presentes, quibus est utile, ut cognoscant: si parentes isti mei, dicti de Honaria quondam, qui dicuntur nunc de Romano, causam habent insistere vel operari, que pertineant ad communis Padue detrimentum. Ego enim recordor et vidi, quod commune Baxani et ipsi dompni de Romano communi Vicencie resistebant et offensas multas fecerant Vicentinis, unde non morabantur in Baxano securi, et*
(1209.) *stabat gens tota Baxani sub ingenti dubio et tremore. Quin immo civitates quam plures de Lonbardia*[a] *iuraverant et minabantur, Marosticam et Baxanum et partes illas invadere, subvertere cuncta a moncium sumitatibus infra, et fratrem matris mee Ecelinum de Honaria cum amicis suis omnibus, fidelibus et vassallis quos habebat, expellere non solum de Baxano set de tota marchia Tarvisina. Dico sicut homo, qui vidit factum, quod commune Padue doluit super viri nobilis exilio imminente. Et taliter factum est precibus Ecelini — et profuit eciam instancia illorum de Campo Sancti Petri cum suis amicis — quod Iacobus de Vialardo*[b]*, qui tunc*[34] *erat potestas in Padua, generalem fecit exercitum in servicio Ecelini Et fuit totum commune Padue hostiliter apud Honariam magnifice et potenter*[35]*, ita quod inimici, qui iam erant in partibus Marostice, suo warnimento diviso, regressi sunt ad proprias civitates; et remansit Marostica et Baxanum indempne et Ecelinus servatus est inoffensus; licet ipse parvo elapso tempore, in sui periurium concordaret cum illis, quos commune Padue pro ipso sibi fecerat inimicos. His tamen aliisque multis et magnis serviciis non inspectis, que facta sunt per commune Padue in*
1228. *servicio Ecelini, presumpsit ecce germanus*[36] *meus, que sunt liberaliter facta patri, conniventibus*[c] *oculis pertransire et manum ponere in visceribus Paduani communis: dum per summam prodicionem et nephas cepit et detinet castrum Fontis, quod non reputo esse meum, immo communi Padue plus subiectum, quam sit minor villa, que iacet in Paduano districtu. Cepit ibidem eciam lactentem nepotem suum et, more crudelis vipere seviens, infantem retinuit donec voluit, vinculis ferreis alligatum, qui adhuc puerili fascia ligabatur. Set si recuperare voluit igitur commune Padue quod est suum, si civem suum voluit innocuum a morte defendere, numquid hec est alicuius iniuria vel offensa? Debet aliquis in hoc facto interponere partes suas? Est ista questio cognoscenda? Profecto regraciandus est dompnus dux de voluntate sua laudabili, quam hostendit; et nos et commune nostrum habemus ea viriliter pertractare, que nostros faciant inimicos de suis excessibus penitere, ne unquam presumant aliqui sic enormiter sic iniuste commune Padue ledere vel honori eius in aliquo derogare.* Hec quoque predicta verba dompnus Stephanus Badoarius ambaxatoribus referens, sapienter dicenda scivit dicere, tacenda novit providus subticere. Ipsi vero ambaxatores, discrete licenciam assumentes, intraverunt Baxanum.

13. *[Locuntur ambaxatores Veneciarum Ecelino et suis.]* Stabat illic in Baxani palacio Ecelinus de Romano et habuit fratrem suum Albricum, Wecilum de Prata, Ansedisium de Guidotis et alios multos amicos suos, viros probos et sapientes, quorum consilio procedebat. Coram quibus surgens dompnus Marchus, de predictis ambaxatoribus unus, vir sapiens et astutus, post factam invocacionem decenter hec verba locutus est inter eos: *Inter cetera opera probitatis, que viros nobiles faciunt comendandos*[d]*, hec duo merito locum habent: scilicet quod quilibet potens homo a causis offensionum abstineat in insontes, et si qua causa huiusmodi sit commissa, quam cicius esse potest, eam succidere debeat et providus extirpare. Hec autem propterea vobis dicimus, quod dompnus noster dux Veneciarum noviter intellexit, vos occasionem dedisse, quare Paduani terras vestras et Baxani territorium vastare laborant; quoniam castrum Fontis germani vestri, ut dicitur, dompni Tisonis de Campo Sancti Petri, et per consequens Paduani communis, violenter cepistis et detinetis et in ipso castro cepistis Willielmum nepotem dompni Tisonis et vestrum*[e]*. Que facta cum honore vestro, si nobis parcitis, poterant remanere, nisi forte ius haberetis in castro. Nam et providere debet sapiens ante factum, ne contingat, eum facti postmodum penitere. Verum est, quoniam quod factum est pro infecto haberi non potest; verumtamen prudentis opus est, abhorrere malorum causas, et si qua facta sunt minus bene, in melius emendare. Si de facili possunt ergo multa dampnificia prohiberi, rogamus vos ex parte dompni nostri ducis, qui certe vos diligit et domus de Romano semper extitit benivolus et amator: ut sicut iam reddidistis infantem, sic et castrum ipsum reddere procuretis in manus communis Padue, cum locum illum, si alterius iuris est,*

a) cum Vicentinis *add.* 5. b) Malardo 2; Vilardo 4. c) *pro* conniventibus *habet* 2 et parentibus, clusis, 2a et parentibus, clausis. d) colaudandos 2; collidandos 2a. e) nostrum 2.

34) anno 1209. 35) Cf. supra L. I. c. 10. p. 44. 36) consanguineus.

non sine iniuria teneatis. Demum vobis ex parte dompni ducis et communis Veneciarum dicimus et ex iniuncta nobis comissione ab ipso et a Veneciarum consilio protestamur, quod, si vobis placet et ius aliquod in ipso castro habetis, paratus est ipse dux et consilium, interponere partes suas et super ipso facto videre, et quicquid iuris inventum fuerit, fine debito terminare. 1228.

14. *[De responsione facta ambaxatoribus per Ecelinum.]* Surrexit tunc[a] Ecelinus de Romano et ambaxatoribus hoc modo respondit: *Naturalis intellectus et sensus concessus est hominibus in hac vita, ut eis liceat diligentes diligere et contempnere contempnentes. Et ego dompno meo duci quanta possum affectione regracior, quod michi videtur compati super iniuriis, que fiunt*[b] *michi et amicis et terris meis iniuste, ab his precipue, qui nullam vere possunt habere causam*[c]. *Scio, quod nobiles illi viri de Campo Sancti Petri non negant, se contraxisse maternam originem de progenie de Romano, quam more debito cognoscere non videntur. Nam etsi non viderim, tamen scio pro veritate, quod magnates illi quondam patri meo insidias huiuscemodi posuerunt. Erat nempe constituta curia quedam causa solacii Veneciis, ubi fuit Azo marchio, pater marchionis istius, et alii de marchia nobiles et potentes; quam curiam pater meus honorare desiderans, secum habuit 11 milites et ipse extitit duodenus, quorum omnia similia fuerunt et divina*[d] *vestimenta, in re una solummodo discrepancia, quod scilicet mantatura patris mei fuit de armirinis, set fuit aliorum de preciosis variis Sclavonie. Visi sunt isti 12 socii prima die per platheam Sancti Marchi transire unanimes. Sequenti vero die cum unus eorum in amicicie signum mantaturam patris mei deferret, sicut mos est aliquando militum sociorum, siccarii quidam, conducti precio a falsis germanis meis, credentes occidere patrem meum Ecelinum de Romano, occiderunt illum, qui eius attulerat mantaturam, quendam scilicet militem de Tarvisio nomine Bonacursum, virum nobilem et potentem. Reputo ergo digne, quod tunc occiderint patrem meum, fratrem scilicet matris sue. Dicere non oportet, qualiter Tisonis filius Iacobus nepos meus in Frata fecerit tantam cedem in amicis et fidelibus partis mee, penitus absque causa, quanta fieri in ipsis bestiis vix deberet. Et ecce quam instanter michi werras assidue machinantur*[e] *et incendunt gentes, quascunque possunt, in meam et amicorum meorum destructionem et mortem. Quid enim haberent versus me Paduani? Ipsi namque olim*[37] *cum Vicentinis, ut fertur, pugnaverunt ad Carmegnanum, ubi pater meus nullum dedit Vicentinis auxilium, quamvis tunc illis coniunctus esset; set laboravit occulte, donec Paduani victoriosam habuerunt de inimicis gloriam et triumphum. Cuius facti quasi in enigmate*[f] *memini, cum ut michi dicitur tunc essem minor annorum 5. Si tempore aliquo fuit*[g] *Aldrevandinus Estensis marchio Paduanis contrarius, illic pater meus cum omnibus quos movere potuit Paduanos adiuvit*[38]*; et de ipsius auxilio et consilio hoc processit, quod marchio se subiecit Paduanorum voluntatibus et mandatis. Et ego memini me in hoc warnimento fuisse, licet forem in tempore adolescencie constitutus. Nunc quoque, si Paduani indebite moveantur, audite. In castro Fontis malefactores plurimi latitabant, qui terras meas et fratris mei aliorumque amicorum meorum die noctuque depredabantur; nec proderat conqueri capotaneo eius castri, set in eius responsionibus videbatur aperte, quasi foret malorum conscius et rapine. Removere ergo volui vulpem ab insidiis, ab antro serpentem mortiferum, et lupum expellere de cubili. Precor itaque dompnum meum ducem, quod michi dignetur parcere in hac parte. Set*[h] *videre volo, quid facere poterunt Paduani, qui nondum ut puto sunt experti, quid domus de Romano valeat et quid possit. Sive enim fuerit*[i] *quod non videntur sanum cepisse consilium, sive quod fovent iniusticiam et obliquum, spero, quod Deus, qui est iustus iudex, eos, antequam revertantur Paduam, iusto iudicio puniet et eos faciet de suis excessibus penitere.*

15. *[Littere, quas misit Ecelinus maior filiis, ut cum Paduanis concordarent.]* Propositis verbis per ambaxatores Veneciarum, ut dictum est, et audita responsione utriusque partis, reversi sunt ipsi ambaxatores Venecias. Set dompnus dux non se ulterius intromisit; doluit tamen, quod non potuit componere inter eos.

Set post insultus quosdam factos per aliquot de militibus Paduanis ad portas Baxani non multis transactis diebus, cum Ecelinus maior, qui adhuc in ficta penitencia[39] morabatur in castro Mede[40], per nuncios, quos mittebat cottidie, facti seriem in totum haberet

a) dominus *add.* 5. b) q. f. *praebet unus cod.* 4. c) collatis *add.* 5. d) divisa 2. 2a; divitia 4; et divina *desunt* 5. e) machinant 1. 2a. f) iuventute 2. 2a. g) fur 2. 2a. h) si 4. i) Sane enim fateor 2. 2a.

37) anno 1198; v. supra L. I. c. 8 p. 43. 38) anno 1213; v. supra L. I. c. 12 p. 45. 39) Cf. supra c. 6 p. 49. 40) Meda ad Asticum fl., prope Cogolo, a Bassano ad occidentem. De cuius loci situ cf. Verci I, 93 sq.

1228. notam, misit dicendo filiis suis, quod penitus cum Paduanis concordarent. Et scripsit eis litteras in hunc modum: *Ecelinus de Romano karissimis suis filiis et dilectis, Ecelino et Albrico, cum paterna benedictione salutem. In arduis negociis meo tempore obversatus, tam in werra quam in pace hoc vidi, quod nil perdit aliquando sapiens, si partem resecat de sui fimbria*[a] *vestimenti et ab iniquitatis unco*[b] *provide separatur. Quocirca dilectissimi mei filii providete, quod potencia domus nostre nondum est communi Padue comparanda. Nichil tamen prohibet, quin vulgus Paduanorum adhuc, immo tota gens de marchia, Domino faciente, submitti posset unius vestrum dominio vel forsitan utriusque. Hoc enim dixisse michi recolo matrem vestram, que stellarum cursus noverat, notabat celestes domos, sciebat eciam iudicia planetarum. Ait enim:*

En quia fata[c] *parant lacrimosos pandere casus:*
Gentem marchisiam fratres abholere potentes
Viderit Axanum, concludent castra Zenonis.

Itaque dum crescit Baxani potencia, dum Sancti Zenonis[41] *castrum et alia vestra*[d] *castra de Pedemonte concludent vestris contumacibus inimicis, volo et iubeo quod caucius incedatis. Et ad presens communi Padue obedite et reddite castrum Fontis, sicut iam reddidistis*[e] *et Willielmum, ne arrogans nepos meus Tiso possit ullam*[f] *causam pretendere, qua Paduani terras vestras invadere debeant vel vastare. Spero enim, quod veniet tempus et hora, qua de vestris et amicorum vestrorum iniuriis animo letabundo videbitis plenariam ulcionem.*

16. *[Hic redditur Paduanis castrum Fontis.]* Interposuerunt itaque hinc inde magnates quidam, qui quamvis essent de Padua tamen amici illorum de Romano tunc temporis credebantur, et persone religiose quedam. Et post multas locuciones utrimque factas multaque consilia, tamen[g] ad hanc concordiam est deventum, quod Ecelinus ipse minor, qui castrum Fontis adhuc tenebat set Willielmum iam ante reddiderat, iurare debeat potestatis Padue mandata. Et ego eum vidi in alto destrario ad potestatem Padue et ad eius consiliarios advenire per undas Brente. Non tamen permisit potestas, qui eum expectabat in ripa, ipsum ad terram attingere; set iuravit sine ullo tenore super destrarium more equitantis sedendo, et stando per 6 passus forsitan infra aquam. Iussus igitur in presenti reddidit castrum Fontis cum rebus omnibus, quas acceperat de bonis ipsius castri; et sic indignatus, partim quia videbatur succumbere, partim quia ibi vidit quosdam Tarvisinos, qui venerant in auxilium Paduanorum ad preces dompni Tisonis de Campo Sancti Petri et sue partis. Audiverunt quidam eundem animo indignato dicentem, postquam fecerat sacramentum, quod non vertetur[h] annus, nisi prius luat Tarvisium per commune, quod cives eius fecerant per divisum. Fuerunt autem omnia facta predicta in ipso[i] anno Domini 1228. tempore autumpni, potestante dompno Stephano Badoario supra dicto.

17. *[De exercitu facto ad Trivillem et Godicum et per partes illas.]* Reversi sunt Paduani domum cum ingenti gloria et honore. Quibus credentibus permanere in pace, ivit Ecelinus Tarvisium et, iuvantibus sue partis amicis, tunc est in Tarvisinum civem receptus. Et unitus cum communi Tarvisii, verbis suis induxit eos, ut terras Feltrensis et Belunensis episcopi Odonis[42] nomine invaderent, quas idem Ecelinus dicebat fuisse communis Tarvisii ab antiquis. Sic decipi vidi aliquando piscem hamo, volucres capi calamis, lupum cibo. Fecerunt enim[k] exercitum et una cum ipso[l] terras episcopi hostiliter invaserunt. Nolentes Paduani offendere Tarvisinos, si possent cum honore desistere, miserunt primo nuncios Tarvisium deprecando, quod terras episcopi, que erant Paduani communis, desisterent molestare. Set non cessaverunt propterea; instantes immo fervencius, Feltrum et Belunum ceperunt et tenuerunt. Et Paduanis nunciis, qui illuc iterum et iterum sunt transmissi, sive per arroganciam sive per alicuius vel aliquorum astuciam respondebant, quod Feltrum et Belunum non redderent, donec muri civitatis Tarvisii permanerent. Quid plura? Misit potestas dompnus Stephanus Badoarius nuncios suos ad dompnum patriarcham Aquilegensem[43]; misit eciam ad dompnum marchionem[44], ut venirent. Et venerunt et factus
1229. est copiosus exercitus ad terras inimicorum exterminandas. Prius tamen quam civitatem exirent, venerunt quidam de Lonbardia, qui dicebantur rectores, instantes cum dompno Iordano priore Sancti Benedicti de Padua, in quo multum civitas Padue confidebat, et

a) fibria 1. 2a. b) initio 2; inimico 2a; vitio 4. c) facta 1. 2. 2a. d) nostra 2. 4. e) reddistis 1; redistis 2a. f) illam 2. 2a. g) tandem 3; tum 5. h) verteretur 2. 5. i) predicto 5. k) Tarvisini *add.* 5. l) Ecelino *add.* 5.

41) S. Zenone a Bassano inter orientem et septemtriones. 42) 1225—1241. 43) Bertholdum. 44) Azonem VII.

cum aliis magnatibus de Padua, quod expedicio sive exercitus remaneret. Prenominatus 1229. autem potestas omnia[a] pro nichilo reputans, servare volens plenarie civitatis honorem, carrocium et gentem suam totaliter et magnifice conduxit in terras inimicorum. Primo ad Mai. 1. Trivillem[45], terram scilicet iurisdictionis[b] dompnorum de Campo Sancti Petri, set nunc eam Ecelinus et Tarvisini tenebant; cuius culturas et fruges omnes et alia omnia preter turrim, Paduanorum turba vastavit. Exinde processit exercitus Paduanus Godicum[46], speciale castrum et camera Ecelini. Iterum, dum permanerent ibidem, venerunt alii rectores de Lonbardia dicentes, quod potestas cum suo exercitu Paduam remearet; set manifeste respondebatur illis per potestatem, quod non divideret se de campo, nisi Tarvisini prius Feltrum et Belunum dimitterent aut Godicum planaretur. Reversi sunt rectores in Lonbardiam, et Godicum est tunc radicitus extirpatum. Ivit tunc Paduanus exercitus ad Axilum[47], reversus est Maseradam[48]; ivit usque Nervisiam[49] et usque ad undas Plavis[50], et reversus ad Lanzinigum[51]; appropinquavit ad civitatem Tarvisii, quod viderunt Paduani tunc turres et muros Tarvisii, audiverunt campanas et voces de civitate. Et nullo viso de inimicis, demum sanus et incolomis reversus est exercitus Paduam cum triumpho. Movit autem hic exercitus, quando primo exivit Paduam, in anno Domini 1229. die prima[c] Madii, sub potestate predicta.

18. *[Qualiter commune Padue recuperavit terras Feltrensis et Belunensis episcopi sui civis.]* Constitutis dompnis et rectoribus pro[d] Tarvisinis in Feltro et Beluno, Tarvisini ad propria redierunt. Et cognoscentes dampna sibi facta per Paduanos, nocte quadam venerunt ad offendendas villas quasdam circa confinia Paduani districtus. Potestas autem Padue velox[e] et strenuus, subito ad arma prosiliens, suam paravit repente miliciam, ire hostibus in occursum. Aliqui tamen milites Paduani, missi prius, Tarvisinos invenerunt in largum, et est tunc utrimque pugnatum; set Tarvisini quam cicius secesserunt de campo, sencientes, potestatem et Paduanos venire. Regressis denuo Paduanis, firmatum est et statutum in Padua, inimicorum terras invadere bis in anno et vastare totaliter eorum possessiones et bona. Set tantum institit frater Walla[f, 52], qui de ordine fratrum Predicatorum fuerat et nunc erat episcopus Brixiensis, legatus apostolice sedis ut dicebatur, et rectores missi Paduam de civitatibus Lonbardie: quod terre Feltrensis et Belunensis cum his omnibus, que ostensa sunt ad episcopum pertinere, ipsi sunt episcopo et Paduanis integraliter restitute; quamvis Tarvisini dicerent, se gravatos, experti nunc, sibi devenisse ad verum, quod Ecelinus verbo quasi prophetico dixerat apud Baxanum aliquando, scilicet: communitatem quandoque luere, quod peccat specialitas aliquorum[53].

19. *[Hic speravit Padua, pacem amodo permansuram in ea.]* Nunc circa unius anni spacium civitates de marchia Tarvisina adeo quieverunt in pace, quod quasi circa finem anni Domini 1229. et circa principium subsequentis nulla fuit terrarum predacio, nulla hostium 1229. 1230. incursio vel insultus preter supra dictum exercitum, set bonorum omnium copia; tantum gaudium et leticia inter gentes, ut a pluribus crederetur, quod amodo nulle sediciones esse debeant in marchia, nulle werre. Immo et religiose persone totum quasi populum in laudabili contemplacione manentem divinis predicacionibus recreabant. Nam et in illo tempore inter ceteros viros religiosos et iustos advenit beatus Antonius, sicut dicetur inferius, et in diversis locis per marchiam verba Dei voce melliflua predicavit. Et fuit nunc dompnus Iohannes Dandalus[g] Padue potestas et dompnus Rainerius Zeno tunc Verone potestas.

EXPLICIT LIBER SECUNDUS

INCIPIT TERTIUS.

1. *[Hic capitur Verone comes Sancti Bonifacii, et potestas expellitur.]* Caduca sunt penitus et vix uno momento stabilia, quecunque sunt genita super terram. Nam in sequenti anno 1230. error et scisma crevit in marchia, que paulo ante steterat sic tranquilla. Dum 1230.

a) praedicta *add.* 5. b) uire 1; iure 2. 2a; de iure 4; iurisdictionis 5. c) mensis *add.* 5. d) q 1; p 2a. 4; *deest* 5. e) vellex 1; valens 2. 2a. f) Balla 4. g) de Venetiis *add.* 5.

45) Treville prope Castelfranco, a Tarvisio ad occidentem. 46) Godego a Bassano inter orientem et meridiem. 47) Asolo a Bassano inter orientem et septemtriones. 48) Maserada a Tarvisio inter septemtriones et orientem. 49) Nervesa a Tarvisio ad septemtriones. 50) Piave fl. 51) Lancenigo a Tarvisio ad septemtriones. 52) Walla ep. Brixiensis 1220—1244. 53) v. supra c. 16, p. 54.

1230. enim Stephanus Badoarius in sua secunda potestaria regimen Paduanum teneret, dompnus Matheus Zustignanus[a], vir nobilis de Veneciis, electus fuit in potestatem Verone. Hic voluit, quod magnates illi de Verona, qui tempore dompni Rainerii Zeni sui predecessoris steterant in Veneciis pro securitate Verone, iterum illuc in eius potestaria pro securitate civitatis redire et permanere deberent ad voluntatem ipsius. Et sic Verone orta est discordia inter partes. Et dum dompnus Rizardus comes Sancti Bonifacii, capud partis, vir precipuus in Verona, cum magnatibus et baronibus sue partis foret in palacio Veronensi, vigilante plurimum altera parte[54] in his que gerebat in animo, ipse[b] cum maioribus sue partis a suis inimicis est in ipso palacio captus[55], (c. Iun. 29.) dompnus Matheus de potestaria expulsus; dompnus Sallinwerra de Ferraria tunc factus est potestas Verone. Et sic omnes de parte comitis per marchiam et per Lonbardiam dispersi sunt. Illi vero de parte comitis, qui se ad castrum Sancti Bonifacii[56] collegerunt, vocaverunt pro suo rectore et potestate ibidem dompnum Gerardum Rangonum[c] de Mutina, virum prudentem et strenuum, sapientem providum et astutum. Qui cum ad eos venisset, et iurasset ipsos regere bona fide, illic cum eisdem stetit, sapienter ipsos protegens et confortans; et werram faciens viriliter inimicis; sperans eciam, ipsos et eorum amicos et partem cum consilio dompni Mathei predicti et auxilio civitatum[d] affinium in civitatem Veronam reducere cum honore. Illis eisdem diebus ipse dompnus Gerardus et dompnus Matheus predictus venerunt ad dompnum Stephanum Badoarium potestatem Paduanorum. Et fuerunt in consilio Paduano, in quo surrexit ipse dompnus Gerardus in primis, et congrua invocacione premissa secundum quod mos est in marchia, hec verba breviter est locutus:

2. *[Loquitur dompnus Gerardus Rangonus in servicio Veronensium expulsorum.] De summa Dei providencia creditur processisse, quod sunt in civitatibus regimina constituta, ut scilicet violencie refrenentur, prohibeantur rapine, iura conserventur illesa, maleficia et superbie retundantur. Quod cum ita sit, tenentur merito civitatum rectores iuvare propensius et protegere non solum cives et subditos, set eciam et regentes. Audistis sane, quod dompnus Matheus Zustignanus, vir sapiens potens et nobilis de Veneciis, qui est presens factus potestas et rector communis Verone, sollempniter voluit propter pacem et concordiam in Verona servandam, quod aliqui cives sui magnates de Verona Venecias ire deberent et modicum ibi stare, donec scilicet ipse civitatis facta plenius haberet pre manibus et salubriter ordinasset. Neque enim hoc erat insolitum nec fiebat in iniuriam aliquorum. Quid autem de tam digno proposito et tam iusto*[e] *contigerit, hoc est plenarie notum per Lonbardiam per marchiam et per Ytaliam universam et adeo cuncti audientes hoc reprobant. Quod utinam ne detrimentum redundet in civitatem; quoniam in eorum capud pro certo redundabit in brevi, qui excessus tanti fuerunt conscii et auctores. A vobis itaque et a communi Padue, qui estis semper amatores iusticie et malorum castigatores, exposcimus nos, qui presentes hic sumus, pro nobis et aliis de propria patria tam iniuste depulsis, quatenus vobis placeat, pacificare commune illud, et illis vestrum auxilium exibere, qui nullam meruere repulsam. Scimus enim tantam esse potenciam vestram, quod si solum auditum fuerit, vos velle in hoc negocio interponere partes vestras, malorum superbia trepidabit; et civitate Verona divina gratia vestrisque operibus reformata, vobis erit honor et fama perpetuo*[f] *et magni premii meritorium apud Deum.*

3. *[Loquitur dompnus Matheus*[g] *potestas de Verona expulsus.]* Etsi forte plura dixerit dompnus Gerardus, quia fuit vir sapiens et facundus, de his, que presens audivi, summatim recollegi predicta. Quibus per eum propositis, stans in predicto consilio dompnus Matheus Zustignanus, facta invocacione similiter, breviter hec verba proposuit: *Non est mee intencionis ad verba dompni Gerardi superaddere aliqua, que certe non video expedire. Hoc tamen dixerim, quod satis videtur a natura procedere, quod unius civitatis commune, cui Deus thesaurum sapiencie donat, potencie munus et graciam boni status, alterius civitatis communi prosit, vacillantem populum adiuvet, in sua iusticia foveat, prolapsum relevet et toto posse in sua libertate conservet. Quare vobis placere debet, exurgere in auxilium nostri, qui secundum quod dompnus Gerardus sapienter proposuit, contra Deum et racionem*[h] *de Verona deiecti sumus. Et comiti Sancti Bonifacii ceterisque nobilibus dare succursum dignemini, qui*

a) Iustinianus 2. 2a. b) vero *add.* 5. c) Rangonem 1. 2. 2a. *Cf. cap.* 2. d) et *add.* 2. e) iusta 1. 2; iuxta 2a. f) populo 5. g) Zustignanus *add.* 5. h) iustitiam 4.

54) Monticulorum. 55) „circa festum S. Petri.“ Annal. Patav. ad 1230. 56) S. Bonifacio a Verona ad orientem.

1230.

cum ipso comite sic indigne tenebrosis carceribus sunt inclusi. Si enim cum carrocio cum milicia et cum populo Paduano movebitis vires vestras, scimus indubitanter, quod omnia plana erunt. Nam etsi qui ausu temerario existerent contumaces, plures erunt nobiles et potentes de Lonbardia et aliunde multarum terrarum communia ad excessus factos in nostram innocenciam ulciscendos; et in brevi tempore expedietur hoc factum. A vobis igitur petimus, sicut a viris iusticie et magnifice bonitatis, viris utique digne potencie et virtutis, ut de consueta nobilitate vestra nobilibus condolentes, dignemini nobiles liberare de morte sic indebite desolatos, et hoc aggredi tam potenter, quod fama communis Padue per Romanum imperium de multo divulgetur in magis et inimici Paduani communis omni tempore contremiscant.

4. *[Hic iverunt Paduani hostiliter ad Portum et Leniacum*[a] *et ad Rivaltam.]* His quidem verbis in consilio Paduano propositis sunt omnes adeo pietate commoti, quod illic oportunum non extitit, potestatem verbis propositis respondere nec oportuit aliquos arengare[57] vel insistere suasionibus aut disuasionibus ad predicta; set absque ulla insinuacione vel argumento sic reperti sunt omnes unanimes, ut tam illi de consilio quam et ceteri cives protinus concordarent, exire hostiliter et potenter quocunque oporteat, ut commune civitatis Verone in statum debitum reformetur. Quid plus? Motus est Paduanus exercitus et carrocium Paduanum. Et discursurus absque ullo obstaculo per Veronensem districtum, congregavit primo gentem suam et warnimentum magnifice vir strenuus dompnus Stephanus Badoarius, Paduana potestas egregia, in loco ubi dicitur Tricontai. Exinde glo- Sept riose procedens in manu potenti et brachio excelso, ivit ad Portum[58] et Lignagum[59] mense Septenbris de predicto anno Domini 1230. Dissipate sunt segetes, captus est pons Attatis[b.60], gentes cohabitantes ex utraque parte fluminis sunt fugate et destructa sunt hedificia et habitaciones cuncte radicitus extirpate. Unus solus clibanus remansit in villa Porti iussu potestatis, solummodo hac de causa, quoniam dicebatur, illic panem fieri meliorem de Lonbardia; inde forsitan inolevit quod dicitur: *Bonus est panis Porti.* Motus est hinc exercitus et ivit Bonadigum[61], ivit eciam ad Rivaltam[62]. Et primo destructa est villa Tonbe[63]; postmodum, quamvis castrum Rivalte se aliquibus diebus defenderet, ad ultimum est redditum potestati Padue et communi, pacto tamen apposito, quod persone omnes de castro recedant incolumes cum rebus et armis suis et castrum ipsum maneat[c] incorruptum.

5. *[Hic tangitur de facto sancti Antonii quasi ex incidenti.]* Reduxit Paduanus potestas ad propria gentem suam sanam et incolumem, Domino faciente. Set nec redemptus est comes Sancti Bonifacii, nec est Matheus Zustignanus receptus in suam potestariam Verone. Amici tamen dompni marchionis Estensis et ipsius comitis, qui sic detinebantur[d] iniuste, quod consequi nequiverunt per arma mundi, facere voluerunt cum amicis et militibus Iesu Christi. Miserat enim Deus tunc temporis Paduam de finibus Hesperie[e] et de partibus Occidentis, utpote de terris Gallicie, Sibilie et Ulisbone, supra dictum[64] virum religiosum et sanctum, fratrem Antonium de ordine fratrum Minorum, qui fuit de genere nobilium et potentum, multa honestate perspicuus, multa litteratura fundatus, arca veteris testamenti et forma novi et — si verbis audacia tribuatur — potens opere et sermone. Hic Padue corporaliter cum fratribus conversatus, spiritualiter habitabat in celis; et in suis predicacionibus, quas per diversas contratas Padue, immo marchie eciam per civitates et villas sepissime faciebat, suos habebat oculos et mentem multo magis elevatam ad celum. Sive enim quod speravit hic sanctus homo in Deum, sive quod motus fuit ab amicis comitis Sancti Bonifacii et rogatus, ivit Veronam et fudit preces plurimas rectoribus Lonbardie, potestati et dompno Ecelino suisque consiliariis de Verona, ut comitem et amicos eius, quos tenebant captos in Lonbardia, de carceribus relaxarent. Set nichil preces, eciam si sint iuste, fructificant, ubi nullus est ramunculus[f] karitatis. In nullo namque penitus exauditus, regressus Paduam, in contemplacione, cunctis Christi fidelibus reverenda, in loco quasi deserto voluit ducere vitam suam. Et constructa sibi quadam habitacione paupercula

a) Legnanum 5. b) Atacis 5. c) remaneat 5. d) detinebatur 1. e) Hyspanie 2; Yspanie 2a. f) ramc̄l's 1; ramiculus 2.

57) contionari. 58) Porto Legnago in sinistra Athesis fl. ripa, a Mantua ad orientem. 59) Legnago in dextera Athesis fl. ripa, a Mantua ad orientem. 60) Athesis. 61) Bonavigo in sinistra Athesis fl. ripa, a Verona inter orientem et meridiem. 62) Rivalta ibidem, a Bonavigo ad septemtriones. 63) Tomba in dextera Athesis fl. ripa, a Verona inter orientem et meridiem. 64) L. II. c. 19 p. 55.

1230. prope ad villam de Campo Sancti Petri Paduane diocesis, in arbore quadam ramosa, nuce videlicet, die noctuque regirans vetus testamentum et novum, scribere parabat utilia toti populo christiano; scripsitque et vixit ut legitur in legenda ipsius[65]. Set vocatus est beatus 1231 Iun. 13. iste confessor ad patriam meliorem, et situs in ordine angelorum anno Domini 1231. die 13. intrante Iunio; cuius corpus sanctissimum, translatum honorifice in arcam marmoream Padue de ecclesia que erat Sancta Maria mater Domini, usque in hodiernum diem requiescit in loco suorum fratrum. Canonizatus[66] autem dignis meritis et expertis per sanctam Romanam ecclesiam, idem beatus Antonius intercedit salubriter pro cunctis fidelibus prodestque et prosit utinam[a] omni tempore populo Paduano, cuius est spes et fiducia, tutor et refugium et patronus.

6. *[Redemptio comitis et factum quoddam, quod fuit ad Anoale.]* Cum electus fuisset Wifredus de Lucino in hoc 1231. anno, adhuc in 32.[67] potestabatur in Padua; et erat iustus et rectus homo, diligens, quod marchia in tranquillitate maneret. Ivit ergo in Lonbardiam, ambaxatoribus de Padua honorifice sociatus, et institit tam fideliter et prudenter cum potestatibus et rectoribus Lonbardie, quod renovata sunt sacramenta et Lonbardorum societas Sept. est firmata. Impetravit eciam et redemit de captivitate[b] comitem Sancti Bonifacii et eos, qui cum ipso in carcere tenebantur. Quo peracto reversus est Paduam et rexit civitatem in multa iusticia. Et perstitit optata tranquillitas in toto eius regimine, et in regimine pote- 1232. statis sequentis, scilicet dompni Berardi de Rivolis, Padue potestatis. Parva tamen vipera et occulta mordet incautum aliquando. Ecce namque in castro sive mota de Anoale[68], Tarvisini districtus, quidam malefactores preter conscienciam dompnorum de castro die latitabant occulti et noctu veniebant furtive in Paduanum districtum, et collaterales villas dampnificabant in bestiis et aliis rebus suis. Exivit itaque potestas cum exercitu et obsedit diebus aliquibus castrum ipsum. Non diu tamen ibi permansit, quia dompni de castro, Paduano communi noluerunt esse rebelles; allegantes se insontes et sine culpa, quoniam malefactores illi, qui offenderant, antequam veniret exercitus, dompnis ignorantibus, fugierunt de castro. Et de iniuria facta civibus Paduanis ipsi dompni de Anoale parati erant potestatis in omnibus servare mandata.

1233. 7. *[Hic tangitur breviter de pace fratris Iohannis.]* Anno Domini 1233. electus est in potestatem Padue dompnus Ardizonus de Vercellis. In his temporibus non multum ante, dum[c] dompnus Marinus Dandalus de Veneciis esset potestas Tarvisii, equitando die quadam per Arcerem, eundo de Tarvisio ad Mestre[69], lancea fixus a quodam, cecidit mortuus; propter quam mortem ulciscendam commune Tarvisii postea magnos pertulit labores in rebus et in personis.

In hoc eciam tempore frater Iohannes de ordine fratrum Predicatorum venit in marchiam Tarvisinam de partibus Bononie, homo bone conversacionis et honestatis. Ivit totum commune Padue cum carrocio et summa devocione obviam ei, de partibus Montis Silicis venienti; et positus in carrocio, intravit cum magno gaudio et[d] honore in civitatem. Hic habens dotem[e] facundie, apud Deum et homines graciosus, multas predicaciones fecit per Paduam, immo eciam per civitates marchie, per villas eciam et per castra; erat enim cum illo Deus, et in cunctis suis negociis[f] adherebat Virgini, laudabat crucem, benedicebat magnificenciam Iesu Christi. Habuit autem hic iustus homo pre oculis illam auctoritatem, que dicit: *Beati pedes portantes pacem*, et voluit cum auxilio Dei firmare pacem inter[g] omnes et singulas civitates, viros potentes et nobiles Lonbardie, marchie et Romagne. Et convocatis primo principibus totius marchie in Pratum Vallis in Padua, facta ibi predicacione sollempni constituit et ordinavit, quod in proximo futuro mense Augusti convenirent in campanea Verone iuxta flumen Attatis[h] predicti barones omnes rectores ambaxatores et Aug. 28. communia civitatum. Quod cum factum fuit, ut ordinavit, congregata multitudine gencium[i], quantam simul nunquam aliquis[k] vidisse dicebat in partibus Lonbardie, et michi vere sic visum fuit, stetit predictus frater in eminenciori quadam specula, lignaminibus artificiose constructa; et fuit hoc artificium altitudine quasi per cubitus 60. Locus autem, ubi hoc

a) uī 1; ut 2a; utinam 4; *deest* 5. b) captione 5. c) dictus dominus Ardizonus electus est in potestatem Padue *add.* 2. 2a. d) gaudio et *desunt* 1. 2a. e) dona 5. f) operibus 4. g) eos *add.* 5. h) Attacis 2; Atacis 5. i) *deest* 5. k) se *add.* 3.

65) Cf. Vita S. Antonii, Acta SS. Iun. II, 705 sq. 66) anno 1232. 67) 1232. 68) Noale media fere via inter Patavium et Tarvisium. 69) Mestre a Venetia inter occidentem et septemtriones.

factum erat, distat a civitate Verone circa miliaria quatuor, super Attacem, et locus ille Paquara nominatur. 1233. Ibi auctoritatem illam proposuit: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis;* Ioh. 14, 27. et auctoritatem eloquenter adaptans ad sui animi preconceptum, pacem Lonbardis omnibus immo cunctis de Ytalia auctoritate dompni apostolici, qua fungebatur specialiter in hoc negocio ut dicebat, auctorizabiliter predicavit. Et iussit addens ad sua dicta, quod pacem illam nullus unquam[a] audeat temerare; et posuit multas penas, si quis pacem presumeret in aliquo violare, quod absit; et rebellium maledixit fruges vineas arbores et bestias et omnia que haberent[70]. Ultimo post omnia sua dicta, quasi obliviosus fuisset, addidit, quod dompnus Ecelinus de Romano esset civis Paduanus et reciperetur in citadanciam Paduanam. His itaque terminatis, regresse sunt cuncte gentes et communia civitatum cum suis carrociis, que illuc conduxerant, et magnates omnes ad terras suas.

Et erat quasi rumor in populo, dum redirent, et diversi diversimode loquebantur. Alii namque dicebant, talem congregacionem fuisse factam, ut una parcium fuisset exheredata, cum multi occulta arma tulissent. Alii firmiter asserebant, hoc factum esse propter metum adventus imperatoris in Lonbardiam; contingit namque sepissime, propter metum cognicionem impediri ad veritatem. Et iam manifestum erat quodammodo, quod Cremona cum civitatibus sibi faventibus laborabat, ut imperator in Lonbardiam descenderet; set ex adverso Mediolanum et civitates de sua parte rectores constituerant, qui imperatoris consiliis et eius adventui obviarent. Et tractabantur iam multe machinaciones hinc inde; dubitabatur enim, quod eius adventus multis esset gentibus ad periculum et ad dampnum.

8. *[Exercitus factus per terras illorum de Romano et per districtum Tarvisii.]* Sequente 1234. anno Domini 1234. fuit hyemps aspera et horribilis, ita quod nivis et frigoris superfluitate insolita mortue sunt vinee olive ficus et alie multe arbores fructifere. Et post illam pestem eodem anno pestis secuta est avium, et precipue gallinarum, boum et multarum utilium bestiarum.

Dumque per Lonbardiam et marchiam timeretur de adventu imperatoris, de quo multa et varia dicebantur, consideraverunt sapientes de Padua, quod de dictis duabus civitatibus Lonbardie Mediolanum nolebat imperatorem, set Cremona laborabat pro imperatoris adventu. Electus est igitur Oto de Mandello Mediolanensis in potestatem Padue, vir sapiens et in multis regiminibus iam expertus. Ipse namque iam alio tempore, et ante ipsum pater eius Albertus de Mandello potestas Padue fuerat. Hic rexit Paduam annis duobus inmediate. In quibus duobus annis, quamvis frater Iohannes in predicto[b] colloquio sive pace iussisset treuwam inter Tarvisinos et dompnos de Camino inter cetera sua dicta, tamen — licet ipsi Caminenses et olim fuissent et nunc de novo facti forent cives et amici Paduanorum — illi de Romano et Tarvisini eos graviter impugnabant, ipsorum terras graviter et cottidie devastantes, cum quidam ipsorum Caminensium inimici niterentur eis imponere excessum et homicidium potestatis Tarvisii. Set multi primo nuncii et ambaxatores sunt missi, ne talis iniuria fieret Paduanorum amicis. Set cum preces omnes funderentur in vanum, videns populus Paduanus, vires aliquando plus valere quam iura, videns eciam, quod interdum ex humilitate pravitas sumit robur, immo ferro quandoque rescinditur cum dolore quod in tumorem permisit crescere pietas medicorum, plurimis[c] vicibus licet invitus idem populus terras invasit hostiliter illorum de Romano, discurrens per terras per castra et per confinia Pedemontis, utpote ad Baxanum ad Muxolentum[71] ad Sanctum Zenonem [71] et ad Romanum, ad castrum Fontis, quod Ecelinus nuper acceperat in cambium pro Trivillis, ad Aslum[d, 72] et ad Cornutam[73], per vallem Cavasii[74] ad Belunum[75] et ad Montellum[76]. Et vertens se postmodum per Mistrinam, transiens ad Spinedam[77] ad Quartum et Casacorbam[78] ad terras alias collaterales ad flumen Silum[79], hospitatus est inter alia duo flumina, scilicet Marzenegum[80] et Dragoncellum[81]. Sicque vastatis culturis villarum eciam et castrorum, videlicet Mognegi[82], Tribasilice[83], castri Cigoti et aliorum locorum inde, que

a) nunquam aliquis 5 *pro* nullus unquam. b) praedicatione 5. c) pluribus 5. d) Asilum 5.

70) Cf. fratris Iohannis tabulam ap. Muratori Ant. Ital. IV, 641. 71) Mussolente a Bassano ad orientem. 72) Asolo v. supra p. 55, n. 47. 73) Cornuda a Bassano inter orientem et septemtriones. 74) Cavaso a Feltre ad meridiem. 75) Montebelluna a Tarvisio inter septemtriones et occidentem. 76) Bosco Montello a Tarvisio ad septemtriones. 77) Spineda a Bassano ad orientem. 78) Casacorba a Tarvisio ad occidentem. 79) Sile fl. 80) Marzenego fl. 81) Draganzolo fl. 82) Moniego a Tarvisio inter occidentem et meridiem. 83) Trebaseleghe a Tarvisio inter occidentem et meridiem.

1234. longum esset enarrare per singula; postquam terras domuit usque ad fluctus Plavis, habuit terram Mestre totaliter preter castrum, quod contiguum est et confine ad undas maris. Adhuc tamen Paduana potencia nolens facere quantum poterat, habito diligenti consilio, misit dompnum Henricum Paradisum, militem Paduanum, honorabiliter sociatum pro rectore et potestate ad castrum de Coneglano[84] ad postulacionem dompnorum de Camino, qui tunc castrum illud tenebant. Et cum Tarvisini essent reversi domum, Paduani eciam Paduam redierunt. Et quietatum est tunc negocium inter Paduanos et Tarvisinos per ambaxatores Veneciarum, per nuncios destinatos hinc inde per fratres et religiosas personas.

9. *[De adventu imperatoris in Lonbardiam et postea in marchiam.]* Post hec, videlicet
1234. anno Domini 1235.[85] dompna Beatrix, olim filia marchionis Aldrevandini, sociata quam pluribus baronibus et nobilibus de marchia Tarvisina et aliunde, episcopo eciam Mantuano[86], sicut sapienter disposuit dompnus Azo Estensis marchio eius patruus, ivit honorabiliter et magnifice ad regem Ungarie[87], qui eam vocavit solempniter in suam dompnam et uxorem. In hoc anno dompnus Tiso de Campo Sancti Petri decessit.

Et quoniam ut supra dictum est, quietatum videbatur negocium sive werra in marchia Tarvisina, sperabant omnes ulterius permanere in bona pace; set modica quantitate fermenti corrumpitur tota massa. Cum forent namque innumerabiles per Lonbardiam et marchiam, qui nolebant imperatoris adventum, solus Ecelinus de Romano offensas, factas in castris et locis per marchiam ex utriusque partis exercicio et labore, in suam attraxit iniuriam, et securus amodo, postquam decesserat Tiso germanus eius, meditatus est ulcionem. Et in his duobus annis, apparentibus quasi pacis, litteras misit et nuncios; et crediderunt quidam, quod ivit personaliter ad Augustam, civitatem scilicet imperatoris in Alemaniam et semper imperii propriam mansionem. Et taliter pertractavit, quod Fridericus
1236. imperator augustus venit Tridentum in anno Domini 1236. mense Februarii[88]; exinde quo-
Aug. que Veronam per comeatum et consilium Ecelini, tunc habentis Veronam cum sua parte. De Verona vero ivit, pertransiens flumen Menzum[89]; currensque per partes ulteriores,
Sept. Theotonicus furor vastavit Gazum[90] et Marchariam[91] aliasque villas exinde Mantuani districtus; et procedens ultra, Brixiam pertransivit et se cum sua gente locavit et posuit in
Oct. Cremona, ubi mansit usque per mensem Octubris sequentis.

Fuit autem eodem anno potestas Paduanorum electus Rambertus de Gisleriis, civis Bononiensis. Qui timens, ut aliqui asserebant, ne imperator vellet Bononiam hostiliter ire, cum haberet in ea[a] hodium speciale et civitas ipsa multum foret fervens in parte Medio-
Oct. 3. lani, paucis Paduanis volentibus, ipse potestas duxit Paduanum exercitum cum carrocio ad Rivaltam[92], castrum Ugucionis de Crescenciis, Veronensis civis. Et movit exercitus de Padua tercia die intrante Octubri, et erat Egiptiaca[93] dies illa. Dum itaque Paduani diebus aliquibus morarentur ibidem, fuit Ecelinus de Romano cum Veronensibus omnibus in Tomba[94], ex altera parte Attacis, contra exercitum Paduanum.

Oct. 31. Imperator autem, litteris et nunciis instanter rogatus ab Ecelino, in una die et una nocte equitavit cum tota gente sua usque de Cremona in partes castri de Sancto Bonifacio[95] Veronensis districtus, ubi dicitur Pratum Aicardi. Et tantum illic mora facta, quantum quis cibare panem potuit festinanter, armatis repente gentibus cunctisque dextrariis
Nov. 1. copertis ad pugnam, Vicenciam venit. Quam subito et ipsam predatorie arsit et occupavit. Et hoc fuit in vigiliis omnium sanctorum in anno predicto, in nocte.

Erat tunc marchio rector et potestas Vicencie electus per commune civitatis illius et per dompnum Iordanum[b], priorem Sancti Benedicti de Padua, cuius tunc arbitrio Padua et Vicencia voluntarie subiacebant. Qui marchio, cum fama fuerit in exercitu Paduano, quod imperator partes Sancti Bonifacii attigerat, venit Vicenciam ante quam imperator; nec moram aliquam sibi fecit. Paduani vero Paduam cum toto exercitu et carrocio, salubri reditu sunt reversi.

a) eam 3. b) Forzate *in marg. 2. add. manus recentior.*

84) Conegliano inter Tarvisium et Bellunum. 85) immo 1234, v. Katona Hist. critica regum Hungariae V, 689 sq. 86) Guidoto 1231—1235. 87) Andream II. 88) immo Augusto. 89) Mincio fl. 90) an *Gazzuolo?* ad Ollium fl., a Mantua inter occidentem et meridiem. 91) Marcaria ad Ollium fl., a Mantua ad occidentem. 92) v. supra p. 57, n. 62. 93) De diebus Aegyptiacis cf. quae afferunt Muratorius, Rer. It. SS. II, 2, 1023 sq. et Mommsen Inscr. Lat. ant. p. 374 et 411. 94) v. supra p. 57, n. 63. 95) v. supra p. 56, n 56.

Rupta sunt illo tempore sacramenta societatis de Lonbardia, in qua longo tempore 1236. steterant due partes. Hee namque civitates erant in parte imperatoris: Cremona et Pergamum, Parma, Regium et Mutina et quedam alie, set non multe. In contraria vero parte, que dicebatur societas Lonbardie marchie et Romagne: Mediolanum et Brixia, Mantua Bononia et Favencia, Padua Vicencia et Tarvisium, marchio Estensis et comes de Sancto Bonifacio cum omnibus amicis et terris suis. Verona vero usque nunc nullam partem fovebat, set ab hac die in antea imperatoris parti se dedit hortatu Ecelini de Romano et quorundam expulsorum de Mantua, qui fuerant incusati, quod favorem dedissent quibusdam[1], qui violentas manus iniecerant et occiderant episcopum Mantuanum[2], euntem cum letaniis in anno predicto 1236[3].

10. *[Recessus imperatoris ad partes Alemanie post captam Vicenciam].* In illo eodem Nov. anno cum imperator mansisset paucis diebus Vicencie, dimissis illic Ecelino et comite Geboardo[a, 4] cum Lonbardis et Apulis illis quos voluit et Theotonicis, in quibus plurimum confidebat, iniungens eis eciam, quod in omnibus se regere debeant ad voluntatem dompni Ecelini, exivit Vicenciam. Et ipsemet comeatu accepto et consilio Ecelini hostiliter ivit Carturium[5], ad terram scilicet Willielmi de Carturio Paduani civis et viri nobilis, qui semper in parte Ecelini permanserat et pro eius parte semper pugnaverat in arengis et consiliis civitatis Padue toto posse. Et devastavit imperatoris exercitus et waldana[6] terram illam et cultores omnes, hedificia ville igni et ruine submisit. Inde quoque transiens, devastando villas et omnia fructifera, ivit Citadellam[7]; et miratus pulcritudinem loci et castri fortitudinem et securam municionem, sicut in loco de plano, pervenit ad Castrum Francum[8] Tarvisinorum. Et hospitatus ibi per noctem, Tarvisium properavit et sedit diebus aliquibus in loco ubi dicitur Fontanelle[9], credens, quod sibi redderetur Tarvisium. Set erat tunc Petrus Teopolus de Veneciis potestas ibidem, et de Padua tunc 200 milites sunt illuc subito destinati. Unde imperator spe sua fraudatus, ivit ad Plavim[b], et remisso Ecelino Vicenciam, transiens aquam Plavis impetuosam[c] tendensque ad partes Aquilegie, festinanter Alemaniam introivit. Ibi enim sonuerat, quod barones Alemanie contrahe- Dec. bant amiciciam cum Lonbardis, et dictum fuit, quod filius imperatoris Henricus debebat constitui rex Lonbardorum et princeps preter conscienciam patris. Unde a patre detentus, dum captivus mitteretur in Apuliam, dicunt quidam, quod de iugo cuiusdam montis cum toto equo se proiecit in quoddam antrum[d] et in profundam latebram[e] sive clivum[f] et sic 1242 Febr. 12. mortuus pertransivit patris supplicium et aufugit; alii dixerunt, quod obiit in carcere tenebroso.

11. *[De 16 potestatibus factis in Padua uno eodem tempore.]* Stabant autem hoc tempore 1236 Vicencie comes Geboardus pro imperatore cum Theotonicis et Apulis, et Ecelinus de Romano cum Lonbardis quam pluribus et cum multis de Pedemonte, et in deliciis et consiliis die noctuque manebant. Potestas autem Padue et dompnus Iordanus cum consiliariis Paduanis, non bene certi quid facerent, multa consilia faciebant. Tandem quoque electi sunt 16 de maioribus civitatis, quibus datum est arbitrium et potestas, quod in hoc trepidacionis negocio adhereant consilio saniori. Tunc 200 milites Paduani, qui Tarvisium iverant, revocati sunt Paduam. Missum est pro marchione de Este, qui[g], numerosa concione et plenaria in palatio congregata, vocatus est in palatium et datum est vexillum communis[h] eidem, ut, cum ipse sit maior et nobilior persona in marchia Tarvisina, ipsius marchie sit clipeus et tutela. Set tunc verificata est prophecia, quam scripsit Iohannes de Valde-Taro in porta Turrisellarum de Padua. Ait enim:

Arboreis[i] frustra petitur sub frondibus umbra,
Interius morbus si viscera torret acutus.

a) Gebardo 2; Gerardo 2a; Gaboardo 5. b) Pl:ū̄ 1; Palium 2. c) in Carniolam 2. 2a *pro* impetuosam. d) alveum 2. 2a. e) latebrans 2. 2a. f) obscurum 2. 2a *pro* sive clivum. g) quasi *add.* 2. h) Paduae *add.* 5. i) arbores 1. 2a.

1) Advocatis. 2) Vidotum. 3) immo a. 1235 (Mai. 14—19. *in diebus rogationum* sec. Monachum Patavinum), ut docet Gregorii IX ep. (ap. Ughellium Ital. sacr. II, 864) data Perusii Non. Iunii a. nono i. e. anno 1235. 4) de Arnstein (ad Einam fl., ab Aschersleben ad meridiem). Cf. Ledebur Die Grafen von Valkenstein am Harz p. 91 sq. 5) Carturo in dextera Brentae fl. ripa, a Vicetia ad orientem. 6) caterva. 7) v. supra p. 48, n. 22. 8) v. supra p. 47, n. 21. 9) an *Fontane?* a Tarvisio ad septemtriones.

1236. c. Dec. 25. – 1237. Ian. De predictis namque 16 maioribus civibus Paduanis aliqui scripserunt litteras clandestinas et occultas, miserunt eciam secretarios suos nuncios Ecelino, quod parati erant et poterant civitatem Padue ei dare. Immo cum crederetur, quod aliqui de predictis 16 noctu circa confinia[a] Padue et Vicencie cum Ecelino plura habuissent colloquia[b], potestas ipse dompnus Rambertus predictus et dompnus Iordanus, cum marchio iam ivisset ad Este, vocaverunt illos 16 nocte quadam. Et ego iussu potestatis tractavi[c] et dedi sacramentum cuilibet de preceptis potestatis attendendis in rebus et in personis; habebam enim tunc sigilli communis officium. Eis itaque precepit potestas per sacramentum, quod se cras duci[10] Veneciarum presentent, omni occasione sublata. Non fuit autem aliquis de ipsis, qui precepta potestatis attenderet preter comitem Schinnellam, qui vir erat sapiens et discretus, habens iam annos 70, civitati Padue utilis, providus ad futura. Hic ivit Venecias et stetit ad voluntatem communis Padue, donec est postea honorifice revocatus. Alii vero omnes iverunt per castra quedam Paduani districtus et hostenderunt se tunc primo Paduano communi rebelles, preter dompnum Artusinum, filium olim dompni Dalesmanini, qui de voluntate potestatis remansit rogatus, ut consuleret inconsulto communi. Nunc quoque publice notum est, Paduanum commune sine suis maioribus remansisse, cum absque illorum consilio et auxilio in mari quasi fluctuet civitas destituta, ad quos spectabat plurimum utilitas civitatis. Felix[d] Veneciarum commune! cum cives illi in agendis suis omnibus adeo ad communitatem respiciant, ut Veneciarum nomen iam habeant quasi numen[e] et iam fere iurent per Veneciarum reverenciam et honorem. Quid plus? licenciatus est dictus dompnus Rambertus potestas; et electus est dompnus Marinus Badoarius in potestatem Padue et
Febr. 13. iuravit die 13. intrante Februario. Missi sunt tunc 200 milites ad Carturam[11], quoniam dicebatur, quod Ecelinus de Romano cum gente imperatoris volebat ad Montem Silicem ire. Et cum voluntate quorundam maiorum de Monte Silice hoc fiebat, cum dicerent illi, qui tractabant illud negocium, quod Mons Silex est imperii regalia et camera specialis. Custodiebant itaque dicti 200 milites contratam illam totam, que dicitur Insula de Causilve[f, 12] et usque Tribanum[13]. De predictis ergo 16 fuerunt aliqui, ut dictum fuit, qui taliter tractaverunt cum comite Geboardo et Ecelino de Romano, Vicencie comorantibus, circa festa natalis et mense Ianuarii, quod armatis omnibus quos conducere potuerunt, et revoluto
Febr. 19. iam anno Domini et currente 1237. die 10. exeunte Februario exeuntes armata manu Vicenciam, transeuntes per confinia Rovolonis[14] et Montemerli[15] et venientes per partes Montis
Febr. 20. Rubei[16] et per collateralia Montagnonis[17], devenerunt tandem in matutinalibus horis ad vadum fluminis, ubi dicitur vadum de Terradura[18], et undis fluminis de facili superatis, instante crepusculo, villa Terredure[19] postposita, pervenerunt Carturam; et militibus illic custodientibus expugnatis et victis, nullo habito obstaculo, milites illos duxerunt pro captis et de plano in Monte Silice sunt recepti.

12. *[Concio quam fecit Ecelinus in Monte Silice in principio werre.]* Dum hi milites Paduani a comite Geboardo et ab Ecelino ceterisque imperatoris gentibus capti forent, placuit Ecelino super hoc gloriari triumpho, in sue partis leticiam et in tremorem adverse partis.
Febr. 20 –23. Omnibus itaque vocatis communiter de parte imperatoris in Monte Silice ad arengam, locutus est ista verba: *Omnipotenti Deo grates referimus copiosas, qui de misericordie sue dono intuetur et adiuvat cunctos[g] in se sperantes. Fuit enim hactenus hec marchia ingenti quadam inscicia[h] gubernata, dum nephas quasi publice prevalebat iusticie, malum bono, virtutibus scelera, iniquitas equitati. Set est in multis negociis iam expertum, quod quecunque sunt contraria racioni, etsi tempore aliquanto permaneant, diu tamen nequeunt in sua regnare malicia; set quanto volaverunt ad alciora, tanto lapsu corruunt graviori, et ruptis visceribus demembrantur[i] et crepant. Set factum est per Dei graciam in hominibus huius marchie, qui iustum et rectum dominium incliti nostri dompni Friderici Dei gracia Romanorum imperatoris augusti desiderant, quod eis cedet longe aliter quam credebant; quia reducti erunt more fidelium ad*

a) vicinia 2. b) consilia 5. c) tunc notavi 2. 2a *pro* tractavi. d) namque *add.* 5. e) numerum 2. 2a. f) Consilve 2. g) orans 2; omnes 2a. h) iusticia 2; versutia 4. i) demonstrantur 5.

10) Iacobo Theopolo. 11) Cartura a Patavio ad meridiem. 12) Conselve a Patavio ad meridiem, a Monte Silice ad orientem. 13) Tribano a Patavio ad meridiem. 14) Rovolone a Patavio ad occidentem. 15) Montemerlo a Patavio ad occidentem. 16) Monterosso a Patavio inter occidentem et meridiem. 17) Montagnone a Patavio inter meridiem et occidentem. 18) hodie *canale della Bataglia.* 19) Terradura media fere via inter Patavium et Montem Silicem.

iustum rectum pium et utile benignitatis dominium et preditum[a] *per divinam providenciam*[b] *toti mundo. Nam Alemania, Forum-Iulii, Apulia et Romagna, Grecia et magna pars Lonbardie, presens marchia, immo fere omnis provincia citra mare et ultra, nostro dompno subiacet et inclinat. Cui nostro dompno multum erit gratissimum et acceptum, quod eius nuncii in Monte Silice sic honorifice sunt recepti, utpote in illo loco, quem ipse toto affectu diligit et habet suam cameram specialem, quem eciam procul dubio exaltabit pre cunctis locis marchie Tarvisine. Nec est de Padua dubitandum, se quamvis nondum dederit paucorum culpa imperio et corone. Ecce namque iam habemus in virtute et posse imperatorie maiestatis maiorem partem milicie Paduane. Quicunque autem latitant intra muros, eos obsessos habeo, immo captos; tum quoniam imperio resistere non presument, tum quoniam maiores et meliores de Padua imperatoris sunt fideles et servitores. Quorum hic alii nobis fideliter consulunt*[c]*, immo et nos conducunt; alii pro nobis in ipsa civitate laborant et eam sine difficultate in brevi dabunt nunciis imperatoris pro certo. Rogat ergo dompnus comes Geboardus, qui est hic loco dompni nostri invictissimi imperatoris augusti, milites et burgenses ceterosque omnes de Monte Silice fideles et dilectos imperii, rogat eciam magnos viros de Padua et generaliter omnes, qui hic sunt pro honore imperialis culminis augmentando, ut honorem et servicium sibi ad invicem conferant et alternatim recipiant animi puritate. Sint quoque debita fidelitate muniti, armis et equis parati, ut quandocunque expedire videbitur, equitemus ad nostri dompni gloriam et honorem, ad inimicorum vero exterminium et ruinam.*

1237. Febr. 20–23.

13. *[Hic loquitur et respondet unus de 16 potestatibus.]* Surrexit in eodem loco unus de 16 potestatibus, diebus illis in Padua constitutis, et ordinata invocacione premissa, hec verba breviter est locutus: *Benedictus Deus, bonorum omnium principium et largitor, qui freno iusticie regens cuncta, sacrosanctum Romanum imperium in suis videtur negociis prosperare! Memini*[d] *namque, quosdam in Padua fecisse statutum contra voluntatem bonorum hominum et communis, ne quis auderet nominare imperatorem nec quisquam auderet loqui de parte dompni Ecelini. Set iustus Deus iudicat transgressores; et ecce iam parata est via, ut dompnus noster serenissimus imperator de facili possit et debeat suos suppeditare rebelles, exaltare sibi subditos et fideles. Sicut enim de divina gracia*[e] *et dompni nostri imperatoris summa sapiencia iam sumus in Monte Silice, terra quidem de karioribus, quas habeat dompnus imperator, sic et in Padua erimus dante Deo in brevi cum ingenti gaudio et honore. Placet ergo cunctis imperiale mandatum et erimus parati et sumus, tantum sequi iussa*[f] *nunciorum imperii, quantum velle poterunt et iubere.*

14. *[Hic loquitur unus de Monte Silice.]* Post hec locutus est dompnus Piscis de Palteneriis[g], maior scilicet castellanus de Monte Silice, vir sapiens et astutus et quasi religiosa persona. Factaque invocacione solempni, hec verba proposuit: *Si bene memini et si licitum est referre, habitus sum ego in omnibus fere tractatibus, que super accrescendo dompni nostri felicis imperatoris honore facta sunt in marchia Tarvisina. Nec oportet singula per ordinem enarrare, quoniam quomodo sit processum infra breve spacium cognoscetur, et in omni negocio finis operum precedencia protestatur. Hoc tamen dixerim, quod in Monte Silice, terra scilicet dompni nostri imperatoris incliti Romanorum, nullus hodie reperitur maior medius aut minor, qui non pre ceteris suis desideriis exoptasset hunc diem, ut in hac terra imperiali videret nuncios imperatorie maiestatis. Parati sumus itaque in rebus et in personis, quocunque et quandocunque precipitis, ire redire et stare, ut imperialis magnificencia de bono semper in melius augmentetur et crescat, ad arroganciam infidelium taliter edomandam, quod tam digna victoria tam excellens per cuncta mundi cligmata*[h] *divulgetur.*

15. *[Hic presumpsit Ecelinus per vim intrare Paduam, set nequivit.]* Cum comes Geboardus ceterique imperatoris nuncii adhuc apud Montem Silicem permanerent, appellatus est marchio Estensis ab eis, et scire voluerunt omnino, si ipse volebat esse amicus imperatoris vel inimicus. Qui consilio habito ab his, in quibus maxime confidebat, imperialibus serviciis liberaliter se spopondit, hoc posito, quod tam ipse cum sua gente, ubicunque sit, quam castrum Estense et villa nullis angariis submittatur. Ipso namque marchione a civitatis Padue serviciis ac[i] amore sic astute remoto, ipse comes Geboardus et Ecelinus de Romano, asserentes se pugnare pro Romano imperio, fatebantur in consiliis et arengis, se unam de melioribus civitatibus imperii iam habere devictam, scilicet civitatem Padue

a) perfectum 2. 2a. b) gratiam 5. c) consult' 1. 2a. d) sacrosanctum — memini *in uno cod. 4 leguntur. Pro quibus praebet* 1 sani (*ut appareat excidisse* crosanctum — memi), 2 sane, 2a sene, 5 scivi. e) gratia *habet unus cod.* 4. f) nostrorum *add.* 5. g) Plateneriis 2. h) climata 2; clegmata 4. i) *deest* 1. 2a; serviciis ac *desunt* 2.

1237. — quam sciebant iam procul dubio captam esse — et asserebant, quod omnes in ea habi- Febr. 24. tantes quasi vinculis alligatos habebant. Sicque die quadam, scilicet quinta die Februario exeunte eiusdem anni Domini 1237, mota generaliter tota gente partis imperatoris de Monte Silice, attemptaverunt venire quasi per violenciam ad Paduam occupandam. Dicebatur enim, quosdam iurasse, quamvis secreto, quod darent introitum[a] parti[b] imperatoris et Ecelino[c], et nominatim quod portam Pontis Molendinorum ipsis venientibus aperirent contra voluntatem populi Paduani et communis. Set memorandum vigorem fecit populus Paduanus eadem die. Nam cum dicta gens hostilis iam usque ad Mandriam[20] magnifice et hostiliter devenisset, ipse populus Paduanus cum lanceis, ensibus, walengis[21] acutis et clipeis et omni armorum genere pro patria defendenda viriliter et multum laudabiliter exiverunt obviam inimicis cursu velocissimo et audaci usque ad locum illum, ubi dicitur ad Stangatum. Et sic hostes in illa die, proposito suo vacui, ad Montem Silicem redierunt. Felix equidem communitas Paduana, si vel in talis vigoris proposito perstitisset in posterum, vel si forsitan inimicus eadem hora fortunam suam pocius commisisset in armis; vix enim illic poterat tantus sanguis effluere strata quamvis utraque parte, quantus postmodum non suffecit ad saciandam ardentem sitim[d] cruoris[e] insaciabili basilisco usque ad finem mortis.

16. *[De primo introitu nunciorum imperatoris in Paduam.]* Hac die dompnus Marinus Badoarius de Veneciis, qui tunc erat Paduanorum potestas, recessit cum rebus suis et curia et familia sua tota; et ecce dompnus Artusinus de dompno Dalesmanino, vir strenuus et preclarus largus curialis et dapsilis, qui Padue remanserat unus de predictis[f] 16 communitatis consultor, die eadem et nocte ad peticionem illorum, quorum amici capti in Monte Silice tenebantur, studiosissime laboravit, pacta quoque et condiciones invenit hinc inde: quod scilicet imperatoris nuncii, qui in Monte Silice erant, milites illos Paduanos reddant incolumes et absque ulla exactione pecunie, quos ceperant in Cartura et inde circum, et intrent ipsi nuncii imperatoris pacifice et de plana voluntate in civitate cum amicis suis et parte[g]. Asserebatur eciam, quod non erit opus ulterius exercitus vel expediciones aliquas ordinare et quod pre ceteris de marchia Tarvisina dompnus Ecelinus de Romano dicit et confitetur, se statum civitatis Padue eiusque honorem et bonum super omnibus suis desi- Febr. 25. deriis exoptare. Sic itaque factum est, quod statim sequenti die, scilicet quarto exeunte Februario, comes Geboardus et Ecelinus cum sequacibus suis Paduam pacifice intraverunt. Viderunt autem multi et ego specialiter vidi, quod cum Ecelinus intrabat per portam civitatis aperto[h] capirone[22] ferreo proiecto in tergum, de palafredo ad portam se plicuit et obsculum dedit porte. Quod tum quidam inspicientes et interpretantes ad bonum dixerunt: *Ecce postquam non est possibile, dompnum Ecelinum pacem facere cum omnibus Paduanis, pro bono certe presagio*[i] *obsculum donat portis*[k]. Tunc est data civitas comiti Geboardo, recipienti eam nomine imperatoris et vice eius. Set in consiliis et arengis loquendo postmodum addebat et loquebatur dompnus Ecelinus — nec perpendebat aliquis qua de causa, dicebat enim — verum esse, quod Padua data erat dompno Geboardo pro imperatore et nunciis imperatoris cum ipso; unde si qua fiebant vel tractabantur ulterius in Padua pro communi, nullius valoris erant, nisi facta forent de consilio et consensu dompni Ecelini.

EXPLICIT LIBER TERTIUS

INCIPIT QUARTUS.

Febr. 26. 1. *[Hic constituitur in Padua primus potestas pro dompno imperatore, scilicet comes Symon.]* Romani nominis nuncium immo et precursorem Ecelinus de Romano fiducialiter amodo se professus, quod gerebat mente, sapientissime protegebat. Et vocato comite Geboardo cum quibusdam de suis tam Theotonicis quam Apulis, vocatis quoque magnatibus de Padua et quibusdam de bonis popularibus quos voluit, stans in camera, que dicitur camera potestatis, in palatio et in domo communi, locutus est inter eos. Et transcurrens sermone brevi sacrosancti imperii maiestatem et graciam, quam Deus concesserat dompno Friderico Dei gracia Romanorum imperatori augusto, et quod Paduani nullo unquam

a) in totum 2. 2a. b) partem 1. 2. 2a. c) Eccelini 5. d) sitis 1. 2. 2a. e) corporis 5. f) *deest* 5. g) Aperte 5 *pro* et parte. h) a Prato 2a. 5 *pro* aperto. i) pacis *add.* 4. k) osculum dedit portis et donat 5.

20) Mandria prope Patavium, inter meridiem et occidentem. 21) fustibus. 22) casside.

tempore nisi nunc viderant et ceperant[a] viam rectam, proposuit et dedit consilium comiti 1237. Geboardo, licet non peteret, ut provideatur ad utilitatem civitatis Padue de rectore et Febr. 26 potestate. Cum autem omnes presentes vellent ipsum Ecelinum constituere potestatem, idem quasi irato animo egressus est cameram, dictam potestariam recusans. Set revocatus a cunctis, cuiuslibet habuit solus vota, cunctorum voces et in tali electione consensum. Elegit ergo dompnum Symonem comitem Tiatinum de Apulia illic presentem in Padue potestatem pro anno futuro; et fuit hec electio facta in predicto anno 1237. die 3. exeunte Februario. Hac itaque potestate electa et commisso sibi officio vicarie pro dompno imperatore in marchia Tarvisina, comes Geboardus de consilio Ecelini in Alemaniam rediit et imperatori narravit singula, que in marchia facta erant per nuncios et fideles imperii. Dimisit autem Ecelino circa 100 Theotonicos milites, qui steterunt ad soldum Ecelini, exactum de civitatibus tribus, scilicet de Verona[b] Padua et Vicencia. Et non multis diebus elapsis adeo provisum est per utrumque, quod ipse Ecelinus habuit in Padua ad soldum civitatum ipsarum Sarracenos circa 300, quos postmodum per castra et per portas civitatis et alibi disposuit, secundum quod ei melius visum fuerit[c].

2. *[De obsessione Montagnonis.]* His itaque sic dispositis, Ecelinus vigilans in universis et singulis que proposuerat se facturum, secundum quod postea patuit[d] per effectum, paulatim in suis factis procedere cogitavit; considerans, sicut puto, quod quis aliquando facilius peragit quod intendit, si procedit provide et gradatim, quam si cum impetu et violencia moliatur. Sic ergo diebus aliquot[e] visus est manere in tranquillitate cum Paduanis et domestice conversari cum eis, recolens familiariter cum eisdem interdum verba fratris Iohannis, qui iusserat ipsum in civem recipi et in citadanciam Paduanam, ut supra legitur in septimo capitulo tercii libri, scilicet *Anno Domini*. Set timens, ne forte contingeret Paduanorum animos ociosos consilium permutare, statim sequente mense Marcii ordinavit Mart. exercitum; et infra breve dierum spacium Montagnonem[23] obsedit, ducens illuc et tenens 23 ibidem secum diebus multis cives Paduanos invitos, Theotonicos et Apulos, Sarracenos et quosdam, quos secum habebat de Pedemonte. Set cum idem castrum vinci[f] nequaquam posset per machinas vel trabucos, quoniam illuc attingere nequeunt, et prudentes viri qui se in castro posuerant sese viriliter tuerentur — asserentes, illuc esse commune Padue reductum propter tyrannidem Ecelini — armatis cunctis gentibus, quas habuit Ecelinus, et ad pedestrem pugnam paratis, bis vel ter armatus et ipse insultum fecit in Montagnonem et per vim ascendere attemptavit in castrum. Set raro bene cedere consuevit inferioribus pugnantibus contra summos, sicut olim contigit in certamine giganteo, dum pugnarent gigantes ipsi viribus impares contra Iovem. Et ita Ecelinus, fraudatus sua spe temeraria et audaci reversusque ad castra sive tentoria, permansit in ira sua, parum vel nichil curans, quod illuc fuerunt aliqui boni Paduani cives in parte pugnancium sagittis fixi, transfossi lanceis, ensibus vulnerati. Et vidi[g] ego militem quendam de bonis militibus Paduanis, qui cum Ecelino pariter ad castrum expugnandum ascenderat, ambobus pedibus horribiliter detruncatum. Cum nichil igitur facere posset ibi, iussit destrui campanile de Montigotro[h, 24], quod erat proximum huic loco, et unum bilfredum fieri iussit in ponte illic vicino, per quem itur de Montigotro ad Montem; et hoc ideo, ne forte inimici eius vellent campanile incastellare, aut ipsis per pontem illum aliqua victualia deferantur. Circa vero ecclesiam sancti Petri, que est prope balneum, quod dicitur Montagnonis, ubi cum suis mansit tentoriis, castrum quoddam construxit inutile. Et Paduam est reversus.

3. *[Prima subiugacio communis Padue sub specie bona.]* Demum diebus illis inmediate Mart. – Iun. sequentibus idem Ecelinus consuluit potestati et fecit, quod accepti sunt obsides a magnatibus de Padua et eciam a quibusdam burgensibus, quos dubitabat velle manu tenere commune aut favere forsitan marchionis amicis; quos obsides misit ad eius castra. Et post hec statim continue pretendens causas, quod Estensis marchio cum amicis suis spernebat mandata imperii et communis Padue, per quod illi de Montagnone videbantur existere contumaces, elegit illos, quos voluit de maioribus civitatis milites et eciam aliquos populares; et eis ingeniose hostendens, quod quidam ipsos inculpabant de contumacia resistencium potestati, quod ipse penitus non credebat, rogavit eos propter ipsorum exculpacionem

a) colerant 2. b) Cremona 4. c) fuit visum 4. d) potuit 1. 2. 2a. e) aliquibus 4. f) una 2. 2a. g) videre potui 4. h) Montgotro 2; Montigroto 2a; Montiguono 4; Montigrotto 5.

23) v. supra p. 62, n. 17. 24) Monte Grotto a Montagnone ad meridiem.

1237. Mart.–Iun. et ne cresceret aliqua rixa in Padua — quam dompnus noster imperator optabat in pace tenere pre ceteris suis locis — quod paucis diebus parum longe de civitate secederent, dicens, quod ibi non longo tempore permanebunt. Et ita quosdam misit Carturium, quosdam ad Citadellam, quosdam ad Fontanivam et quosdam ad castrum Fontis; et fuerunt isti, preter obsides, primi detenti circa 20 vel ultra. Volens autem paucis diebus elapsis, quod eis promiserat observare: quod scilicet illic facerent parvam moram; misit ad eos de familiaribus suis milites quosdam bene armatos de Pedemonte et Theotonicos quosdam, nemine sciente de Padua, et fecit ipsos accipi de locis singulis ubi erant, et conduci ad Pratam[25], ubi magnam habebat fiduciam propter amicos suos et attinentes sibi proxima linea parentele. Postmodum vero de predictis obsidibus et de sic deceptis militibus, immo captis, quosdam misit in Lonbardiam, quosdam in eius castra, quosdam in Apuliam hac de causa, quoniam tunc cepit primo eos proditores imperii appellare.

Sic ergo quidam de Padua sapientes diligenti consideracione viderunt, quod facta hec tractabantur non per iusticiam set per partem; et volentes personis pocius providere quam rebus, quam cicius esse potuit, de civitate exiverunt occulte. Quibus utique requisitis, cum[a] non venirent, destructe sunt turres[b] eorum et domus. Et prima domus, que fuit dirupta in hoc facto, fuit illa[c] dompni Pacis Iude[d] filii olim dompni Sulimani[e] — tanquam per hoc quasi presagium monstraretur, quod pax in Padua nullum ulterius locum habeat, nullum quoque domicilium aut locum — secunda vero dompni Iacobi, qui dicebatur Malicia, non quod foret homo maliciosus, immo probus et sapiens, quamvis facta fuerit hec malicia contra eum. Hec autem domorum destructio inolevit tempore procedente in tantum, quod plus quam domorum medietas, turrium et palaciorum in Padua iacet hodie; si quis vidit integram, et videt desolatam ad presens.

Iun. Supradicto anno Domini, set mense Iunii circa finem, precepto dompni Ecelini Bonacursus de Fonzae cum quibusdam aliis militibus de Pedemonte et ipsi cum eo iverunt ad dompnum Zordanum[f] priorem Sancti Benedicti de Padua. Et ducto illuc palafredo quodam parato ad equitandum, dixerunt, quod in equum ascenderet et veniret cum eis, quia dompnus Ecelinus habebat cum eo loqui et quedam secum negocia pertractare. Sedit itaque super equum et ductus est illa die in Pedemonte et in carcere detentus est per castra dompni Ecelini; et nunquam[g] rediit Paduam vivus, quam hactenus non aliter rexerat, quam regit paterfamilias domum suam. Illa eadem die dompnus Arnaldus, abbas Sancte Iustine de Padua, peciit[h] Montem Silicem et aufugit[i]. Et sic Ecelinus videns, quod clerici quidam et laici fugiebant de Padua propter metum, fecit eligi 200 milites de Padua, quos credebat plus posse in civitate; et ne ullum ei prestare possent impedimentum, misit eos cum comite Symone Padue potestate Ravennam, eis pretendens causam, quod terram illam ad servicium imperii teneant; stabant enim in parte imperatoris, set illic quidam eam pervertere nitebantur. Remansit quoque idem Ecelinus in Padua recturus eandem, et remansit pro potestate vicarius dompnus iudex de Theite[k], et Bartholomeus de Malanocte, qui miles erat et socius[l] dompni comitis Theatini.

Iul. 4. *[Factum castri Sancti Bonifacii et factum de Curte Nova in Lonbardia.]* Circa principium mensis Iulii in eodem anno 1237. dompnus Ecelinus de Romano duxit exercitum Paduanorum et Veronensium circa castrum Sancti Bonifacii[26] Veronensis districtus et ipsum obsedit et multum diruit cum machinis et trabuchis, filio comitis Rizardi Leonisio existente in ipso et se cum suis viriliter defendente, quamvis adhuc esset in puericia constitutus, Sept. donec dompnus imperator de Alemania descendit in Lonbardiam et veniens ad exercitum factum per dompnum Ecelinum, iussit illud warnimentum recedere; et recessit. Exinde ivit imperator ad Menzum[m, 27]; quo transacto, potenter et magnifice cum imperiali exercitu Oct. 1. se locavit in partibus Godi[28]. Et dum foret castra metatus ibidem, vidi, quod venerunt ambaxatores ad eum quidam de maioribus civibus Mantoanis[n] et obtulerunt imperio et corone servicium communis Mantue et dompni Rizardi comitis Sancti Bonifacii, qui erat[o] in Mantua, et omnium amicorum suorum; quod[p] imperator vultu ylari acceptavit et eis

a) *deest* 1. 5. b) terre 2. 2a. c) scilicet *add.* 5. d) Iud' 1; inde 2. 2a; iudicis 5. e) Sublimani 4. f) Iordanem 2; Iordanum 5. g) ultra *add.* 2. 2a. 4 h) perrexit 2. 2a. i) propter metum *add.* 2. k) Tiete 5. l) dicti *add.* 2. m) Mentium 4. n) civitatis Mantuae 4. o) tunc *add.* 5. p) quos 4.

25) Prata ab Oderzo inter septemtriones et orientem. 26) v. supra p. 56. n. 56. 27) Mincio fluv. 28) Goito ad Mintium fluv., a Mantua inter septemtriones et occidentem.

graciam suam et bonam voluntatem hostendit. Et hoc erat iam mense Augusti[29] predicti 1237. Oct. 1. anni. Hic erant in imperatoris exercitu dompnus Azo Estensis marchio, dompnus Ecelinus, dompnus Iacobus de Carraria et multi alii magnates de marchia Tarvisina et aliunde. In presencia eciam dompni imperatoris ibidem, dum dompnus Iacobus de Carraria verbis[a] altercaretur cum dompno Ecelino, semievaginato gladio visus est velle percutere Ecelinum, et forsitan percussisset[a], set dompnus imperator se personaliter interposuit et eos absque ulla lesione sedavit.

Conduxit autem hinc[b] dompnus imperator predictos omnes principes et magnates totumque suum exercitum, et hostiliter ivit ad Monteclarum[30], habens secum Theotonicos et aliam suam gentem et 100 milites de Paduano districtu. Quo Monteclaro capto per violenciam et destructo, quotcunque[c] et quoscunque homines ibi cepit, misit vinculatos Cremonam. Dicebant[d] autem, postquam capti fuerant, quod dompnus imperator promiserat, eos absolutos dimittere cum personis et rebus, si redderent ei castrum; set dompnus imperator dicebat, hoc esse condicionaliter verum, si ipsi darent Brixiam imperio et corone. Ergo cum imperator circuiret per partes illas, Brixiam occupare intendens, Mediolanenses in Brixiensium auxilium et favorem extra civitatem propriam cum exercitu exiverunt et iverunt ad Curtem Novam. Quo audito, imperator magnifice et potenter equitavit ad ipsos, Nov. 27 in quos utique insultavit et de ipsis partem convertit in fugam, partem victos[e] habuit et captivos; expugnavit carrocium, quod habebant, et captum habuit dompnum Petrum Teopolum de Veneciis, potestatem ipsorum, quem detentum in Apuliam misit. Sic exinde ivit dompnus imperator Cremonam; dompnus Ecelinus Paduam est reversus et dompnus Azo marchio cum amicis suis rediit ad Este. Simon comes, potestas Padue, iam redierat iussu imperatoris de Ravenna, et stetit et rexit Paduam anno uno, tribus mensibus, minus diebus tribus[31].

5. *[Factum de Prato Vallis, Aldrevandino Cazaconte potestante in Padua.]* Revolutus 1238. Mai. Iun. iam erat annus et currebant anni Domini 1238. Vocavit dompnus imperator ad se comitem Symonem de potestaria Padue, et misit Paduam pro potestate et rectore dompnum Aldrevandinum Cazacontem de Tuscia. Iam fere omnes boni homines de Padua manifeste vide- Iun. Iul. bant[f], quod civitas[g] non regebatur communiter set per partem. Et fuerunt aliqui de bonis civibus et magnis et de burgensibus civitatis, qui optabant, quod marchio Paduam venire deberet et eam eriperet de manibus inimici. Et promiserunt ei per nuncios aliqui, qui tunc erant de maioribus civitatis, quod scilicet vel dabunt ei portam Turrisellarum vel exibunt ad ipsum, si ad civitatem venerit invadendam; et fuerunt plurimi qui dixerunt, quod hoc tractabatur de consciencia potestatis. Contigit autem, quod dompnus marchio secum habuit dompnum Iacobum de Carraria, Paduanum civem, sapientem et probum virum, dompnum Ugucionem de Piio[h] de Vicencia, strenuum et astutum, et quosdam alios nobiles de marchia potentes et magnos viros, milites et pedites, qui de Padua exiverant propter metum et non modica quantitate; et habuit de Scodesia quasi communiter omnes, multos eciam de montanis, multos de planicie et de villis, maxime de Turrisellarum quarterio. Et venit cum multa turba et armata manu usque ad Pratum Vallis, quod est in suburbio civitatis, et fuit hoc in 13. Iulii prescripti anni, et erat Egiptiaca dies illa. Tunc clause sunt porte Iul. 13 civitatis ex omni parte, et factus est clamor magnus per civitatem. Et cum maior pars civium desideraret marchionis adventum, immo pauci se voluntarie tenerentur[i], absque ullo periculo gens marchionis iam aperuerat portam burgi Turrisellarum, que est contra Pratum; et venerat dompnus Iacobus de Carraria usque ad portam Turrisellarum cum pulcra et strenua multitudine pugnatorum. Hanc quidem portam viriliter impugnantes, defensam ab intrinsecis invenerunt et clausam. Fuit autem verum, quod custodes defendentes portam, qui erant superius pro communi in domo Apicacaure, portam aperire promiserant, secundum quod occulte pacti fuerant cum quibusdam. Set si[k] quandoque in rebus peioribus quandoque in melioribus fidem frangenti fides frangitur, non est mirum; sane tam expugnati quam expugnantes, quod promiserant, fefellerunt. Tunc magnates quidam et nobiles, scilicet

a) *pro* verbis — percussisset *in* 2. 2a *leguntur haec:* verba haberet cum domno Bonifacio (*sic* 2; E. 4) posuit manum super ensem et forsitam percussisset eum. b) inde *add.* 5. c) quodcumque 1. 2. 2a. d) Dicebatur 4 e) vinctos 5. f) cognoscebant 4. g) illa *add.* 4. h) Pil'eo 5. i) tuerentur 4. k) *deest* 5.

29) immo die 1. Oct.; v. Boehmer Reg. 1237. Oct. 1. 30) Montechiari a Brixia inter orientem et meridiem. 31) i. e. a die 26. Febr. 1237. (v. supra c. 1) ad diem 24. Maii 1238.

1238. Iul. 13. comes Tiso et Naimerius[a] eius frater, qui portam Turrisellarum aperire sperabant marchioni et eius parti cum aliquibus assistentibus sibi, audientes campanam communis, per quam Ecelinus congregatos subito Paduanos armari fecit et in destrariis sedentes et animatos exacuit ad pugnandum, egressi sunt civitatem per posticum in muro civitatis[b] iuxta ecclesiam sancti Egidii ibi prope ad portam et abierunt. Qui quamvis ad marchionem accederent stantem in Prato Vallis, fraudatum utique se videntem, nichilominus tamen idem marchio perstitit in suo proposito firmus, et suis monstrans animum et vigorem, in sua spe perstitit firmus et animosus. Interea Ecelinus paratus intus, a civitate[c] cum armata tota milicia Paduana cum Theotonicis et cum suis de Pedemonte magnifice et potenter venit ad portam Turrisellarum. Et videns eam clausam et firmatam, vocavit apud se dompnum Ugonem a Vado, et milites[d] quosdam et alios de parentela ipsius qui omnes dicebantur de Vado[d], quasi iam videretur[e] de his aliquam suspicionem habere; et propter porte securitatem dimissis illic quibusdam, vertit se cum tota milicia ad pontem sancti Stephani et exinde ad plateam sancti Antonii equitavit. Ibi querens, unde posset transire ad Pratum Vallis, descendit ab aggere fluminis, et aquam parvam de facili transiens, gentem suam congregatam habuit ultra aquam; et sic per strictum[f] callem quendam, qui est apud sancte Marie ecclesiam, pervenit in Pratum, nullo prorsus obstaculo impeditus, et stetit per parvam moram. Iam Iacobus de Carraria regressus erat de portis Turrisellarum ad marchionem cum illis qui secum steterant in pugnando. Ibi erat Ugucio de Piio, predictus comes[g] Tiso et eius frater et omnes magnates, qui partem marchionis fovebant. Voluit dompnus Ecelinus, quod Theotonici primo ferirent in hostes, set ipsi penitus recusarunt. Iussit ergo banderiam sive ipsius dompni Ecelini[h] vexillum, quod usque nunc involutum steterat, aperiri. Quod cum factum sit, extimplo clamor et rumor magnus insonuit per turbam et populum marchionis; et singuli protinus, procurantes de suo facto, per eandem viam unde venerant, tergo dato, subito sunt reversi. Ecelinus et omnes sui insecuti marchionem velociter; nam et Thersites audax et intrepidus sequeretur, dum cerneret Hectorem fugientem. Ivit marchio per ripam fluminis versus Montis Silicis castrum,
32 Ecelinus per viam aliam, qua ducitur[i] Agnam[32]. Captus est Iacobus de Carraria a milicia Theotonicorum in ipsa Agna, et quidam alii cum ipso eadem hora et aliqui sine ipso. Fuerunt multi eciam, qui dimissis equis et armis suis, latitaverunt usque in noctem in domibus vel per campos, donec fugam salubriorem nocte adveniente ceperunt. Hic est marchio sanus et incolumis per bonum destrarium delatus ad Este, multum tamen condolens, multum quoque in suis tam parvis quam magnis dampnificatus amicis. Set fuit tamquam doctrina quedam, que cautum ipsum reddidit, plus providum ulterius et astutum. Interdum namque est utilis iniuria pacienti, et hoc in sapientibus maxime locum habet.

6. *[Hic exivit pars marchionis de civitate Padue, et factus est exercitus ad Este et ad*
Iul. *Montagnanam.]* Reversus est Ecelinus cum magna leticia Paduam, fugatis multis magnis et minoribus amicis et fidelibus marchionis, qui cum ipso venerant[k] et qui eius desiderabant adventum. Qui autem nunc sunt in civitate et burgis Padue, omnes quasi se asserunt ab hac die in antea dompni Ecelini amicos, et de ipsius parte se dicunt, incipientes nunc ipsum quasi per excellenciam *dompnum* nominare, nomen eius proprium per summam reverenciam subticentes[33]. Hic cunctis notorium extitit, timorem prevalere amori, dum complet timor aliquando festinanter, quod amor incipere non dignatur. Hoc plene notavit ille, quem omnes de Padua, immo verius fere de tota marchia *dompnum* appellabant. Tunc dompnus Iacobus de Carraria, qui captus fuerat et adhuc morabatur detentus, amicos habuit dompnum Advedudum[l] Advocatum, Paduanum civem in armis prudentem, virum in morum curialitate laudandum et in consiliis astutum et sapientem, et quosdam alios potentes et magnos viros in curia dompni Ecelini. Qui pactum adinvenerunt, quod ipse dompnus Iacobus ulterius esse debeat dompni Ecelini amicus et castrum suum de Carraria[33] ponat[m] in manu potestatis Padue et communis, et ipse dimittatur liber et

a) Namerius 5. b) in muro in civitate 5. c) intus civitatem 2a. d) et milites — Vado *in uno cod.* 4. *leguntur.* e) videret 5. f) strictam — quandam, que 1. 2. g) dominus 4. h) Ecelini *in uno cod.* 4 *legitur.* i) que dicitur 1. 2. 2a. k) advenerant 4. l) Advedutum 2a; Avedutum 5. m) et det *add.* 4.

32) Agna inter Patavium et Adriam. 33) Cf. Sueton. Octav. 53. Tiber. 27, Domitian. 13 34) Carrara a Patavio ad meridiem.

absolutus. Quod ipse dompnus Iacobus voluntarie fecit; et stetit amodo in parte dompni Ecelini. 1238. Iul.

Auditis igitur istis factis et inquisito diligenter per marchionem, quod Ecelinus exercitum ordinabat, ipse marchio cum tota sua familia ivit Rudigium[35], dimittens Estenses 35 quasi omnes et singulos lacrimantes, quando inter eos loquendo publice se ipsum licenciavit de Este.

Quibus omnibus sic peractis, eodem anno 1238. die 10. exeunte Iulio dompnus Ecelinus movit exercitum Paduanum et ivit ad Este. Iul. 22. De plano habuit villam totam et bene se gessit de habitatoribus ville; immo, si qui bona eorum rapere vel usurpare volebant, eos personaliter puniebat et aliquos punivit in manibus et pedibus amputatis. Habuit rocam eciam sive castrum; in quo pro ipso tenendo constituit milites omnes de quarterio Pontis Molendinorum de Padua. Posuit illic eciam pro custodia castri quandam quantitatem Sarracenorum. Et ivit Montagnanam[36] hostiliter, quam credidit in continenti habere. Fecitque illuc Veronenses venire, in quibus Ecelinus pre ceteris marchie confidebat. Homines autem de Montagnana se defenderunt viriliter; nam et ipsius bilfredum unum die quadam in meridie combuxerunt Ecelino invito, qui tunc sub illic facto quodam operimento et via erat, set non cognitus vix effugit. Tota igitur gente sua vocata, inter multa que inter eos locutus est, furens et indignatus asseruit: *Montagnanam oportet destrui et comburi; quod si forte incombusta remanserit, eveniet tempus, quo vivi mortuis*[a] *invidebunt.* Sic mota est plurimum sevicies et crudelitas Ecelini, credentis[b], quod propter hortatum aliquorum de exercitu illi de Montagnana existerent contumaces. Sepe namque subintrat suspicio, unde cessit fiducia[c] sive amor. Itaque convocatis dompno Iacobo de Carraria et dompno Advocato de Padua, districte precepit eis, quod assumerent viam suam et usque ad tres dies presentare se debeant capotaneo Montis Belluni[37], qui locum illum tenebat hoc tempore pro dompno Ecelino. Responderunt autem yllari vultu et claro, se velle totaliter in hoc et in aliis ipsius adimplere mandatum, et sumpta licentia equitaverunt eadem hora. Set diversum fuit eorum propositum a promissis; quam cicius autem sibi aptitudinem inspexerunt, convertunt iter suum et Anguillariam[38] properarunt, que tenebatur pro parte dompni mar- 38 chionis per dompnum Iacobinum qui dicebatur Papafava, filium condam dompni Albertini de Carraria, fratris ipsius dompni Iacobi. Divisus est nunc Ecelinus cum toto exercitu de circuitu Montagnane, et cum Veronensibus ivit Veronam. Frater eius Albricus de Romano reversus est Paduam cum potestate et cum exercitu Paduano.

Paucis autem diebus elapsis, in mense Augusti marchio est regressus ad Este et villam Aug. totam tunc habuit et munivit; rocam vero non habuit nec temptavit habere. Dompnus Fulcus[d] de Montagnone cum pluribus de parte marchionis Montem Rubeum[39] occupavit, volens ipsum incastellare in Paduanorum et civitatis contemptum. Ipsius enim dompni Fulconis et suorum parentum castrum, scilicet Montagnone, comes Geboardus condam sub pretextu concordie, quasi post paucos dies quibus obsessum fuit[40], et ipsis castellanis acceperat et dum fingeret se ipsum castrum dare custodiendum communi Padue, devenerat in dompnum Ecelinum, qui ipsum nunc tenebat et faciebat custodiri per Sarracenos et per quosdam suos de Pedemonte. Dicti vero potestas et Albricus de Romano cum toto Paduano communi ad dictum Montem Rubeum festinanter euntes, montem per vim recuperaverunt ab ipso dompno Fulcone et suis. Captus est ibi ipse dompnus Fulco et multi alii, qui cum eo erant, et conducti Paduam in carcere sunt reclusi. Idem vero Mons incastellatus contra voluntatem maioris partis de consilio Paduano. Et postmodum castrum hoc factum et premunitum pro communi Padue custodiendum datum est et comissum dompno Uberto de Dalesmanino de Padua.

7. *[Littere, quas Ecelinus stans Padue misit imperatori conmoranti Cremone.]* Diebus istis venit Ecelinus Paduam de Verona. Qui videns, partem de maioribus de Padua repugnare — sive quod iam sub umbra alarum imperii secundum sui animi preconceptum ad ardua negocia intendebat, sive ab aliquibus persuasus — dompno imperatori, cum sua Dec.

a) mortui 1. 2a. b) credentes 1. 2a. c) fiducia *bis legitur in* 1. d) Fulco 5.

35) Rovigo. 36) v. supra p. 45 n. 82. 37) v. supra p. 59 n. 75. 38) Anguillara in sinistra Athesis fluv. ripa, a Rovigo inter orientem et septemtriones. 39) v. supra p. 62 n. 16. 40) 1237. mense Martio, v. supra c. 2 p. 65.

1238. Dec. curia permanenti Cremone, tales litteras per quosdam suos ambaxatores honorabiles destinavit: *Invictissimo*[a] *et triumphatori dompno Friderico, Dei gracia Romanorum imperatori et semper augusto, Ierusalem et Sicilie regi, suo dompno speciali, Ecelinus de Romano, eius humilis serviens*[b] *et subiectus, devocionis promtitudinem cum debito desiderio serviendi. Divine pietatis clemencia humano quidem generi providit utiliter et eidem misericorditer dispensavit, dum quodammodo necessarium esse prescivit, quod orbis terrarum, diversorum et innumerabilium morum gentibus habitatus, Romano tamen imperio, utpote naturali et unico principio, pareat et inclinet. Et ego, cum bone memorie pater meus Ecelinus, dictus vere de Romano, et ipse subditus et obediens extitisset imperio et corone, spem vite mee totaliter sub dompnationis vestre clipeo posui et tutela. Pugno quoque et pugnabo, dum vixero, quod honor et culmen imperii de bono semper in melius augmentetur et crescat. Hoc est enim, ut video, singulare illud iuste gubernacionis remigium, per quod navis huius seculi, transiens fluctus maris, ad portum salutis adducitur; hoc est illud inclite sapiencie frenum, cuius loris mundus quasi currens sonipes moderatur, ut per imperium castigentur enormitates, iniurii*[c] *retundantur, tumidi refrenentur, iusticia conservetur in terris. Ecce nunc per Dei graciam fere tota Ytalia cum ceteris mundi provinciis satis est subdita*[d] *magni vestri nominis claritati. Sola tamen quorundam proditorum superbia contumax et effrenis in terris marchionis Estensis nititur contra stimulum calcitrare et sibi*[e] *iam presumit attrahere quosdam sibi complices per quedam latibula Lonbardie. Sed feriendus est serpens in capite, ut corpus facilius devincatur. Quare maiestatis imperatorie moveatur et exurgat potencia, et dissipentur vestre celsitudinis inimici; et venire dignemini, quam cicius esse potest, in partes marchie Tarvisine. Scio namque pro certo, quod protinus cum illic altitudinis vestre magnalia comparebunt, quicunque nunc videntur velle resistere, venient*[f] *ad scabellum vestrorum pedum capitibus inclinatis. Et sic in illis partibus absque ullo discrimine vel labore omnia plana erunt et sic ibidem habebitis pacatum imperium et tranquillum; aut excelsa manus vestre magnificencie rebelles conteret, falsos exterminabit et infideles proditores sacri imperii feliciter edomabit.*

Dec. 21. 8. *[Littere, quas dompnus imperator remisit Ecelino.]* Ad predictas autem litteras dompnus imperator rescripsit et verba huiuscemodi Ecelino transmisit: *Fridericus Dei gracia Romanorum imperator augustus, Ierusalem et Sicilie rex, dilecto fideli suo Ecelino de Romano graciam suam et bonam voluntatem. Si diligenti cura conspicimus devocionis tue operam et effectum, appellari debes merito illius fidelitatis legittimus successor et heres, quam olim digne recordacionis et memorie pater tuus in tempore suo gessit inperio et corone. Quare fidelitatem tuam dignis laudibus commendamus, et curabimus dante Deo de munere nostre gracie tuis obsequiis respondere. Inspicientes vero tuarum litterarum tenorem, non possumus non*[g] *mirari; quoniam recordamur, quod Azo Estensis marchio, de nostris fidelibus unus, pater marchionis presentis, fideliter nobis astitit quondam tam in belli tempore quam in pacis, nec unquam defuit nostre imperatorie maiestati. Si enim aliquando licet in primis annis in Apulia rebelles domuimus, si tempore procedente in partibus Alemanie passi sumus plura discrimina, si civitatum lites et scismata sedavimus in partibus Lonbardie*[h]*, nemo*[i] *fuit nostrorum principum vel baronum, qui plus lateri nostro assisteret, quam idem marchio, quem nostrum quasi patronum habuimus ab ipsis cunabulis et precipuum defensorem. Est itaque satis absonum, si filius tam enormiter a paternis actibus deviat et bene gesta parentis reprobabiliter dehonestat. De ceteris quoque nobilibus marchie Tarvisine, per nos nulla acerbitate gravatis, eciam admiramur, si declinant ab imperiali servicio, velut in tuis litteris intuemur. Set ad partes illas expedit nos* 41 *venire; unde noscas indubitanter, nos transacto proximo festo epiphanie*[41]*, assumpturos favente Domino viam nostram, ita quod*[k] *usque ad diem conversionis beati Pauli*[42] *vel circa speramus*[l] *te et alios nostros fideles de marchia visitare. Et super factis ipsius marchie cum tuo et aliorum nostrorum fidelium consilio, quod utilius fuerit, faciemus. Data Cremone* 12. *Kal. Ian anno Domini* 1238.

9. *[De introitu dompni imperatoris in Padua et de dompno Tibaldo, qui factus est potestas* 1239. Ian. 25. *ibidem.]* Venerat inperator Viçenciam; et inde motus sequenti anno Domini 1239. die septimo[m] exeunte Ianuario versus Paduam equitabat, magnifice sociatus. Cum ipso namque fuerunt Cremonenses multi, scilicet ambaxatores communis illius et alii Cremonenses

a) inclitissimo 2. 2a. b) et fidelis *add.* 5. c) iniurie 2. 2a. d) subiecta 4. e) ibi 4. f) veniunt 1. g) modicum *add.* 2. 2a. h) ne passi sumus *add.* 2. 2a. i) modo 2. 2a. k) itaque 2. l) sperabimus 5. m) *sic unus cod.* 3; *ceteri praebent* sequenti.

41) 1239. Ian. 6. 42) 1239. Ian. 25.

milites pro imperatoris honore, Theotonici Apuli Sarraceni barbari quidam et eciam quidam 1239.
Greci. Occurrerunt ei obviam Ecelinus et Paduani bene per quinque miliaria foras a civitate, Ian. 25.
cum multa leticia exultantes milites et pedites cum cymbalis et citharis et instrumentorum
diversis generibus, cum carrocio copiosis diviciis et hornatibus decorato. Multe quoque
dompne prestanti pulcritudine, preciosis vestibus refulgentes, sedentes in faleratis et ambulantibus palafredis. Hic professus est imperator, loquens ad Ecelinum secum pariter
equitantem, se nunquam vidisse citra vel eciam ultra mare nec in aliqua parte mundi sic
comuniter gentem egregiam, bonis moribus adeo insignitam, sic utique curialem vel providam usquequaque. Tunc accessit unus de popularibus Padue, nomine Iacobinus Testa
ad cendatum[43], pendens de sublimi antenna carrocii, et capiens ipsum cendatum seu 43
vexillum ambabus manibus reverenter dedit in manibus dompni imperatoris et ait: *Hoc tibi,
dompne potentissime, tuum commune Padue representat, ut per coronam tui capitis Padua in
iusticia conservetur.* Quod ipse visus est audire et recipere vultu ylari et iocundo. Sic itaque
cum summo gaudio receptus est inperator in Padua die illa. Et de episcopatu, ad quem
descendit in prima die, sequenti die ivit et hospitatus est in monasterio sancte Iustine per Febr 6
duos menses[44] vel circa. Hinc ibat aliquando ad venandum, aliquando ad paissandum[45], ipsum Apr. 10
namque plurimum hec et similia solacia delectabant. Ibat eciam quandoque Noentam[46], ubi
morabatur hoc tempore uxor eius[47], filia regis[48] Anglie, que volebat pocius appellari[a] regina
quam imperatrix. Ivit[b] eciam dompnus imperator ad Montem Silicem, que est camera Febr. 6
specialis inperii[c] in Paduano districtu, montis cuius securitatem murari iussit. Vidit et Mart. 20.
cognovit, ibidem stando, castra marchionis Estensis, potenciam et loca ipsius; quo siquidem
in Montesilicem convocato, habuit secretum colloquium cum eodem. Illic Arnaldus abbas
Sancte Iustine de Padua, vir nobilis nacione quia de proienie Capitaneorum[d] de Limena[49]
Paduani districtus, se dompno inperatori sicut bene decuit presentavit, per ordinem ei
dicens, quod Ecelini timore fugerat de monasterio illo, quod nunc est dompni inperatoris
et eius erit, donec vixerit idem abbas. Sic quoque diebus illis, assumpto ipso abbate,
secum Paduam rediit[e], et habitavit inperator et ipse abbas in monasterio. Set sequente
solempnitate de ramis palmarum totus quasi populus Paduanus convenit in Prato Vallis, Mart. 20
quoniam mos est in tali die. quod Paduana gens illic totaliter congregatur. Ibi dompnus
imperator, sedens in eminenciori loco in suo throno, se cunctis hostendit hylarem et
iocundum. Et Petro de Vinea Apulo eius iudice pro ipso dompno sapienter locuto, inter
dompnum imperatorem et Paduanum populum federavit quodammodo multam benivolenciam et amorem. Secutum est postmodum festum pasce, et dompnus imperator audita Mart. 27
sollempnitate missarum in maiori ecclesia, propter honorem diei, dum ad Sanctam Iustinam rediret, hostendit se cunctis videntibus capite coronato.

Hic autem potuit[f] manifeste notari, quod divina potencia ludit in rebus mundi et
tempus unius hore vix continet certam fidem. Nam ante 7 dies in Padua murmuratum est
per populum Paduanum, quod Rome papa Gregorius in die de cena Domini nunc[g] trans- Mart. 24.
acta, Fridericum ipsum imperatorem excommunicatum pronunciaverat, cunctis gentibus
congregatis ibidem propter indulgenciam, quam annuatim facit apostolica sanctitas tali die.

His diebus obiit[50] dompnus Iacobus, Dei gracia episcopus Paduanus. Apr 3.

10. *[De excusacione imperatoris ab excommunicacione in eum facta.]* Cum insonuisset Apr. 1–10
per Paduam, quod imperator erat excommunicatus per papam, tunc ipse fecit protinus
convocari magnam concionem in palacio Padue. Et dum illic in sua maiestate sederet,
surrexit iudex imperialis Petrus de Vinea, fundatus multa litteratura divina et humana et
poetarum. Proposuit autem illam auctoritatem Ovidii:

Leniter[h], ex merito quicquid paciare, ferendum est; Ov. Heroid 5, 7. 8
Que venit indigne pena, dolenda venit;

et aptata sapienter auctoritate intencioni, disputavit et edocuit populum, quod cum dompnus
imperator foret adeo benignus et iustus princeps et dominus equitatis, sicut unquam fuerit

a) vocabatur potius 3. b) Fuit 5. c) *deest* 1. d) Cataniorum 5. e) ivit 5. f) potest 5. g) tunc 5. h) Leviter 2. 2a.

43) Ital. *sendado*, pannum. 44) a die 6. Februarii ad d. 10. Aprilis, testibus Annal. Patav. ad 1239. 45) rus excurrendum. 46) Noventa a Patavio ad orientem. 47) Elisabetha s. Isabella. 48) Iohannis. 49) Limena in dextera Brentae ripa, a Patavio ad septemtriones. 50) die 3. Aprilis teste necrologio S. Mariae ad Carceres ap. Mittarelli Annal. Camald. IV, 347.

1239. Apr. 1–10 aliquis qui a Karlo citra imperium gubernasset, digne poterat de sancte matris ecclesie rectoribus conqueri et dolere. Ipse enim dompnus imperator non dedignabatur coram omni populo protestari, quod si iuste lata foret excommunicacionis sentencia contra ipsum, paratus erat se modis omnibus exponere cunctis ecclesie capitulis et mandatis; set quia hec pena indigna venit, non miretur aliquis, si venit utique et dolenda; immo si penam ipsam merito pateretur, leniter[a] sustinendum esse decerneret et ferendum; mirabatur[b] ergo de ministris apostolice sanctitatis, quod eorum sentencia in tantum precipicium corruerat sic incaute, quod illic, ubi nullum peccatum precesserat, pena sic enormiter sit annexa. Hec autem facta sunt anno predicto Domini de mense Aprilis.

11. *[De quibusdam Paduanis missis ad mandata imperatoris et quibusdam redemptis.]* Divisa[c] concione predicta, cogitaciones Paduanorum diversimode movebantur. Imperator autem volens placere omnibus de marchia toto posse, equitavit Tarvisium, ubi honorabiliter est receptus. Ibi potestatem constituit de voluntate tocius populi Tarvisini Iacobum de Morra Apulum, fidelem imperii, virum providum et prudentem. Reversus quoque Paduam, vocavit et fiduciam[d] dedit marchioni Estensi. Cuius acceptis castris in imperii custodiam, fecit eum venire Paduam et omnes, qui pro ipsius parte civitatem exiverant; et affidati sunt et venerunt praeter illos, quos carceraverat Ecelinus. Qui Ecelinus, animo suo considerans que videbantur occurrere, spiones quosdam posuit in contrata Sancte Crucis de Padua, per quos scire posset, qui obviam irent, quando inde marchio veniebat in civitatem; et eorum habuit nomina pro magna parte in scriptis. Dum itaque imperator ad Sanctam Iustinam staret, et forent in civitate marchio et magnates amici de parte eius de marchia[e], scilicet dompnus Biaquinus et Wecili de Camino et alii, ex altera vero parte dompnus Ecelinus et Albricus de Romano fratres et omnes alii eorum amici, multa et magna tunc fiebant secreta consilia apud monasterium sancte Iustine singulis noctibus et diebus. Tunc accepit imperator principem Rainaldum filium marchionis et eius uxorem, sibi iam antea deputatam set nondum datam, Aledeitam filiam Albrici de Romano; et eos pro obsidibus tenuit et postmodum in Apuliam misit, dicens, quod hoc erat pro bono pacis. Et pretendens causam eciam concordie confirmande, iussit idem dompnus imperator, quod dompnus Iacobus de Carraria et dompnus Advedutus Advocatus de Padua irent Mantuam; dompnus Ubertus Dalesmanini[f], dompnus Henricus olim dompni Forzate de Padua, Iacobus Alberti de Ponte Molendinorum, Gunbertinus de Balegante, Matheus Capellina iudex, Bartholomeus iudex olim[g] Vani de Zacho, dompnus Yvanus Iohannis Crosne iudex similiter, Aliotus Waiapa[h] et quam plures alii de maioribus civibus Paduanis, qui iverant ut dictum fuit obviam marchioni, Vicenciam irent[i]. Set dompni Ubertus et Henricus de Forzate mandatum imperiale spreverunt, quod eis[k] postea bene cessit. Alii vero cum suo dampno fecerunt quod eis preceptum fuit.

post Mai. 1. Ivit tunc dompnus imperator Vicenciam, et illic colloquium habuit cum magnatibus omnibus de marchia Tarvisina. Et illuc fecit ad se venire dompnum Iordanum priorem Sancti Benedicti de Padua, quem Ecelinus in Aslo tenuerat iam quasi per duos annos incarceratum, et quosdam alios nobiles, quos similiter adhuc captivos tenebat in eius castro Sancti Zenonis, in Fonte similiter et in Aslo et Prata[l]. Dompnum Iordanum donavit
51 dompno patriarche Aquileiensi[51], hac tamen condicione facta per consilium Ecelini, quod Paduam non veniret. De aliis autem[m] quosdam absolvit et quosdam carceratos adhuc dimisit. Et stans ibidem Vicencie, fecit sibi Monteclum maiorem[52] dari, castrum scilicet Ugucionis de Piio Vicentini districtus, et positis ibi custodibus Sarracenis, fecit ipsum ulterius per imperium custodiri. Ibi siquidem dictum fuit, scilicet in Vicencia, quod facta erat conspiracio quedam in detrimentum imperatoris, quod postmodum inventum est esse falsum.

Hoc verumtamen[n] verum fuit, quod, cum imperator vellet proficisci Veronam et ire in Lombardiam, credens marchiam planam esse, Albricus de Romano et Biaquinus et Wecili de Camino Tarvisium festinanter euntes, civitatem illam quodam mane ceperunt et tenuerunt; et hoc fuit in mense Madii. Uxorem Iacobi de Morra, qui potestas erat, ceperunt

a) leviter 2. 2a. b) miratur 2. c) Dimissa 2. 2a. d) fidantiam 4. e) de parte eiusdem marchionis 5. f) Dalesmaninis 2. 2a; Dalesmaninus 5. g) domini *add.* 4. h) Wagnapa 4. i) iverunt 4. k) *excisum est sequens codicis 1 folium; ut desit textus abhinc ad capitis 13 verba haec:* quibus caute signum facere potuit. l) Prato 2. m) *deest* 2. 2a. 5. n) tamen 2. 51) Bertholdo. 52) *Montecchio maggiore* v. supra p. 43 n. 73.

et eam curialiter posuerunt in custodia de maioribus dompnabus de civitate. Alii vero 1239. Mai. omnes, qui pro imperatore illic fuerant, capti sunt et detenti preter potestatem, qui per commeatum[a] cuiusdam militis Tarvisini, qui iam erat[b] multum amicatus cum ipso, fugit ad castrum Mestri.

12. *[De iis, que facta sunt ab imperatore stante apud Castrum Franchum.]* Hac de causa Paduam rediit imperator. Fecerat autem et in Padua constituerat, ante predictum factum, in Kalendis Madii preteritis, anni scilicet 1239, Tybaldum Franciscum de Apulia potestatem Mai. 1. Padue et imperialem vicarium in marchia Tarvisina et[c] generaliter a flumine Olii usque Tridentum. Constituit autem eodem mense generalem exercitum. Et cum corrocio Pa- Maio ex. duano circa finem eiusdem mensis duxit exercitum ipsum[d] ad Castrum Franchum[53], locum 53 Tarvisinorum. Et horam mocionis elegit per consilium magistri Theodori[e], sui astrologi, qui stetit cum astrolabio sursum in turri communis expectans, ut dicebatur, quod ascenderet prima facies vel horoscopus[f] Leonis, cum diceret, Iovem esse in illo. Set cum per astrolabium hoc videre non posset, tempore nubibus obumbrato, si licitum est dicere, tunc fuit in sua electione deceptus, quia nec erat Iupiter in Leone nec Leo tunc ascendebat, set Virgo. Et ita, cum Scorpio tunc esset domus[g] itineris, quia tercia, innuebat, quod exercitus vel imperator, ad cuius peticionem fiebat, offendi deberet in fine; quasi cauda Scorpionis hoc faceret[h], que dicitur infidelis et venenata. Et hoc esse debebat, antequam imperator longe recederet[i] a marchia Tarvisina. Ivit ipse tamen in sua persona propria; iverunt secum eciam Estensis marchio, Ecelinus de Romano et multi magnates et milites utriusque amici, pedites, balistarii et quasi omnes de civitate et villis, quia libenter quilibet sequebatur imperatorem. Fixis igitur tentoriis circa predictum locum Tarvisinorum, et illic stante exercitu copioso, dompnus imperator pro se dici fecit et arengari, et dedit terminum Tarvisinis, quod usque ad 8 dies ad ipsius mandata venirent. Quod cum facere contempsissent, termino preterito, privilegium dedit et scribi fecit, quod imperialis maiestas, videns Tarvisinos existere contumaces, Paduanos vero subditos et fideles, confirmans constitucionem illam, usque tempore Cesaris introductam et allegatam:

Arma tenenti Lucan Phars. I, 348 349
Omnia dat, qui iusta negat,

donavit ex imperiali gracia populo Paduano Castrum Franchum et civitatem Tarvisii a flumine Sili citra, scilicet versus Paduam, usque ad mare. Et hoc privilegium aurea bulla imperii roboratum dompno Tybaldo potestati Padue, pro ipsius civitatis communi recipienti, solempniter ibi dedit.

Ea quoque die, qua fecit istam graciam Paduanis, contigit marchionem ad exercitum[k] de Citadella quasi cum 100 militibus equitare. Et Ecelinus de Romano eadem hora cum militibus 20 vel circa de exercitu equitabat ad Citadellam. His ergo duabus aquilis sibi ad invicem recta linea propinquantibus equitando, fuerunt quidam hinc inde, qui diversas cogitaciones fecerunt, donec ipse marchio misit dompnum Iacobum de Sancto Andrea et Aylum[l] de Compagno, milites sapientes et insignitos, qui Ecelinum ipsum curialiter rogaverunt, quod sibi de sua liberalitate placeret divertere aliquantulum a dextris vel a sinistris. Quod ipse quidem discrete fecit; et ivit utraque milicia viam suam.

13. *[Qualiter dum staret dictus exercitus, obscuratus est sol, et recessit imperator in Lombardiam.]* Post hec dompnus imperator sequenti die misit primo balisterios et misit waldanam suam; secundo milites et pedites et omnes eciam vastatores, et dampnificare fecit, in quibuscunque potuit, inimicos. Quibus ad wastum[m] manentibus, die 3. intrante Iunio[n] statim Iun 3. post horam nonam in anno Domini supradicto 1239. sol est cunctis videntibus obscuratus, et duravit eclipsis solis fere per duas horas; ita quod gavisi sunt illi de Castro Francho, dicentes, quod ipse Deus[o] hoc miraculum ostendebat, ut peniteret imperatorem et ceteros de iniusta offensione, quam nitebatur facere Tarvisinis. Ipse tamen dompnus imperator, quamvis non ignoraret causam eclipsacionis, ut credo, hac re miraculosa ostendens se tanquam conterritum, recedere disposuit de hoc loco. Et vocatis ad se marchione et Ecelino aliisque maioribus de marchia de ipso exercitu quasi circa quinquaginta, locutus est

a) meatum 3. b) qui fuerat 4. c) *deest* 5. d) usque *add.* 4. e) Theodrici 2. f) vel scorpionis vel 2. 2a; vel orosio post 3; vel horoscopus 4, vel horoscoparet 5. g) dominus 2a. h) faciebat 2a. i) decederet 2. k) castrum 4. l) alium 2a. 3. m) vastandum 2a. n) Ianuario 2a. o) ipsi de castro *add.* 2a

53) v. supra p. 47 n. 21.

1239. Iun. 3. inter eos, et ostendens ipsis, quod oportebat eum ire in Lonbardiam, cuilibet eorum soldum de imperiali camera dari fecit. Exercitu vero dimisso[a], arrepto[b] itinere equitabat versus Lonbardiam cum eis, habens et ducens secum Theotonicos omnes et Apulos, in quibus Iun 10. pre ceteris gentibus confidebat. Cum autem hec tota milicia esset in confinio castri Sancti Bonifacii[54] Veronensis districtus, dicitur, quod unus de familiaribus imperatoris, manu dextera posita ad proprium collum suum, et versus marchionem respiciens, signum fecit quasi de capite exsecando[c]; diligebat enim marchionem et suam partem. Quod marchio protinus et satis utiliter annotavit; et illis amicis suis, quibus caute signum facere potuit[d], 55 tardatis secum post alios equitantes, intravit[55] cum eis in Sancti Bonifacii castrum et ibi mansit. Quo quidem notificato imperatori, misit Petrum de Vinea pro marchione revocando et suis, dicens, quod fidanciam dabat ipsi marchioni et comiti cunctisque eorum amicis, et addens, quod volebat pacificare[e] comitem et omnes de sua parte cum illis adverse partis, ipsumque comitem et suos ponere in Verona. Exarserat enim capitalis discordia in Verona usque ab illo tempore, quo pars Monteclorum cum Ecelino comitem et amicos eius ceperat in palacio Veronensi; unde dirute erant domus et turres amicorum comitis, et ipsius amici quidam in carceribus finierant miserabiliter vitam suam, quidam fuerunt mortui diversis generibus tormentorum. Dum igitur imperator scivit per suos nuncios destinatos ad marchionem, quod ipse marchio et comes eorumque amici ad ipsum imperatorem nullatenus veniebant, fecit apud Villam Novam[56], ubi erat, detineri dompnum Nicolaum de Lozo[f], Ailum[g] de Compagno et alios quos habere potuit marchionis amicos; isti namque, quia erant longe a marchione, scire non potuerunt marchionis recessum. Esse enim consuevit aliquando, quod ovis, que elongatur a grege vel a pastore, aut forte dampnabiliter decidit in errorem aut quod est durius cadit in iram lupi. Demum ivit imperator Veronam, et amodo fecit studiosius custodiri exitum et introitum de Alemania in Lonbardiam et e converso. Sunt enim quedam loca in districtu Verone, que vulgus appellat Clusas, per quas de facili potest negari talis introitus et patere. Nicolaum vero de Luzo et Ailum de Compagno, principem Rainaldum, filium marchionis et obsidem pro eo, aliosque Paduanos cives, quos Ecelinus olim tenuerat in castro Fontis et in Prata et alibi, quoscunque habere potuit, misit Cremonam et Parmam et iussit eos ibidem optime custodiri.

14. *[De castris marchionis recuperatis per ipsum.]* Sic patuit manifeste, quod illi, qui se monstrabant fideles imperatoris, calcaneum et caudam levaverunt in ipsum, priusquam exiret marchiam Tarvisinam. Exercitu quoque reverso a Castro Franco, et locis et castris marchionis per imperatorem adhuc detentis, male actum est in civitate Padue de aliquibus marchionis amicis, qui ad predictum exercitum iverant sub tutela imperatoris. Nam quidam redeundo secure nimis, iniuste detenti et in carcere[h] sunt reclusi, alii in propriis domibus capti sunt sine causa, alii sunt occisi, dum sani et incolumes capti forent. Et sic cives illi, qui aliquam honestatem habebant, dolere ceperunt et quasi medullitus contristari, cum viderent tantas et tam horribiles iniquitates in Padua perpetrari sic[i] publice. Nec solummodo cives commorantes in Padua doluerunt; set ipse Estensis marchio voluit hostendere se dolere. Nam congregata omni gente quam potuit, spem suam, quam totam iactavit in Domino, fortunam suam eciam, quam viriliter est secutus, proposuit attemptare. Aug. Et cum sit[k] Estensis marchio, hostiliter venit ad terram suam. Et hoc in brevi tempore patuit, quod in se sperantes Deus nullatenus derelinquit. Estensem villam protinus re- 57 cuperavit et rocam, Baonem[57] per arma rapuit, Lucium[58] propter famem, resistentibus Sarracenis usque dum potuerunt quos illic posuerat Ecelinus, Calaonem[59] habuit propter trabucorum timorem. Et dum circa Cerrum[60] maneret in costis montis et parare faceret hedificia[l] ad capiendum inimicos et locum, ipsi vero qui in Cerro manebant victualia non haberent, volens Ecelinus stans Padue dare illis succursum, festinanter paravit exercitum Paduanum et intravit cum ipso exercitu inter Baonem et Calaonem, suspicans forsitan,

a) diviso 4. b) accepto 3. c) exicando 2a. d) *vide supra p.* 72 *n.* 1. e) marchionem et *add.* 2. 2a. f) Loco 2a; Luzio 5. g) alium 2a. h) carcerem 4. i) sic — doluerunt *in uno cod.* 4. *leguntur.* k) Et sic 4. l) necessaria *add.* 2. 2a.

54) v. supra p. 56 n. 56. 55) *die Veneris* 10. *Iunii* Antonius Godius ad 1239. 56) Villanova prope S. Bonifacio, ad septemtriones. 57) Baone ab Este inter septemtriones et orientem. 58) Lozzo ab Este ad septemtriones. 59) Calaone ab Este ad septemtriones. 60) Cero ab Este ad septemtriones.

quod marchio cederet de obsidione Sarracenorum. Set marchio erat in alto montis, Ecelinus 1239. Aug. in plano. Unde deceptus est Ecelinus nec suis expectantibus potuit exhibere succursum, quamvis sepe nudis ensibus et motis banderiis nutum frequenter faceret, quod Lonbardi mactare dicunt. Immo nunquam Ecelinus ipse tantum de aliqua temeritate penituit, quam quod in vanum intraverat fauces illorum moncium et quasi deserta loca. Quo festinante quam cicius potuit ad regressum, marchio Cerrum habuit et illam incultam gentem; set eius benignitas custodes illos offendere non permisit. Hec autem predicta facta sunt mense Augusti prescripti anni.

15. *[De conspiracione prima et maleficiis primo factis in Padua.]* Indignatus est nimium Ecelinus, quod marchio recuperarat sua castra. Et ecce diebus illis inolevit subsurratio quedam et dictum est inter Ecelini fautores, quod aliqui conspiraverant contra eum, volentes civitatem Padue tradere[a] marchioni; et quod miles quidam Paduanus manens in Buvolenta[61], Zufredus[b] nomine, litteras miserat dompno Adveduto Advocato de Padua, qui 61 tunc tenebat castrum Brente[62] contrarius Ecelino, ut veniret ad Buvolentam accipiendam, et quod eam haberet de facili. Sic itaque Zufredus ipse captus et ductus Paduam, primo decapitatus est in foro, nec convictus in aliquo scelere nec confessus. Post quem[c] recte per dies 15 in mense Septembris eiusdem anni 1239. et eiusdem conspiracionis causa, ut Sept. dictum fuit, decapitatus est in foro miles unus de maioribus de Padua[d], qui dicebatur fuisse primus, qui iuraverat in principio werre servire suo dompno Ecelino et aperire ei portam Molendinorum, ut civitatem ingrederetur contra tocius communis Padue voluntatem. Et ista eadem die nobilis quidam clericus[e] de maioribus canonice[f] Paduane combustus est in Prato Vallis[g]. Qua die similiter 18 homines de bonis civibus et burgensibus et quibusdam villarum habitatoribus, quos dictum fuit colloquium habuisse cum dompno Iacobo de Carraria, tunc marchionis amico, suspendio traditi, dolorosam mortem et vituperabilem sunt perpessi.

EXPLICIT LIBER QUARTUS

INCIPIT QUINTUS.

1. *[De obsessione et capcione Ferrarie.]* Languores igitur et angustie multiplices adhuc 1240 angere videbantur marchionis amicos, dum scilicet in Padua in Verona in Ferraria in Vicencia nullus auderet de marchione ipso nec de ipsius amicis facere mencionem. Immo volentes quidam Ecelino placere, cum vidissent cometam, quandam stellam comatam scilicet, apparuisse circa finem Ianuarii in partibus occidentis in anno sequente, videlicet Ian. ex. 1240, dixerunt mutari in anno illo marchexatum Estensem; quia tale signum talia portendebat. Set quoniam Deus, dominus et pater iusticie, equitatis adiutor, superbos frangit et conterit, benignis et humilibus subvenit et misericos sepe[h] porrigit manum lapsis, cum iam per Dei graciam marchio sua loca predicta recuperasset, quamvis Ecelinus predictas civitates haberet, tamen aliquanta prosperitas quodam modo marchionem ipsum eiusdemque amicos movit et animavit ulterius ad maiora. In eodem namque anno Domini 1240. mense Februarii placuit dompno Iacobo Theopolo duci Venetiarum, comiti de Sancto Bonifacio, Febr. Albrico de Romano — qui indignatus tunc erat cum fratre suo Ecelino propter suam filiam acceptam ab imperatore pro obside consilio Ecelini, cum Albricus idem eam haberet karam plus cunctis suis desideriis et thesauris — placuit eciam Mantuanis communiter omnibus, obsidere Ferrariam. Et habuerunt predicti omnes amicos suos quoscunque habere potuerunt et undecunque. Sicque fuerunt omnes cum marchione et ipse cum eis; fueruntque ibidem eciam nuncii Romane curie cum legato dompno Gregorio de Montelongo, et quantitas quedam Bononiensium et Mediolanensium, ita quod illic fuit exercitus copiosus. Itaque cum esset dux Veneciarum in propria persona ibidem et conducerentur naves multe et magne de Veneciis per aquas Padi, parate et turrite, ut hinc posset civitas expugnari

a) trahere 1. b) de Giciis *in* 2 *addidit manus recentior.* c) quod 5. d) qui vocabatur Monaldus de Limizonibus sive Linguadevacca *add. manus rec. in* 2. e) vocatus dominus Pigollus *add. manus rec. in* 2. f) canonicis Padue 2. g) cum uxore Benedicti de Araldo, que etiam combusta fuit *add. manus rec. in* 2. h) suam *add.* 2.

61) Bovolenta a Patavio inter meridiem et orientem. 62) *Brenta dell' Abba* a Chioggia ad occidentem.

1240. de facili. Sallinwerra, qui erat intrinsecus, quamvis iam foret annosus[a] homo, probus tamen sapiens et astutus, cum ipsis Ferrariensibus dilectis suis civibus subditis et amicis longo tempore viriliter se defendit. Tandem ordinatum est quoddam colloquium, quod ipse Sal-
Iun 2. linwerra veniret extra; et venit[63], ut loqueretur cum magnatibus de exercitu pro facto pacis et concordie pertractando. Sic ipse, cum fuit extra, missus est Venecias curiali modo
64 et digna reverencia custoditus; ubi post aliquot annos debita nature persolvit[64] et eidem in eius morte omnes maiores et nobiles de Veneciis magnam fecerunt reverenciam et honorem. Filius eius Iacobus, prenominatus Taurellus[b], ab his, qui regebant exercitum, licenciatus recessit, et stetit postea multo tempore Padue in curia Ecelini. Ingressus est marchio cum legato et dompno duce ac ceteris maioribus in Ferrariam et honorabiliter sunt recepti; civitas et habitantes in ea benigne et indempnes in rebus et in personis et amicabiliter sunt tractati. Dompno quoque Stephano Badoario de Veneciis illic constituto pro potestate, divisus est exercitus et sunt omnes maiores medii et minores cum magna leticia regressi ad domos suas.

2. *[De capcione illorum a Vado[c].]* Adveniente mense Iunii in ipso predicto anno capti sunt nobiles illi de Vado hac de causa. Nam paucis diebus ante, dum defendebatur Ferraria, locutus est Ecelinus inter quosdam magnates de Padua, quos ficticie appellabat amicos, confortans eos, ne de obsidione Ferrarie dubitarent. Et voluit de illorum consensu quasi curialiter detinere nepotem suum Willielmum de Campo Sancti Petri, filium condam viri nobilis dompni Iacobi de dompno Tisone maiore, quem Willielmum ceperat iam quondam in castro Fontis adhuc infantem ut supra legitur in secundo libro, nono capitulo, scilicet *Sic igitur* etc. Et asserens, se de ipso non dubitare, dicebat, quod hoc faciebat in sui nepotis honorem. Set attinebant Willielmum proxima linea parentele dompni Ruzerius, Ugo et Ubertinus a Vado pro parte materna, et ipsorum consanguineus multumque amicus erat dompnus Gnanfus iudex; qui omnes quatuor protestati sunt, Willielmum esse firmissimum et constantem dompni Ecelini amicum et servitorem. Attamen tempore procedente, protinus cum Ferraria capta fuit, forte timuit Willielmus, quod Padua nollet ulterius Ecelino subesse; itaque cum avo suo materno dompno Gerardo aliisque sibi fidelibus, qui sequi voluerunt eundem, ivit ad suum castrum de Trivillis[65] et illic se posuit et munivit. Quod cum scitum est ab Ecelino, vocatis predictis quatuor Willielmi amicis, acerbe improperavit eisdem tam id, quod Willielmus fecerat, quam id, quod[d] ipsi pro eo prius fuerant protestati. Cum igitur Ugo de Vado ivisset de mandato et licencia Ecelini pro Willielmo revocando mandatis, quem prorsus revocare non potuit, reversus est idem Ugo ad dompnum Ecelinum. Sic ergo in continenti detentus est ipse, ceterique tres
66 superius nominati cum ipso, et missi sunt in carcerem ad castrum Cornute[66], bona eorum omnia accepta sunt et posita in communi, parentes ac eorum amici conversi sunt in fugam et in recessum[e]. Eo autem tempore quo capti fuerunt, incusatus fuit vir quidam prudentissimus, nomine Zugnus, camphio[f, 67] virtuosus et pugil[g] qui morabatur ad Sanctam Crucem; quod stans sub porticu Sancte Crucis, lamentando dixit contra quendam eiusdem hore[h, 67']: *Nos currere deberemus ad arma nec permittere, nobiles et magnates nostros de Padua sic crudeliter, immo viliter, carcerari.* Propter hoc verbum captus est ipse Zugnus et ille, qui locutus fuit cum eo, nomine Peregrinus, de contrata eadem; et est uterque decapitatus in foro statim diebus illis. Qui autem missi fuerunt Cornutam in carcere, post quatuor annos vel circa iussu Ecelini, existentis Verone, confixis magnis trabibus ad hostium carceris, 30 diebus conclusi, vociferantes et eiulantes[i] miserabiliter: *Panem, panem,* vitam ultimo martirio finierunt. Et sic ibidem postmodum desiccati, tectis nervis et ossibus pelle sola, nigra et horrida, sunt reperti. Heu dolor eximius tremendus, heu timor et anxietas inaudita! Vanitatum vanitas ineffabilis, vita mortifera, mundus fallax! Quibus enim quandoque fuerat bonorum omnium, cunctarum deliciarum affluencia copiosa, tam iacent rigidi et deformes; tam tristis eis et dolorosus immeritus[k] et indignus contigit finis vite, ut nec possit in cor alicuius ascendere nec exprimere sufficiat lingua carnis.

a) animosus 1. 5. b) Tanrellus 1. c) de Vado et eorum morte 4. d) *deest* 1. 2. e) causa recessus 2. 2a *pro* et in recessum. f) homo *add.* 2. 2a. g) pervigil 4. h) contrate 2; contracte 2a. i) elulantes 2. 2a; ululantes 4. k) inimicus 2; inmitus 2a.

63) die 2. Iunii, Annales Placentini 1240. 64) a. 1245. 65) v. supra p. 55 n. 45. 66) v. supra p. 59 n. 73. 67) pugnator. 67') orae.

3. *[De facto Silvazani.]* Sequente mense Iulii[a] die 13. exeunte, dompnus marchio 1240. Iul. 19. cum quadam militum et peditum quantitate venit Silvazanum[68]. Dompnus Ecelinus cum militibus duorum quarteriorum de Padua ea die non erat in civitate. Illi vero, qui tunc in Padua sunt reperti, milites et pedites cum dompno Tibaldo Francisco et Theotonicis, qui illic aderant, subito fuerunt ad arma, exeuntes ad inimicos. Et iste[b] due partes circa confinia Montis Rubei[69] ad invicem[b] fuerunt[c], et captis aliquibus de parte marchionis circa 50 69 inter milites et pedites, mortuis illic etiam 10 Sarracenis de parte imperatoris, qui de Monte Rubeo descenderant cum arcubus et sagittis, marchio versus Galzegnanum[70] recessit, et transiens per montana, unde via est satis aspera et saxosa, pervenit ad Este. In facto autem predicto aliqui, set non multi, ferierunt hinc inde. Inter quos Wercius de Traversino[d] et Iacobus de Marsilio, Paduani cives set expulsi de Padua, nunc[e] pro parte marchionis viriliter pugnaverunt. Et licet ipsi capti forent ad ultimum, tamen in primo pugne impetu per magnam moram temporis totam aciem Theotonicorum ipsi soli duo viriliter tenuerunt.

4. *[De facto Agne et morte dompni Iacobi de Carraria et de morte dompni Advocati.]* Aug 13. In hoc eodem anno Domini 1240. dompno Tibaldo Francisco potestate in Padua, existente Ecelino Verone, die 13.[f] intrante Augusto, idem dompnus Tibaldus cum tota milicia Paduana et cum 1000 peditibus bene armatis equitavit sero quodam et ivit Agnam[71], quam quidam de Paduanis exulibus munierant, et loco illo disposito quasi in formam castri, permanebant ibidem. Adiunxit autem Paduana milicia mane tempestive ad locum, et insultu Aug. 14. facto in Agnam ex improviso, dompnus Iacobus de Carraria vir strenuus, qui castrum tenebat, cum illis de loco viriliter se reduxit ad arma. Et in destrarium suum sedens et omnibus armis militaribus decoratus, quantum nobilis miles debuit, prudenter et egregie se defendit in primis. Dicit tamen vulgare proverbium, quod: *etsi Deus adiuvat pauciores, plures tamen sunt soliti superare.* Adveniente namque militum et peditum multitudine numerosa, captus est ipse dompnus Iacobus, multis tamen primitus ab ipso prostratis ad campum. Dum autem mulieres quedam et homines, qui erant in loco Agne, viderunt se circui et superari ab inimicis, timentes mortem, in obscuram mortem duram et horribilem incurrerunt. Intrantes enim navem quandam, ut transirent profundum gurgitem, qui erat a tergo castri, cum intrarent impetuose et irruerent indiscrete, homines cum ipsis mulieribus omnibus et cum nave submersi, morte dampnabili perierunt. Ductus est dompnus Iacobus detentus ad civitatem, vestitus ab his, qui eum ceperant, nigra capa — dicunt enim, quod talis est mos imperii, cum capitur aliquis, dum sit nobilis, si pugnando capitur imperio contradicens — est autem ultimo supplicio datus, et sicut virum decet nobilem, pena capitis est punitus die 4. post illud factum. Portatum est autem et sepultum est corpus Aug. 17 eius a dolentibus bonis civibus Paduanis apud ecclesiam sancti Iohannis a latere civitatis Padue versus sero. Germanus eius, dompnus Advedutus Advocatus de Padua, eisdem diebus cum quibusdam Venetis et quibusdam Paduanis expulsis tenebat locum, qui dicitur castrum Brente[72]. Tunc quoque dictus dompnus Tibaldus potestas claudi fecit aquas et flumina circa Paduam, ut aque fluentes ad castrum Brente decrescerent; et quare faceret, sciebatur a paucis. Quo facto potestas ipse, assumpta secum Paduana milicia et mille peditibus, Sept. equitavit ad partes illas. Inde circum erat Calcinaria[g, 73], Mota[74] et Candiana[75]. Quibus 73 captis et devastatis, appropinquans ad castrum Brente, municiones, que inde facte fuerunt, dirruit et vastavit. Dum autem dictus dompnus Advocatus, derelictus quasi solus a suis, se cordis magnanimitate defenderet et equester fortibus armis munitus esset et animo forciori, ipse unus inimicos omnes fere convertit in fugam. Set et Theotonici quidam circa 25, sub conostablo[h] sive sub una banderia stricti quasi in unum globum, ipsum invaserunt a tergo; set ipso se viriliter defendente, nullo modo superatus fuisset, nisi quod sub eo equus cecidit. Unde captus est et devictus, et imposita sibi eadem capa, que germano eius imposita fuerat, et eo super alium equum imposito, ductus est Paduam. Et per eundem Sept 7.

a) Iunii 2. b) Et iste — invicem *in uno cod. 4 habentur.* c) ferierunt 1. 5. d) Tervisio 4. e) tunc 4. f) tertio 4. g) Calvaria 4. h) conostabulo 2; conestabulo 4.

68) Selvazano a Patavio ad occidentem. 69) v. supra p. 62 n. 16. 70) Galziguano a Patavio inter meridiem et occidentem. 71) v. supra p. 68 n. 32. 72) v. supra p. 75 n. 62. 73) Calcinara prope Brenta dell' Abba, a Venetia inter meridiem et occidentem. 74) Motte a Patavio et Bovolenta inter meridiem et occidentem. 75) Candiana a Patavio et Bovolenta inter meridiem et occidentem.

1240. Sept 7. dompnum Tibaldum eadem sevicies est facta in eum die 7. intrante Septembri eiusdem anni, que in supra dicto dompno Iacobo facta fuit.

5. *[Hoc tempore Favencia est reddita imperatori, et terra de Este a quadam prodicione* Aug. *liberata.]* His diebus, mense Augusti nuper preterito Fredericus imperator posuerat se cum magno exercitu circa civitatem Favenciam, et obsedit illam magnifice et potenter continue 1241. Apr. 14. toto tempore hyemali usque per annum sequentem, scilicet 1241. Et tunc die 14. intrante Aprili eiusdem anni dicta civitas ipsi imperatori se reddidit. Cui[a] civitati gracia et bona voluntate remissa, imperator in Apuliam ivit.

In isto eodem anno, tempore autumpnali, morabatur Ecelinus Verone. Ubi manens insidiatus est marchioni Estensi, et taliter machinatus est cum quibusdam, quod terra Estensis fere tradita fuit in manus Ecelini et inimicorum marchionis et sue partis. Set inventa veritate per mulierem[b] quandam, que vidit notarium quendam nomine Oldericum legentem in quodam broilo[76] secrete quasdam litteras sigillatas cum sigillo uno, quod cuius erat[c] nescivit, et cognita re postmodum, quibus littere legebantur et unde processerant, per voluntatem Dei et per sapienciam marchionis et per prudenciam Pillii filii Ugocionis de Pillio de Vicentia, qui tunc erat potestas in Este pro marchione, propalatum est prodicionis negocium. Quo sapienter invento, puniti sunt quidam, qui culpabiles sunt inventi, die 13. Sept. 18. exeunte Septembri predicti anni, quasi de maioribus, qui tunc videbantur esse marchionis amici et Estensi domui semper visi fuerant extitisse subditi et fideles. Et sic Estensis terra tunc a periculo est defensa. Et hic incepit Bontraversius de Maltraversis esse amicus dompni Ecelini et sue partis, qui usque ad tempus istud cum omnibus de sua progenie fuerat fidelior marchioni, ut videbatur, quam aliqui magnates de marchia sive Lonbardia. Sed o grave dampnum et abhorrendum, cum quis claris predecessoribus ortus parentum facta laudabilia dehonestat!

6. *[De obitu duorum apostolicorum in brevi tempore.]* Eodem anno similiter Gregorius Aug. 21. papa nonus circa festum assumptionis mense Augusti decesserat. Et steterunt cardinales Oct. 26. per 40 dies in apostolici electione discordes. Set mense Octubris eiusdem anni, quasi in fine mensis cardinales elegerunt dompnum Zufredum Mediolanensem, cancellarium, in Nov. 1. theologia peritum[77]. Qui electus missam sollempniter celebravit in festo omnium sancto- c. Nov 20. rum in Laterano, ubi cardinales quosdam et episcopos consecravit; et post circa dies 20 decessit.

1243. Iun. 25. 7. *[De electione Innocencii quarti pape et obitu imperatricis.]* Post hec anno Domini sequente 1242.[78] cardinales concorditer elegerunt Innocencium papam quartum, divini 1244. spiritus gracia illustratum. Qui tertio[79] anno post sui electionem experiri volens, quid sancta mater ecclesia posset in Fredericum, ipsum imperatorem set adhuc in excommunicacione iacentem, ivit Lugdunum, dimissis litteris in apostolica sede occulte, quibus per obedienciam et in virtute sancti Spiritus fratribus suis cardinalibus iniungebat, ut ipsum, omni mora postposita, ad easdem partes Lugduni sequerentur. Quod[d] factum est, ut precepit.

1241. Dec. 2. In supradicto anno eciam die 2. Decembris[e] imperatrix[80], eiusdem Frederici uxor et incliti regis Anglie filia, diem clausit extremum. Isto quoque eodem[f] mense Decembris Ecelinus Verone permanens litteras misit potestati Padue, et fecit dirrui castrum Carrarie, Paduani districtus.

1242. Ian. 6. 8. *[De Montagnana combusta et capta ab Ecelino.]* Ante hoc tamen, set in isto eodem anno, die 6. intrante Ianuario dompnus Ubertus de Dalesmanino et quidam Veneti venerant ad Sanctum Ylarium, volentes ipsum locum munire in modum castri; set a suo proposito sponte propria[g] destiterunt. Ipsum etiam Sancti Ylarii locum paucis diebus ante destructioni submiserant et ruine. Paucis diebus post istud factum eodem anno Ecelinus, Mart. qui nunc[h] morabatur Verone, nocte quadam de mense Marcii cum milicia Veronensi venit de Verona Leonicum[i. 81]. Et ibi occulte stando fecit ignem poni in Montagnana, que nunc tenebatur pro[k] parte[l] marchionis et per ipsum marchionem, volens ipsam aut per ignem capere aut marchionem habere, si posset. Ipse quoque marchio manens in rocha Estensi,

a) Cui — imperator *leguntur in uno cod.* 4. b) militem quendam qui 4. c) esset 4. d) statim *add.* 5. e) Septembris 4. f) anno et *add.* 2. 5. g) *deest* 5. h) tunc 4. i) Lonicum 1. k) per 1. l) parte — ipsum *desunt* 1. 2a

76) hortulo. 77) Celestinum IV. 78) immo anno 1243, Iuni 25. 79) immo secundo. 80) Elisabetha s. Isabella. 81) Lonigo inter Patavium et Veronam.

visis primis ignibus, cum gente sua velociter cucurrit Montagnanam. Et hoc provide in- 1242.
quisito, quod non multum distaret Veronensis milicia cum Ecelino, videns eciam, quod Mart.
plures ignes quasi ex improviso levabantur per Montagnanam, notavit prodicionem et ne-
phas. Igitur iubens et ipse ignem[a] poni ex illa hora, sanus et incolumis est reversus,
acceptis tamen secum hominibus et mulieribus, parvis et magnis, quoscunque de sua potuit
bonitate pro eorum securitate portare. Ex summa namque benignitate procedit, cum no-
bilitas et altitudo magnatum fovere debiles, protegere imbecilles, defendere impotentes
nullatenus dedignatur. Habuit Ecelinus sequenti die Montagnanam combustam et illic ali-
quibus diebus cum ipsa milicia moram fecit. Construxit ibidem castrum, et eidem in ipso
loco manenti redditum est castrum de Arcolis[82], quod usque nunc per dompnum Rizardum 62
Veronensem comitem tenebatur.

9. *[De quadam iniusta sentencia lata contra duos cives Paduanos et de Galvano Lanza
facto potestate in Padua.]* In mense Aprilis predicti anni Tibaldus Franciscus, a dompno Apr.
imperatore vocatus, de potestaria recesserat, et remanserat Padua sine potestate usque
ad mensem Iulii. In hoc mense dompnus Galvanus Lancea venerat ab imperatore missus, Iul.
et stetit pro potestate in Padua. Set in tempore illo, quo potestaria vacabat — et tunc Apr. Mai.
dompnus Ecelinus solus dominabatur ibidem — facta est quedam electio militum; in qua
electus fuit dompnus Rainerius de Bonello iudex. Hic accusatus fuit dompno Ecelino, quod
ipse conquerebatur de electione de se facta et de tantis angariis, quibus homines de Padua
gravabantur. Et voluerunt quidam dicere, quod accusatus fuit specialiter hac de causa,
quod possent rapi sibi et fratribus ea, que in Causilve[83] habebant; erant enim bene divites
in hoc loco. Ipsum igitur accusatum dompnus Ecelinus fecit capi et detineri. Et vocata in
palatio concione, rengavit[b] [84] idem[c] dompnus Ecelinus. Et inter cetera, que de ipso pro-
ponebat, illic presente et capto, asserebat ipsum ordinasse de prodenda Padua marchioni
et eius parti. Quod ipse Rainerius cunctis audientibus dicebat non esse verum, et audebat
dicere alta voce, quod menciebatur aperte. Set ubi vis et prava potencia dominatur, illic
racio et iusticia obmutescit. Iniuste quidem secundum credulitatem omnium existentium
in arenga, Ecelinus ipsum sentenciavit ad mortem. Et capite punitus est in plathea in Mai 4–10.
tercia septimana post pasca. Tunc eciam accusatus fuit miles quidam de Padua, multa
corporis et animi prudencia predotatus, dompnus Almericus de Tadis, quod secrete fuisset
locutus cum predicto dompno Rainerio de predicta civitate prodenda et hoc ordinasset cum
eo simul in maiori ecclesia Paduana, illic inferius ubi dicitur Confessio sancti Fidencii.
Quod cum ipse non confiteretur, mortuus est in tormento. Et ita mortuus tam crudeliter,
tam iniuste, decapitatus est similiter in plathea.

10. *De destructione quadam facta per partes Tarvisini districtus et ad Este.* Facta mili- Mai.
tum electione predicta, dum scilicet Padua potestate vacabat, habuit Ecelinus quingentos
milites de Padua, et 2000 peditum; habuit eciam magnam partem wastatorum et balliste-
riorum de Padua et Paduano districtu, ducentos milites de Vicentia et 1000 pedites, wasta-
tores et ballisterios multos; habuit etiam 50 pedites[d] de Verona. Cum istis omnibus movit
die 7. exeunte Madio dicti anni Domini 1242. et ivit Laureiam[85]; et inde motus ivit per Mai. 25.
villas et terras Tarvisinorum, omnia devastando; ivit etiam ultra Plavim et inde rediit die
ultima Iunii. De quo loco divisit se amicabiliter ab ipso comes de Golizia[e] [86], qui ad ad- Iun. 30.
iuvandum ipsum destructionem facere cum multis militibus bene sociatus advenerat. Et
ita demum dompnus Ecelinus cum exercitu reversus est Paduam, et licenciavit illos de
Verona et illos de Vicentia die 5. intrante Iulio. Iul. 5.

Tunc infra sex dies sic sunt[f] disposite potestates in marchia Tarvisina per ipsum, quia
dictus dompnus Galvanus potestariam Padue iuravit die 11. intrante Iulio predicti anni, et Iul. 11.
circa tempus istud Manfredus Ricus civis Tarvisinus factus est potestas Vicentie, Henricus de
Igna filius sororis dompni Ecelini factus est potestas Verone. Cum quibus tribus potesta-
tibus congregatis in unum et habentibus secum quantamcunque gentem ducere potuerunt,
ipse quoque Ecelinus cum gente de Padua, et habito communi Montis Silicis quam plenius
haberi potuit, hostiliter equitavit ad Este et fruges et omnia, preter castrum sive rocam,

a) ignis 1. 2a. b) rengnavit 1. c) ipse 5. d) milites 2. 2a. e) Gořiz 1; Gol'iz 2; Goliz 2a. f) duae *add.* 5.

82) Arcole a Verona inter orientem et meridiem. 83) v. supra p. 62 n. 12. 84) concionatus est. 85) Loreggia a Patavio ad septemtriones, inter Camposampiero et Castelfranco. 86) Meinhardus III. comes Goriziae.

1242. radicitus devastavit. Quia vero pars altera a latere moncium videbatur incolomis, vocato ad se quodam nauta qui sciebat contratam illam, scivit per ipsum, quod militia non aliunde poterat transire ad montes, nisi per vadum ubi dicitur Ripa Ulmi. Fecit illuc subito fieri quandam clusam sive retencionem aquarum de frondibus de paleis et de terra; et sic Sept. 16. 17. 18. transivit totus exercitus tam wastatorum quam militum et peditum die 15. exeunte Septembri et sequenti et tercia die post. Et sic devastate sunt arbores et vinee et laboraciones[a] cuncte usque ad Baonem. Et cum demum se voluit ad regressum parare, fecit totum 87 comburi burgum unde itur ad Cintum[87], destruxit turrim etiam, que erat unde itur ad Montagnanam; et Paduam est reversus.

Aug. Hoc eodem anno mense Augusti inceptum est castrum, quod Ecelinus fecit in Padua fieri circa ecclesiam sancti Tomasii, ipsa ecclesia circumdata et clusa in castro. Set super huius castri constructionem Paduani tristati sunt et conterriti quasi omnes, et hii precipue qui equitatem et iusticiam exoptabant; qui autem gloriabantur in maliciis, que crescendo fiebant, exultabant plurimum, tam desiderio insaciabilis ambitus et iniqui quam metu tyrannidis obcecati. Bene tamen providit Dominus super uno, qui ab Ecelino quesivit instanter hanc graciam, ut ei concederet disponere, non cameras castrensis palatii, set locum carceris et tormentum. Quam sibi concessam graciam animo letabundo assumens, tocius sui studii ac ingenii excitavit acumen, et quasi artifex super operariis instituit studiosus, assiduus et ieiunus diebus pluribus, ut quod animo preconceperat feliciter consumaret. Gaudeant autem anime defunctorum in ipso castro! Quoniam qui sepius intraverat sua sponte carcerem, cum fiebat, diligenter inspiciens immo precipiens, ne rimula lucis aliqua reluceret in carcere — volens locum facere tenebrosum, feditate ac immundiciis plenum, tristem, tartareum, horribilem et mortalem — idem artifex, captus postmodum et conclusus Ecelini precepto, fame siti vermibus et fedore ac aeris angustia suffocatus, quasi lupus ululans in loco, quem paraverat infernalem, periit miserabiliter et defecit. Hic, credo, fuit illi scurre[88] similis, qui suo regi et dompno[89] complacere desiderans, querenti tormenti genus inusitatum, taurum fecit cupreum fabricari, in quo peccantes statuit concludendos, ut[b] igne quoque circumposito et accenso rex audiret taurum miserabiliter ululantem. Set rex, in hoc iustissimus et omni dignus[c] memoria, scurram ipsum sive artificem compulit esse primum, qui in tali bestia taliter ululavit. Et ita qui machinabatur aliis peius morte, versa vice pertulit morte peius. Sicque notum est, quod erat expediens artifici tam carceris quam et tauri, non solum quod fuit ante oculos intueri. Debuit autem ipsorum prudentia rerum exitus contemplari.

11. *[De morte comitis de Panego et de destructione castri Sancti Bonifacii, et de quarta* 1243. *sconfitta facta in partibus Cornude inter Paduam et Tarvixium.]* Revoluto anno Domini, et 90 currente 1243, potestate Galvano Lanzea, comiti[90] de Panego[91] civi Veronensi, qui erat de progenie marchionis de Este set nunc Ecelino multum familiaris, imposita est occasio quedam, scilicet quod magnam quandam peccunie quantitatem acceperat a Lonbardis, quibus tradere deberet Veronam. Qua occasione Ecelinus stans Padue, et eo vocato Paduam de Verona, ipsum capitali pena puniri fecit in platea communis Padue die 4. intrante Iun. 4. Iunio huius predicti anni. De quo, quamvis non esset nacione Paduanus, tamen cives omnes Paduani, licet occulto gemitu, plurimum doluerunt, tum quia pulcherrimus miles fuit tum quia de imposito sibi crimine inculpabilis credebatur.

Eodem anno Marcius de Soledo[92] Vicentini districtus constitutus erat capitaneus per Iul. 16. dompnum Ecelinum super milicia Paduanorum. Et cum foret ex certa sciencia cum ipsa milicia in Tarvisino districtu et in confiniis castri de Cornuta[93] ubi dicitur Nogaredus[d, 94], ex adverso autem Albricus de Romano improvisus cum milicia Tarvisina similiter in partibus illis esset non longe a Paduanis, patuit plus valere astucias Albrici. Quia cum ipse Albricus haberet forte 100 milites, et predictus Marcius plus 300, ita quod quasi credebatur, Albricum cum gente sua captum futurum de plano, ipse tamen sapienter aufugit; adeo quod visus

a) laboreria communis 2. 2a. b) ut *add. unus cod.* 4. c) dignissimus 2. 2a. d) Negared' 1; Negaredus 2; Nogaredum 2a. 4.

87) Cinto ab Este ad septemtriones. 88) Perillo, artifici Atheniensi. 89) Phalaridi, tyranno Agrigentino. Cf. Plinii Natur. hist. XXXIV. c. 8, 19. 90) Bonifacio. 91) Panico a Bononia inter meridiem et occidentem. 92) immo Seledo, *Schio*, a Vicetia inter septemtriones et occidentem. 93) v. supra p. 59 n. 73. 94) Nogare a Cornuda ad meridiem.

est quodammodo dictus Marcius per fraudem aut per insciciam vel forte propter pusillanimitatem 1243. Iul. 16. turpiter dormitasse. Nam non solum Albricus ingeniose fugam arripuit, immo de Paduanis aliquos, qui se sua sponte paraverunt ad pugnam, victos habuit et detentos. Et fuit hoc die 16. Iulii.

Hoc eodem anno iverat Ecelinus de Romano cum tota milicia Paduana et peditum duobus milibus in servicium Veronensium Vigdadese[a, 1] causa dandi dampnum Mantuanis. De quo facto rediens, venit cum gente predicta — et habuit communiter etiam Vicentinos et Sept. Veronenses — venit quidem et posuit se et gentem suam circa castrum Sancti Bonifacii Veronensis districtus, in quo erat Leoisius[b] filius comitis Rizardi, cuius hoc castrum erat. Sciens igitur dictus Leoysius seviciem Ecelini, consilium habuit cum hiis, in quibus maxime confidebat, et quamvis tunc esset puer, se tamen optime ad defensionem parabat. Quod Ecelinus considerans, nepotem suum ei velle prudenter resistere, interposuit quasdam religiosas personas et quosdam milites, qui credebantur utriusque partis amici; et demum ad hanc concordiam est deventum, quod recedit comes ipse de loco cum gente sua totaliter et cum armis[c]. Et postquam descendens de loco stetit sub tentorio Ecelini, visus est Eccelinus ipse nepoti suo multam familiaritatem et dileccionem ostendere, et data sunt ei plaustra[d] et data est ei scorta et comeatus, donec ipse cum tota sua gente cum armis et rebus suis securus ivit quo voluit. Quo facto, Ecelinus destrui fecit castrum Sancti Bonifacii tota destructione qua potuit, et ceperunt Veronenses hoc dicere *castrum Disfacii*[e]. Et fuit hoc mense Septembris predicti anni. Post paucos dies eciam redditum est Ecelino castrum de Cambellara[2]. Similiter et Ylasium[3] est ei redditum sequenti mense Octubris. Oct.

12. *[De capcione et destructione Hostilie, et de comite Wizardo facto potestate in Padua.]* Sequente anno Domini 1244. mense Ianuarii captum est castrum Hostilie[4], quod est supra 1244. Padum, erat autem castrum Veronensium. Et captum est a comite Rizardo de Sancto Boni- Ian. facio et Mantuanis, qui steterant illic in obsidione diucius. Quibus in obsidione manentibus, antequam captum foret, multum fatigatus est Ecelinus et fatigavit etiam milites de Padua de Vicencia et de Verona, ut scilicet obsessis posset succursum dare vel obsidentes a castro terrere. Set cum spes sepissime defraudetur nec sagitta semper feriat, ut[f] studiosius comminatur, occupatum est dictum castrum et dirruptum, adeo ut viderentur Mantuani cum ipso comite fecisse quodammodo sufficientem de castro Sancti Bonifacii ulcionem. Erat autem castrum Hostilie pulcris et magnis muris circumdatum, spaldis et magnis fossis et Padi profunditate defensum, turribus fortibus premunitum et viris prudentibus circa mille[g]; et dicebatur, quod illic aderant plus quam mille, qui omnes capti, ducti sunt Mantoam, et in carcere positi longo tempore permanserunt.

Post hec mense Februarii venit Ecelinus Paduam et dompnum Galvanum Lanzeam de Febr. Paduana potestaria extraxit. Cuius sororem non multo tempore antea in uxorem acceperat, datam sibi scilicet ab ipso imperatore[5]. Set astute Ecelinus ipse in hodium dompni Galvani procedens, primo divorcium fecit inter se et uxorem illam. Cuius divorcii iudex delegatus fuit et sentenciam dedit Phylippus, nepos olim dompni Iacobi episcopi Paduani, qui erat eciam archidiaconus in montanis de partibus Feltri, nacione verumtamen Paduanus. Ipsum autem iudicem suum postea Ecelinus truxit in carcerem; et miserabiliter mortuus est eius iussu, cui fuit obediens contra Deum. Dictum quoque dompnum Galvanum Lanzeam restituere compulit quandam magnam pecunie quantitatem, quam de communis Paduani canipa[6] malo modo abstulerat. Eius autem dompni Galvani iudices et milites, scilicet Rolandum de Lonbardia et Turchisium de Apulia, stare fecit in carcere, donec obierunt ibidem. Tunc dictum est proverbium quoddam per Paduam: *Impio domino qui servierit et iniquo, mercedem expectet impiam et premium capitale.* Tunc autem pro potestate in Padua posuit dompnus Ecelinus comitem Wizardum[h] de Realdesco[i] Brixiensis districtus. Quam potestariam iuravit in anno predicto Domini, die 4. intrante Marcio, et appellatus Mart. 4.

a) Vigoadese 2. 2a. b) Leoxius 2. 2a. c) amicis 4. d) plaustra 4; *ceteri codd.* plura. e) Diffacii 1. f) ubi 4. g) *deest* 4. h) Rizardum 2; Ricardum 2a. i) Waldesco 2; Redaldesco 4; Roaldesco 5.

1) an Vigasio? a Verona inter meridiem et occidentem. 2) Gambellara a S. Bonifacio inter septemtriones et orientem. 3) Illasi a Verona ad orientem. 4) Ostiglia in sinistra Padi ripa, a Mantua inter orientem et meridiem. 5) Agiturne hoc loco de Selvazza, spuria Friderici II filia, quam Veronae d. 23. m Maii a. 1238 Ezzelino in matrimonium ab imperatore datam esse, testatur Parisius de Cereta in Annal. Veron. supra p. 11? 6) aerario.

1244. est sacri imperii vicarius a flumine Ollii usque Tridentum et Paduanorum potestas. Huius
potestatis iudices fuerunt hoc tempore dompnus Monasterius, dompnus Ricius[a] et domp-
nus Bonaventura de Bergamo, cuius assessoria venit ad malum[b]. His ita dispositis, ivit
Ecelinus Veronam et illic mansit toto anno illo et ultra.

1245. 13. *[De congregacione quadam facta Verone per dompnum imperatorem.]* Anno quo-
que 1245. currente ordinavit dompnus imperator, magnum quoddam colloquium debere
Mai. fieri in Verona. Et venit ipse primus illic mense[c] Madii, et convenerunt ad ipsum isti prin-
cipes et barones: videlicet imperator Constantinopolitanus[7], dux qui dicitur Austrie Stirie-
que[8], dux Carinthie[9], dux Moravii[10]. Erat illic Ecelinus de Romano et alii multi nobiles
Mai.–Iul. et potentes, qui partem imperatoris fovebant. Duravit hoc colloquium pluribus septimanis,
nec videbatur hec tanta imperatoris curia[d] certum aliquid stabilire. Immo fuerunt qui dice-
rent, quod dompnus imperator incedebat cautissime, ut Veronam raperet de manibus Ece-
lini. Forte voluit esse Brenno, qui primus Veronam constituit, et de quo dictum est in
cronicis antiquorum:

Dux super alta tonat Brenno, creat ecce Veronam,
Qua contra Romam voluit gestare coronam.

Est igitur imperator ingeniose operatus cum duce sibi familiari et fideli pre ceteris, sci-
licet[e] duce Austrie Stirieque, quod rumor aliquis levaretur in civitate. Et taliter factum
est, quod rixa quedam excrevit inter gentem illius ducis et Veronenses propter annonam
unius equi, et ad tantum deventum est, quod Veronenses ipsi virum[f] quendam nobilem
et magnatem[g] ex illis ducis Austrie occiderunt, et offenderunt in personis et rebus quam
plures de illa gente. Nam secreto dompnus Ecelinus Veronensibus dixerat, quod nulla
racione blandirentur Theotonicis vel eis in aliquo subiacerent. Ex hac itaque offensione cum
nulla fieret[h] ulcio, ipse dux Austrie indignatus cum gente sua hospite insalutato re-
cessit[11]. Stabat autem dompnus imperator, secundum quod ordinaverat Ecelinus, et
hospitabatur cum gente sua ad Sanctum Zenonem et per contratam sive burgum illum.
Et Ecelinus ipse ad turres et loca et portas civitatis custodes illos posuerat, in quibus
maxime confidebat. Ut securior et forcior esse posset, die noctuque faciebat ad se venire
milites armatos, quam melius esse poterant, nunc de Padua nunc de Vicencia nunc de
suis de Pedemonte, aliquando 25 simul, aliquando tantum 10, ita quod pauci vel nulli
possent hoc percipere vel notare.

Iul. 8. 14. *[De deposicione imperatoris Frederici.]* Exivit igitur dompnus imperator de civi-
tate Verona die 8. intrante Iulio eodem anno. Et dicebat, se velle ad dompnum papam
accedere, qui nunc[i] erat et dudum iam steterat apud Lugdunum causa reconciliandi impe-
ratorem ecclesie, qui iam diu contumax et excommunicatus dampnabiliter permanebat.
Set cum ad presens multe littere multique ambaxatores ivissent hinc inde, et imperator
multas excusaciones et causas frivolas allegaret, idem sanctus apostolicus Innocencius
papa IV. post multos terminos peremptorie constitutos ad ultimum videns, imperatorem
Iul. 17. abesse, presente tamen Petro de Vinea iudice imperatoris ipsius, in presencia et de vo-
luntate cardinalium ipsum Fredericum olim imperatorem deponendum esse pronunciavit et
deposuit; et sentenciavit ob iustas causas eum amodo privatum ab imperio et corona. Et
hoc fuit 8. die, mense Iulio exeunte[12]. Post quam deposicionem forte per annum vel
circa referente fama audivimus, quod principes, quorum erat electio, imperatorem ele-
1246. gerant lantigravium de Thuringa, qui erat potencia magnus, sapiencia providus, diviciis
Mai. 22. affluens, nobilitate preclarus, et quod omnibus prevalet, ecclesie subditus et fidelis. Ea-
1245. dem vero die et hora, qua sentencia deposicionis lata est in Fredericum, secundum quod
Iul. 17. postea est repertum, stella quedam ardens et ignea in vesperis ante occasum solis visa
est ab oriente consurgere et velocissimo cursu, tamquam ardens facula aut sagitta volans,
quasi scindendo celum, ad partes occidentales concurrere. Quam ego vidi cum multis,
eam aspicientibus et mirantibus cum tremore.

a) Cicius 2. b) finem *add.* 4. c) in exitu 4. d) cura 4. e) scilicet *add. unus cod.* 4. f) per vim 2. 2a *pro* ipsi virum. g) potentem 2. 2a. h) foret facta 2. 2a. i) tunc 4.

7) Balduinus II. 8) Fridericus II dux Austriae et Stiriae. 9) Bernhardus. 10) non Moraviae, sed Meraniae ducem Ottonem II Veronae fuisse constat. 11) Cf. Continuat. Garstens. 1245. supra SS. IX, 597. 12) i. e. die 24. Iulii; sed illa ad diem 17. Iulii pertinere, cognitum est.

15. *[De Mestre et Anoale redditis Ecelino.]* Predicto anno Domini, die ultimo Augusti 1245. Aug. 31. erat Ecelinus in Padua et assumpsit miliciam Paduanam et 1000 pedites de civitate et 1000 de villis Paduani districtus, et ivit pro dampno dando Tarvisinis per Mistrinam et aliunde. Quo facto, misit iudicem potestatis[a] dompnum Ricium Paduam cum militibus de quarterio Pontis Altinati et cum dictis villarum peditibus. Ipse autem cum reliquo warnimento nocte hospitatus hostiliter circa Mestre, sequenti vero die venit cum gente sua ad Anoale[13], ubi erat dompnus Nicolaus, cuius erat dominium et potestas Mestri et Anoalis. Dum autem Ecelinus cum bledis[b] et aliis instrumentis impugnaret Anoale fortissime, et iam fregisset palacium castri, ipse Nicolaus, habito cum suis consilio saniori, reddidit dompno Ecelino Anoale et Mestre die una, scilicet die 10. exeunte Septembri. Sept. 21. Unde in presenti dompnus Ecelinus fecit fieri unum zironem[14] in Anoale et 3 zirones in Mestre; ubi suprastantibus[15] et custodibus constitutis et licenciato exercitu, reversus est ipse Paduam et omnes cum eo, ultima die Septenbris. Sept. 30.

16. *[De eo, quod dompnus Willielmus de Campo Sancti Petri venit ad mandata dompni Ecelini.]* Audiens Willielmus de Campo Sancti Petri, quod loca et castra Tarvisini districtus Dec. 28. reddebantur dompno Ecelino, indignatus eciam, quod sepe cum vellet accedere ad presenciam dompni Albrici, qui tunc dompnus erat Tarvisii, ipsi Willielmo aditus non patebat, ex proprio ingenio et astucia habuit et tenuit Castrum Francum. Quod castrum cum caperetur ab ipso et gente sua, vulneratus et captus fuit miles quidam, quem dompnus Albricus illic constituerat potestatem; et capcio ista fuit die 4. exeunte Decembri. Set tempore postea procedente in sequenti anno, scilicet 1246, die dominico in festo pentecostes quod fuit tunc 5. die exeunte Madio, 1246 Mai. 27. ipse Willielmus iam adolescens amicatus est cum dompno Ecelino, ita quod cuius nepos erat, esse voluit et amicus. Et gratis ei reddidit Castrum Francum et castrum suum proprium de Trivillis, immo personam suam propriam ei dedit et exposuit[c] serviciis et mandatis. Non enim dissuasit hoc facere olim bone memorie avus eius ex parte matris dompnus Gerardus de Gnanfo, iudex sapiens et astutus, qui ante hoc multo tempore in habitu religionis existens, de vita ista transitoria et caduca volaverat ad eternam. Eidem eciam Willielmo non obstitit quedam satis horrenda visio, quam preteritis annis quinque, postquam se reddidit[d] Ecelino, Paduano cuidam retulit stans in Angerano captivus: quod scilicet sompniavit diebus illis, quibus Ecelino se dedit, quod suos videbat patruos, viros nobiles et multa discrecione perspicuos, dompnos Ruzerium, Ugonem et Ubertinum a Vado, maceratos[e] et dolorosos, proferentes verba cum lacrimis et dolore, cum multis gemitibus et lamentis, cum ululatibus et suspiriis inauditis.

17. *[De Campreto reddito dompno Ecelino.]* Igitur cum[f] videret dompnus Ugozonus, Mai. 28 filius dompni Uberti de Traversino de Carturio, quod castra sibi confinia Ecelino iam data erant, et videret se solum cum gente sua remansisse in castro Campreti[16], satis esse potuit perterritus et turbatus. Iam eciam venerat Ecelinus cum exercitu Paduanorum et Vicentinorum ad Castrum Francum, datum sibi per dompnum Willielmum[g], et miserat quingentos pedites de civitate Padue cum hedificiis pro capiendo Campreto. Quibus visis, considerato eciam diligenter, quod Albricus de Romano qui eum illic posuerat non poterat ei dare succursum, castrum reddidit dompno Ecelino, dicens quod Campretum olim fuerat et nunc est et debet esse Paduanorum de iure. Sic ergo dompnus Ecelinus precepit eidem Ugucioni, quod ipse cum personis illis, que erant in castro, cum rebus suis omnibus, cum quibusdam captivis eciam, quos habebat, exeat Paduanum districtum. Fecit quoque fieri zirones in Castro Franco, ibique positis suprastantibus et custodibus et destructo penitus loco Campreti, accepit milites de tribus quarteriis Padue cum wastatoribus Paduanis, accepit eciam Vicentinos et ivit circa civitatem Tarvisii pro wasto faciendo ibidem. Et fuit hec reddicio de Campreto statim post illam de Castro Franco die Lune inmediate sequenti eiusdem anni.

18. *[De capcione castri de Muxolento.]* Cum vero recedere vellet Ecelinus a Castro

a) Paduae *add.* 5. b) blidis 5. c) se suis *add.* 2. 2a. d) reddit 1. 2a. e) carceratos 1. 2a. 5; caderatos 2; maceratos 4. f) videns 2. 2a *pro* cum videret. g) pt'rit 1; pt'uil' 2; ptrivitt 2a; per dominum Guilielmum 4; per Trivillem 5.

13) v. supra p. 58, n. 68. 14) munitionum genus. 15) praefectis. 16) v. supra p. 41, n. 62.

1246 Franco, cogitavit prius de Muxolento[17], castro scilicet non multum distante a Baxano; in
quo Muxolento Albricus eius frater, imperatori et Ecelino et sue parti contrarius, posuerat
capotaneum Iacobinum Stracetam, viris prudentibus sociatum. Ipse igitur Ecelinus vocavit
ad se Iacobinum de Boniudeo[a], iudicem Vicentinum set nunc in Padua Ecelini negocia fa-
cientem, et comisit ei populum Paduanum et milites de quarterio Domi de Padua et Baxa-
nenses omnes. Quod warnimentum totum cum hedificiis et trabuchis precepit ire ad Muxo-
lentum expugnandum et capiendum. Sic ergo iverunt omnes et in obsidione castri sunt
Iun. 6. positi die 6. intrante Iunio predicti anni, et cum tentoriis et fossis et spaldis taliter circum-
dederunt locum, quod nemo poterat ingredi vel exire. Erectis eciam trabuchis quam plu-
ribus, frangebant die noctuque castrum; et castri palacium quasi destruxerunt ex toto;
Iun. 16. villam eciam et cinctam castri die 15. exeunte Iunio combuxerunt. Quod videntes hii, qui
in castro erant, cogitantes sibi nichil aliud inminere quam mortem, eadem die combustio-
nis et castrum et se ipsos et omnia que habebant dederunt et reddiderunt dompno Ecelino
absenti. Unde dictus[b] dompnus Iacobinus recepit[c] ipsos ad voluntatem dompni Ecelini.
Ductus est tunc Iacobinus Strazeta predictus Paduam, detentus et vinculatus. Dompnus
vero Ecelinus, facto wasto circa Tarvisium, reversus est Paduam. Et stabat nunc tota
Paduana civitas secundum tempus satis placida[d] et tranquilla.

19. *[Factum de Bonicis et de conspiracione secunda.]* Anno predicto siquidem 1246.
dixerunt quidam, conspiracionem quandam factam esse in Ecelinum, quod scilicet debebat
invitari ad unum convivium et illic occidi. Itaque hac de causa capti sunt Zordanus de Bo-
nizis, Petrus eius frater, Patavinus Murarius[e], Patavinus qui dicebatur Bronceta, Wercius
Iohannis a Vacis[f] et omnes de ipsorum familiis, qui potuerunt haberi. Et tempore pro-
Nov. 10. cedente, post capcionem non multis diebus, dicti Zordanus, Patavinus Murarius, Brun-
zeta et Wercius iudicati ad mortem, decapitati sunt in platea, in vigiliis sancti Martini.
Petrus autem missus est et detentus in carcere in castro Angarani[18], matre eius dompna
Gisla intercedente pro ipso hoc modo. Accedens enim ad Ecelinum, reduxit ad eius memo-
riam, quia olim cum ipso Ecelino carnaliter iuncta fuit; et protestata est, quod tunc de
ipso conceperat, unde Petrus idem erat filius dompni Ecelini. Hic notandum, quod ante
predictorum capcionem et mortem et ante destructionem ipsorum turrium et domorum
multi de Padua mirati sunt expresse, videntes avem quandam, ciconiam nomine, que
nidum pro pullis suis construxerat in turri predictorum de Bonicis; que quasi future ruine
prescia, nidum ipsum paulatim destruens, stipitem post stipitem rostro ferens[g] nidifica-
vit eundem nidum super domum quandam aliam, que dicebatur de Cuticellis, qui dice-
bantur et credebantur tunc temporis esse fidelissimi Ecelino.

20. *[De morte Henrici de Igna Veronensium potestatis, et Wezili de Prata facto potestate*
1247. *in Padua.]* Sequente anno Domini 1247. erat Henricus de Igna, nepos Ecelini de Romano,
Febr. potestas in Verona. Qui sedens in sala palacii, iussit ad se venire quendam, quem habe-
bat in carcere, qui vocabatur Iohannes de Scanarola, de populo Veronensi; ad quem ipse
potestas vultu irato dixit, quod ipse Iohannes in continenti panderet coniuracionem quan-
dam, quam ipse potestas contra se factam esse dicebat. Cui cum ipse Iohannes responsum
daret, primo volebat et petebat instanter, quod ipse potestas parceret ei vitam et post-
modum panderet quidquid sciret. Hoc autem cum potestas facere recusaret, videns ipse
Iohannes nichil proficere, quamvis super sua foret peticione diucius inmoratus, tamen,
vinculis ferreis compeditus, paulatim cultellum arripuit, quem portaverat in sarcoto sive
warnacia[19] inter pannum et pellicium suum, et repente quasi more fulmineo in tyrannum
exultans, fixit capud eius in tribus locis, ictibus animosis. Mortuus et truncatus est pro-
tinus vir prudens et animosus Iohannes a satellitibus potestatis. Tyrannus autem vixit in
penis suis circa dies 14 et non ultra. Et fuit hoc mense Februarii predicti anni.

Mai. 28. In hoc eodem anno, die 4. exeunte Madio dompnus Wizardus comes de Realdesco
potestas Padue, ut supra dictum est, de potestaria exivit, et dompnus Wecili de Prata,
consanguineus Ecelini, intravit in regimen civitatis, et appellatus est imperii vicarius a
Mai. 31. flumine Ollii usque Tridentum et Padue potestas; et iuravit regimen predicto mense Madii
die ultimo, Ecelino presente.

a) Bonvido 4. b) ipse 4. c) recepit — tunc Iacobinus *leguntur in uno cod.* 4. d) pacifica 4. e) Mirarius 4.
f) Vadis 4. g) frangens 2.

17) v. supra p. 59, n. 71. 18) Angarano prope Bassanum, ad occidentem. 19) amiculo.

21. *[De obsessione Parme et de constructione civitatis Victorie.]* Adhuc in eodem anno, 1247 Iun. 16 die 15. exeunte Iunio civitas Parme per exercitum dompni Bernardi Rubei, expulsi propter partem ecclesie quam fovebat, spreta parte imperatoris, ad partem ecclesie est conversa. Quod cum imperator existens Cremone[20] audisset, indignatus et furore commotus movit quantamcunque gentem movere potuit de Lonbardia de Alemania de Apulia de marchia Tarvisina, et hostiliter ivit ad civitatem ipsam obsidendam et destruendam pro posse. Ad quem exercitum dum Ecelinus de Romano iret, ducens secum de militibus Paduanis Vicen- Iun. 25. tinis et Veronensibus magnam partem, marchio Estensis et Mantuani fecerunt insultum in Ecelinum et eius miliciam in villa Gazalti[a, 21], et dederunt dampnum quibusdam militibus, et maxime Veronensibus, qui ultimo equitabant; et fuit die 6.[b] exeunte eodem mense Iunii Non propterea tamen stetit Ecelinus, set ivit ad imperatorem cum milicia sua. Imperatore igitur obsidente Parmam, cum Ecelinus haberet predictos milites secum, habito consilio cum imperatore, cepit Bersellum[22] et Wastallam et ibi stetit, ut scilicet impediret, ne Lonbardi milites possent Parmensibus ulla dare victualia vel succursum. Erant enim illic prope in favorem Parmensium dompnus Gregorius apostolice sedis legatus, marchio Estensis, dompnus Ricardus comes Sancti Bonifacii cum Mantuanis, Biaquinus de Camino, Albricus de Romano frater Ecelini, de quo credebatur a multis, quod in hiis et aliis factis ecclesie fraudulenter et dolose incederet. Erant illic eciam alii potentes et magnates partim in civitate Parmensi, partim ex opposita parte Padi, qui contra imperatorem partem ecclesie confovebant. Dum itaque imperator in obsidione moraretur diucius, tractatum habuit cum Ecelino aliisque sapientibus et baronibus suis. Et in contrarium civitatis quodammodo Oct. 1. ante portas aliam civitatem construxit, quam nomine Victoriam appellavit. Et quia scivit, quod antiqui magnates respiciebant ascendens, cum volebant condere civitates, et faciebant ipsimet urvum cum aratro, quo circumdabant civitates[23], unde dicte sunt urbes, incepit et ipse designare hanc suam novam civitatem signo Arietis ascendente; tum quia signum est Martis qui dicitur deus belli, tum quia erat Libre[c] ascendenti contrarium in occasum, quod est signum Veneris, qui planeta Parme dicitur et esse fortuna eius. Quasi per hoc forsitan cogitaret, quod Parmensium fortuna, qui oppositi ei erant, tenderet in occasum. In astrologocis namque et in hiis, que subtilitatem astrologicam imitantur, primum operanti et septimum adversario datur. Set puto, quod non notavit quartum ab ascendente fuisse Cancrum. Quartum enim hedificia domos et civitates designat; et sic civitas, sub tali ascendente incepta, cancrizare debebat.

22. *[De obitu imperatoris electi et de destructione Victorie.]* In anno iam antedicto, tem- Febr. 17 pore autumpnali[24], lantigravius de Thuringia obiit, quem barones imperatorem elegerant post depositum Fredericum, ut supra legitur in hoc eodem libro, capitulo 14. scilicet *Exivit.* Tunc eciam signum in celo apparuit. Nam mense Augusti visa est a pluribus cadere maxima quedam stella de celo in parte septentrionali. De lantigravii huius obitu multum letatus et exaltatus est Fredericus, tanquam pro ipso facta pronosticarentur ad bonum. Set cautum est in proverbiis sapientum: *Ne quis de inimici sui adversitate congaudeat, ne forte divina bonitas irascatur.* Quod visum est habere locum diebus illis in tam excellenti persona, nutu cuius concludebatur aliquando totum Romanum imperium in pugillo. Nam statim mense 1248. Ian. Ianuarii subsequente, etiam anno currente Domini 1248. Ecelinus cum predictis, quos secum habebat, militibus de Bersello et Wastalla recessit; et redierunt isti omnes ad terras suas. Lonbardorum namque exercitus, qui erat ex altera parte Padi, similiter de loco illo recesserat. Parmenses autem indignati se obsessos taliter et tam diu, die 12. in exitu Febr. 18 mensis Februarii sequentis, armati civitatem propriam viriliter exiverunt. Fuit autem vir quidam stipendiarius, nomine Basalupus, natione Mediolanensis, qui movit et induxit dompnum Gregorium de Montelongo apostolice sedis legatum, dompnum episcopum Tripolitanum[25], dompnum Phylipum de Placencia potestatem Parme et barones illic morantes ad faciendum insultum in inimicos. Igitur invadentes civitatem adulterinam, non sine multa

a) Gazoli 2. 2a. b) 16. 5. c) Libra 1; libera 2a.

20) immo Taurini. 21) Gazzoldo a Mantua ad occidentem 22) Brescello in dextera Padi fl. ripa, a Guastalla ad occidentem. 23) Cf. Pomponium in Digest. 50. 16. 239. § 6. 24) 1247. 25) Gregorius de Montelungo, electus Tripolitanus, post patriarcha Aquileiensis 1251—1269.

1248. Febr. 18. cede inimicorum et sanguine Victoriam ipsam cum summa victoria transcurrerunt[a], Theotonicos transforantes, Apulos demembrantes, indulgentes Lonbardis aliquibus, truncantes Sarracenos in frusta[b], eosdemque mactantes avide quasi canes. Imperatori verumtamen bene cessit in die illa, quoniam vere non erat in Victoria, quam construxerat studiose, set distans per miliaria tria vel quasi, in solito suo venacionis solacio suam vidit ardere Victoriam. Fugit ergo Cremonam. Et ab hac die in antea retrocessit eius victoria more cancri.

23. *[De Feltro et Belluno datis Ecelino, dimissa parte ecclesie.]* Set quoniam Fortuna describitur esse bifrons, forte tunc ipsa fortuna voluit imperatoris parti recompensacionem facere qualemqualem. Pars namque imperatori contraria nunc Feltrum et Bellunum tenebat in marchia Tarvisina, in quibus duobus locis dominabatur dompnus Biaquinus de Camino Ecelinus igitur stans Padue, sumpta secum quadam quantitate militum et peditum Mai. Paduanorum et Vicentinorum, in mense Madii eiusdem anni equitavit ad Feltrum hostiliter. Cui iam per stadium propinquanti ad civitatem pica quedam occurrens, quasi fataliter se super illam apposuit hastam, qua Ecelini ferebatur insignum[c]. Et sic fuit avis illa humana, quod se capi sustinens, portata est Ecelino; quam fecit ex tunc velut optimum augurium in Padua delicate nutriri et secum deferri quo ibat. Demum circa Feltrum non mora per eum facta, Feltrenses ipsi preter conscienciam dompni Biaquini Ecelino dare proposuerunt propriam civitatem. Hoc vidit[d] idem dompnus Biaquinus et nocte quadam exiens civitatem cum familia sua tota et rebus suis, et equitavit ad civitatem Bellunensem. Et sic cum Feltrini Ecelino dedissent Feltrum et ipse Feltrum pro sua voluntate disposuisset, properavit Bellunum cum exercitu festinanter; set nichil illic profecit in isto anno.

1249. Anno vero sequente 1249. cum Bellunenses iterum obsiderentur ab Ecelino, licenciato dompno Biaquino, se reddiderunt Ecelino eidem. Unde reversus est Ecelinus Paduam. Et videns se pluribus occasionibus triunphare, tum quoniam imperator in Apuliam iverat, tum quia dominabatur solus in Padua in Vicencia in Verona in Feltro in Belluno, gaudens eciam, quod Albricus frater eius Tarvisium tenet solus, reputat amodo se securum, ut scilicet valeat manus suas ad alciora extendere. Et habito consilio quodammodo per se solum, factus est versipellis[26] amicus in tota marchia, et precipue in Padua, omnium militum generaliter et burgensium, tam de sua parte quam altera, turrium et domorum, castrorum quoque similiter et villarum.

EXPLICIT LIBER QUINTUS

INCIPIT SEXTUS.

1. *[De quadam responsione, quam fecerat Ecelinus imperatori, et de prodicione Montis* 1249. *Silicis.]* Divulgatum est tunc primo per populum Paduanum in eodem anno Domini 1249, adhuc potestante dompno Wecili de Prata, responsum quoddam, quod olim dicitur Ecelinum 1237. fecisse imperatori existenti in Alemania in civitate Augusta. Illo namque tempore[27], quo comes Geboardus pro imperatore cum Ecelino de Romano civitatem Padue primo habuerat, misit idem imperator Ecelino litteras quasdam, quatinus ad eum accederet, ut scire per eum posset, qualiter processisset in facto. Qui Ecelinus salutacione premissa, secundum quod decet salutare imperatorem, sic brevi responso[e] dompno suo dedit[f]: *Quia optatum michi occurrit impeditum[g] quasi ex insperato, indulgenciam peto ab imperatoria maiestate. Est[h] namque noverca mea mortua his diebus. Parcite ergo michi, quoniam ad dompnationem vestram comode venire non possem, nisi cum honore meo primitus solempni eam dedero sepulture.* Utrum autem methaforice loqueretur ponendo, Paduam esse novercam suam, 1249. longo tempore nemo scivit per verba notare. Set ab anno predicto Domini 1249. in antea sunt talia in tota marchia, et maxime in[i] Padua, perpetrata, quod Ecelini visa est ita mirabiliter exardere malicia[k]. Nequivit enim ulterius suum occultare furorem; nec aliquem habere amicum, per opera demonstravit. Immo cordis sui maliciam venenumque palam

a) transiverunt 2. 2a. 4. b) frustra 1. 2. 2a. 5. c) insignium 4. d) videns 5. e) breve responsum 4. f) scripsit 5. g) impedimentum 4. h) Ecce 2. 2a. i) tota *add.* 2. 2a. k) *deest* 1. 2a.

26) i. e. in lupum transfiguratus. 27) anno 1237; v. supra L. III. c. 16, p. 64.

evomuit, quod sub labiis portitabat. Nec est amplius verbum illud sub umbra, quod de 1249 noverca dixerat, set quasi lippis et tonsoribus[28] manifestum.

Hoc enim eodem anno die 10. exeunte Iunio incipiens a camera sive terra imperii, Iun. 21. Ecelinus in primis castrum Montis Silicis et burgum et terram totam rapuit fraudulenter hoc modo. Erat ibi capitaneus quidam Apulus et castrum pro imperatore tenebat, et terra tota regebatur per ipsum. Set machinata est Ecelini subtilitas cum probissimo quodam viro de terra illa, dompno Pisce videlicet — quem non solum in hoc facto set in multo maiori iam antea, scilicet in usurpanda tota marchia Tarvisina, suis deceperat blandimentis — et concordavit etiam cum capotaneo dicti castri, et in ipso predicto die missi sunt homines de Monte Silice cum suis omnibus paramentis et armis ad Solexinum[29], ficta occasione, quod magnum dampnum daret inimicis imperatoris. Qui cum ivissent media nocte quasi, reversi sunt hora vespertina eadem die. Set invenerunt in cubili[a] rapacem lupum, terram scilicet captam per Ecelinum, ipsumque habere et pro sua iam voluntate disposuisse castrum et terram totam. Irati igitur, immo mirati pocius et dolentes, coacti sunt primitus quid faciant dubitare; set ira conversa est in timorem et docti sunt perpeti pacienter, que ante hoc tempus impossibilia reputabant. Sic equus in primis annis, qui freni duriciam quodammodo iratus momordit, tempore procedente perdomitus, frenum letanter accipit, iacet ociosus[b] in chamo et equitem dorso substinet non[c] invitus.

2. *[De capcione Dalesmaninorum.]* Capto sic Monte Silice, reversus est Ecelinus Paduam, et cepit Gunbertum de dompno Dalesmanino et Artisinum minorem et Ubertellum fratres, filios olim dompni Iacobi, circa mensem Iulii predicti anni. Creditum autem est, c. Iul. quod eorum capcionis causa hec una fuit, quoniam cum essent valde potentes in Padua in diviciis et vasallis et in amicis, suspicatus est Ecelinus, ne possent ipsius tyrannidem impedire, quam ulterius exercere publice intendebat. Aliam etiam causam apposuit ad capcionem ipsorum. Fuerat enim verum, quod quedam ipsorum soror dompna Palmeria, operante ipso Ecelino, nupta quondam fuerat marchioni Cavalcabo de Cremona. Quo defuncto, cum ipsa dompna vidua remansisset, dompnus Rizardus comes de Sancto Bonifacio contraxit matrimonium inter dompnam ipsam et virum nobilem quendam ipsius comitis amicum karissimum et dilectum. Matrimonii cuius seriem et processum ut dicti fratres Gunbertus et Artuxinus cognoscerent, miserunt in Lonbardiam secretarium suum quendam, Matheum scilicet iudicem de Padua, filium Ugucionis de Almeruda[d]. Qui Matheus de Lonbardia reversus, dictis fratribus negocio reserato sororis, ivit ad villam suam, Strata[e.30] nomine, ubi eciam mansionem habebat. Scivit Ecelinus ipsum Matheum venisse; set nescitum est, unde sciret. Igitur indignatus, quod hoc nesciverat, neque per Matheum neque per ipsos fratres, Artusinum compulit, ut Matheum ad se duceret omni occasione remota. Et sic denique cum Ecelinus habuit Matheum, detenti sunt predicti Gunbertus et Artuxinus, ut superius dictum est, et in carcerem missi ad castra dompni Ecelini. Ipse vero Matheus in tormento martirizatus et mortuus, post mortem decapitatus est in plathea.

3. *[Hic incipit potestaria Ansedisii de Widotis.]* Anno predicto dompnus Wezili de Prata exivit potestariam Padue, et Ansedixius de Widotis, filius olim sororis dompni Ecelini, eandem potestariam iuravit mense Augusti et appellatus est dompni imperatoris vicarius Aug. generalis in marchia Tarvisina et a flumine Ollii usque Tridentum. Ecce summa sceleris, ecce malorum radix, ecce venenum mortiferum, quod est caude scorpionis annexum et latitat in extremis. Cum enim condam fuerat civitas Padue moribus et exemplis egregia, utpote quia fons catholice fidei, cunctis bonis affluens et repleta, habens in se iusticiam potenciam et omne gubernaculum equitatis, predicta fuisset Ansedisii electio irreparabile dampnum in posterum, destructio inaudita non solum in Padua set in tota marchia et forte in Lonbardia, nisi Dominus in huius Herodis tempore civitati iuste misericorditer providisset. Bene enim Dominus dispensavit, quod in hiis concessit temporibus, virum talem in Padua potestari. Ne autem miretur aliquis, si dixero virum talem, quis et qualis fuerit, describatur. Fuit homo in apparencia satis affabilis primo, in promittendo largus, in attendendo tardus et eximius excusator; et tempore procedente dum regeret civitatem, subtilis

a) cuuli 1; cubili 2. 2a; ovili 5. b) occisus 1. 2a. c) non *addit unus cod.* 4. d) Almerinda 4. e) Sermacie 2; Sermacia 5.

28) Cf. Horatii Satir. I, 7, 3. 29) Solesino a Monte Silice inter meridiem et orientem. 30) Stra a Patavio ad orientem.

1249. calumpniator, pecuniarum exactor mirabilis, tyrannus ingeniosus, ad penas iniustas velox, ad veniam vero tardus. Demum cum habuisset dominium in Padua fere per 7 annos, 1256. benedictum nomen Omnipotentis, quod circa finem sue[a] tyrannidis, factus est adeo immutatus, adeo mente captus et inscius, quod desicari fecit flumina, que defendere poterant adventum inimicorum ipsius. Et ad ultimum, insultu facto ad civitatem divino iudicio contra eum, factus est timorosus in tantum, prout dicetur inferius, dante Deo, quod civitatem muris vallatam fortissimis, munitam viris et armis et aliis apparatibus ad defensam, defendere non presumpsit, habens ultra duo milia virorum intrinsecus; quam siquidem civitatem mulieres sole, si rector fuisset probus, defendere debuissent. Set patuit in hoc facto, quod dictum est: *Sumit Deus de malis ulcionem pro tempore, set baculo non castigat.*

1249. Aug.-Sept. 4. *[De quibusdam captis occasione[b] versuum.]* Contingit autem Padue diebus illis, quibus idem Ansedisius nuper electus erat et in suo dominio subtiliter procedebat, quoddam aliud factum tale. Stabant[c] enim cotidie multi milites et burgenses in aula illa domus potestatis more solito colloquentes. Et fuit illic sparaverius[31] quidam in pertica in sala, quem videns aliquis litteratus, memor fuit quorundam versuum, iacentium in libro, qui appellatur Ysopus, et dixit eos. Aliquis vero alter, cui versus complacuerunt, eos voluit in scriptis habere. Quos quidem versus cum ostenderet alicui sine fraude, iudex potestatis nomine Bonaventura de Carranzonibus[d] Pergamensis civis, versus familiariter audivit et legit, et nullam suspicionem in eis habens, eos satis delectabiliter audiebat. Aliquis tamen potestati sine fraude fecit de hiis versibus mencionem; et sic[e] tandem sentencia horum versuum est reflexa in malam partem. Unde cum Ansedisius die noctuque studiosissime cogitaret causas habere aliquas, per quas posset gentem Paduanam disperdere, sicut ei commissum erat ut per eius opera videbatur, occasione versuum predictorum capi fecit et detineri dictum suum iudicem Bonaventuram et cum ipso quam plures de Padua notarios et populares, qui ad audiendos versus steterant, et iudices quosdam etiam. Et fuerunt circa 12 qui facti sunt in hoc tali scelere principales, preter eorum filios et uxores et fratres, qui omnes capti sunt et detenti, nisi forte fugam arripuerunt. Hoc autem factum est Padue, Ecelino existente Verone. Predictorum autem versuum tenor talis est:

Versus de Ysopo.

Accipitrem, milvi pulsurum bella, collunbe
Accipiunt regem; rex magis hoste nocet.
Incipiunt de rege queri, quia sanius esset,
Milvi bella pati, quam sine marte mori[32].

Itaque tempore procedente, set non post multos dies venerat Ecelinus Paduam. Et convenerunt amici quidam et consanguinei eorum, qui propter versus detenti in carcere tenebantur, et accedentes ad domum illam de Ponte Altinato, ubi erat dompnus Ecelinus, petebant cum instancia ei loqui, sperantes quod, facta securitate pro carceratis, eximerentur. Tunc Ecelinus iratus, armatis cunctis de domo sua, cum tanto furore descendit, quod hii, qui eum inferius expectabant, fugierunt omnes, preter Aicardinum de Mundo et Iacobum Ostexani, qui fugere noluerunt, sperantes in hoc recte, quod nullam habebant culpam. Hos verumtamen fecit capi et in carceribus poni et detineri; et properans ad palatium, subito milites et pedites fecit armari omnes. Quibus omnibus in palatium convocatis, locutus est iratus et animosus, infamando primo Dalesmaninos, inculpando illos de versibus graviter, dicendo se bene noscere proditores, asserendo se non esse accipitrem, qui velit devorare columbas, set esse illum patrem familias, qui suam intendit purgare domum, de qua novit scorpiones eicere, verrere foras ranunculos, serpentum capita conterere et mactare. Et quamvis blandiendo quandoque captare benivolenciam moliretur et populum demulcere, diviso tamen illo colloquio, fuerunt multi per civitatem, qui recogitantes verba dicta per Ecelinum, sciverunt et cognoverunt amodo manifeste malignitatis propositum, voluntatem iniquam et intencionem nephariam Ecelini. Didicerunt verumtamen paulatim tollerare durissima; quemadmodum quis aliquando apostemate periculoso perterritus, acutum ferrum substinet usque fere ad viscera subintrare.

a) vitae *add.* 5. b) quorumdam *add.* 5. c) stabant 4; *celeri codd.:* Statim. d) Carnazonibus 4. e) et sic — partem *praebet unus cod.* 4.

31) accipiter. 32) Est fabula 22. Aesopi moralisati, sive Anonymi Neveleti, de quo cf. Du Méril, Poésies inédites du moyen âge p. 161, n. 6, 162 n. 1 sq.

5. *[Hic accepit Ecelinus uxorem.]* Post hec vero mense Septembris die Iovis 15. ex- 1249. Sept. 16. eunte Padue in palatio patriarcatus de quarterio Pontis Altinati, presentibus multis militibus et burgensibus Paduanis et Vicentinis, volens Ecelinus manifeste monstrare Bontraverso de Castronovo amorem et amiciciam specialem, wadiavit[33] dompnam Beatricem, ipsius 33 dompni Bontraversi filiam, multa pulcritudine decoratam, sanguinis nobilitate egregiam, moribus et sapiencia insignitam. Et intrans cum ipsa eadem hora in camera solus, secretum habens cum ipsa consilium[a], credo, quod ipsi dompne soli servicium et honorem promisit, similiter et patri et matri eius cunctisque suis parentibus et amicis. Set, quod est consuetudo nupciarum, non ivit tunc ad domum dilecti mariti sui. Mense tamen Decembris Dec. proximo veniente, honorifice et quanto decuit comeatu conducta, de Padua equitavit Veronam et habitavit in eodem palatio cum venerando marito suo, qui prius, quam eam wadiasset, ut dicebatur, cor suum in eam posuerat et amorem, si fas est credere, quod stare possint amor et summa crudelitas in eodem. Qualitercunque tamen fuerit, data est domicella iuvenis[b] nobilis et decora viro potenti et nobili, alto et magnifico set annoso. Ex hoc ergo disparium personarum coniugio diversi diversa senserunt, varii varie sunt locuti. Quidam namque latenti quasi murmure asserebant, quod Ecelinus quiescere proponebat ulterius, et sive in castro quod Padue fieri fecerat, sive in palatio quod in capite pontis Molendinorum in Padua pro se ipso similiter facere intendebat de sassis mirabilibus et de effossis fundamentis aliarum domorum et turrium de Padua dirrutarum — set nondum inceptum erat — vitam suam in deliciis et solaciis[c] consumare; cum amodo se quasi solum et unicum videret in marchia dominantem. Alii vero moti sunt longe aliter, quiddam fictum et impossibile suspicantes, quod scilicet per ostensam tantam amiciciam dompno Bontraverso, cuius se generum appellabat, venire intendebat ad pacem et concordiam cum dompno marchione et cum aliis adverse partis magnatibus, mediante suo socero et aliis parentele illius, quia magni sunt et potentes per marchiam et per partes plurimas Lonbardie; demum quoque devenire posset in graciam apostolice sanctitatis. Sciebat enim, se omni anno in die de cena Domini anathematizatum Rome denunciari coram multitudine numerosa[d], que illic die tali colligitur de diversis regionibus mundi. Set asserenti cuidam militi hoc Ecelini propositum in loco fratrum Predicatorum de Padua vir quidam sapiens notabiliter et festive respondit, dicens:

Hec est cura minor in pectore quippe scelesti.

6. *[De capcione Estensis ville, et roche et quorundam aliorum locorum.]* Consuevit esse ut audio, quod qui stimulis amoris compungitur, non castrorum desolacionem desiderat vel villarum, non urbium excidium vel ruinam, non cedem hominum machinatur. Qua causa non sine ratione admirer, si dompnus Ecelinus amorosis cogitacionibus angebatur in dompnam Beatricem ut superius dictum est, quomodo illis eisdem diebus, quibus in amoris curia militabat, Estensis castri et omnium illic habitantium, potuit desolacionem optare. In eodem namque die Iovis predicto 15. exeunte Septembri et anno eodem Domini 1249, Sept. 16. quo die scilicet wadiavit dilectam sponsam suam dompnam Beatricem, parari fecit in Padua stipendia et expensas pro 20 diebus et finxit, se velle equitare in Lonbardiam cum milicia Padue, et ivit Veronam. Exinde cum Paduanis et Vicentinis militibus, cum milicia et peditibus de Verona, ad Portum[34] et Leniacum[35] 11. die exeunte eodem mense accessit. Ubi Sept. 20. stando fecit eligi 400 pedites Verone, quibus ad equum positis et munitis militaribus armis, cum tota predicta milicia et cum ipsis et cum Theotonicis, quos secum conducebat quocunque, eadem die post meridiem equitavit ad Este; et illic fuit circa noctis medietatem, scilicet in vigilia sancti Mathei. Et in villam ipsam eadem hora, prodicione facta per quendam[36], qui multa receperat a marchione beneficia et honores, intravit per portam 36 illam, per quam itur ad Montagnanam, que scilicet ab hora illa in antea usque in hodiernum diem porta Vitaliana vocatur. Perterriti sunt, nec mirum, omnes habitatores in Este et fugierunt, ut impetus eis dedit, alii versus Montagnanam et Scodesiam, alii versus Rudigium, alii Ferrariam, ubi tunc erat potestas marchio. Vulneratus est ibi graviter iudex[e] quidam de Padua dompnus Bertramus, sapiens et discretus, et plures alii se viriliter defendentes. Multi tamen Estenses et Paduani intraverunt Estensem rocham, quidam in Baonem, quidam

a) colloquium 5. b) deest 3. c) volebat add. 4. d) ruinosa 5. e) miles 4.

33) uxorem duxit. 34) v. supra p. 57, n. 58. 35) v. supra p. 57, n. 59. 36) Vitalianum de Arelda, secundum Annal. Patav. ad 1249.

1249. Sept. 20. in Cerrum, quidam in Calaonem. Cum ergo villa Estensis spoliata foret in illa nocte personis et omnibus bonis suis, voluit Ecelinus arcem sive rocam Estensem et alia collateralia castra suo dominio subiugare. Se namque in illis castris non solum Estenses posuerant, set multi viri nobiles et prudentes, qui de patria propria, scilicet de Padua et aliunde, magis tamen de Padua, paciebantur indignum exilium propter werram. Iussit Sept. Oct. itaque Ecelinus et fecit ad se venire 1000 pedites de civitate et 1000 de villis Paduani districtus et omnes pedites Vicentinos, et rocam ex omni parte hostiliter circuivit. Impugnavit intrinsecos hedificiis multis, scilicet bilfredis prederiis et trabuchis; muros turres et palatium marchionis abrupit. Nec mirum, erant enim 14 hedificia trabucantia undique ipsam rocam, et rotabant hedificia quedam lapides ad ipsum castrum ponderis librarum 1200 et ultra. Conduxit illic Ecelinus fossores illos[a] cum suis instrumentis et rastris, quibus in partibus Carinthie argentum effoditur[b] de profundis montium latibulis et cavernis. Qui fodientes subterraneas fossas, promittebant facere sic, quod quingenti pedites nocte una miraculose in castro de terra emergere viderentur et nasci, sicut gens Cadmi[c] de terra prodiit et secundum fabulam de seminatis dentibus germinavit. Quid plus? Gens illa intrinseca racionabiliter se defendens et insons impugnatur; et tanta est obsidencium multitudo, quod examinato diligenter negocio et habito consilio saniori, visa est reddicio castri salubrior, quam sevi persecutoris causa in manus incidere quodammodo barbarorum. Est ergo castrum redditum condicionaliter Ecelino. Et licet dampnum sit intrinsecus habitum in aliquot personis vulneratis et mortuis a lapidibus et balistis et extrinsecus eciam in quibusdam, Oct. 18. castrenses ipsi concorditer recesserunt die 14. exeunte Octubri predicti anni cum personis et rebus suis, dimissis tamen balistis et armis et victualibus, que reperta sunt esse marchionis, in castro. Eadem condicione et pacto reddita sunt hec alia loca Ecelino, Oct. 21. scilicet Baone die 11. exeunte Octubri; Vigizolum[37] die 9. exeunte eodem mense, quod de Oct. 23. Oct. 24. ipsius Ecelini precepto destructum est his diebus; Veschevana[38] reddita 8. die exeunte eodem mense, quam Ecelinus diebus illis fecit destrui et comburi; Estensis roca seu castrum retenta est per Ecelini pedites de ipsius mandato talis[d] ut data fuit, immo in reverenciam loci fecit Ecelinus fieri aliquid reparacionis in loco ipso. Cerrum autem et Calaone nec expugnata nec habita sunt ad presens, set facto bilfredo quodam in colle montis unde itur ad Calaonem, et factis quibusdam speculis sive miris in riveria unde itur de Padua ad Montem Silicem, positi sunt in hiis locis custodes, ne possint ad illa castra ulla victualia deportari. Hec verumtamen duo castra partem marchionis adhuc tenuerunt per annum et ultra. Post Estensem rocam sive castrum redditam Ecelino divisum est warnimentum et reversi sunt Paduani Paduam. Ezelinus autem cum Veronensibus ivit Veronam, iusta nunc occasione congaudens. Iam enim in mente sua recogitat, quod dominetur solus in tota marchia Tarvisina.

7. *[De morte iudicis potestatis.]* Amodo sollicitus Ecelinus, licet continue moretur[e] Verone nec sit unquam Paduam Domino disponente visurus[f], litteras tamen mortiferas mittit sepissime Paduam ad Ansedisium de Widotis nepotem suum Padue potestatem Sept. Oct. Quemadmodum existens eciam in predicta obsidione de Este iam miserat, quod idem Ansedisius decapitari faceret et decapitari fecit, eadem[g] obsidione manente, Bonaventuram iudicem et assessorem potestatis ipsius; quem carceratum tenebat occasione versuum predictorum. Venerant enim ambaxatores de civitate Pergamensi in predictam obsidionem ad Ecelinum, petentes ipsum Bonaventuram dimitti. Qui datis verbis responsionis adulatorie ambaxatoribus ipsis, fecit eos stare secum in Este, donec litteras misit Paduam caute ad potestatem et fecit ipsum decapitari. Et sic ipsi ambaxatores postmodum Paduam venientes, iudicem suum mortuum invenerunt.

8. *[De morte illorum de versibus.]* Et cum occasione versuum predictorum Paduani quidam cives, ut supra dictum est, adhuc post factum de Este in carcere tenerentur, misit Ecelinus litteras de Verona et fecit ipsos decapitari in platea communis, alio tamen tem- c. Nov. 11. pore, post predictum Bonaventuram, set in eodem anno 1249. circa festum sancti Martini. Fuerunt autem de Padua cives potentes[h] et nobiles, sapientes et probi viri quatuor

a) suos 4. b) effodunt 2. 2a. c) Cadini 1. 2a; Cadmi 2. 4; Cadam 3. d) tali *codd.* e) moraretur 2. 2a. 4. f) Paduam Domino disponente visurus 4; *celeri codd.:* Padue Domino disponente intrinsecus. g) Ezelino eadem 2; Eccelini 5. h) potentes 4; *celeri codd.:* parentes.

37) Vighizzolo ab Este inter meridiem et occidentem. 38) Vescovana inter Este et Rovigo.

de progenie illorum, qui dicebantur de Bellegrassis[a], dompnus Albertus iudex de Acedello, 1249. Petrus de Zambonino notarius, dompni Alexius et Aicardinus de Mundo, iudices discreti et Nov. sapientes, et Iacobus olim filius dompni Ostexani. Idem autem Iacobus cum in plena concione iudicabatur[b] per potestatem ad mortem, cum[b] potestas verbum sepius iterando eum proditorem diceret, audebat idem Iacobus clara et alta voce dicere, quod menciebatur aperte. Forsitan erat memor, quod illud idem responderat olim in eodem articulo positus, dompnus Rainerius iudex de Bonello[39], qui fuerat frater matris. Tunc eciam et in hac 39 eadem die quidam, qui occasione dictorum versuum in carcere tenebantur, mutati sunt in peiores carceres, durioribus compedibus alligati, scilicet viri legales et discreti in arte sua, Ricius notarius et Daniel notarius, qui dicebatur Pinza, aliique quam plures magni et parvi, mares et mulieres.

9. *[De capcione illorum de Capite-Nigro, et de morte Dalesmaninorum et ipsorum de Capite-Nigro.]* Anno Domini revoluto, scilicet in 1250. circa tempus pasce, cum dompnus 1250. Thomasius Capud-Nigrum et filii per proximam lineam parentele forent Dalesmaninis con- c.Mart.27 iuncti — uxor enim ipsius dompni Thomasii, scilicet dompna Speronella, filia fuerat dompni Dalesmanini maioris — ipsi quoque qui dicebantur Dalesmanini minores, scilicet supradicti Gunbertus et fratres, adhuc in carcere tenerentur, Ansedisius ipse Paduanus potestas — non obstante quod frater eius Iacobus de Widotis in uxorem habebat dompnam Altrudam ipsius dompni Thomasii filiam, dompnam scilicet discretam et sapientem — capi fecit dompnum Thomasium ipsum. Capti sunt[c] eciam eius filii Zambonetus et Canzelerius[d]. Aycardinus autem eius filius minor sapienter aufugit. Tunc eciam captus est Albertus Papadolla cum suis, miles discretus et curialis, et solummodo hac de causa, quia multum fuerit familiaris Dalesmaninis. Captos quoque Ansedisius misit Veronam ad Ecelinum. Demum sequente mense Septenbris, cum Ansedisius carceratos haberet dompnos Gunbertum et Artuxinum, Sept. haberet eciam Ubertellum, qui omnes ab avo dicebantur Dalesmanini, recogitans infra mentem, quod hii erant de maioribus et potentioribus civitatis, litteris eciam super hoc habitis ab Ecelino, qui nunc de Verona non recedebat, fecit eos conduci Paduam de castris, ubi dudum steterant carcerati. Ut autem per experienciam nosceret, quid exinde sequeretur, si eos condempnaret ad mortem, quia potentes erant, primo tulit sentenciam mortis in Ubertellum, quoniam minor fuit. Fecit quoque, sicut de furibus dici solet, qui facta fovea sub domuum fundamento, timentes ne pater familias intrinsecus furem feriendum cum malleo vel securi latenter expectet, premittunt cucurbitam vel pannum aliquem glomeratum, ut, si nullus tumultus fuerit, fur faciat securius quod presumpsit. Cum vidit igitur Ansedisius, nullos Dalesmaninorum vasallos nullosque ipsorum amicos tumultum movere[e] aliquem mortuo Ubertello, set cunctos perterritos et silentes; armari iussit milites et pedites, quos de Pedemonte in Padua pro securitate sua tenebat, et complices suos omnes, circa 8 dies postquam fecerat Ubertellum occidi, et concione in palatio publice congregata, duos illos alios, Gunbertum et Artuxinum sentenciavit ad mortem et fecit eos in platea decapitari. Non multo vero tempore post remisit Ecelinus dompnum Thomasium Capud-Nigrum et filium eius Canzellerium Paduam. Quos eciam idem Ansedisius in platea similiter fecit pena capitali puniri; quamvis dompnus Thomaxius ipse usque in Verona more martiris in tormento perisset, et hac de causa, secundum quod dictum fuit, quia scilicet Ecelinus iubebat, ut coniuracionem quandam proderet, quam Ecelinus dicebat in eum factam, set ipse insons et inscius elegit pocius in tormento perire, quam fingere quod penitus ignoravit. De Zamboneto autem eius filio dictum fuit, quod cum Ecelinus ipsum minaretur per tormenta compellere ad illam coniuracionem prodendam, quam eius pater noluit propalare, linguam propriam dentibus secuit, per quod in carcere positus vitam finisse dicitur dolorosam. De illis autem de Papadolla quidam in platea sunt mortui et quidam in carcere perierunt. Doluerunt quasi omnes de Padua de morte illorum de Capite-Nigro et de dompno Thomasio precipue, quia vir fuit discretus et curialis, cunctis affabilis et communi Padue utilis et fidelis. De Dalesmaninis autem mirati sunt omnes et singuli vehementer, cum Ecelinus ipse nullos fideliores nullos kariores amicos neque proximiores videretur olim habuisse in marchia Tarvisina, et hec amicicia tanta steterat inter presentis temporis coetaneos et steterat inter predecessores ipsorum. Set nichil adeo pertimendum, nichil est

a) Belleguissis 4. b) iudicaretur — mortem, et 4. c) Capi fecit 4. d) Zambonettum et Canzellerium 4. e) *deest* 1. 2a; facere 5.

39) v. supra L. V. c. 9, p. 79.

1250. sic horribile vel mortale, quam cum amicus fraudulentus et falsus crescit et exaltatur in infinitum.

Dec. 13. 10. *[De morte imperatoris Frederici.]* In predicto anno etiam 1250. in festo sancte Lucie, scilicet die 13. intrante Decembri, Fredericus qui olim fuerat imperator, quem Romana curia nunc non aliter nisi depositum appellabat, apud Palermum decessit. Factum satis principibus recolendum; nam illa eadem die, qua est extremo supplicio deditus, summum quoque receperat gaudium in hac vita, Romani scilicet imperii diadema, ut supra legitur in primo capitulo secundi libri[40].

c. Dec. 15. 11. *[Hic redditur Ecelino Cerrum et Calaonum.]* Adhuc in isto eodem anno circa medietatem Decembris illa duo castra, que usque nunc partem marchionis tenuerant et in hoc medio tempore multas pertulerant gravitates, scilicet Cerrum et Calaone, venerunt ad pactum cum Ecelino; et qui illic steterant, habitis suis rebus et armis[a], incolumes abierunt.

1251. 12. *[De morte dompni Willielmi de Campo Sancti Petri.]* Post negocia supradicta Dalesmaninorum volens Ecelinus omnis sanguinis nobilitatem de marchia Tarvisina delere pro
14 posse, misit milites suos quosdam de Pedemonte ad castrum suum de Angerano[41], quod est illic in montibus superius ad Baxanum. Ibi detinebatur iam dudum in carcere nepos eius dompnus Willielmus de Campo Sancti Petri — et causa detentionis dicetur inferius — et ipsum fecit conduci Paduam, existente Ecelino Verone. Cuius receptis litteris, Ansedisius potestas in Padua occulte ordinavit in nocte, quod multi eundem Willielmum quasi victimam mane facto postularent tanquam proditorem ad puniendum[b]. Et hoc idem diebus illis ordinaverat Ecelinus existens in castro Lonici[c, 42], ubi fuerat Ansedisius ipse et quidam alii, quos Ecelinus ficticie appellabat amicos. Sic ergo in Padua[d] concione in[e] palatio facta, armatis militibus et peditibus suis de Pedemonte, dictum dompnum Willielmum iudicavit ad
Aug. 24. mortem. Et fecit ipsum in platea occidi, recte in festo sancti Bartholomei apostoli, die scilicet 8. exeunte mense Augusti, et manibus impiis traditum indignissime lacerari, iuvenem quidem affabilem et decorum, militem largifluum et benignum, multa strenuitate prudentem, moribus et curialitate laudabilem, nobilitate sanguinis et animi sapientia insignitum et, o nephas, ipsi Ansedisio pertinentem linea parentele. Hunc autem nobilem sic inmerito detruncatum comitissa Daria, filia quondam viri famosissimi et preclari dompni Alberti de Baone bone memorie, cum filia sua dompna Maria et filia olim dompni Gerardi de Campo Sancti Petri, et ipsa quippe dompna[f] egregia moribus, decora forma, sapiencia redimita, ambe fecerunt siquidem tantum virum recolligi per plateam et recollegerunt ipse eciam cum multa multitudine lacrimarum, et in fabricata cafsa[g] repositum portari fecerunt, sequentibus multis militibus et lacrimantibus dompnabus et domicellis, et sepeliri in consecrato loco ecclesie sancti Antonii beatissimi confessoris, timore potestatis postposito, metu cuius non audebat aliquis patrem vel fratrem nec filium eciam honorare in morte, postquam per talem curiam digne vel indigne punitus esset.

13. *[Hic dicitur causa capcionis ipsius dompni Willielmi.]* Si forte queret aliquis de ipsius dompni Willielmi tempore capcionis et causa, notandum est, quod non multis diebus
1250. c. Sept. post mortem Dalesmaninorum cogitavit Ansedisius de Widotis, potestas Padue indigna[h], quod idem dompnus Willielmus in uxorem habebat dompnam Mabiliam de Dalesmaninis, filiam scilicet olim dompni Artusini maioris. Misit ergo potestas pro ipso dompno Willielmo et ei dixit et voluit, et quod dompno Ecelino placebat, ut divorcium prorsus fieret inter eum et uxorem suam predictam, reddens causam, quod Dalesmanini puniti erant, quia inventi fuerant proditores partis dompni imperatoris et Ecelini, unde ipsam ulterius nulla teneat ratione. Visum est hoc nepharium et maximum inconveniens dompno Willielmo, et dans potestati responsum quam plus potuit curiale, dixit se velle ire Veronam et audire velle ab ore sui dompni Ecelini, si hoc de sui voluntate procedat, et eius in omnibus attendere voluntatem. Cum cepisset igitur suum iter, potestas ipse sagacissimus, fraude plenus, premisit caute ac velocissime suas litteras Ecelino, ita quod Ecelinus prius novit totam[i] seriem huius facti, quam ad ipsum accederet dompnus Willielmus. Puto quod Ecelinus usque ab illo tempore, quo Willielmum ipsum in castro Fontis ceperat infantem et iacentem

a) equis armis et rebus 4. b) ipsum dominum Wihelmum *add.* 4. c) Leonici 2 2a. 5. d) Paduana 4. e) specialiter facta concione 5 *pro* concione — facta. f) Maria *add.* 4. g) cassa 2; casa 2a; capsa 5. h) indignatus 2. i) talem 5.

40) at cf. ibidem p. 48, n. 23. 41) v. supra p. 84, n. 18. 42) v. supra p. 78, n. 81.

in cunis, ut supra legitur in 9. capitulo secundi libri, scilicet *Sic igitur* etc., quamvis tamen postea venisset ad eius partem, eidem insidiabatur occulte, si quam mortis causam posset excogitare adversus eum. Fuerat ergo predicta causa, quam habuerat Ecelinus, per quam ipsum tunc capi fecerat et detineri Verone eumque captum et militibus traditum uxoris occasione, quam merito dimittebat invitus, miserat in Angeranum et detinuerat carceratum ibidem quasi per annum unum. Et sic per experienciam scire debuit Willielmus, quid illud sompnium portendebat, cum vidit in visione patruos suos dompnum Ruzerium et alios lamentantes, ut supra legitur in 16. capitulo 5. libri, scilicet *Audiens* etc. Pro ipso eciam et cum ipso detentus est et in carcere positus baiulus ipsius et homo, nomine Taiacanis, qui nunquam reliquit eum tam in adversis quam prosperis, ab ipsis[a] Willielmi cunabulis usque ad finem mortis. 1250 c. Sept.

14. *[De capcione amicorum dompni Willielmi.]* Hinc etiam sumpta occasione, litteris habitis et mandato dompni Ecelini, Ansedisius ipse diligenter scivit inquirere, qui forent ipsius dompni Willielmi proximi et amici. Sunt ergo[b] multi amici eius et parentes detenti, quicunque scilicet potuerunt haberi, variis modis adhibitis et diversis occasionibus exquisitis. Alii siquidem, quia[c] erant ipsi dompno Willielmo per parentelam vel per amiciciam pertinentes, alii eciam, quia ipsi dompno Willielmo pertinentibus pertinebant. Ecce nephandum et tyrannidis rabies reprobanda, punire filium quia pater dicitur puniendus, vexare proximum non ob aliud, nisi quia proximus est vexandus. Ecce quomodo morbus cancri, qui paulatim rodit loca contigua sibi et sic procedit racio maleficii huius quasi in infinitum nec est illic invenire finem, ad illius instar deridendi philosophi, qui dicebat, quod ad motum formice movebatur per consequens totus mundus. Detenti sunt et in carcere positi causa dicti[d] dompni Willielmi isti familiares et ipsius amici cum eorum familiis, magni et parvi, mares et mulieres[e]: Honor et Cataneus[f] de Tergola, Alverius Vani de Zaco, Advocatus de Anoale. Guido autem de Anoale sapienter se eripuit de manibus Ecelini Vicencie commorantis. Stans namque in eius illic curia, quam subito sensit hec in Padua fieri, dixit et finxit se emere velle destrarium Ziramontis, fratris Ecelini set naturalis. Fecitque parari destrarium die quadam in vesperis et dixit, se velle destrarium probare ad cursum; et sic exiens ad cursum[43] quendam foris a civitate, dixit Ziramonti, se credere quod talis equus bonus erat pro eius facto. Et in presenti monstravit quod ita erat. Nam elongatus cum destrario a Ziramonte et ab hiis, qui cum eo iverant, quam cicius potuit tota nocte illa karum et dilectum sibi destrarium cucurrit et equitavit. Et sic manus impias et mortiferas inimici[g] effugit. 1251. Aug. 24

15. *[De morte illorum de Peraga.]* In anno Domini 1251. alii quidam nobiles similiter indebite perierunt, occasione iniuste sumpta de quadam parentela vel quasi cum dicto dompno Willielmo. Olim namque[h] defuncto dompno Iacobo, patre scilicet ipsius dompni Willielmi, cuius avus dompnus Tiso de Campo Sancti Petri adhuc in bona etate erat, defuncta prius nobili dompna ipsius dompni Tisonis uxore — ut tanta et talis domus de Campo Sancti Petri non remaneret in solo herede uno, stante eciam casu dubio, cum adhuc Willielmus in pupillari etate foret – de suorum amicorum et vassallorum consilio predictus dompnus Tiso duxit et assumpsit feliciter in uxorem dompnam sapientem et nobilem, forma et moribus ac omni[i] probitate decoram, dompnam Gardionisiam, sororem virorum nobilium dompni Petri et dompni Iohannis de Peraga. De qua postmodum genuit dompnum Tisonem novellum, virum preclarum et sapientem, probum benignum largum et curialem et in omnibus patri similem, qualem decet esse virum de stirpe nobili ex utroque parente. Quia igitur dicti dompni de Peraga domum et dompnos de Campo Sancti Petri condam dilexerant et nunc amore nepotis sui licet latenti animo fidelius diligebant, optantes nec mirum, quod ipse Tiso novellus in potentia cresceret et honore — cuius solam potenciam Ecelinus in marchia verebatur post marchionem Estensem, per quem habebat et illos de Peraga suspectos — stans Ecelinus Verone secumque tenens multos Paduanos milites, et hos precipue in quibus de civitate Padue suspicionem habebat, dictos dompnos Petrum et Iohannem capi fecit et detineri, nulla occasione pretensa vel explicata. De quibus duobus unus primo ductus et portatus est Paduam de Verona, mortuus in tormento ibidem et decapitatus est postea in platea Padue sine morte. Elapsis quoque diebus paucis, de altero factum est

a) ipsius 2. b) enim 4. c) qui *codd.* d) *deest* 1. e) scilicet *add.* 4. f) Honor capitaneus 4. g) vix *add.* 4. h) tmqȝ 1; terra que 2; tāque 2a; namque 4; tumque 5. i) animi 5.
43) curriculum, Ital. *corso.*

1251. illud idem in anno Domini supra dicto, tempore autumpnali. Hoc quoque tempore patuit manifeste, quod cuncta scelera, cuncta mala in marchia, et in Padua maxime, sine intermissione fiebant. Itaque tam parvi quam magni, tam habitantes villas quam civitates et omnes generaliter utriusque sexus, videntes nepharia que fiebant, fere pocius exoptabant se interimere sponte propria, quam in illorum impias manus incidere, qui nullam redemptionem habentes, iniquitatem pro equitate, malum pro bono ferventer et iniusticiam pro iusticia exercebant. Ecce namque diebus illis iuvenis quidam vi corporis et animi satis
44 prudens, nomine Tavella de villa de Capitesilve[44], Paduane diecesis, dum captus detineretur Padue in domo potestatis et sala, videns et audiens potestatis ministros eidem Tavelle crudeliter cominantes, cum prorsus foret innocuus, proiecit se per fenestras in terram; et sic[a] est mortuus in presenti.

16. *[De nimia multitudine carceratorum.]* Instat nunc quoddam capitulum, quod nemo posset sub brevitate ordine servato referre. Dicere tamen possumus, quod sicut animo cupienti nichil videtur festinanter contingere, sic tyranno desideranti communem destructionem nichil videtur plenarie respondere ad votum. Neque enim considerat equitatem, set ut quocunque modo adimpleat quod intendit. Quemadmodum Ecelinus in Padua tyranniam inauditam et inopinabilem perpetravit, forte propter vindictas quasdam, quas Paduani fecerant condam digne per terras eius, ut supra legitur in 8. capitulo libri tercii, scilicet *Sequente* etc. Videns[b] enim Ecelinus, quod precipue tria sunt, que cunctas civitates et loca singula in quibus habitatur exornant, scilicet personarum decor, diviciarum copia et pulcritudo domorum; ad hec tria removenda de Padua impius ille hostis familiaris, intrinsecus fraudulentus, secundum quod patet hodie, posuit principaliter vires suas. Et in diversis diversas causas excogitavit, extendens occulte ac fraudulenter furorem et iram suam tam ad parvulos quam ad magnos, tam ad feminas quam ad mares. Aliquos enim, quos in principio sue tyrannidis pro obsidibus ad partes miserat alienas, nunc ad se subdole revocavit, ut eorum disperderet sanguinem ad iniuriam civitatis. Sicut de Brisco fecit in predicto anno Domini 1251, quem quondam pro obside missum in Lonbardiam, nunc fecit ad se venire, et in eo nullam aliam causam inveniens, nisi quod attinebat Dalesmaninis per parentelam, eum fecit capi et in carcere detineri. Causam aliam Vando de Vigoncia, adolescenti et amabili iuveni, filio Iohannis de Naticherio, dedit, quod scilicet equitasset diebus illis ad colloquendum cum Albrico de Romano ipsius fratre; unde et Vandum ipsum fecit incarcerari. Dompnum Willielmum de Carturio[c], virum sapientem et nobilem annorum 70 vel quasi, eiusque filios Ecelinum et Gerardum et eorum familiam totam, quia similiter attinebant Dalesmaninis, fecit in carceribus poni. Et fuerat idem dompnus Willielmus, ut vidi ego sepius, pro Ecelino scutum et precipuus defensator ipsius in Padua, in consiliis et arengis, in ordinamentis et in statutis et cunctis, que pertinerent ad exaltacionem Ecelini et sue partis, quem suum dompnum appellabat. Ad hec Albertum iudicem de Borsellis, Iacob fratrem eius, Bartholomeum eorum fratrem, qui omnes dicebantur Gataroli, preter Blaxium qui aufugit, ipsos quidem et omnes eorum familias; Symeonem de Ariberto, Iacobum Botacium iudicem de Rogatis[d] — frater cuius Matheus iudex fugit —, dompnum Benedictum iudicem de Runco, patrem eius dompnum Andream, Peruculum[e] nepotem eius cum sua familia, Rolandinum Capud de Lista, dompnum Rainaldum iudicem de Oti[f] Pisanum, Monrialem de Plebe, Ordanum[g] Ferratorem, Gerardum eius filium, milites quidem et pedites, iudices et notarios, dominos et populares, magnos et parvos utriusque sexus in tanta quantitate detineri fecit hoc tempore rabies Ecelini, quamvis Verone foret, quod longum esset singulos et singulas nominare. Quorum quidam de Padua in Padua sunt detenti, quidam Paduani etiam tum capti sunt in Verona et Paduam mittebantur captivi; ipsos namque Veronam ad se vocabat, fingens causas plurimas et diversas. Auditum est eciam hiis diebus in Padua, quod Gerardus Scacus, qui apud castrum Marostice morabatur, miles scilicet quidam de quadam nobili progenie de Padua que dicebatur de Offreduciis sive Baratis, visus est in verbis quibusdam resistere capotaneo eiusdem castri Marostice, fratri Ansedisii de Widotis, qui vocabatur Iacobus de Widotis; propter que verba decapitatus est in Marostica iussu dompni Ecelini. Hinc quoque sumpta occasione, detenti sunt in Padua omnes eius consanguinei et parentes et qui eciam vel per

a) dictus Tavella *add.* 4. b) Audiens 4. c) Canturio 4. d) Aliogatis 4. e) Parruculum 4. f) Videloti 4 *pro* iudicem de Oti. g) Iordanum 2. 5.
44) Conselve v. supra p. 62, n. 12.

sanguinem vel per amiciciam pertinebant amicis eius, preter Zilium Tecum de Padua 1251. militem providum et discretum, quem tunc Ecelinus iussit, sicut inscium huius facti, stare ad precepta ipsius Ecelini in Vicentia et in Vicentino districtu. Hii autem occasione predicti Gerardi Scachi in Padua capti sunt: dompnus Henricus[a] archidiaconus et canonicus Padue, Henricus abbas Carrarie, Philippus, Henricus et Albertus fratres, filii quondam dompni Alcherii, nobilis civis de Padua, Antonius iudex, Uguzonus et Alexius fratres, filii condam dompni Iacobi de Alexio iudicis Paduani. Tunc etiam captus est Albertus de Aldrevando et eius filius Leonardus. Set hii duo capti sunt hac de causa, quia in eorum domo dompna quedam maritata erat de dompnabus de Bellegrassis, qui iam puniti fuerant propter predictos versus. Predicti autem milites et dompne, burgenses et populares cum tot et tanti, qui fere innumerabiles, capti forent, et carceres per Paduam non forent tante quantitatis capaces, excogitavit Ansedisius de Widotis, cuius animus delectabatur in malis inferendis et penis, et fieri fecit mortalem carcerem in Citadella, castro scilicet Paduani districtus quod est in confinio eundo Baxanum et ad partes Pedemontanas; cui carceri nomen imposuit et fecit vocari Maltam. Et illuc primo sunt missi milites circa 70 sub equorum corporibus pedibus alligati, pedites laqueati funibus circa 100. Quamvis illic postmodum tempore procedente triplicatus immo quadruplicatus et ultra sit numerus captivorum, nichilominus tamen Padue in pluribus carceribus multi et multe et fere innumerabiles remanserunt. Et sic de hominibus ac mulieribus ubilibet carceratis aliqui post hec tempora mortes miserrimas in carcere pertulerunt, aliqui de carcere trahebantur, de quibus multi, qui adulti erant, in platea communis Padue tanquam bestie sunt truncati.

17. *[Hic tangitur de quibusdam occisis gladio et de pueris cecatis et castratis.]* Currente 1252. anno Domini 1252. de consilio et instinctu quorundam multiplicate sunt iniquitates in Padua, excogitata sunt diversa genera tormentorum et addita mala malis. Aliqui enim, qui talia operabantur in alios, qualia expectare poterant in se ipsis, deliberato consilio asserentes, quod hoc placebat dompno Ecelino existenti Verone, consuluerunt[b] Ansedisio, voluntario atque prono ad mala, ut de tot proditoribus, quos tenebat, punire debeat et poterat magnam partem. Unde isto eodem anno circa mensem Iulii ducti sunt in palatium nobiles quidam c. Iul. viri, qui iam per tempus steterant carcerati, videlicet predicti Briscus, Vandus de Vigoncia, Ecelinus et Gerardus filii Willielmi de Carturio — ipse namque mortuus erat in carcere, quia fuit annosus homo et multis coactus[c] angustiis — et sunt illi quatuor iudicati ad mortem et in platea crudeliter detruncati. Quorum unus Briscus, dum sentiret se iniuste condempnari ad mortem, dum adhuc in palatio erat, respondebat sepius, falsum esse quod repetebat potestas, ipsum esse proditorem dompni Ecelini et sue partis. Quare quidam prope ipsum assistens — set Paduanus non fuit — evaginato gladio ipsum vulneravit ad mortem, ita quod ipse potestas visus est hoc ferre moleste. Portatus est tunc semivivus in plateam inferius[d] et una cum aliis detruncatus. Sic in istos quatuor factum est summum scelus et inaudita sevicies die illa. Set et diebus illis eciam perpetratum est aliud non minus horribile et nephandum in pueros aliquorum non solum popularium set virorum nobilium et magnatum. Qui pueri primitus cecabantur; et cum eis adhuc in carcere positis erat cecitas quodammodo solidata, secabantur genitalibus et fiebant spadones parvi. Quorum nomina dignum puto silencio pertransire, ne de talibus et tantis faciam mencionem, quos non possem preter lacrimas nominare. Hoc tamen optaverim, quod illius anima, de cuius ore primum prodiit vindicta in innocentes et vindicta per mortem et incendium in insontes adultos, nunquam habeat participacionem in celis. Dat et illi aliam maledictionem Ovidius dicens:

Qui primum pueris secuit genitalia membra, Ov. Am II 3,3.4.
Vulnera, que dederat, debuit ipse pati.

Iste namque vindicte due tam detestabiles et enormes inceperunt in anno isto, et de malo semper radicaverunt in peius, donec Ansedisius de Widotis et quidam eiusdem complices pravitatis sue tyrannidem potuerunt sub alterius tyrannidis velamine palliare. Nam istis post breve tempus suorum facinorum finis anxius et immortalis imponetur ab illo, in cuius nunc servicium operantur et cui placere cupiunt plus quam Deo.

18. *[De capitaneis positis per contratas Padue.]* Etsi tanta cecitas occupaverat Ansedisium de Widotis et quosdam ipsius consocios in summis iniquitatibus perpetrandis, ut

a) condem *add.* 5. b) consiliaverunt 4. c) coactus 4; *ceteri codices:* in coactis. d) inferiorem 4.

1252. longo tempore gloriari crederent in hoc statu, Ecelinus tamen die noctuque cogitans que fiebant et quodam spiritu consciencie previdens quod divina dispensacione cautum est, ne mundus in eodem statu maneat, et quod eciam

Prudentii Psychom. 286. *Summa cadunt, inflata crepant, tumefacta premuntur,*

voluit, dum potuit, obtinere quod cepit. Misit itaque Paduam capotaneos quosdam, quos et constituit per contratas, ut, si forte aliquis vellet mutare consilium vel reducere Paduam ad commune, quam sciebat ministros suos regere non communiter set per partem — cum iam eciam illic nullam videretur[a] habere partem, delendo tam amicos quam inimicos — nulla possit fieri versucia Ecelino. Constituit ergo Gorciam de Feltre, ut, existens in contrata Rutene, conversacionem Rutenensium noscat; Widonem de Meledo in Ponte Molendinorum, ut cum illic plurimi congregentur de longa vicinia et extensa, multorum cautus audiat et intelligat voluntates; Crepadam de Belluno posuit in Turrisellis et circa Pratum, ut per ipsum intelligat voluntates illorum de ipso quarterio et precipue extra portam Turrisellarum, qualem gerant animum marchioni. Istis tribus preposuit Frassapaiam in quarterio Pontis Altinati, ut et illis presit et de tota provideat civitate. Qui Frassapaia die quadam, sicut mos est in viciniis per contratas, stabat sub frascata[45] sive laubia quadam, que erat prope ad domum Pontis Altinati, ubi cotidie cum multis militibus et burgensibus morabatur, et ecce quidam in apparencia satis discretus homo retulit, quod nocte preterita per castra de Pedevenda[46] ubicunque erant, visus est ignis per merlos[47] castrorum ardere diu, et manifeste comburere crates[b] et municiones castrorum, set adveniente die nichil est lesionis inventum. Audiens hec alius retulit in exemplum, quod ipse viderat in principio werre, per Estense confinium nocte quadam ivisse quandam dragonariam[48] sive nubem, que sic destruxit arbores fruges vineas et herbas radicitus, ut mane facto visum sit omnibus manifeste, quod illic, unde ivit, non fuisset unquam herba[c], arbor aliqua vel cultura. Recitavit ibidem tercius recitator, se isto eodem anno stellam quandam in hora matutina vidisse magnam, ut foret cometa — set cometa non erat, non enim habebat comam — in hoc autem erat eius miraculum, quia videbatur fere magna ut luna et habebat cursum multo velociorem quam luna, set nec erat cita more cadentis stelle, et vere nec luna fuit; visa quoque per unius hore spacium, evanuit paulatim. Et fuit hec recitacio anno Domini 1252. mense Augusti.

(Margin: Aug. — 46)

EXPLICIT LIBER SEXTUS

INCIPIT SEPTIMUS.

1253. 1. *[De multis detentis in Padua et de tercia conspiracione.]* Nimia iam astucia Ecelini confuderat Paduanos in tantum, ut maiores dispersi forent, minores diminuti per membra, et loqui per vicinias vix auderent in civitate. Qui tantus timor cum foret in villis etiam, iuvenis quidam de Plebe Sacci[d. 49] nomine Zasi, satis confisus de prudencia sui corporis, videns quod facta communis Padue tractabantur per multas iniquitates, ad partem alteram se transtulit, scilicet marchionis. Cuius recessus occasione in revoluto iam anno Domini
Aug. 2. 1253. in die sancti Stephani detentus est pater eius Rubeus de Plebe, Bonacordus Antoniacius et quidam alii de Plebe Saci similiter. Et non explicabatur aperte, set quasi murmure[e] dicebatur, quandam esse conspiracionem inventam, in qua multi de civitate et villis iuraverant[f]. Et primo loco detentus est quidam notarius et scolaris, qui nominabatur magister Michael, qui olim causa studii venerat Paduam, et nacione fuerat Cremonensis. Et dicebatur licet non manifeste, quod iste, portans in scriptis per civitatem formam iuramenti et illorum nomina qui iuraverant, iam multos contra Ecelinum coniunxerat in voluntate eadem. Qui plus? Detentus est ipse et positus ad tormentum; quid autem manifestaverit, nescitum est publice nec relatum. Set ab ista die, qua captus est, in antea multi capti sunt et detenti, quidam in Padua et quidam, qui de voluntate Ecelini stabant Verone. Henriginus a Flumine captus est cum duobus suis filiis et familia eius tota; Iane de Morro. quem nuncii pro eo missi nudum ceperunt in balneo naturali de Montigroto; Thomasius

a) *deest* 1. b) turres 2. 2a. c) nec *add.* 2. d) Sacci *unus addit cod.* 4. e) murmurate 2. 2a. f) intraverant 4

45) porticu. 46) Pedevena a Feltria inter occidentem et septemtriones. 47) pinnas. 48) nimbum; Itali enim procellam *dragone* vocant. 49) *Piove di Sacco* a Patavio inter meridiem et orientem.

1253. eius filius in civitate cum familia sua tota; Monarius medicus, qui Ecelinum condam de gravi spallatura[50] sanaverat in exercitu imperatoris ad Curtem Novam[51] in Lonbardia; Borrachus[a] Thomasinus de Bonaldis natione Venetus, set nunc pre ceteris Ecelino familiaris et carus[b], et dicti Michaelis in victu et vestitu tamquam pater et precipuus benefactor. Habuit autem ipse Thomasinus apud Ecelinum hoc meritum, quod, cum missus fuit Veronam ab Ansedisio, ligatis pedibus subter equum reportatus est recte 8. die Paduam mortuus, et truncatum est ei capud in foro, et corpus eius combusserunt ibidem quidam gastaldiones eius de villa de Caudevico[52], quos ipse iniuste fecerat carcerari. Predictus eciam Ianne [52] diebus illis portatus est mortuus de Verona et decapitatus est Padue in platea; eademque die in sero Iohannes Dominicus, filius olim Menzelle de burgo Turrisellarum, qui faciebat custodiam noctis, corpus illud cum magna aviditate combuxit.

2. *[De quibusdam captis in Verona et quibusdam combustis in Padua.]* Studiosus steterat Iohannes Dominicus nocte illa ad comburendum predictum corpus, set statim sequenti die Ansedisius potestas Iohannem Dominicum ipsum, Meniginum eius fratrem et totam ipsorum familiam capi fecit et carcerari. Preterita namque die Paraxius eorum frater captus fuerat in Verona ab Ecelino; qui Ecelinus tota nocte illa litteras Ansedisio miserat pro Paraxi fratribus detinendis. Wercius de Manzio captus erat Verone similiter die illa, nepos cuius Manzius natato flumine Attacis fugit et se liberavit a capcione. Henricus itaque pater Manzii similiter captus est ipsa die in Padua, qui erat honestus homo et propter legalitatem persone sue peccuniam multam, licet invitus, de toloneo vini multis annis colligerat et dederat fideliter nunciis Ecelini. Paucis diebus post hec portatus est Paraxus mortuus de Verona, cui capud est in platea sine sanguinis effusione abscissum et ibidem combustum. De Iohanne Dominico, qui adhuc in carcere vivus erat, factum est illud idem.

3. *[Hic cepit Ecelinus quosdam de fidelibus, quos habebat in Padua et Verona.]* Sciendum est, quod adhuc in isto anno 1253. et ab isto anno in antea, facte sunt multe capciones nunc Padue nunc Verone, nunc militum nunc popularium, immo quorundam eciam, qui licet per simultatem tamen dicebantur amici. Unde cum non possim expresse dicere die tali vel mense, dicam quam plus potero prope verum. Contingit, quod mense Februarii huius anni quidam nuncius intravit curiam Ecelini Verone, ferens litteram quan- Febr. dam clausam et sigillatam, quam dare volebat Otoni, qui dicebatur Vulpis, qui erat unus de magis potentibus in curia Ecelini, notarius quidem de Padua. Pervenit nuncius ille cum littera ad fratrem naturalem Ecelini, nomine Ziramontem, dicto Otone absente; dedit ergo litteram Ziramonti, ut eam postea daret Otoni. Dictum est, quod vidit hoc domnus Ecelinus ibi prope in sala sedens, et litteram in manu accipiens sine fractione sigilli, carta paulisper in littera[c] ex una parte inspecta, vidit hec duo vel tria verba: *frater Albertinus de ordine.* Sciebat quoque, quod ipse Oto germanum quendam in ordine fratrum Minorum habebat, de quibus fratribus Ecelinus plus timebat in suis factis quam de aliquibus aliis personis in mundo, cum fratres ipsi vadant et veniant propter liberam paupertatem securi. et tenebat ipse tunc quosdam de illo ordine carceratos. Ipse iratus igitur, et aperta littera, legit, quod frater Albertinus salutans Otonem germanum suum, inter cetera verba dicebat ei, fratrem Minorem quendam, ipsius fratris Albertini et suorum amicorum amicum karissimum, habuisse diebus istis graciam ab apostolica sanctitate et dignitatem episcopalem in Romania, et quod firmiter hoc sciret, werram illam de marchia non posse durare amodo tribus annis. Sic ergo in Verona protinus captus est Oto Vulpis. In sequenti vero die capti sunt in Padua isti parentes eius: Wercius eius frater, Leonardus notarius de Cuticellis frater patris Otonis Vulpis, Rolandus iudex, Turpinus filius Leonardi, Lacerellus[d] notarius et Antonius eius filius, attinentes eis per parentelam, Henricus Branzuza[e], cuius filiam in uxorem habebat unus de Cuticellis, et filius ipsius Henrici et demum omnes familie omnium predictorum.

4. *[Iterum hic capiuntur quidam fidelissimi de parte Ecelini.]* Anno predicto multi capti

a) Lorachus et 2. b) et carus — precipuus *in uno cod. 4 leguntur.* c) in littera *desunt* 4. d) Lancerolus 4. e) Brancutia 4.

50) humero luxato. 51) anno 1237. Nov. V. supra L. IV. c. 4, p. 67. 52) Codevigo a Patavio inter orientem et meridiem.

1253. sunt de Paduanis civibus in Verona, quos magister Michael predictus accusaverat et adhuc cotidie accusabat in predicta conspiracione fuisse. Potestas enim Ansedisius predictus ipsum Michaelem in carcere longo tempore tenuit, postquam captus fuit, propinans ei necessaria affluenter, ut scilicet accusaret illos, de quibus vel in quibus causas Ansedisius sive iustas sive iniustas libenter inveniebat. Et ne credatur hoc aliter esse, quam dicam, Michael ipse postmodum, cum in ultimo iudicio fuit in platea communis, omnibus audientibus sic fuisse publice testabatur, accusans semet ipsum in morte, clamando culpam, dicendo se falsum esse ac proditorem, dignum omni supplicio, morte et peius morte. Hoc anno etiam capti sunt quidam in Padua quidam in Verona propter accusacionem predicti falsi accusatoris. Iacobus Iaia[a] captus est in Verona, frater eius nomine Comes cum eo. Warraginus Salomonis de Mandria ductus mortuus de Verona, decapitatus est in platea post mortem. Set et cuidam[b] de familia[c] de Scinellis ibidem truncatus est capud ad instanciam Bontraversi. Illo eodem die, quo factum est istud, iudex quidam sapiens et discretus, transfiguratus in vestimentis, dictus est velle de civitate fugere et ire ad partem inimicorum pro tantis maleficiis, que sine intermissione fiebant. Set eo capto eundo per viam[d] et sic in vestimentis mille colorum[e] ducto[f] ad potestatem, cum inventum sit, quod eius non erat transfiguracio fraudulenta, cunctos convertit in risum, et sic est dimissus impunis

5. *[De morte illorum de Montesellis honorabiliter acquisita.]* Factum istud de hoc iudice fuit quodammodo delectabile et iocosum; set quod nunc sequitur, fere fuit Ecelino et sue parti periculosum. Ecelino namque, ut dictum est, multo tempore manente Verone, cum illic sicut et in Padua multi accusarentur manentes in civitate et extra, accusati sunt Monte et Araldus[g] de Montesellis. Pro quibus ad se conducendis misit Ecelinus quosdam milites de melioribus specialiter quos habebat. Stabant namque tempore illo Verone multi nobiles milites de Padua et aliunde pro securitate dompni Ecelini, et ut eius curia plenior et honoratior appareret. Ducti quoque sunt nobiles illi de Montesellis, detenti tamen curialiter, ad
Febr. curiam die quadam, mense Februarii predicti anni 1253; et casu fortuito illa die et hora Ecelinus in prandio recumbebat. Dum igitur clamarent alta voce inferius dicentes, se nec esse nunc nec fuisse predecessores suos aliquo tempore proditores, et dicerent hec verba frequenter, et cum Ecelinus stans superius hoc totum audiret, irato animo, set sine armis, descendit inferius et accedens ad ipsos ait: *Male veniant proditores.* Dictus vero Monte hoc audiens, furore inflamatus et ira, fecit insultum in Ecelinum ipsumque capiens, toto corde et animo prostravit in terram et audacter extendit se totum super in[h] inferius positum inimicum, et omni postposita reverencia et timore, cum a se cultellum non haberet vel arma, cultellum tyranni subterpositi, stridens dentibus, perquirebat. Esse profecto potuit illa dies multorum malorum finis, viduarum et orphanorum vindicta, consolacio pauperum, multorum mortalitatis defensio, finis innumerabilium rapinarum, Lonbardie ac marchie securitas et libertas. Set sinister casus illic posuerat militem prudentem et animosum, Iacobinum filium comitis Schinelle de Padua, quem Ecelinus cum multis aliis militibus in Verona, ut supra dictum est, pro sui securitate tenebat. Hic evaginato gladio, crus Montis dextrum ictu subito detruncavit. Et tamen Mons ipse, quasi immobilis, virum impium ad ultimum suffocasset, nisi ceteri circumstantes ipsum et eius fratrem continuo per viscera lacerassent. Habuerunt tamen medici usque ad plures dies, quid facerent circa faciem Ecelini, signatam dentibus et sanguinatam unguibus viri commendabilis et audacis, et qui pre ceteris hominibus huius mundi finivit sic laudabiliter vitam suam.

6. *[De capcione fratris Felicis et Carnaroli eius fratris Veronensis.]* In isto eodem anno visum est, quod Ecelinus de Romano suspectum habuit dompnum Carnarolum, potentem virum et divitem de Verona. Ipsum itaque fecit curialiter detineri et quasi sub forma boni faciebat secum ad mensam stare, cautus tamen semper in facto suo. In Padua vero hoc
Oct. aliter est nescitum, nisi quod mense Octubris eiusdem anni frater Felisius, preceptor sive magister ordinis Alemanorum in Padua, cum foret carnalis frater Carnaroli predicti[i], et ivisset die dicto[k] ad paisandum, ut dixit, portans[l] in equo servientis sui panem vinum et pisces, captus est et detentus iussu potestatis Padue in campanea[m] Montis Rubei Paduani districtus, missus quoque Veronam detentus. Nescitum est ulterius, an gladio an carcere

a) Iasa 2. b) quidam 1. 2. 2a. c) famulis 2. 2a. d) Parmam 2 *pro* per viam. e) nullo colore 4 *pro* mille colorum. f) ducte 1. 2a; ductus 2. g) Arnaldus 2. h) suptus se inferius 2a; super inferius 3; superius et inferius 5. i) amicus *add.* 2. 2a. k) quodam 2. 2a. l) secum *add.* 5. m) Padue *addunt codices, excepto* 4.

perisset. Prius tamen, quam foret Veronam missus, positus fuit quidam notarius nomine Ricardus a Sancta Cruce de Padua causa servandi eum in Padua in loco fratrum Alemanorum, de quo notario postmodum dictum fuit, quod convencione cum fratre Felisio facta de libris 1000, fugere debebat uterque. Detentus est et Ricardus missusque cum illo Veronam. Relatum est Padue postmodum, quod dimissis ambobus brachiis in tormento mortuus cecidit[a] et deformis. Supra dictus siquidem dompnus Carnarolus in platea Verone est dilaceratus per frusta[b]. Diebus illis captus est Ubertus, olim filius Ugonis a Vado, in Padua propter conversacionem quandam solummodo, quam occasione fratris sui nomine Benastrii habebat cum ipso fratre Felisio, qui olim in suo ordine receperat ipsum Benastrum et eum ad partes transmiserat alienas. Detentus est et Ziraldus de Parma, miles et socius Ecelini, qui nunc secum Verone erat; et erant iam anni 17 et ultra, quod, tam in pace quam in werra, in die cum ipso stabat et cum eo nocte in eadem camera dormiebat. 1253. Oct.

7. *[De multis captis in Padua et Verona.]* Nunc restat, capitulum quoddam ponere, in quo fiat quasi summaria mencio de multitudine captorum predicto anno, in quocunque scilicet tempore eius anni. De quibus quidam sunt capti de Padua in Padua et aliqui in Verona, quidam eis imposita causa, et si iusta fuerat vel iniusta, explicata eciam in aliquibus, et in aliquibus occultata[c]. Brizafollus[d] notarius captus est eo solo, quod eius filii sine fraude dixerunt, ipsum velle religionem intrare; Ugo a Sancta Iuliana de Padua, quem Ecelinus constituerat et stare fecerat potestatem in Regio; et fuerat illic eius notarius Brizafollus. Captus est Otolinus ipsius frater. Domicellus[53] Ecelini nomine Silvester, quem eciam pre ceteris videbatur habere karum, hac sola occasione captus est, quod dompnum Ugonem amicum suum in carcere visitabat. Widotus de Burzigana, dompnus Albertus tercius filius comitis Schinnelle de Padua captus est in Verona. Ugo eius nepos, dompnus Ugolinus frater eiusdem Alberti tercii captus in Padua. Dompnus Iacobinus de Schinnella frater istorum, stans Verone missus est ad precepta ad partes Bozani[e][54] et Pressinoris[55]; cui vita donata est et eius filio dompno Michaeli totique ipsorum familie, propterea quod occidit Montem de Montesellis et Ecelinum liberavit a morte[f]. Tomasius a Sancta Iuliana iudex de Padua captus est in Verona, Luchas ipsius frater, Petrus Bonus de Nanis[g], Artuxius de Nanis[g], Advedudus iudex et Nicolaus Rubeus de cognatione eadem. De quadam autem progenie de Padua eorum, qui dicebantur Pincoti[h], Tisolinus existens Verone vicarius obiit sua morte; Dalesmanellum eius fratrem Ecelinus incarceravit; Petrum iudicem eorum patruum carceravit. Benevenutus iudex de Favalixis de Padua, existens Verone vicarius, iussu Ecelini carceratus est in Verona. Et sic demum vitam in carcere finierunt. De predictis autem omnibus tam nobilibus quam militibus vel iudicibus manifestum erat in Padua, quod nullos habebat Ecelinus in tota marchia fideliores nec magis ferventes in eius parte, et erant in Padua multum divites et potentes. Trivixolus faber captus est in Padua quasi ultimus post predictos, ficta in eum causa, quod claves debebat fabricare adulterinas, ut porte civitatis Padue nocte inimicis aperirentur furtive. Bertholaxius notarius a Prato, quia pertinebat supradicto Paraxio et fratribus, captus est in eodem anno Domini circa finem mensis Iunii; Iun.
Manfredinus ipsius pater, Bellotus alter filius Manfredini, Thomasius et Pipinus fratres Manfredini eiusdem, Armenardus et Iohannes ipsius Pipini filii, Marchus Tomasii filius, Leonardus de Zambo, Riprandinus et Zambus filii Leonardi, Iosue gener Leonardi. Florius ipsius Leonardi filius tunc ad campos exiverat ad aves capiendas et fugit. Oto frater Leonardi est captus, Floravans et Tomasius olim filii Zimboni[i] de eadem parentela sunt capti; captus est Cavurlus[k], quia supradicti Paraxii consanguineus erat; captus est Patavinus a Prato cognominatus Comes ea causa solummodo, quia ipsi Paraxio erat familiaris. Quid plus? Et de familiis omnium predictorum, scilicet de mulieribus, de magnis et parvis, de servitoribus et servitricibus eorundem, de rebus et supellectilibus suis generaliter nichil aliud est dicendum, nisi quod omnes et omnia sunt erepta. Sciendum insuper, quod tres erant in Padua, qui credebantur habere magnam peccunie quantitatem; causa cuius peccunie habende unus de familiaribus Ansedisii de Widotis eos de diversis criminibus incusavit; unde tres illi omnes eodem predicto anno capti sunt et in carcere positi, et sic

a) decidit 5. b) frusta 4; *ceteri codd.:* frustra. c) occulta 2. 4. d) Brizafolis quidam 4. e) Hozani 2; Bassani 4. f) *in uno cod.* 4 *addita haec sunt:* ut supra legitur in hoc eodem libro cap. 5. scilicet *Factum istud* etc. g) Vannis 4. h) Pictoti 4. i) Zamboni 2. k) Canirolus 2. 2a.

53) cubicularius. 54) Bozen. 55) Brixen.

1253. ipsorum totam peccuniam habuit Ansedisius de Widotis. Fuerunt autem isti tres, videlicet Papasancti, Mustus campsor cum eius fratre, et Prosdocimus notarius, qui dicebatur de Cavo. Cui nempe Prosdocimo due cause huiusmodi nocuerunt: una scilicet quia Ugo de Sancta Iuliana, qui iam antea captus erat, eius habebat filiam in uxorem; altera vero causa, quia peccuniam quasi innumerabilem dicebatur habere. Nam et post capcionem ipsius inventa est intrinsecus in quodam angulo domus eius calderia[56] quedam sub terra posita, Venecialibus grossis plena, que capax erat, ut dictum fuit, duorum stariorum[a] et ultra.

8. *[De penis carceris de Citadella.]* In eo satis patuit manifeste, quod effusa peccunia sapienter clarum reddit hominem et dilectum, cumulata verumtamen et suffossa possessorem talem[b] reddit omnibus odiosum. Ut posset namque tanta peccunia rapi comodius, captus est predictus Prosdocimus, missus quoque ad carcerem citadelle ad Maltam, cuius loci disposicio immo infernales erumpne vix possent scribi vel recitari, quemadmodum illi referunt, tamen pauci, qui penas illas intollerabiles, passi quasi martyres confitentes in
1251 Christo, per eius misericordiam miraculose superaverunt. Ibi vere fletus et stridor den-
1256. tium, ibi dolor et ululatus, ibi continue tenebre, ibi vermes, ibi fetor et angustie dissecantes[c], sitis fames timor tremor gemitus et suspiria inaudita. Quid plus? Non est relatu dignum, set illic multi consumpti fame, siti quoque arida nichilati; talem hauserunt potum, talem furtim emerunt cibum, qualis per sui fratris posteriora vel socii de corpore desicato exivit, forsitan et de suo. Hic inventum est esse aliquid peius morte. Bene quidem ait Ovidius:

Ov. Heroid. 10, 82 *Morsque minus pene quam mora mortis habet.*

Beati namque reputabantur, qui tracti de tantis penis per mortis beneficium, milies appellate, viginti die qualibet, immo plures, exportabantur mortui nigris cutibus[d] circa spinas et ossa, in cratellis et curriculis, quasi ad campum Alchedemach[57], foris a Citadella hiis martiribus deputatum, ibique coperiebantur adeo parva terra, ut lupi noctibus multa traherent inde corpora christiana per campos, et proh dolor humanis visceribus ferarum viscera pascerentur. Stetit namque continua ista pestis ab anno predicto Domini 1251, quo factus est talis carcer, usque ad 1256, quo Padua est, ut dicetur inferius, de iugo servitutis erepta.

9. *[De morte multorum in Padua et in Verona.]* Illo eodem anno superius nominato, scilicet 1253, una iniusta horribilis et crudelis mors in Padua facta fuit. Nam Ubertus filius olim illius viri nobilis Ugonis a Vado Paduani civis, qui consumptus fame fuerat in castro Cornute, ut supra dictum est in secundo capitulo quinti libri, scilicet *Adveniente* etc., captus Padue tenebatur, contra quem cum nullus haberet causam preter familiaritatis cum fratre Felisio magistro Alemanorum, propter ipsius fratrem, ut dictum est, quidam, causa placendi solummodo Ansedisio potestati, pecierunt ipsum Ubertum ad puniendum. Quem per civitatem per terram horribiliter tractum et gladiis laceratum, ultimo combusserunt. Ex hoc iuvene quasi communiter doluerunt omnes, cum nulla sit inventa persona, quam ipse verbo vel facto in aliquo molestasset.

Hoc eodem tempore apparuit Verone quidam in curia Ecelini sedentis ad mensam, volens ad ipsum Ecelinum accedere, quem sescalcus[58] procedere vetuit; et sic inventus est ille ignotus homo gladium deferre occultum. Ab eo autem in continenti detento et diebus pluribus in carcere compedito nec Ecelinus nec aliquis potuit scire per modum aliquem vel per ingenium vel tormenta, quis foret vel unde missus; nec ipse voluit vel forte non potuit confiteri, nam et ydioma nostrum non videbatur habere. Et sic demum, quia nichil penitus potuit inveniri per eum, vivus in igne positus est combustus, et visus est letanter subire mortem. Unde quidam illic dixerunt, quod fuit axaxinus pro certo, missus a quodam principe de partibus transmarinis, qui dicitur Veglus[59] de Montagna, cuius nuncii euntes per mundum tyrannos occidendo, si possunt; in continenti, cum possunt lucrari mortem de mandato sui dompni, in eterna gloria collocari credunt[e].

a) sestariorum 4. b) *deest* 5. c) desiccantes 5. d) in magnis curribus 2. 2a *pro* nigris cutibus. e) *deest* 1; sperant 5.

56) caldaria, aena. 57) „Haceldama" ('Ακελδαμά, Acheldemah) „ager sanguinis", ubi peregrini sepeliebantur prope Hierosolymam. V. Matth. euang. 27, 7. 8; Act. apostol. 1, 19. Cf. Tobler Topographie von Ierusalem II, 260 sq. 58) senescalcus. 59) Vetulus.

Verone adhuc in isto eodem anno facta est una die horribilis quedam cedes et magna, 1253. ad quam perpetrandam vocati sunt quidam usque de Padua, sicut vocantur operarii ad arbores excidendas. Hii autem occisi fuerunt in platea Verone eadem die: Thomasinus de Iane de Padua, Rubeus de Plebe, Henriginus a Flumine, Comes frater laie, Ugo a Sancta Iuliana, Otolinus eius frater, Bartholomeus Iohannis Malvicii[a], Silvester quem Ecelinus habuerat pre ceteris suum karissimum domicellum et servientem, et eius iussu tranatus[b] [60] per civitatem, crudeliter est peremptus. Sicque et alii multo plures, tam de Padua quam Verona, quidam ferro quidam carcere perierunt, et aliqui sunt missi Paduam mortui et post mortem in platea Padue decapitabantur, quorum corpora postmodum comburebantur et ossa. Similiter in hoc anno capti erant quam plures de fratribus Minoribus, de Predicatoribus, de ordine sancti Willielmi, de fratribus albis[61], et in carcere tenebantur.

10. *[Iterum hic tangitur de capcione et morte multorum in Padua et Verona.]* Quamvis usque ad hec tempora[c] in quibusdam annis sit capcio facta de multis et sit eciam facta cedes, adhuc tamen in anno Domini 1254. facta est magna capcio et facta est magna cedes. 1254. Ecce namque mense Februarii, licet affidata fuisset[62] tota quedam progenies que dicebatur Febr de Belludis, et iam secure stetisset[d] tempore aliquanto in Padua, nunc fracta est eis fides per Ansedisium de Widotis, adhuc Padue potestatem, et capti sunt isti: dompnus Figura, Bondi, Coxeta et Belludus[e] eorumque dompne et de ipsorum familiis omnes. Tempore quoque quadragesimali inmediate sequenti Thomasius a Sancta Lucia de Padua Mart.Apr. captus est in Verona, quem Ecelinus multis annis fecerat et dimiserat Vicencie potestatem; Gerardus iudex de Spinabello. Capti vero sunt Padue Rolandinus et Gastonus[f], dompnus Menedusius canonicus Paduanus, quidam frater Minor, qui omnes erant de cognacione predicti Thomasii de Sancta Lucia. Captus est Albertus Raiba de Buvolenta, Meneduxius eius filius, Iacobus filius Menedusii, et Licanor cum familiis suis omnibus, masculis et feminis, parvulis atque magnis; Salatrexius de Lignario, Montebellus ipsius frater eorumque familie; dicebatur enim, quod hii predicti omnes attinebant illis de Sancta Lucia[g] per lineam parentele. Bonifacinus de Robegano nunc erat miles et socius potestatis, scilicet predicti Ansedisii de Widotis, et ipse circa mensem Iunii captus est et detentus in carcere c. Iun. in castro de Padua, ubi tunc eciam alii multi erant. Tunc unus solus iudex nacione de Padua, qui Ferrarie honorem habebat in parte marchionis et locum, visus est pericula non timere; predicta parte namque marchionis relicta, venit Paduam et dictus est Ecelini amicus. In opinione vero alia et diversa fuerunt Iacobus, Bartolameus et Ruffus fratres, qui cum uxoribus caute fugierunt dominium Ansedisii[h] Padue potestatis. Nec mirum, nam ipsorum pater miles curialis et strenuus, dompnus Henselminus[i] de Ruffo, quem Ecelinus habuerat multo tempore pre ceteris militibus kariorem, predicto mense Iunii per ipsum Ecelinum detentus fuit et iniuste carceratus Verone.

11. *[Iterum de morte et horribili truncacione multorum.]* Diximus de detentis, licet non de omnibus; nunc possumus dicere de multis iniuste occisis. Nec est possibile de omnibus, nec de singulis facere mencionem, quorum quidam in Padua, quidam mortui in Verona decapitati sunt, quidam confracti, quidam tracti per terram, alii et alii sunt combusti, excecati quidem aliqui, et aliqui sunt castrati. Nec dico de omnibus uno die, set diversis diebus et mensibus, et in maxima quantitate predicto anno. Dompnus Figura de Belludis, vir discretus et honorandus, mortuus in tormento in castro Padue, post mortem decapitatus est in platea. De Otone de Zambo factum est illud idem; idem de Monriale de Plebe Sacci. Bonifacinus de Robegano predictus, qui miles fuerat potestatis, infra mensem postquam detentus fuit, tractus est per civitatem ad caudam unius equi a familiaribus potestatis et ab eisdem truncatus est[k] et combustus in foro. Mense quoque Septenbris Sept. eiusdem anni sequente 17 in una die et fere in una hora in platea Padue sunt crudeliter lacerati per frusta[l], et factis ignibus plurimis et diversis, membratim ipsa corpora sunt combusta. Horum autem aliqui milites et aliqui plus quam milites, aliqui burgenses et aliqui fuerant honorabiles populares. Studiosus namque totis viribus Ecelinus Paduam deformare, non ponebat curam ad minimos[m]; quamvis eciam et de illis aliqui perierunt. Hii

a) Vialucii 5. b) trabinatus 2; traynatus 2a. 5. c) hoc tempus 2. 2a. d) stetissent 2. 2a. e) Bellundus 2. f) Guasconus 4. g) Iuliana 4. h) de Widotis *add.* 4. i) Benselminus 2. k) etiam 5. l) *sic* 4; *celeri codices praebent* frustra. m) inimicos 5.

60) tractus. 61) S. Augustini. 62) licet fides publica ei data esset.

1254. autem fuerunt, qui sic indigne sic horribiliter sunt puniti: dompnus Ugolinus filius comitis Schinnelle de Padua, Petrus Bonus de Nanis[a], Symeon dompni Ariberti, dompnus Honor de Tergola, Iacobus Trapolator, Bertholasius a Prato, Lucas a Sancta Iuliana, dompnus Albertus iudex de Borsellis, Floravans[b] a Prato, Iacobus Botacius iudex, Henricus de Alcherio, Peruculus de Runchis, Iohannes Malvicius, Bartolameus Papasancti, Iacob[c] de Gatarolis, Bonacordus de Plebe Sacci et Bartholameus Gatarolus. Ibi etiam notarius quidam, scilicet Iohannes Bavosus, privatus lumine de Padua est expulsus.

1255. Aug. 12. *[Adhuc de morte quorundam in Padua et de demembracione multorum.]* In sequenti anno Domini 1255. in mense Augusti truncati sunt et demembrati quidam in platea communis, Henriginellus de Villa Plebis, Rolandus iudex de Cutticellis, Tomaxius Armenardi a Prato Vallis, Iosue de eadem hora, Bellotus frater Bertholasii et Cavurlus. Magister vero Michael Cremonensis solus in hiis iuste punitus fuit; et notandum, quod quasi ultimus. Reservatus enim fuerat studiose, immo eciam nutritus et alimentatus in carcere, ut per eius linguam maledicam, immo verius maledictam, omnium supradictorum malorum qualis qualis posset haberi causa. Sane cum vidit gladiatores se ad eius truncacionem parare, quod usque nunc vix credebat, se miserum alta voce publice accusabat et illam suam linguam falsissimam, que tot et tantos falso accusaverat, ad tormenta conduxerat et ad mortem. Est demum et ipse truncatus cum ceteris et combustus. Hic locutus est aliquis, inspiciens Michaelem sic turpiter per viscera laceratum: *Suos*, inquid, *bene remunerat diabolus servitores, ut quanto fidelius eius ministris serviverint, tanto durius et turpius puniantur.* Tunc eciam per multas contratas per Paduam multi pueri sunt cecati, post quod circa dies 15 castrabantur; et fuerunt numero circa 35. Procedente quoque tempore c.Aug.15. circa festum assumptionis virginis gloriose, cuius sollempne festum celebratur in Cuglia[d], posuit Ansedisius de Widotis insidias illic inferius citra[e] Cavarcerem[63] prope locum Sancti Iohannis ad flumen veglum; et capti sunt illic[f] Paduani quidam, stantes tunc temporis in parte[g] ecclesie, qui redibant ab ipso festo et tendebant versus comitatum Rudigii. Ducti quoque Paduam et, nulla in eis inventa causa offensionis, diminuti sunt aliquibus suis membris. Caceta filius Gallinarii viri discreti et curialis, Capa filius olim Boni et Iacobus Nov. de Polveraria indigne sunt singulis manibus et pedibus mutilati. Mense quoque Novenbris sequente capti sunt alii quatuor boni cives in Padua, et de bono populo Paduano: Pirus et Gerardellus fratres, Iacobus de Gastone et Azo Iohannis Rane, imposita eis causa, quod litteras receperant a filiis olim dompni Macaruffi de Padua et eorum matre, qui nuper de Padua ad partem ecclesie et marchionis exiverant propter mala tanta, que in Padua sine intermissione fiebant. Dicti autem Pirus et Gerardellus fratres elapsis diebus paucis sunt in platea occisi.

13. *[Monicio quedam sive utilis invectiva.]* Sciendum est denique, quod, de quibuscunque superius facta est mencio quod sint capti per Ecelinum, vel aliqualiter conversati cum eo, nulli vel valde pauci manus eius sanguineas effugerunt, quin immo sunt mortui quasi generaliter omnes vel Padue vel Verone aut Vicencie, ubi dominabatur, nunc ferro[h] nunc igne nunc carcere nunc tormento; et qui non mortui sunt, depauperati sunt prorsus et quasi compulsi ad mendicandum. Quod esse debet exemplum cunctis, ut talium sit spernendum dominium, conversacio fugienda, vitandum servile iugum et modis omnibus defendenda libertas usque ad finem mortis. Ecce nunc manifeste videmus, quanta orribilia et nephanda tyranni tales operantur in civitatibus, quibus regnant. Ubi nunc innumerabilis, immo laudabilis multitudo populi Paduani, dispersi crudeliter et mortui ante tempus? Ubi diviciarum copia? Ubi turres et hedificia, domus et palacia, loca et habitacula delicata? Sunt namque per fas et nefas hec tria sublata de Padua, immo de tota marchia Tarvisina, non per barbaros vel Iudeos, non per Medos vel Sarracenos, non per Sauromatas[i] vel Britannos, non per Tartaros vel Chaldeos. Et o detestabilis illa dies, qua tumescente superbia, invidia subintrante, argento forsitan mediante vel auro, in marchia vigor evanuit, tepuit fides et veritas, prudentia friguit, karitas rectitudo sapiencia et curialitas sunt corrupte! Set agamus gracias fomiti[k] graciarum, quod malefactorum memoria cum sonitu periit et commune Paduanum, licet multis incussum fluctibus, tamen amodo divina et apostolica

a) Vanis 2; Vannis 4. b) Floravanus 2. 2a. c) Iacobus 2. 4. d) Clugia 2a. 5. e) circa 2. 2a. 4. f) illi 1. g) partibus 4. h) ferro — mortui sunt *in uno cod.* 4 *leguntur.* i) Sauromatas 4; *ceteri codices:* Sacromatas; Sacromacas 5. k) formiti 1. 2a. 63) Cavarzere in dextera Athesis fl. ripa, ab Adria ad septemtriones.

gracia reformatum, in propria conservabitur libertate, exemptum quidem a talibus peccuniarum [1255.] exactionibus et a tantis et sic diversis dispersionibus personarum, quales et quantas nunquam intulit hominibus Pharao nec Nero neque cruentus Anibal nec Busiris, non Sille nequicia vel Herodis. Tempore namque tyrannidis Ecelini verificata est comminacio illa, quam apud Montagnanam multis audientibus dixit: tempus futurum esse, quo vivi mortuis inviderent, ut supra legitur in 6. capitulo libri quarti: *Reversus* etc. Illius quidem tempore tyrannie nullus habuit requiem nisi morte[a]. Nec licitum erat cuiquam relinquere civitatem. Vir enim quidam providus et discretus de Padua proposuit effugere tantas penas et ad precepta matris ecclesie se transferre, et fuit canonicalis persona. Captus est hac occasione solummodo sequente anno 1256. mense Aprilis et igne consumptus in foro. [1256.] Duo autem homines, qui promiserant eundem conducere, hac iniusta causa penam [Apr.] suspendii sunt perpessi.

EXPLICIT LIBER SEPTIMUS

INCIPIT OCTAVUS.

1. *[Adventus legati ad partes marchie Tarvisine.]* Factori[b] bonorum omnium grates [1256.] debitas exsolvamus, qui suos nuncios et ministros semper inspirat ad bonum, et post inspiracionem[c] porrigit eis manum, ut si qua malefacta duraverint, tamen cum laude Domini emendentur. Ecce quidem sanctus apostolicus[64], Christi vicarius, de suorum fratrum consilio habita deliberacione solempni, tum propter instanciam marchionis Estensis et dompni Tisonis novelli de Campo Sancti Petri — etate tunc iuvenis, set sensu maturus[d] et sapiens erat — et aliorum nobilium de suis civitatibus expulsorum, dompnum Phillippum Dei gracia Ravennatem electum[65] iam constituerat sancte sedis apostolice nuncium et legatum ad partes marchie Tarvisine. Ipse igitur legatus, congregatis gentibus undecunque et predicans crucem Christi, prima fronte ad partes Veneciarum descendit, in dicto anno Domini 1256. mense Marcii. [Mart.]

Fecerat autem Ecelinus diebus illis propositum terras Mantuanorum intrare hostiliter, ita quod[e] congregatis in Verona militibus et peditibus, berroeriis[f] et ballisteriis[g] de marchia et de Pedemonte, potenter et magnifice cum omni[h] bellico apparatu movit de Verona circa principium mensis Madii, eligens punctum[66] sui motus cum sapientibus suis more [Mai.] solito. Et equitavit in hostes, tota sua intencione desiderans ad effectum nunc ducere, quod iam longo tempore peroptabat, Mantuanum districtum scilicet submittere destructioni et igni. Set antequam iret, dompnum Bontraversum virum nobilem, suum socerum, carceravit, ignorante ipsius filia dompna Beatrice.

Igitur Ansedisius Paduanorum potestas audiens, dompnum legatum venisse Venecias, et Paduanos expulsos pro sua potestate legisse dompnum Marcum Quirinum civem Veneciarum, virum probum et sapientem, et dompnum Marchum Badoarium factum esse merescalcum dompni legati et potestatis ac totius exercitus, volens ipse primum insultum facere, nocte quadam rumpi fecit molendina quedam ipsius Marchi Badoarii, que sunt illic inferius, ubi aqua dulcis labitur et discurrit in salsam. Castrum quoque de Buvolenta[67] fecit plus solito cunctis necessariis premuniri fecitque claudi flumina specialiter hac de causa, ne Venetorum naves possent ad Buvolentam appropinquare. Muniri fecit castrum de Concadalbaro[68] et sollicite custodiri, Causilve fecit circumdari magnis fossis, et generaliter premunivit ubique omnem portum[i] et omnem locum unde hostes venire possent. Set non obstitit venerabili signo crucis locorum municio nec aquarum detencio; immo facilior fuit transitus, ubi non erant aque. Sic enim sapiencia Domini dispensavit, ut tanta[k] stoliditas inimicum ecclesie obcecaret, quod dum vellet subtractis aquis vias sancte matris ecclesie impedire, largas faceret et potius expediret. Sic nempe cadit aliquando vir iniustus in foveam, quam paravit,

Et ferit actorem sepe sagitta suum.

a) morte 1; *ceteri codices:* mortem. b) Factori 4; *ceteri codices:* Datori. c) semper *add.* 4. d) qui vivit usque 1296 et ultra, sed sensu maturus tunc in ipsa iuventute 4 *pro* etate — maturus. e) itaque 5. f) barberiis 4. g) de Padua *add.* 2. 2a. h) illo *add.* 5. i) portam 2. k) *sic* 4; *ceteri codices:* tota.

64) Alexander IV. 65) archiepiscopum Ravennatem 1251—1274, antea ep. Ferrariensem 1243—1250 et electum Florentinum 1250—1251. 66) vestigium temporis. 67) v. supra p. 75, n. 61. 68) *Conca d'Albero* inter Chioggia et Monselice.

1256. Iun. Exercitus ergo crucifer provide gubernatus pervenit ad castrum Brente[69]. Quo audito Ansedisius potestas Padue in principio mensis Iunii[a] nocte quadam cum Paduanis et cum illis de Feltro et Pedemonte, quos secum tenebat in Padua, festinanter equitavit ad Plebem[70] et ibi fecit illico fieri magnas fossas, inimicis graviter cominando. Legatus autem suis subditis sepius asserebat, se voluntatem nosse plenarie Paduanorum omnium, qui sub Ecelini tyrannide tenebantur inviti. Unde suos confortabat assidue, ut secure starent et niterentur et gentem quasi barbaram et heresim expugnarent, muniti signaculo sancte crucis et in servicium Iesu Christi. Et sic eos feliciter[b] conduxit ad Correzolam[71], et est[c] castramentatus ibidem. Ubi dum diebus aliquibus moraretur, gens vero die noctuque clamaret: *Ad Plebem, ad Plebem; moriantur heretici, moriantur*, rumor ille inimicos terruit, amicos ecclesie plurimum animavit. Tunc datum est vexillum exercitus et tocius warnimenti, laborantis pro ecclesia sancta Dei, predicto viro nobili dompno Tisoni de Campo Sancti Petri, utpote fideli ecclesie, in quo iam virtus et sapiencia reflorebat in tantum, ut cum ipso ulterius omnia secreta consilia tractarentur. Nunc apud ipsum utique astiterunt egregii quidam milites, scilicet dompnus Aicardinus Capud-Nigrum et aliquot alii cives strenui Paduani, sumentes secum quandam peditum quantitatem, et terras infidelium insultarunt. Qui talis insultus et vigor fideles ecclesie iterum roboravit, et terruit infideles. Ansedisius ergo potestas de Padua, volens timorem contegere suum et sue gentis, militem[d] suum satis providum et prudentem de Feltre, Gorciam nomine, capotaneum militum et peditum sui warnimenti constituit; et equitaverunt ambo cum magna gencium quantitate ad Pontem Longum[72] et partes illas, ubi iam erant prope illi, qui pro ecclesia laborabant. Et voluit tunc Gorcia insultare in inimicos, set Ansedisius non permisit; set ambo dederunt terga cum sua gente usque ad villam Plebis. Et fugiens Ansedisius dicebat Gorcie quasi in subsurro: *Vides ecce Gorzia, quod certe non erat tutum, cum hac gente insultare in hostes; quia gens est trepidans et inermis, nec sunt homines consueti in actibus bellicosis, et quod eciam peius est, infideles sunt nostro dompno Ecelino et eius parti.* Et sic ambo loquentes ad invicem intra dentes, devenerunt ad Plebem et hospitati sunt non sine timore ibidem.

2. *[Factum de Concadalbaro.]* Post hec statim sequenti die, dimissa sufficienti gente in Correzola pro custodia navium et castrorum, potestas et gens legati mota est et equitavit ad Concadalbarum. Erat enim locus magnis fossis aqua plenis et aliis municionibus premunitus. Primo potestas fecit vocari Martinum de Dainiaxo[e] et Gregorium de Zuchis capitaneos loci, ut redderent castrum ecclesie; quod cum penitus recusassent, iussit potestas locum undique expugnari. Et tam intrinseci quam extrinseci adeo pugnaverunt, quod hinc inde vulnerati et mortui sunt quam plures, alii sagittis et lanceis, alii subdibus[f] et lapidibus, alii quoque in aquis loci, in quibus utique perierunt aliqui filii militum propter suam audaciam et precipue propter arma. Sarraceni autem duodecim[g] locum defendentes sagittis, et ipsi sagittis et lanceis sunt occisi et ut bruta animalia macellati[73]. Reddiderunt ergo dicti capotanei castrum, et habuerunt a potestate licenciam, cum hiis qui secum erant ire ad Ansedisium de Widotis. Qui quidem adhuc ignorans, Concadalbarum captum esse, cum gente sua iam venerat usque ad Pontem Longum; set agnita veritate per redeuntes de loco capto, properanter reversus est ad Plebem dolens et timorosus. Inde misit litteras ad Gerardum capotaneum Montesilicis pro Ecelino, hoc factum ei significans et precipiens, ut assumptis gentibus quascunque movere potest, omni mora postposita incitet inimicos: *Nunc enim tempus est, et in casu fortune pendet nostri dompni Ecelini victoria prospera, vel adversa, quod absit.* Gerardus itaque milites et berroerios congregans et gentem quamcunque potuit de Monte Silice et Tribano[74] et inde circum, diebus illis et vicibus, quibus ei aptius videbatur, ibat ad villas et illa loca, que favere videbantur ecclesie, et eis quecunque dampna poterat inferebat in personis et rebus, ita quod cepit die quadam 17 pedites de parte legati, quos misit Paduam alligatos; set eos Ansedisius ob legati reverenciam noluit punire, ut dixit, set tenuit.

a) Iunii *add. unus cod.* 4. b) salubriter 4. c) et est *add. unus cod.* 4. d) quendam *add.* 4. e) Dannasco 2; Dominasco 4. f) stipitibus 4; sudibus 5. g) duodecim *add. unus cod.* 4.

69) v. supra p. 75, n. 62. 70) *Piove di Sacco* v. supra p. 96, n. 49. 71) Correzzola inter Chioggia et Monselice. 72) Pontelungo inter Chioggia et Monselice. 73) caesi. 74) v. supra p. 62, n. 13.

3. *[Factum de Buvolenta et de Causilve.]* Adveniente querela legato de offensione, 1256. Iun. quam Gerardus capotaneus Montis Silicis cum gente sua cotidie inferebat personis et terris illis, que favebant ecclesie, concepit inde legatus ipse quandam indignacionem et iram; et iterum relicta sufficienti custodia suis castris et navibus, milites, berroerios et ballisterios movit et pedites, volens tendere[a] principaliter ad Causilve; set primo pervenit ad Buvolentam. Castrum Buvolente non attemptavit, set in burgo et per villam misso igne, villam dampnificavit quam plurimum, ita quod perterriti sunt castrenses, et elevatus fumus exinde signum fuit, tam illis adverse partis qui sunt in Plebe, quam illis qui sunt in Padua, instantis magni periculi et timoris. Hinc processerunt pugnantes pro ecclesia ad Causilve. Est autem potens et magna villa, diviciis abundans et probitate laudabili personarum. Hic erat capotaneus pro Ecelino miles quidam, nomine Biaxa de Padua, qui in primo insultu inimicorum, terram et villam magnis fossis circundatam et munitam defendit laudabiliter satis; set demum imposito igne tectis, fugit Pernumiam[75] cum quibusdam suis sequacibus festinanter. Et sic gens Causelbana congaudens ecclesie continuo se reddidit et legato, et muniti sunt omnes signaculo sancte crucis.

4. *[Hic revertitur Ansedisius potestas Padue, dimisso warnimento in villa Plebis.]* Crescunt rumores amodo, timor accumulatur timori et duarum parcium diverse intencionis catervatim decrescit altera, sublimatur altera et accrescit. Ansedisius autem, permanens in villa de Plebe Sacci sollicitus, nec per se scit partem eligere saniorem, nec habere potest consilium aliunde, quid pocius sit agendum. Summo tamen urguente dolore, capotaneos illos, quos condam in Concadalbaro frustra posuerat, scilicet Martinum de Daniaxo et Gregorium de Zuchis predictos, alligatos misit Paduam et fecit eos in carceris obscuritate detrudi. Post hec tota gente sibi subdita convocata, tam scilicet de Padua quam de Plebe et aliunde, timorem quem non modicum habebat operiens, multa et varia est locutus. Fuit tamen hec vel consimilis sentencia sue locutionis et summa. Dicebat enim id, quod ulterius occultare non poterat, scilicet verum esse, quod proditores quidam volebant villas Paduanas offendere, set pro certo sciebat, quod diu stare in loco illo non poterant, scilicet ad Correzolam in quam descenderant; illic enim victualia non habebant, nec habere poterant aliunde; non erant persone alicuius valoris set viles homines pauperes et inermes, nec rectorem habebant, qui foret instructus armis nec qui sciret regere warnimentum, quamvis forsitan esset doctus ad antiphonas vel ad missas. Confortabat cunctos itaque, asserens suum dompnum Ecelinum de Romano proximum esse, et quod ipsum infra terciam diem habebunt in villa Plebis cum exercitu copioso ad exaltacionem et multiplicem utilitatem suorum, ad inimicorum interitum et ruinam. Addidit eciam Ansedisius istis verbis, quod eum ire Paduam oportebat, tum propter mittenda victualia et alia paramenta ad confusionem inimicorum, tum propterea quod esse volebat in Padua in adventu dompni Ecelini, ut cum ipso et cum expedicione tota reverteretur ad Plebem. Et ita illic relicto Gorcia pro rectore[b] et Caro[c] iudice de Vicencia pro consultore ipsius, aliisque constitutis capotaneis super militibus et peditibus et berroeriis[d], non aliter quam cum in bello gens debet surgere contra gentem, constitutoque notario quodam de Padua nomine Persiccaria super populo et gente de villa Plebis, ipse Ansedisius cum illis de sua curia, dimisso warnimento in Plebe, veloci reditu Paduam festinavit.

5. *[De procuratorum angustiis et de dispersione populi Paduani.]* Videns Ansedisius stans in Padua, se esse quasi ad extremum sue rapacitatis examen, procuratores omnes ad se vocavit. Erant autem procuratores in Padua ultra 25, qui non sua sponte set metu mortis et tormentorum, procuraliter[e] extorquebant tributa, scilicet omnem peccuniam et quasi omnia bona de Padua et Paduano districtu, et cogebantur dare postmodum Ansedisio devoranda: utpote bona episcopatus et ecclesiarum, bona omnium expulsorum, omnium captivorum, ementium et vendentium omnium, sive panem sive vinum sive bestias sive fenum sive lanificia sive ligna, et generaliter cuiuslibet extorsionis rapinas, que posset aliquis cogitare. Ab huiusmodi procuratoribus peciit Ansedisius, ut infra duos dies ei darent quantamcunque facere possent peccuniam per se vel per amicos suos, debeantque postea de suis procuracionibus restaurari; sic enim penitus oportebat propter ardua facta nunc occurrentia

a) tradere 1; trahere 2. 2a. b) proditore 2. 2a. c) Iudecaro 4. d) barderiis 4. e) procurabant et 2. 2a. 4.

75) Pernumia a Monselice inter septemtriones et orientem.

1256. Iun. civitati. Et addidit illis penam, quod nisi hoc fecerint, in carceris profunditate mittentur, ubi non cibus non potus non eis dabitur aliquod substentamen, set eorum vita sic miserabiliter finietur. Desperati ergo procuratores, expectabant nichil aliud nisi mortem, penarum scilicet alleviacionem et consolamen. Et sic, cum nondum esset eis prohibitum simul loqui, sederunt nocte quadam pariter duo satis tristes et anxii in camera palacii, alligati compedibus ferreis, positi sub custodia 6 peditum armatorum de Pedemonte. Mirum autem, quod ausi fuerunt dicere, set erant remoti parum a custodibus, et loquebantur etiam in subsurro et ait unus: *Ecce ad quid devenit populus Paduanus! Destructe sunt domus et turres omnes, divicie et peccunie sunt extorte, dispersi sunt homines, et femine viduate, parvuli demembrati; et eorum, qui nunc supersunt, quidam iacent in carceribus semivivi, pars est in periculo apud villam de Plebe Sacci, pars quoque terras circuit aliena*[a] *mendicando suffragia, pars est cum Ecelino in Lonbardia in laboribus mortalibus et erumpnis. Et ecce melius esset nobis, cito subire mortem, quam miserabilem vitam producere, vitam continuatam*[b] *et plenam omnibus angustiis et tormentis, omnibus doloribus et flagellis, languoribus et tremoribus, singultibus, ploratibus et suspiriis, radicitus dissecantibus*[c] *corda nostra.* His verbis cum alter pararet se lacrimantibus oculis respondere, accessit de custodibus unus et sic utriusque verba suppressa sunt silencio saniori.

6. *[Hic revertitur Gorzia Paduam cum toto warnimento de Plebe.]* Non solum procuratores et eorum bona crudelitas Ansedisii devorabat, set et aliorum omnium subditorum sibi de Padua videbatur usque nunc personas et divicias deglutire. Verumtamen hoc tempore quodammodo visus est de Paduanis curare; timuit enim, ne gens legati forsitan insultaret in Paduanos, manentes in villa Plebis. Nam habebat spiones cotidie de[d] warnimento legati. Et Gorzia, factus rector exercitus existentis in Plebe, non minus erat sollicitus scire, que tractabantur ab inimicis; immo dictum fuit, ipsum Gorziam nocte quadam ivisse furtive in castra adverse partis. Tamen quocunque modo sciverit, fecit quendam decapitari et comburi in villa Plebis, quem fuisse locutum asseruit cum quodam cruce signato. Alium
76 quendam misit Paduam vinculis alligatum, qui dictus fuit portasse ciresa[76] inimicis; hunc Ansedisius disperdi fecit solummodo illa causa. Misit demum litteras suas Gorzie[e], capotaneo et rectori in Plebe super totum populum Paduanum, ut warnimentum Paduam festi-
Iun 15. nanter conducat. Qui Gorzia protinus divulgari fecit per suam gentem, quod dompnus Ecelinus est Padue et hodie in exercitu erit. Unde versus inimicos fecit planari fossas, adamplari[f] vias, et omnia paramenta disposuit, quibus credi posset, quod Ecelinus vellet confligere cum legato. Et militum et peditum quasi[g] omni acie ordinata ad bellum, iussit
Iun. 16. omnes sequi[h] sua insignia et vexilla, premittens nocte proxima pedites suos omnes. Die vero cum milicia subsecutus, non lora non frena contraxit, donec fuerunt intus omnes in municipiis civitatis. Et erat hoc die Veneris 15. exeunte Iunio 1256. anni.

7. *[Hic facit Ansedisius magnam concionem in palacio Paduano.]* Iam est Ansedisius in Padua cum Gorzia et tota sua gente sive de Padua sive de Pedemonte. Set altera sollicitudo forinsecis in Padua stantibus, et altera civibus Paduanis. Fecit autem tunc Anse-
Iun. 17. disius magnam et ultimam in palatio Padue concionem et hec verba locutus est, a corde suo longe varia et diversa: *Audivi a sapientibus, quod de duobus malis eligendum est minus malum. Unde, quod de Plebe Paduam venimus, melius esse dico; sive quod inimicos pro nichilo reputamus, sive quod melius parabimur armis et aliis*[i] *oportunis ad inimicos disperdendos radicitus et ad libertatem communis Padue hostendendam. Si enim bene memini, transacti sunt anni 40 et ultra, quod nominari audio populum Paduanum pre cunctis mundi gentibus defendere libertatem. Qua causa merito possumus admirari, quod ause sunt gentes quedam conspirare in*[k] *innocenciam et potenciam tam libere civitatis. Et est verum, quod una manus hominum proditorum, qui in hac sua patria nequiverunt propter suam nequitatem habitare, adhibuerunt sibi quosdam advenas pauperes et mendicos*[l] *despectibiles et inermes, qui, tanquam canes famelici, nichil habentes de proprio, intendunt, si possent, rapere alienum; et sunt illic in paludibus Correzole. Set utinam ad terram firmiorem deveniant! Nam ipsos vere trucidabimus tanquam canes; et qui venerunt per aquas, in navibus, per terram, in plaustris et curribus referentur. Ad quos de facili puniendos ipse Deus et racio est nobiscum; quoniam*

a) alienas 2. b) contaminatam 2. c) desiccantibus 5. d) *deest* 1. e) Goize 1. 2. 2a. f) ampliari 2. g) *deest* 1. h) super 1. 2. 2a; sequi 4; supter 5. i) paramentis *add.* 2. k) in *add. unus cod.* 4. l) mendaces 1. 5; mendicos 2. 4.

76) cerasa.

pugnamus pro patria defendenda et altior est nobis potencia ad vindictam. Forte enim nesciunt, quid valeat populus Paduanus cum karrissimis nostris fratribus et amicis et militibus Pedemontis. Et quod spectat eciam ad maiorem confusionem inimicorum, litteras habemus expressas ab invictissimo nostro dompno Ecelino, quod Mantuanos perfidos suos inimicos et vestros per Dei graciam iam conclusit in tantum, quod, latentes intra menia civitatis, solam habent in portis clausis fiduciam, non in armis. Quare usque ad 3 dies, indubitanter hic dompnum nostrum habebimus. Et nisi foret, quod inimici nostri palustres victualibus carent, unde scimus, quod illic amplius permanere non possunt, talem de eis victoriam iam haberemus[a], *qualis nunquam fuit habita de gentibus aliquibus in provincia Lonbardie. Quare parati sitis armis et equis et audacis animi plenitudine ac vigore, ut, si nos illis per ipsorum infortunium expectabunt, fama celebris de nostra victoria per totum mundi circulum deferatur.* Hac nempe eadem die, qua predicta concio facta fuit, quasi post vesperas, venit quidam de versus stratam de Pontecorbo[77], ad plateam communis clamando; quia percussus erat cum quodam alio[b] graviter et offensus. Set cum nichil aliud diceret, nisi solummodo quod clamabat, creditum est, quod diceret: *Ad arma, ad arma, quoniam veniunt inimici.* Iussit ipsum Ansedisius capi et linguam maliloquam mutilari, cecari oculos, truncari pedem. Set cum omnes has penas ferre se videret iniuste, non cessabat homo ille magnanimus maledicere potestati et Ecelino, dicens et quasi prophetizans, quod potestas usque ad paucos dies attenderet illud idem. Iratus potestas itaque iussit ipsum truncari capud. Et tunc confessus est in penitentia homo ille, se nichil *ad arma* clamasse nec mala intencione fuisse motum; nichil tamen profuit, set capite est punitus. Et fuit hoc die 14.[c] exeunte Iunio predicti anni. 1256. Iun. 17. 77

8. *[Hic facit legatus concionem in ecclesia sancti Martini de Plebe.]* Sequenti die dominico 13. exeunte predicto mense duplicatus est vigor in legato et gente sua, et surgens in aurora diei huius de consilio et favore prudentis et sapientis viri dompni Marchi Quirini Paduani potestatis, dompni Marchi Badoarii merescalchi, dompni Tisonis aliorumque nobilium et potentum, warnimentum suum duxit et feliciter collocavit in villa Plebis. Iam fama sonuit per totum Paduanum districtum, quod exercitus legati et ecclesie de bono prosperatur in melius, de gradu ascendit in gradum, procedit de victoria in victoriam et triumphum. Et ecce multi habitatores villarum, non solum affinium verum etiam existencium a remotis et usque ad Pedevenda[d], veniunt ad legatum; et quasi deberent ire contra barbaras naciones et pugnare cum Sarracenis, signaculo sancte crucis se muniunt et audent amodo se fateri Christi pugiles et milites sancti Petri. Itaque legatus cum potestate et merescalco et cum dompno Tisone confalonerio huius exercitus pro ecclesia sancta Dei, advocato consilio sapientum, habuit in ecclesia sancti Martini[e] de Plebe omnes illos, ad quos totus spectabat exercitus et in quos pendet amodo civitatis Paduane condicio. Hec autem verba locutus est inter eos: *Viri fortes et qui timetis Deum, grates debitas date Deo et gratulemini*[f] *vobis ipsis. Iam ecce vobis a Domino magna gracia est concessa, quoniam ipse pater misericors, Deus libens*[g] *iuste respiciens, videtur recipere preces nostras, scilicet dum pro nobis pugnat, inimicos sancte matris ecclesie fugat et dirigit gressus nostros. Et hoc est nobis certum indicium, quod propositum nostrum habebimus, nulla erit defensio inimicis. Nitimur enim a persecutoribus sanctam matrem ecclesiam liberare, carceres aperire, imbecilles defendere, pravitatem hereticam extirpare, rapinas prohibere tyrannicas, tueri sanguinem innocentem et civitatem, quondam catholicam Paduanam pre ceteris civitatibus Lonbardie, a venenosis morsibus viperarum eripere et quasi a faucibus antichristi. Quare viriliter agite et confortetur cor vestrum. Et disponatur primo, quod locus et villa ista conservetur illesa; gens autem quelibet tam Plebana quam aliunde et generaliter quicunque possunt movere arma, parati sint omnibus oportunis, ut quacunque hora tam die quam nocte videbitur nobis et potestati et merescalcho nostrisque consiliariis, equitemus Domino preeunte in servicium sancte crucis magnifice et potenter ad honorem et gloriam Iesu Christi, ad dampnum et confusionem illorum, qui christianitatem dissipant et dispergunt.* Iun. 18.

9. *[De motu legati de Plebe venientis ad Paduam occupandam.]* Post hec legati verba dispositus est totus exercitus sapienter, utpote cum illic forent gentes, honorabiles in

a) *sic* 4; *ceteri codices praebent* habebimus *pro* iam haberemus. b) cum quodam alio *desunt* 4. c) die dominico XIII. 4. d) Pedemonte 4. e) Petri 4. f) gratulamini 1. 2. 2a. g) libenter 2. 2a.

77) quae via fert Patavio ad Plebem Sacci.

1256. Iun. 18. personis et numero personarum prudentia sapiencia et virtute, de Veneciis scilicet de Ferraria de Padua de comitatu Rudigii et aliunde, tam de civitatibus quam de villis; et constituta gente qualibet sub suis capotaneis rectoribus et vexillis, ponderata sunt plaustra armis, Iun. 19. victualibus, gratis[a, 78] et aliis paramentis ad pugnam. Et statim sequenti die Lune in mane arripiunt iter suum. Stant legatus, potestas, merescalcus et confalonerius et totus[b] exercitus leti fortes ylares et audaces in dextrariis, armis fulgentibus decorati et orientis solis radiis corruscantes; et de certo suo proposito cuncti clamant et tendunt ad Paduam occupandam. Exultans[c] legatus igitur, cum totum suum vidit exercitum sic pronum et voluntarium pro victoria sancte matris ecclesie, habuit in suo circuitu clerum suum, et cum omnibus clericis et litteratis circumstantibus cecinit et omnes alternatim et alta voce inceperunt ymnum illum[79] in honorem venerabilis sancte crucis:

Vexilla Regis prodeunt
Fulget crucis misterium, etc.

et est hymnus totus alacriter decantatus. Eis autem sic ymnizantibus sollempniter et devote, posset quis manifeste vidisse duo milia hominum, tam militum quam peditum, pre nimia letitia lacrimancium. Equitat nunc et ordinate incedit populus christianus, quasi, ut recte dicas, nunc populus Israeliticus vadit obviam Phylisteis. Et ventum est ad Pontem sancti 80 Nicolai[80] de villa Roncallie[81], ubi tunc habitatores illius loci pontem destruere festinabant; set nec eis erat potencia nec voluntas. Et profuit eciam venientibus, quod stolidus Ansedisius fecerat aquas fluminis desiccari.

Interea Ansedisius in palacio Padue convocat omnes de Pedemonte — nam in his precipue confidebat — et cum consilio Gorzie, qui secundus erat a potestate, Feltrinos omnes qui secum erant in civitate retinuit preter quosdam, quos misit, ut quasi supervideant gentem illam, quam[d] esse dicebat plebeculam venientem. Fuerunt autem isti, quos causa videndi transmisit: scilicet ipse Gorzia, Ainardinus de Agordo, Pacagnellus in Cividade, et Theupus nepos Gorzie, qui bindam[82] quandam amore unius dompne in sua tulit lancea[e]. Et erant cum istis quidam alii circa 10. Iverunt autem usque ad Voltam Berrocii[83], qui locus est distans a civitate circa miliaria duo. Ex adversa parte quoque venerunt quidam alii milites contra istos in planam viam, videlicet dompnus Ugozonus de Carraria, dompnus Marsilius et Albertinus omnes tres fratres, dompni Aicardinus Capud-Nigrum et Thomasius Cavacia et quidam alii, insultare volentes pocius in hostes equites quam pedestres. Dum itaque Gorzia hos vidisset et alios, bis vel ter voluit insultare in eos, hastam audaci animo inclinando, et Teupus ipsius nepos ad hoc ipsum satis familiariter invitabat. Deliberacione tamen habita saniori, Gorzia videns legati venientia signa gentesque irruere quasi leones ad predam, venientibus terga dedit cum suis. Et sic isti milites Ansedisii, spem totius vite sue iactantes in fugam pocius quam in arma, ad Ansedisium quam velociter sunt reversi.

10. *[Hic capiuntur burgi Paduani a legato et gente sua.]* Hoc audito in Padua, sunt multi qui plurimum colletantur, set timor et tremor aliquorum quassat viscera et medullas. Gens namque illa, que veniens sperat Paduam occupare, illis qui fugam arripiunt[f] nequaquam est visa plebecula, immo pocius tamquam aquile devolantes et turba prorsus innumerabilis quantitatis. Potestas itaque Ansedisius, immo anxius, continuo mittit gentes ad Pontemcorbum, unde videbantur venire hostes, et suam gentem ordinavit hoc modo. Nam circa 200 pedites de Vicencia et Vicentino districtu, cum talavaciis[g, 84] statuit super turrim et portam et spaldum de Pontecorbo et inde circum; pedites vero de Padua forsitan circa 1000 a lateribus illorum hinc inde ad vada, et a rota[85] fratrum Minorum inferius usque ad molendina de Terranigra[86]; balisterios circa 40 posuit aliquos ad portam et aliquos per ipsos pedites, extendens eos et miscens per plura loca; milites quosdam novos, quos in Padua constituerat his diebus propter Paduanorum militum absenciam et defectum, iussit intrinsecus post spaldum discurrere, ut hostibus venientibus undecunque prorsus denegetur introitus et illic viriliter sanguis venientium effundatur. Set spes frequenter in exultantibus

a) garis 2; cratibus 4. b) et totus 4; *ceteri codices praebent:* totius. c) *sic* 4; *ceteri codices:* exaltans. d) ipse *add.* 5. e) in suam tulit lanceam 1. 2a. f) arripuerunt 4. g) talanaciis 2; tavalaciis 2a.

78) cratibus. 79) Venantii Fortunati, L. II. c. 7, Opp. omnia ed. Luchi T. I. p. 45. 80) Ponte S. Nicolo a Patavio inter orientem et meridiem. 81) Roncaglia a Patavio inter orientem et meridiem. 82) fasciam. 83) *Volta del Berozzo* a Patavio inter orientem et meridiem. 84) clipeis. 85) via, Gall. *route.* 86) Terranegra a Patavio ad orientem.

fallitur et multo magis in trepidantibus evanescit. Ecce namque repente milites sancti Petri 1256. decurrunt, irruunt omnes inordinate, subito quoque deveniunt impugnantes obstrusam Iun. 19 portam viriliter et audacter. Convertuntur itaque defensores in fugam, latitant intrinsecus per porticus et per domos, et cum non sit illic aliquis, qui eos inpellat aut animet ad defensam, patuit porta de facili venientibus inimicis. Si qui vero reperti sunt super turrim super aggerem super spaldum, figuntur[a] protinus ab ymbribus sagittarum, ceduntur gladiis et lanzeis transforantur. Et non solum pugnatur ad turrim, set ab utraque parte pontis et turris fere per miliare. Hic dompnus Aicardinus de Capite Nigro vir strenuus et preclarus partem unam de gente cruce signata conducens inferius ad predicta molendina de Terranigra, resistentes in aggere[b] ultra flumen viriliter expugnavit et vicit. Quo viso Ansedisius fugam cepit ad civitatem. Tolbertus de Berica, qui assistebat ad latus eius, Wido de Maledo et Albertus de Fineto, omnes tres Vicentini, anxiantes et fugientes secuti sunt fugientem. Bruxa tenuit viam aliam et fugit usque ad Citadellam; Crepada tenuit versus Pratum. Set Gorcia, quamvis potestatem fugientem fugiens sequeretur, tamen paulatim regrediens pugnando viriliter, invitus venientibus et pugnantibus hostibus cessit et ingressus est civitatem. Osbergerius[c] de Vivario eciam pugnando contra venientes captus est illa hora. Demum captus est burgus et totus circuitus Rutenensis. Qui vero introitum defendebant, partim fugierunt ad fratrum Minorum locum, partim versus pontem sancti Stephani post dictum Gorziam fugierunt, partim ad pontem Altinatum, sicut impetus eos tulit. Prius tamen quam in toto pateret introitus, Crepada predictus et quidam secum extra a Pontecorbo exierant et per ripam fluminis venerant versus Pratum, ubi tunc morabatur Crepada, quem terga dantem de discrimine Pontiscorbi cum sequacibus suis, insecuta est gens signata signaculo sancte crucis. Et inter sequentes fuit vir prudens et strenuus Thomasius Cavacia in dextrario et in armis; et videns, Crepadam ipsum cum quadam equitantium quantitate circa 25 subintrantium domum molendinorum sancte Marie de Vancio, velud fugam arriperent et relinquerent civitatem, procedere[d], venit ad portam Prati. Quam apertam inveniens introivit, et occurrentibus ei duobus militibus adverse partis, armis militaribus egregie premunitis, cum fuisset usum[e] confracte lancee prudenter operatus in unum, percussit alterum taliter forti clava, quod in terram cedidit et a peditibus est finitus. Sic itaque milites isti duo tota die illa mortui iacuerunt ante sancti Danielis ecclesiam intus a porta Prati, multis querentibus et nullis cognoscentibus qui fuissent. Fuit autem sicut puto divina voluntas, quod in tanta burgorum victoria tantoque strepitu, quo legatus cum gente sua tam potentem et tam munitam habuit civitatem preter a muris intrinsecus[f], et[g] non fuit multa strages hominum occisorum; set inter hos duos, de quibus fecimus mencionem, et alios circa 14, qui sunt inventi per contratam ecclesie sancti Antonii, et quosdam alios ad Sanctam Margaritam et per Rutenam et alibi, 50 forte inter unam partem et alteram perierunt. Et facta sunt hec omnia supradicta die Lune 12. exeunte mense Iunii predicti anni Domini 1256.

11. *[Hic Ansedisius, reclusus intra muros Padue, circuit civitatem in nocte.]* Reclusis Christi hostibus intra muros, mersisque[h] solis radiis in occasum, audax gens legati prudens et victoriosa quievit. Receptique sunt milites et pedites omnes per burgos et vicinias quasi fratres et tota nocte illa cum hospitibus hospites sunt letati, querentes et respondentes alternatim: ubi steterint et quid fecerint temporibus retroactis. Istam quoque diem benedicebant affectuose, quam nostra etate venturam vix aliquis cogitabat. Set nemo reputet impossibile, diem gratam supervenire et horam, que forsitan non speratur. Quid nunc faciat Ansedisius, clausus et contremiscens, cum sua gente de Pedemonte? Gens enim Paduana intrinseca, etsi suam adhuc non audeat voluntatem hostendere, vigilanter expectat tamen ab hostibus extrinsecis[i] in crastinum superari. Itaque Ansedisius nocte illa penitus non descendit ab equo, bibere vel cibare non meminit; set cum fidelibus et complicibus suis, Gorzia, Alberto de Fineto et aliis, civitatem intrinsecus multis vicibus solicite circuivit. Nec in suis scutiferis confidebat, quin manu portarum seras temptaret; repagula palpat et vectes, videtque, quod firme sunt clavature. Et factus est claviger nocte illa; set forte in crastinum alter claviger introibit. Ut portas eciam faciat firmiores, murari

a) finguntur 1. 5. b) agere 1. 2a. c) Ostergerius 2; Osubergerius 2a. d) procedere et 1; precedit et 2; procedere 4. e) usu 4. f) intrinsecis 2. g) *deest* 2. 2a. h) missisque 2. 2a; versisque 4. i) intrinsecis 1. 2. 2a.

1256. Iun. 19. facit intrinsecus quasi omnes; et si visum est, quod hostes eri[87] rupissent alicubi, fecit muris et trabibus subito reparari. In turribus ballisterios posuit, in muris quoque pedites a latere contra hostes; ad portarum autem introitus defendendos, multos constituit defensores.

Iun. 20. 12. *[Hic ordinatur a legato et gente sua impugnare civitatem.]* Ecce quoque aurora fugante noctem, congregati sunt dompnus Marchus Quirinus Paduanorum potestas, merescalcus et reliqui barones exercitus ad legatum. Quibus legatus pauca verba exposuit, que sapientes aliqui loquebantur eidem. Dicebant enim, civitatem totis viribus expugnandam. Set alii in contrarium sentientes, consulebant, set bona fide, quod burgi omnes circumquaque ad civitatem ignibus concrementur et dimittatur civitas desolata. Querebat ab eis igitur, quid consulerent faciendum. Itaque post verba legati, concordaverunt omnes, quod urbs — que condam fuerat bonis omnibus copiosa tam nobilis tam decora tam catholica tam divina, cum sit circumdata personis religiosis et locis steteritque quondam dissipatrix hereticorum, fons et alumpna fidei, sancte matris ecclesie vernula et ministra — nequaquam wastari debeat nec suis deliciosis suburbiis mutilari; ipsi enim inimici, qui nunc per fas et nefas ea abutuntur et tenent, in deformacione Padue letarentur, cum eorum ad hoc intencio totaliter elaboret. Addebant eciam ad legatum et dicebant singuli quodammodo una voce: *Ecce iam ad tantum deventum est, divina gracia faciente, quod inimici tremunt intrinsecus, dolent medullitus et suspirant, penitet eos equidem tyrannidem operatos, vident oculis mortem suam. Gens vero nostra tota mente desiderat inimicos delere, Paduam in suam reducere libertatem, sanguinem innocentem ulcisci. Assumamus igitur arma, viriliter pugnemus tanquam in servicio terre sancte, domos nostras et bona propria gladio convincamus. Est enim nobiscum Deus, virtus equitas et prudencia est nobiscum. Scimus enim pro certo, quod non est pars centesima de intrinsecis omnibus, que sit nobis opposita vel*[a] *voluntaria in pugnando. Et quis muros defendet? quis aditus prohibebit vel portas? Sunt forte ribaldi 100 intrinsecus de villis silvestribus Pedemontis ad soldum, nudi famelici et inermes. Nonne bonus populus Paduanus et quicunque habent arma, coacti tenentur in partibus Lonbardie cum Ecelino? Nos igitur et gens nostra totaliter ad arma prosiliamus, irrumpamus et feliciter intremus in civitatem, que gaudenter iam dudum expectat adventum nostrum. Erit hodie dies illa profecto, que victoria*[b] *sancte matris ecclesie predicabitur citra mare et ultra, nosque et successores nostri hanc diem omni tempore habebimus celebrem et sollempnem.*

13. *[Hic impugnatur Padua a militibus sancti Petri.]* Hac itaque die Martis 11. exeunte Iunio 1256. anni cruce signata gens omnis arma letanter arripuit et tam milites quam pedites ad pugnam pedestrem parati muros et totam circuunt civitatem ex latere de Rutena, a ponte Gontarinorum videlicet usque ad sancti Michaelis ecclesiam sitam ex altera parte fluminis ultra castrum, quod tempore huius werre fecerat Ecelinus, ut supra legitur in 10. capitulo 5. libri: *Facta militum* etc. Et quamvis fere pugnetur undique, sunt verumtamen certa loca in quibus durius est pugnatum hinc inde. Illic enim ad Sanctum Lucam, ubi murus videbatur debilior, extrinseci — qui preterita die pugnantes murum ascenderant et intrassent equidem, nisi quod defecerunt spicula sagittantium — adhuc hodie redierunt. Et quamvis viderent locum forcius reparatum, nichilominus tamen nisi sunt defendentes inimicos depellere, eosque figere nunc lanceis, nunc sagittis, fundis petras rotantibus et
88 sonantibus cazafustis[c. 88]. Sic in magna diei parte valida extitit ibi pugna; et sunt illic vulnerati, non tamen mortui, de intrinsecis circa 10 et de extrinsecis circa 14. Ad portam vero Turrisellarum validior et periculosior pugna fuit, preter quod ibi multa vulnera non fuerunt. Erat enim porta defensa multum magno castro quodammodo, utpote castellata domo lapidea, qui fuit olim Apicacaure, defensa[d] turri fortissima et sublimi, balistis magnis et parvis plurimis, premunita acutis sudibus et lapidibus ponderosis. Hic neutra parcium alteri prevaluit die illa, quamvis illic utrinque diutissime[e] sit pugnatum. Ferrariensis autem unus cum acuta securi quadam portam ipsam frustra nitebatur incidere, sicut hodie patet in ipsa porta; set proficere nichil potuit, nam desuper tot lapides compluebant, quod vix mortis effugit periculum et rediit fagitatus in vanum. Pugnatum est eciam ad portam sancti Stephani et exinde ad pontem Altinatum per murum illum, quia planior erat murus et alicubi piceis[f] assidibus coadiutus et inde spissiores intrinseci defendentes; nec mirum,

a) forte *add.* 4. b) victoria *in* 1. *est correctum in:* victor. c) cazafrustis 2. d) multum magno *add.* 2. 2a. e) durissime 5. f) picei 1. 5; piceis 2; pices 2a; picibus assiduis 4. 87) heri. 88) tormentis.

cum illic adhibenda sit pocius medicina, ubi maiora morbi contraria invalescunt. Cum 1256. pugnaret denique gens legati in cunctis locis aliis fere[a] inutiliter et incassum, impugnancium maxima multitudo ad pontem Altinatum convenit, nec laycorum tantum set clericorum et conventualium personarum, ibi legatus ipse, ibi Minores fratres, ibi Predicatores, ibi de sancti Benedicti ordine, ibi de griseis[89], ibi de albis[90], ut vere possis dicere, tam clericos quam laicos pugnare unanimiter in paganos. Inspirante ergo divino spiritu, qui semper operatur ad bonum, voluntas fuit ipsis omnibus fratribus, militibus et peditibus una hora hedificium quoddam construere, quod vulgo vinea dicitur, id est gattus. Quo facto et ad portam conducto salubriter, nitebantur hii, qui sub gatto erant, portam confringere et confractam ad mortem defendencium subintrare. Set ecce desuper ab intrinsecis iactatus est ignis in gattum, iactatum est oleum, iactate[b] porcine carnes et parve pulveres[c], sulphur, pix et similia incentiva, ita quod ab illis est hedificium inflamatum et gattus, quibus cessit in excidium et ruinam. Hoc autem videntes extrinseci esse mortem et periculum defensorum, protinus exultantes, ligna lignis, flammam flammis addiderunt; et adeo augmentatus est ignis, quod incepit ardere porta nec potest ignis ulterius modo aliquo vel ingenio suffocari.

Iun. 20.

14. *[Hic fugit Ansedisius de Padua cum militibus et peditibus suis.]* Amodo videt Ansedisius mortem suam, et inspiciens iam ignem ardere intrinsecus, factum est tremebundus et anxius, gemens, pavidus et stupescens. Et ecce Paduanus civis quidam de bonis popularibus civitatis, Minus de Maniosis, salubre voluit dare consilium iam quasi terminanti tyranno et ait Ansedisio ipsi: *Dompne mi karissime, pater et dompne reverende, paciscamur kare dompne cum legato, et possumus personas nostras ab omni liberare periculo et civitatem nostram servare incolumem et indempnem.* Hunc quidem plurima non locutum impius ille Nero respiciens oculo tortuoso, dolorem, quem in mente conceperat, rabiem iniquitatem et iram effudit in innocentem et evaginato confestim gladio illum morte interemit indigna, qui ei salutis viam et vite semitam nunciabat, qui tyranno sic inmerito de sui animi bona simplicitate liberacionis consilium dederat et quietis. Itaque cruore fuso innocuo, et excitata demoniaca pravitate, Ansedisius dedit terga vincentibus et relinquens ardentem ignem, pro sua defensione et scuto cucurrit ad sancti Iohannis portam, clavem cuius tenebat, ex parte altera civitatis versus partem occidentalem. Et hospite insalutato aufugit, crebris usus calcaribus et vite sue habitis in succursum. Quem sui videntes conversum in fugam vilissimam, fugam arripuerunt et ipsi. Tunc confalonerius generalis dompnus Tiso de Campo Sancti Petri predictus audacter et viriliter cum quadam militum quantitate repente insequitur quasi per miliaria quatuor Ansedisium versus Vicenciam fugientem, cupiens personaliter ipsum et suos capere vel potius, quod converterentur ad pugnam. Et sic habuit quosdam equos de inimicis, quibusdam prostratis, quibusdam occisis, quibusdam fugatis per foveas et spineta. Et sic sancte ecclesie proditores angustiatum Ansedisium sequentes, dolorosi et anxii in munitionibus Vicencie latuerunt, corde reverberante quam plurimum, pulvere mixto sudoribus, et anhelantibus[d] arteriis, timore relicto procul et adhuc verumtamen non securi.

EXPLICIT LIBER OCTAVUS

INCIPIT NONUS.

1. *[Hic intrat legatus et milites sancti Petri in Padua.]* Talis et tanta virorum debilitas, pusillanimitas animorum, vilitas et inercia personarum, nunquam fuisse legitur in aliquibus partibus huius mundi. Qui enim se vicarium generalem sacri imperii a flumine Ollii usque Tridentum in suis litteris appellabat, qui civitatem habebat in manibus repletam sufficienter hoc tempore sibi subditis personis et armis, aquis undique circumseptam nisi eas per stulticiam obstruxisset, muris ex omni parte munitam, turribus predefensam ad portas, in fugiendo solummodo vitam suam statuit et salutem. Nullam quoque compassionem habuit super adversitatibus civitatis illius, in qua magnos honores habuerat, magnamque diviciarum copiam, cuius dominium possederat annis 7 minus forte per duos menses.

a) foret 2. 2a. b) sunt *add.* 4. c) pne plures 1. 2a; prone plures 2; parve pulveres 4; pernae plures 5. d) anselantibus 1. 2a.

89) Cisterciensibus. 90) v. supra p. 101, n. 61.

1256. Iun. 20. Ergo fugatis hostibus, aperte sunt porte civitatis ex omni parte, extracti sunt de carceribus homines mulieres et pueri, quibus sex magne domus intus a muris Padue adeo[a] erant plene, quod vix poterant vivere vel spirare, preter carcerem de Sancta Sophia, quem hesterna die gens cruce signata confregerat et liberati erant exinde captivi et carcerati circa 300 et ultra. In hac die itaque capcionis duricies et iniquitas fugati Ansedisii redundavit ad dampnum inextimabile civitati. Potuit enim crudelissimus ille rector cum veniente legato et suis bonas habuisse condiciones et pacta et se ab Ecelini flagellis et a morte durissima, Paduanos a pauperie liberasse, secundum quod erat salubre consilium Mini de Maniosis, de quo supra fecimus mencionem. Qui, sicut et gens legati adveniens, visus est scivisse Lucani legem per Cesarem introductam. Inquit enim:

Luc. Phars. I, 348. 349. *Arma tenenti*

Omnia dat, qui iusta negat, nec numina desunt.

Non enim dici posset vel cogitari domorum violenta predacio, tam in domo communis quam ubicunque per civitatem, mercatorum scilicet et aliarum gencium rapta spolia in cunctis, que possidentur, tam in hiis que in cameris sive stacionibus erant, quam in rebus karioribus, que in locis subterraneis reposita fuerant propter metum. Et duravit hec rapacitatis insanies fere per dies 8, ita quod hiis diebus fuit nobilis illa civitas Paduana pauperior, quam eo tempore Zenusii de Ruthena, quo ab Athilla destructa canino, translata mutavit lectum[b] ultra flumen, quod erat Padue municio primitus a latere occidentis, et nunc ibi Ruina dicitur ubi ante Athillam primo fundata erat et Patavium dicebatur. Quamvis autem in rapiendis rebus[c] mobilibus solitum sit ut plurimum discordias et cedes emergere, hic tamen a Domino factum est, quod in tanto strepitu et furore, non multa sunt in civitate homicidia perpetrata; et multum dubitabatur ante civitatis introitum. Tuscus quidam nomine Iohannes de Scanta, suam volens pretueri peccuniam, quam ad pignora mutuabat, defendendo peccuniam est occisus. Alii quidam eciam forsitan circa 5 sunt mortui in introitu civitatis, quasi ex improviso. Quod autem multa cessavit cedes, hec fuit credita esse causa, quod Paduani intrinseci Paduanorum extrinsecorum adventum toto desiderio expectabant. Fuit autem predictus introitus civitatis eadem die Martis predicta.

(Left margin, beside "sanies fere per dies 8": Iun. 20–27.)

2. *[Hic tangitur de carrocio Paduano.]* Postquam sic transcursa est civitas a militibus et gentibus sancti Petri, vir quidam Paduanus fuit, qui fugerat condam ad Este propter Ecelini timorem cum uxore et familia sua tota, cui natus est filius in principio werre ibidem. Contingit autem, hac die ipsum patrem et filium transire per plateam apud palatium Paduanum, et vidit filius carrocium Paduanum putridum et deforme, dirutum et despectum, inutile et confractum, et ait patri: *Ecce nunc, pater et dompne, quale hic hedificium video! Si hos radios inspicio sive rotas, si noto brachiolas et considero artemonem, plaustri videtur habere speciem set fuisse magnitudinis tante, quod duo boves ipsum conducere non valerent, nisi forte fuisset, ut audio, quod animalia olim maiora erant et homines, unde fiebant utensilia ampliora.* Cui pater quasi ridendo respondit: *Fili mi, hoc est carrocium Paduanum, quod est quasi pro castro quodam, quod ducitur cum leticia et honore, quando civitas vult prodire in hostes. Et super ipsum in quadam excellenti antenna defertur igneum et triumphale vexillum, ad quod totus spectat exercitus. Nec est castrum aliquod in Paduano districtu in montibus vel in plano, pro quo defendendo totus populus Paduanus adeo pugnaret viriliter et exponeret suam vitam et animam omni periculo et fortune. In hoc enim pendet honor vigor et gloria Paduani communis. Per hoc itaque manifeste apparet, quod Paduanorum inimici mortales, illi videlicet*[d] *de Romano, conculcare volentes propensius civitatem et civitatis honorem, iam sunt 16 anni et ultra, faciunt ipsum carrocium, ad communis Paduani vituperium hic manere continue, solibus desiccatum, putredine dirutum, pluviis deformatum. Fuit enim tempus aliquando, quo pulcritudine decoratum mirabili, pictum coloribus preciosis, de media nocte fulgebat in tantum, ut argenti nitorem excederet, plus quam auri fulgor mirifice radiaret. Et erat tremor hostibus Paduani communis, dum terra tota tremeret, unde ibat, quasi volitans ad modum fulminis*[e] *et draconum. Si vero forte quereres, unde primitus originem habuit, respicies supra altari maioris ecclesie Paduane; ibi namque videre poteris in picturis pulcre et artificiose*
91 *protractis Milonem tunc episcopum Paduanum*[91]*, regem Conradum et reginam uxorem eius Bertam nomine*[92]*, que regina peciit pro populo Paduano a rege, ut Paduanis graciam faceret,*

a) adeo *addit unus cod.* 4. b) locum 4. c) bonis 4. d) videlicet *addit unus cod.* 4. e) fluminis 1.

91) 1083—1095. 92) Bertha non Conradi regis sed Heinrici IV. imperatoris uxor fuit.

ut hedificarent carrocium[93], *quod eis olim Athilla tyrannus destruxerat, dum ipsos ad tantam* 1256. Iun. 20—27. *paupertatem conduxit, quod iam non dici poterat populus, set popellus. Hoc igitur munere eis dato, quoniam intercedente regina istam graciam habuerunt, fulgentissimum fecerunt carrocium et ad ipsius regine memoriam et honorem imposuerunt carrocio nomen Berta, quo quidem nomine vocatur hodie et vocabitur in eternum.*

3. *[Hic redditur officium, excommunicacione remota; et terra Montis Silicis redditur ecclesie.]* Licet ut dictum est plurimum spoliata sit civitas, gaudent tamen generaliter omnes, tam hii scilicet qui in civitate inventi fuerant, quam qui eciam advenerunt, et congratulantur dompno et patri in Christo reverendo legato, congratulantur utique potestati, congratulantur ad invicem parentes parentibus, cognoscentibus cognoscentes, vicini cum vicinis. Eis omnibus igitur, qui in civitate condam tempore tyrannie permanserant, ab excommunicacionis vinculo absolutis et devote recipientibus mandatum ecclesie, incipiunt cum tanto gaudio celebrari divina, quanto gauderet aliquis christianus ereptus post annos 20 vel ultra a iugo et a vinculis paganorum. Erat autem hec tanta letitia non solum in civitate vel burgis, set in castris et in villis utique[a], nisi forte ubi adhuc stabant capotanei Ecelini, quemadmodum in Montis Silicis sumitate. Nam hii, qui erant per villam et burgum inferius, audita victoria militum sancti Petri in Padua, statim prosilierunt ad arma et secuti dompnum Gontarinum, fratrem in loco Sancte Iustine de Monte Silice[b] sub obediencia monasterii sancte Iustine de Padua, terram illico percurrentes, terruerunt inimicos ecclesie; et muniti signaculo sancte crucis, protestantur amodo manifeste, se fovere partem ecclesie et habere ulterius Ecelinum eiusque amicos pro mortalibus inimicis. Igitur Gerardus de Tarvisio condam presbyter, set apostata nunc et capotaneus in villa Montis Silicis constitutus per Ecelinum, qui et illic in capotanaria sua multa commiserat, que non sunt relatu digna, cum quibusdam suis sequacibus superius fugit ad castrum et summum montis. Set ipse capotaneus castri pro Ecelino, nomine Propheta, Gerardum et eos, qui secum fugerant, manere dimisit in cincta sive in circuitu castri, set in castrum intrare nulla racione permisit. Timuit enim, ne forte de castro vellet facere tradimentum.

4. *[Hic redditur Citadella et Mestre per interpositas personas legato.]* Sonant rumores amodo per totam marchiam Tarvisinam. Et ecce habitatores de Citadella, ubi carcer mortalis erat, habito saniori consilio mittunt ad dompnum Tisonem de Campo Sancti Petri, qui cum legato erat Padue, ut quam citius veniat ad Citadellam accipiendam ad libitum suum et voluntatem. Sicque qui capotaneus erat pro Ecelino et Citadellam rexerat usque modo et hii qui cum eo erant, qui voluerunt, protinus ascenderunt zironem, suarum timentes periculum personarum. Quanta autem trepidacio erat istis, tanta erat exultacio carceratis, qui sperabant de tenebris exire ad lucem, de flagellis ad gaudia, de morte pervenire ad vitam; et fractis compedibus, vinculis dissolutis, apertis carceribus, pre nimia letitia lacrimantes carcerati ipsi 300 et ultra, alii videntes et alii non videntes, ad portas Citadelle perveniunt, laudantes misericordiam Iesu Christi et clamantes altis vocibus milites sancti Petri. Erat quippe clamor maximus circumquaque ad portas et voluntas eadem omnibus se reddere Christi nunciis et baiulatoribus sancte crucis. Interea dompnus Tiso advenit, et oblata securitate per eum illis, qui zironem ascenderant, Citadellam habuit et in sua protectione recepit, et omnes loci habitatores et alios sicut fideles ecclesie pertractavit ad honorem et voluntatem dompni legati et potestatis totiusque communis Paduani in rebus et in personis.

Hiis sic peractis in Citadella, custodes castri de Mestre, burgenses et omnes habitantes ibidem, sicut divina voluntas fuit, inventi sunt omnes unanimes una hora, castrum et locum reddere ecclesie et dompno episcopo Tarvisino[94]; et ipsum ei sine ullo tenore con- 94 corditer reddiderunt. A quo sunt animo gaudenti recepti et oblati per ipsum dompno legato sicut amodo Christi fidelissimi et devoti.

5. *[Hic redditur castrum Cigotum Albrico de Romano.]* Hec omnia facta sunt in septimana eadem, qua civitas capta fuit. Set et statim septimana sequenti visum est, quod Iun. 27—Iul. 4. adhuc quedam vestigia parcium remansissent. Illi enim, qui castrum Cigotum Tarvisini

a) ubique 4. b) de Monte Silice — Iustine *addit unus cod.* 4.

93) Totum hoc commentum accurate pertentat Dondi dall' Orologio Dissertazioni sopra l'istoria di Padova IV, 10—21. 94) Alberto 1255—1275.

1256. Iun. 27 Iul. 4. districtus habebant, sperantes adhuc forsitan, quod illi de Romano, cum haberent adhuc Tarvisium, possent Paduam rehabere, castrum Cigotum reddiderunt Albrico de Romano, qui Tarvisium possidebat, pretendentes hanc causam, quod ipse scilicet videbatur favere ecclesie. Nam in eo tanta dolositas versipellis latitaverat usque modo, quod crediderant aliqui, eum longis iam retro temporibus fratri suo Ecelino contrarium extitisse. Set hec credulitas[a] nequaquam locum habuit apud illos, qui noscunt naturalem amorem fratrum. Si enim veritatem loquitur Oracius dicens:

Hor. Ep. I, 10, 24. 25. *Naturam expellas furca, tamen usque recurret,*
Et mala prorumpet furtim fastigia victrix,

non erat credibile, quod duo fratres ex utroque parente laborarent et niterentur, ita quod unus in alterum tenderet ad inimiciciam capitalem. Sane aliqui de Padua de Tarvisio de Baxano et aliunde, sive liberi sive de ipsorum familiis, sunt penas et mortem perpessi, qui crediderunt, fratres illos inter se inimicari ad mortem. Immo de certo consilio et sciencia utriusque unus eorum parti adhesit ecclesie, alter parti imperatoris, ut utriusque partis uterque secreta cognosceret, et illos apcius possent disperdere quos volebant. Nam et cautissimus abbas ille Sancte Lucie primo et abbas factus postea Sancti Felicis de Vicentia, quidam alter eciam nomine Moscardinus de Pedemonte, nocte multis vicibus unius fratris ad alterum tulit litteras et secreta. Quod notum fuit in Vando de Vigoncia mortuo iniuste, ut superius dictum est, et in multis aliis qui similiter perierunt indigne.

6. *[Hic redduntur legato quasi omnia castra Paduani districtus.]* Audientes illi, qui tenebant Estensem rocam et castrum Montagnanam et alias terras de Scodessia, datum esse castrum Cigotum Albrico de Romano et sue parti, ipsum Este et terras de Scodesia totaliter dompno marchioni et eius nunciis pro eo recipientibus reddiderunt, non verumtamen denegantes[b], quod dabant omnia ecclesie et legato, utpote quia dompnus marchio erat in hiis partibus membrum ecclesie principale.

Quid plus? In eisdem diebus[c] — quibus fuit Padua, de iugo hereticorum erepta, data sancte matri ecclesie, reddita dompno legato et Marcho Quirino Paduano potestati de summa et ineffabili voluntate, castro illo fortissimo quod erat in Padua similiter reddito operatione[d] virtutis et sapiencie nobilis dompni Thomasini Iustignani de regno Veneciarum per Vendraminum de Pedemonte capotaneum ibi constitutum ab Ecelino, turre eciam et
Iun. 21. munitissima domo Apicacura in porta Turrisellarum redditis statim sequenti die post civitatem captam et habitam a legato, affidatis ibi custodibus solummodo in personis — statim et[e] ista loca sunt reddita dompno legato et communi Padue: videlicet Buvolenta[1], Cintum[2], Lucium[3], Montagnonum[4], castrum Montis Rubei[5], Castrum Novum[6], castrum episcopale Pindisii ceteraque loca omnia totius Paduani districtus, preter summum Montis Silicis et Cerrum et Calaonum, tam in montibus quam in plano. Que cum affectu tanto et voluntate se preceptis matris ecclesie subdiderunt, ut pauci vel fere nulli forent, qui haberent preteritorum malorum memoriam aut de transactis cruciatibus condolerent. Profecto multo gracior est post penam tranquillitas, et dulcedo post amaritudinem plus delectat.

c. Iun. 22. 7. *[De reditu Ecelini a devastacione Mantoani districtus.]* Circa diem terciam postquam Paduana civitas reddita erat, redibat Ecelinus a dissipacione et wastatione Mantoani districtus Veronam — quo perrexerat circa principium Madii nunc transacti, ut superius[7] dictum est, et per Mantuanum districtum vel[f] episcopatum, in quacunque parte potuit, illis diebus destruxerat — et ventum erat ad aquas Menzi[8], ubi nuncius ecce quidam anxius et anhelus stetit ante tyranni presenciam et ipsi interroganti: *Que nova?* respondit infelix ille: ***Mala, dompne, quia Paduam perdidistis;*** illum siquidem nuncium absque mora fecit occidi suspendio. Post hec per spacium temporis aliquanti advenit alter nuntius primo felicior et fato editus meliori. Hic Ecelino querenti: *Que nova?* sapienter et devote respondit, quod, si eius dompnationi placeret, volebat ei secrete loqui. Hunc commendavit tyrannus in corde suo; et auditis secreto rumoribus insperatis, quos eciam bene potuit occultare et

a) crudelitas 1. 2a. b) affirmantes 2. 2a. c) in eisdem vero temporibus 2. 2a. d) operatione — Venetiarum *addit unus cod.* 4. e) tunc quoque 4 *pro* statim et. f) districtum vel *addit unus cod.* 4.

1) Bovolenta v. supra p. 75, n. 61. 2) Cinto v. supra p. 80, n. 87. 3) Lozzo v. supra p. 74, n. 58. 4) Montagnone v. supra p. 62, n. 17. 5) Monterosso v. ibid. n. 16. 6) Castelnovo a Patavio inter occidentem et meridiem. 7) L. VIII. c. 1. p. 103. 8) Mincio fl.

novit transmutare in aliud, finxit se aliud audivisse. Et parva temporis quantitate trans- 1236
acta, ecce ad eum veniunt de suis militibus quidam, qui Padue erant in conflictu, scilicet Iun.
nunc[a] Gorcia, nunc Crepada, nunc Bruxa, nunc et alii, non eadem hora set successive. Ansedisius autem, qui Padue potestas extiterat, stabat adhuc Vicencie, ut denarios et pecuniam, quam Ecelinus eciam habebat Vicencie, colligeret festinanter in unum et ad suum dompnum exportaret; quem cum sua infelicitate videbit. Ipsis ergo suis militibus congregatis ad Ecelinum et de capta Padua cognita veritate, Ecelinus ipse aliud mente habuit et aliud dixit ore. Confestim namque taliter ordinans gentem suam, quod omnes Veronam trahat et nemo valeat deviare, quamvis die iam inclinante, iussit transire Menzum. Quo siquidem transvadato, quamvis omnes crederent hospitari, tamen fecit taliter, quod exercitus, tota nocte defessus, collectus est in Verona. Tunc murmurabantur latenter et timorose per omnes, Paduam esse captam ab inimicis; et sic quamvis Ecelinus hoc tegeret quantum posset, vulgus verumtamen noscens omnia non erat sine lacrimis et dolore. Igitur ne liceret mestis gentibus mutare propositum, claudi fecit omnes ianuas civitatis, custodes ad stratas posuit et si quis recedere presumebat, manibus et pedibus truncabatur. Ad hec fecit eos subdole convenire in unum conclusum locum et iussit, ut veniant sine armis, hoc forte, ut possit eos facilius detinere incautos. Et statuit aliquos subsurrones[b] suos fidos ire per turbam gencium, qui dicebant, fingentes se dicere in secreto: *Nos sine dubio imus Paduam, et si inimicos inveniemus ibidem, ipsos trucidabimus tanquam canes.* Contristati attamen Paduani diversi diversimode cogitabant, timentes aliqui, patres suos filios et uxores fratres vel consanguineos in civitatis occupacione peremptos, aliqui suas divicias esse raptas et domos, aliqui civitatem Paduam totaliter ignibus et sanguinibus deformatam. Contingit enim ut plurimum, quod si quis abest a re principaliter exoptata, vix est absque sollicitudine et timore et assidue pericula suspicatur.

8. *[De Paduanis carceratis Verone.]* Vult amodo Ecelinus sui odii venenum evomere, quod longo iam tempore cupiebat in gentem effundere Paduanam. Et suis convocatis complicibus, quos fingebat habere karos, inter cetera, que locutus est inter eos, breviter consilium peciit, quod facere habeat de Paduanis, quos iam conclusos tenebat in loco uno. Super quo Antonius, qui dicebantur Brosima, filius olim dompni Lemici de Ardengis de Padua, qui eciam nunc erat Vicentinus potestas pro Ecelino, suum bona fide consilium dedit, quod Paduani veniant cum ipso Vicenciam, quos illic tenere potest ad utilitatem amicorum commodius et ad inimicorum confusionem et mortem. Surrexit protinus et locutus est alius miles quidam diverso modo et ait suum dando consilium, quod Paduani omnes prorsus teneantur Verone; timendum quippe est, ne si Paduam appropinquant, ad partem alteram convertantur, et sic foret error novissimus peior primo. Quid ultra? Primo detineri fecit cunctos illos de Plebe Sacci, unde legatus venerat; secundo illos de Citadella, quoniam locum illum reddiderant sui de Citadella; tertio bubulcos; post quos pedites et milites, set istos ultimo loco; nam ipsi primo ceperunt alios et ipsi postmodum capti sunt et in carceribus positi, denuo[c] cum aliis perierunt. Et fuerunt numero undecim milia personarum et ultra de solis his de Padua et Paduano districtu, quos in carceribus Verone positos et detentos vir ipse perdicionis et homo inaudite iniquitatis morte mala tempore procedente perire fecit fame siti frigore nuditate, aliquos suspendio, aliquos quoque gladio, alios vero igne. De tanta quoque multitudine captivorum nunquam 200 Paduam redierunt. Et habuit Ecelinus predictorum omnium, quos sic mortaliter carceravit, equos arma tentoria vestimenta peccuniam cunctaque ornamenta, que tulerant studiose ad Ecelini decorem et ad sui magnificenciam warnimenti. Iam ecce secundo diebus istis depauperata est civitas Paduana; primo namque diviciis per milites sancti Petri, secundo personis et rebus[d] per vicarium antichristi. Set depauperacionis prime nulla est comparacio ad secundam; inopia namque rerum poterit restaurari, set non est restauracio personarum. Immo[e] nulli exstat ambiguum, quod humani generis tanta facta perdicio, in Verona specialiter in etate presenti, viris perditis, mulieribus viduatis, dampnificavit populum Paduanum in tantum, quod neque secunda etas neque tercia neque quarta poterit restaurare, quod iniqui et tyranni pravitas abolevit. Quare[f] consulo, quod provideant populi civitatum, ne talibus dompnis se submittant, quorum rabies bonos opprimat, malos foveat, iniquitatem diligat

a) nunc *addit unus cod.* 4. b) suburrones 1. 2. 2a. c) demum 2. 2a. d) rebus 3; *ceteri codices praebent:* hominibus. e) Iam 2. 2a. f) Quare 4; *ceteri codices:* Qua.

1256. et odiat equitatem. Est enim, ut ait philosophus, sors gravissima, sors mortalis, quociens iniquus gladius[a] veneno sevissimo sociatur.

Iun. Iul. 9. *[De pugna quadam facta ad rostam Longare.]* Diebus illis, dum talia tractarentur et fierent per inimicum ecclesie in Verona, et Paduana civitas mandatis ecclesie in omnibus obediret, stabat legatus cum suo clero in monasterio sancte Iustine de Padua in contrata Prato Vallis. Illuc ad ipsum cuncti conveniebant, ut de factis Padue et Paduani districtus salubriter disponeret et tractaret. Et quoniam quasi communiter ab omnibus dicebatur, quod Vicencia posset haberi de facili et eripi[b] de dominio Ecelini, super hoc cogitavit legatus cum potestate Padue, cum dompno marchione Azone de Este, qui novissime his diebus advenerat, et cum aliis sapientibus et potentibus civitatis. Ita quod per eos provisum est taliter, quod venerunt Paduam electi quidam milites et pedites de Bononia cum venerabili viro fratre Iohanne de ordine Predicatorum, et de Veneciis et de Cuglia venerunt pedites et baliste, de Ferraria milites et pedites, electa quantitas, et stabant omnes ire parati quocunque dompno legato placeret. Tunc quamvis warnimentum nondum exiret totaliter, Iul. 22. milites quidam et pedites die 10. exeunte Iulio mane iverunt, ut rostam[9] sive clusam disrumperent, que tenebatur a Vicentinis obstrusa in loco ubi dicitur a Longare[10]; nolebant enim, quod aque ille Paduam vel ad Paduanum districtum decurrerent. Itaque Vicentini milites et pedites exierunt obviam, ut apercionem aque contradicerent Paduanis. Unde illic apud aquam commissa est pugna quedam, ibique incursus extitit militum pugnancium prudenter utrinque. Fuit igitur fractio lancearum et stridor, tinitus ensium in galeis et loricis, et pugnatum est hinc inde viriliter quasi per unam horam, donec prostratis aliis de Vicentinis in terram aliis revolutis ad aquam aliis de campo fugatis, vagantur destrarii ignientes[c] per campum, sellis vacuis, loris inequaliter pendentibus contra pedes. Iacuerunt per terram clipei, enses fracti, arma multa militum et peditum sunt neglecta per vias. Et ita denuo post conflictum mortuus ibi iacuit Antonius Brosima potestas Vicencie, Marchabrunus de Vivario, Biaxa de Padua, qui tunc contra Paduanos pugnabant, Karus de Marano et miles quidam qui vocabatur Aregle. Longinus vero, iuvenis quidam de Berrica[d] mortuus est in aqua et alii quam plures cum eo. Tunc dompnus Gerardus iudex similiter de Berrica, Wido Pandecampi de Maledo, Andreas de Lusco, et filius dompni Gerardini et multi alii de Vicentia capti sunt in hoc certamine die illa; et Paduam sunt conducti.

Iul. 30. 10. *[Qualiter gens legati est Longare perterrita.]* Eodem mense Iulii, scilicet penultimo die mensis, movit legatus de Padua et cruce aurea more solito antecedente ad[e] ipsum vexillo crucifero allevato, clericis et militibus honorifice sociatus, equitavit in Christi no-
11 mine ivitque et posuit se ad Arlexicam[11]. Ad quem protinus potestas cum Paduanis, dompnus marchio cum Ferrariensibus, Mantuani cum eo, eciam frater Iohannes cum Bononiensibus suis, Veneti et Cuglienses, Veronenses et Vicentini de suis expulsi patriis et gentes alique de Romagna totumque warnimentum, quod collectum erat in Padua, convenit magnifice et potenter. Quibus omnibus congregatis, equitavit exercitus, et die
Aug. 1. Martis prima Augusti castra metatus est ad Longare. Illuc enim venit Albricus de Romano cum quadam gencium quantitate, data sibi fiducia per legatum. De cuius adventu quodammodo mirati sunt omnes, et fuit rumor quidam et quasi tumultus in populo propter adventum eius, set ob dompni legati reverenciam siluerunt. Tunc constitutus est dompnus marchio capitaneus et tocius exercitus merescalcus; et hoc modo gens tota quieta fuit et securior propter dompni marchionis magnitudinem sapienciam et virtutem. Ibi habundavit exercitus multis bonis, pane vino et victualibus omnibus ad talia oportunis, apertum cubalum[12] de villa, que appellatur Custodia[13]. Inter cetera namque cubala sive cavernas[f], que sunt multe per montes illos, hec est caverna[g] pre ceteris mirabilior subter montem, longa per miliare et ultra, in altum ardua, in latum ampla, hyemali tempore calida, frigidissima in estate, obscura omni tempore, si non illic luceant cerei aut faces; hinc vina optima, que tamquam in cellario cuncti de circumstantibus villis tempore vindemiarum reponunt, ad exercitum sunt delata. Dompnum legatum et alios omnes vina illa letificaverunt plurimum, fecerunt yllares et iocundos. Stetitque gens tota ibidem diebus aliquibus placide et

a) additus *addit* 4. b) capi 2. 2a. c) iginenter 2. d) Berucha 2; Beriza 4. e) ante 2. 2a. f) cameras 4. g) camera 4.

9) septum. 10) v. supra p. 42, n. 68. 11) Arlesega a Palavio inter occidentem et septemtriones 12) cavum, Ital. *covile.* 13) Costozza a Longare ad meridiem.

letanter. Set extrema gaudii luctus occupat. Nam loqui ceperunt aliqui per exercitum sub- 1256. Aug. surrantes, quod Ecelinus de Romano cum magna multitudine gentis venerat de Verona Vicenciam et crescebat quotidie gens ipsius et hoc specialiter faciebat pro legati exercitu invadendo. Inde timor et tremor aliquos de gente legati perterruit, et ceperunt cogitare solum de suo facto, quid foret eis in tali articulo faciendum. Est autem non bonum indicium in expedicionibus civitatum et werris, cum hii, qui debent communitati consulere, utilitatem spectant propriam, non communem.

11. *[Qualiter legatus cum exercitu rediit de Longare.]* Hoc itaque notaverunt legatus, potestas et marchio, et parabant apponere tanto vulneri medicinam. Set ecce primo Bononienses — nec inquiri potuit auctor commote rixe — aperte lamentari ceperunt, quod soldum sive salarium a suo sibi communi promissum penitus habere non poterant, unde illic amplius manere nolebant; nec potuit frater Iohannes eorum magister et rector ipsos ad manendum ulterius confortare. Stabant autem ipsi Bononienses cum eo segregati ab exercitu aliquanto spacio contra hostes. Itaque Veneti et Clugienses sencientes aliquid per exercitum murmurari, naves suas quasdam, quas iam traxerant ultra rostam, reduxerunt nocte quadam versus exercitum ad locum securiorem. Et sic istis visis et auditis indiciis pronosticantibus non ad bonum, statim nocte una iussit et voluit legatus et stare fecit Aug. 8. totum exercitum providum et armatum. Et sequenti die in vigiliis sancti Laurentii, scilicet 9. die intrante Augusto, movere ceperunt multi temptoria et castra de locis suis, quasi Aug. 9. iam vellent arripere viam et tenderent ad regressum. Quid plus[a]? Nec legati reverencia valuit nec potestatis mandata vel marchionis; set ceperunt omnes et singuli ruere et inordinate Paduam regredi, tanquam[b] hostes sequerentur eorum terga. Videns itaque potestas quam subito, quod talis impetus et amencia inconsulta suam posset civitatem dampnificare, quod absit, suspicans se in suo exercitu serpentem quasi nutrivisse in sinu, premisit illico festinanter nuncios suos ad civitatem, ut ianue claudantur; et quod mandavit, factum est. Set parva transacta mora, ecce Albricus de Romano properanter potestatem preveniens, civitatem ex omni quasi latere circuivit, postulans intrinsecus hospitari; nemo tamen scire potuit, quid eius animus intendebat. Unde recessit indignatus et murmurans, et hospitatus est extra civitatem, quasi per miliare; sequenti quoque[c] mane Tarvisium ivit. Legatus autem et totus exercitus Paduam sanus et incolomis est regressus.

12. *[Quo tempore dompnus episcopus et dompnus abbas Sancte Iustine de Padua sunt in suis dignitatibus positi.]* Hic pretermittendum non arbitror, quod divina dispensacio ultra communem valenciam hominum commendanda de sua ineffabili bonitate sine intermissione procurat, quod humanum genus salubriter gubernetur habeatque in spiritalibus eciam patres venerabiles et dignos pastores in suis locis. Hiis namque diebus, quibus sedes episcopalis in Padua iam tempore longo vacaverat propter tyrannidem Ecelini, vir venerabilis et discretus, moribus imitandus, divina et humana lege perspicuus, olim filius nobilis viri dompni Forzate de Padua, Iohannes nomine, quod recte sonat Christi[d] gracia, dignitate episcopali ab ipsa sancta Romana ecclesia iam antea dignis meritis acquisita, in anno Domini supradicto 1256. die 3. intrante Augusto, a cuncto clero et populo Paduano pro- Aug. 3. cessione celebrata sollempniter, in sua sede episcopali de Padua, susceptus feliciter, honorabiliter est locatus, cunctis ympnizantibus et psallentibus sive cantantibus: *Te Deum laudamus*, et odas[e] alias ad laudem Domini pertinentes.

Luce vero tertia ante presentem diem, ut puta prima die Augusti, abbas Iacobus, vir Aug. 1. omni laude dignissimus, collocatus erat et positus in sede sua[f] monasterii seu abbatie sancte Iustine de Padua, per dictam sanctam Romanam ecclesiam sibi date.

13. *[Post regressum exercitum de Longare loquitur Ecelinus Vicencie inter suos.]* Audito post Aug. 9. Vicencie, quod warnimentum legati recesserat de Longare, hostensum est magnum gaudium Vicencie apud omnes. Set fuerunt plurimi, quorum leticia ficta erat. Nam aliqui expectabant ibidem de servili iugo collum eripere per legatum et gentem suam; nequaquam autem suum animum hostendere presumpserunt, memores, quod paucis adhuc diebus elapsis, quando scilicet Padua capta fuit, viri quidam de porta Sancti Petri de Vicentia, muniti nimium propere signaculo sancte crucis, impiis manibus et indignis in civitate propria sunt occisi. Interea stante legato in Padua cum toto warnimento predicto, Ecelinus

a) Quod populus 4. b) si *add.* 4. c) vero 2. 5. d) Dei 2. e) omnes 2. 2a; orationes 5. f) in sede sua unus *addit cod.* 4.

1256. post Aug. 9. Vicenciam venit cum Theotonicis, quos semper ducebat secum, et cum magna militum et peditum quantitate. Qui sciens Vicentinos diversos diversimoda cogitantes, stetit in eorum palatio, et facta concione solempni, non solum de populo Vicentino, set de cunctis aliis, quos habebat de Verona de Lonbardia de Pedemonte et aliunde, hec verba locutus est inter eos: *Etsi contingat aliquando, quod iniquitas equitati preiudicet, corrumpatur iusticia ab iniustis, Dei tamen violencia nullatenus violatur, neque est ingenium humanum sufficiens in cunctis discernere plenarie, quod est iustum. Immo solus ipse Deus omnipotens iuste considerans universa, quod est melius in omnibus statuit et disponit. Est namque verum, quod inimici nostri, pars quippe racioni contraria et rectitudinis inimica*[a], *districtum Vicentinum invaserant*[b] *et minabantur quidam voluptuose viventes, civitatem Vicenciam insultare, volentes viros bonos confundere, qui vitam insontem ducunt nequaquam rapiunt alienum, disperdere, nos et nostram civitatem igni submittere, effundere sanguinem innocentem, exheredare immeritos, orphanare pupillos, viduas compellere mendicare. Placuit autem Deo, qui dampnat iniquitatem, ut scisma cresceret et sedicio inter eos, dum vires nostras plurimum pertimentes, non utique presumpserunt nos expectare in campo, sed iter suum arripuerunt inordinate, conversi quidem in suum improperium et in fugam. Nos igitur cognoscamus a Domino quod est factum, et simus unanimes et concordes, equis et armis viriliter preparati; quoniam si considero amicorum magnificenciam et vigorem, propositum et laudabilem voluntatem, non multa tempora elabuntur, quod amicis nostris honor accrescet et gloria, virtus et potencia extendetur. Erit autem nostris inimicis confusio dolor et dispersio violenta, mortis eciam extrema obscuritas et inreparabilis in eternum.*

Hec autem omnia supradicta huius noni libri sunt in predicto anno Domini 1256. facta[c].

EXPLICIT LIBER NONUS

INCIPIT DECIMUS.

1. *[Hic faciunt Paduani spaldum pro securitate sua et civitatis.]* Parata credit amodo esse tempora Ecelinus, ut Paduam valeat rehabere, sive incolumen sive lesam. Itaque nocte quadam solicitus et insompnis inter cetera magna et ardua facta, que corde magnanimo revolvebat, ait ad semet ipsum et solum: *Ecce iam inimici fugam arripuerunt de campo; et necesse est de duabus occasionibus unam esse, forsitan vel utramque, aut enim est scisma et sedicio inter eos, aut forte timoris causa. Colligam igitur vires meas et Paduanos dante Domino sub pedibus conculcabo, aut*[d] *terga conteram proditorum.* Et sic continuo post hec infra suum animum revoluta, quamvis Vicencie gentem copiosam haberet, non neglexit tamen litteras et nuncios mittere ad quamcunque partem, unde sperare potuit suum accrescere warnimentum. Scivit enim, quod habundans cautela non nocet, et qui paratus fuerit oportunis[e], vix poterit irrideri. Tunc, sive per famam fuerit quam nullam latet secretum, sive per exploratores qui facta referunt civitatum ad civitates, cognitum est in Padua, quod Ecelinus proponit invadere Paduanum districtum. Ergo deliberato consilio, statuunt Paduani fossatum et spaldum facere a latere civitatis Paduane versus sero, in qua parte potius expedire videtur, propter futurum[f] exinde inimici adventum, foris muro scilicet circa trecentos passus; et quamvis laboriosum extiterit, omnes tamen voluntarie laborantes opus magnum paucis adimpleverunt diebus, utpote longam foveam, quasi per miliaria tria, amplam eciam, ut quasi Brente alveus crederetur. Fovea quidem facta, constructum est ibi spaldum trabeum longo tractu fortissimum[g] et condempsum, turres quoque lignee, tortirelle sive prederie certis locis, ut si temerarius inimicus accesserit, redeat cum pudore et dampno. Hoc opus tamen nullus vilitati ascribat, quod equidem factum est potius propter civitatis et personarum[h] tutelam, quam ipsius civitatis[h] decorem. Nam qui possent pugnasse postmodum intra spaldum securiores, foris exierunt ut plurimum, sicut postea tempore discriminis patuit manifeste, et pugnantes extrinsecus viriliter contra hostes, ex eis ceperunt quosdam, multos converterunt in fugam, vulneraverunt aliquos et aliquos occiderunt.

a) inimica 4; *ceteri codices:* inimici. b) invaserat 1. 2a. 4; invaserant 2; invaserunt 5. c) *deest* 1. 2. 2a. d) *an* et? e) oportunus 2. f) et *add.* 2. g) firmissimum 4. h) et personarum civitatis *desunt* 1.

2. *[Hic victa Montegalda et Montegaldella, venit Ecelinus versus Paduam hostiliter.]* Movit quoque diebus illis Padue persecutor et hostis, et hoc solum mente gerens propositum, scilicet Paduam occupare, si poterit. Perrexit prima fronte ad locum illum dictum superius de Longare, ubi rostam sive clusam reparari fecit firmius, ut aque circa Paduam desicentur. Motusque exinde ivit Montegaldam[14] et Montegaldellam[15], loca Vicentini districtus, que iam videbantur reddita esse parti ecclesie et Ecelini dominium neglexisse et partem. Nolens autem[a] ibi personaliter facere moram, Vicentinos illic reliquit, eis districte precipiens, ut obsidentes utrumque locum, exinde non recedant, nisi utriusque loci proditores personaliter habeant eosdemque ad eum ducant vinculis alligatos. Ipse itaque venit Arlexicam[16], terram Paduani districtus, cum ingenti turba gencium et exercitu copioso, et crescebat cotidie gens ipsius. Dum autem Vicentini obsiderent sibi precepta loca, elapsis diebus paucis post Ecelini recessum, ibi comissa est pugna quedam, et ex utraque parte multis mortuis, Vicentinis tandem est reddita Montegalda, recedentibus illis, qui eam reddiderunt, solummodo in camisiis et in bracis. Et sic postea dum victores turrim Montegaldelle deposcerent, negantibus illis qui defendebant, et dum se prepararent extrinseci turrim incidere, videntes intrinseci se perire, turrim et se omnes protinus reddiderunt; et sic alligati vinculis, ducti ad Ecelinum, iussu eius sunt luminibus excecati, dum ipse fremens et iratus assereret, ipsos se non reddidisse immo per violenciam esse captos. Et erant hec omnia in Augusto circa finem ipsius mensis in predicto 1256. anno.

1256 post Aug. 9.

3. *[Hic stat Ecelinus prope spaldum Padue, et nominantur gentes que sunt cum eo]* Tunc processit copiosus exercitus Ecelini de loco Arlexice, et veniens versus Paduam, castra metatus est in confinio de Tranbaque[b, 17] et de Arelda[c, 18]. Et facta unica hospitacione ibidem, venit die dominico 5. exeunte Augusto et hospitatus est cum exercitu suo toto et maximo iuxta Brentam, in territorio scilicet et in villa Vedeite[19] prope Paduam per unum miliare vel circa hoc. Villas inde totaliter spoliavit, vastavit fruges, arbores extirpavit et, ut vere loquar, omnia generaliter mobilia rapuit, que locorum habitatores vel nequiverunt secum ducere vel Paduam deportare. Set nec sufficere poterant illarum villarum spolia tantis turbis. Erant enim cum Ecelino Veronenses generaliter pro communi, omnes Vicentini, similiter Feltrini et Bellunenses comuniter omnes, milites Cremonenses et Papienses in maxima quantitate, de Placentia de Vercellis, Brixienses et Pergamenses et gentes alie tante de diversis partibus congregate, quod longum[d] foret singulariter numerare. De Theotonicis non est dicere, quoniam multos habebat ad soldum et sine ipsis omnibus nusquam[e] ibat. Stans hic[f] potentissimus et magnificus Padue inimicus, manifeste considerat, quod irrumpere nequid in civitatem. Itaque multa consilia faciens, cepit examinare et querere ab aliquibus Paduanis, quos secum de Verona conduxerat et qui precipue noverant situm loci, quid fieri posset ad inimicos pocius confundendos. Cui Paduani ipsi, non audentes dicere de recessu, quam caucius poterant respondebant, hoc esse dampnum maximum quod fiebat et eternum obprobrium Paduanis. Unde fideliter ei dabant consilium, quod hic moram cum exercitu faceret et interdum gentes poneret ad spaldum impugnandum et invadendum, quoniam hii, qui venerant[g] Paduam in succursum, ibi pro certo non multo tempore morabuntur.

Aug. 27.

4. *[Hic exeunt Paduani obviam Ecelino, et nominantur gentes, que sunt cum eis[h].]* Scientes amodo Paduani, quod locatus est exercitus valde prope ad civitatem, exire volunt obviam inimicis. Et cum tentoriis, travachis[20] et tendis exeunt civitatem magnifice, locantes se foris a civitatis muro et intra spaldum, ubi erat et habitacio dompni legati et sui cleri, qui in loco et monasterio spacioso sancti Benedicti posuerat suam mansionem et sedem quam plus prope[i] poterat ad[k] inimicos. Erant autem in hoc Paduanorum immo ecclesie warnimento dompnus Gregorius sancte sedis Aquilegiensis patriarcha[21] cum militibus suis de Foro Iulii, veneratque hesterna die, habens secum societatem honorabilem

a) autem *unus add. cod.* 4. b) tr̄baqꝫ 1; trambache 2a; trābaqꝫ 3; Tumba 5. c) Areolda 5. d) tedium 2; tendum 2a. e) nunquam 5. f) igitur 4. g) modo erant 2. 2a. h) eo 1. i) prope *addit unus cod.* 4. k) apud 2. 2a.

14) v. supra p. 42, n. 66. 15) Montegaldella in dextera fluvii Bacchiglione ripa, exadversum Montegaldam. 16) v. supra p. 116, n. 11. 17) Trambacche a Patavio ad occidentem. 18) Reolda inter Arlesegam et Trambacche. 19) hodie *Chiesa nova* prope Patavium, ad occidentem. V. Verci Ecel. II, 345. 20) tabernaculis. 21) v. supra p. 85, n. 25.

1256. Aug. et decentem; et in eius societate venerat dompnus Biaquinus de Camino, vir providus et discretus, sapiens strenuus et astutus. Erat illic eciam nobilis ille Azo, Dei et apostolica[a] gratia marchio Estensis et Anconensis, qui venire fecerat Ferrariensem miliciam quasi totam; pedites autem nondum venerant, set prorsus in brevi venturi erant. Volebat equidem ipse marchio totam suam movere potenciam pro matre sua Padua defendenda, ut asserebat. Fuerunt illic in magna parte milites Mantuani, quos scilicet compellebat amor quodammodo naturalis. Dicunt enim qui recolunt, quod quidam specialis amicitie vigor quasi radicatus antiquitus extat inter Mantuam et Paduam longis temporibus iam transactis, usque videlicet illo tempore, quo 9 civitates de Lonbardia venerunt[22] hostiliter usque ad Pontem Brente[23] de Vigoncia[24] pro Padua invadenda; inter quas dum esset Mantua, miles quidam Mantuanus probus astutus et sapiens, predecessor dompni Zuconis militis Mantuani, Paduanorum hostes sapienter et ingeniose submovit ab obsidione seu exterminio Paduano; quare adhuc commune Paduanum omni anno donat heredibus[b] dompni Zuconis unum spariverium[c. 25] iure feudi. Erat eciam in predicto warnimento ecclesie pulcra satis quantitas Venetorum et Cugliensium, quorundam eciam de Romagna; erant illic eciam, qui expulsi fuerant de Verona tempore tyrannidis Ecelini. Milites vero Bononienses et pedites, qui cum fratre Iohanne venerant ob sancte crucis reverenciam, ut dixerunt, ecce nunc cum ipso fratre Iohanne recesserant, dompnum legatum et alios, qui pro cruce pugnabant, in maiori, immo maximo necessitatis articulo relinquentes. Set hoc ipsis improperare non audeo, quoniam apud ipsos Bononienses in sciencia litterali nutritus, in anno Domini 1221. illic a Boncompagno meo dompno et magistro, nacione et eloquencia Flo-
26 rentino[26], licet indignus, recepi officium magistratus.

5. *[Primus insultus, quem fecit Ecelinus ad spaldum Padue.]* Utriusque partis gentibus et amicis, ut dictum est superius, preparatis et cognito per Ecelinum, quod in quantum in numero personarum warnimentum ecclesie suo warnimento comparari non poterat, suam
Aug. 30. voluit experiri fortunam. Ergo die Mercurii, penultimo mensis Augusti in supradicto anno 1256. movit miliciam suam totam, movit eciam magnam peditum quantitatem, premisit balisterios et waldanam omnesque wastatores cum illis, et miro quodam modo et sapienti ordinavit 6 acies militum sub certis insignis et vexillis, ardentes quidem armis fulgentibus in dextrariis faleratis. Stetit autem ipse magnificus et timendus in septima Theotonicorum suorum acie, in qua erat solitus confidencius equitare. Iussit dictos ballisterios et waldanam procedere cum wastatoribus, ferentibus runcones[d. 27] acutissimos et secures, fossoria et ligones, arbores incidere et rubeta[e. 28], vineas et segetes omnes; planare vias fossasque cunctas obstruere, tamquam militum expectaret incursus et optaret habere bellum sanguineum et campestre. Gente siquidem ordinata, subito pervenit ad spaldum et fossas, que nondum ex toto complete erant, optans, ut videbatur, quod intriuseca milicia eciam se committeret casui et fortune. Tunc dompnus Marchus Quirinus providus Paduanus potestas fecit illico signum dari, et gens tota cruce signata, que fuit in civitate et extra, repente devoluta ad spaldum hostibus viriliter occurrebat. Immo, secundum quod volebat dompnus marchio[f], comes de Sancto Bonifacio, dompnus Biaquinus ceterique magnates et nobiles viri, strenui et prudentes, tam scilicet forenses quam cives, esse potuit illa dies, qua Deus iustum fecisset iudicium et vidisset civitas Paduana de magnis suis iniuriis recompensacionem meritam et vindictam. Nam cuncti milites ecclesie et legati, armis militaribus refulgentes, sedentes quoque stabiles in bellicosis destrariis, nichil securi minus, quam si foret quilibet in castello, alto vigore animi mirabiliter premuniti, hastis ad feltrum positis, portam spaldi rumpere iam parabant et sub fortune alea securissime exponere se et sua. Prohibuerunt autem dompnus legatus et dompnus patriarcha militibus ipsis penitus, ne exirent, imposita gravi pena rerum et personarum. Exiverunt ergo multi pedites motu

a) apostolice sedis 2. b) ipsius *add.* 4. c) sparmerium 2; sparaverium 4. d) rincones 1; runchones 2. 2a; roncones 4. 5. e) *sic* 4; *ceteri codices* rubeca. f) Marchus Quirinus et 2 *pro* marchio.

22) anno 1202 secundum Chronicon Patavinum ap. Muratorium Antiqu. Ital. IV, 1125, anno 1201 secundum Antonii Godi annales. 23) *Ponte di Brenta* a Patavio inter orientem et septemtriones. 24) Vigonza a Patavio inter orientem et septemtriones. 25) accipitrem. 26) De Boncompagno Florentino, „magno magistro in grammatica," qui inter cetera scripsit historiam obsidionis Anconae, cf. Salimbene ad 1233 p. 38. 39, et Sarti De claris archigymn. Bolon. professoribus I, 508. 27) falces. 28) loca rubis consita.

spontaneo extra spaldum et cum waldana et cum inimicis pedestribus, qui ante venerant, 1256. strenue pugnaverunt, ita quod hac die de gente Ecelini circa 14 vulnerati redierunt ad Aug. 30 castra, tres mortui iacuerunt in campo. Quartus autem quidam de gente illa tyrannica Paduanum quendam cepit, adiutus a tribus, nomine Placitum, qui se virum de curia, cantatorem scilicet fatebatur et erat; et captor capto suspendium minabatur. Set recuperatus Paduanus a suis, eadem hora tanquam bonus debitor illic in quadam arbore dedit et reddidit suspendium minatori Duo etiam pedites de gente legati sunt mortui die illa pugnantes viriliter, ut verum fateor[a], contra hostes quasi circa 10 et ultra. Vulnerati vero 5 redierunt ad civitatem. Sic quoque steterunt milites Ecelini de mane usque ad vesperas die illa inertes et tandem ad tentoria sunt reversi

6. *[Hic facit Ecelinus secundum insultum ad spaldum.]* Altera vero die movit Ecelinus[b] Aug. 31. miliciam et pedites supradictos et iterum reversus ad spaldum, aut procul dubio expectabat, quod Paduanum warnimentum exiret ei obviam ad pugnandum, aut sperabat forte, quod in civitate scisma vel sedicio moveretur. Volebat namque castrum quod olim in Padua fecerat introire, si posset; quod si ei contigisset, quod absit, Padua iam non amplius Padua diceretur. O quociens illa die furor et rabies Ecelini optavit Vendramo[c] de Pedemonte mortales penas usque ad finem mortis et sine morte perpetuo duraturas! In eo enim pre ceteris confisus aliquando, capotaneum ipsum in castro Paduano posuerat, in quo sperans, nulla racione timebat dominio tante civitatis carere et sic per consequens nichil de tota marchia dubitabat; nec unquam crediderat ante factum, quod ipse Vendramus fidelitati sue commissum castrum hostibus unquam redderet, prius immo subiret mortem et si quid horribilius foret morte. Stantibus autem sic militibus Ecelini, multi de suis peditibus moti sunt, cum waldana tendentes velociter, quasi venirent ad portam spaldi. Set cum legati milites non permitterentur exire, Paduani quidam pedites et aliqui forenses cum eis, hostibus venientibus occurrerunt in contrarium contra spaldum. Inter quos fuit vir quidam strenuus et fortis in armis, nomine Bonxemblante, qui condam multo tempore propter sue persone decorem et probitatem, valde karus fuerat Ecelino et inter multa discrimina eius assistens lateri, reddebat ipsum intrepidum et securum. Hic demum post temporis diuturnitatem considerans sui dompni Ecelini tyrannidem diebus singulis inolere, Verone cum ipso permanens, caute et sapienter arripuit subterfugium, iam antea diucius preconceptum. Extitit igitur in hoc loco dictus Bonxemblante cum ceteris pro cruce pugnantibus et pedestrem pugnam faciens contra pedites sancte fidei inimicos, tres in parva mora temporis dedit morti, duos quoque vulneratos mortaliter compulit ad castra scelerata redire; et ita cum hiis[d], qui secuti sunt eum, prudenter barram[29] quandam factam 29 ab inimicis discerpuit[e] suosque consocios verbis et factis animavit in tantum, quod de illis adverse partis in die illa, sive per manus eius sive per manus compugnancium secum pro ecclesia sancta Dei, circa 40 mortui iacuerunt per campos, vulnerati vero plures quam 50 usque ad Ecelini tentoria redierunt, cruore signante vias. De peditibus eciam partis ecclesie tres meruerunt premium sacre mortis, vulnerati vero circa 25 redierunt ad civitatem, fugatis inimicis ad castra. Ecce iam hora vespertina advenerat, cum Ecelinus de morte peditum nichil curans, set expectans hoc solum, quod milites civitatem exirent, suos milites nusquam moveri permiserat. Et sic spe rabida defraudatus in totum, se cum sua vertit milicia tota et equitavit versus stratas et vias, que veniunt de parte Baxani, ut victualibus, que de Baxano ad eius exercitum ferebantur, daret securitatem et comeatum. Novissime namque diebus illis prudencia militum et peditum positorum per legatum in Rovolone[30] violenter acceperat circa 40 plaustra vini cum bubulcis et bubus, que iussu dompni Ecelini, Mainardus capotaneus Baxani et Pedemontis ad Ecelini exercitum transmittebat.

7. *[Querit Ecelinus consilium, unde possit in civitatem irrumpere.]* Postquam duabus Sept. 1. vicibus Ecelinus in vanum steterat circa spaldum, tunc aliud fecit propositum et sero quodam, cum castra iam forent clausa silencio, Paduanos quosdam, quos secum de Verona conduxerat, scilicet[f] Tomaxium Iohannis Zoti de Padua, Vitalianum de Areolda et Fredolfinum notarium, quos dicebat fideliores quos haberet in Padua, et alios[f] forte circa 12 fecit ad se venire, et ait illis: *Ecce iam inimici, in suis tantum municionibus confidentes, exire ad*

a) fatear 5. b) eandem *addit* 4; suam *add.* 5. c) Vendramino 2. 4. d) hii 1. 2a. e) discrepuit 1. 2a. f) scilicet — in Padua et alios *desunt* 1. 2a. 3.

29) sepimentum. 30) Rovolone a Patavio ad occidentem.

1256. Sept. 1. *nos non audent, set velut cuniculi latitant intra spaldum. Nobis igitur est videndum, si qua parte posset haberi ad eos introitus vel accessus, ut vel ipsos aggredi valeamus, vel saltem ad Montem Silicem dirigere gentem nostram. Illic enim in summo montis et castro fideles nostri Propheta et Gerardus adhuc viriliter se defendunt, immo cum prederiis et balistis die ac nocte grandinant proditores et villam, eosque impugnant iugiter et occidunt. Nec dubito, quod si illuc accedere valeamus, villam in instanti habebimus; et habito Monte Silice et habito monte Rico*[31]*, nec Padua se defendet, sicut nec fecit olim, nec inimici locum invenient, ubi possint vel audeant in marchia commorari.* Ad hoc surgens respondit unus, et ait: *Verum est, quod immensus timor compulit Paduanos, dum sic se fossis subitis vallaverunt, set esse solet locus quidam in uno de*[a] *suburbiis civitatis, per quem deberet facilis haberi accessus. Ubi namque est portus navium in contrata de Sancta Cruce, illic fluminis alveus quodammodo ampliatus puto potest absque difficultate vadari. Itaque per locum illum flumine superato, nullum restat ultra obstaculum; set positis castris in Prato Vallis, nulla erit postmodum civitatis defensio. Et habita civitate, locus Montis Silicis cum monte Rico et aliis pertinenciis suis confestim veniet ad mandata, immo loca et castra quelibet Paduani districtus vestris pedibus advolventur. Ubi namque declinat capud, et membra quelibet subsecuntur.*

8. *[Hic vult Ecelinus intrare Paduam a*[b] *Sancta Cruce vel ire ad Montem Silicem.]* Hoc Sept. 2. nempe consilio confortatus, statim sequenti die universis suis militibus dispositis et more solito armatis et ordinatis, venit Ecelinus ipse cum acie una militum usque super fluminis ripam ex parte altera Sancte Crucis, dimissa tota alia militia illic prope, set nec minus velociter parati fuerunt legati milites universi ex opposita parte fluminis in contrarium Ecelini. Tunc quoque consideravit rugiens ille leo, querens quos devoraret, et vidit fossam magnam et preter flumen aggerem elevatum, magnis adiutum sepibus, longum continuum et extensum; plurimas et densas prederias per ripam fluminis ab ecclesia sancte crucis 32 usque ad pontem de Baxanello[32]; et ait ad Thomasium, militem quendam Paduanum equitantem ad latus eius: *Ecce quia decepti sumus. Nam res est aliter, quam sit dictum, et inimici nullatenus dormivisse videntur, quoniam nobis obstat constructi operis ingens vallum, defensio et municio fortis, militum eciam multitudo, confidens licet*[c] *in loci munimine pocius quam in armis.* Rediit ergo protinus et conversus est cum sua illa militia, que secum venerat[d] versus villam, que Volta[33] dicitur, que est illic supra flumen ex parte opposita Ecelino. Qui fluminis quandam obliquitatem considerans, postquam nequid amodo in civitatem irrumpere, presumit flumen inde[e] in crastinum pertransire cum parte sui exercitus vel cum toto, ut ire possit ad terram Montis Silicis rehabendam, cum sui adhuc teneant summum montis et ipsum castrum. Iussit igitur berroerium[f] quendam intrare flumen et experiri passagium sive vadum; qui dum ingressus ignorans aquam et palpitans iniquo dompno cuperet complacere, lapso iumenti pede in profundum gurgitem obrutus berroerius[g] ipse cum iumento et panzeria[34], qua stultus ille vestitus erat, non comparuit ulterius super aquam; set iumentum ad ripam alteram se retraxit. Et hoc iumentum habuit rusticus quidam de villa Volte, qui singula securus intuebatur. Stans enim in sublimi quadam arbore — et erat specula, quam miram dicimus, ibi facta in capite quasi ipsius ville — die ac nocte videbat cuncta quodammodo, que fiebant in exercitu Ecelini et gente eius. Sic itaque rediit Ecelinus ad tentoria, totamque suam militiam redire fecit expertus, quod sub ascendente sibi contrario fixerat sua castra Vedeite et in hiis partibus Paduanis. In- Sept. 3. dignatus itaque, sequenti die dominico, tercio intrante Septembri, misit 300 milites Carturium[35], ad villam quandam Paduani districtus, terre cuius olim possessores et domini, viri nobiles dompnus Willielmus et filii, et omnes qui spectabant ad eos, Ecelino semper steterant servitores et sue parti. Invenerunt autem ipsi milites ab Ecelino transmissi custodes castri et ville Carturii dormientes, de quibus 15 occiderunt; et ceperunt 25, ducentes eos postmodum ad exercitum alligatos. Combusto Carturio toto, reversi sunt ad Ecelini exercitum cum rapina.

9. *[Hic revertitur Ecelinus ab obsessione Padue et vadit Vicenciam.]* Videns amodo Ece- Sept. 4. linus, se gentem tantam frustra in obsidione tenere, quarto die intrante mense Septembris

a) in uno de 4; *celeri codices:* imo in. b) ad Sanctam Crucem 2. c) licet 4; *celeri codices* etiam. d) quam secum duxerat 4. e) inde *add. unus cod.* 4. f) barderium 4. g) barderius 4.

31) *monte Ricco* prope Monselice. 32) Bassanello a Patavio ad meridiem. 33) *Volta di Brusegana,* a Patavio inter meridiem et occidentem. 34) thorace. 35) v. supra p. 62, n. 11.

moto suo exercitu de Vedeita, ivit et attigit Burciganam[36], et illic posuit sua castra, adhuc 1256. Sept. 4 sperans transire flumen et ad Montem Silicem equitare, si posset. Set providus legatus et Paduanorum potestas hoc senciens, tota sequenti nocte stare fecit milites et pedites solicitos[a] et armatos; optabant enim, si hoc attemptaverit inimicus, in ipsius[b] terga ruere[c] ipsumque conclusum habere, non aliter quam aliquando vulpis subdola clauditur in caverna. Set nec presumpsit hostis transire flumen, nec illud iter assumere, quod ei esse poterat finis vite; immo totam gentem suam fecit pernoctare sub armis, animo delassato iam timens, ne gens legati in eius exercitum insultaret. Ergo sequenti die fecit Ecelinus Burci- Sept. 5. ganam et loca alia inde circum igni et destructioni submitti. Quod cum Paduani viderent, scientes inimicum recedere, voluerunt multi eum insequi veluti fugientem, inter quos erant dompnus Biaquinus de Camino, Advocatus de Padua, Bonxenblante et multi alii maiores medii et minores de militibus et peditibus Paduanis. Set legatus et hii, qui sibi pro consiliariis dati erant, prohibuerunt, et cum summa difficultate vetantes, elegerunt forte melius consilium et salubre. Quoniam dictum fuit, quod quantitate gentis veraciter indagata hinc inde, Ecelinus miliciam habuit ultra triplum; quam miliciam gentemque suam totaliter in unum sapienter conglomeraverat. Et viam ordinate arripiens, Vicenciam est reversus.

10. *[Hic ponit Ecelinus Vicentinos extra propriam civitatem.]* Ecelinus in Vicencia per- Sept. 6. manens die 6. predicti mensis, primo fecit ibidem sollempnem publicam concionem, in qua locutus multa, factum quod sui milites et pedites magnifice fecerant plurimum commendavit, dicens, quod Paduam metu subegerant, obsederant marchionem Estensem cum sua gente, Venetos Ferrarienses et Mantoanos conclusos tenuerant et quod plus est, Romanam ecclesiam compulerant turpiter trepidare, dum legatus apostolice sedis nimio timore conterritus latuit intra spaldos. Hiis verbis propositis, ipse forte dubitans ne Vicenciam perdat, subdidit ille callidus et astutus, et ait: *Meis autem fidelibus Vicentinis sic dico. Nolo quod unquam aliqui possint eis improperare, quod intra muros vel fossas Vicencie lateant propter metum gentis alicuius, dum vixero, quemadmodum feminei Paduani. Set foris a civitate permaneant et per burgos, ut si qui vellent forsitan ausu temerario venire Vicenciam violenter, redeant flebiliter et dolenter et noscant, quid valeat Vicentinorum libertas.* Et sic positis in civitate Veronensibus, Theotonicis et illis de Pedemonte, Vicentinos manere fecit extrinsecus. et ita eis lunam monstravit in puteo[37] et sub auri specie prestitit auricalcum. 37 Hinc autem sumpta occasione multi de Vicentinis et de Paduanis, qui cum ipso venerant de Verona, cum aptitudinem sibi viderunt, fugerunt Paduam, tanquam ad portum refugii et salutis.

11. *[De pena quadam indigna et turpi, quam fecit Ecelinus Verone.]* Post hec properavit Veronam et illi genti de Lonbardia et aliunde, que[d] in eius servitium steterat, grates debitas referens, cunctis dedit licenciam et suum eis obtulit servicium et promisit. Tunc vero quoniam eius animus assidue versabatur, quid de multitudine Paduanorum faceret, quos Verone carceratos tenebat, vocavit ad se capotaneos carcerum et quesivit, quid dicant vel quid faciant carcerati. Cui de capotaneis respondit unus et dixit: *Cognoscat indubitanter dompnatio vestra, quod carcerati omnes per nos fideliter servabuntur ad honorem vestrum, beneplacitum et mandatum; et quid dicent vel quid facient, totaliter cognoscetis. Ecce namque diebus istis dum altitudo vestra circa Paduam in expedicione maneret, quidam de carceratis solicite perquirebant per sortes, ad quem finem vester exercitus deveniret. Et unus per puncta quedam unius artis, quam dicunt nescio quam ieumanciam[38], dicere videbatur, quod Padua non poterat hiis temporibus capi, nescio quid allegans, quod figura prime domus exercitui attributa videbatur fortuna minor, figura vero septime, que stabat pro inimicis, erat fortuna maior; et erant pro exercitu mobiles nescio quales cardines questionis[e], preter unum, qui erat firmus et ille idem erat inimicorum. Huic favit et quidam alter de carceratis, dicens, quod diligenter examinato libro quodam, qui dicitur Alchandrinus[f,39] super facto eiusdem exer-*

a) solitos 1. b) ipi 1. 2a. c) reuere 1; revertere 2a. d) qui *codd.* e) questiones 1. 2. 2a. f) Alcardinus 2a; Aloandrinus 4; Alcalandrinus 5.

36) Brusegana prope Patavium, inter occidentem et meridiem. 37) Hoc Italis in proverbio est: *mostrar la luna nel pozzo* i. e. fumum facere. 38) geomantiam (γεωμαντείαν), quoddam vaticinationis genus, in quo exercendo punctorum schemata vel in solo vel in tabula ponuntur. 39) In „Catalogo codd. mss. qui in collegiis aulisque Oxoniensibus adservantur“ II. p. 24 est *Liber (saec. XV.)*

1256. *citus, talem ei respondit versum iudex quidam in ipso libro, quem iudicem Alchoretem*[a] *appellabat, inquid enim:*

Stat grandi dampno nec erit victoria nostris[b].

Igitur Ecelinus, auditis hiis verbis et exquisito diligenter hoc facto, videlicet per sortes istas qui[c] posuerant quique conscii fuerant et presentes, nullo remedio habito, nulla pietate comotus, acer et inexorabilis, immo immemor, quod olim quidam ex illis fuerant in Padua carnifices et homicide pro ipso, fecit eos mortem vituperabilem perpeti, quia turpi suspendio decollari[d]. Et fuerunt 6 viri honorabiles et discreti, qui toto vite sue tempore in eius parte firmi permanserant et nitebantur ipsius exaltare honorem pre ceteris eorum desideriis in hac vita.

40 12. *[Factum quoddam Colonie Veronensis districtus.]* Audientes homines de Colonia[40], que est in Verone districtu, hec et similia, que tam horribilis dompnus irremediabiliter Verone operabatur, tam propter metum ineffabilem dompni sevientis quam propter infestacionem, quam gens et pars legati de Montagnana[41] Paduani districtus iugiter Coloniensibus inferebant, amici facti sunt marchionis Estensis et coniunxerunt se adeo cum illis de Montagnana, ut cum marchione et ipsis facti sint unum et idem simul. Dimissi sunt itaque carcerati quidam, qui erant Colonie et absoluti[e] de vinculis abierunt. Hoc audito Verone, in continenti equitavit Ecelinus Coloniam cum omnibus Theotonicis, quos secum tenebat ad soldum et in quibus precipue confidebat. Per quorum cursum subitum et adventum Colonia est recuperata continuo et stetit in Ecelini parte deinceps, sicut et prius erat, vel voluntaria vel invita. De illis autem, qui terram ecclesie dederant, aliqui sunt extremo puniti supplicio, et aliqui[f] recesserunt ad Scodesiam et Montagnanam.

Hec autem predicta omnia ab illo scilicet tempore, quo legatus predicto modo ad partes Veneciarum descendit, usque hoc factum Colonie, facta sunt in dicto anno Domini 1256. Fuit enim annus ille perpetuo venerandus in parte, utpote quia visus est illo anno pater omnipotens Deus, misericordie fons et radix, mittendo legatum ipsum, iustorum preces suscipere et voces iuste clamancium misericorditer exaudire.

13. *[Hic redditur marchioni castrum Montis Silicis et Cerrum et Calaonum.]* Circa finem
1257. predicti anni et circa principium subsequentis 1257. taliter est tractatum per nuncios dompni marchionis Estensis cum Gerardo, qui quondam fuerat capitaneus Montis Silicis et adhuc erat in cincta[g] castri illic apud summum montis inferius a Propheta: quod Gerardus ipse et hii qui secum ibidem aderant, venientes ad marchionis mandata, securi habitaverunt per terras marchionis et comitatum ipsius. Immo volens ipse marchio Gerardo facere graciam specialem, ipsum statuit habitatorem Rudigii, et illic[h] tam a curia quam ab aliis de comitatu honorabiliter et familiariter tractabatur et eidem designati sunt certi reditus, quibus stare potuit et stetit honorabiliter et decenter. Itaque Propheta, qui adhuc tenebat Montis Silicis summum et castrum, audiens, valde bene cessisse Gerardo, quod adheserat marchioni, cogitavit et ipse de facto suo. Ergo cum obsideretur a marchione et gente sua et a Montesilicensibus cunctis, nec ab Ecelino possit ulterius ullum habere auxilium vel succursum, timuit de Vicentinis custodibus secum in castro manentibus, ne facerent prodicionem de ipso. Sciebat autem, quod Montesilicanos die ac nocte multum offenderat, lapidando cum prederiis et rumpendo eorum tecta. Primo igitur Vicentinis de castro expulsis, misit caute litteras Ecelino, ita quod Ecelinus eos, licet innoxios, eorumque patres fratres et filios, de quibus falsus ille propheta scripserat, nephando punivit suspendio[i], appensis et alligatis parvulis ad patrum brachia et ad colla, eorum quoque filias et uxores summisit incendio et consumpsit. Post hec stetit Propheta diebus paucis, et interpositis personis religiosis et aliis, castrum reddidit marchioni, receptis de marchionis camera 1000 libris et pacto apposito, quod habere debeat totum reditum molendinorum Montis Silicis, ubi dicitur Bagnarolum[42], donec ipsum Prophetam contigerit ad propria

a) Alcorentem 2a; Alcvrentem 5. b) vestris 2. 2a. c) *deest* 1. d) decollavit 2. 2a. 4. e) et absoluti — Verone *unus add. cod.* 4. f) alii qui 1; aliqui qui 2. g) cinto 2. h) ille 1. 5. i) supplicio 5.

qui dicitur Alkandrinus in partes duas distinctus, quarum prior agit de iudiciis, altera de natura stellarum, planetarum et signorum. Cf. Del Rio Disquisitionum magicarum libri sex p. 566: *Circumfertur de his et similibus nugis liber Alchindrinae, superstitiosus plane et flammis dignissimus; quem fingunt fuisse discipulum Aristotelis.* 40) Cologna inter Veronam et Este. 41) v. supra p. 45, n. 82. 42) Bagnarolo prope Monselice, ad septemtriones.

remeare. Illis eisdem diebus sunt marchioni reddita castra illa duo, scilicet Cerrum et 1257.
Calaonum.

14. *[De quibusdam Vicentinis occisis a Theotonicis in partibus Citadelle.]* Facta sunt hec omnia circa vernale tempus predicti anni, et letata est civitas Paduana de castro Montis Silicis aliisque duobus castris redditis marchioni. Milicia et populus Montis Silicis merito colletatur gaudetque gens marchionis et Scodescia, cum solidatus sit totus Paduanus districtus; et quantum homines in merore tabescunt, tantum in leticia vigorantur. Insurrexerunt itaque diebus illis, leticia suadente, viri quidam providi et prudentes, Vicentini scilicet qui Paduam de Vicencia fugerant, et de eisdem quidam, qui erant in Montagnana et Scodesia, adiungentes sibi eciam aliquos Paduanos et percurrentes villas Vicentini districtus Ecelino subditas predabantur. Demum quoque venientes Baxanum, illic unum de burgis viriliter incenderunt, iumenta rapuerunt et boves aliaque animalia multa, peccuniam vestimenta supellectilia cunctaque mobilia, que violencie subiacent et rapine. Valuit quoque preda circa tria milia librarum et ultra. Set dum predam deferentes redirent forentque in campo quodam non longe a castro de Citadella, et recessissent ab eis aliqui Paduani timentes insidias illorum, qui pro Ecelino morabantur in Fontaniva[43] que parum 43
distat a Citadella, alii vero descendissent in campum pro dividenda preda, 300 milites Theotonici, qui erant in Fontaniva ad soldum armati, velociter et latenter circumdederunt illos ex improviso, qui predam dividebant in campo. Insultus autem inopinatus et repentinus audaces terruit, imbecilles exanimavit, fortes fecit pavidos, potentes reddidit impotentes, dum hii, qui pedestres descenderant, inimicis equestribus occurrere nequiverunt. Sic itaque de illis, qui pro dividenda preda inconsulte remanserant et incaute, alii mortui iacuerunt in campo alii semivivi; alios autem captos et ad Fontanivam conductos quorundam redarguenda nequicia trucidavit. Neque enim debet magnanimitas militum tollerare quemquam redditum vel vinculis alligatum, pro sue defensione persone in ore gladii deperire, si nobilitas attenderet, quod est dictum:

Parcere prostratis scit nobilis ira leonis[a]*:*
Pugna suum finem, cum iacet hostis, habet.

Demum paucis arripientibus fugam, campum Theotonici collegerunt, et reversi Fontanivam, redempta preda, magnum duxerunt gaudium et triunphum.

15. *[Pugna quedam facta inter Theotonicos et illos de Montagnana.]* Cum sonuisset hoc factum per Paduam et Paduanum districtum, pervenit rumor usque ad Montagnanam, ubi adhuc erant multi de Vicentinis. Hii ergo volentes vindictam sumere de suis compatriotis, ex hoc quod evenerat[b] Citadelle, adhibuerunt sibi quosdam Montagnanenses prudentes viros et bellicosos; et congregati sunt et armati decenter bene 200 prudentes viri, ad equestrem pugnam aliqui, plures verumtamen ad pedestrem. Et venerunt in eodem anno 1257. statim sequenti nocte post factum de Citadella unanimiter et elevato vexillo ad Villam-Novam[44], terram scilicet Veronensis districtus et subditam Ecelino; ipsam quoque viriliter invaserunt, submittentes eam ruine destructioni et igni, homines occidendo, iumenta rapiendo et boves vestimenta victualia cunctaque mobilia, que comode poterant asportari. Igne siquidem invalente, dum fumus visus est in Verona, Ecelinus armatus protinus, cum 400 Theotonicis secure paratis ad pugnam, cucurrit[c] ad partes et confinia Ville Nove, estque repente positus in strata sive in via quadam, unde inimicorum debebat[d] esse regressus nec redire poterant aliunde, et multum sapienter et subito duas acies ordinavit. Quo cum hostes, qui predam fecerant, remearent, visis insigniis Ecelini, prima fronte conterriti, set forti postmodum capotaneo confortati, se viriliter obtulerunt ad pugnam, spem suam ponentes totaliter in sancte matris ecclesie reverenciam pro qua pugnant et in signaculum sancte crucis, non aliter quam certamen suscipiant quasi contra perfidos Sarracenos et sancte fidei catholice inimicos. Insultum quidem fecerunt primum in aciem Ecelini, conversoque timore in iram, nichilo minus faciunt hostes ipsos precipitare ad terram, quam flante impetu aquilonis declinant harundines ad paludem. Tunc dictum fuit, Ecelinum de destrario fuisse prostratum; set in strepitu tanto non cognitus, ascendit in pallafredum. Hac itaque prima acie aperta in duas partes, cruce signata acies provide

a) leonum 4. b) advenerat 5. c) accurrit 2. d) debeat 1. 2a.

43) v. supra p. 51 n. 31. 44) Villanova prope S. Bonifacio, a Verona ad orientem.

1257. glomerata in unum, irruit in secundam summo timore perterritam et turbatam. Et hic manifeste apparuit, quod impossibile non est, divinam virtutem paucorum fidelium devotionem iuvare contra multos nepharios infideles. Nam ipsorum Montagnanensium acies cum animorum constancia et vigore discurrens, pugnavit in ultima inimicorum caterva tam prudenter et animose, quod licet illic de suis 25 mortem famosissimam subiissent, de Theotonicis 50 mortui sunt per campos; et sic demum qui pro parte pugnabant ecclesie, reversi sunt cum victoria[a] Montagnanam.

16. *[De vindicta facta in Gerardum presbyterum proditorem.]* Ecce nunc ecclesie victoria videbatur totum Paduanum districtum habere pacificatum, nam et castra quieta erant et hii, qui castra reddiderant, cum Padue amatoribus familiariter habitabant. Set eu, quam periculosum et pertimendum, nutrire serpentem in sinu et infido se credere
45 scorpioni! Gerardus namque, qui dicebatur presbyter, de quo est mencio facta superius[45], qui terram Montis Silicis olim totam rexerat preter summum, nunc in Rudigio permanens in honore curie, marchionis dilectissimus pre ceteris familiaris et karus, venerabilis fidelibus et masnadis, non pertimuit se hostendere proditorem. Nam infidelitatis iter ille miser arripiens ivit Venecias, de Veneciis ivit Tarvisium, inde quoque furtivum assumens iter per latibula et speluncas, pervenit usque Vicenciam, ubi Ecelinus tunc erat; cum quo locutus clandestine, presumpsit in marchionis mortem Iudas ille infelicissimus machinari. Et reversus Rudigium vultu infrontuoso[46], non aliter quam coluber tortuosus et falsus, diem expectabat et horam[b], qua suas posset insidias perpetrare. Sive tamen aliquid ex hoc nephando proposito dictum est marchioni, sive notavit forsitan aliquas coniecturas, captus Gerardus ipse, tam vias sue prodicionis quam eciam suum nephandum propositum non negavit. Sic itaque marchio volens, quod ex hoc voluntatem suam faciat Padua, quam ipse reputat suam matrem, misit ipsum Gerardum detentum potestati Paduanorum et communi. Et sic cecatus utroque lumine, naribus cum toto labio deformatus, missus est inde Vicenciam in illius obprobrium, cuius complere beneplacitum nitebatur, ductus a duobus factis monoculis secum eadem hora, qui tunc pro spionibus missi erant, hac de causa solummodo, ut scirent, quid fieret de Gerardo; et hii non ob aliud, nisi ut ipsum Vicenciam ducerent, singulos oculos reportarunt. Transiverant autem tres menses vel circa a tempore illo, quo marchio Gerardum receperat et ipsum tanquam suum fidelissimum tractari fecerat et tractabat.

17. *[De vindicta Prophete et Iacomacii.]* Set esse potuit, quod Propheta, scilicet capitaneus ille, qui precio numerario summum seu castrum Montis Silicis reddiderat marchioni, audito quod Gerardus complere nequiverat quod intendit, illi demembrato visus est invidere, vel quod est forte predestinatum, ne iniquitas et prodicio lateat vel regnare diu debeat super terram. Ipse enim Propheta Ferrarie permanens marchioni karissimus erat multumque fidelis, ut videbatur, et tantam habebat graciam apud omnes, ut diceretur a cunctis quasi secundus a marchione. Quare neque spes aliqua neque timor, nulla unquam dignitas, nulla promissio vel thesaurus a marchionis servicio movere debuisset eundem. Set contingit aliquando, quod benivolencia monstrata, superflua quies et otium diuturnum facit lascivire asellum, et collata homini fastuoso immoderata servicia stolidum inebriant et excecant. Ipsum namque Prophetam pseudopropheta diabolus suumque infortunium attrahebat, dum Ferrarie vidit virum quendam nobilem genere de marchia Tarvisina, nomine Iacobacium, et notavit quod erat vir fortis et animosus. Quem suis est falsis blandiciis adeo allocutus, quod inito secreto consilio, ipsi duo solummodo statuerunt temporis aptitudinem latenter et astute notare, quo possent occidere marchionem. Et in hoc nephando proposito iuraverunt, quod unus alterum prorsus non deseret tam ad vitam, qualiscumque fuerit, quam ad mortem. Mirum est, quod pronosticatur aliquando animus, quod est futurum, homine ignorante; hii enim duo quodammodo iuraverunt, quod eis futurum erat, videlicet simul mori. Hec namque duellis[c] coniuracio, quocunque modo fuerit, patuit marchioni, et ipsam in districto examine positi confessi sunt proditores. Unde conducti ad Montem Silicem in platea communis decapitati sunt ambo eadem hora. Et sic iuramentum ipsorum est adimpletum plenarie, quod unus videlicet alterum non deseruit

a) cum victoria *desunt* 1. 2. 2a. b) horas 1. c) duoī 1; duo vel 2. 2a; dominalis 4.

45) L. IX, c. 3 p. 113. 46) impudenti.

nec deserere potuit, licet non spontanea voluntate, usque ad finem mortis immo in ipsa 1257. morte. Fuit autem hoc circa finem mensis Iunii, in predicto anno Domini 1257. potestante c. Iun. ex. adhuc dompno Marcho Quirino, in exitu potestarie ipsius.

EXPLICIT LIBER DECIMUS

INCIPIT UNDECIMUS.

1. *[Hic incipit dompnus Iohannes Badoarius suam potestariam in Padua.]* Dubitabatur adhuc in Padua, quid facere proponerent iniquitatis filii Ecelinus et Albricus; et huic dubitacioni suberat causa duplex. Nam nec videbatur dolositas Ecelini a suis versuciis declinare, nec bene certum erat, si frater eius Albricus, ad ceteros falsus et versipellis, latenter favebat fratri, quamvis se adhuc fidelem ecclesie appellaret. Memores ergo sapientes de Padua, quod olim vir sapiens et astutus dompnus Stephanus Badoarius de Veneciis illos de Romano domuerat, ecce iam elegerunt et tunc ad regimen vocaverunt ipsius dompni Stephani filium, dompnum Iohannem Badoarium, pro sequenti anno in Padua rectorem et potestatem, virum utique sapientem et probum, moribus et legalitate decorum, multa cordis magnanimitate fortem et animosum. Et incepit suum regimen more solito in festo sancti Petri de Iunio predicti anni 1257. Hoc autem intellexerunt predicti fratres et amodo, Iun. 29. missis hinc inde nunciis, monstrare incipiunt fraudulenter et fingunt, quod inter eos nova concordia contrahatur. Incepit etiam Albricus novam tyrannidem exercere in Tarvisio, ubi solus dominabatur, milites et populares torquere plus solito, ecclesiis viduis orphanis et pupillis imponere dura vectigalia et tributa, quosdam punire gladio, quosdam igne, quosdam occidere in tormento, in carcere alios, alios exulare. Unde multi Venecias tunc, multi Paduam fugerunt. Et sic idem Albricus, se adhuc nichilominus asserens de sancte matris ecclesie parte et obtinens Tarvisium sibi soli, fatebatur publice in suis consiliis et arengis, dicens, quod ad honorem sancte ecclesie secreverat[a] granum a paleis, serpentes a virgulto reiecerat, et lupos per Dei graciam expulerat ab ovili[b].

2. *[Hic tangitur, quod discordia fuit in electione regis Alemanie.]* Adhuc annus Domini 1257. decurrebat, et stabat civitas Paduana satis in bono statu. Nam et ipsi inimici Paduani communis videbantur remissi hoc tempore, sive quod potencia Padue esse poterat terribilis inimicis, sive quod Ecelinus ut videbatur timebat, ne Padua ipsum exheredaret et fratrem. Iam enim verum erat, Ecelinum subtilizare, qualiter adherere posset imperatori futuro, ut faceret, sicut olim sub umbra imperii suos inimicos cum Friderico imperatore confuderat, cui fraudulenter applicuit et adhesit. Ecce quoque in hoc anno tempore autumpnali fama fuit per marchiam, quod mortuo Wilielmo rege Alemanorum a Frixo- 1256. Ian. 28. nibus in campestri bello, principes Alemanie fuerunt in regis electione discordes. Nam[c] alii elegerunt comitem Rizardum regem Anglie[47] in regem Alemanie, alii regem Castelle[48] 1257. Ian. 13. de finibus Occidentis qui et rex Yspanie dicitur; et debebat postmodum tempore procedente coronam habere imperii, quicunque foret in Alemanie regem legittime constitutus. Super hiis igitur magnis factis et arduis Ecelinus vigilans et intendens, litteras et nuncios assidue transmittebat, nunc ad Romanam curiam, in qua latentes habebat amicos per peccuniam acquisitos, nunc ad ipsum Castelle regem, cuius iam acquisiverat amiciciam, et sperabat ipsum esse imperatorem futurum. Et vidi ego tunc temporis litteras huius regis in Padua, ipsius sigillatas sigillo, quibus potestatem Padue salutabat et ancianos et consilium et populum universum, ipsosque iam suos appellabat fideles; et in litteris continebatur eisdem, ut essent providi et parati, ambaxatores et nuncios honorabiles mittere pro communi Paduano, statim cum fama erit, venientem ipsum fines attingere Lonbardie, qui eum associare debeant venientem. Et creditum fuit in Padua, quod dolose fecerat fabricare Ecelinus illas litteras in Verona. Quibus litteris per commune Paduanum curialiter est responsum sub stilo epistolari per quendam, qui credebatur satis doctus in arte illa. Set nescitum est postea, qualiter sit processum in illorum regum electione incerta, nisi quod secundum verbum Oracii:

Certantes certant et adhuc sub iudice lis est. Conf. Hor. Epist. II, 3, 78.

a) secuerat 2. 2a; servarat 5. b) ovibus 2. c) ibi *add.* 5.

47) immo fratrem Heinrici III. regis Angliae. 48) Alfonsum.

3. *[Hic perierunt quidam volentes violenter[a] intrare Tarvisium.]* Sed ne videar a proposito deviare, aliarum provinciarum facta suis compatriotis resigno et libencius ea prosequor, que a stilum meum et meam patriam pertinere cognosco. Erat ecce annus Domini 1258. Mart. revolutus, et currebat 1258. et in mense Marcii huius anni, cum Albricus de Romano solus cum suis complicibus teneret Tarvisium et ibidem crudeliter perpetraret, que sui fideles eciam redarguerent, si auderent, tractaverunt quidam Tarvisini de propria civitate expulsi cum quibusdam Vicentinis et Veronensibus, similiter eiectis de suis civitatibus et de bonis, et habuerunt eciam in auxilium sui partem de militibus et peditibus Paduanis, de Veneciis eciam pedites et ballisterios quosdam, et iverunt hostiliter pro civitate Tarvisii invadenda. Et posset esse, quod eam dampnificassent quam plurimum, si stetissent ordi- 49 nate, qui iverant, ad voluntatem regencium et mandatum. Set quidam pedites et zafones[49] illi, quos vulgo waldanam dicimus, precedentes inordinate ante militum acies, quasi per miliare et amplius, animosi plus quam oportuit et nimium irruentes, municiones et barras Tarvisii minus provide immo infeliciter intraverunt. Unde cum accesserunt milites et exercitus festinantes laudabiliter satis, ut succursum suis temerariis exhiberent, illos, qui sic incaute intraverant, Albricus de Romano iuvantibus Theotonicis iam omnes morti dederat. Et fuerunt mortui bene 100; et sic est reversus exercitus non letanter. Patuit quoque per experienciam in hoc facto, quod quamvis vires et audacia soleant valere in hostes, sensus tamen et sapiencia prevalet et plus confert.

4. *[Hic pugnaverunt Paduani milites quidam cum Theotonicis in contrata Roxani.]* Protestatur ulterius Albricus aperte, se cum fratre suo Ecelino unum et idem esse, et manifeste dat unus alteri, cum expedit, auxilium et succursum. Ecce nunc propter predictum Apr. impetum, qui factus fuit in Albricum, Ecelinus Verone permanens misit Baxanum 100 milites Theotonicos, qui, acceptis 50 viris de Baxano et aliis 50 de Pedemonte tam militibus quam peditibus prudentibus et oportune[b] armatis, Tarvisium ire debebant[c] et stare cum Albrico. Set die quadam milites illi Baxanum intraverant et moturi erant sequenti die. Casu autem fortuito die illa, qua movere debebant, electi quidam milites Paduani equitaverant adeo tempestive causa dandi dampnum terris inimicorum, quod oriente die fuerunt in partibus de Roxano[50]. Visis itaque Theotonicis venientibus et hiis, qui cum eis erant, versus Roxani partes, Paduana milicia pulcre et decenter armata ordinata est protinus sapienter et animose ad pugnam, stetitque in campis viriliter et in destrariis falleratis. Nisi quoque prohibuissent capitanei et rectores, ipsi milites Paduani fortes et animosi clipeis ardentibus et lanceis apprehensis ferire voluerunt in hostes. Ipsi vero Theotonici et hii, qui cum eis erant, non minus ordinate steterunt et parati sunt laudabiliter ad defensam. Paduani tandem milites, suos prosecuti rectores, gradatim ad Theotonicos appropinquant pugnamque comittunt primitus et conflictum, firmatis et stabilitis aliquibus Paduanis a parte illa, unde fugere poterant inimici, nec scilicet eis liceat absque defensione perire aut strenue pugnantibus dare terga. Itaque Paduani, figentes calcaribus sonipedes ignientes, discurrunt per aciem Alemanorum non aliter, quam animosi leones discurrerent per pecudes vel iuvencos; et quamvis in tanto strepitu non sit possibile singulorum referre facta, demum patuit per effectum, quod generaliter ipsi milites omnes pro parte ecclesie dimicantes tales in hoc campestri certamine sunt probati, ut dici possint merito quasi veloces accipitres cum irruunt in sturnellos[d, 51], aut volantes aquile cum seviunt in columbas. De Theotonicis etiam aliqui pugnaverunt prudenter, ut quosdam de Paduanis prosternerent, dum destrariis per campum errantibus, Paduanorum quidam in palafredos ascenderent et aliqui in runcinos[e]. Catanius autem de Tergola Paduanus miles, laxatis loris nobiliter et iocunde discurrens in militem quendam Theotonicum audacem et personatum, inimici clipeo deaurato lanceam fixit viriliter, que protinus confracta in stipites et in tirsos, velud arundo confractilis, devolavit ad campum. Set horum duorum bellantium cursu repetito secundo, videns Alemannus miles Paduanum militem sibi quantum personaliter inequalem, brachio iactato ad collum hostis, captum trahebat secum militem Paduanum et equum, in quo sedebat. Alii vero milites Paduani videntes commilitonem suum sic asportari, subito irruerunt in inimicum et redimentes predictum Catanium, captivum[f] duxerunt illum cum

a) *deest* 1. b) optime 2. 2a.) debeant 1. 2a. d, st'nellos 1; sternellos 2a; fanellos 4. e) runcinis 1. 2. 2a. f) captivum *addit unus cod.* 4.

49) satellites. 50) Rossano a Bassano inter meridiem et orientem. 51) sturnos novellos.

eius equo et armis, qui gaudebat se ducere talem predam. Sic ergo devicto campo, Theo- 1258. tonici et hii, qui secum venerant, fugam arripuerunt, remanentibus illic mortuis circa 100 Apr. de gente illa, et duxerunt Paduani captivos 35 milites Theotonicos cum cunctis eorum armis nec non et destrariis nobilibus altis et animosis. In hoc eciam negocio et conflictu captus est et ductus Paduam Iacobus de Castrotoco, qui pro Ecelino vicedominus erat in partibus Pedemontis et in Baxano. Fuit autem predictum factum mense Aprilis predicti anni Domini 1258.

5. *[De quibusdam captis ad Villam Novam.]* Procedente quoque tempore quidam de Castro Franco de Fontaniva et de terris de Pedemonte unum et idem fecerunt propositum, volentes in Paduanum districtum insultum facere et sumere ulcionem quodammodo de hiis, que facta fuerant in partibus de Roxano, si possent. Itaque congregati in unum nocte quadam circa finem mensis Madii venientes ad Villam Novam[52] Paduani districtus, terram Mai. totam viriliter invaserunt, comburentes domos, capientes homines, fugantes alios, et alios occidentes, rapientes predam quamlibet, quam rapere poterant et conducere et portare. Set non semper de prospero principio finis sequitur exoptatus, et aliquando post mellis dulcedinem mordet aculeus pungitivus. Repente namque supervenerunt berroerii[a] sive zafones quidam, qui lucrandi causa circa Paduanum confinium positi per potestatem Paduanorum, vigilabant, non curantes penitus quid pietas quid honestas, credentes immo pocius, ibi fas ubi maxima merces. Hii siquidem berroerii et zafones contra predones illos animose insultaverunt et predam recuperaverunt ex toto, redimentes illos, qui ducebantur captivi et reddiderunt predatoribus tristem vicem. Nam cum ex illis maiorem partem convertissent in fugam, multos mortuos prostravissent, 24 captos et alligatos Paduam in commune palatium adduxerunt; quos in carcere positos vir strenuus Paduanorum potestas infra dies 8 fecit exoculari, dimissis duobus tantum cum singulis oculis, ut ceteros conducant Vicenciam excecatos. Hoc tamen aliquibus Paduanis non plene complacuit, timebant enim de aliquibus suis, qui usque a tempore tyrannidis Ecelini, quo Paduam devorabat, adhuc erant detenti per Pedemontem, de quibus postmodum horum occasione iniusta[b] penam aliqui sunt perpessi. Cum ergo fierent sic indigne iniquitates utrimque, tremuerunt, nec mirum, quicunque suos in parte altera carceratos habebant. Itaque litteris et nunciis destinatis de Baxano Paduam et e converso causa redimendi Iacobum de Castrotoco predictum adhuc detentum in carcere Paduano et causa redimendi pro eo Petrum filium Iohannis Sangonacii de Padua detentum adhuc in carcere Ecelini, facta convencione hinc inde, de precepto potestatis Paduanorum et de Ecelini consensu carcerati iidem sunt redditi, et sic ex eis uno pro altero permutato, uterque ad propria rediit, parentibus congaudentibus et amicis.

6. *[Hic incipit dompnus Matheus de Correza suam potestariam in Padua.]* Ecce nunc appropinquante fine sive termino potestarie dicti dompni Iohannis Badoarii Paduanorum potestatis, existente marchione in Padua, factaque in palacio publica concione et magna pro eligenda potestate sequentis anni, de communi beneplacito et voluntate cunctorum, ipse marchio, dato sibi arbitrio eligendi, elegit dompnum Matheum de Correza in Paduanorum rectorem et potestatem, qui potestariam ipsam iuravit mense Iulii predicto anno Iul. Domini 1258. Fuit autem vir probus et sapiens largus curialis et bonus et tota intencione sollicitus ad ea peragenda in Padua et Paduano districtu, per que possent inimici ecclesie deprimi, malefactores puniri, iusticia conservari, honor sancte matris ecclesie crescere et Paduana civitas de bono semper in melius augmentari.

7. *[Pugna quedam inter milites Paduanos et Theotonicos in campanea Baxani.]* Cum igitur disposuisset dompnus Matheus predictus Paduanorum potestas negocia civitatis salubriter et fautores communis Paduani karissimos haberet amicos, voluit scire eciam, quid facere posset cum inimicis. Ergo potestas ipse, sumpto secum marchione Estense die 3. exeunte Iulio, sero quodam, noctis instante crepusculo, electis et motis militibus qui- Iul. 29. busdam de Padua et barroeriis, equitavit ad Citadellam. Sequenti quoque mane ivit cum Iul. 30. ipsa milicia et latuit in campanea de Baxano, donec quantitatem quandam militum et barroeriorum premisit, ut Baxani percurrant campaneam et bestias quascunque invenient predatorie rapiant et eas versus Citadellam conducant. Qui cum ivissent usque ad fossas et

a) bardarii 4. b) iniustam 4.

52) Villanova a Patavio inter septemtriones et orientem.

1258. Iul 30. municiones Baxani, multamque bestiarum predam viriliter occupatam ducerent, Iacobus de Castrotoco, iterum vicedominus in Baxano, et milites Baxani et Pedemontis cum 6 banderiis Theotonicorum, qui adhuc ituri erant de Baxano Tarvisium, armati velociter insecuti sunt milites Paduanos predam utique conducentes. Et fuit insecucio talis usque ad foveam quandam magnam, citra quam Baxanenses sperabant et predam recuperare totaliter et cunctos occidere predatores, utpote quia lanceis declinatis ad fugientium terga, iam crederes spartanos[a] leporarios quasi citis leporibus, fugiendo visum fallentibus, imminere. Vir autem nobilis Marcius de Montemerlo fugientium capotaneus, videns suum et sue gentis adesse periculum, alta voce Paduanorum clamabat succursum. Sicque vir providus et astutus, Paduanorum potestas predictus, cum consilio marchionis suas detexit insidias sapienter et misit Paduanam miliciam et se ipsum in terga inimicorum velociter. Eis quoque[b] conterritis, qui Paduanos insequebantur, Paduani, qui terga dabant, iam vertunt pectora inimicis; et sic undique circumdatis Alemannis et gente sua, pugnatum est hinc inde viriliter et clamantium elevato tumultu clipei contra clipeos crepuerunt, fragor strepuit lancearum, ensium tinitus insonuit, et clavis nodosis et ferreis ferientibus ad galeas calibosas[c,53] ignee resultarunt sintille, ut diceres quasi fulgentes stellas. Nec licet in tanto strepitu singulorum ictus dicere vel egregias probitates aut huius militis vel illius strenuam laudare prudenciam vel incursum. Hoc tamen expresse patuit, quod milicia Paduana contra Theotonicos eciam egregie debellantes pulcre et laudabiliter dimicavit; unde in Sauro et Ongarello Paduanis militibus, si notaveris, apparebunt dum vixerint in ipsorum facie cicatrices. Stetit utique[d] talis pugna per horam in campis et in cultibus de Baxano, donec tum propter probitatem rectorum et sapientum, tum propter militum bellicose pugnancium audaciam et vigorem, fugati sunt inimici ecclesie usque ad foveam circumdantem menia de Baxano, de quibus multi mortui, mixtis equis cum hominibus, in ipsam foveam corruerunt. Capti sunt illic de Theotonicis militibus et de hiis, qui cum illis erant pro militibus, circa 25; captus est iam iterum Iacobus de Castrotoco predictus. Mortui iam iacuerunt in hoc conflictu circa 200 inter Theotonicos et alios de gente predicta. Et sic Paduani victoriosam in hoc facto habentes gloriam et triunphum, reversi sunt Paduam cum honore. Habuerunt inimicorum arma et multa spolia sive predam, equos quidem centum et quinquaginta inter preciosos destrarios roncinos et palafredos. Fuit autem in predicto discrimine et conflictu Theotonicorum rector et mereschalcus vir sapiens et strenuus et laudabiliter litteratus Zilbertus nomine, qui finito certamine nullatenus est repertus; dictum fuit verumtamen, quod berroerii quidam de Anoale, stantes in facto cum Paduanis, ipsum captum duxerunt ad Anoale, unde postmodum redemptus peccunia, Venecias ivit et sic in Alemaniam est reversus absque Ecelini consensu, cui peccuniaria mercede serviverat toto tempore huius werre.

8. *[Hic ivit Ecelinus ad exercitum Cremonensium contra legatum.]* Hactenus satis prospere favit gracia genti catholice, pugnanti contra fidei inimicos in marchia Tarvisina. Set sic est provisum a Domino, quod in rebus huius seculi vix ulla sit prosperitas, quam adversitatis stimulus aliquando non compungat. Ecce namque notorium est per totam Ytaliam, quod a tempore illo, quo Fredericus imperator Lonbardiam intravit, ut supra legitur in tertio libro capitulo 9: *Post hec* etc., Ecelinus et Cremonenses unanimes pro imperatore ipso contra ecclesiam pugnaverunt, et marchio Pelavicinus Cremonensis fere eundem modum tyrannidis operatus est in Cremona et inde circum, quem in marchia Ecelinus. Nunc itaque cum civitas Brixiensis partem teneret ecclesie, marchio ipse Pelavicinus et Cremonenses Ecelini suggestione duo castra Brixiensium prope flumen Ollii invaserunt. Qua-
Aug. propter legatus supradictus[54], existens tunc temporis Brixie, ipsique magnates Brixie et eiusdem civitatis populus cum potestate Mantuanorum et ipsa milicia Mantuana et cum aliis nobilibus et potentibus clericis et laicis, qui cum ipso legato erant de diversis Italie partibus ad honorem ecclesie conservandum et augmentandum, exiverunt hostiliter, ut Pelavicino et Cremonensibus in contrarium obviarent. Hoc audito Ecelinus, iter suum arripuit cum Theotonicorum milicia cum Veronensibus et Vicentinis cum illis de Pedemonte et gente alia, quantamcunque potuit convocare, et ivit Piscariam[55]. Inde nocte quadam fur-

a) spertaneos 4. b) ergo 4. c) calibosis 1. 2. 2a; tulibosas 5. d) itaque 4.

53) chalybeias. 54) Philippus archiep. Ravennas, v supra p. 103, n. 65. 55) Peschiera ad lacum Benacum.

tiva et subita mocione transiens flumen Ollii, exercitui Cremonensium est adiunctus. Et fuit hoc in dicto anno 1258. circa finem Augusti. 1258. Aug.

9. *[Hic capitur legatus ab Ecelino.]* Audito in legati exercitu non multum distante ab inimicis, quod Ecelinus cum magna milicie quantitate Cremonensibus erat adiunctus, cepit legatus animo varias cogitaciones revolvere. Sciebat enim, secum tantam gentis copiam non adesse, quod posset occurrere inimicis; nec adhuc Estensis marchio venerat, in quo sperabat plurimum et quem venturum cum Ferrariensibus et cum multis aliunde collectis gentibus iugiter expectabat. Igitur proponebat, si posset ad castrum Gambarie[a] [56] reducere gentem suam et illic securius suum auxilium expectare. Set dompnus Biaquinus de Camino vir nobilis et magnanimus ceterique magnates sui exercitus vetuerunt, ecclesie reputantes obprobrium, tam aliquibus castri municionibus latitare quam de campo secedere vel hostibus dare terga. Temporis autem parva transacta mora, ecce viderunt quasi ex improviso insignia Cremonensium et insignia Ecelini, flumine Ollii iam transacto, ad se venire cum ingenti multitudine militum et peditum seriatim distincta et longis tractibus ordinata. Quid plus? Factus est insultus ex exercitu Cremonensium in exercitum legati et eius gentem, et parva illic est facta defensio per ecclesie pugnatores. Nam Brixienses modica mora post impetum dederunt terga venientibus inimicis; quod videntes ceteri milites et pedites de parte legati, suspicati sunt inimicos, qui usque nunc familiares legato extiterant, fraudem proditoriam ordinasse, quo nichil plus est timendum in actibus bellicosis. Est itaque conterrita gens legati. Et sic hostibus assumentibus audaciam et vigorem, captus est Mantuanorum potestas, se quamvis ausu magnanimo defendebat; capti sunt secum eciam pugnantes in articulo tali viriliter multi strenui milites Mantuani. Non est enim unius pugna parilis contra 7. Captus est fugiens populus Brixiensis, demum captus est et legatus et Veronensis electus cum illo. Sic quoque triumphavit hoc loco inimicus ecclesie super omnem[b] gloriam, quam habuisse fere posset hoc tempore in toto circuitu Lonbardie. Tunc ergo perire timens, dompnus Biaquinus[c] post multum et laboriosum conflictum in hostes secessit de campo salubriter[d], vix manus multitudinis inimicorum set sapienter effugiens. Contristatus vero medullitus Mantuam properans, illic retulit sinistrum eventum, qui scilicet totam marchiam contristavit, Lonbardie magnam partem conterruit, fecit trepidare Romagnam, et quod plus est, sanctam sedem apostolicam condolere. Fuit autem mense Septembri[57] predicti anni. Aug 30.

10. *[Hic redditur Brixia Ecelino et sue parti.]* Brixiensis quoque civitas, que steterat usque nunc in parte fidelium et in qua legatus ipse et Estensis marchio, comes Sancti Bonifacii ceterique barones et fideles ecclesie recepti et visi fuerant cum leticia et honore, iam incipit vacillare. Et cum populus Brixiensis et quantitas aliqua militum et magnatum sit in manibus Ecelini et sue partis, missis hinc inde litteris et nunciis et rescriptis, ad hoc ventum est tandem, quod data est civitas Ecelino, marchioni Pellavicino et fautoribus eorundem, in Septembris mense predicto[58]. Quid autem post hec fuerit Ecelinus in Brixia operatus, non est nostrum referre per singula; set illic sit aliquis, qui scribat referat et memorie recommendet, si placet. Profecto civitatem primo divisit in partes, et partem primo comparavit peccunia, partem Pellavicino subiecit[59], milites quam plurimos decollavit, truxit populares in carcere, feminas viduavit, exulavit pauperes et pupillos, multorum innocenciam civium de civitate eiecit, depauperavit ecclesias et destruxit, castra fieri fecit in civitate ad omnium detrimentum et mortem; et breviter, civitatem et Brixiam quasi totam dedit exterminio et ruine, multo magis, quam olim fuerit ruine dedita tempore terremotus, de quo supra legitur in secundo libro capitulo 13: *Non modicus* etc. Unde cum nunc Brixia secundo quodammodo dedita sit ruine, sit eciam divisa in partes, illos quoque scismaticos exaltaverit et duxerit ad honores, quorum unus[60] scisma fecit[e] in marchia Sept. 1. 59

a) Gambare 4. b) oīa 1; omī 2a. c) de Camino *add.* 4. d) salubri 1. 2. 2a. e) ferit *add. unus cod.* 4.

56) Gambara a Brixia inter meridiem et orientem. 57) immo die 30. Aug. V. Annales Patav. 58) die 1. m. Sept. V. Annales Brixienses 1258. 59) post diem 17. m. Sept. Nam ex vaticinatore Girardo de Sabloneta Cremonensi „currente anno Christi 1258. die Martis 17. Septembris quesivit illustris marchio Pelavicinus, si dominus E(celinus) de Romano non velet concedere sibi suam partem de Brixia, quam conquistaverat insimul, et ipse cum suis amicis opponeret se contra eum, quid futurum esset ei ex hoc.“ V. Boncompagni Della vita di Gherardo Cremonese p. 75. 60) Ecelinus.

1258. Sept. alter[61] in Lonbardia, prophetia illa iam est intellecta veraciter, que condam reperta fuit in lapide quodam marmoreo, dum fodiebantur fovee in municionem Brixie et defensam, lapide illo siquidem sub terra longe abscondito, sculptaque littera prophecie mirabiliter[a] et formata. Inquid enim:

Brixia, prava nimis, urbs deformata ruinis,
Scinderis in partes; solitas non deseris artes,
Scismatis auctores ad summos ducis honores[62].

Satis illic aliquis habet amodo amplam materiam et diffusam, qua potest cuiusque prudentis animus obversari, ut noscant, qui debent, noscere tyrannias, fugere proditores, pravum vitare dominium et usque ad mortem defendere libertatem. Nullum est sane diluvium, nulla pestis, nullum incendium vel gehenna[b], quod tantam inferat miseriam toleranti, quam sub iniquo dompno privacio libertatis Neque enim sine causa reperitur[c] in iure[d], quod nequeat homo liber precio numerario comparari.

11. *[Hic misit Romana curia alium legatum in marchiam.]* Magna fuit ecclesie fidelibus tribulacio et occasus de dampno et capcione legati. Hee igitur civitates et loca cum suis baronibus, que necessitatis tempore fidelibus ecclesie fideliter astiterunt, viso quod quanto magis periculosior egritudo, tanto magis salubrior exigitur medicina, deliberato
1259. consilio in anno Domini 1259. tempore veris appropinquante miserunt ad apostolicam sedem ambaxatores et nuncios, viros sapientes et nobiles de Veneciis de Padua de Mantua de Ferraria et aliunde, secundum quod visum est expedire. Qui, facti serie sapienter exposita coram dompno apostolico[63] et cardinalibus, legatum impetraverunt dompnum Hen-
64 ricum Dei gracia archiepiscopum Henbrunensem[64] de Anglia[65], virum[e] omni discrecione perspicuum, benignum et curialem, theologie sciencia plenum, doctum siquidem, imo doctissimum in sciencia naturali, in veteri testamento et novo, peritum utique in iure canonico et civili[66]. Set hic cum venisset in marchiam Tarvisinam, modicam illic residenciam fecit. Forte namque providencia divina decreverat, quod opus non foret amodo matrem ecclesiam laborare in anno illo, scilicet[f] quo finis hostis ecclesie propinquabat. Dici namque potest veraciter, quod hic erat annus ille, quo gens fidelis in imperio Romanorum gaudere debebat in summo, utpote si angelica previsio reserasset aliquibus sanctis viris vel revolucio planetarum docuisset astrologos[g] quod hoc anno[h] futurum erat, quia nempe[i] malorum innumerabilium[k] finis, servilis catene confractio, inicium libertatis, mortis et tormentorum exempcio et totius humani generis consolamen, ut in sequentibus Domino concedente dicetur.

12. *[Hic voluit Ecelinus stans Brixie mittere Boxium de Dovara Veronam[l] pro potestate.]* Divine pietatis est opus, emendare paulatim enormia, facere temporibus meritam[k] ulcionem et post diuturnam expectacionem aliquando quasi ex improviso graves angustias moderare[m]. Ecce namque dum essent[n] in Brixia predicto[o] anno Domini 1259. Ecelinus de Romano, marchio Pelavicinus et Boxius de Dovara cum magna Cremonensium quantitate et crudeliter fulminarent[p] assidue civitatem et cives, stabant quoque in camera die quadam Ecelinus et marchio Pelavicinus[q] conferentes que facta erant, tanquam due persone ille, per quarum manus et exercicia tractata fuerant usque modo feliciter cuncta negocia sue partis. Inter[r] cetera vero que loquebantur, ait Ecelinus ad marchionem[s]: *Estne aliquis in[t] civitate[u] Cremona, qui possit vel qui audeat nostre parti nostreque voluntati resistere?* Cui marchio protestatus est et respondit, se nullum noscere in Cremona, qui[v] in consiliis vel arengis publicis vel secretis sit eius voluntati contrarius, preter dompnum Boxium de Dovara. Ab hac hora in antea cogitat Ecelinus, qualiter possit[w] ipsum Bosium, sicut

a) *sic* 4, *ceteri codices:* miserabiliter. b) geethna 1. 2a. c) reperiretur 1. 2. 2a. d) iniurie 1. 2a. e) virum — civili *desunt* 5. f) supra quo finis inimici ecclesie iam instabat 4 *pro* scilicet — propinquabat. g) revelasset astrologis 5. h) in brevi 5 *pro* hoc anno. i) Profecto hic fuit ille annus 5 *pro* quia nempe. k) *deest* 5. l) *deest* 1. m) emendare 5. n) Erant namque 5 *pro* Ecce — essent. o) predicto — 1259 *desunt* 1. 2a. p) crudeliter fulminantes 5. q) soli 5 *pro* Pelavicinus. r) Et locutus est 5 *pro* Inter — ait. s) ipsi marchioni et ait 5 *pro* ad marchionem. t) communi et *add.* 5. u) civitate *deest* 1. 2a. v) vel *add.* 5. w) qualiter possit *desunt* 5.

61) marchio Pellavicinus. 62) Similes versus ad res gestas anni 1337. refert Galvaneus de la Flamma De gestis Azonis Vicecomitis ap. Muratori RR. It. SS. XII, 1019. 63) Alexandro IV. 64) Henricum de Secusia (de Bartholomaeis), ep. Sistaricensem 1241—1250, archiep. Ebredunensem ab a. 1250, ep. Ostiensem ab a. 1263; qui obiit a. 1271. 65) immo de Francia. 66) Cf. Hist. liter. XIX, 428.

suspectum de medio tollere et removere[a], tanquam hodiosum impedimentum suum et sue 1259. partis. Vult ipsum itaque mittere pro potestate Veronam, ut illic liberius facere possit de ipso, quod de quibusdam aliis in Vicencia iam fecerat et Verona, ad instar fortune scilicet suprema rotantis in infimum. Nam[b] quos in altum levaverat appellando amicos, illis inaudita[c] tormenta et mortem reddidit, proditores[d] falsos nominans et asserens inimicos. Ad se itaque ipsum Bosium stantem Brixie semel et iterum convocavit, dicens, quod Veronensium potestariam pro partis et amicorum summa utilitate recipiat. Et[e] habuit secretum in corde suo, quod si forsitan[f] recusabit, eum faciet personaliter detineri. Tunc forte notavit Boxius fraudulente promissionis aliquas coniecturas, vel habuit forte pre oculis sue discrete mentis[g] illorum prodicionem et mortem, qui sub specie[h] dompnatus et potestatum sunt destructi[h] per Ecelinum in rebus et in personis[i]. Igitur ipsam potestariam renuit[k] curialiter et discrete; et ex tunc[l] quociens vocabatur ad Ecelinum[m], ad ipsum ibat taliter sociatus[n] Cremonensibus suis qui eum fideliter diligebant, quod Ecelinus ipsum capere non presumpsit tum propter Cremonensium comeatum tum propterea, quod sciebat suam cunctos noscere tyranniam. Sic quoque versucies[o] Ecelini[p] de facto mente putaverat; ad alia diverticula verbis blandiloquis regiravit. Nec minus interea cautus et ipse Bosius animadvertebat solicitus, quid esset in tali casu facturus. Demum voluit[q] Ecelinus ipse solus[r] in Brixia dominari et sic de voluntate[s] plana communique beneplacito et consensu idem[t] marchio Pellavicinus et Boxius de Dovaria, cum eo et omnes ceteri Cremonenses[u] sunt reversi Cremonam; et remansit Ecelinus solus Brixie dominator.

13. *[Hic gloriatur Ecelinus, quod habet legatum captum, et audet ecclesiam redarguere.]* Post marchionis Pelavicini et Bosii Dovarensis recessum de Brixia cum Ecelinus plenum[v] habeat ibidem dominium, potuit et voluit in suis gloriari triunphis et cum legato prexonerio[w, 67] suo voluit aliquam collacionem[x] habere. Ergo diebus illis, quibus legatus ipse, 67
quadragesima propinquante voluit more[y] solito abstinere a cibis, die quadam ante ieiunium Febr. 2.
placuit Ecelino, secundum quod et solebat, legatum ipsum habere in convivio secum. Et eis splendide epulatis, recedentibus[z] cunctis, sedit Ecelinus solus in sala pariter cum legato, et ait quasi causa solacii: *Dompne mi legate, dudum meus animus sub ingenti dubitacionis articulo pendet[*], qualiter scilicet et quomodo sancta mater ecclesia substinet[a], quod sub umbra alarum eius inferat christiano christianus iniuriam, aut nitantur ad tributa ministri apostolice sanctitatis[b], nitantur[c] et ad rapinas. Scitis enim, quod illa die, qua Paduam introistis[d], hii, qui vobiscum crucem Domini baiulabant, dicentes se christianos et milites sancti Petri, christianos bonis propriis spoliatos quosdam[e] interfecerunt, extorserunt exactiones ab aliis, et alios, utpote pupillos et orphanos ac viduas[f], compulerunt ad mendicandum. Et est[g] mirum, quod manifeste confitebantur se ab ecclesia hoc habere mandatum et erant a sede apostolica absoluti, nec debent unquam predam illam restituere[h] vel ablatum; quamvis et ipsi videant[i], quod aliquando manus Domini extenditur ad vindictam.* Ad hec verba dompni Ecelini[k] legatus respondit dicens[l]: *Vestre altitudini supplicamus, ut ad verba Domini sapientie vestre animus more nobilium inclinetur. Scimus namque vos plenarie nosse[m], quod est aliud precipere et aliud consentire. Similiter vobis satis extat notorium, sanctam Romanam ecclesiam, tocius christianitatis baiulam et magistram, sumpsisse regni celorum claves ab ipso Christo secundum euangelicam sanctionem, ut quodcunque ligaverit super terram, sit et ligatum in celis, et quodcunque solverit super terram, sit et solutum in celis. Quare libere potest ecclesia de licencia Iesu Christi, si iustam causam invenerit, illas castigare personas, quas noverit ecclesiastice libertati rebelles. Nec ex hoc possunt ecclesie ministri digne[n] redargui, si gentes pluries monitas, cum in sua contumacia perseverant,*

a) removere — partis *desunt* 5. b) dum illis, quos exaltavit 5 *pro* Nam — levaverat. c) illis inaudita *desunt* 5. d) eos asserens proditores. Ipsum ad se itaque Boxium Brixiae existentem 5 *pro* proditores — Brixie. e) Sed 5. f) ad ultimum *add.* 5. g) sue — mentis *desunt* 5. h) honoris specie perierunt 5 *pro* specie — destructi. i) in rebus — personis *desunt* 5. k) renuit *scripsi pro* tenuit *codd.*; penitus recusavit 5 *pro* renuit — discrete. l) ex tunc *desunt* 5. m) tyrannum 5 *pro* Ecelinum — ibat. n) adveniebat a *add.* 5. o) tyran. *add.* 2. 2a. p) subdola vulpis et versipellis, quod 5 *pro* versucies Ecelini. q) Contingit autem quod 5 *pro* Demum voluit. r) voluit *add.* 5. s) eius 5 *pro* voluntate — communique. t) *deest* 5. u) cum Cremonensibus 5 *pro* cum eo — Cremonenses. v) solus totum 5. w) proxonerio 2. x) collocutionem 2. y) abstinere a cibis, ante hoc die quadam legatum ipsum more solito habuit in convivio secum 5 *pro* more — secum. z) sedit in sala pariter legatus cum Eccelino et ait Eccelinus ad ipsum 5 *pro* recedentibus — solacii. *) titubavit 5. a) patiatur 5. b) eius 5 *pro* apostolice sanctitatis. c) nitantur — rapinas *desunt* 1. d) habuistis 5. e) spoliabant 5 *pro* spoliatos quosdam. f) ac viduas *desunt* 5. g) fuit 5. h) reddere 5. i) videbantur 2; videbant 2a; videbunt 5. k) verba — Ecelini *desunt* 5. l) *deest* 5. m) nosce 1. 2a; noscere 2. n) *deest* 5.

67) captivo, Ital. *prigioniero*.

1259. Febr. 2. *in rebus huius mundi castigant, cum possent, si vellent, eciam in personis citra mortem vel sanguinem castigare. Nec ob hoc ista dicimus, quod non fuisset honestius tempore capcionis civitatis tam catholice condam, abstinuisse a preda, aut quod non credamus*[a] *hodie, salubrius esse quibuslibet, si restituant quecunque post civitatis introitum rapuerunt, precipue si propter hodium vel avariciam rapuissent. Nam et si compunctus aliquis nostrum super hoc consilium peteret*[b]. *confortaremus eum utique, ut, sibi quam cicius possibilitas foret, ablata redderet vel illis, quorum fuerant si eos habere posset, vel pauperibus et egenis.*

14. *[Quoddam sompnium, quod vidit Ecelinus in Brixia.]* His dictis, surrexerunt de bino colloquio legatus et Ecelinus. Et abeunte legato cum duobus illis militibus, quibus ipsius erat comissa custodia, remansit Ecelinus in sala cum solo domicello et serviente, qui ei serviebat ad lectum. Ergo pulpito sive lecto[c] iam strato purpureo, peregit Ecelinus per salam passus[d] solitos ultra 100, quemadmodum a phisicis doctus erat, secundum illud Aristotilis 68 verbum in libro Posteriorum qui dicit[e. 68]: *Omne quod facit cibum non eminere in stomaco, est sanum; set deambulacio post cenam facit cibum non eminere*[f], *igitur deambulacio post cenam est sana.* Post hec ad lectum repositus deditusque sopori, visus est vidisse quodammodo huiusmodi visionem: quod erat scilicet die quadam in una venacione succintus et studiosus in partibus Pedemontis, in extremis quasi finibus marchie Tarvisine; et cum iussisset ministris suis, ut cenam sibi pararent ac requiem post venatum in eisdem partibus in loco Campisionis[69] illa eadem die — sive quod fata sic statuerant[g], sive quod non plene intellexerunt ministri mandatum horribiliter dominantis — videbatur eidem in sompnio[h], quod cena sua[i] et requies multum longe parata erat[k] a loco, quem preceperat[l] et in[m] quo credebat se debere requiescere post venatum. Nam[n] per miliaria 100 et ultra[o], et quasi in medio[p] Lonbardie, videlicet in Soncino[70], nec aliter requiescere poterat, nisi longum illud iter perageret, et durissime fatigatus venando, multo magis lassaretur ad requiem veniendo. Ex hoc igitur eius iussu non observato fuit ipsi tanta indignacio dormienti, quod est protinus excitatus a sompno, et qui facere proponebat ministros inobedientes exoculare[q], comminatum sibi iudicium superbis oculis[r] non previdit. Statim[s] namque mente varia sibimet ipsi quasi disputando conclusit, quod sepe fallunt sompnia sompniantem, et insaciabilis illa cura et pervigil, que ipsum ad ardua[t] distrahebat, visionem talem posuit in numero vanitatum. Sic enim contingere nos videmus assidue, quod sensus insipidus ad plurima devolutus persepe quidem fallitur et minus perspicaciter in singulis continetur[u]. Et vidit Ecelinus visionem predictam in prescripto anno Domini 1259. secunda die Februarii recte[v] in purificatione sancte Marie.

15. *[Hic firmata est quedam secreta concordia inter omnes amicos ecclesie.]* Eterna Christi bonitas, que semper bona promovet, malis imponit finem, de culmine summi celi misericordie sue oculos in hec inferiora deflexit. Et elapsis diebus paucis postquam marchio Pellavicinus et Boxius de Dovara redierunt Cremonam de Brixia[w], cum Ecelini sevicies per homines refrenari non posset, placuit ipsi[x] Deo, quod idem Boxius sapiens et astutus[y] animum suum applicuit, qualiter amici ecclesie possent vindictam sumere de christianitate offensa[z] in Lonbardia et marchia, et[*] posset ipse Boxius se ipsum ulcisci ex eo quod[a] nepharius Ecelinus eum voluit fraudulenter facere potestatem Verone. Igitur adiunctus[b] amicabiliter marchioni Pelavicino et sapienter, iustamque[c] pretendens causam sancte matris ecclesie graviter[d] offense per Ecelinum, ob reverenciam cuius christiani tenentur[e] merito ipsam ecclesiam pretueri, werras abhominari, pacificari ad invicem, malorum[f] vindictam sumere et vivere sicut fratres, sopivit[g] primo cum ipso et de eius consilio litem illam de facto Creme, que steterat longo tempore condam inter Cremonam et commune Mediolani. Nam et[h] Cremenses quidam nuper[i] Cremonensibus Cremam[k] dederant[71], in

a) credimus 5. b) postularet 5. c) sive lecto *desunt* 5. d) gressus 5. e) qui dicit *desunt* 5. f) in stomacho *add.* 5. g) paraverant 5. h) in sompnio *desunt* 5. i) illa 5. k) foret 5 *pro* parata erat. l) constituta *add.* 5. m) et in — venatum *desunt* 5. n) Utpote 5. o) et ultra *desunt* 5. p) meditullio 5. q) ministros proposuerat facere non videntes 5 *pro* facere — exoculare. r) superbis oculis *desunt* 5. s) Scivit enim 5 *pro* Statim — conclusit. t) diebus et noctibus *add.* 5. u) intuetur 5. v) *deest* 5. w) de Brixia *desunt* 5. x) *deest* 5. y) sap. et astutus *desunt* 5. z) per Eccelinum *add.* 5. *) qualiter *add.* 5. a) super hoc quod ipsum 5 *pro* ex eo quod — eum. b) est *add.* 5. c) et cum eo 5 *pro* iustamque. d) graviter — Ecelinum *desunt* 5. e) merito tenentur et debent 5 *pro* tenentur — pretueri. f) malorum — sumere *desunt* 5. g) et sopiunt ambo 5 *pro* sopivit — consilio. h) et nuper 5 *pro* Nam et. i) *deest* 5. k) eam 5.

68) Cf. Aristotelis Analyt. poster. II, 11. 69) Campese in dextera Brentae fluv. ripa, a Bassano inter occidentem et septemtriones. 70) Soncino ad Olium fluv., a Crema ad orientem. 71) die 11. Iulii a. 1258. V. Annal. Placentin. Mon. G. SS. XVIII. p. 509.

hodium inimicorum suorum de Crema ipsa. Hac[a] lite per Dei graciam absque difficultate 1259.
sedata, marchio Estensis Azo[b] et ipsi duo aliique barones aliqui[b] nobiles viri[b] ac sapientes[c]
de parte ecclesie, Lonbardi et marchiani[d], inspirati divino spiritu, uno tempore et eodem
secretum[b] quoddam consilium inierunt latens et paucis notum[e], super quo in anno predicto
Domini, mense Marcii, appellata[f] sunt per Lonbardiam communia civitatum, que favebant Mart.
ecclesie, appellati sunt barones ceteri[g], appellatum est et Paduanorum consilium ac commune a[h] marchione Estensi, ut consenciant quibusdam ordinamentis factis nuper in Lonbardia, quamvis latentibus et occultis. Set[i] primo visum est populo Paduano durissimum consentire seque astringere ignotis ordinamentis vel consiliis, que non noscunt; fuit autem tanta fiducia, quam Paduani generaliter omnes habuerunt in nobilitate et amicicia marchionis Estensis[k] vetusto tempore et moderno, quod pro negociis nunc instantibus consenserunt eius voluntati plenarie[l], parati quidem[m] in rebus et in personis attendere quecunque et quandocunque voluerit in hoc facto. Et sic diebus illis firmata est concordia quedam talis inter cives et civitates partis ecclesie et potentes ipsius partis, que primo ut dictum est paucis innotuit, set ad futuram et evidentem postmodum utilitatem totius Lonbardie et marchie plurimos alligavit in unum. Et ita Paduana civitas pre cunctis desideriis optans, quod totus Lonbardie circuitus in pace et tranquillitate permaneat, nec pepercit personarum laboribus nec expensis; fuit immo idem propositum cunctis, ut si antiquam possint libertatem redimere, rerum omnium substanciam cum summa aviditate distribuant, personas submittant eciam omni casui et fortune. Et verbum illud autenticum voluntarii[n] servaverunt, quod communis utilitas preferenda est speciali.

16. *[Hic tangitur, qualiter Vicentinus districtus a latere versus Paduam est transcursus a Paduanis.]* Dum hec interea tractabantur in Lonbardia, noluerunt Paduani in marchia
ociosi vivere vel inertes, set sequente Aprilis mense predicti anni 1259. pars quedam Apr.
militie Paduane, cuius erat desiderium et voluntas in tantum, fautores Ecelini confundere, quod Paduani ipsi vix volebant inter tempora discernere[o] vel eciam inter dies. Recte qui-
dem[p] in die pasce post cenam, ad Vicentinorum instanciam, qui per fas et nefas expulsi Apr. 13
erant de propria civitate, et quorundam aliorum forensium de Verona et aliunde movit et
equitavit Leonicum[72] et ad terram que appellatur Custodia[q,73] vino et oleo affluentem, 72
terras scilicet Vicentini districtus, de quibus Ecelinus multam peccuniam, multa quoque victualia extorquebat, viros prudentes eciam exinde persepe congregabat in unum, quorum iuvamine dampnificabat Paduanum confinium, nunc inter Paduam et Vicenciam, nunc in finibus Scodesie. Hiis ergo duobus locis prede et combustioni submissis, preter municiones et castra, quibus non adheserunt, gens ipsa tota incolumis et sana Paduam est regressa.

Adhuc iterum nec Paduani ipsi nec expulsi Vicentini vel alii sibi sufficere putaverunt, Vicentinum districtum ex illo solum latere fustigasse. Itaque pars predicte milicie movit eodem mense cum eadem gente communiter et quibusdam viris prudentibus alieni cupidis quos appellamus zafones sibi associatis[r], equitaverunt omnes[s] unanimiter ad Tyenem[74], villam similiter Vicentini districtus magnam et copiosam. Et facta ingenti preda et villa ignibus deformata, reversi sunt omnes alacres et ditati, preter quod zafonum preda forensibus iniuste concessa rumorem movit in populo; et inolevit fere sedicio penitudinis[t] et dampnosa, que tandem sopita fuit studio et peritia sapientum. In omni namque negotio sapientia prevalet adeo, quod cito refrenat iras, discordes ducit ad idem velle, avaricie pascit ingluviem et lacunam, exaltat humiles et mitigat contumaces.

Subsequenter eciam predicte gentes sunt congregate et in mense Madii equitaverunt Mai.
ad Friolam[75], terram Vicentinorum. Eodem modo villam totam et locum et omnes indigenas ad precepta communis Paduani velociter habuerunt Et quoniam de Paduanis ipsis quidam nobiles[u] et potentes viri ius aliquod habebant in Friola, factum illic et habitum est consilium, facere municionem in villa eamque vallare fossis aliisque munire paratibus ad defensam.

a) qua 5. b) *deest* 5. c) et potentes 5 d) Lombardiae et marchiae 5. e) latentes 5 *pro* latens — notum. f) appellata — favebant ecclesie *desunt* 5. g) *deest* 5, *ubi addita haec sunt:* et civitates de parte ecclesiae. h) a marchione Estensi *desunt* 1. 2a. i) Quibus primo Paduanis visum est durissime consentire, sed fuit 5 *pro* Set — fuit autem. k) experta 5 *pro* Estensis. l) totaliter 5. m) quidam 1. 2; quidem 2a; *deest* 5. n) viriliter 5. o) differre poterant inter tempora 5 *pro* volebant — discernere. p) *deest* 5. q) ad terram Custodiae 5. r) sibi associatis *desunt* 5. s) *deest* 5. t) perennitudinis 5. u) milites *add.* 5.

72) v. supra p. 78, n. 81. 73) v. supra p. 116, n. 13. 74) Tiene a Vicetia ad septemtriones. 75) Friola in dextera Brentae fluv. ripa, inter Viceliam et Bassanum.

1259. Mai. Quod cum fecissent, constitutis ibidem viris prudentibus pro loci custodia et terrigenis omnibus ibi positis, voluntariis utique subesse ulterius Paduano communi, armis quoque et victualibus pro virorum locique securitate habundanter illic dimissis, Paduani reversi sunt Paduam et sperant amodo, districtu Vicencie a latere versus Paduam quodammodo subiugato, civitatem ipsam Vicenciam debere mutare consilium et parti ecclesie se daturam.

17. *[Hic tangitur factum, quod fecit Ecelinus ad Friolam.]* Set illud vulgare proverbium, quo dicitur: *Spes, eciamsi sit iusta, sepe credulum decipit et sperantem,* in facto Friole patuit verum esse, cum spes, que de ipsa Friola habebatur, facta sit brevi tempore vere frivola
Iun. et inanis. Namque diebus illis, videlicet mense Iunii immediate sequenti erat Ecelinus adhuc in Brixia et Theotonicos mittebat Veronam, ut Veronenses quosdam, in magna quantitate accusatos indigne, disperderet. Set favente fortuna ipsis Veronensibus indebite[a] accusatis, cum Ecelinus audivisset, Friolam esse redditam Paduano communi, non tantum indignatus de loco, de quo parvam gerebat curam, quantum quod locus erat in confiniis et in partibus de Baxano, quem habebat quasi pro sua camera speciali, Theotonicos missos, cum forent adhuc in via, subito per litteras revocavit. Quos quidem movens propere[b] totamque miliciam de Verona de Vicencia de Pedemonte et aliunde, quam plus movere potuit, venit ad Friolam. Illic quoque generaliter omnes habuit Baxanenses, et castra metatus ibi sedit hostiliter, donec gentem suam circa Friole locum exacuit posuitque crudeliter et explicuit multitudinem contra paucos. Locum cepit quam subito gentemque totam habuit humiliter se reddentem, set fecit omnes illico vinculis alligari. Nec fuit in hac severitate contentus, immo cum olim civitates et loca, ecclesias turres et palacia devastasset, in hoc loco vastare voluit etiam formam Christi, et fecit, quod infelix illa gens Friolana, mares et femine, magni et parvi, clerici et laici, generaliter omnes cesi et deformati, per Lonbardiam et marchiam signum deferunt Ecelinice rabiei. Nichil quoque profuit parvulis innocentibus non peccasse, immo, cum triplicem penam senes et iuvenes paterentur, oculis naribus et pedibus[c] mutilati, infantes et innocentes penam quadruplicem habuerunt, nam Ecelini iussu naribus et pedibus deformati, cecati sunt oculis et parvis genitalibus sunt exsecti. Fuit autem hec Ecelini ultima perpetrata crudelitas in predicto anno Domini, mense Iunii circa finem. Quo facto Brixiam rediit, non ulterius in marchiam reversurus.

18. *[Hic attraxit Ecelinus latenter ad suam partem quosdam Mediolanenses.]* Audiunt et vident ulterius omnes de Lonbardia et marchia et quicunque invocant nomen Christi, quod nullum est sperandum remedium amodo, nullum humanum consilium, fiducia quoque nulla: quod cessent radicate iniquitates, que cotidie multiplicare videntur; immo et ipse Deus, si licet dicere, visus est tam enormia facta tamque nepharia tollerare moleste. Ecce namque, sive fuerit[d] quod ad finem tendunt omnia nec est quicquam stabile super terram, sive quod summa cadunt et quanto magis alciora permanserint tanto lapsu corruunt graviori, sive forte quod in hiis prudentes et sapientes viri de Lonbardia et aliunde assidue vigilabant, contigit talis casus. Nam rex Castelle, qui et Yspanie dicitur, in discordia electus fuerat rex Alemannie, quem Ecelinus sperabat Romanorum imperatorem futurum, ut supra legitur in secundo capitulo huius libri: *Adhuc* etc. Hic utique rex Castelle speciales litteras et nuncios miserat Ecelino, quod de ipsius consilio et favore volebat ingredi Lonbardiam, unde paratus foret ad eum recipiendum magnifice; erit enim eius adventus in brevi spectabitque totaliter ad exaltacionem ipsius Ecelini et sue partis. Hiis itaque verbis et aliis consimilibus per regis nuncios sapienter Ecelino propositis, cogitat Ecelinus deinceps, quid super hoc magno negocio sit acturus. Itaque primitus per suam industriam nunciis atque litteris aliisque modis quibus scivit et potuit taliter laboravit, quod adtraxit ad suam partem vavassores et proceres civitatis[e] Mediolani, ita quod ei et sue parti favere ceperunt in consiliis et arengis in[f] civitate et iam quasi suo populo resistebant; et nisi quod dubitabant ecclesie indignacionem incurrere, plus forsitan in suis excessibus[g] processissent. Set habuerunt tunc Mediolanenses alii et populus et commune de consilio saniori pro suo capitaneo Martinum de Turre de civitate eadem, virum probum et sapientem strenuum tractabilem et constantem. Sciverunt namque, cuiuslibet civitatis populos in

a) indigne 5. b) prope 5. c) deformati cecati sunt oculis *add.* 2. 2a. d) *deest* 5. e) *deest* 5. f) propria *add.* 5. g) excessionibus 5.

divisione vigorem amittere, quem nempe resumunt et retinent, cum in unum provide federati[a] communem utilitatem attendunt et spectant salubriter ad rectorem. Erat autem circa finem mensis Iulii predicti anni, quod tractabantur hec et movebantur per Lonbardiam. 1259. Iun.

EXPLICIT LIBER UNDECIMUS

INCIPIT DUODECIMUS.

1. *[Hic incipit dompnus Guido de Montefoiano suam potestariam in Padua.]* Electus erat equidem illo eodem anno 1259. dompnus Guido de Montefoiano, Reginus civis, pro sequenti anno in potestatem Paduanorum et rectorem, et iuraverat potestariam eandem mense Iulii die 6. intrante. Fuit autem vir prudens nobilis sapiens et discretus, hominibus Iul. 6. quoque placibilis, utpote quoniam affabilis et benignus, providus curialis et largus cunctisque bonis moribus insignitus, et in quo vere locum habuit verbum illud Ovidii, loquentis de Augusto principe Romanorum, cum diceret:

Est piger ad penam princeps, ad premia velox, Ov. Ex Ponto I, 2, 123. 124.
Quique dolet, quotiens cogitur esse ferox.

Bene providit itaque divina benignitas tunc temporis, cum prope malorum[b] vindicta erat, in exhibendo rectorem talem civitati catholice Paduane, que Romam ipsam est imitata in multis, in fide videlicet et in illatis sibi multis iniuriis per diversa genera tyrannie. Numquid Padua condam est ab Antenore constituta[76], egresso civitatem Troianam eadem hora 76 cum Enea conditore Romano? Numquid passa est multas tribulaciones et werras, ut ipsa Roma? Numquid in suis civibus est offensa crudeliter, turribus et palatiis, domibus et decoribus suis dirutis[c] et prostratis? Nempe, si michi parcat Romana curia, iam Padua dici potest quasi secunda Roma. Nec hoc dico in preiudicium aliarum civitatum de Lonbardia, set cum Paduam olim viderim racionis et iusticie baiulam, utriusque sexus civibus ornatissime decoratam, diviciis affluentem, hedificiis splendidam, bonis omnibus copiosam et sanctorum virorum undique sancta religione circumdatam, usurpatis hiis omnibus per tyrannicam pravitatem, neminem condecet admirari, si ex habundancia cordis os loquitur et de mee patrie desolacione lamentor. Quam expresse desolacionem video esse consimilem desolationi antique, quam fecisse legimus principes perdicionis in Roma, et urbem audivimus ipsam tocius orbis dompnam[d] persecuciones indignas plurimas pertulisse.

2. *[De puncto electionis Ecelini ad ultimum suum iter in Lonbardiam.]* Iam animus Ecelini quodammodo elevatur in altum. Scit enim, quod rex Castelle venire prorsus intendit in Lonbardiam, scit eciam, Mediolani nobiles et potentes esse favorabiles sue parti; quibus duabus causis de facili sperat amodo suos conterere inimicos. Itaque mense Augusti predicto anno warnimentum paravit quam maximum et amicos suos congregans Aug. universos et singulos et quoscunque movere potuit proximos et remotos, reserato proposito suo paucis set quos credidit sibi fidos[e], testatus est, se nunc[f] velle in Lonbardia rem forte maiorem peragere, quam facta foret a tempore Karli[g] citra. Electo die itaque sue mocionis et puncto de consilio suorum astrologorum et sapientum, sua eciam provisione firmata, circa finem ipsius mensis Augusti suam totam movit miliciam et populum Brixiensem et hoc fere innumerabile warnimentum, et equitavit magnifice ad castrum et circa menia Urceorum[h, 77]. Est enim hoc castrum quoddam Brixiensis districtus, quod solum adhuc in tota diocesi Brixiensi partem tenebat ecclesie, Ecelino eciam eiusque fautoribus viriliter resistebat. Et notandum, quod cum movit Ecelinus gentem suam de Brixia et equitavit ad Urceos, tunc fuit ascendens Sagittarii signum, Sol erat in Virgine, Luna in Scorpione, Saturnus in Aquario, eratque retroguardus Iupiter in Libra directus, Mars in Leone similiter et directus, Venus in Cancro directa, Mercurius in Leone directus, capud autem et cauda Draconis in signis fixis[i]. Neminem quoque credimus dubitare, quod elegit Ecelinus hoc punctum et horam talem, credens celestes domos, planetas eciam domorumque disposicionem et planetarum favere sibi, quoniam in hiis quam plurimum tamquam gentilis et ydolatra confidebat. Volebat ut puto credere, quod cum sit Sagittarius

a) provide separati 5 *pro* in unum — federati. b) finem *add.* 5. c) diruptis 4. d) *deest* 5. e) fideles 2. 2a. f) ire *add.* 2. 2a. g) Magni *add.* 5. h) Iudeorum 2; Viceorum 2a. i) suis 2; si 2a.

76) Cf. Virgilii Aen. I, 242—247. 77) Orzinovi a Brixia inter occidentem et meridiem.

1259. Aug. domus Iovis et sit ille planeta benivolus, nam et Fortuna dicitur, debebat esse fortunatum et prosperum eius iter sub tali ascendente inceptum. Suspicor eciam, quod notavit Martem in Leone tunc esse, nam Mars a poetis dicitur deus belli et signum Leonis dicitur fortitudinis et dominii, altitudinis et magnifice potestatis. Iovem etiam tunc forte providit in Libra positum, que est domus Veneris, quod appellatur salubre signum. Puto eciam, quod signum sive domum Mercurii, signum videlicet Geminorum, posuit septimum et posuit in occasum, volens, quod inimicorum et adversancium ei sapiencia caderet. Nam Mercurius deus sapiencie ponitur, et septima domus sive in astrologicis sive in geomanticis[a] semper adversantibus assignatur. Hec et hiis similia de planetis et de domibus planetarum in favorem suum et sue gentis diligenter attendit et expectavit, ut credo. Mirum tamen, quod non notavit, Lunam in Scorpione tunc esse, cum Luna infimus planetarum in hec inferiora inter ceteros planetas multam habeat influenciam et virtutem; et cum scorpio venenosum sit animal fundatque venenum cauda, quasi hoc portendere videretur, quod iter eius significatum per planetam itineris, id est Lunam, que pedes habet in homine, tanquam Scorpionis veneno circa finem poterat sauciari. Qui plus? Si verum est, quod mathematici 78 dicunt, ut refert beatus Gregorius in quodam sermone suo[78], quod nati sub Aquario habere debeant officium piscatorum, et nati sub signo Libre de sue constellacionis natura esse debeant trapezite, iam forte per argumentum probabile et quasi per simile credi possit, quod confidens aliquis in signo Sagittarii ascendente, tam si natus sub eo erit quam si sub eo iter incipiat vel aliquod suum opus, aliquid[b] credatur habere[c] facere cum sagitta. Et demum veraciter est hostensum de facto, quod Ecelinus ipse, cuius iter inceptum est, ut superius diximus, signo Sagittarii ascendente, in pede, quod[d] est instrumentum itineris, sagittam habuit, ut dicetur infra, Domino concedente. Set hec obmittamus ad presens, ne videamur in hiis aliquas filaterias[e] dilatare, in quibus nunquam confisi sumus; nec in talibus perdere volumus tempus nostrum, quamquam neminem redarguere deceat, qui pro posse[f] de omni sciencia studeat, cuius possit particulam qualem qualem habere.

3. *[Hic transit Ecelinus flumen Olii, Lonbardis stantibus in contrarium.]* Sedit Ecelinus non multis diebus in campis et in cultibus Urceorum et destruxit quicquid potuit inde ac circa castrum; minabatur etiam castrenses omnes gladio et morti submittere, nec[g] ullum posset in hoc remedium inveniri. Auditum est hoc Cremone, et habent nunc causam marchio Pellavicinus et Bosius de Dovara, qua possunt exire obviam Ecelino iniurianti[h] fidelibus ecclesie, et[i] hiis, qui faventes ecclesie et Cremone, se ac sua exponunt fideliter omni Sept. periculo rerum et personarum Sic ergo circa principium mensis Septembris mota[k] est milicia Cremonensis communiter, et exeuntes ipsi milites omnes locati sunt circa suum castrum proprium de Soncino[79]. Dumque ibi magnifice morarentur, motus est similiter Mantuanorum exercitus, et Ferrariensis eodem modo cum dompno marchione Estensi; et equitaverunt isti unanimiter omnes ad castrum Marcharie[80] Mantuani districtus, ut scilicet dare possint Cremonensibus ipsis et ecclesie fidelibus auxilium et succursum, inimicum autem eiusque complices confundere et terrere. Hiis eciam sic se habentibus, Mediolanenses venire promiserunt communiter et hostiliter Cremonensibus in succursum contra ecclesie inimicum. Ceperuntque parari pontes, ubi visum est oportunum, ut ipsi possint exercitus socialiter simul iungi. Hec nota fuerunt omnia Ecelino, set multam habebat fiduciam, quod vavassores et proceres et quidam magnates alii Mediolanenses, ut supra diximus suo populo resistentes, spem ei dederant et suos filios iam posuerant obsides, quod firmi erunt et in omnibus favorabiles eius parti[l]. Igitur Ecelinus ipse nocte quadam subito et latenter populum Brixiensem remisit domum, retentaque milicia Brixiensi et hiis omnibus, quos equestres facere potuit de Pedemonte et aliunde, cum aliquibus, quos adhuc secum habebat de Padua de Vicencia et de Lonbardia, cum Theotonicorum milicia furtivo gressu quodammodo transivit flumen Ollii per pontem de Palazolo[81], et licet cum gente militari solummodo, verumtamen tam magnifice et potenter, ut nulla in Lonbardia civitas crederetur eius posse milicie obviare[m]; nec mirum, in hiis enim tota eius intencio

a) geumanticis 2; geomaticis 2a. b) aliud 4. c) hr̄ 1. d) qui 4. e) fallacias 2a. f) pro se 4. g) sine remedio aliquo 4 *pro* nec — inveniri. h) iniuriati 1. 2. 2a. i) in *add.* 5. k) movit Cremona 4 *pro* mota — Cremonensis. l) sibi 4 *pro* eius parti. m) sibi obviare posse 4 *pro* eius — obviare.

78) S. Gregorii In euangelia L. I, homil. 10 c. 5, Opp. ed. Gallicciolli V, 179. 79) v. supra p. 134, n. 70. 80) v. supra p. 60, n. 91. 81) Palazzolo a Bergomo inter orientem et meridiem.

1259. Sept.

versabatur et ipse noverat potenciam Lonbardorum, et scimus, hoc esse verum generaliter apud omnes, quod ubi potentis et sapientis totus intendit animus, illic est eius ingenium quam maxime fructuosum.

4. *[Hic transit Ecelinus flumen, quod appellatur Adda, et tendit versus Mediolanum.]* Postquam Ecelinus securus flumen Ollii pertransivit, Mediolanenses illi, per quos forte sperabat Mediolanum habere et adimplere suum propositum paucis notum, patrie devocione postposita devenerunt ad ipsum. Set Mediolanense commune et populus, supradictum[a] capotaneum habens Martinum de Turre, memorandum et reverendum patrie defensorem, nichilominus exiverunt cum tota sua gente hostiliter, ut Cremonensibus ceterisque ecclesie fidelibus et amicis fidem attenderent et promissum. Itaque tam capotaneus quam et ipsum commune potenter et magnifice cum fere innumerabili et copioso exercitu iam parato advenerant; ita quod si contiget[b] Mediolanenses cum Cremonensibus amicabiliter simul iungi, iam digne tremere debent hostes et poterit innotescere toti mundo, quid Lonbardie virtus valeat, vigor ac strenuitas et libertas. Cum autem Mediolanenses adeo processissent, quod citra[c] paucos dies una cum Cremonensibus possent iungi, ecce leo rugiens, qui terram perambulans circuibat querens quem immo[d] quos devorare posset, furtivum diverticulum fecit et pervenit, ignorantibus Lonbardis, ad vadum quoddam fluminis, quod dicitur Adda. Quo vado cum multa diligencia perscrutato et superato, ripam adversam attigit et est illic ulterius cum gente sua totaliter et cum hiis Mediolanensibus, qui sue patrie sunt rebelles. Cepit igitur versus Mediolanum dirigere iter suum[e], et heu forsitan peregisset ipsius sui crudelis animi preconceptum. Set fuit voluntas Dei, cuius est semper proprium obviare malignitatibus, bona quidem[f] in melius promovere, quod inspiratus divino spiritu nuncius quidam quasi ex improviso properans ad capotaneum ante dictum Martinum de Turre, animo anhelanti retulit festinantem cum proditoribus proditorem. Quo audito, vir probus idem Martinus, et tota nunc Marti cita[g] intencione deserviens, reversus Mediolanum, quam subito cum exercitu suo toto ingressus patriam, adversarii prevenit adventum, civitatem illesam habuit, eam quoque sanam et incolumem conservavit[h]. Et sic deceptus est hostis una cum illis, qui ad tantam cecitatem devenerant, ut quasi traherent ad suspendium semet ipsos.

5. *[Locatus est Ecelinus cum gente sua in Vicomercato et tenet pontem Caxani super Addam.]* Hic exultant patrie defensores, set offensores merito contremiscunt. Ipse autem coluber tortuosus, humani sanguinis diluvium et vorago, fons scelerum et magister, cum facere iam nequeat quod presumpsit, spumanti quadam rabie indignatus, vertitur in furorem, et tanquam desperans ulterius suaque intencione fraudatus motusque limphante sevicia, discurrere cepit per Mediolani confinium, loca et castra finitima dissipando pro posse. Burgum Modiciam[i, 82] attemptavit intrare; volens eam privare forsitan illa nobili 82 dignitate corone ferree, que illic est ab antiquis nostris in honorem Lonbardice libertatis hac de causa reposita, ut scilicet quandocunque fuerit Romanorum imperator electus[k] legittime, post electionem de se factam in regem Alemannorum hic idem corona illa ferrea primitus coronetur, denique pergens Romam, sumat coronam auream ab apostolica dignitate. Set Ecelinum intrare Modiciam ipsi Modiciani viriliter prohibentes, continuo fuerunt ad arma et terram suam adeo laudabiliter defensarunt, quod hostis cum gente sua hostilica cessit procul. In castrum similiter Trecii[83] fecit inimicus omnium cum tanta ferocitate insultum, ut velle videretur quodammodo deglutire omnes indifferenter. Quemadmodum pardus famelicus, in partibus Africanis ut dicitur nocte circuens dente rapido[l] tuguria rusticana plena thorosis arietibus vel iuvencis[m], qui, morsis clatris[n] obstantibus, in insaniam vertitur et quecunque foris stabulo reperit, debacchando confringere gaudet et lacerare, sic Ecelinus, cum castrum Trecii rumpere nequeat, burgum submisit incendio. De quo loco motus, ad ultimum Vicummercatum[84] attigit et Caxanum[85], unde Mediolanensis capotaneus nuper eiusque commune recesserat, cum ad conservacionem civitatis et sue patrie sapienter et festinanter, ut supra diximus, redierunt. Ecce iam ipsa tempora

a) universus 5. b) contingeret 2; contineret 2a. c) circa 2a. 5. d) vel 4. e) se 4 *pro* iter suum. f) semper *add.* 4. g) matri eius 4 *pro* Marti cita. h) reservavit 5. i) Mediciam 1; Modociae 2; Modice 2a. 3; Montiam 4; Modiciam 5. k) *deest* 5. l) rabido 5. m) iumentis 4. n) morsis clatis 2a; mox clastris 5.

82) Monza. 83) Trezzo ad Adduam fluv., a Modoetia ad orientem. 84) Vimercate a Modoetia inter orientem et septemtriones. 85) *Cassano sopra Adda.*

1259. Sept. quodammodo fataliter innuebant, quod erat Ecelino fortune circulus revolutus et diversum ei fatum transactis olim casibus minabatur. Ipse namque planetarum effectus iam inscius, spe corporum superiorum delusus, in ipso Vicomercato Septembris mense iam dicto mansionem suam posuit infelicem; cum non amodo considerans de contemplacione domorum supercelestium neque de sideribus suis, in quibus sperabat tantum, iam infra se solum incipit retractare solicitus, quid[a] instantibus articulis sit acturus. Nam iam cognoscit indubitanter, quod est commune Mediolanense non incautum; milites illos eciam Mediolanenses, de quorum consilio procedebat, scit fidem et propositum mutaturos, et conclusum se videt quodammodo[b] inter loca inimicorum, inter flumina, inter hostes. Denique non ignorat, sibi summum esse periculum et mortale, consumpsisse semper in sanguinibus et funeribus dies suos, se quoque vixisse continue cunctis gentibus Ytalie odiosum. Ut vitare possit igitur insultum inimicorum et ut, si necesse fuerit, via sibi pateat ad recessum, Caxani pontem super flumen Addam positum et hostibus adhuc vacantem cepit tenuit et armavit, studetque de gente sua plus solito procurare. Sive namque propter inimicorum timorem sive propter victualium penuriam et defectum, diversi diversimoda cogitabant; immo fuerunt aliqui de Mediolanensibus, qui in eius favorem advenerant, et de aliis eciam, qui tota intencione ac posse ad subterfugium intenderunt.

6. *[Appropinquat exercitus Lombardorum ad Ecelinum et violenter occupant pontem Adde.]* Manente Ecelino in loco Vicimercati, ecce Cremonenses omnes et Mantuani[c] et Estensis marchio nobilis potens et sapiens cum Ferrariensibus suis fidelibus et dilectis, omnesque de parte ecclesie — unanimes et modis omnibus studiosi, quod deleatur flagellum divini cultus in Lonbardia, iniquitas tyrannica decidat, sanguis innocuus non fundatur, finiatur ydolatria, heresis refrenetur — moverunt castra totumque generaliter warnimentum in una eademque die et hora, sunt quoque castra metati, omnes se in antea producentes, ad partes et in partibus pontis Adde, quem Ecelinus iam ante ipsos occupaverat et tenebat. Set ibi non diucius immorati, immo graviter et indigne ferentes, quod hostis[d] pontem ceperit[e] et possideat sic impune, unanimes omnes, assumptis armis et navibus preparatis, pontem expugnaverunt et vincerunt subito munieruntque firmis hedificiis et bilfredis, sudibus, saxis, armis et ecclesie insigniis, oportunis viris quoque prudentibus et balistis et cunctis apparatibus bellicosis. Fluminis vada eciam diligenter superius et inferius exquisita clauserunt et plenam adhibuerunt custodiam et cautelam, ne impunis effugiat sevus hostis. Nec non et Mediolanenses ipsi, communiter et concorditer dispositis sue civitatis negociis, ex altera parte magnifice in terga Ecelini iam venerant, optantes illum perfidum inimicum invadere, qui civitatem ipsorum visus fuerat se velle radicitus desolare. Sic clauditur aper aliquando in partibus Paduanis, dum prudentes iuvenes et soliti venatores in insula Nogarensi, astute notantes[f] ferina vestigia, omni casui se exponunt et armati validis venabulis et acutis, habentes canes eciam sua collaria deferentes fideles et animosos, feram non solummodo insectantur, set eam certis expectant locis spretoque dente vulnifico, et animi vigore iuvante, setigeram illam bestiam et horrendam cuspide crucifera confodiunt et prosternunt. Et quoniam animo cupienti nichil satis festinare videtur, Mediolanenses omnes patrie defensores sapienter et concorditer die noctuque se iam constantissime preparabant committere bellum cum Ecelino et in campestri pugna de inimico quodammodo circumsepto vindictam sumere, dante Deo. Set litteras receperunt a Cremonensibus, a marchione Estense et a baronibus ecclesiastici warnimenti, quod adhuc modicum expectarent, quoniam[g] in brevi continget, hostem humani generis in manus fidelium ecclesie sine sanguinis effusione decidere et in laqueum quem incaute paraverat irretiri.

7. *[Hic vulneratus est Ecelinus in pede et transit ad alteram partem Adde, ubi sunt inimici.]* Illo quoque tempore sive hora, cum Lonbardi ceperunt pontem, dormiebat Ecelinus illinc non longe, scilicet in Vicomercato, securus. Hostes enim contempnere videbatur et nolle suam habere sedem vel aliquam residenciam in Caxano. Nam quasi hoc solum nomen videbatur horrere, nec sciebatur ab aliquibus qua de causa, nisi quod ipsi facienti primo transitum inde[h], dum loci nomen quereret, quidam responderat, quod Caxanum appellabatur. Ergo dum capto ponte nuncius venisset ad eum referens facti seriem, festinanter ipse motus subito, multa magnanimitate et ira cum gente sua et experta milicia protinus

a) in *add.* 4. b) amodo 5. c) et Paduani *add.* 2. d) Eccelinus 4. e) cepit et possidebat 4. f) sectantes 5. g) quia 2; quod 2a. h) vie 2.

1257. Sept.

properavit ad pontem. Quem de facili recuperare confidens, milites et pedites astute et ordinate impellens premebat et animabat ad pugnam; et per eius partem adeo pugnabatur, ut quasi hostes de ponte descenderent et[a] cederent Ecelino. Set extrema gaudii luctus occupat; et quanto magis favet iocunditas, tanto magis adversitas est timenda. Ecce namque sagitta quedam de pontis municione emissa fixit Ecelini sinistrum pedem; quo sic inopinate transfixo, plus est perterrita gens ipsius, quam ipse, qui ferrum sumpserat et adhuc in osse sine sanguinis effusione ferebat. Tunc ipse, sua gente trepida comitante, ad Vicummercatum de hodioso Caxano reversus, dolorem vulneris alta mente contexit, sicut strenuus athleta victus aliquando cum rediit de harena, gestus monstrat fortes[b] et animosos, ut, qui spem in ipso posuerant, non diffidant. Pedis postmodum vulnere adoperto, fortis tamen et animosus firmat animum, mutat[c] consilium et vult exprimere vires suas, fatique sui sortem et aleam experiri. Mota itaque gente sua totaliter et armata, premissis signis, gradatim cepit et ordinate versus pontem[d] et ad vadum fluminis dirigere gressus suos. Dixitque tunc pluribus audientibus verbum quoddam: *Nos*, inquit, *hodie sine ponte viam talem faciemus et iter, qualem cum ponte hostes nullatenus attemptarent.* Sicque vadum cepit salubriter et cum suis aciebus et gente sua fluentem[e] transivit Addam. Stabat igitur Ecelinus iam ultra flumen cum gente illa, que ipsius sequebatur insignia, quasi regali more in dextrario falerato, et tergo verso ad inimicos tanquam eos pro nichilo reputaret, et directa facie ad miliciam suam Brixiensium, qui ultimo transvadabant. Set iam hora profecto advenerat, quam Deus ipse in salutem Lonbardie et marchie providerat ab eterno. Et, si liceret futura prenoscere, per totam Ytaliam poterat fluminis Adde transitus desiderari, non aliter quam per sanctam Christi crucem et passionem Adde primi hominis restauracio sive remedium poterat expectari. Quare puto forsitan, quod pura[f] bonitas antiquorum pronosticacione, licet non meditata, imposuit illi fluvio nomen Addam, ut nos Adde filii, protoplasti nostri primarii, simus illic ad Addam exempti et liberati de baratro et voragine insaciabilis Ecelini.

8. *[Qualiter Ecelinus captus est in Lonbardia.]* Stat nunc Ecelinus cunctis munitus Sept. 27.
armis ad alteram partem Adde cum munita[g] gente sua magnifice et armata, et est in eadem planicie cum suorum inimicorum multitudine numerosa, nec est aliquod intervallum hinc inde. Expectat autem rector ipse promtus et animosus, credulus et confidens, expectat utique fideliter et attente, quod sua gens et milicia Brixiensis tota transeat citra Addam; set post gentis illius transitum nemini notum erat, si rector ipse ad bellum prodeat vel recessum. Interea tamen gens et exercitus Lonbardorum, pugnancium pro ecclesie parte, adeo propinquaverat ad acies Ecelini, quod iam quidam berroerii de Lonbardis lanceis declinatis[h] inimicos semel et iterum feriebant, ut quodammodo iam factum esse propositum indicarent, ne sic impunis transeat hostis Lonbardice libertatis. Et ecce Brixiensis milicia suis insigniis precedentibus glomerata in unum ampliare cepit et extendere viam suam, nec ad Ecelini securitatem more debito declinare[i] nec ad sue gentis auxilium vel defensam. Hoc Ecelinus primo et post eum ceteri perpenderunt, et ipse quamvis audax et animosus in ceteris, sue partis ex hoc notavit aliquos trepidare aliquos ad fugam intendere aliquos se ad ipsum reducere, tanquam ad locum muniminis et ad castrum, nullos vero penitus in viribus confidere vel in armis. Sic ratis in pelago quandoque deperit inconsulta, cum ventis incunbentibus vehementer ex omni parte velum scinditur arbor rumpitur et antena, spes est remorum inutilis, fractoque remigio quolibet, scit nauta venisse naufragium et deserit artemonem. Tunc visa est gens Lonbardorum et existencium citra Addam et ultra, equestrium et pedestrium, tota unanimis, tota prompta ad locum concurrere, ubi creditur Ecelinus, non aliter quam ad punctum terre medium, quod philosophi centrum dicunt, ponderosa cuncta tendere naturaliter elaborant. Se videt amodo Ecelinus a suis quasi omnibus derelictum et a tantis hostibus circumventum, ut mirari possit, quomodo gens non Lonbardie tantum, set fere totius Ytalie sic subito coniurasset in eum. Stans igitur in articulo tali, et solicita inquisicione perquirens, que via ducat Pergamum, tendebat ad partes illas cum gente sua, non equidem sicut fugiens, equis immo procedentibus quasi passim. Set insecuta est gens Lonbardica Ecelinum et ad eum omnes post parvam moram temporis adiunxerunt. Ecce namque Estensis marchio magnus et potens et animosus, cuius Estense castrum et rocham Ecelinus cepit hostiliter olim, set ob reverenciam marchexatus, quamvis

a) iam 5 *pro* descenderent et. b) sortes 1. 2a. c) propositum et *add.* 5 d) *deest* 5. e) flumen 5. f) parabula 4. g) multa 2. 2a. h) in *add.* 5. i) inclinare 4.

1259. Sept. 27. plurimi peterent castri destructionem, castrum ipsum servavit incolume ac illesum. Ecce marchio Pelavicinus et ipse, qui condam in obsessione Padue, quasi esset unum et idem cum Ecelino, misit ei quotcunque movere potuit de Cremona. Ecce Boxius Dovarensis similiter exemptus condam per Ecelinum de carcere tenebroso Bononie, ubi dudum detentus erat. Hii siquidem principes et barones aliique multi nobiles et magnates civitatum castrorum villarum aliorumque locorum, communia de Lonbardia et marchia, de Romagna et aliunde, Ecelinum circumdederunt ceperunt et tenuerunt. Et fuit in illis quidam secundum multorum dictum, qui Ecelinum — sic circumdatum et iam quasi non Ecelinum, set virum captum et indefensum — bis vel ter in capite rusticane[a] percussit, excusans improperium suum et dicens, quod hoc fecit in cuiusdam sui fratris vindictam, quem pede uno fecerat mutilari. Set idem quisquis fuerit, non laudem meruit set summe pocius obbrobrium vilitatis. Nam idem facinus est putandum, captum nobilem vel ignobilem offendere vel ferire; quasi gladio cedere cadaver inanimatum[b] et hominem panno funereo iam insutum. Fuit autem hec captio Ecelini in anno predicto Domini 1259. die quarto[c] exeunte Septembri[d].

9. *[Hic tractatur, ubi Ecelinus iacet mortuus, et sepultus.]* Captus permanet Ecelinus silencio comminanti conclusus, vultu demisso sevissimo et eius alta indignacione repressa. Et ecce concurrunt undique gentes et populi conclamando, videre volentes equidem[e] virum potentissimum condam, pre ceteris mundi principibus horribilem terribilem et famosum, et gaudium quodammodo generale. Sic aves aliquando, nictimene que noctua dicitur in specula constituta, undique decurrunt inordinate, garriunt vociferant et minantur. Set marchionis utriusque et Bosii Dovarensis et magnatum ceterorum[f] nobilitas noluit tollerare[g], quod virum tantum et tam famosum[h] instantis turbe frequencia factis ledere debeat[i] aut dictis. Ipsum ergo prius[k] ad tentorium dompni Bosii, deinde, prout in tali[l] casu decuit, ad Soncini castrum honorabiliter conduxerunt. Et adhibitis sapientibus medicis, quicunque sunt crediti meliores, habitus est Ecelinus in tali et tanta cura, qualem laudare posses per Albricum[m] habitam vel forte per aliquos eius fidelissimos de Romano. Est autem sapientibus notum, quod medicina forte potest differre mortem, nequid autem tollere vel fugare. Mortis namque liberalitas imo[n] morsus altitudinem spernit, potenciam vilipendit, divitias proterit[o], superbiam calcat pedibus, nobilitatem deridet[p], corpora quoque cuncta sive deformia sive speciosa deformat, suumque dominium infallibile triumphaliter monstrat in cunctis genitis super terram. Nam ecce quod Ecelinus, olim tante altitudinis homo, in Oct. 7. predicto anno Domini die 11. post predictam capcionem eiusdem sublatus de medio huius vite, diem clausit extremum, et a predictis baronibus et militibus de Cremona et aliunde quantum decuit honoratus, sepultus est in Soncino, ibique post longeva certamina mortisque multa discrimina, post labores anxios et multiplices[q] strepitus bellicosos in loco, sibi 86 licet in enigmate premonstrato[86], — Campisionis tumulo defraudato parentum — in aliena patria corporaliter requievit.

10. *[Qualiter Vicencia est reddita ecclesie et pacificata statim post obitum Ecelini.]* Cum de ipsius Ecelini desiderabili capcione primitus rumores auditi forent, populis exultantibus in immensum, nunc de ipsius morte centuplicatum est gaudium, quocunque fama tanti desiderii potuit pervenire. Fuerunt autem quam plurimi timentes timore magno, ne ficticium foret, quod dicebatur; sunt namque solicitudo et tarditas que terrent et quassant plurimum[r] animum cupientem. Itaque postquam veritas cognita est, ubique uniuntur amicicia gentes, urbes pacificantur, et cum is de medio sit sublatus, qui fidei et sancte matri ecclesie tyrannice repugnabat, iam incipit invalescere firmius fides et ecclesiasticum sacramentum. Si qui vero nobiles, si qua castra vel loca suis civitatibus vel dompnis repugnabant, errore dimisso penitus, locis debitis aut dompnis, impetrata venia, se submittunt[s]. Civitates eciam, si que fuerunt potenciores suas[t] civitates[u] affines, tyrannidi male subditas, opere pietatis eripere voluerunt pro posse. Sic[v] ergo diebus illis statim post obitum Ecelini desideravit commune Paduanum Vicenciam de servitute redimere, quam adhuc tenebant

a) rustine 1; rustice 2. 2a. b) inaestimatum 5. c) XIIII. 2. 5. d) Laus Deo *add.* 2. e) siquidem 5. f) aliorum 5. g) non tulit 5 *pro* noluit tollerare. h) nobilem 5 *pro* tantum — famosum. i) offendat 5 *pro* ledere debeat. k) Eccelinum 5 *pro* prius. l) ut in hoc 5. m) factam per Albricum ipsius fratrem 5 *pro* per Alb. — Romano. n) sive 5. o) divitias proterit *desunt* 5. p) detridet 1; deridet 3; ridet 5. q) ac plures *add.* 5 r) et quassant plurimum *desunt* 5. s) subdunt 5. t) sua 1. u) civitates oppressas tyrannide pro posse liberaverunt 5 *pro* suas civitates — posse. v) Sic *deest* 5.

86) Cf. L. XI. c. 14. supra p. 134.

quidam Ecelinici violenter et contra voluntatem Vicentinorum civium[a], qui adhuc exclusi 1259. tenebantur foris[a] a suis domibus et a propria civitate, ut supra legitur in 10. capitulo libri 10: *Ecelinus* etc. Parata igitur parte quadam milicie Paduane et quibusdam peditibus, iverunt Paduani Vicenciam. Set tunc eam intrinseci, quos Ecelinus ibi posuerat, defenderunt, non tamen volentibus Vicentinis; et sic burgis in magna parte crematis, Paduani Paduam redierunt. Statim verumtamen die tertia subsequente tyrannici illi dompni et iniqui rectores, qui Vicentinis dompnabantur invitis, rebus et denariis prout potuerunt arreptis, subito et furtive nocturnum subterfugium assumentes, festinantissime perrexerunt Veronam. Et sic protinus[b] Vicentini quidam milites nobiles et prudentes letanter Paduam cucurrerunt, rogantes utique[a] potestatem dompnum Widonem de Montefoiano totumque commune Paduanum[a], quatenus omni mora postposita Vicenciam properent eamque accipiant, et tamquam rectitudinis viri magnifici et potentes[c], amicabiliter tractent Vicenciam et disponant. Utebantur autem Vicentini[d] tali proverbio: *Exivit ursus horribilis ad eius interitum de caverna, et desicate sunt penne rapacis vulturis et impasti.* Tunc vir idem sapiens et astutus Paduanorum potestas, assumpta subito[e] sua strenua militia Paduana genteque de libero populo Paduano in laudabili et honorabili quantitate, Vicenciam equitavit et datam sibi civitatem communiter sueque protectioni commissam assumpsit. Et dispositis Vicencie negociis provide et prudenter ad ipsius civitatis comodum et honorem, Paduani omnes cum potestate ipsa[f] alacres[g] sunt reversi. Et facta sunt hec etiam predicto anno Domini, tempore autumpnali.

11. *[De Baxano reddito ecclesie.]* Adhuc eodem anno, elapsis diebus paucis post rectificatam Vicenciam[h], illi qui nunc[i] Baxanum tenebant et[k] usque modo[l] pro Eccelino tenuerant[m], videntes civitatem illam[n], mandatis ecclesie suorumque[o] fidelium subditam, bonum habere statum multisque ereptam angustiis[p], habito saniori consilio, dederunt[87] se et sua 87
totaliter in manibus supra dicti dompni Widonis Paduanorum potestatis, ita quod potestas Oct. 9.
idem[q] pro communi Paduano rectorem et potestatem de Paduanis[r] civibus illic posuit dompnum Tomasium de Arena[s] iudicem militarem et[t] terram ipsam Baxani sub communis Paduani benigna[u] protectione receptam diligenter tenuit et tractavit tempore aliquanto, quamvis[v] post hec labente tempore multa fuerint inde verba, consilia et tractatus, utrum[w] Baxanum ipsum[x] Padue vel Vicencie subesse deberet. Cui[y] commune Paduanum de plana voluntate concessit, ut[z] esse debeat sui iuris, ut cui velit subiaceat de predictis duabus civitatibus uni.

12. *[Hic redditur civitas Tarvisii ecclesie et suis fidelibus.]* Animadvertunt interea Tarvisini et diligenter considerant singulorum negociorum processum, marchiam pacificari videntes, notantes ex hiis omnibus, declinatum esse fastum, debilitatam esse plurimum arroganciam de Romano et Albrici, scilicet qui eos diu tenuerat sub iniqua tyrannide et mortifera pravitate. Nam et ipse iam suos nuncios frequentius solito mittebat ad sua castra de Pedemonte, suamque familiam et thesaurum ad partes illas nunc occulte, nunc eciam[*] manifeste iam miserat, immo iam ipsemet[a] reliquerat civitatem quasi subito post fratrem suum[b] Ecelinum defunctum. Audent itaque Tarvisini mutare propositum sibique ac sue salubriter consulere civitati, et sumunt pro potestate suoque dompno et rectore dompnum Marchum Badoarium de Veneciis, virum probum et sapientem, fidelem ecclesie, providum et astutum. Quo recepto in civitate magnifice ac decenter cunctisque civibus Tarvisinis, qui communem statum civitatis optabant et exules absque causa permanserant, revocatis, incipit ipsum commune Tarvisii reformari, congratulantibus ipsis civibus in immensum. Astitit autem eidem dompno potestati prudenter et sapienter[c] dompnus Albertus Dei gratia episcopus Tarvisinus, vir religiosus et iustus, moribus et honestate perspicuus, qui multum instantissime laboravit ad civitatis negocia reformanda, et tam tempore werre quam pacis multa pertulerat Rome et alibi, ut civitas ipsa[d] Tarvisina eximeretur de servitute foretque sancte matri ecclesie subdita et fidelis et ad libertatem pristinam deveniret.

a) *deest* 5. b) statim 5. c) et amatores *add.* 5. d) quodam *add.* 5. e) protinus 5. f) *deest* 5. g) Paduam *add.* 5. h) rectitudinem Vicentie 4. i) *deest* 5. k) tenebant et *desunt* 5. l) nunc 5. m) tenebant 5. n) Vicentiam 5 *pro* civitatem illam. o) ac eius 5 *pro* suorumque. p) miseriis 4. q) ibi 5. r) de Paduanis — illic *desunt* 5. s) Paduanum civem *add.* 5. t) sic *add.* 5. u) *deest* 5. v) Et licet 5. w) scilicet *add.* 5. x) *deest* 5. y) tamen 5. z) Baxanum esse nunc 5 *pro* ut esse debeat. *) utique 5. a) ipse etiam 5. b) fratrem suum *desunt* 5. c) prudenter et sapienter *desunt* 5. d) *deest* 5.

87) V. tabulam d. d. 9. Oct. 1259. ap. Verci Ecel. III, 412.

13. *[De fuga Albrici in castrum Sancti Zenonis et de pugna quadam inter ipsum et Baxa-*
1260. *nenses.]* Ecce iam anno Domini revoluto, currente scilicet 1260, quo electus est dompnus Marchus Quirinus de Veneciis[a] iterum potestas in Padua, Albricus de Romano multis stabat[b] anxietatibus circumventus, tum quia Ecelino defuncto[c] relictum se videbat ab omnibus, tum quia sibi conscius, cogitabat[d], se per nephas et tyrannidem in Tarvisio mala innumerabilia perpetrasse. Quesivit itaque[e] locum securiorem in castris suis, quia[f] forte quasi quedam eius pronosticatio animi futurum sibi iudicium minabatur. Et sic locis suis omnibus
88 indagatis, in castro Sancti Zenonis[88] se cum tota sua familia posuit et cum quadam[g] quantitate militum Theotonicorum[g], quos pro ipsius Albrici[h] securitate sibi commiserat Ecelinus in vita sua; et sic[i] securum quodammodo se credebat. Erat enim castrum Sancti Zenonis in monte quodam illic in partibus Pedemontis, in[k] confinio Tarvisii ipsiusque[l] districtu multum artificiose constructum, fundatum muris fortibus et munitum, domos subterraneas habens, tutum et pulcrum palacium, turrim quoque arduam et fortissimam et inexpugnabilem quasi, ut eam posses credere turrim quodammodo Babilonis. Nec[m] mirum, cum iam essent anni 10[n] et ultra, quod Ecelinus, previdens forte[o] quod sibi vel fratri poterat in posterum evenire, non solum civitates de marchia, quibus preerat, set fere villas omnes et castra compulerat ad construendum et roborandum predictum castrum in extorquenda peccunia cunctis indifferenter, in fatigandis illic hominibus bovibus equis asinis et iumentis mortaliter, in faciendis ibi prederiis, collocandis ballistis, victualibus deferendis et armis cunctisque rebus et apparatibus bellicosis, quasi prorsus deberet hic locus a Lonbardia et marchia generaliter expugnari; quippe dicebatur a multis, Sancti Zenonis castrum totam posse marchiam subiugare.

Et ecce[p] contigit die quadam circa vernale tempus predicti[q] anni, quo[r], Albrico permanente securo in tali[s] et tanto castro, post insultus plurimos[t], quos cum Theotonicis et cetera sua gente iam fecerat per loca finitima Pedemontis et ad Baxanum, milites et pedites Baxanenses[u] pugnantes pro ecclesie parte, pervenerant in campos Sancti Zenonis, huius loci campaneam devastando. Et regebatur gens illa Baxanensis[u] per supra dictum virum probum et sapientem[v] dompnum Tomasium de Harena, constitutum illic per Paduanos in rectorem et potestatem. Ex adverso autem forte[o], quasi per miliare, affuit Albricus ecclesie contrarius[w] cum milicia sua tota. Neutra istarum parcium primo[x] voluit alteri[x] dare terga; et sic demum factus est insultus inimicorum in inimicos hinc inde[y]. Non longa[z] extitit ibi pugna, nam pars Albrici tanto numerosior tantoque[*] potencior fuit[a] militibus equis et armis, quod visum est ipsi[b] dompno Tomasio et consiliariis eius sanius consilium, in[c] hoc facto de campo secedere quam pugnare cum potencioribus inimicis. Et sic ipsa[b] pars ecclesie glomerata sapienter[b] in unum converso itinere[d] rediit, non[e] absque quorundam vulneribus aut[f] sanguinis effusione quam plurium[g], et de eadem parte captis 40 vel circa, conduxit idem ipsius partis rector gentem reliquam suam sanam et incolumem in Baxanum.

14. *[Hic tangitur, quod Albricus est conclusus in turri Sancti Zenonis Tarvisini districtus.]* Post hec supradicta[h] negocia amphibologica proposicio illa, in predicto capitulo posita: scilicet Sancti Zenonis castrum totam posse marchiam subiugare, verificata[i] est longe aliter, quam prius[k] a pluribus credebatur. Nam Tarvisini memores tyrannie[l], quam[m] Albricus fecerat in Tarvisio toto[n] tempore werre, proposuerunt[o] ipsum invadere ubicunque sit positus[p], et finem imponere malignitatibus et superbie de Romano. Exeunt ergo communiter et hostiliter et positi sunt circa Sancti Zenonis castrum, habentes secum a Venetis Paduanis et Vicentinis, de marchia et aliunde quoscunque potuerunt[q] amicos et adiutores.
Iun. 1. Sic itaque circa locum magnifice permanserunt[r] a Kalendis Iunii predicti anni Domini vel

a) de Veneciis *desunt* 5. b) erat 5. c) mortuo 5. d) sciebat 5. e) ergo 5. f) ut quasi pronosticatio quaedam eius animo futurum iudicium minaretur 5 *pro* quia — minabatur. g) quibus militibus Theotonicis 5 *pro* quadam — Theotonicorum. h) eius 5 *pro* ipsius Albrici. i) ibidem *add.* 5. k) districtu et *add.* 5. l) ipsiusque districtu *desunt* 5. m) erant enim iam 5 *pro* Nec — essent. n) 20. 2. o) *deest* 5. p) Ecce quoque 5 *pro* Et ecce. q) predicti anni *desunt* 5. r) quod 5. s) dicto 5 *pro* tali et tanto. t) multos 5. u) Baxani 5. v) strenuum 5. w) ecclesie contrarius *desunt* 5. x) *deest* 5. y) hinc inde *desunt* 5, *ubi additum est:* Sed. z) loca 1; loco tamen 2a; tamen 3. *) et 5. a) in *add.* 5. b) *deest* 5. c) in hoc facto *desunt* 5. d) converso itinere *desunt* 5. e) tamen *add.* 5. f) et 5. g) quamplurimi 2. h) id quod superius dicebatur 5 *pro* supradicta — posita. i) verificatum 5. k) quam credebatur a multis 5 *pro* prius — credebatur. l) malorum 5. m) quae 5. n) semper 5 *pro* toto — werre. o) volunt 5. p) *deest* 5. q) habere *add.* 5. r) permanentes 5.

88) v. supra p. 54, n. 41.

circa usque circa finem Augusti eiusdem anni[a], impugnantes[b] locum, et inimicum nunc [1260.] hedificiis et trabuchis, nunc prederiis et balistis, insultibus et incendiis omnibusque mo- [Iun. 1.] dorum[c] generibus atque armis[d], quibus utique confundere possent, quem pre cunctis desi- [Aug.] deriis confundere peroptabant[e]. Ad hoc deventum est tandem, quod vir quidam nomine Mesa, de hiis scilicet qui erant cum Albrico in[f] castro, imo castri totiusque illius loci enzignerus et magister, infra se recogitans et animo diligenti[g] revolvens, gentem extrinsecam non desistere set crescere iugiter et multipliciter[h] — nam et Estensis marchio diebus illis cum multa gente[i] advenerat — induxit quidem[k] vir ipse Mesa nomine ad tantum Theotonicos quosdam ex[l] illis videlicet, quos Albricus intrinsecus in sui defensionem habebat, quod videntes Theotonici[m], se nichil aliud nisi periculum expectare immo mortem, die 9. exeunte Augusto cum[n] ab extrinsecis ad castri portam et ad municiones inpugnarentur, [Aug. 23.] fingentes se tamen toto posse defendere, dederunt et consenserunt extrinsecis pugnantibus castri municionem extremam, que curtina vulgariter dicitur sive cincta. Quare in continenti oportuit Albricum et filios et uxorem cum aliquibus suis fidelibus et de sua familia[o] ascendere super turrim, ubi[p] conclusi manent amodo, nullam habentes ulterius[q] vite fiduciam set prorsus desperacioni subiecti, utpote cognoscentes[r], quod opera, que fecerunt, iam ipsos quodammodo iudicant et condempnant. Illud[s] nempe vulgare proverbium non ignorant, quo dicitur: *Qui male operatur et bene sperat, decipitur equidem et eius est cogitacio cadens inutiliter et in vanum.*

15. *[Loquitur Albricus inter filios in ultimo sue vite.]* Stat nunc Albricus in summo turris Sancti Zenonis[t] tristis et dolorosus videtque circa locum[u] et castrum illud suorum inimicorum multitudinem abhorrendam et scit, cunctos intentos esse[v] ad[w] ipsius desolacionem[x] et mortem. Cumque per tres dies vel circa illic stetisset in summitate turris anxius[y] et conclusus, non tantum cibo[z] famelicus, quantum arida siti devictus et[*] quodammodo nichilatus, cum diucius tollerare non posset, habuit circa se filios et filias et uxorem et non absque lacrimis locutus est inter eos. Et ait[a]: *Ecce nunc video, prophetiam[b] quondam bone memorie matris mee perfici et compleri[c], qua[d] loquebatur dicens[89]: gentem marchixiam abholere potentes* [89] *fratres Sanctique Zenonis castra[e] videre conclusionem. Heu, quia vigor et sapiencia Ecelini crudeliter et indigne prostrata iacet in Lonbardia, meo quoque iugulo nunc insistit iniquitas circumstancium proditorum et sic domus et[f] altitudo generis de Romano iam concidet et obruta permanebit ad tempus. Vos vero, karissimi filii et dilecti, ipsius[g] domus nobilis[h] vivite et estote heredes, ut si quem vestrum inimicorum manus forte continget evadere, exponere procuretis[i] vos et vestra viriliter[k] omnibus periculis et de predecessorum vestrorum iniusta[k] morte iustam[k] facite, dignam[l] et meritam ulcionem. Sane[m] adhuc habetis magnam partem in Lonbardia, habetis per castra[n] et per confinia Pedemontis[o], habetis et in Tuscie partibus consanguineos vestros et dominos[p], viros strenuos et potentes, claros[k] comites de Mangono[q] [90], qui prompti et voluntarii, natura sanguinis exigente, favebunt vobis et vestre[r] parti. Ego autem do vobis paternam benedictionem et graciam. Deum quoque[s] precor omnipotentem, ut vobis sapienciam prebeat et virtutem[t], bonorum copiam habundanter, fidem[u] et constanciam, super[v] vestris inimicis triunphum et gloriam, vitamque vobis tribuat salutarem in dierum longitudine cum honore.*

16. *[De capcione et morte Albrici de Romano et filiorum.]* Hec[w] locutus est Albricus ad filios[x]. Et[y] eius arrogancia summaque magnanimitate demissa, vocavit ad se omnes,

a) sequentis 5 *pro* eiusdem anni. b) impugnaverunt 5. c) armorum 5. d) modis 5. e) nitebantur 5. f) in — loci *desunt* 5. g) animo diligenti *desunt* 5. h) iugiter augmentari 5 *pro* crescere — multipliciter. i) cum multa gente *desunt* 5. k) quidem — nomine *desunt* 5. l) ex — videlicet *desunt* 5. m) ipsi 5. n) cum — defendere *desunt* 5. o) de masnada 5 *pro* et de sua familia. p) illic siquidem sunt conclusi 5 *pro* ubi — amodo. q) amodo 5. r) quia sciunt 5 *pro* cognoscentes. s) Norunt namque vulgare illud proverbium, quod dicitur: „Qui male facit, si bene sperat, decipitur quidem merito, cogitat et confidit in vanum" 5 *pro* Illud — in vanum. t) Sancti Zenonis *desunt* 5. u) S. Zenonis munimina 5 *pro* locum — illud. v) intendere et optare 5. w) *deest* 5. x) destructionem 2. 2a. y) anxius et *desunt* 5. z) fame 5 *pro* cibo famelicus. *) ita quod ulterius durare 5 *pro* et — tollerare. a) Inquit enim 5. b) quod prophetia olim 5. c) perficitur et completur 5. d) dum scilicet 5. e) castri 5. f) et – generis *desunt* 5. g) illius 5. h) de Romano *add.* 5. i) procurate 5. k) *deest* 5. l) dignam et *desunt* 5. m) Adhuc namque 5. n) castra — confinia *desunt* 5. o) Pedemontem 5. p) et dominos *desunt* 5. q) Magono 5. r) nostrae 5. s) Et deum 5. t) et virtutem *desunt* 5. u) amicorum 5 *pro* habundanter, fidem et. v) vitamque salutarem concedat in dierum longitudine cum honore et super inimicis vestris gloriam et triumphum 5 *pro* super — honore. w) Postquam haec 5. x) cum filiis 5. y) Et — demissa *desunt* 5.

89) Cf. supra L. II. c. 15, p. 54. 90) v. supra p. 40, n. 53.

1260. Aug. qui secum erant et quosdam suos homines de masnada et locutus est inter eos et ait: *Scio, quod est melius, quod*[a] *ego solus moriar*[b], *quam vos omnes et mecum. Itaque me captum accipite, me quoque meamque totam*[c] *familiam reddite inimicis, et deprecor, precipue dompno marchioni, ut, si dompnus ipse marchio recordetur, quanta*[d] *benivolencia et amore cum ipso matrimonium quondam contraxerim inter ipsius filium principem Rainaldum*[e] *et dilectam*[f] *meam filiam Aledeitam contra fratris mei Ecelini voluntatem et amicorum ipsius, me forte idem dompnus marchio et meos filios in sua protectione recipiat et ab inimicorum impetu pretueri dignetur.* Ergo tunc[g] habuerunt servi[h] dominium in patronum; et descendentes eadem hora[i], locuti[k] cum obsidentibus[l] inimicis[m], se suum ipsis[n] daturos dompnum et familiam eius totam, locum[o] et turrim eciam cum omnibus diviciis et thesauro; set esse volunt absoluti et liberi et quocunque volunt abire cum rebus suis. Hanc graciam habuerunt de facili et est utrimque promissio plenius observata. Ductus est[p] Albricus cum tota sua familia infra turrim et[q] dati sunt omnes in manus inimicorum; inimicis[r] tamen gaudentibus et voluntarie occurrentibus, impositum est ei statim[s] ligneum quoddam frenum, ne scilicet[t] aliquibus loqueretur[u] aut aliquid loqui possit, preter quod predictus vir[v] sapiens et discretus Marchus Badoarius Tarvisinorum potestas fecit Albricum[w] ipsum tanto tempore sine freno manere, quanto cum fratre Minore quodam confessus[x] est. Demum ductus est per exercitum cum magna victorum leticia ipse Albricus et filii et filie et uxor eius tristis[y] set pulcra satis dompna Malgareta, resonantibus[z] tubis et diversimodis instrumentis. Et sic omnes omnibus sunt monstrati. Post[*] hoc sunt per trium civitatum com-
Aug. 26. munia distributi. Denique[a] ipse Albricus et filii truncati sunt[b] gladiis horribiliter[c] et membratim lacerati per frusta[d], pater ipse videlicet[e] Albricus et 6 eiusdem[f] filii: Iohannes et Albricus, Romanus et Ugolinus, Ecelinus et Tornalsce[g]; due autem eius filie atque ipsius[h] uxor incendio sunt consumpte. Et facta est ista cedes predicto anno 1260. die 6. exeunte Augusto[i].

17. *[Exemplum quod alta cito corruunt set humilia durant.]* Nunc omnes Ytalie naciones et precipue quicunque viri sapiunt et[k] aliquid de se senciunt in tota marchia Tarvisina considerent, quanta est eterne dispensacionis potencia, divini iudicii rectitudo et mundi huius lapsus instabilitas et ruina. Nostris namque temporibus tanta fuit excellencia domus et nominis de Romano, quod civitatibus in marchia et[l] aliquibus in Lonbardia pro suo arbitrio dedit iura, fecit illic statuta, castra que voluit dissipavit, que voluit exaltavit in summum, reges rexit et habuit super principes[m] principatum, duxit Romanorum imperatorem quo voluit, et quod plus est, in Romane curie preiudicium ardua facta quedam ausu temerario attemptavit in extremo tempore sui casus. Nec est hodie[n] bene notum, si Ecelinus de Romano, quemadmodum illis quibus prefuit penas[o] intulit et flagella, si sic utique[p] tartareis preest
91 eciam[q], aut ipsos terret horridus in inferno[91]. Set o quam sancte loquitur divina pagina
Luc. 1, 52. dicens: *Deposuit potentes de sede et humiles exaltavit.* Ecce namque quod una die, hora quoque modica vel momento domus de Romano, que[r] mirabiliter alta fuit, mirabiliori casu corruit; deductum est ad nichilum, quod paulo antea fuerat monstruosum. Conpletum est hodie, quod Ecelinus, qui dictus fuit Monachus in ultimo sue vite, pater scilicet Ecelini et Albrici, in visione vidisse dictus est[s] nocte illa, qua primo condam iunctus est[t] nuptialiter ad[u] dompnam Adeleitam ipsorum[v] matrem. Retulerat[w] namque diebus illis sapienti suo

a) ut 5. b) peream 5. c) quod *add.* 1. 2. 2a. 3. d) me condam cum ipso tantam amicitiam habuisse, quod 5 *pro* quanta — contraxerim. e) principem Rainaldum *desunt* 5. f) matrimonium est contractum, me forte vel 5 *pro* et dilectam — dompnus marchio et. g) Sic 5 *pro* Ergo tunc. h) subditi 5. i) protinus 5 *pro* eadem hora. k) sunt *add.* 5. l) circumstantibus 5. m) et promittentes *add.* 5. n) eis 5. o) si velint eos dimittere absolutos. Habuerunt famuli gratiam postulatam 5 *pro* locum — observata. p) igitur *add.* 5. q) et — inimicorum *desunt* 5. r) et ab occurrentibus inimicis 5 *pro* inimicis — occurrentibus. s) protinus 5. t) forte 5. u) *deest* 1. v) nobilis *add.* 5. w) *deest* 5. x) potuit accipere poenitentiam de commissis 5 *pro* confessus est. y) tristis — satis *desunt* 5. z) resonantibus — instrumentis *desunt* 5. *) Suntque ad ultimum 5 *pro* Post hoc sunt. a) Ipse pater 5 *pro* Denique — Albricus. b) quoque 5 *pro* sunt. c) *deest* 5. d) frustra *codd.* e) ipse scilicet 5 *pro* pater ipse videlicet. f) eius 5. g) Tornalsco 2; Tornalse 2a; Tornalasce 5. h) eiusdem 5. i) *hic terminatur cod.* 2a. k) et — senciunt *desunt* 5. l) et — arbitrio *desunt* 5. m) in principibus 5. n) utique 5. o) poenam . . . flagellum 5. p) *deest* 5. q) hodie 5. r) iam concidit 5 *pro* que — corruit. s) dicitur 5. t) sibi iunxit 5. u) *deest* 5. v) eorundem Ecelini et Albrici 5 *pro* ipsorum. w) Suis enim sapientibus diebus illis retulerat 5 *pro* Retulerat — cuidam.

91) Cf. Dante Inferno XII, 109:

E quella fronte, ch' ha il pel così nero,
È Azzolino . . .

cuidam, se sompnium mirabile sompniasse, quod[a] scilicet fide quasi oculata videbat collem et monticulum de Romano cum[b] castro et hedificio superposito in altum crescere et adeo exaltari sublimiter, quod ipsius summitas et cacumen transibat ad ethera ultra nubes et celum ipsum[c] tangere videbatur; post modicum vero tempus immo[d] quasi eadem[e] hora tamquam nix vel[f] glacies liquescebat et adeo vertebatur in nichilum, quod nullum saxum, nulla rupes, nullum illic prorsus hedificium appareret. Est itaque res notanda satis et habenda singulis in exemplum, ut scilicet homo cum fuerit in sublimi, sapienter et provide consideret[g] de futuris. Scimus enim, quod quanto quis extiterit in supremo, tanto potest lapsu ruere graviori, et strepitu maiori prosternitur quercus ardua[h] et sublimis[i] quam stipula[k] tenuis vel harundo; fulmina quoque, ferire solita celsas turres, reptantia gramina non offendunt.

18. *[Recommendacio huius operis ad legentes.]* Illius verbi recolens, quod ait Oratius:

Est quoddam prodire tenus, si non datur ultra, Hor. Epist. I, 1, 32.

licet indignum me senciam, Deo grates tamen reddere non desistam[l], qui me dignatus est ineffabili sua misericordia elargiri, quod non solum tenus prodii, set[m] ecce mei laboris finem iam attigi sive portum iuxta[n] mei animi preconceptum. Opus presens igitur et me ipsum cunctis legentibus recommendo; quorum deprecor honestatem, quatinus non[o] ad ipsius[p] seriem modicam vel modernam attendant set[q] ad affectum et animum operantis. Deprecor et scriptores, ne scripture dampnent vicio[r] quod est fideli[s] studio, cura quoque vigili consumatum. Si quem autem cura consueta commoverit, presentis operis nosse non artificem set simplicem constructorem, colligat duodecim predictorum librorum principia, id est duodecim sillabas capitales, quibus constructis[t] in unum, sui compos erit propositi. Deo dante,

Cui sit laus et honor, sit gloria summa per evum. Amen.

---

19. *[De[u] tempore, quando approbatum est hoc opus et a quibus personis et ubi.]* Perlectus est hic liber et recitatus coram infra scriptis doctoribus et magistris, presente eciam societate laudabili bazalariorum et scolarium liberalium artium de studio Paduano. Erant quoque tunc temporis regentes in Padua viri venerabiles: magister Agnus, magister Iohannes, magister Zamboninus[v], profundi et periti doctores in phisica et sciencia naturali; magister Tredecinus, in loica providus indagator et doctor; magister Rolandinus, magister Morandus, magister Zunta, magister Dominicus, magister Paduanus, magister Luchisius, in gramatica et rethorica vigiles et utiles professores. Qui ad hoc specialiter congregati predictum librum et opus sive cronicam sua magistrali auctoritate laudaverunt approbaverunt et autenticaverunt solempniter in claustro Sancti Urbani in Padua, currente anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, indictione quinta, die tercia decima intrante mense Aprilis. 1262. Apr. 13.

a) videre scilicet quasi oculata fide 5 *pro* quod — videbat. b) crescere et in altum adeo elevari 5 *pro* cum — sublimiter. c) quodammodo *add.* 5. d) *deest* 5. e) eadem — tamquam *desunt* 5. f) et 5. g) respiciat in futurum 5 *pro* consideret de futuris. h) *deest* 1. i) et sublimis *desunt* 5. k) stipula — vel *desunt* 5. l) desino quantas possum 5. m) quod *add.* 5. n) iuxta — preconceptum *desunt* 5. o) tantum *add.* 5. p) operis *add.* 5. q) quantum ad affectantis mei animi praeconceptum 5 *pro* set — operantis. r) vitio maculent 5. s) assiduo 5. t) reductis 5. u) A quibus et quando liber iste approbatus est et ubi 2. 2a. 5. v) Zambonius 4.

ANNALES S. IUSTINAE PATAVINI.

EDIDIT PHILIPPUS JAFFÉ.

Horum annalium ortum quum iam antehac viri docti intellexissent ex annorum 1209, 1228, 1236, 1238, 1246, 1255 *memoriis, abbatum S. Iustinae Patavinorum mentionem complexis, non cunctati sunt scriptorem, qui dormitorium* 1 *fratrum illius monasterii ad annum* 1236 dormitorium nostrum *dicat*[1], *monachum Paduanum sive Patavinum appellare. Sed quoniam non est probabile, qui,* quedam que nostris temporibus facta sunt in partibus marchie vel Lumbardie seu etiam extra fines Italie *propositurus*[2], *opusculum instituit, ab eodem scriptore exactum quoque librum esse, titulus minus certus rei magis congruere mihi videbatur.*

Est enim facile cognitu, Chronici Estensis (ap. Muratorium SS. RR. It. XV, 302 *sqq.) compositori, ex annalibus nostris perdiligenter mutuanti, ad manum non fuisse nisi exemplum in anno* 1260 *desinens, propterea quod nihil ex rebus annorum* 1261—1270 *in chronicon illud translatum esse reperimus. Similis ratio est codicis infra numero* 1 *signati, in quo annales non ultra annum* 1260 *progrediuntur, licet ibi paullo longius contexti sint, quam in illo fuisse videntur exemplo, de quo largitur scriptor chronici Estensis. Itaque, quum praesertim posterior annalium pars, initium ab anno* 1261 *capiens, cum parte priore tum argumento tum scribendi genere differat, veri haud dissimile est, annales deberi scriptoribus minimum duobus.*

Illum vero coenobii S. Iustinae sodalem, qui annales conscribendos suscepit prioremque eorum partem elaboravit, ea, quae supra leguntur, Rolandini chronica facta in usum suum convertisse, operibus iis inter se conferendis plane perspicua indicia reperies. Et licet annalium scriptor, Rolandini res persecutus, verbis ab eodem cupide discesserit, non desunt tamen loci, ubi huiusmodi occultatio secus processit[3]. *Quibus rebus intelligimus quoque, annales hos non ante annum* 1260 *esse scribi coeptos, ad quem quidem annum a Rolandino adductam esse narrationem scimus. Nec incredibile est, ea, quam meruerat Rolandini liber, laude similis gloriae stimulos monacho admotos esse.*

1) Cf. etiam ad annum 1255. verba haec: *sicut fratres Minores viri devotissimi nobis fideliter retulerunt.* 2) V. praefationem. 3) Cui rei exemplo sint loci hi:

Rolandini chronica facta.	*Annales S. Iustinae.*
L. II. c 4 (supra p. 48): *Set — comitem —* induxit ad tantum *sub spe compositionis* — quod ipse *intravit Ferrariam — ipsum* enim comitem *cum omnibus, qui secum iverant* — detinuit, et sic — marchio recessit — *ab obsidione.*	1224: *Sed comiti sub compositionis specie intrare Ferrariam* persuasit, capiens *ipsum et omnes, qui secum erant* ingressi, *ab obsidione* Ferrariam liberavit.
L. XII. c. 5 (supra p. 140): in ipso *Vicomercato — mansionem suam posuit infelicem.*	1259. — *Vicummercatum* intravit, ibique — *suam infelicem constituit mansionem.*

In editione operis paranda subsidiis usus sum hisce:

1) *Codice Mediolanensi bibliothecae* Ambrosianae G. 111 infer. *chartaceo saeculi XV, forma maxima, qui annales continet in media anni* 1260 *memoria excurrentes verbis his:* — fixit castra supra fluvium memoratum. Deo gratias.

2) *Codice bibliothecae armamentarii* Parisiensis 81 *membranaceo saeculi XV, forma quadrata, de quo cf. Archiv VIII,* 358. *Is annales nostros praebet nonnihil commutatos; non enim modo additamenta quaedam ex Rolandini chronicis factis ad verbum desumpta exhibet*[4]*, sed accedunt etiam ad annum* 1237 *nonnulla de monasterio S. Benedicti Patavino agentia, ut ex hoc coenobio istud annalium exemplum prodiisse videatur,*

3) *Editione principe, quam in Germaniae historicorum illustrium parte I,* p. 581—626 *paravit anno* 1585 *Urstisius, nactus quendam Gotfridi a Raming codicem, qui quo devenerit nescimus,*

4) *Editione altera, quae Venetiis anno* 1636 *ex „vetusto ms." vulgata est cum Alberti Mussati historia Augusta. Quas quidem editiones et Burmannus secutus est in Thesauri antiquitatum et historiarum Italiae tomo VI.* II. *et, adhibito bibliothecae Ambrosianae codice, Muratorius in RR. It. SS. VIII,* 665—734.

Berolini 3. *Kalendas Apriles* 1863.

Eorum[a] *que ab initio mundi facta sunt usque nunc, notitiam minime haberemus, nisi proborum virorum*[b] *diligentia istorias*[c] *descripsisset, in quibus vitia et scelera malorum hominum arguuntur, virtutes vero bonorum et opera laudabilia commendantur. Istoriografforum itaque vestigia pro nostro modulo imitantes, quedam que nostris temporibus facta sunt in partibus marchie*[5] *vel Lumbardie seu etiam extra fines Italie in presenti opusculo decernimus*[d] *sub compendio litteris declarare; ut posteri*[e] *hec legentes, preteritorum memoria instruantur, quid circa presentia vel futura eligere debeant vel vitare. Set cum sit omnibus manifestum, quod concordia parve res crescunt discordia vero maxime dilabuntur, patet igitur, quod concordia* Sallust. Iug. 10 *est totis viribus eligenda et discordia modis omnibus evitanda.*

Anno[f] itaque Domini 1207, cum vir illustris Azo[6] marchio Estensis de voluntate par- 1207. tium, comitis videlicet Sancti Bonifacii et Monticulorum, civitatis Verone regimen suscepisset et prudenter in suo regimine se haberet, Monticuli favore Ecelini de Romano, qui vitam terminavit in heretica pravitate, facta coniuratione contra eum[g], de Verona ipsum subito eiecerunt. At ille, utpote vir magnanimus et astutus, tantum dedecus vindicare intendens, amicis suis undique congregatis, in manu valida ivit Veronam, parte comitis[h] prebente sibi auxilium et favorem. Ecelinus e contra, collecta multitudine bellatorum, in subsidium Monticulorum perrexit Veronam. Et factum est prelium equestre maximum[i] in Sept. 29. Braida Veronensi, in quo pars marchionis et comitis adversarios strenue superavit. Mantuani vero, conducti pecunia, comuniter[k] cum carotio venerunt in auxilium marchionis. Unde Monticuli cum omnibus adherentibus sibi[l], nimio terrore perterriti, octavo die intrante Septembri[7], nocte civitate dimissa, fugerunt[m], salvare personas solummodo cupientes. Oct. 8? Hoc fuit initium malorum, non solum predicte civitatis, set et marchie[n] et etiam[o] Lumbardie exterminium[p]. Ex tunc marchio et comes Bonifacius toto tempore vite sue Verone[q] dominium habuerunt. Monticuli autem arcem Garde inexpugnabilem[r] capientes, in ea se[s] fortiter munierunt.

Anno[t] Domini 1208. Monticuli viriliter burgum Piscarie intraverunt, et per districtum 1208 Verone frequentissime discurrentes, incendiis et rapinis omnia devastabant. Tunc marchio et comes cum exercitu magno Piscariam undique obsederunt, et tandem captos Monticulos in compedibus posuerunt.

a) Eorum — evitanda *desunt* 2. b) hominum 4. c) *deest* 3. d) decrevimus 3. 4. e) posteriores 3. 4. f) Qualiter Azzo marchio Estensis in Verona suos adversarios superavit. Anno 2. 3. 4. g) Azonem marchionem *add.* 3. 4. h) S. Bonifacii *add.* 3. 4. i) magnum 1. k) *deest* 4. l) scilicet 4. m) aufugerunt 2 n) Tervisinae *add.* 3. 4. o) *deest* 2. 4. p) *deest* 2. 3. 4. q) *deest* 1. r) *deest* 3. s) eam 2 *pro* in ea se t) Qualiter Monticuli fuerunt capti. Anno 2. 3. 4.

4) ad ann. 1256 et 1259. 5) Tarvisinae. 6) VI. 7) *Octobri* legendum videtur.

1209. Anno[a] Domini 1209. Circa hec tempora Otto dux Sansonie in regem[b] Alemanie electus descendit de Alemania et venit in Lunbardiam cum exercitu copioso. In cuius adventu terribili tremuit Italia nimio pavore concussa[c]. De mandato itaque istius, Monticuli sunt a vinculis absoluti. Iste in omnibus utebatur consilio Ecelini et Salinguerre; marchionem vero et eius amicos habebat exosos[d]. Perrexit igitur Romam et apud Sanctum Petrum est
Oct. 4. a papa Innocentio coronatus. Quo facto exaltatum est cor eius, et sprevit summi pontificis admonitionem pariter et mandatum. Papa vero Innocentius[e] statim eum publice ana-
1210. Nov. 18. thematis[f] vinculo innodavit; et ab illa hora eius cepit inclinari superbia, donec paulatim ad nichilum est redactus. Et quanto fuit gradus altior, tanto casus[g] gravior est secutus.
1209. Mai. Et eodem[h] anno domnus Stephanus abbas Sancte Iustine in mense Madio desiderio arctioris vite resignavit abbatie et in Venda[i, 8] vitam herimiticam duxit, ibique in pace quievit. Cui successit abbas Arnaldus[k], religione laudabilis et discretione compositus[l] et in universa morum honestate preclarus.

1212. Anno[m] Domini 1210. reversus est Otto imperator in Alemaniam, excommunicationis
1214. vinculo innodatus. Et congregato exercitu maximo perrexit adversus Filipum regem Francorum[n]; cui associati sunt quidam principes, regis Francie proditores. Set Francigene, sue antique memores probitatis, unanimiter contra inimicos impetum facientes, incredi-
Iul. 27. bilem de imperatoris[o] exercitu victoriam habuerunt. Causa autem huius prelii dicitur hec fuisse, quia imperator dicebat, regem Francie liberaliter promisisse civitatem sibi Parisius se daturum, si Otto unquam Romanum imperium optineret. Rex vero considerans, se incaute illam promissionem fecisse, decrevit potius tam arduam questionem belli esse iudicio terminandam.

1212. Anno[p] Domini 1211. In istis temporibus Federicus adolescens rex Sicilie, filius quondam Henrici imperatoris[q] et regine Constantie, que fuit filia Rogerii regis Sicilie, de mandato magnifici pape Innocentii per Lumbardiam cum auxilio marchionis Estensis ascendit in[r] Alemaniam confidenter. Quem ita gratissime prelati et[q] principes Alemanie susceperunt, quod pauci remanserunt de principibus cum Ottone. Tandem ipsum in regem Ale-
Dec. 2. manie et in futurum imperatorem concorditer[r] elegerunt.

Anno[s] Domini 1212, sicut placuit ei qui aufert spiritum principum, Azo marchio
Nov. Estensis et comes Sancti Bonifacii de hac vita in mense Novembri et in civitate Verone, sub paucorum dierum spacio sunt subtracti. Unde potuit congrue dici de ipsis: *Gloriosi principes terre, quomodo[t] in vita sua se dulciter dilexerunt, ita et in morte sunt minime separati.* Reliquit autem marchio[u] duos filios, Aldrevandinum[v] iam adolescentem et Azonem[9] infantulum cum propria genitrice. Similiter comes[w] reliquit duos[x], Rizardum[y] maiorem, et minorem nomine Gulielmum[z].

1213. Anno[*] Domini 1213. Mediolanenses, qui partem Ottonis fovebant, cum exercitu infinito super districtum Cremonensium irruerunt. Quibus Cremonenses, qui exaltationi[a] principis Friderici summo desiderio affectabant, apud Castrum Leonis[b] viriliter occurrerunt,
Iun. 2. inceptoque bello in die pentecostes Mediolanenses terga vertentes militum et peditum non modicam quantitatem simul cum carotio amiserunt. Ex illo itaque tempore fama Cremonensium est per populos divulgata, virtus etiam eorum et audacia tanti triumphi est preconio plurimum augmentata.

Eodem[c] anno, cum nobilis marchio Aldrevandinus[d] nollet communitati Padue subiacere, Paduani arcem Estensem cum machinis obsederunt. Videns autem marchio Aldrevandinus[e], se non posse amicos suos qui obsidebantur comode adiuvare, pariterque sciens,

a) De Octone imperatore. Anno 2; De Ottone imperatore coronato et confestim excommunicato a papa Innocentio tertio. Anno 3. 4. b) regnum 1. c) percusi 2. d) *deest* 3. e) *deest* 1. f) anathematicis vinculis 1. g) eius *add.* 2. h) Denuntiatio abatis S. Iustine, qui se dedit in heremiticam vitam. Eodem 2; De promotione domni Arnaldi abbatis. Eodem 3. 4. i) inventam 1; in Verida 2. k) Artialdus 2. l) compunctus 3. 4. m) Qualiter Otto est a rege Franciae superatus. Anno 3. 4. n) Frantie 2. o) imperii 1. p) De ascensu Federici in Alemaniam. Anno 2; De ascensu Federici in Alemanniam et de eius electione in imperatorem futurum et regem Alemanniae. Anno 3. 4. q) *deest* 1. r) *deest* 2. s) De morte marchionis Estensis Azonis. Anno 2. 3. 4. t) quoniam 2. u) Estensis *add.* 3. 4. v) Aldeudrandinum 1. w) S. Bonifacii *add.* 3. 4. x) filios *add.* 3. 4. y) Ricardum 2. 3. z) Veriliclinum 1; Guielinum 2. *) Qualiter Mediolanenses a Cremonensibus sunt devicti. Anno 3. 4; Anno — augmentata *desunt* 1. 2. a) sic 3; exaltationem 4. b) Leonem 4. c) De obsidione arcis Estensis. Eodem 3. 4; Anno Domini 1213. cum 1; Eodem — remeavit *desunt* 2. d) Aldeoaldrinus 1. e) Adroandinus 1.

8) cacumine montium Euganeorum, a Patavio inter occidentem et meridiem. 9) VII.

quia durum est contra stimulum calcitrare, coactus iuravit, sicut civis communi Padue in 1213.
omnibus obedire; et sic exercitus ad propria remeavit.

Per[a] idem tempus, cum Monticuli sex annis et duobus mensibus extra Veronam fuis-
sent, potestas Padue Marinus Zeno[b] et Paduani communiter compositionem inter ipsos et
partem comitis tractaverunt et circa festum beati Martini introduxerunt eos[c] pacifice in c. Nov. 11.
Veronam[d].

Anno[e] Domini 1214. Monticuli non considerantes, quia in omni negocio temporis est 1214.
opportunitas observanda, intempestive ceperunt contra partem comitis calcitrare. Pars
vero comitis expulsa potestate communi, Pecorarium suum civem[f] in potestatem protinus[g]
elegit, virum utique sapientem et politica scientia decoratum. Monticuli autem impares
viribus se videntes, tunc temporis sub adversariis humiliter quieverunt.

Anno[h] Domini 1215. in mense Octubri Paduani turrem Baibe[i] obsederunt; sed super- 1215.
veniente inundatione nimia pluviarum, obsidionem dimittere sunt compulsi, ibique in rebus Oct.
iacturam et[k] in[l] personis non modicam sunt perpessi.

Eodem[m] tempore cum marchio Aldrevandinus[n], de comitibus Celane[o], qui partem Ottonis fovebant in marchia Anconitana, nobiliter triumphasset; in ipso fervore iuventutis nature legibus[p] satisfecit. Iste fuit ita magnanimus, quod subisset omne periculum pro gloria et potentia optinenda. Itaque[q] remansit in honorabili domo[r] Estensi Azo frater eius, puer parvulus, multis debitis et angustiis oneratus.

Eodem[s] tempore in mense Novembri factum est Rome concilium generale sub papa Nov.
Innocentio tertio, viro[t] magnifico et prudenti, cuius magnanimitas et constantia super alios
homines[u] excellebat.

Circa[v] hec tempora divina providentia produxit[w] ad ortum de misericordie sue thesauris duo magna luminaria, ordinem videlicet Predicatorum et fratrum Minorum, quos Deus in firmamento ecclesie stabilivit et per ipsorum doctrinam lucidam et apertam et honeste conversationis splendorem totum mundum errorum tenebris involutum mirabiliter illustravit. Horum ordinum preceptores fuerunt viri probatissimi et multiplici decore virtutum plurimum insigniti, Dominicus scilicet et Franciscus; qui quasi due tube Moysi dormientem mundum in vitiis et peccatis terribili predicationis clangore ad pugnam contra hostem triplicem excitarunt. In omnem quippe terram exivit sonus eorum et usque ad fines orbis eorum verenda religio est brevi tempore dilatata. Unde tum consideratione vite sanctissime, multis miraculis approbate, tum intuitu doctrine celestis, qua corda hominum rigaverunt, merito tam ab ecclesia triumphante quam militante sunt in sanctorum numero computati.

Anno[x] Domini 1216. obiit Innocentius papa tertius apud Perusium, cui successit Hono- 1216.
rius papa[y] tertius.

Anno[z] Domini 1217. In istis temporibus transivit mare christianorum maxima multi- 1217.
tudo in subsidium terre sancte; et habito prudentum consilio, christiani cum navibus in-
finitis in manu valida intraverunt Egiptum, et Damiatam munitissimam[*] civitatem multo
tempore viriliter obsiderunt.

Anno[a] Domini 1218. cum vidisset soldanus Babilonis, christianos Damiatam instantis- 1218.
sime obsidere, protinus reges Saracenorum[b] de Siria et Arabia et[c] aliis provinciis in suum auxilium convocavit, et exercitum christianorum cepit undique viriliter impugnare; excepto quod iter fluminis eis non poterat prohibere. Regebat autem[d] tunc christianos Iohannes rex Ierosolimitanus, vir strenuus[e] et forma pre filiis[f] hominum[g] speciosus, et magister Pelagius sancte[h] Romane ecclesie cardinalis.

a) Reversio Monticulorum in Verona. Per 2; De pace partium Veronae. Per 3. 4. b) Geno 2. c) *deest* 2. d) in V. *desunt* 3. e) De repensione et tenpestive audatie Monticullorum. Anno 2; De repressione intempestivae audaciae Monticulorum. Anno 3. 4. f) *deest* 4. g) constanter 3. 4. h) De obsidione turris Baibe. Anno 2. 3. 4. i) Bãbe 1. k) *deest* 2. l) cum 2; *deest* 3. 4. m) De morte Aldrevandini marchionis Estensis. Eodem 2. 3. 4. n) Aldroandinus 1. o) Cellare 1; Celarie 2. p) *deest* 2. q) Tunc 2. 3. 4. r) dominio 1. s) etiam *add.* 3. 4. t) domno *add.* 1. u) omnes 2. v) De origine fratrum Predicatorum et Minorum. Circa 3. 4; Circa — computati *desunt* 1. 2. w) protrusit 3. x) De morte pape Innocentii. Anno 2; De obitu Innocentii papae, et Honorii electione. Anno 3. 4. y) *deest* 2. z) De obsidione Damiate. Anno 2. 3. 4. *) invictissimam 1. a) De collectione exercitus Saracenorum contra christianos. Anno 2. 3. 4. b) Saracenos 2. c) ab *add.* 1. d) *deest* 2. e) strenuissimus 1. f) aliis 1. g) *deest* 1. h) cardinalis ecclesie 1 *pro* sancte — cardinalis.

1219. Anno[a] Domini 1219. Istis temporibus post longam et laboriosam obsidionem exercitus christianorum obtinuit Damiatam, que est in Egipto super fluenta Nili[b], qui a Moyse Geon in Genesi appellatur.

1220. Nov. 22. Anno[c] Domini 1220. Federicus secundus rex Scicilie et Apulie et[d] dux Suavie descendens de Alemannia ivit Romam, et ibi accepit coronam imperii[d] a papa Honorio in die beate Cecilie[e]; deinde regnum Apulie intravit, et interfectis et expulsis rebellibus, ipsum sibi feliciter[f] subiugavit. Ipse de montibus Scicilie per gravia bellorum pericula deposuit Saracenos, et transferens eos[g] in Apuliam, fecit ipsos in civitate Nuceria communiter habitare.

1221. Anno[h] Domini 1221. cum exercitus christianorum ad superiores partes Egypti expugnandas transisset[i], inundatione Nili subito est[k] circumfusus. Cumque christiani nec procedere possent nec redire valerent, aquis et exercitu Saracenorum undique circumsepti,
Sept. 8. coacti sunt pro redemptione sua reddere Damiatam; dimissique a Saracenis, ad propria cum tristitia maxima[l] sunt reversi. Porro Egiptii letati sunt de profectione[m] eorum, quia timor eorum incubuerat super eos.

1222. Anno[n] Domini 1222. apparuit cometa in mense Septembris. Tempore subsequenti
10 obiit Lodovicus[10] rex Francie, qui multum pro ecclesia laboravit[o] contra comitem Tolesanum fautorem[p] hereticorum et audacissimum[q] defensorem. Cui successit in regno eius filius Lodovicus[11].

1223. Dec. 25. Anno[r] Domini 1223. in die natalis Domini, inter sextam et nonam horam per totam Italiam factus est maximus terre motus; sed super omnes urbes Italie civitas Brixiensis[s] incredibiliter conquassata maximum dampnum sustinuit in rebus, domibus[t] et personis.

1224. Anno[u] Domini 1224. Azo marchio adolescens[v] et Rizardus comes Sancti Bonifacii cum Veronensibus et Mantuanis Salinguerram in Ferraria[w] obsederunt. Sed ille cum multum[x] esset callidus et astutus, comiti sub compositionis specie intrare Ferrariam[w] persuasit; capiensque ipsum et omnes qui secum erant ingressi, ab obsidione Ferrariam liberavit. Post modicum vero tempus[y] facta compositione, comes fuit a vinculis absolutus.

1222. Iun. 23. Circa[z] hec[*] tempora mortua Constantia[a] imperatrice, filia regis Aragonum[12], de qua regem Alemanie Henricum habuit imperator[b], ipse Isabellam, filiam Iohannis regis Iero-
1225. Nov. 9. solimitani, accepit[c] uxorem[13]; de qua genuit Conradum[14], quem dilexit tenerrime super omnes. Et sic regnum Ierosolimitanum occasione huius matrimonii est adeptus.

1226. Anno[d] Domini 1225. multi viri[e] nobiles et potentes ex parte comitis Sancti Bonifacii, corrupti pecunia Salinguerre, Monticulis adherentem, virum clarissimum, comitem scilicet Rizardum, cum sua parte de Verona subito expulerunt. Et tunc primo pessimus Ecelinus, adiungens se predictis, incepit habere dominium in Verona. Mantoani vero communiter[f] cum amicis suis sub protectione alarum suarum ipsum[g] amicabiliter receperunt, ipsumque in preliis[h] modis omnibus adiuvabant. Tandem post multorum[i] malorum perpetrationem facta fuit compositio inter comitem et adversarios, mediantibus rectoribus Lumbardie.

Anno[k] Domini 1226, cum Federicus imperator esset magnificatus divitiis et gloria, et[l] clarissima[m] copia filiorum super omnes augustos a Carolo citra, qui fuerant ante eum, aspirare cepit omnibus modis ad dominium Lumbardie. Et pacifice de Apulia venit in Lumbardiam, et tam Cremone quam etiam Ravenne colloquium habuit cum amicis, volens

a) De obsidione Damiate. Anno 2; De victoria Damiatae. Anno 3. 4. b) flumen Nyli 2. c) De Federico inperatore coronato. Anno 2. 3. 4. d) *deest* 2. e) Cicilie 1. f) fideliter 1. g) ipsos 2. h) Qualiter amissa est Damiata. Anno 2. 3. 4. i) mansisset 1. k) *deest* 1. l) *deest* 3 4. m) protectione 2. n) De Lodovico rege Frantie. Anno 2; De apparitione cometae, et obitu Ludovici regis Franciae. Anno 3. 4. o) laborabat 2. p) Tolexanum fatorem 2. q) audactissimum 1. r) De terrae motu magno. Anno 2. 3. 4. s) Brisia 1. t) *deest* 1. u) De captivitate comitis Rizardi Sancti Bonifacii per Salinguerram et relaxatione eius *leguntur in margine* 1; De obsidione Ferrariae. Anno 2. 3. 4. v) *deest* 2. w) Ferraram 1; Ferariam 2. x) *deest* 3. 4. y) temporis 2. z) Qualiter Federicus habuit regnum Ierosolimitanum. Eodem anno circa 2; Circa 3. 4. *) Eodem anno circa hec 1. 2. a) Beatrice 1. 2. b) Federicus *add.* 3. 4. c) in *add.* 2. d) De expulsione comitis Sancti Bonifacii de Verona et pacificatione *leguntur in margine* 1; De proditoribus Verone. Anno 2; De proditoribus Veronae, qui dicti sunt quatuor viginti. Anno 3. 4. e) *deest* 1. f) comitem 2. 3. 4. g) *deest* 2. 3. 4. h) et *add.* 2. i) *deest* 2. k) De primo adventu Federici imperatoris in Lombardiam, postquam fuit coronatus. Anno 2. 3. 4. l) *deest* 1. m) inclitissima 1.

10) immo Philippus II. Augustus. 11) Ludovicus VIII. 12) 1222. Iun. 23. 13) 1225. Nov. 9. V. Annal. Scheftlar. maiores 1225. supra SS. XVII, 338. 14) natum a. 1228. Apr.

amicabiliter Lumbardorum animos mitigare. Sed Mediolanenses cum multis[a] aliis civi- 1226.
tatibus in sua duricia permanserunt, eius verba pro nihilo reputantes.

Anno[b] Domini 1227. obiit Honorius papa tertius[c]; cui successit Gregorius nonus, 1227.
episcopus Hostiensis. Iste sub pena excommunicationis imperatori precepit, ut pro re-
cuperatione terre sancte mare transiret secundum magnificentiam imperatorie[d] maiestatis.
Imperator autem de hoc negotio intromittere se nolebat. Verumtamen ne preceptum apo-
stolicum omnino spernere videretur, cum exercitu galearum in Siriam navigavit, et taliter 1228.
cum soldano pepigit Babilonis, quod ipse Ierosolimam et quasdam alias civitates reddidit 1229.
christianis.

Audiens itaque papa Gregorius, quod tam potentissimus imperator ad modum pirate mare transisset, in quo tremendum nomen imperii Romani apud barbaras nationes minui et deprimi videbatur, eum excommunicationis vinculo innodavit; et mox misit exercitum in Apuliam, ut eam ecclesie subiugaret. Quod audiens imperator, velociter in Apuliam est
reversus. Tandem est facta concordia inter eos, et cessavit quassatio preliorum. 1230.

Eodem[e] anno domnus Bonifacius Vidonis de Vizardo de Bononia potestas Padue. Et 1227.
eo tempore fuit nix maxima per totum mundum.

Anno[f] Domini 1228. venerabilis abbas Arnaldus fecit fieri fossatum et induxit aquas 1228.
fluvii, qui est iuxta monasterium[g] beate Iustine, ibique fecit[h] optima molendina. Hoc fuit opus egregium et a[i] fratribus monasterii diligenter memorie[k] commendandum.

Eodem[l] anno circa festum beati Prosdocimi[m, 15] obiit[n] Iordanus episcopus Paduanus; Nov. 5.
cui successit[16] domnus Iacobus, archipresbiter ecclesie maioris. Vacavit autem episcopatus 1229.
aliquot mensibus[o].

Per[p] idem tempus mortuus est Iacobus, filius[q] Dalesmanini, de cuius malitiosa calliditate timebant plurimum Paduani, ne statum Padue perturbaret; sed eius defectum fratres
ipsius et filii studiosissime suppleverunt, cum postmodum[r] Ecelino lupo[i] rapacissimo Pa- 1237. Febr. 25.
duam tradiderunt.

Circa[s] hec tempora clarissimi reges Hispanie per diversa bellorum pericula et infinitos
labores Saracenos de Hispanie finibus expulerunt. Nam fortissimus rex Castelle[17] obtinuit 17
Sibiliam[t] nobilissimam civitatem, quam Iulius Cesar dicitur condidisse et Hispalim nominasse, et Cordubam, de qua Seneca moralis philosophus, et insignis poeta Lucanus originem habuerunt. Inclytus vero rex Aragonum[18] Valentiam et Maioricam iure prelii acquisivit. Saraceni autem de antiquis sedibus effugati, navigio in Africam transierunt. Tunc temporis potentia regis Africe, qui dicitur Mamolinus, non solum est per reges Hispanie diminuta, sed etiam per vasallum ipsius, regem scilicet Tunicii, qui contra eum viriliter rebellavit. Civitas autem Tunicii[u] iuxta unam paludem de ruinis famosissime Carthaginis circiter decem miliaria longe a Carthagine, que mari adiacet, est constructa.

Anno[v] Domini 1229. Paduani in mense Madii castrum Gogii[19] destruxerunt, et ali- 1229. Mai.
quantulum humiliaverunt superbiam Ecelini.

Anno[w] Domini 1230. circa festum sancti Petri Ricardus comes Sancti Bonifacii cum 1230.
omnibus maioribus sue partis est captus a suis adversariis in Verona. Quod audiens Ece- c. Iun. 29
linus, filius Ecelini heretici de Romano, concite[x] perrexit Veronam, ut adderet ignem camino et inexorabilis discordie fomitem ministraret. Communiter vero Paduani miserunt legatos[y] Veronam, rogando[z] Ecelinum et partem suam, ut comitem et alios carceratos[*] a vinculis relaxarent. Sed ipsi hoc facere noluerunt. Unde Paduani et Azo marchio Estensis,

a) *deest* 2. b) De papa Gregorio et Federico imperatore discordibus inter se. Anno 2. 3. 4. c) quartus 2. d) regie 2. e) Eodem — mundum *desunt* 1. 2. f) De venerabili Arnaldo abbate S. Iustine. Anno 2. 3. 4. g) iuxta monasterium *desunt* 3. 4. h) fieri *add.* 3. i) *deest* 1. k) memoria 1. l) De morte Iordani episcopi Padue. Eodem 3. m) Prodochuni 1. n) dopnus *add.* 2. o) diebus 2. p) De morte Iacobi filii Dalesmanini. Per 3. q) *deest* 2. r) *deest* 2. 3. 4. s) De victoriis regum Hispaniae contra Saracenos. Circa 3. 4; Circa — constructa *desunt* 1. 2. t) Sybillam 3. u) Tunicium 3. v) De castro Gogii. Anno 2; De destructione castri Gogii. Anno 3. 4. w) Qualiter comes S. Bonifatii fuit captus. Anno 2; De captione comitis S. Bonifacii. Anno 3. 4. x) concitus 3. 4. y) civitatis delectos et alios *add.* 4. z) ut *add.* 3. *) incarceratos 3. 4.

15) i. e. circ. d. 7. Nov. Sed Iordanum die 5. Nov. obiisse docet necrol. S. Mariae ad Carceres ap. Mittarelli Ann. Camaldul. IV, 306. 16) circiter d. 4. Apr. a. 1229; v. Dondi Orologio dissertazione settima p. 39. 17) Ferdinandus III. 18) Iacobus I. 19) Godici, *Godego* a Bassano inter orientem et meridiem.

1230. qui super hoc negocio ferventissimus existebat, confederati cum Mantuanis, cum exercitu
Sept. maximo[a] super campos[b] Veronenses equitaverunt et in mense Septembris[c] Portum[20] et
21 Lingangium[d. 21] destruxerunt. Tunc Salinguerra et Ecelinus et comes de Tiraulo[e. 22] cum
populo Veronensi, qui ad defensionem locorum venerant predictorum, fugam arripientes
Veronam quam citius redierunt.

1231. Iun. 13. Anno[f] Domini 1231. in mense Iunio[g] migravit beatus Antonius de[h] ordine fratrum
Minorum, cuius[i] sanctitas totam Italiam illustravit.

Sept. Eodem anno in mense[k] Septembris, mediantibus rectoribus Lumbardie, comes cum
sua parte est a vinculis et de inimicorum manibus liberatus.

Eodem etiam anno ad petitionem regis Henrici, filii Federici imperatoris, Mediolanenses et alii odientes imperium legatos in Alemaniam direxerunt et cum eo contra impera-
Ps. 7, 15. torem societatem firmissimam statuerunt. Concepit enim rex dolorem et peperit iniquitatem contra proprium genitorem ideo[l], quia videbatur[m], quod imperator plus eo puerum
Conradum diligeret et foveret.

1232. Mart. Anno[n] Domini 1232. Federicus imperator in mense Martii, dum de Apulia vellet in
Ystriam navigare, impulsus vi ventorum venit Venetias, et inde in Forum Iulii transmeavit;
ibique facta est[o] compositio inter ipsum et Ecelinum in detrimentum marchionis Estensis
et comitis Sancti Bonifacii et totius marchie et etiam Lumbardie, sicut postea patuit per
1235. effectum. Ascendit autem in Alemaniam imperator, et capto filio[p] proprio, rege scilicet
Henrico, misit eum in Apuliam ibique fecit ipsum usque ad diem mortis sicut proditorem
1237. in carcerem custodiri, ideo quia confederatus fuerat cum Lumbardis, constituitque[q] in
locum eius Conradum, quem tenerrime diligebat.

1233. Anno[r] Domini 1233. frater Iohannes de ordine Predicatorum in tanta reverentia est
habitus ab hominibus[s] marchie et etiam Lumbardie, quod eius iussione Paduani Veronenses
Brixienses et Mantuani cum carociis[t], et aliarum civitatum maxima multitudo in campa-
Aug. 28. nia[u] Veronensi insimul pacifice[v] convenerunt. Et ibidem in die sancti Augustini sententias
super quibusdam questionibus[w] coram omnibus populis auctorizabiliter promulgavit. Sed
cito eius potentia expiravit; nam quasi post unum mensem, quicquid ordinaverat, ad
nichilum est redactum.

1234. Anno[x] Domini 1234. fuit hiems asperrima et vinee ac ficus et oliveta pre nimio frigore
sunt extincta.

1234. Anno[y] 1235.[23] Beatrix, filia quondam Aldrevandini[z] marchionis Estensis, Andree[24] regi
Ungarie est matrimoniali federe copulata; quam[*] Azo marchio patruus eius cum decenti[a]
apparatu et honorabili societate ad tanti regis presentiam[b] destinavit. Hoc[c] autem matrimonium filiis regis, Bele[25] scilicet et Colomanno, displicuit vehementer; timebant enim,
ne pater senex filios de iuvencula generaret.

Eodem anno magnanimus Tiso[d] de Campo sancti Petri obiit, amicus intimus[e] marchionis et inimicus constantissimus Ecelini.

1235. Anno[f] Domini 1236.[26] vir nobilis et venerabilis Vidotus[g] episcopus Mantuanus in
Mai. 14–19. monasterio sancti Andree in diebus rogationum ab Advocatis[h] est crudeliter interfectus.
Contra quos insurrexerunt communiter Mantuani, et destructis eorum domibus et turribus,
ipsos de Mantua cum fautoribus suis expulerunt. At[i] illi confugere Veronam ad Ecelinum,

a) b) *deest* 3. 4. c) Novenbri vel Setenbri, ut melius dicitur 2. d) Liniacum 2; Elegniacum 3. 4. e) Tiralilo 2. f) De liberatione comitis et transitu S. Antonii. Anno 2; De morte beati Antonii confessoris et liberatione comitis S. Bonifacii et commotione regis Henrici de Lombardia. Anno 3. 4. g) ex hoc seculo *add.* 2. h) de — illustravit *desunt* 1. i) die 13. intrante eodem mense 2 *pro* cuius — illustravit. k) *deest* 2. 3. 4. l) eo 1. m) videbat 2. n) Qualiter imperator Federicus incarceravit filium suum. Anno 2. 3. 4. o) *deest* 2. 3. p) suo *add.* 2. q) constituitque — diligebat *desunt* 1. 2. r) De mirabili exaltatione fratris Iohannis de ordine Predicatorum. Anno 2. 3. 4. s) omnibus 4. t) carocio 1. u) campanea 2. 4. v) *deest* 2. w) quasdam questiones 2. 3. 4. x) De hyeme asperrima. Anno 3. 4. y) De regina Ungarie. Anno 2. 3. 4. z) Aldroandini 1; Aldevrandini 2. *) quin 2. a) diligenti 1. b) potentiam 2. c) Hoc — generaret *desunt* 1. 2. d) Ciso 2; Tixo 3. 4. e) interimus 2. f) De morte episcopi Mantuani. Anno 3. 4. g) Guidotus 3. 4. h) *super* Advocatis *eadem manus scripsit* illis civibus 1. i) At — constanter *desunt* 1. 2.

20) Porto Legnago in sinistra Athesis fluv. ripa, a Mantua ad orientem. 21) Legnago in dextera Athesis fluv. ripa, a Mantua ad orientem. 22) Albertus IV. 23) immo 1234; v. supra Rolandini chron. facta p. 60, n. 85. 24) II. 25) IV. regi Ungariae. 26) immo anno 1235; v. supra Rolandini chron. facta p. 61, n. 3.

qui erat refugium omnium pessimorum. Comes autem Sancti Bonifacii toto tempore guerre 1235 Mantuam viriliter gubernavit contra imperatorem et contra perfidum Ecelinum, et strenue se gessit in omnibus et constanter.

Tunc Federicus imperator in mense Augusti persuasione Cremonensium et Ecelini 1236 Aug. descendit de Alamania cum exercitu copioso[a], venitque Veronam, et vastatis Mantuanis, Sept. in Lumbardiam pertransivit[b].

Per idem tempus honorabilis abbas[c] Arnaldus fecit fieri dormitorium nostrum[d] cum capitulo et cameris infra positis et adiacentibus, simulque cameras pallacii cum aula[e] fecit optime restaurari.

Eodem[f] anno, cum marchio et Paduani communiter Rivaltam, que est super Athesin[g], Oct. obsiderent, Ecelinus et Veronenses miserunt pro Federico imperatore, qui tunc erat in partibus Lumbardie. Qui subito veniens cum militia Teotonicorum et Ecelinus cum populo Veronensi impetuose Vicentiam invaserunt, eamque[h] capientes in festo omnium sanctorum Nov. 1. crudeliter combusserunt. Paduani vero nimio[i] terrore perterriti, ad propria sunt reversi. Adepta itaque hac victoria, imperator statim in Alemaniam est regressus[k], relictis[l] in marchia pro negotiis imperii pertractandis comite Geveardo[m] de Sansonia[27] et comite 27 Simone Teastensi[n].

His[o] temporibus mortuo Andrea[p] rege Ungarie[28], et regnante Bela filio eius pro eo, imperator suos[p] legatos ad regem Ungarie destinavit. Tunc Beatrix regina, cum esset gravida, timore sui crudelis privigni, iunxit se in reversione societati[q] imperialium legatorum, induta veste virili; et sic deluso rege, qui faciebat eam cum summa diligentia custodiri, in Alemaniam latenter confugit, peperitque ibi filium, quem Stephanum appellavit. Quo nato, ad paternam domum protinus est reversa cum dulcissima sua prole.

Anno[r] Domini 1237, cum civitas Paduana pacifico statu gauderet, et copia populi et 1237. militia strenua[s], divitiis[t] etiam et[u] gloria esset[v] plurimum decorata, pater proditionum et scelerum, humani scilicet generis inimicus, misit[w] in corda quorundam magnatum[x], ut traderent eam[y] nunciis imperatoris et Ecelino de Romano, quem Paduani solebant detestari et persequi veluti lupum. Malum igitur, quod corde conceperant, opere perpetrarunt, de lupo pastorem ovium subito facientes, in suam et patrie[z] perniciem et gravamen. Nam Ecelinum Padue inimicum in mense Februarii adduxerunt[*], et civitatem et populum in eius Febr. 25. manus crudelissimas[a] tradiderunt. Tarvisini[b] autem videntes, se quasi solos in marchia remansisse, coacti se ac sua Ecelini dominio subdiderunt. Marchio etiam Estensis imperatoris nunciis vilissime[c] se subiecit. Postquam autem[d] Ecelinus sub occasione imperii obtinuit Padue dominatum, statim[e] optimates civitatis cum filiis suis[d] in exilium destinavit. Quos omnes postea tradidit nequissimo[f] principi Federico; qui mittens eos in Apuliam, fecit eos[g] in duris carceribus et caveis[h] subterraneis custodiri, ubi ex magna parte miserabiliter perierunt. Domnum etiam[i] Iordanum[29], quem[k] Paduani quasi[d] patrem Padue appellabant*, perfidus[l] Ecelinus[m] in carcere[n] alligavit[o] ** Iun.

* *Cod. 2 addit haec:* propter honestatem et morum probitatem atque scientiam, qui fundator monasterii sancti Benedicti atque tocius ordinis Alborum Paduane diocesis fuit et pater,

** *Cod. 2 addit haec:* et tradidit eum Saracenis ad custodiendum. Set postea Federicus imperator, victus peccunia et multorum religiosorum et bonorum hominum precibus, traens illum de carceribus et de manibus Saracenorum dedit in custodiam domini patriarche Aquiliensis, qui honorifice fecit eum in quodam monasterio cum monachis abitare. Set postea traens eum Dominus, inde venit Venetiis et ibi honeste et religiose vivens, quando Domino placuit, ei reddidit spiritum.

a) *deest* 1. 2. b) transivit 2. c) *deest* 2. d) S. Iustine 2 *pro* nostrum. e) aulam 1 *pro* cum aula. f) Qualiter imperator Federicus cepit Vicentiam. Eodem 2; Anno Domini 1236. predicto 3. 4. g) Adesim 1; Atexin 2. h) eamque — combusserunt *desunt* 1. 2. i) *deest* 1. 2. k) set ante suum recessum ex Vicentia in die omnium sanctorum crudeliter eam fecit comburi *addit* 2. l) relinquens 2. m) Geverardo 1; Contoiclo 2. n) Theatino 3. 4. o) De fuga illustris Beatricis, regine Ungarie. His 3. 4. p) *deest* 2. q) in reversione in societate 2. r) Qualiter proditores tradiderunt Paduam Ecelino. Anno 2. 3. 4. s) strenui 2. 3. 4. t) cum *add.* 1. u) *deest* 1. v) quam *add.* 2. w) inimicus misit *desunt* 2. x) magnatorum 2; magistratuum 3. 4. y) Ecelino *add.* 2. z) sue *add.* 3. 4. *) eduxerunt 2; venire fecerunt 3. 4. a) manibus crudelissimis 3. 4. b) Travisini 1; Tervixini 2. c) amicorum destitutus auxilio 3. 4 *pro* vilissime. d) *deest* 2. e) et statum 2. f) *deest* 3. g) ipsos 2. h) cavernis 1. i) et 4. k) quam 1; que 2. l) *deest* 1. m) et crudelissimus tirannus *add.* 2. n) carcerem 1. o) eleğ 1.

27) Gebehardo de Arnstein; v. supra Rolandini chron. facta p. 61, n. 4. 28) anno 1235. 29) priorem S. Benedicti. V. Rolandini chron. facta supra p. 66.

1237. Sequenti vero[a] tempore tirannus videns abbatem Sancte Iustine tam nobilitate originis[b] quam potentia et dignitate[c] suffultum, scientia et moribus decoratum, Deo et hominibus gratiosum, conatus est de ipsius captione tractare. Quod precognoscens abbas Ferrariam primo fugit, postmodum in Monte Silice[d] latuit usque ad adventum augusti.

Sept. In mense itaque Septembris imperator[e] cum exercitu de Alemania in Lumbardiam descendit; cui occurrit venerabilis abbas apud Veronam, et ab ipso est alacri vultu receptus et duobus mensibus cum decenti societate castra cesaris est secutus, ad[f] cuius[g] presentiam[h] omnes barones marchie convenerunt. Et de ipsorum consilio cepit imperator tractare de pace cum Mantuanis, ut ipsis subactis, facilius alios adversarios imperii subiugaret.

Oct. 1. Facta[i] igitur pace inter imperatorem et Mantuanos et comitem Sancti Bonifacii, qui Mantuam obtinebat, obsidio longa castri Sancti Bonifacii est soluta. Tunc imperator cum exercitu maximo intravit districtum Brixie, destruendo omnia incendiis et rapinis. Tunc etiam Montem Clarum nobilissimum locum[k] subvertit[l]. Mediolanenses vero amicis undique congregatis cum exercitu infinito in auxilium[m] Brixiensium venientes, castra sua non longe ab exercitu Romani principis posuerunt. Sed[n] quodam lutoso[o] fluviolo mediante bellum committere minime potuerunt. Cum autem Mediolanenses reverterentur, nichil mali penitus
Nov. 27. suspicantes, imperator cum militia subito pervenit ad eos apud Curtem Novam; et facto impetu contra ipsos, multos ex eis cepit et plures[p] occidit[q]. Carotium quoque eorum[r] et
30 potestatem, scilicet[s] filium[30] ducis Veneciarum[31], similiter apprehendit. Circa festum igitur beati Andree[32] imperator predictum triumphum de Mediolanensibus est adeptus. Tunc temporis imperator[s] in exercitu habuit elefantem, ad quem videndum confluebant populi Lumbardie.

1238. Anno[t] Domini 1238. comes Gevehardus[u] de Sansonia nuncius imperatoris venit Paduam et pietate commotus super iustas querelas[v] abbatis Sancte Iustine, suum monasterium abbati[w] restituit, removens inde custodes et procuratores, quos ibi posuerat Ecelinus.

Cum[x] et Mediolanenses pacem habere cum imperatore conditionaliter postularent, imperator noluit eos recipere, nisi omni conditione remota; et hac de caussa in contumacia permanserunt. Unde imperator ad debellandum eos exercitum validum[y] preparavit; sed primo disposuit amicos eorum aggredi Brixienses. Et ita eodem anno imperator obsedit Brixiam a medio Iulio usque ad festum sancti Michaelis; sed[z] civibus viriliter se defen-
Oct. dentibus, confusus inde recessit.

Istis temporibus Ecelinus, fugato[*] de marchie finibus marchione[a], obsedit Montagnanam, quam nullo modo potuit obtinere. Paulo[b] post marchio resumptis[c] viribus, recuperavit
Aug. Estem[d] et eam fortiter communivit.

1239. Anno[e] Domini 1239. circa conversionem sancti Pauli venit Paduam imperator fecitque
Febr. 6. residentiam in monasterio sancte Iustine duobus mensibus, ab initio[f] quinquagesime usque
Apr. 10. ad quindecimam diem[g] post pascha. Tunc temporis admonitione premissa papa Gre-
Mart. 24. gorius in dominica Olivarum[33] publice ipsum Rome excommunicationis vinculo innodavit. Summus[h] namque pontifex per experientiam cognoscebat, animum imperatoris esse proclivem ad opprimendam ecclesiam, si posset sibi subicere Lombardiam. Unde statim post excommunicationem virum prudentissimum et constantem, Gregorium scilicet sedis apostolice tunc notarium, legatum Italie ordinavit. Qui veniens Mediolanum populi trepidantia corda refovit, et amicos dissolutos Mediolanensium exhortatione vivifica roborans, ad pugnandum pro libertate viriliter inflammavit; et ne videretur verbotenus tantum alios ad pericula invitare, ipse personaliter, quousque vertebat se imperator ad fideles ecclesie

a) Eodem etiam 3. 4 *pro* Sequenti vero. b) nobili orgine 1. c) pot. dignitatis 2. 3; pot benignitatis 4. d) Montis Silice 3; Montem Silicem 4. e) Federicus *add.* 3. 4. f) ad — subiugaret *desunt* 1. 2. g) et ab ipsius 3 *pro* ad cuius. h) Federici *add.* 3. i) Qualiter imperator vincit Mediolanenses. Facta 2; Qualiter imperator de Mediolanensibus triumphavit. Facta 3. 4. k) *deest* 3. l) subvertens fuit 1. m) auxilio 4. n) Sed — potuerunt *desunt* 3. o) lutuoso 1; luctoso 4. p) ex eis *add.* 1. q) concidit 2. r) ipsorum 3. 4. s) *deest* 3. t) De obsidione Brixiae. Anno 2. 3; Anno — posuerat Ecelinus *desunt* 4. u) Geverardus 1. v) iustis querelis 3. w) abbatui 1; *deest* 2. x) Cum — Brixienses. Et ita *desunt* 1. 2. y) *deest* 4. z) et 2. *) fugatus 1. a) *deest* 1 b) et paulo 2. c) reassumptis 3. 4. d) *deest* 1. e) De adventu Federici imperatoris ad civitatem Paduae. Anno 2. 3. 4. f) a dominica 3. 4; ab initio — pascha *desunt* 2. g) quindecim dies 3. 4. h) Summus — opponebat *desunt* 1. 2

30) Petrum Teopulum. 31) Iacobi Teopuli. 32) i. e. circ. Nov. 30. 33) i. e. die 20. Mart.; sed haec ad diem 24. Martii facta esse constat.

impugnandos, se ipsum strenue opponebat. Interea dum imperator in predicto mona- 1239.
sterio resideret et imperatrix filia regis Anglie Noente[a] mansionem haberet, memoratus Febr. 6
abbas curialitatis et largitatis amator, augustum donis gratissimis[b] honoravit[c]. Obtulit Apr. 10
namque[d] ei[e] duo tapetia[f] preciosa et solium cum suo apparatu et scabelo suppedaneo[g]
artificiosissime insignito, duo plaustra ita pretiosissimi vini ac si esset de vineis Engadi,
30 modios[h] ordei et 34[i] plaustra feni. Sturiones[k] etiam maximos ei dedit, quos[l] fecit de
partibus Ferarie portari[m]. His et aliis donis et exeniis[n] tam augustum quam curiales fre-
quentissime honoravit.

Post[o] hec, cum[p] imperator adhuc Padue moraretur, in mense Maii Guecilus[q] de Mai.
Camino et Albricus de Romano frater Ecelini confederati viriliter Tarvisium intraverunt,
fugatoque Iacobo de Mora, qui tunc ibi pro imperio presidebat, rebelles contra tam[r]
metuendum principem extiterunt. Sequebatur namque imperator in[s] omnibus consilium
Ecelini, marchioni et aliis principibus bona promittendo et semper eis mala de consilio ne-
quissimi Ecelini[t] inferendo[u]. Cuius etiam maligna[v] suggestione obsidis[w] nomine accepit
filium unicum marchionis et filiam unicam Albrici, que[x] marchionis filio erat[x] matrimoniali
vinculo copulata. Procurabat enim modis omnibus perfidus Ecelinus marchionem et eius
amicos repellere[y] ab imperatoris[z] servitio et mandato, ut, imperiali fretus auxilio et favore,
posset eos[*] destruere penitus et delere.

His diebus circa[a] pasca obiit[34] domnus Iacobus episcopus Paduanus; vacavitque de Apr. 3
facto[b] episcopatus 17 annis.

Eodem anno in principio Iunii[c] fuit eclipsis solis. Iun 3

In[d] eodem[e] mense, postquam marchio[35] et omnes sui amici viderunt animum augusti 35
inclinatum ad complendum omnia desideria Ecelini, exposuerunt se maximo[f] periculo, a
mandatis imperialibus penitus recedendo. Imperator autem relicto Tibaldo Francisco po-
testate Padue et vicario totius marchie, ita tamen[g] ut mandatis Ecelini in omnibus obediret,
transivit in Lumbardiam et congregans exercitum, quedam castra Bononiensium devastavit;
et[h] his peractis, in Apuliam protinus[i] properavit. Marchio[k] autem Estensis, expulsis
custodibus imperatoris, recuperavit arcem Estensem, Baonem, Cerrum et per obsidionem
obtinuit[l] Calaonem. Et sic incepta est guerra periculosa per marchiam universam. Impe- Aug.
rator de cetero in cunctis civitatibus Italie omnes amicos marchionis Estensis et comitis
Sancti Bonifacii cepit habere suspectos pariter et exosos; partem vero Salinguerre et Ece-
lini ubique incepit diligere ac amplecti.

Anno[m] Domini 1240. circa conversionem sancti Pauli cometa versus occidentem apparuit. 1240.
In illis diebus[n] cum iam vir magnanimus, Filippus scilicet[o] episcopus Ferariensis, c. Ian. 25.
contra sapientissimum Salinguerram, qui dominabatur Ferarie, pro ecclesia rebellasset
et Bragantinum[p. 37] et Bondenum[q. 38] viriliter[o] occupasset, Veneti cum exercitu magno et Febr.
Bononienses et Mantoani et multa militia Mediolanensium cum domno Gregorio de Monte-
longo, sedis apostolice legato, venerunt in auxilium[r] marchionis et obsederunt Ferariam,
quam post menses quatuor sub quadam[s] compositionis specie habuerunt. Nichilominus Iun.
tamen[t] Salinguerram captum dux Iacobus Teupulus[u] Venetias secum duxit, ubi usque ad
diem mortis sue[39] fuit in carcere custoditus.

Sequenti[v] tempore in mense Augusto audiens imperator, mortuum esse Paulum Tra- Aug
versarium[w] dominum Ravenne[x], amicum intimum marchionis[y], exiens[z] de Apulia cum

a) *deest* 1, *ubi lacuna;* decentem 2 *pro* Noente. b) gratificis 2. c) videlicet *add.* 1. d) itaque 2. e) *deest* 1. f) tapeta 1. g) abpedaneo 2. h) modia 2. i) viginti quatuor 3. 4. k) Stiriones 1. l) sibi *add.* 3. 4. m) apportari 3. 4. n) encaeniis 3. o) Qualiter Guecilus de Camino et Albricus de Romano rebellaverunt. Post 3. 4. p) cum — moraretur *desunt* 1. 2. q) Veruzelinus 1; Becilus 2 r) *deest* 1. s) modis 1 *pro* in. t) *deest* 1. 3. 4. u) deferendo 4. v) malicioxa 2. w) obsidionis 1. x) *deest* 3. y) expellere 2. z) imperatorio 2. *) *deest* 2. a) post *addit* 2. b) dictus 2 *pro* de facto. c) Ianuarii 3. d) Qualiter marchio et omnes amici eius rebellaverunt. In 2. 3. 4. e) predicto 3. 4. f) magno 3. 4. g) praecipiens ei 3. 4 *pro* ita tamen. h) ex 1. i) *deest* 1. 2. k) Ipse vero marchio 3 *pro* Marchio — recuperavit. l) *deest* 1. m) De obsidione Ferrariae et eius captione. Anno 2. 3. 4. n) etiam *add.* 3. 4. o) *deest* 2. p) Bragrantinum 1. q) Bonderium 2. r) subsidium 2. s) quodam 1. t) *deest* 1. u) Tempullus 1; Teupulo 2; Thepolus 3; Theupolus 4. v) vero *add.* 2. w) Transversarium 1. x) dominum Ravenne *desunt* 1. 2. y) Estensis *add.* 2. z) exivit 3. 4

34) die 3. Apr. V. Rolandini chron. facta supra tuam. p. 71, n. 50. 35) Azo VII. 37) Bergantino in sinistra Padi fluv. ripa, inter Ferrariam et Man- 38) Bondeno a Ferraria ad occidentem. 39) a. 1245.

1240. Aug. exercitu[a], venit et obsedit Ravennam. Qua capta, accessit Faventiam et eam obsedit octo
mensibus cum instantia obstinata.

Eodem anno[b] Iacobus de Cararia captus[c] in castro Agne, a Tibaldo Francisco in medio
Sept. Augusto accepit sententiam capitalem. In sequenti mense Advocatus captus in castro
Brente[d], similiter est a Tibaldo punitus.

1241. Apr. 14. Anno[e] Domini 1241. post longam obsidionem cepit Faventiam imperator. In eadem
Mai. 3. estate Pisani ceperunt duos cardinales et multos prelatos, qui per mare Tirenum in navibus
Ianuensium pergebant Romam ad summum pontificem.

Aug. 21. Non multo tempore post[f] obiit papa Gregorius nonus, et vacavit sedes apostolica
Oct. 26. multis diebus. Tandem[g] papa Celestinus[40], Mediolanensis natione, fuit electus, qui post
electionem vix decem et octo vixit[h] diebus.

Circa istud tempus[i] effera gens Tartarorum gladio incendiis et rapinis totam Ungariam[k] devastavit. Tunc[l] rex Bela vix[m] eorum manus[n] evasit, fugiens ad maritima Sclavonie festinanter.

1243. Iun. 25. Anno[o] Domini 1242. cardinales post multa consilia elegerunt domnum Sinibaldum
cardinalem de comitibus Levanie[p], natione Ianuensem, qui appellatus est Innocentius[q]
quartus. Iste quaesivit fere duobus annis habere pacem cum imperatore, volens finem
imponere tantis malis. Sed imperator cum fere totam Italiam possedisset[r], in superbiam
elevatus, verba quidem[s] blanda dicebat, sed Romanam ecclesiam deprimere modis omnibus satagebat. Superbie quippe spiritu inflammatus proponebat ecclesiis[t] auferre iurisdictiones et possessiones villarum et castrorum, quibus erant ab imperio predotate[u], et
taliter volebat humiliare superbiam clericorum. Et licet ipse versipellis esset plurimum
Matth 12,34. et astutus, tamen quod ex habundantia cordis os[v] loquitur, istam sacrilegam voluntatem
non poterat[w] occultare. Unde contra se odium prelatorum in toto imperio non modicum
excitavit.

1242. Mart. Hoc anno, in mense Marcio populosa Montagnana[x] est[y] divino iudicio concremata.
Quod audiens Ecelinus, ipsam festinanter in manu valida occupavit.

1243. Anno[z] Domini 1243. Galvano[*] Lancea[a] vicario in marchia existente, castrum Sancti Bonifacii a Veronensibus est destructum. Sub eodem anno[b] etiam comes de Panigo[c] civis Veronensis est Padue decollatus; multique viri nobiles et preclari[d], accusati de proditione, Verone sunt ab Ecelino diversis[e] tormentorum generibus interfecti. Et tunc primo tirannus[f] assumpsit maiorem audaciam ita nobiles et potentes sicut ignobiles et pauperes puniendi[g].

1244. Eodem anno[41] nobilissimum castrum Ostilie a Mantuanis funditus est destructum.

c. Iun. 24. Anno[h] Domini 1244. circa festum sancti Iohannis baptiste magnanimus Innocentius
papa videns[i] se illudi ab imperatore verbis et promissionibus fraudulentis, sciensque esse
scriptum[k], quod ars deluditur arte, finxit se velle ire ad[l] colloquium[m] cum augusto, et[n]
latenter et caute apud Civitatem[o] veterem galeam[p] intravit, et sic ad Ianuensem urbem[q]
feliciter[r] navigavit. Imperator hoc audiens, timens tanti viri sagacitatem, est non modicum
c. Oct. 18. conturbatus[s]. Papa itaque[r] circa festum sancti Luce[t] per terras comitis Sabaudie in Galliam
pertransivit, figensque[u] sedem suam apud Lugdunum, statim misit per universum orbem,
convocans[v] prelatos et principes ad concilium generale.

a) et *add.* 3. 4. b) dominus *add.* 2. c) est *add.* 3. 4. d) Brere 1; Brentis 3. e) De obsidione Favencie et eius captione. Anno 2; De obsidione Faventiae et obitu Gregorii papae et Tartaris. Anno 3; De captione Faventiae et obitu Gregorii papae et imperio Tartarorum. Anno 4. f) praedicta transacta *add.* 3. 4. g) Sed tandem 3. 4. h) supervixit 2. 4. i) Circa haec tempora 3. 4. k) subito *add.* 3. 4. l) Et tunc 2. m) ab *add.* 4 n) manibus 3. 4. o) De electione pape Innocentii et superbia inperatoris. Anno 2; De papa Innocentio quarto et de superbia Federici imperatoris, qui conabatur ecclesiam subiugare. Anno 3. 4. p) Lananie 2; Lavaniae 4. q) papa *add.* 3. 4. r) possideret 1. s) quedam 1. t) aedem eius 3; ecclesiarum 4. u) predonate 1; perdotate 2; praedotata 3; praedotatae 4. v) eos 1. w) potuit 2. x) Montegāna 1. y) *deest* 1. z) De destructione castri Sancti Bonifacii Anno 2; De destructione castri sancti Bonifacii et de prima audacia contra nobiles et potentes. Anno 3. 4. *) Galvaēo 1. a) Danza 3. b) tempore 2; *deest* 3. 4. c) Panico 3. 4. d) prelati 2. e) diversorum 3. 4. f) tyrannis 3. g) domandi 1. h) Qualiter Innocentius papa dimissa Roma Ianuam navigavit. Anno 3. 4; Eodem anno videlicet 2 *pro* Anno Domini. i) providens 3. k) sciensque quod scriptum est 2. l) se habere 2. 3. 4 *pro* se velle ire ad. m) eloquium 2. n) tunc *add.* 3. 4. o) apud Civitatem *desunt* 3. p) Galliam 3. q) civitatem 2. r) *deest* 3. s) perturbatus 2. t) sancte Lucie 1; sancte Luce 2. u) fingensque 2. v) ad convocandum 3. 4.

40) IV. 41) anno 1244. secundum Rolandini chron. facta supra p. 81.

Anno[a] Domini 1245. circa festum sancti Iohannis baptiste factum est concilium maximum[b] Lugduni, ad quod citatus[c] imperator personaliter ire contempsit. 1245. c. Iun. 24. Unde propter contumaciam eius et innumerabilia mala, que fecerat contra ecclesiam, Innocentius papa residens in concilio, de assensu et consilio prelatorum et tocius concilii protulit contra Iul. 17. Federicum depositionis sententiam, iuste pariter et constanter. Forma itaque sententie prolate a summo pontifice ista[d] fuit: *Volentes* inquit[e] *divinam sententiam preponere sententie nostre, denunciamus Federicum a Deo excommunicatum et depositum ab omni honore imperii et*[f] *regni. Addentes*[g] *vero sententiam nostram divine sententie, excommunicamus Federicum et deponimus ab omni honore imperii atque regni.*

Dum[h] predicta fierent[i] apud Lugdunum, imperator veniens Veronam cum filio suo Conrado et cum quibusdam[k] principibus Alemanie et baronibus Lumbardie sibi faventibus, solemne colloquium[l] celebravit. Quo facto, simulans se simul cum Conrado filio suo velle[m] ad concilium properare, ivit usque Taurinum; ubi primo audivit contra se depositionis sententiam promulgatam. Tunc revertens[n] est Cremonam, ibique negociis imperii ordi- Aug. natis[o], in Apuliam quam citius est reversus[p], Conrado velociter in Alemaniam destinato[q].

Sagacissimus vero Innocentius papa direxit in Alemaniam nuncios, admonens[r] principes, eligere[s] aliquem strenuum virum ad imperium gubernandum. Tunc illi convenientes ad tantum negocium peragendum, elegerunt virum catholicum strenuum nobilem sapientem 1246. Mai. 22. benignum et constantem, lantgravium[t] de Turingia[u], Deo et hominibus gratiosum. Ille autem electioni de se facte assensum prebuit, constanter[v] paratus, intuitu divine maiestatis omne periculum pro ecclesia et re publica sustinere. Et sic contra potensissimum Federicum suscepit alacriter et audacter regni Alemanie diadema[w].

Anno[x] Domini 1246. lantgravius rex Alemanie congregavit exercitum copiosum adversus Conradum filium Federici. Cui ille[y] in manu valida occurrit[z] audacter. Inito igitur certamine, Conradus amissa multitudine militum, vix cum paucis evasit, quem nisi scele- Aug. 5. ratus dux Baiguerie[*] [42] suscepisset, immemor patris sui[43], a Federico per asassinos[a] inter- 42 fecti, lantgravius eum[b] de Alemania extirpasset[c]. In predicto igitur prelio et[d] aliis negociis ecclesie in Teutonia pertractandis, legatus sedis apostolice erat vir magnanimus Philippus scilicet episcopus Ferariensis, cuius audacia et sagacitas circumspecta tam in captione Ferarie quam in factis Alemanie potest ore omnium[e] commendari. Iste namque pro Romana ecclesia subire pericula et labores minime recusavit. Ipse sicut[f] verus[g] levita[h] dixit patri suo et matri: *Nescio vos*, et fratribus suis similiter, quia patrem et matrem et etiam parentelam contempsit et capi ab imperatore sustinuit[i] patienter, eligens in tantis angustiis ecclesie, Deo[k] et summo pontifici potius[l] obedire, quam parentum carnalium amore a tramite recedere veritatis.

Eodem[m] anno factum accidit lacrimosum, plenum compassione pariter et dolore. Nam Ecelinus satane minister, diaboli carnifex, potator humani sanguinis, sitibundus inimicus ecclesie, hereticorum refugium, malicie sedulus adinventor[n], manum misit ad desiderabile membrum ecclesie, id est[o] abbatem Sancte Iustine de Padua, capiendum, virum utique iustum honestum, bonis moribus informatum et clero[p] et populo attestante plurimum reverendum. In die igitur[q] sancti Bricii eum[r] cum fratre carnali capi precepit, ipsumque Nov. 13. inclusit in carcere tenebroso, faciens eum velut proditorem imperii cum diligentia custodiri.

Eodem tempore Albricus[s] et Nicolaus de Lendenaria[t], viri nobilissimi[u] et potentes et sicut rose inter milites marchie refulgentes[v], accusati de proditione, multis ab Ecelino afflicti tormentorum generibus defecerunt.

a) De concilio Lugdunensi et de sententia depositionis Federici imperatoris data ab Innocentio papa. Anno 3. 4. b) generalle 2. c) concitatus 2. d) ita 3. e) apostolicus *add.* 3. 4. f) atque 1. g) Addentes — regni *desunt* 1; Et addentes vero 2. h) De imperiali colloquio Veronae celebrato, et de lantgravio rege Alemanniae constituto contra Federicum. Dum 3. 4. i) forent 2. k) suis *add.* 3. 4. l) eloquium 2. m) *deest* 2. n) reversus est 3. 4. o) negotia — ordinavit. Post 3; — Post haec 4. p) et *add.* 3. 4. q) Conradum — destinavit 3. 4. r) ad monendum 3; ad admonendum 4. s) ut eligerent 3. 4. t) lamgravium 1; Iangravium 2. u) Tititigria 2. v) inconstanter 1. 2. w) dominia 1. x) De Iangravio rege Alemanie constituto contra Federicum et eius victoriam contra Conradum eius filium. Anno 2; De lantgravii regis Alemanniae victoria contra Conradum, Federici filium. Anno 3. 4. y) Contra quem 1; Ad ile 2. z) accurrit 1. *) Bauguarie 2; Ungariae 3. 4. a) deposito 1. 2 *pro* per Asassinos. b) *deest* 2. c) estirpaset 2; effugasset 3. 4. d) in *add.* 2. e) merito *add.* 2. f) fuit 2; sicut — levita *desunt* 3. g) noster 4. h) qui *add.* 2. i) substinuit 2. 4. k) Domino 1. l) *deest* 2. m) Qualiter Ecelinus cepit abbatem Sancte Iustine. Eodem 2. 3. 4. n) adiutor 1. o) ad *add.* 1. p) Deo 2. q) *deest* 1. r) ipsum 2. s) Albertus 2. t) Lentenaria 1. u) nobiles 3. 4. v) fulgentes 2.

42) Otto II. 43) Ludovici I. ducis Bavariae.

1247. Febr. Anno[a] Domini 1247. in mense Februario factum magne audacie accidit in Verona. Nam cum Henricus de Egna[b], filius sororis nequissimi Ecelini, gereret predicte regimen civitatis, quidam miles Veronensis, nomine Iohannes de Scanarola[c], accusatus de proditione, ante tribunal eius vinctus compedibus[d] assistebat. Cui cum[e] Henricus diceret: *Iohannes, scias esse impossibile quod evadas*, ille gladium de caliga latenter educens, irruit in eum, ipsumque[f] in capite graviter vulneravit, ita quod[g] vix diebus 15 supervixit. Tunc satellites potestatis ipsum protinus occiderunt. O mira stupendaque audacia et ore omnium divulganda! Quis enim non potest[h] merito admirari, audiendo[i] hominem vinctum, solum, armatis hominibus[k] circumseptum, invasisse iuvenem bellicosum fortem strenuum et terribilem inimicis? Patet itaque illud antiquum[l] proverbium esse verum, quod qui vult mori, regem potest occidere.

Febr. 17. Hoc[m] tempore lantgravius rex Alemanie diem clausit extremum; de cuius morte ecclesia[n] est turbata, Federicus vero plurimum est letatus[o].

Mai. Eodem[p] anno in mense Madii venit Federicus de Apulia in Lombardiam cum maximo[q] apparatu, et[r] pro quibusdam negociis peragendis[s] et disponendis[t] perrexit versus Taurinum. Ubi[u] dum moram faceret, bellicosus Encius[v] eius filius naturalis, cum exercitu
44 Cremonensium ivit[w] ad obsidendum quoddam castrum Brixie, nomine Quincianum[x] [44]. Tunc habita oportunitate, consanguinei pape Innocentii et amici eorum, qui fuerant de Parma expulsi et Placentie residebant, subito congregati, in manu forti Parmam de assensu populi
Iun. 16. in medio Iunii intraverunt, et potestate [45] occiso partem Federici inde[y] protinus expulerunt. In quorum auxilium domnus Gregorius de Montelongo sedis apostolice legatus cum Mediolanensibus et Placentinis, et comes Sancti Bonifacii cum Mantuanis Parmam velocissime intraverunt ipsamque velociter munientes, ad defensionem se fortiter paraverunt. Quo audito, Federicus cum exercitu infinito et cum Ecelino, qui perrexerat in eius auxilium, festi-
Oct. 1. nanter[z] cum militia marchiana[*] venit et castra metatus est iuxta Parmam, faciensque ibi civitatem, quam Victoriam appellavit, statuit firmiter se inde[a] nullo modo discessurum, nisi Parmensem[b] caperet civitatem. Federico igitur impugnante et ecclesia cum suis fidelibus Parmam totis viribus defendente, tempus sex mensium est elapsum[c], et sic[d] asperitate hiemis cogente, militia civitatum ex utraque parte ad propria[e] est reversa. Federicus vero remansit in Victoria, cum non[f] modica exercitus quantitate, expectans futuram estatem[g], animo cupienti, in qua[h] credebat se Parmam sine dubio expugnaturum. Sed[i]

Fallitur augurio spes bona sepe suo.

1248. Febr. 18. Anno[k] Domini 1248. Federico in Victoria residente, in medio Februario legatus et Parmenses inito[l] consilio de civitate unanimiter exiverunt, irruentesque[m] in Victoriam, ipsam[n] sine mora ceperunt captamque protinus cremaverunt. Federicus vero, versus Cremonam fugam arripiens, vix evasit, dimissis ibidem divitiis infinitis. Parmenses autem[o] multis captis et occisis de[p] ipsius exercitu[q], carocium etiam Cremonensium[r] habuerunt.

1247. Circa[s] hec tempora Innocentius papa, negocia ecclesie peragens vigilanter, legatum in Alemaniam destinavit[t] citavitque principes, ut eligerent in regem aliquem virum ido-
Oct. 3. neum et potentem. Cuius preceptis protinus obsequentes, elegerunt comitem Guilielmum[u] de Holandia in regem et futurum imperatorem, virum utique probum et exercitiis militaribus[v] decoratum.

1249. Anno[w] Domini 1249. Lodovicus rex Francorum cruce signatus mare[x] transivit[y] in

a) Qualiter mortuus est Enricus de Egna. Anno 2; De morte Henrici de Egna in civitate Veronae. Anno 3. 4. b) Engna 4. c) Scamarolla 3; Scamarola 4. d) vinctis pedibus 3. 4. e) etiam 2. f) quem 3. 4. g) itaque 2. h) potuit 3. 4. i) *deest* 3. 4. k) custotibus 2. l) *deest* 3. 4. m) De morte lantgravii regis Hoc 3. 4. n) plurimum *add.* 1. o) erectus 3. 4. p) Qualiter capta est Parma. Eodem 3. 4. q) magno 3. 4. r) *deest* 3. 4. s) peragendis et *desunt* 1; et disponendis *desunt* 2. t) et *add.* 4. u) Ubi — bellicosus *desunt* 1. 2. v) Rex autem Encius 1; Rex vero Ericius 2. w) venit 1. x) Quinzanum 1; Quinorianum 3. y) *deest* 2. z) festinans 3. *) maxima 3. 4. a) *deest* 3. 4. b) per mensem 3. 4. c) elapsus 2. d) *deest* 3. 4. e) ad propria *desunt* 3. 4. f) *deest* 3. 4. g) et *add.* 3. 4. h) quo 3. i) Sed — sepe suo *desunt* 2. k) Qualiter Victoria est capta. Anno 2; Qualiter Victoria est capta a Parmensibus. Anno 3. 4. l) unito 4. m) irruentes 2. n) ipsamque 2. o) vero 2. p) equitibus *add.* 1. q) exercitus 1. r) a Cremonensibus 3. 4. s) De regis Gulielmi electione. Circa 3. 4. t) demandavit 1. u) Veriliolum 1; Vielmum 2. v) exercitum militibus 3. 4. w) Qualiter Ludovicus rex Francorum mare transivit et obtinuit Damiatam. Anno 2. 3. 4. x) *deest* 2. y) transiluit 1.

44) Quinzano a Cremona ad septemtrionem. 45) Henrico Testa de Aritio.

subsidium terre sancte, et cum magno exercitu et infinita navium multitudine intravit 1249.
terram Egipti. Cuius fortitudine perterriti Egiptii Damiatam, que in prophetis[a] Memphis vocatur[b], protinus reliquerunt, et rex[c] tali modo eam habuit sine gladio et sagitta.

Eodem[d] anno in principio Iunii bellicosus rex Encius[e] filius Federici captus est a Bono- Mai. 26.
niensibus cum militia copiosa. Quapropter Bononienses sunt usque sidera elevati*. Unde Mutinenses necessitate compulsi se Bononiensium dominio subdiderunt.

* *In 1 sequuntur haec:* Et in Bononia in carceribus tenuerunt in uno palatio rotundo, quod est prope domus illorum de Lambertinis post palatium communis Bononie, donec a rebus humanis fuit exemptus; et sepultus est in ecclesia sancti Dominici prope altare magnum, ubi sunt 1272.
imagines sculpte. Mart. 14.

In istis diebus tres filii Iacobi de Dalesmanino[f] sunt capti ab Ecelino et variis tormentis c. Iul.
afflicti; tandem iussu ipsius[g] in platea Padue sunt crudeliter trucidati.

Eodem anno Federicus castrum Montis Silicis circa festum beati Iohannis baptiste Iun. 21.
tradidit Ecelino. Decimo vero die exeunte Septembri burgus Estensis traditus fuit ei per Sept. 21.
quendam sceleratum virum[h], nomine Vitalianum de Arelda[i]. Arcem autem post mensem obtinuit[k], eam prius cum multis machinis expugnando[l]. Tandem propter famem[m] omnia castra obtinuit marchionis.

Anno[n] Domini 1250. circa pasca Lodovicus rex Francorum, cum versus[o] Babiloniam 1250.
properaret, a Saracenis cum suo exercitu est conclusus, et cum neque procedere neque Ian. 23.
redire valeret, soldano se reddidit[p] Babilonis, amisso prius in bello comite Roberto fratre
suo cum maxima militum quantitate. Rex itaque pro redemptione sua Damiatam reddidit Mai. 7.
Saracenis, dimissusque ab eis rediit[q] in Siriam, et reedificata Cesarea Palestine, in Franciam 1251.
est reversus, cum ignominia sue[r] gentis tociusque populi christiani. Saraceni autem[s], con- 1254.
siderantes tam preterita quam futura, Damiatam a fundamentis penitus[t] everterunt[u], ne de cetero esset occasio et receptaculum preliorum.

In[v] istis temporibus Cremonenses, amicis undique congregatis, equitaverunt in manu 1250.
valida contra Parmam. Quibus Parmenses impares viribus et numero non longe a civitate Aug. 18.
audaciter quidem, sed minus provide occurrerunt. Sed sicut vulgo solet dici: *Paucos quidem valet Omnipotens adiuvare, sed frequentius multitudo vincere consuevit*, Parmenses non potuere, a Domino non adiuti, inimicorum impetum sustinere; sed versus Parmam velociter fugientes, amiserunt militum et peditum simul cum carocio non minimam quantitatem.

Eodem anno, in festo sancti Bartholomei, Guilielmus de Campo sancti Petri iussu 1251.
Ecelini fuit in platea Padue crudeliter interfectus. Aug. 24.

Sub[w] predicto annorum curriculo[x] potentissimus Federicus in die sancti Luce infirmi- 1250
tate[y] maxima pregravatus lucem istius vite[z] amisit in Apulia, descenditque ad inferos, Dec. 13.
nichil secum deferens nisi sacculum[*] peccatorum.

Anno[a] Domini 1251. Innocentius papa post mortem nequissimi[b] Federici, factis Ale- 1251.
manie cum prelatis et principibus ordinatis[c], circa pasca exiens de Lugduno, venit ad c. Apr. 16.
Ianuensem civitatem, ubi omnes magnates Lumbardie, qui viam[d] ecclesie sectabantur[e], Iun.
ei in reverentia[f] occurrerunt. Deinde venit Mediolanum, et recuperata civitate[g] Laudensi, Iul. 1.
transiens per Lombardiam, festinanter Perusium properavit. Dec.

Per idem tempus populus Placentinus furore[h] ceco[i] contra suos milites concitatus, auxilium Cremonensium imploravit, et expulsis militibus, Ubertum Palavicinum in suam perniciem elegerunt[k] in dominum[l] et rectorem.

Eodem[m] anno Conradus filius Federici, descendens de Alemania, venit Veronam et Oct.
cum auxilio Ecelini in mense Decembri intravit[n] mare in portu Texane[o], et navigans in Dec.
Apuliam, eam cum insula Sicilie[p] facillime optinuit secundum sue beneplacitum voluntatis[q]. 1252.

a) primis 1. b) vocabant 1. c) ex 3. 4. d) De regis Encii captione. Eodem 3. 4. e) Enricius 2. f) Dalismānio 1; de lesmanino 2. g) Ezelini *add.* 2. h) illorum 1; et a Deo maledictum *add.* 2. i) Ardura 1. k) habuit 1. l) impugnando 3. 4. m) factum 1. n) Qualiter rex Francie Ludovicus Damiatam reddidit Saracenis. Anno 2. 3. 4. o) conversus dum 1. p) tradidit 2. q) redidit 2. r) Sirie 1. s) *deest* 2. t) protinus 2. u) Damatiam funditus diruerunt vel everterunt 3. 4. v) Qualiter Parmenses a Cremonensibus sunt devicti. In 3. 4; In istis — quantitatem *desunt* 1. 2. w) De morte Federici imperatoris. Sub 3. 4. x) circulo 2. y) infirmitate — pregravatus *desunt* 2; infirmitate — istius *desunt* 3. 4. z) vitam 3. 4 *) fasculum 1; fisculum 2; seculum 3. a) De reversione Innocentii pape in Lombardiam. Anno 3. 4. b) *deest* 3. 4. c) ordinationibus 3. d) curiam 2. e) sectabant 1. f) reverentiam 3. 4. g) *deest* 3. h) favore 2. i) *deest* 3. k) elegit 3. 4. l) ducem 2. m) De rege Conrado. Eodem 3. 4. n) in *add.* 3. 4. o) latexane 2. p) Scicitte 1; *deest* 3. q) sui beneplacitum et voluntatem 1.

1251. Per[a] idem tempus mortuus est Rainaldus in Apulia[b], filius marchionis[46] Estensis, quem pro obside acceperat[c] infelicissimus Federicus. Reliquit autem filium et filias[d], quos[e] habuit de quadam puella nobili[f] de Apulia, dum in carcere satis curialiter[g] teneretur. Marchio autem naturali amore inductus, fecit caute filii sui dulcissimos fructus sibi de Apulie partibus apportari[h], et faciens ipsos fieri[i] legitimos tam per sedem apostolicam, quam per regem Alemanie Guilielmum, puerum nomine Obizum[k], qui patris imaginem tam in colore quam in membrorum dispositione manifestissime representat[l], omnium suorum bonorum firmiter[m] constituit et declaravit heredem.

1252. Anno[n] Domini 1252. domnus Gregorius de Montelongo, qui multis annis, in Lombardia fungens officio legationis, tam feliciter quam fideliter et prudenter pro Romana ecclesia
Ian laboravit, ordinatus patriarca Aquilegiensis a papa Innocentio, in mense Ianuario Forum Iulii est ingressus.

Febr. Sequenti mense, videlicet[o] Februario Ricardus comes Sancti Bonifacii, qui tum pro se tum[p] pro ecclesia contra Federicum et Ecelinum perfidum plurimum[q] laboravit, cum esset Brixie, viam universe carnis est ingressus. Reliquit autem unicum[r] filium parvulum nomine Lodovicum. Brixienses vero non immemores eius commendabilis probitatis, eum
Mai. cum honore maximo sepeliri studiosissime curaverunt. In mense vero Madii[47] filii et et nepotes nobilis[s] Guielmi de Carturio[t] post multa genera tormentorum iussu Ecelini sunt Padue interfecti.

Aug. In hoc[u] anno circa finem Augusti Ecelinus, humani generis inimicus, suggestione demonum et hominum malignorum credens firmiter, contra se omnes milites et electos[v] populares marchie coniurasse, extraxit[w] mortiferum gladium irrevocabiliter de vagina, incipiensque a Carnorolo milite Veronensi quem coniurationis principem asserebat, tam in
1252–1259. Verona quam in Padua[x], Vicentia et in tota marchia[y] inauditam stragem et occisionem hominum perpetravit. Ubique luctus erat, ubique dolor et tristitia, ubique dira mortis imago[48]. Catervatim milites et maiores natu in foro gladiis necabantur[z], membra frustatim precidebantur et rursum collecta et imposita rogis, igne subposito cremabantur. Frater fratrem, consobrinus consobrinum, amicus amicum tradebat ad mortem et propriis manibus trucidabat. His sceleribus credebat quilibet[*] se obsequium prestare tiranno. Et tamen[a] isti, qui hoc faciebant, post paucos dies in similem mortis laqueum[b] incidebant. Filii nobilium et aliorum civium oculis privabantur, et eorum genitalibus amputatis, includebantur in carceribus tenebrosis, ubi moriebantur famis orribili cruciatu[c]. Matrone nobiles et delicate et virgines speciose fame, peste, iniuriis et afflictionibus inauditis in custodiis tabescebant. Quotidie diversis generibus tormentorum indifferenter tam maiores quam minores a carnificibus necabantur. Voces terribiles clamantium in tormentis die noctuque audiebantur de altis palaciis, que dolorem et horrorem[d] maximum hominibus inducebant. Nullus[e] publice audebat plorare super his malis. Sed quilibet vitam et victoriam, etsi non corde, saltem verbis affectuosis, Ecelino nequissimo domino[f] affectabat[g]; illum iustum, illum bonum, illum sapientem et amatorem status marchie omnes adulatorie conclamabant. Nec tamen ista dicentes ferocitatem animi[f] eius poterant mitigare; sed erat[i] ei sicut[k] populus sic sacerdos, sicut laicus ita[l] religiosus, sicut senex[m] imbecillis ita puer adhuc balbutiendo in[n] verba prorumpens. Nulli etati, nulli sanctitati[o], nulli probitati parcebat. Semper eodem vultu, eodem modo, eadem instantia nimie crudelitatis opera perpetrabat, et quasi semper a capite incipiens, cotidie sine labore, sine conscientie remorsione inmania[p] tormenta et inexcogitata corporibus hominum infligebat. Non remansit in tota marchia progenies aliqua generosa vel etiam popularis, que ab ipso vel ex toto vel ex parte maxima non sit crudeliter

a) De obitu principis Rainaldi, filii marchionis. Per 3. 4. b) in Apulia *desunt* 2. c) receperat 2. d) filiam 1. e) quas 3. 4. f) quibusdam puellis nobilibus 3. 4. g) crudeliter 1. h) exportari 1. i) *deest* 3. k) cui nomen erat Obizo 3. 4. l) exhibebat 3. 4. m) *deest* 4. n) De patriarcha Gregorio et morte comitis Sancti Bonifacii. Anno 3. 4. o) *deest* 1. p) cum permultum 3. 4 *pro* tum pro se tum. q) *deest* 3. 4. r) unum 3. 4. s) viri domni *add.* 2. t) Canūo 1; Carturo 2. u) De sceleribus perfidi Ecelini de Romano. Hoc 3; In hoc 4. v) ac *add.* 2. w) erexit 1. x) et in *add.* 2. y) et Lonbardia *add.* 2. z) *deest* 2. *) quisque 2. a) *deest* 1. b) mortem et laqueum 1; mortis gladium seu laqueum 3. 4. c) fame orribili cruciati 2. d) terrorem 1. e) Nullusque 3. f) *deest* 2. g) augurabantur 1. i) indifferens *add.* 1. k) sive 1. l) sic 1. m) et *add.* 3. 4. n) *deest* 2. o) societati 1. p) in maxima 1; magna 3. 4.

46) Azonis VII. 47) *circa mensem Iulii* Rolandini chron. facta supra p. 95. 48) Cf. Virgil. Aen. II, 369.

lacerata. Milites fere omnes sunt gladio[a] et aliis suppliciis interfecti, studiosi mercatores, iudices sapientes, prelati reverendi, claustrales devoti, canonici honorati, speciosi iuvenes et strenui radicitus sunt deleti, substantiis eorum ablatis et dispositis[b] secundum tirannicam[c] iussionem. Serpens insuper callidus et astutus omnes pulchras domos et fortes[d], et loca iuxta[e] portas et pontes in civitatibus[f] constituta emere studiosissime procurabat, et post paucos dies vitam simul et precium venditoribus auferebat. Ipse bona episcopatuum, abbatiarum, canonicatuum[g] et fere omnium ecclesiarum in suis sceleratis operibus consumebat. In diebus eius[h] cessavit predicatio, obmutuit confessio peccatorum, et devotio fidei est extincta. Visitare etiam sancta loca publice homines non audebant: nam accusatores ab ipso erant in populo constituti, qui vigilanter et sollicite observabant, ne quid in dicto vel facto ab[i] aliquo contra tirannum pestiferum tractaretur. Accusatus autem a talibus insidiatoribus, etiam de levissima culpa, protinus[k] in eculeo[l] levabatur, totaque eius familia captivitate perpetua dampnabatur. Defensor nullus in angustiis apparebat, accusatorum[m] vero erat numerus infinitus. Residere sub Ecelini tirannide erat[n] intolerabile, effugere impossibile videbatur, quia nequissimus demon[o] fossatis magnis districtum suum circumdederat et super ipsa[p] fecerat speculas, quas marchiani miras[q] appellant, in quibus erant die noctuque speculatores, qui nec intrare nec exire aliquos permittebant. Si quis in fuga deprensus fuisset, sine audientia oculis vel pedibus et[r] manibus privabatur, nec aliqua eum poterat excusatio liberare. Talis erat status commorantium in marchia, tale siquidem erat dominium Ecelini. De crudelitate itaque perfidi Ecelini pauca perstringimus[s]; nam exprimere ex toto ipsius[t] malitiam vix posset facunda[u] loquacitas Tullii vel Maronis. [1252–1259]

Anno[v] Domini 1253. Ecelinus nullas nisi sanguine fuso gaudens habere vias, tam in Verona quam in marchia universa vehementer iterum manum[w] ad incarcerandum et occidendum extendit, implevitque civitates et castra multitudine captivorum, quos fame horribili affligebat. Pre famis autem et sitis angustia, proh dolor, quelibet immunda miseri comederunt ac urinam cum aviditate[x] inopinabili bibere cogebantur. Et non parvum impendere beneficium[y] putabatur, qui urine sue potum[z] dignabatur[*] sociis impertiri. Fetor etiam intolerabilis et aer corruptus calorque nimius et tenebre ita horribiles erant in carceribus Ecelini, quod captivi vix poterant respirare[a]. Multique his de causis spiritum exalabant. Preterea tanta erat in eis hominum miserabilium multitudo, quod ita[z] unus alium comprimebat[b], quod nec iacere poterat aliquis nec sedere. Corporis vero debilitas nullo modo super pedes consistere permittebat. Clamor vero[c] lugentium et dicentium *ve, ve*, ac percussiones manuum ita horride personabant, quod non[d] carceres manu facti, sed ergastula infernalia et pene inflicte[e] a demonibus merito putabantur, quia ibi nulla requies, nulla consolatio, nulla spes[f] redemptionis a malis illatis et imminentibus habebatur. Mors ibi summo desiderio querebatur, ut finem imponeret tantis malis. Moriens enim in tali statu vivente felicior credebatur. In mortis vero[g] articulo constituti, confiteri[h] cum sacerdotibus et rerum suarum disponendarum licentiam nullo modo poterant optinere. Efferebantur[i] itaque[k] quotidie corpora[k] extincta[l] de carceribus tenebrosis, nec permittebatur[m] aliquis sepeliri, nisi prius[n] evidentissime[o] probaretur, quis esset vel unde, qui beneficium debebat consequi[n] sepulture. Et ex hoc custodes carcerum[p] faciebant fieri publica instrumenta, ut indubitanter possent tiranno sollicite omnia inquirenti ostendere mortuorum numerum et virorum. Sed quia longum esset singula scelera tiranni nefandissimi enarrare, sufficiant hec pauca de plurimis esse dicta, satisque sit, nos et in[q] enormibus crudelitatibus non subtrahere veritatem, et in multis fastidium devitare[r]. [1253.] [1253–1259.]

Anno[s] Domini 1254. cum[t] rex Conradus duobus annis regnum Apulie tenuisset, die duodecimo[u] exeunte Madio[v] regnum simul et vitam amisit. Post cuius[w] decessum [1254. Mai. 20.]

a) gladiis 2. b) et dispositis *desunt* 2. c) voluntatem et *add.* 2. d) et fortes *desunt* 1. e) maxima 1. f) civitate 1. g) canonicorum 1. 2. h) suis 2. i) vel 3. 4. k) *deest* 3. l) aculleo 2; aculeo 3. 4. m) accusantium 2. n) *deest* 3. 4. o) homo 1. p) ipsis 2. q) muras appellabant 3. 4. r) vel 2. s) perstrinximus 3. 4. t) *deest* 1. u) *deest* 2. v) De carceribus perfidi Ecelini. Anno 3. 4. w) manus 2. x) amaritate 2. y) cogebatur vel *add.* 2. z) *deest* 2. *) videbantur 2. a) expirare 2. b) oprimebat 2. c) autem 3. 4. d) nec 1. e) inflictus 3. 4. f) species 3. 4. g) enim 2. h) *deest* 2. i) Efferebant 3. k) *deest* 1. l) extincti 1. m) permittebant aliquem 3. 4. n) *deest* 2. o) perfectissime 1. p) carceris 3. q) de 2; *deest* 3. r) evitare 3. 4; Finis libri primi. Liber secundus *addit* 3; Explicit liber primus. Incipit secundus *addit* 4. s) De morte Corradi regis Apulie et pape Innocentii quarti. Anno 2; De morte regis Conradi, et de introitu papae Innocentii in Apuliam et de eius morte. Anno 3. 4. t) cum — die *desunt* 1. u) decimo die 2. v) Conradus in Apulia *add.* 1. 2. w) eius 1.

1254. Oct. 27. Innocentius papa in manu valida intravit[a] Apuliam et sedem suam fixit apud Neapolim. Ad cuius presentiam omnes principes Apulie[b] convenerunt[c], Manfredus etiam princeps Tarenti filius Federici, eidem[d] subiectionem et devotionem in omnibus proferentes[e]. Cum igitur caput magnifici Innocentii quarti nubes excedere videretur[f], sicut placuit ei in cuius manibus[g] sunt omnes fines terre[h] qui etiam altitudines[i] montium contemplatur, decima Dec. 10. die intrante Decembri[k] apud Neapolim nature legibus satisfecit; cui successit Alexander Dec. 21. quartus, qui prius erat episcopus Ostiensis.

Dum autem magnificus Innocentius esset in mortis articulo[l] constitutus[m], iamque illum versiculum frequenter repeteret: *Domine propter iniquitatem corripuisti*[n] *hominem*, Manfredus naturalis filius Federici, impatiens dominii[o] sedis apostolice, iam rebellis effectus, Dec. 2. magnam stragem militum ecclesie apud Fogiam[p] perpetravit. Audita igitur morte Innocentii et substitutione Alexandri, cum maiore audacia cepit ecclesiam in[q] Apulia expugnare, vires eius quotidie subvertendo[r]. Cuius audacia ac sagacitate mirabili Apuli pavefacti, a devotione Romane ecclesie discedentes, principi humiliter adherebant. Papa itaque Alexander, ordinatis capitaneis[s], cum militia infinita[t], qui deberent contumaciam et pro- 1255. cessum principis cohibere, exiens de Neapoli ad partes Campanie properavit. Manfredus autem opus inceptum consumare intendens, armis[s], muneribus et ambagibus[u] exercitum ecclesie ita debilitare curavit, donec ipsos[v] de regno turpiter et effeminate coegit exire, taliter quod totius regni paterni[w] obtinuit principatum in preiudicium ecclesie et gravamen.

1255. Febr. 10. Anno[x] Domini 1255[y], cum vir devotissimus abbas Arnaldus, honestatis forma et[z] religionis monastice speculum et exemplar, octo annos et tres menses in carcere tenebroso et in vinculis consumasset, circiter septuagesimum vite sue annum, die decimo[*] intrante 49 Februario, qui tunc fuit primus dies quadragesime, apud Aslum[a. 49] feliciter migravit ad Dominum. Imminente vero hora migrationis sue, que fuit circa diluculum, sicut fratres Minores viri devotissimi nobis fideliter retulerunt, multi in castris imminentibus constituti viderunt manifeste ignea signa ab ethere descendisse[b] ad instar duarum ardentium[c] facularum, que super carcerem eius tamdiu steterunt, donec illa sancta et[d] Deo dilecta anima[e] carnis vinculo est soluta. Significativa sane, sicut firmiter arbitramur[f], illa duo signa fuerunt[g] duplicis aureole[h], qua vir beatus est a Domino in celesti curia inter martires et virgines coronatus. Corpore siquidem et animo fuit virgo, sicut sacerdotes, quibus confitebatur, liquido profitentur; nam neque verbo neque facto unquam[i] dehonestavit in vicio lascivie sui animi puritatem. Martir vero merito[k] potest dici, quia patienter et innocenter 1246–1255. sustinuit longam carceris passionem. In ipsa autem carceris angustia constitutus, tam custodum quam se visitantium affectum[l] ita quadam lenitate mansuetudinis attrahebat, ut ab omnibus[m] merito[n] amaretur. Nam cum[o] eodem anno, quo de hac vita erat exiturus, nullum proprium habuerit[p] servientem — ab omnibus enim fuerat[q] derelictus propter immanem rabiem sevientis tiranni, qui preceperat, ne aliquis ei ad manducandum aliquid exhiberet nisi panem arctum[r] et aquam brevem — nichilominus tamen[s] custodes carceris pietate commoti, omnia ei occulte humanitatis[t] obsequia exhibebant. Ad tanti autem[u] viri 1255. Febr. 10. venerabiles exequias celebrandas in die obitus convenit[v] utriusque sexus non minima hominum multitudo et cum reverentia et honore corpus eius sanctissimum ad fratrum Minorum ecclesiam deferentes, sepulture devotissime tradiderunt. Multi vero tam viri quam mulieres pias lacrimas effundebant, reminiscentes viri Dei compassionem et dulcedinem et[w] animi lenitatem; multique dicebant, ipsi esse potius congaudendum, quod esset Mart. 31. a tantis angustiis liberatus et paradisi gaudiis frueretur. Post quinquaginta vero dies ab

a) in *add.* 3. 4. b) *deest* 4. c) convenerunt — princeps *desunt* 1. d) eandem 2. e) preferentes 1; deferentes 3. f) videbatur 1. g) manus 1. 2. h) et *add.* 3. 4. i) multitudines 3. k) Septembris 3. 4. l) periculo 1. m) *deest* 4. n) corrupisti 1. o) deum 1; contra dominum 3. 4. p) Fociam 2; Foziam 4. q) *deest* 1. r) sublevando 1; subnervando 2. s) ordinavit capitaneos 1; ordinatus capitaneus 3. t) magna 1. u) ambagiis 4. v) ipsum 3. 4. w) partem 2. x) De morte devotissimi Arnaldi abbatis et signa, que apparuerunt in eius morte. Anno 2; De transitu venerabilis Arnaldi, abbatis Sancte Iustine de Padua. Anno 3. 4; Anno — coronatus *desunt* 1. y) 10. Februarii *add.* 4. z) *deest* 3. 4. *) duodecimo 2. a) Astum 3. b) ab ethere descendisse *desunt* 3. c) ardentium *deest* 3. d) a *add.* 2. e) a *add.* 2. f) arbitrantur 3. g) facere duplices aureolas quas 2. h) laureolae 3. i) nunquam 2. k) *deest* 2. 3. l) *deest* 3. m) hominibus 1. n) *deest* 2. o) in *add.* 3. 4. p) haberet 2. q) et ab omnibus esset 2. r) arctum 1; artum 2; atrum 3. 4. s) tandem 4. t) pietatis 2. u) *deest* 1. v) convenerunt 2. w) etiam *add.* 2.

49) Asolo a Bassano inter orientem et septemtriones.

eius obitu visum fuit fratribus Minoribus[a], quod eius corpusculum in sepulcrum paratum decentius transferretur[b]. Procuraverunt autem noctis silentio homines conductitios adhibere ad hoc negotium peragendum, extimantes corpus putridum et penitus tabefactum odorem[c] intolerabilem exhalare. Aperientes itaque loculum, quo pia membra tenebantur inclusa, et nulla putredinis et corruptionis videntes vestigia, preter quandam albedinem ad modum lanuginis circa palpebras oculorum, admirationem maximam habuerunt, et cunctos de domo ad hoc miraculum convocantes, unanimiter Deum laudaverunt, qui in sanctis suis est mirabiliter gloriosus. Post hec in sepulcro condigno parato beati viri corpus reverendissime condiderunt. 1255. Mart. 31

Eodem[d] anno circa principium Aprilis Tridentini[e] gravissimum iugum tirannidis[f] Ecelini a suis cervicibus excusserunt. Ad quos opprimendos validum exercitum per vallem Suganam[g] festinanter direxit, qui multa[h] castra et villas eorum tam incendiis quam rapinis crudeliter devastavit. Eodem tempore Ecelinum de Egna, filium sororis sue[50], coniecit in vinculis, et Ciramontem[i] suum[k] fratrem[51] variis tormentis et fame peremit. Qui ergo fratri[l] et nepotibus non pepercit, non est[m] mirum, si super extraneos nulla misericordia movebatur[n]. Apr. 50

Anno[o] Domini 1256, in mense Martii instigante venenatissimo[p] colubro[q] Ecelino, Brixia est civili discordia perturbata. Pars ecclesie succubuit, pars vero Ecelini optinuit dominatum. Tamen *in* hoc[r] victores fuerunt astuti, quod tirannum crudelissimum civitatem ingredi minime permiserunt, ad regimen Brixie Gufolinum[s] suum civem, patrie amatorem, protinus eligentes[t]. Ecelino vero, iam cum exercitu Montem Clarum[52] ingresso, persuaserunt redire Veronam, verbis et promissionibus eius ferocitatem animi, ad internicionem[u] semper[v] parati, sagaciter mitigantes. 1256. Mart.

Eodem anno Ecelinus, cui proprium erat[w] nunquam parcere nec etiam[x] misereri, Bontraversum[53] suum socerum cum filiis suis cepit et in carcere gravissimo famis cruciatu[y] peremit. Si causa queritur[z] captionis, breviter respondemus, quia omnibus, quos volebat tirannus occidere, titulum proditionis generaliter opponebat.

Circa[*] hec tempora, cum de[a] inestimabili crudelitate nequissimi Ecelini, ut yperbolice loquar, admiraretur celum, turbaretur terra, horreret infernus, commoverentur reges et principes nationum, Alexander papa, precibus marchionis Estensis et aliorum magnatum marchie inclinatus, qui contra tam efficacissimum inimicum auxilium ecclesie[b] implorabant, de consilio cardinalium officium legationis Lombardie et marchie nec non et Romaniole[c] commisit viro magnifico et prudenti, domno scilicet Philippo archiepiscopo[d] Ravennati, iniungens ei specialiter in mandatis, ut ad reprimendam contumaciam perfidi Ecelini, qui a bone memorie papa Innocentio tamquam[b] ereticus fuerat condemnatus, deberet modis omnibus laborare. At archiepiscopus contra hostem ecclesie, invictum[e] pariter et astutum, onus legationis[f] suscipiens, de clementia divina confisus, instanter cepit cum amicis ecclesie pertractare, qualiter insuperabilis tirannidis Ecelini posset impetum cohibere. Sed multis hinc inde propositis in colloquiis civitatum, in fine omnibus fere[g] impossibile videbatur, quod aliquis posset tiranno ita potenti astuto et ditissimo resistere, nisi divina gratia suffragante. Archiepiscopus itaque sciens, nichil esse impossibile apud Deum, ad misericordiam Dei dirigens oculos intellectus, constanter cepit per se et per alios crucem Domini predicare, admonens[h] omnes orationibus et gemitibus Domini clementiam exorare, ut ipse[i] non diutius sustineret, quod ecclesie sue perfidus hereticus insultaret[k]. Tunc multi, quorum corda gratia divina perfuderat, signum vivifice crucis devotissime susceperunt, et ad deprehensionem[l] tiranni animos attolentes, divinum auxilium orationibus obsecrationibus[m] et gemitibus inenarrabilibus quotidie postulabant.

a) *deest* 1. 2. b) deberet transferri 3. 4. c) fetorem 2. d) De Tridentinis, qui rebellaverunt contra Ecelinum. Eodem 3. 4. e) Tridentum 2. f) tyrampni 2. g) Suginam 3. h) et cuncta 2 *pro* qui multa. i) Giramontem 1. k) eius 2; *deest* 3. l) sanctis 2. m) erat 3. 4. n) habita est ab eo 1 *pro* movebatur. o) Qualiter Brixienses rebelaverunt contra Ecelinum. Anno 2; De commotione Brixiae. Anno 3. 4. p) et rapacissimo *add.* 1. q) *deest* 1. r) hi 1 *pro* in hoc. s) Grifolinum 1. t) elegerunt 2. u) interemptionem 1. v) super 3. 4. w) est 1. 2. x) *deest* 3. y) fame cruciati 2. z) queratur 1. *) Qualiter legationis officium commissum est venerabili viro Philippo archiepiscopo Ravennati. Circa 3. 4. a) de *deest* 3. 4. b) *deest* 2. c) Romandiole 1. d) *deest* 3. 4. e) inuītū 2. f) *deest* 1. g) *deest* 2. h) adiungens 1. i) *deest* 2. 3. k) insubtraret 2. l) presumptionem 1. m) *deest* 1.

50) Sophiae, v. Rolandini chron. facta supra p. 40. 51) non legitimum. 52) Montechiari a Brixia inter orientem et meridiem. 53) de Castronovo, v. Rolandini chron. facta p. 89.

1256. Interea[a] dum hec agerentur[b] ex parte legati humiliter et devote, ex opposito superbissimus Ecelinus in arma furens, ad delendum Mantuanos cepit cum summa instantia exercitum preparare. Presentabantur[c] equi, mensurabantur clipei, lorice et galee producebantur. Magnus[d] fuit[e] numerus militum, pedites et balistarii sollicite in campo Martio requisiti[f], sagitte[g] lancee et gladii acuebantur[h], sunt etiam[i] vexilla victricia renovata[k], clamorque maximus[l] fiebat quotidie dicentium populorum: *Mantuam, Mantuam properemus; quia sola Mantua impedit dominum nostrum totius habere dominium Lombardie*[m]. Convocavit[n] insuper ad se[o] celestium corporum sollicitus explorator astrologos et divinos, precipiens eis supputare menses, sidera contemplari et signa celi consideratione acutissima perscrutari[p], ut indubitanter scire posset, quando erit[q] tempus ad movendum exercitum oportunum. Tunc illi tam metuendi principis imperiis obsequentes, diligenter investigaverunt solis[r] luneque cursum, planetarum motum et signorum effectus; et artis peritia illustrati, diem horam et punctum evidentissime invenerunt, in quibus[s] invictissimus princeps de felici processu securus, adversus Mantuanos iter arriperet incunctanter[t]. At ille dictis eorum incumbens, in hora prefixa movit exercitum cum magnifico apparatu.
Mai. In cuius auxilium venit Ubertus Palavicinus, vir callidus et astutus, cum Cremonensibus Placentinis et aliis ecclesie inimicis. Et insimul congregati, quasi leones rugientes ad predam[u], districtum Mantue intraverunt et omnia que erant in agris succidendo evellendo[v] et comburendo, usque ad lacus marginem penitus destruxerunt. In istis angustiis Mantuanorum solus marchio Estensis cum Ferariensibus et Bononiensibus in eorum auxilium est profectus.

Dum[w] igitur Ecelinus circa Mantuanorum destructionem[x] insisteret[y] vehementer, legatus, septiformis Spiritus gratia illustratus, sub pena excommunicationis omnes marchianos[z], qui effugerant dominium Ecelini tam de Verona quam de Padua Vicentia et Tarvisio, omnesque cruce signatos insimul congregavit. Cui Venetorum reverenda communitas balistariorum et peditum et navium[*] contulit[a] auxilium oportunum; Ferraria etiam in
54 subsidium legati quingentos pedites destinavit. Omnibus itaque apud turrim Baibe[54] congregatis, legatus in nomine domini nostri[b] Iesu Christi, predicatione[c] salubri et dulci allocutione eos confortans, intravit navem, et omnes idem facientes prospero cursu usque ad[d]
Iun. Corrigiolam[e, 55] pervenerunt. Quorum adventum ut audivit[f] Ansedisius[g] potestas Padue, statim precepit omnes meatus claudi aquarum, ut deficiente aqua in alveo[h] fluminis naves eorum in sicco penitus remanserent. Et confestim cum militia et populo undequaque[i] collecto Plebem Sacci[k, 56] intravit, ibique disposuit inimicorum impetum cohibere. At illi, castro Conchadalbari[l, 57] expugnato et combusto burgo, Capitis-silve[58] et etiam Bubulente[59] villas et burgos circumstantes ceperunt plurimum perturbare; omnesque illorum fortitudinem metuebant[m]. Tunc Ansedisius admirans illorum[n] audaciam suorumque socordiam, dimissa Plebe Sacci[o] Paduam est reversus, intendens tantum civitatem sollicite custodire.

Legatus itaque, utpote vir in multis expertus, videns potestatem pre timore nimio terram[p] opulentam, scilicet Plebem Sacci, vilissime reliquisse, non fuit contentus tantum Plebem[q] strenue occupare[r]; sed habito consilio sapientum, disposuit usque Paduam cum
Iun. 19. exercitu properare. Summo igitur diluculo, die Lune, duodecimo exeunte Iunii[s], clangore tubarum exercitu excitato, armisque[t] viriliter ab omnibus aprensis, legatus ante se deferri

a) Qualiter Ecelinus contra Mantuanos exercitum praeparavit. Interea 3. 4. b) aguntur 1. c) Presentantur — mensurantur — producuntur 1. 2. d) Tantus 4. e) Iungitur 1; Augetur 2 *pro* Magnus fuit. f) requiruntur 1. 2. g) sagittas 3. h) acuuntur 1. 2. i) et 1. 2 *pro* sunt etiam. k) renovantur 1. 2. l) clamor quoque magnus 1. 2. m) *deest* 3. n) De astrologis Ecelini et de vastatione Mantuanorum. Convocavit 3. 4. o) ad se *desunt* 2; super *addit* 1. p) considerare et acutissime perscrutatori 1. q) foret 3. r) solis — invenerunt *desunt* 1. s) punctis *add.* 1. t) in instanti 3. 4. u) praedictae 3. v) *deest* 1. w) Qualiter legatus introivit in marchiam per paludes, et de Padua gloriosissime triumphavit. Dum 3. 4. x) districtionem 3. y) existeret 1. z) naciones 1. *) et victualium *add.* 3. 4. a) contulerunt 1. b) domini nostri *desunt* 1. 2. c) *deest* 4. d) *deest* 1. 2. e) Coregiolam 1. f) timuerunt Paduani 1 *pro* ut audivit. g) Ansidius 1; Ansuisius 2. h) in alveo *desunt* 2. i) unaquque 1; undiquaque 3; undique 4. k) Sachi 1. l) Concadalbar 1. m) pertimebant 2. n) fortitudinem *add.* 1. o) Sachi 1. p) territam 3 *pro* terram — scilicet. q) *deest.* 3. r) occupasse 3. 4. s) Ianuarii 3. 4. t) armis 1.

54) Bebba a Chioggia ad meridiem. 55) Correzola inter Chioggia et Monselice. 56) Piove di Sacco a Patavio inter meridiem et orientem. 57) Conca d'Albero inter Chioggia et Monselice. 58) Conselve a Patavio ad meridiem. 59) Bovolenta a Patavio inter meridiem et orientem.

fecit alme crucis vexillum, quod secuti sunt omnes[a], animo confidenti de celo auxilium 1256. postulantes. Et iter felicissimum arripientes, omni supellectile preter arma in navibus[b] Iun. 19. derelicta, per viam Pontis sancti Nicolai[60] circa horam sextam Paduam velocissime pervenerunt. Cum autem ad portam Pontis Corbi[c. 61] venissent, custodes de turri et aggeribus 61 burgorum iacula iacientes, illos ingredi fortiter prohibebant. Tunc strenui bellatores, mortis periculum contempnentes, descenderunt[d] in aquam fluminis, et repentes manibus[e] et pedibus per aggerem superius ascenderunt; et sic de burgis civitatis[f], fugientibus adversariis, gloriosam victoriam sunt adepti.

Tunc legatus divino spiritu inflammatus, aspirare cepit ad expugnationem tam clarissime civitatis, fecitque die illa et nocte sequenti gattum firmissimum preparari ad supponendum ignem in porta pontis, qui[g] dicitur Altinatus[h]. Et cum iam[i] legatus nova haberet, Ecelinum cum exercitu in precedenti dominica[62] aliquantulum a Mantua separatum et ad redeundum[k] Veronam paratum, festinanter die Martis circa horam nonam fecit gattum Iun. 20. versus portam impelli et ignem ad comburendum ipsam citissime ministrari[l]. Quo facto, divino sufflante[m] spiritu, porta cum domo imminente[n] flamma velociter est accensa. Tunc cepit[o] resonare[p] clamor[q] populorum, cohortantium se ad pugnam, clangorque tubarum; balisterii quoque fortes et frequentes dirigebant sagittas contra illos, qui de[r] muro iacula dimittebant. Interiores itaque combustione porte non modicum sunt perterriti, exteriores vero audaciores[s] effecti, scalas muris undique apponentes[t], circa vespertinam horam super civitatis muros viriliter ascenderunt. Tunc Ansedisius videns captam esse[r] ab adversariis civitatem, cum militia fugam arripiens, per portam sancti Iohannis egressus, concite[u] Vicentiam properavit. Victores autem, paucos occidentes et quasi neminem capientes, spoliare civitatem toto conamine sunt aggressi. Tunc aperti sunt carceres tenebrosi, rupta sunt vincula et catene. Hinc egrediuntur turbe hominum moribunde, inde procedunt matrone nobiles trepideque puelle, squallore macieque confecte. Exeunt postremo nobiles pueri excecati pariter et castrati, quorum miserandus aspectus ad piarum lacrimarum effusionem oculos intuentium provocabat. Nullus itaque viribus hominum attribuat[v] victoriam tam fortissime civitatis, sed soli Deo, qui est in suis perfectis operibus gloriosus, cuius mediante virtute, famelici saturatos, inhermes armatos viriliter devicerunt.

Preter hec tantam gratiam[w] contulit virtus divina legato, ut infra quatuor dies non[x] solum castrum Ecelini, quod erat in angulo civitatis, sed etiam omnia castra, que erant in Paduano districtu, in plano quam in montibus constituta, ei custodes Ecelini protinus redderent[y], preter castrum Montis Silicis[z. 63] castrumque inexpugnabile Calaonis[64]. Fama[*] igitur tam preclare victorie per universam Italiam divulgatur[a], ecclesia[b] virtute roboratur[c], sacerdotes de legati constantia glorificantur[d], omnesque ipsum predicant[e] laude dignum, qui hostem invictissimum vicit et insuperabilem superavit[f]. Ipse namque divina virtute suffultus, stultam esse Salinguerre sapientiam in facto Ferrarie[g] comprobavit; nunc vero in expugnatione Padue, astrologiam et sortilegia[h] Ecelini esse vanissima[i], luce clarius demonstravit.

Interea[k] dum hec Padue feliciter agerentur, superbissimus Ecelinus a Mantue vasta- c. Iun. 22. tione revertens, fluenta Mincii[l] cum exercitu pertransibat. Et[m] ecce ei occurrit velox nuncius veniens a Verona, qui occulte cum timore maximo ei captam esse Paduam ab adversariis[n] nunciavit. Tunc ille[o] inestimabili dolore ac furore[p] commotus[q], iussit exercitum

a) omnes *bis legitur in* 3. 4. b) manibus 4. c) pontis Curvi 3. 4. d) descenderunt — repentes *desunt* 4. e) repetentes in navibus 1. f) burgibus civitatibus 2. g) que 1. 3. 4. h) Altinat 1. i) *deest* 2. k) reditum 1. l) cito administrari 2. m) suffragante 3. 4. n) a *add.* 3. 4. o) porta cum domo *add* 1. p) insonare 2. q) clangor 2. r) *deest* 1. s) audaces 1. t) ponentes 1. u) concito 2. v) attribuunt 1. w) gloriam 1. x) non remansit unum solum castrum Ecelini, quod protinus non redderetur, preter 1. y) redderentur 2; reddidere 3. z) Montis Scilic 1; Montis Salicis 3. *) fuit *add.* 3. 4. a) divulgata 3. 4. b) ex hoc est *add.* 3. 4. c) roborata 3. 4. d) glorificabantur 3. 4. e) predicabant 3. 4. f) *deest* 1. g) *deest* 2. h) sortilegam 1. i) maliciam 1. k) De summa crudelitate Ecelini, cum audivit, Paduam esse captam. Interea 3. 4. l) mimici 1. m) *pro* Et ecce ei occurrit velox nuncius veniens *leguntur in* 2 *haec (ex Rolandini chron. facta, L. IX. c. 7, supra p.* 114 *sumpta):* Ubi nuncius ecce quidam anelans et anxius stetit ante tyrampni presenciam et ipsi interoganti „*Que nova*", respondit: *Mala domne, quia Paduam perdidisti.* Illum siquidem nuncium asque mora fecit suspendi. Post hec per spacium temporis aliquanti et ecce ei alter nuncius occurit velox, priori felicior et facto editus meliori veniens. n) ab adversariis *desunt* 2. o) maximo ac *add.* 2. p) ac furore *desunt* 2. q) *deest* 1.

60) Ponte S. Nicolo a Patavio inter orientem et meridiem. 61) Cf. Rolandini chron. facta p. 107, n. 77. 62) Iun. 18. 63) Monselice a Patavio inter meridiem et occidentem. 64) Calaone ab Este ad septemtriones.

1256. Iun. festinanter[a] fluvium pertransire, currusque[b] de inde usque Veronam sine intermissione aliqua agitari; sicque[c] de duabus dietis unam conficiens, omnibus admirantibus et festinationis causam ignorantibus, velociter Veronam pervenit, ubi fit omnibus manifestum, Paduam ad manus inimicorum penitus advenisse[d]. Auditis his rumoribus, Paduani ceperunt inconsolabiliter lamentari, tum pro uxoribus[e] filiis et filiabus et substantiis, de quorum statu in discrimine tanto erant incerti, tum[f] quia videbant se in manibus tiranni crudelissimi[g] constitutos. Tunc insatiabilis omicida et draco venenosus addens afflictionem afflictis, preter aliquos sceleratos precepit[h] capi[i] omnes penitus Paduanos, quorum numerus ad duodecim milia hominum[g] pertingebat, ipsosque compedibus alligatos includi fecit in carceribus tenebrosis; quos omnes fame[k] et aliis suppliciis miserabiliter interfecit. Iterum precepit, quod si aliquis Paduanus in fuga fuisset deprehensus, continuo manibus et pedibus privaretur. Multi itaque[l] tali pena puniti iacebant in agris et viis prostrati, ad quorum horrendos rugitus validosque clamores nullus propter timorem tiranni commotus misericordia flectebatur. Tunc etiam Ansedisium sororis sue filium, gravissimis catenis et compedibus alligavit, imponens ei[m], quia non bene Paduam custodivit[n]. Sed[o] crudelis et impie tiranne, cur Deo non attribuis Padue captionem, contra quem nulla potest sapientia et scientia prevalere? Non enim in multitudine bellatorum et fatali constellatione, in quibus confidis, optinetur victoria preliorum; sed divine voluntatis arbitrio omnia disponuntur. Saltem ad hoc credendum, o pessime[p] hominum, te inducat, quod per populum contemptibilem et egenum, quem tu pro nichilo reputabas, divino iudicio subito Paduam munitissimam amisisti, quod per anni spatium posse fieri minime credidisses. Si tota consurrexisset contra te militia Gallicana, tu credebas inimicos ab ingressu marchie prohibere, fluvios desiccando, sed Dominus maliciam[q] tuam in caput tuum convertit, eos siccis pedibus ad Paduana menia perducendo. Desine itaque minister satane, desine[r] adversus mundi opificem insanire, sciens, quia durum est tibi[s], contra Omnipotentis stimulum calcitrare.

Iul. Post mensem autem[t] a captione Padue, cum civitas aquarum beneficio plurimum indigeret, quia in districtu Vicentino tirannus fecerat claustra, ne versus Paduam[u] emanarent, legatus ad destruendum predicta obstacula cum exercitu properavit. Quod quum audisset
Iul. 22. potestas Vicentie, occurrit eis audaciter cum militia Vicentina. Et inito[v] certamine, potestas et multi cum eo nobiles viri in prelio ceciderunt[w], omnesque alii turpiter sunt fugati, fractisque claustris aquarum, legatus[x] cum exercitu Paduam est reversus.

Aug. Post[y] hec circa introitum Augusti legatus cum magno exercitu versus Vicentiam equi-
65 tavit, pervenitque ad burgum Custodie[65], ubi est antrum mirabile ad videndum; ibique sunt exorte inter principes contentiones et questiones diverse. Sed precipua fuit[z] ista, quod Bononienses, de quibus erat in exercitu tam militum quam peditum maxima multitudo, versi in seditionem[*], dixerunt, se nolle ultra[a] procedere; immo volebant ad propria remeare. Videns autem legatus, in exercitu esse dissensiones multimodas animorum, quas non poterat mitigare, Paduam protinus est reversus. Bononienses autem[b], qui cum magno[c] fervore venerant in marchiam ad legatum, inventis frivolis occasionibus ignominiose ad patriam redierunt.

His[d] cognitis[e] Ecelinus audacior effectus[f], rursum in arma furens et ad recuperandam Paduam vesana mente aspirans, prece et precio de totius Lombardie finibus, ubi fautores habebat, militibus peditibus[g] et balistariis congregatis, cum ingenti multitudine bellatorum contra Paduam est profectus. Cuius terribilem adventum legatus et marchio cognoscentes et ad pugnandum[h] campestri prelio cum tiranno impares viribus se videntes, fossatum circa[i] burgos Padue, a parte occidentali cum summa festinatione fieri preceperunt, ad furentis Ecelini impetum cohibendum. Et concite Venetias Ferrariam et Mantuam nuntios dirigentes, collegerunt in unum militum et peditum non modicam quantitatem.

a) *deest* 2. b) cursusque 1. 2. c) itaque 2. d) devenisse 3. 4. e) et *add.* 3.4. f) tum — constitutos *desunt* 1. g) *deest* 2. h) iussit 2. i) capere 1. k) *deest* 1. l) *deest* 1; Multique 2. m) imponensque 2; ei *deest* 3. 4. n) custodiset 2; custodivisset 3. o) o *add.* 2. p) impiissime 1. q) militiam 3; maliciam tuam *desunt* 4. r) *deest* 1. s) *deest* 3. 4. t) vero 2. u) fluvius *add.* 1; flumina *add.* 2. v) multo certamine peracto 2. w) potestatem et multos — viros — occiderunt 1. x) legatus — reversus *desunt* 1. y) De seditione exercitus legati. Post 3. 4; Post — Augusti *desunt* 1. z) Principia fuerunt 3. 4 *pro* Sed — fuit. *) obsidionem 1. a) *deest* 1. b) *deest* 2. c) maximo 2. d) Qualiter Ecelinus venit cum exercitu circa Paduam. His 3. 4. e) His autem auditis 1. f) effectus *deest* 1; audacior effectus *desunt* 2. g) *deest* 3. h) in *add.* 2. i) erga 1.

65) Costozza a Longare ad meridiem.

Patriarcha etiam[a] Aquileiensis[66] cum decenti societate in eorum venire auxilium festinavit. 1256. Aug. Castra metatus est autem Ecelinus cum valido exercitu iuxta fossatum, direxitque[b] frequenter suas acies copiosas ante menia civitatis, ut intrinsecos ad prelium[c] provocaret. Sed ipsi caute dimiserunt eum ad suum libitum insanire. Nam circa quinque milia militum[d] in suo exercitu dicitur habuisse; legatus vero et marchio cum prelatis et sacerdotibus et levitis nunquam ad duo milia pervenerunt. Legatus autem vir constantissimus, ut ad civitatis defensionem cives pavidos animaret, in monasterio sancti Benedicti iuxta fossatum[e] die noctuque suam constituit mansionem, aliis principibus intra muros Padue residentibus pre timore. Videns tandem tirannus furibundus, se contra civitatem non posse in aliquo prevalere nec ad Montem Silicem sibi patere accessum, ubi castrum fortissimum a suis custodibus tenebatur[f], Veronam, frustratus suo desiderio, est reversus; nec[g] ausus est[h] ultra Sept. 5. fines Padue cum exercitu introire, immo Paduani frequenter loca ei subdita viriliter impugnabant.

Eodem[i] anno primo die Augusti domnus Iacobus in sede abbatie[k] sancte Iustine collo- Aug. 1. catus est ab episcopo Adriensi[l]. Tertio vero[m] die intrante Augusto, domnus Iohannes Aug. 3. episcopus Paduanus, veniens a Romana curia, ubi pastoralem promeruit dignitatem, a clero et populo Paduano honorabiliter est susceptus, et a porta Prati usque ad maiorem ecclesiam processionaliter est deductus.

Anno[n] Domini 1257. exhortatione pariter et precepto legati sedis apostolice frater 1257. Ewerardus[o] de ordine Predicatorum, vir venerabilis et tam in theologia quam phisica scientia plurimum eruditus, Grifolinum Brixie potestatem et alios optimates ita dulci et facunda[p] eloquentia[q] mitigavit, quod illi, qui[r] de parte ecclesie in predicta civitate fuerant vinculati, a vinculis absoluti et suis sunt possessionibus et munitionibus[s] restituti. Quo facto, legatus exponens se magno[t] periculo, propter insidias malignorum latenter de Mantua cum paucis Brixiam est profectus, et ibidem aliquot diebus residens, ita suo dulci colloquio[u] Brixiensium animos reconciliavit, quod ipsi similiter promiserunt, se more solito in devotione ecclesie permansuros. Quod audientes Ecelinus et Palavicinus ecclesie inimici, frustrati spe sua, sunt non modicum conturbati.

Eodem anno Papienses primo et Placentini secundo iugum Uberti Palavicini a suis cervicibus viriliter excusserunt. Nam sicut Ecelinus in marchia, ita ille super partem[v] Federici in civitatibus Lombardie tirannidem exercebat.

Per idem tempus castrum Montis Silicis et castrum altissimum Calaonis reddita sunt marchioni a custodibus Ecelini; et sic eius potentia de Paduano districtu est penitus extirpata.

Sub precedenti annorum curriculo Albricus de Romano, qui per multos annos inexorabilem discordiam habuerat cum fratre suo Ecelino, Dei et hominum inimico, inventis quibusdam occasionibus ab ecclesie devotione recedens, confederatus est cum eodem. Civitatem autem[w] Tarvisium[x] in sua[y] retinuit potestate.

Cum[z] predicta tam in Lombardia quam in marchia gererentur, interfecto a Frisionibus 1256 in bello rege Alemanie Guielmo, convenerunt principes ad electionem more solito faciendam. Ian. 28. Cum igitur tractarent[*] de principe idoneo eligendo, humani generis inimicus seminavit zizaniam inter eos. Nam quidam comitem Rizardum[a], fratrem regis Angliae[67], in regem 1257 Alemanie elegerunt; alii vero sua vota in regem Castelle[68] penitus transtulerunt. Comes Ian. 13. autem Rizardus ascendit in Alemaniam festinanter, et de assensu quorundam principum capiti suo imposuit[b] regni Alemanie diadema. Uterque vero electus suos legatos ad Ro- Mai. 17. manam curiam destinavit pro confirmatione[c] a summo pontifice impetranda. Sed dominus papa nolens in partem aliquam declinare, ne forte pax ecclesie turbaretur, de consilio cardinalium sub specie deliberandi distulit super questione tantorum principum diffinitivam sententiam promulgare.

a) autem 1. 4. b) direxeruntque 1. c) proelia 3. 4. d) hominum 3. 4. e) iuxta fossatum *desunt* 2. f) custodiebatur 1. g) nec — impugnabant *desunt* 1. 2. h) addidit 3; ausus est 4. i) Tunc temporis 3. 4 *pro* Eodem — Adriensi. k) ambacie 1. l) Andriensi 2. m) vero *deest* 3. 4. n) De reconciliatione Brixie. Anno 3. 4. o) Everardus 1; Enverardus 2; Heimerardus 3; Henverardus 4. p) et facunda *desunt* 1. q) eloquio 1. r) *deest* 2. s) et munitionibus *desunt* 3. 4. t) maximo 2. u) eloquio 1. v) Ezelini et *add.* 2. w) tantum 2. x) Trevisinum 1. y) suam — potestatem 3. 4. z) De discordia in electione imperatoris. Dum 3; Cum 4. *) tractaretur 1. a) Ricardum 2. 3. b) imponi curavit 3. 4. c) consumatione 4.

66) Gregorius. 67) Heinrici III. 68) Alfonsum.

1258. Anno[a] Domini 1258, cum multi clarissimi viri de Brixia exaltationem sancte matris ecclesie affectantes, tirannidem adverse partis patienter[b] per biennium tollerassent, tandem sicut viri strenui et elati, personas[c] periculo exponere potius elegerunt, quam vehementissimo timore[d] continue cruciari. Timebant enim quotidie, ne a suis adversariis in manus perfidi Ecelini Brixia traderetur. Tunc latenter ad legatum et marchionem, qui tunc erant Padue, pro exercitu ordinando contra pestiferum Ecelinum nuntios direxerunt, ipsos attentius exorantes, ut parati essent eis prestare subsidium in die prefixo[69], in quo suos disposuerant[e] invadere inimicos. At illi eorum precibus libentissime annuentes, in tempore assignato magnifice in eorum auxilium perrexerunt. Predicti vero fideles ecclesie utpote[f] viri providi et experti, timentes plurimum, ne pars adversa eorum deprenderet[g] audaciam per aliquam coniecturam et habita occasione pessimum Ecelinum et Palavicinum in suum auxilium convocaret, duobus diebus ante terminum constitutum, secundo scilicet die exeunte Aprili, circa solis occasum arma subito rapientes, more leonum audaces, inimicos viriliter invaserunt, eosque per totam noctem fortiter[h] expugnantes, ante horam tertiam diei sequentis plenissimam de ipsis victoriam sunt adepti, et fere omnes autores scelerum, Grifolinum[i] etiam potestatem Brixie, capientes, eos[k] in vinculis coniecerunt. Comes itaque Sancti Bonifacii, egregie indolis adolescens, paterne probitatis impiger imitator, audiens Brixienses esse sub armis, cum parte militie Mantuane in amicorum auxilio continuo[l] est profectus. Post tres vero dies legatus et marchio in manu valida Brixiam intraverunt, et ibidem tam diu residentiam habuerunt[m], donec omnia fuerunt disposita secundum beneplacitum amicorum.

(Margin: Apr. — Apr. 29. — Mai. 1–2.)

Hec itaque audientes Ecelinus et Palavicinus, pariter tremuerunt. Expalluit eorum facies et hebuit[n] intellectus, omnesque eorum[o] fautores per totam Lombardiam capita in terram pre tristitia deiecerunt. Tota enim spes illorum et desiderium erat Brixiam obtinere, quia per ipsam vires resumere[p] et inimicos deprimere, totiusque assequi sperabant dominium Lombardie. Dominus autem, secundum propheticum sermonem, signa faciens irrita divinorum[q] et vertens ariolos in furorem, ydolatriam Ecelini et Palavicini, qui planetas et signa celi pro numine venerabantur, sue potentie brachio prostravit pariter et confudit. Non enim Omnipotens planetis[r] contulit[s] deitatem[t] nec eorum motibus suam potentiam alligavit, sed in se retinuit plenitudinem potestatis. Reputandi ergo sunt fatui et insani[u], qui totam spem suam in constellationibus[v] posuerunt et creatorem omnium contra se non timent[w] quotidie suis sceleribus provocare. Dominus igitur[x] sit nobis adiutor, et non timebimus, quid nobis faciant Mars, Iupiter[y] et Saturnus.

(Margin: Isai. 44, 25.)

Factis[z] itaque Brixie prospere ordinatis, legatus perrexit Mediolanum, ut sedaret Mediolanensium discordias cavillosas[*]. Cum igitur circa hoc plurimum laboraret, magnum infortunium accidit Mediolanensibus, eorum exigentibus dissensionibus et peccatis. Nam cum per multorum annorum circumvolutiones Creme dominium habuissent, et propter hoc inter ipsos et Cremonenses inexorabilis discordia extitisset, ex qua multa milia hominum ex utraque parte in diversis bellorum congressionibus[a] perierunt, his tamen temporibus Crema taliter[b] est ad manus Cremonensium devoluta. Quidam namque potentes de Cremensibus[c], contra quosdam adversarios suos ex eodem oppido zelo malitie concitati, Cremonenses et Palavicinum in suum auxilium vocaverunt, et expulsa parte adversa, se simul cum patria Cremonensium dominio subdiderunt[70].

(Margin: Iul. 11.)

Iul. 29. Eodem[d] tempore, tertio scilicet die exeunte Iulio, marchio et militia Paduana in campestribus[e] Baxiani[f], militiam Teutonicorum, soldum recipientium a perfido Ecelino, viriliter prostraverunt, magnamque predam de ipsorum spoliis habuerunt. In istorum quippe impetuosa virtute tirannus maxime confidebat, quorum fretus auxilio et tutela, nefanda et inaudita scelera toto dominii sui tempore audacissime perpetravit. Et quid mali non

a) Qualiter pars ecclesiae suos adversarios in Brixia superavit. Anno 3. 4. b) *deest* 1. 2. c) sese 3. 4. d) vehementissime 3. 4 *pro* vehementissimo timore. e) proposuerant 2; disposuerat 3. 4. f) ut potentes 3. 4. g) deprimeret 3. 4. h) viriliter 2. i) Scrifolinum 3. k) omnes 4. l) *deest* 2. m) fecerunt 2; steterunt 3. 4 *pro* residentiam habuerunt. n) ebore 2; abiit 3. 4. o) illorum 1. p) assumere 1. q) divinatorum 1. r) contipotentiam *add.* 1. s) contulere 1. t) deitatis 1. u) infecti 2. v) constellatione 1. w) continent 1. x) enim 2. y) Venus *add.* 2. z) De commotione Cremae. Factis 3. 4. *) et cavilelas 2. a) congressibus 1. b) totaliter 1. c) Cremonensibus 2. 3. 4. d) Qualiter Paduani Teutonicorum militiam superaverunt. Eodem 3. 4. e) in campestribus *desunt* 1, *ubi* et *legitur*. f) Brisiani 1; Bassiani 3.

69) Mai. 1. 70) Iul. 11; v. Annales Placentin. 1258. SS. XVIII, p. 509.

1258 Iul. 29. operatur[a] auri fames penitus execranda? Isti enim improbissimi[b] Teutonici, animarum suarum et corporum stolidissimi venditores, ita erant Ecelini pecunia excecati, quod nec[c] sententia excommunicationis nec terrore non parcentium gladiorum avelli[d] ab Ecelini horribili[d] obsequio potuerunt. Unde a victoribus velut oves[e] occisionis[f] sunt merito reputati.

His[g] temporibus cum Ianuenses Venetorum animos graviter offendissent in civitate Aconitana[h], quae antiquitus Ptolemaida[i] dicebatur, ubi communiter negotiatores dictarum urbium habitabant[k], Veneti ulcisci suas iniurias cupientes, et pro nichilo maris pericula et expensarum magnitudinem reputantes, dummodo valerent se de adversariis vindicare, classem in manu valida in Syriam direxerunt et tam navali prelio quam campestri Ianuenses viriliter expugnarunt[l], captis multis navibus bellicis, et reliquis in fugam conversis, eversa simul turre munitissima[m], et in vastitate hostili cunctis eorum domibus desolatis, ipsos de civitate Aconitana penitus[n] expulerunt.

Propter[o] innumerabilium inundationem malorum, absorbentium intellectum, horret animus, omnes[p] temporum[q] nostrorum[r] calamitates et ruinas persequi seriatim. Viginti enim anni sunt vel circa, quod occasione[s] sedis apostolice ac imperialis maiestatis discordie[t] sanguis Italicus effunditur velut aqua, et contra Romanam ecclesiam tirannorum perfidia debaccatur. Et nunc, cum putabamus perniciosorum hominum potentiam aliquantulum diminutam, rursum prosperitate inopinabili confortati ad sidera extolluntur. Denique cum legatus cum exercitu Brixiensium et militia Mantuana, Palavicino et Cremonensibus occurrisset, qui suggestione perfidi Ecelini duo castra Brixie invaserant, iuxta flumen Olei constituta, tunc Ecelinus, qui usque in senectam et senium a militia non destitit[u], (Cf. Ps. 70, 18.) undique militia congregata subito de oppido Piscarie in noctis crepusculo iter arripuit et[v] summo diluculo die Veneris, secundo exeuntis Augusti transiens Oleum, exercitui Cremonensium se adiunxit. (Aug. 30.) Audiens autem legatus vires hostium augmentatas, sed crementi[w] nesciens quantitatem, habito consilio sapientum, voluit in castrum Gambare cum exercitu introire[x], et sic in tuto loco amicorum auxilium expectare. Sed vicit hoc salubre consilium temeritas multitudinis, obstinate dicentis, potius esse dimicandum cum hostibus, quam ad latibula divertendum. Ignorabant enim tam legatus quam alii, utpote[y] male custodientes vias, per quas transire poterant inimici, Ecelinum cum universa militia marchiana in nocte precedente personaliter advenisse. Dum igitur diversi diversa sentirent — nam fortissimos quoque milites subita bella conturbant — Ecelinus et Palavicinus flumen Olei velociter transeuntes, contra fideles ecclesie acies continuo direxerunt. Et tunc ceperunt[z] acies Ecelini prius[*] abscondite[a] dilatari et eius vexilla mortifera recognosci. Cernentes igitur persecutores ecclesie[b] legatum[c] et Brixienses comparatione[d] sui habere militum paucitatem, sine dilatione ipsorum exercitum terribiliter invaserunt. Tunc Brixienses inopinabilem inimicorum multitudinem intuentes, perterriti vehementer, in fugam protinus sunt conversi, captaque est ex eorum populo[e] maxima multitudo, et — quod non sine dolore dicimus vehementi — captus est legatus et cum eo episcopus Veronensis nec non potestas Mantue ac multi alii probi viri. Brixienses autem, qui remanserant ad custodiam civitatis et qui de castris ad urbem confugerant, timore subitaneo excecati, sine ictu gladii et sagitte, sevissimo omnium tirannorum[f], Ecelino scilicet, et Palavicino Brixiam protinus tradiderunt. (Sept. 1.) Multi vero nobiles et etiam populares et episcopus cum clero, civitate relicta, fugerunt a facie inimici, salvare personas in tanto discrimine solummodo[g] cupientes.

Porro de tam subita[h] Brixie amissione et de captione legati, viri constantissimi et fidei fervore accensi, qui assidue pro ecclesie libertate contra tirannorum rabiem, ab adolescentia usque ad senectutem exponendo se diversis periculis, laboravit[i], nonnulli plurimum conturbati ceperunt[k] conqueri vehementer et mirari[l], quod divina providentia tanto tempore permittit ecclesiam sic affligi et impios valide prosperari. Sed absque dubio istas querelas parvitas fidei introducit. Cum enim[m] sciamus sanctissimum Iosiam occisum[n] a sagittariis

a) patitur 1. b) probatissimi 3. 4. c) nec excommunicationibus nec aliis promissionibus avelli 1. d) *deest* 2. e) cives 1. f) occisi 2. g) Qualiter Ianuenses a Venetis sunt superati. His 3. 4. h) Ancon 2. i) Theoloata 1; Tholomaida 2. k) erant 1; *deest* 2. l) expugnantes 3. 4. m) invictissima 1; muniti 2. n) protinus 2. o) Qualiter Ecelinus habuit Brixiam, et de captione legati. Propter 3. 4. p) *deest* 3. 4. q) tirannorum 1. r) *deest* 1. s) ecclesie 1, *ubi deest* sedis. t) discordia 1; maiestatis discordie *desunt* 3. 4. u) cessavit 3. 4. v) in 1. 3. 4. w) incrementi 3. 4. x) introitum 1. y) ut 4. z) incepit 2; inceperunt 3. 4. *) *deest* 2. a) ascendendo 3. b) cernens autem persecutor dei 2. c) *deest* 1. d) operatione 1. e) *deest* 2. f) *deest* 1. g) *deest* 1. 2. h) *deest* 2. i) laboraverunt 1. 2. k) et *add.* 3. 4. l) minari 1. m) *deest* 1; etenim 2. n) *deest* 4.

1258. Faraonis, Petrum Paulumque Neronis imperio interemptos, et ut de hominibus taceamus, cum Dei filium cognoscamus crucis ignominiam pertulisse, parve fidei a nobis sunt merito existimandi, qui felices putant tirannos et urbium subversores, quia prosperitate istius[a] seculi et ipsius[b] deliciis perfruuntur, cum continuus successus temporalium eterne damnationis esse indicium comprobetur. Sed etiam in presenti legimus maximos tirannos[c] miserabilem exitum habuisse. Nam Cirus post dominium Orientis a regina Scitharum legitur decollatus; veneno Babilonico magnus periit Alexander; et Cesar senatorum gladiis[d] est confossus. Et nunc non est manus Domini abbreviata, ut salvare nequeat servos suos; sed peccatis hominum[e] exigentibus permittit aliquanto impios[f] insanire et ecclesiam suam in tribulationum turbine fluctuare. Dimissis itaque dubitationibus de regimine Creatoris,
Tob. 3, 22. iactemus in Domino nostrum cogitatum, qui post tempestatem tranquillum facit et post lacrimationem[g] exultationem infundit.

1259. Anno[h] Domini 1259, postquam Brixia miserabiliter ab hostibus est[i] subacta[k], Ecelinus impatiens consortis, nullum volens habere parem, marchionem Palavicinum et Cremonenses, quos habuerat socios[l] in belli[m] discrimine et in tam excellenti victoria, a dominio capte urbis paulatim exclusit; et sic ipse solus Brixiam et eius districtum obtinuit, preter
71 castrum Urceorum[71], quod[n] fideles ecclesie viriliter defenderunt. Tandem Cremonenses multis iniuriis ab eo sepius stimulati, se cernentes delusos et nullam utilitatem, ut sperabant, de tanta victoria consecutos, contra tirannidem nequissimi principis vehementissime[o] sunt commoti; et persuadente Bosone[p] de Dovaria[q], civi Cremonensi nobili et potenti, qui exosam habebat malitiam[r] Ecelini, marchio Palavicinus et Cremonenses vehemens odium, quod corde[s] conceperant contra hominem sceleratum[t], verbis et factis evidentissime ostendere[u] inceperunt. Statimque deliberato consilio ad marchionem Estensem et Mantuanos[v] nuncios[w] dirigentes, pacem et concordiam[x] inter se firmissimam[y] statuerunt, quod unanimiter contra tirannum crudelissimum dimicarent, sibi invicem ardenti animo promittentes. Mediante autem[z] insuper[*] industria Bosonis[a] de Dovaria, qui vigilanti studio cogitabat, qualiter posset leonem indomitum et ferocissimum domare, antiquissima illa[b] et inexorabilis discordia Mediolanensium et Cremonensium[c] est sedata, factaque fuit cum summo gaudio utriusque civitatis[d] pax firmissima inter eos. Sciens namque prudentissimus Boso, minime[e] tutum esse cum[f] vicino[g] serpente dormire[h], modis omnibus procurabat, omnem viam contrahendi amicitiam et augmentandi vires precludere Ecelino. Sicque factum est — Domino cooperante[i] qui novit investigabili modo elatos[k] deprimere et de luto fecis erigere de salute propria desperantes — quod pars maxima Lombardie corde voluntario adversus inimicum Dei et hominum coniuravit. Et merito hoc a Domino est provisum, ut essent[l] manus omnium contra eum, cuius manus impie[m] genus hominum afflixerunt. Ipse namque turbavit terram, concussit regna, interfecit populos et civitates plurimas desolavit. Nam quasi ortus[72] voluptatis erat marchia Trivisiana, priusquam eius tirannidi subderetur; sed postquam fuit ab eo afflicta, comparatione prioris status, videtur esse quasi heremi solitudo. Testantur hoc ruine civitatum, villarum pariter et castrorum. Nec ei sufficere videbatur regionem sibi[n] subditam dissipare, sed legatos mittebat ad exteras nationes, ut contra Romanam ecclesiam et eius fideles reges orbis et principes concitaret. Nuntii namque ipsius[o] solliciti et veloces per diversas provincias discurrebant[p]; nunc ibant ad curiam maximi Federici, nunc ad principes Alemanie ad seditionem et discordiam excitandos[q], nunc ad regem Ungarie pro amicitia obtinenda, nec non ad fortissimum[r] regem Castelle pergebant, cui regnum Italicum seminator discordie promittebat, ut si[s] fieri posset totum mundum adversus ecclesiam provocaret. Cor siquidem impiissimi Ecelini erat continue quasi mare fervens, quod quiescere nunquam potest. Nil

a) *deest* 1; huius 2. b) *deest* 2. 3. 4. c) tyrannorum 3. 4. d) gladio 1. e) *deest* 1. 2. f) tempore 3; ipsos 4. g) lacrimas 1; lamentationem 2. h) Qualiter inter Cremonenses et Ecelinum discordia est exorta. Anno 3 4. i) *deest* 1. k) subiecta 1. l) et *add.* 3. 4. m) tanto 2. n) per *add.* 1. o) *deest* 4. p) Bosoe 1; persuadentes Bosoni 4. q) Doaria 3. 4. r) miliciam 1. s) quotidie 3. 4. t) sceleratissimum 2. u) ofendere 1. 2. v) a marchione Estense et Mantuanis 1. w) *deest* 1. 2. x) societatem 3. 4. y) habuerunt et *add.* 2. z) *deest* 1. 2. *) super 1; *deest* 2. a) Bosone 2. b) *deest* 1. 2. c) et Cr. *desunt* 2. d) utr. civ. *desunt* 2. e) minime — dormire *desunt* 3. f) *deest* 2. 4. g) innocuo 2. h) *deest* 2; domare 4. i) comparente 1. k) electos 3. 4. l) cesset 1. m) opere *add.* 1; omne *add.* 2. n) *deest* 1. 2. o) eius 4. p) discrebant 1. q) excitantes 1; excitandam 3. r) ferocissimum 2. s) *deest* 2.

71) Orzinovi a Brixia inter occidentem et meridiem. 72) hortus.

1259. enim[a] mali putabat esse actum, cum quid superesset agendum. Unde modis omnibus assidue cogitabat cum instantia vehementi addere malum malo et iniquitatem super iniquitatem apponere, quam timens, ne sibi tempus deficeret ad suas machinationes et dolositates inopinabiles opere adimplendas. His ita breviter exaratis[b], ad describendum tirannidis eius[c] exitum accedamus.

Sept. Anno[d] itaque revoluto[e] postquam Brixiam optinuerat Ecelinus, circa principium Septembris ipse congregavit exercitum copiosum processitque de Brixia in manu valida et castra metatus est in campestribus Urceorum et omnia, que circa predictum castrum in agris[f] fuerant, devastavit. Quo audito, Cremonenses amicis undique convocatis, exiverunt[g] undique[h] unanimiter contra eum, et iuxta Sunzinum[73] castrum suum[i] temptoria posuerunt. In quorum auxilio Mantuani et Ferrarienses cum marchione Estensi magnifice sunt profecti. Mediolanenses etiam contra lupum rapacissimum venire communiter promiserunt. Cum ergo essent insimul congregati, ceperunt preparare se ad pontes super flumen Olei fabricandos, ut possent, venientibus Mediolanensibus, transire ad tirannum perfidum invadendum. Interea dum hoc facere molirentur, Ecelinus, cui mille artes inerant milleque modi nocendi, suis machinationibus et persuasionibus fraudolentis[k] quosdam magnates Mediolani corruperat, suum populum odientes, qui firmiter promiserant ei suam tradere civitatem, et pro[l] huius rei securitate proprios etiam filios ipsi obsides tradiderunt. Quorum promissionibus incumbens[m] tirannus, cupidus dominandi, cor suum in superbiam elevavit, quod erat ruine presagium imminentis. Et de nocte consurgens, de campestribus Urceorum iussit populum redire Brixiam festinanter; ipse vero cum octo milibus hominum equestrium, in quibus erant tria milia electorum militum, velociter quasi aquila volans ad escam, per pontem Palazoli flumen Olei pertransivit, veniensque ad Aduam fluvium, ipsum similiter incessu precipiti[n] transvadavit. Ibique occurrerunt ei[o] patrie proditores; quibus assumptis versus Mediolanum ire cum summo gaudio minister diaboli festinabat, a quo, peccatis exigentibus[p], sicut bos nescius[q] ad victimam ducebatur. Ipso namque[r] Mediolanum pergente[s], econtra Martinus de Ture[t], vir sapiens et astutus, totius populi Mediolanensis capitaneus et defensor, de Mediolano cum exercitu erat egressus et in Cremonensium auxilium veniebat. Precurrens igitur nuncius, quem Pergamenses quidam amici ecclesie direxerunt, nuntiavit Martino tremendum adventum[u] forocissimi[v] Ecelini. Qui cum audisset, quod tam crudelissimus predo ad optinendum Mediolanum cum exercitu adveniret, obstupuit vehementer revertensque velocissime versus Mediolanum — Domino favente, sine quo frustra vigilant qui custodiunt civitatem[w] — prevenit[x] pessimum Ecelinum. Ps. 126, 1. De Martini vero strenuissimi viri subitaneo adventu exterriti sunt patrie proditores; alii vero cives, tanti viri presentia roborati, ad resistendum[y] tiranno se viriliter paraverunt. Et sic dissipatum est consilium malignorum.

Videns itaque perditionis filius suas insidias denudatas et aliter sibi, quam existimaverat, accidisse, ad invadendum[z] nobilissimum burgum Modoecie se convertit; sed burgenses armis assumptis ipsum intrare minime permiserunt. Castrum etiam Tricii[*] voluit occupare, sed et inde penitus est repulsus[a]; burgum tamen dicti loci optinuit ipsumque crudeliter concremavit. Tandem necessitate compulsus, Vicummercatum[b] intravit, ibique sevissimus[c] predo terrarum suam infelicem constituit mansionem.

Cognoscentes igitur Cremonenses et Mantuani et eorum socii nocturnum[d] volatum temerarii Ecelini, unanimiter moventes castra, usque ad fluvium[e] Aduam eius vestigia sunt secuti; figentesque temptoria iuxta loca, per que[f] transiverat[g] insaciabilis homicida, fecerunt cum summa diligentia pontem[h] et vada fluminis custodiri, ne aliquo modo serpens tortuosus[i] posset absque prelio[k] ad propria remeare. Mediolanenses etiam, ex alia parte validum exercitum congregantes, adversus eum[l] in prelium procedere disponebant. Sed hoc eorum animos ad bellandum promptissimos refrenabat[m], quia capitaneos[n] et vavasores[o]

a) *deest* 1. 2. b) exactis 4. c) *deest* 4. d) Qualiter captus fuit perfidus Ecelinus. Anno 3. 4. e) 1260. *praebet* 1 *pro* itaque revoluto. f) in agris *desunt* 1. 2. g) eruerunt 1. h) *deest* 3. 4. i) *deest* 1. 2. k) fraudulentibus 1. 2. l) in 1. m) *deest* 1. n) principali 3. 4. o) *deest* 3. 4. p) meritis *add.* 1. q) *deest* 3. 4. r) itaque 3. 4. s) et *add.* 1. t) Thure 1; Laturo 3. 4. u) eventum 2. v) fortissimi 1. 3. 4. w) *deest* 1. 2. x) pervenit ante 2. 4. y) parati *add.* 1. z) *deest* 1. *) Tčii 1. a) expulsus 2. b) Vicum-mercati 3. 4. c) infelicissimus 2. d) notissimum 3. 4. e) flumen 3. 4. f) locum per quem 3. 4. g) transivit 3. 4. h) pontes 3. 4. i) *deest* 1. k) periculo 3. 4. l) adv. eum *desunt* 3. 4. m) referebat 3; retrahebat 4. n) cataneos 1. o) vavasorum 1.

73) Soncino ad Ollium fluv., a Crema ad orientem.

1259. Sept. de crimine proditionis suspectos habebant. Quorum tamen[a] impetum Ecelinus plurimum expavescens, maxime cum videret se a proditoribus cotidie derelinqui, a burgo, in quo erat inclusus[b], non permittebat suos milites longius evagari. Sed nec ibidem diutius poterat residere, ne omnino deficientibus victualibus, famis angustia[c] exercitus premeretur.

His ita se habentibus, conturbati sunt nobiles Brixie, robustos Verone optinuit tremor, obriguerunt omnes milites Ecelini, tam animosi Teutonici quam Latini. Tunc etiam confractus[d] est corde draco venenosus, cernens se ab inimicis undique coartatum. Nimioque timore perterritus[e], non erat ausus cum Mediolanensibus dimicare, ipsorum multitudinem pertimescens; sed versus ad[f] Aduam, unde venerat, deliberato consilio direxit subito iter suum. Sperabat namque unum de duobus, licet inimici starent ex adverso, aut viam sibi gladiis aperire, aut forte per medias acies bellatorum fuge remedium invenire. Cum igitur ad pontem[g] Adue pervenisset, invenit[h] ipsum ab adversariis occupatum; et dum ad expugnandum pontem suos fortiter hortaretur, quidam sagittam dirigens in incertum[i], eum in pede graviter vulneravit. Qua percussione plurimum est[k] turbatus, tum quia inveteratus
Cf. Dan. 13, 52. erat dierum malorum, tum quia in tanto periculo constitutus pre dolore vulneris non poterat limpide cogitare, quid esset expediens, quid nocivum. Inpugnatione itaque pontis dimissa, tremebundus homicida[l], magis cogitans de fuge presidio quam de acie ordinanda, festinanter ad vadum[m] fluminis properavit ipsumque[n] velociter nullo impediente cum exercitu pertransivit.

Sept. 27. Tunc marchio Palavicinus et nobilis Boso de Dovaria[o] cum Cremonensibus, similiter Azo[p] marchio Estensis cum Mantuanis et Ferariensibus ipsum viriliter invaserunt, eiusque aciem fortissime[q] irrumpentes, terribilem leonem cum magno impetu rapuerunt. Electi autem milites eius multitudini adversariorum resistere non valentes, in fugam protinus sunt conversi et sic manus hostium evaserunt. Auctores vero fuge Brixienses dicuntur principaliter extitisse. Multi etiam[r] capti sunt de ipsius exercitu, pauci vero gladio perierunt. Tunc revera exultaverunt victores capta preda, quando electorum armorum et equorum et preciose[s] supellectilis spolia dividebant. Supremum vero et inextimabile gaudium erat cunctis, quod carnifex diaboli erat captus, qui nec viris grandevis nec mulieribus[t] pregnantibus nec infantibus[t] balbutientibus unquam voluit misereri.

Postquam autem rumor insonuit per exercitum, quod captus esset perfidus Ecelinus, a vocibus exclamantium[u] populorum, a strepitu concurrentium equorum, a[v] clangore tubarum terra tremere videbatur. Omnes quippe certatim currebant ad diaboli monstrum et sathane spectaculum intuendum[w]. Ista itaque victoria triumphalis, a cunctis populis recolenda[x], die sabbati, quarto exeuntis Septembri, in quo festum sanctorum Cosme et Damiani martirum celebratur, prope fluvium Aduam est[y] patrata. Ibi perierunt arma bellica Ecelini, ibi bellorum seva tempestas iubente Domino conquievit. Tunc Omnipotens aures sue[z] ineffabilis misericordie inclinavit, ut audiret gemitus compeditorum et filios interemptorum ab ergastulis liberaret. Diem[*] siquidem istam memorialem[a], in qua vere celorum catarracte aperte et viscera misericordie Dei nostri[b] largiter affluxerunt[c], debet omnis Italia, imo universi, qui christiana professione censentur[d], merito celebrare, in qua Dominus operatus[e] est salutem in medio[f] Lombardie, caput malorum cum suis satellitibus mirabiliter prosternendo. Tunc vere percussit Dominus detestabilem Philisteum et abstulit obprobrium grandissimum[g] de populo christiano. Et licet David[h] prohibuerit, ne Saulis
Reg II, 1, 20 et Ionathe occisio annunciaretur in Geth[i] et in compitis Ascalonis, causam tamen rationabilem assignavit, ne scilicet Philistinorum filie[k] letarentur et augeretur cultus abominabilis idolorum. Stragem tamen exercitus[l] Ecelini secure[m] audiat omnis terra et plenitudo

a) *deest* 3. 4. b) conclusus 3. 4. c) fame angusta 2. d) terrefactus 3. 4. e) territus 3. 4 f) *deest* 1. 2. g) *super* pontem *est* Vaucri *positum in* 1. h) accidit 2. i) dei tamen providentia *add.* 2. k) *deest* 1. 2. l) inges *add.* 1. m) Cassani *add.* 1. n) ipsum 1. 2. o) de Dovaria *desunt* 1. 2. p) illustris 3. 4. q) fortissimam 3. 4. r) autem 3. 4. s) praediosae 3. 4. t) et *add.* 3. 4. u) clamantium 3. 4. v) et 3. 4. w) *in* 2 *sequuntur haec ex Rolandini chronica facta L. XII. c.* 8 *supra tracta:* qui detentus erat. Et fuit miles quidam secundum multorum dictum, qui Ezelinum — sic circumdatum et iam quasi non Ezelinum, set unum captum et indefensum — bis vel ter in capite rusticane percussit, excusans inproberium suum et dicens, quod hoc fecit in cuiusdam fratris sui vindictam, quem pede uno fecerat mutilari. Qui idem, quisquis fuerit, non laudem meruit set summe pocius obbrobrium vilitatis. Nam idem facinus est putandum, captum nobilem vel ignobilem offendere vel ferire, quasi gladio cedere cadaver inanimatum et hominem panno funereo iam insutum. x) est *add.* 1. 2 4. y) etiam 1. z) *deest* 1. *) Pie 3. 4.
a) venerabilem 1. b) demonstrata 1 *pro* Dei nostri. c) effluxerunt 1 d) cessentur 1. e) *deest* 1. f) intuens 1. g) *deest* 1. 2. h) propheta *add.* 3. i) Getẽ 1. k) Philistei 2. l) *deest* 3. m) *deest* 1. 2.

1259.

eius, insule et habitatores[a] earum, ut divine maiestatis potentia ubique ore omnium predicetur; cui victoria ista est totaliter adscribenda, non viribus hominum aut effectibus planetarum, quia[b] non salvaverunt de tanto periculo Ecelinum augures celi, castra eius sequentes, qui contemplabantur sidera et supputabant menses, ut ei ventura[c] certissime nunciarent. Sed re vera parcendum est eis, quia tam gravissimo prelio[d] imminente, adequare planetas, accipere astrolabium et studere in tabulis astronomie minime potuerunt; vel forte in tam gravi discrimine pugne plus[e] in equorum velocitate, quam in planetarum auxilio confidebant. Et ne aliquis ignarus istius negocii valeat dicere in futuro, magistrum scelerum de talibus[f] non curasse, tota marchia in testimonium deducatur, que vidit in eius curia plures astronomos magnifice honoratos, magistrum scilicet[g] Salionem canonicum Paduanum, Riprandinum Veronensem, Guidonem[h] de Bonato astronomum Foroliviensem, Paulum etiam Saracenum cum barba prolixa, qui de Baldac[74] venit, a remotis videlicet [74] finibus Orientis, qui tam origine quam aspectu et actu esse alter Balaam ariolus[i] merito videbatur.

Cum[k] Ecelinus, ut predictum est, in manus hostium incidisset et esset in prelio graviter vulneratus, Suncinum a Cremonensibus est deductus[l], ibique post paucos dies[m], cum fere septuaginta esset annorum nullamque prolem haberet, deficiens mortuus est in pessima Oct. 11. senectute[n]. Et hac animadversione a Deo est digne punitus, ut in morte oblivisceretur sui, sacramenta ecclesiastica detestando, qui, dum viveret, immemor fuit Dei. In[o] predicto vero castro corpus eius est traditum sepulture, ibi[p] sub porticu palacii versus ecclesiam sancte Marie Plebis et non in sacrato loco reconditum. Eius[q] autem animam infelicem, onustam pondere peccatorum, demones absque dubio rapuerunt et eam in profundum inferni, ubi est cumulus[r] tormentorum et nulla redemptio, proiecerunt. Iste fuit finis vite ac tirannidis Ecelini. Iste vero fuerunt civitates, super quas exercuit tirannidem inauditam: Verona, Vicentia, Padua, Tarvisium, Feltrum, Tridentum et Brixia. Omnia etiam[s] castra episcopatus Cenetensis sue subdidit potestati Padua vero et Tridentum ante mortem ipsius ab eius iniquis manibus evaserunt. Per triginta quatuor fere annorum curricula[t], excluso[u] comite Sancti Bonifacii cum suis amicis, Veronam optinuit violenter; et tante[v] civitatis potentia exaltatus, excellentis principis Federici[w] amicitiam acquisivit; cuius fretus virtute, cunctam sibi marchiam subiugavit. Ipsius quippe maligna instigatione imperator potentissimus Federicus, cui prebuit[x] iste tirannus introitum in Italiam per Veronam, violenter concussis viribus totius imperii Lumbardiam voluit optinere. Cuius rei causa inter Romanam ecclesiam et imperium inexorabilis discordia est exorta, propter quam multa[y] milia hominum in diversis mundi partibus perierunt. Horum malorum caput, medium et finis exstitit perfidus Ecelinus[z].

Fama[*] igitur predicte victorie per urbes Italie discurrente[a], omnes populi de ruina tiranni mirabiliter exultabant, divine virtutis potentiam collaudantes. Non fuit ita generalis letitia[b] et commune tripudium a multis retro temporibus in civitatibus Lumbardie. Tunc Vicentini, his rumoribus excitati, confestim suos cives, qui fugerant[c] a facie terribilis Ecelini et Padue residebant, ut redirent Vicentiam rogaverunt; et sic omnes ad propria sunt reversi. Similiter Feltrensis episcopus et fideles ecclesie cum eo ad suam civitatem pacifice redierunt. Gens autem potentissima Venetorum, quam divina clementia fecit sepissime[d] de suis hostibus triumphare, audiens tirannum horribilem corruisse, gavisa est vehementer; statimque assumptis Tarvisinis, qui effugerant[e] rabiem tirannorum, Ecelini

a) inhabitationes 1. b) qua 1; quare 4. c) *deest* 1. d) periculo 1. e) populus 1. f) de talibus *desunt* 1. g) *deest* 1. h) Guidonem — Foroliviensem *desunt* 2. i) a nobis 3. k) De morte perfidi Ecelini. Cum 3. 4. l) perductus 1. m) *in 2 pro* ibique post paucos dies *sequuntur haec (sumpta ex Rolandini chron. facta L. XII. c. 9 supra):* honorabiliter, ut in hoc casu decuit, et adhibitis sapientissimis medicis, quicunque sunt crediti meliores, habitus est Ezelinus in tanta cura, qualem laudare posses factam per Albricum eius fratrem. Est autem sapientibus notum, quod medicina potest forte differre mortem, nequit autem tollere vel fugare. Mortis autem libertas sive morsus altitudinem spernit, potentiam vilipendit, superbiam calcat pedibus, irridet nobilitatem, corpora quoque cuncta speciosa deformat, suum quoque dominium infallibile triumphaliter monstrat in cunctis genitis super terram. Nam ecce quod Ezelinus, olim tante altitudinis homo, in predicto anno Domini die 11. post predictam captionem eiusdem. n) 2 *addit haec:* sepultusque in Suncinum *(ex Rolandini chron. l. l.)*. Anima vero eius deportata est a demonibus in gehennam ignis. o) In — sepulture *desunt* 2. p) ibi — reconditum *desunt* 2. 3. 4. q) Eius — proiecerunt *desunt* 2. r) tumultus 3. 4. s) enim 3. 4. t) curriculum 3. 4. u) *deest* 1; excusso 2. v) tandem 3; eamdem 4. w) fide et 1. x) eum inprebuit 1. y) *deest* 1. z) 2 *addit, quae leguntur supra, haec:* cuius autem animam infelicem — redemptio, proiecerunt. *) Qualiter post ruinam perfidi Ecelini facta est pax in marchia universa. Fama 3. 4. a) decurrente 3. 4. b) let. et com. *desunt* 2. c) confugerant 2. d) persepe 1. e) fugerant 1. 2. 74) Bagdad.

1259. Oct. scilicet et nequissimi Albrici, ad invadendum Tarvisium exercitum destinavit. Ecelinus namque toto tempore[a] sue tirannidis, tumore superbie nimium excecatus, frequenter Venetos multis iniuriis lacessivit. Sed ipsi, sicut[b] viri astuti et donis[c] sapientie et prudentie pre cunctis populis Italie predotati, tacite dissimulando tempus congruum expectabant, in quo possent tiranno pro meritis respondere; et ipsorum expectatio non est suo desiderio defraudata. Ipsorum namque virtutis[d] potentia et consilio Padua est devicta, et postmodum[e] ab impetu Ecelini viriliter est defensa.

Albricus itaque de Romano, fraterne impietatis impiger imitator, impar quidem fratri ratione dominii sed eidem in malicia coequalis, audiens Ecelinum in suis malitiis comprehensum, obstupuit vehementer. Et cum esset conscius[f] multorum malorum, que fecerat Tarvisinis[g], quos crudeliter eiciendo de civitate bonis omnibus spoliavit, quosdam vero[h] ipsorum ignominiose suspendit variisque modis occidit, alios autem cesos gladio iacere fecit insepultos in medio platearum, non fuit ausus inimicorum expectare adventum; sed cum uxore et filiis nocte Tarvisium dereliquit, et ad castrum sancti Zenonis confugiens, in[i] quo erant tesauri reconditi Ecelini, ibi, munitione loci confisus, suam arctissimam constituit mansionem. Hoc audito, Tarvisini simul cum exercitu Venetorum ad civitatem protinus accesserunt et a civibus suis[k] gratanter et pacifice sunt recepti. Omnia vero castra marchie, tam in planicie quam in montibus constituta[l], suis civitatibus in brevi tempore reddita sunt a custodibus Ecelini. Ad ista namque omnia feliciter peragenda strenue se gerebat tam populus quam militia Paduana, pariterque presentia et persuasio sapientissimi[m] patris Gregorii patriarche Aquiligiensis, qui tunc erat Padue, maximum auxilium conferebat; cuius magnanimitatem[n] et prudentiam circumspectam in arduis negotiis et summis periculis tota Italia est experta. Veronenses autem[o] cum longo tempore fuissent crebris bellorum tempestatibus conquassati, habere pacem cum parte comitis plurimum affectabant; unde audientes casum nefandissimi Ecelini, gavisi sunt vehementer, quia erepti erant[p] de tam gravissima et longissima servitute. Accidit namque Veronensibus, Iob 6, 16. quod dicit Iob: quia dum nimis timuerunt pruinam, irruit super eos nix, immo grando et glacies infernalis, et dum quesierunt[q] equi fortitudinem declinare, in dentes leonis sevissimi incurrerunt. Horribilis enim tirannus, quem ipsi exaltaverant supra modum, ita crudeliter afflixit illam nobilissimam[r] civitatem, quod vix in ea ullum[s] nobilem militem dereliquit; populum etiam eius potentissimum gladio, fame, igni et diversis suppliciis vehementer[t] attrivit. Nam in una die fere ducentos Veronenses fecit simul cum[u] ipso carcere igne circumposito[v] concremari. Post continua itaque suspiria et[w] dolores, tandem Veronenses, celitus[x] recepta desideratissima libertate, omni dilatione postposita, custodes tiranni de custodiis[y] expulerunt, et apertis carceribus tenebrosis, cunctos captivos utriusque sexus protinus dimiserunt. Statimque ad comitem Sancti Bonifacii, Mantue commorantem, et ad reliquos suos cives nuncios dirigentes, ut ad suam[z] redirent patriam[*], eos amicabiliter hortabantur. At illi, post longum exilium natalis dulcedine soli perfrui cupientes, ad dilectam civitatem letanter et pacifice redierunt. Sublata namque de medio discordie materia[a], in tota marchia pax tranquilla et dulcis concordia subito est effecta. Sicque patuit per effectum, quod solus filius perditionis pacem et salutem omnium excludebat Nam ut suum dominium augmentaret pariter et firmaret, ubicunque poterat studiose venenum odii et dissensionis inter populos effundebat. Suspecta namque[b] tiranno erat dilectio[c] caritatis; putabat enim, non diu suum dominium permansurum, si cives invicem se amarent.

Congruum[d] duximus in hoc opusculo nefarii Ecelini breviter exprimere qualitates, ut ex istorie monumento etiam posteris ad cavendam dolosam astutiam tirannorum[e] munimen[f] et subsidium prebeatur. Nam talium versutia[g] et calliditas detestanda sub pretextu magnanimitatis[h] et probitatis in exordio sue tirannidis frequenter apud miseros populos occultantur;

a) vite *add.* 2. b) *deest* 3. 4. c) docti 1. d) virtute et 2. e) 2 *addit haec:* cum Paduanis et Mantuanis et domno Gregorio Aquiliensi patriarcha et domno Azone marchione Estensi. f) suis 3 4 *pro* cum esset. g) memor *add.* 3. 4. h) *deest* 3. i) in — Ecelini *desunt* 3. 4. k) *deest* 2. l) constituta — civitatibus *desunt* 1. m) sanctissimi 3. 4. n) magnitudinem 2. o) *deest* 1. 2. p) essent 2. q) quaererent 3. 4. r) nobilem 2. s) unum 2. t) valde 2. u) carceratos in 1 *pro* cum. v) supposito 2. w) supplicia atque 3. 4. x) *deest* 1. y) custodibus 2; munitionibus 3. 4. z) sua 3. 4. *) *deest* 3. 4. a) sublato — amatore 1. 2. b) quippe 3. 4. c) dilactatio 2; dilatio 3. 4. d) De qualitatibus terribilis Ecelini. Congruum 3. 4. e) et ut neque *add.* 2. f) munimen — prebeatur *desunt* 1. g) astucia 2. h) humanitatis 1.

sed cum potentie culmen fuerint assecuti, elati potestate, malitiam sibi insitam, quam[a] 1259. palliaverant pro potentia obtinenda, affligendo subditos manifestant. Istum quippe modum ad decipiendum miseros homines tenuit magister scelerum Ecelinus. Dum enim sicut civis[b] in statu degeret militari, acer quidem erat in hostes, erga tamen[c] amicos lenis[d] et tractabilis videbatur; in promissis quoque satis erat fidelis, in proposito stabilis, in verbis maturus, in consilio providus et in omnibus factis suis miles egregius apparebat. Sed postquam marchie dominium est adeptus, statura corporis, que mediocris fuit, eadem permanente[e], repente in virum[f] alterum est mutatus; nam in facie austerus protinus[g] est effectus. Talis namque apparebat in vultu, qualis erat in actu; in modo loquendi terribilis, in incessu superbus, solo[h] intuitu homines deterrebat. Ab amore satis abstinuit mulierum; sed viros ab uxoribus separabat et eos cum aliis de facto contrahere compellebat. Latrones odio habuit et predones, sed illorum supplebat officium, omnes indifferenter spoliando pariter et mactando. Valde suspiciosus fuit; semper namque in deteriorem partem facta et verba indifferentia[i] exponebat. Omnino[k] fuit immisericors; crudelitate namque superavit sevitiam omnium tirannorum. Inimicus erat pacis, et bellorum civilium sedulus excitator. Callidissimus exactor erat in pecunia congreganda, largus autem numorum[l] effusor pro militibus conducendis[m] et potentia dilatanda. Spoliator fuit ecclesiarum, clericorum vero et religiosorum crudelissimus interfector. Prelaturas et prebendas ecclesiarum ad libitum suum, quibuscumque volebat, ac si esset summus pontifex, conferebat. A fide namque catholica fuit penitus alienus; ob hoc sicut perfidus hereticus ab ecclesia est damnatus. Quinquaginta[n] fere milia hominum eius occasione ac iussu, gladio fame et tormentis crudelissime perierunt. Quandam enim sitim et famem se pati[o] putabat, nisi[p] carnes civium laniari et sanguinem humanum videret profundi. Inter cetera vero sua nefanda facinora, que tot et tanta fuerunt, quod adhuc[q] homines ea pro fabulis reputabant[r], quod hominis modum excedere videbantur, hoc etiam voluit non deesse, quia[s] ipse sicut hostis nature humani generis propagationem voluit prohibere, castrando viros uxoratos et infantes, proh pudor, etiam mulieres. Multis etiam feminis nasos cum superioribus labiis et ubera[t] fecit crudeliter amputari; nichilominus natos earum lactantes[u] privavit lumine oculorum. Et ne quis dicat, ipsum contra inimicos tantummodo talia perpetrasse, sciat quilibet, quod nunquam benignus, nunquam fuit finaliter alicui mansuetus; sed cogitatio eius semper circa internicionem[v] hominum versabatur et, qualiter eos affligeret, quotidie disponebat. Ad amaritudinem namque animos hominum perducebat diversimode, die noctuque vanis[w] et inutilibus eos laboribus et inauditis suppliciis affligendo. Nam palatia pulcherrima et amplissima sibi[x] fieri cum summa instantia faciebat, quasi semper esset victurus — in quibus tamen nunquam voluit habitare — nec non castra et turres in summis montibus et civitatibus construebat, ac si crederet, se ab inimicis quotidie obsideri. Hec autem omnia ad ostentationem[y] sue potentie et ad terrorem et admirationem hominum faciebat, et ut famam sui nominis ita imprimeret in mentes singulorum, ut eam nullo modo[z] valeret unquam[*] oblivio abolere.

Cum[a] post ruinam perfidi Ecelini cuncte civitates, que fuerant eius subdite ditioni[b], ad concordiam et pacem redissent, soli Brixienses in sua duritia remanserunt[c], partem extrinsecam redire ad propria minime permittentes. Tunc marchio Palavicinus, cupidus dominandi, sperans propter discordias partium se posse[d] Brixiam obtinere, quasi amicabilis mediator utrique parti dolosis promissionibus, quod eas ad concordiam reduceret, repromisit. Cum igitur post[e] multas esset[f] ambages dominium Brixie, peccatis Brixiensium exigentibus[g], assecutus, statim cepit Ecelini vestigia imitari, partem eius fovendo et fideles ecclesie[h] intrare civitatem nullatenus permittendo. Legatum etiam Romane ecclesie, venerabilem virum archiepiscopum Ravennatem[75] ab Ecelino in Brixia in vinculis dere- 75 lictum, quasi heres malitie Ecelini, precepit cum summa diligentia custodiri. Pro cuius liberatione domnus papa Alexander quartus[i] sollicitus vehementer tam Palavicino quam

a) quam — obtinenda *desunt* 3. b) suus 1. c) tantum 2. d) letus 2. e) ead. perm. *desunt* 2. f) hircum 2. g) *deest* 3. 4. h) in 2. i) *deest* 1; in deteriorem sententiam 2 *pro* indifferentia. k) omnis 1. l) munerum 1. m) congregandis 3. 4. n) et plus *addit* 2; quinque *addit* 3. 4. o) pari 1. p) ubi 1. q) ad hoc 3. 4. r) reputabunt 1. s) nam 3. 4. t) et etiam uberibus 2. u) lactentes 1. v) intermptionem 1; intentionem 3. w) variis 2. x) sibi fieri *desunt* 2. y) ab ostentatione 1. z) nunquam 3; nulla 4 *pro* nullo modo. *) *deest* 1.
a) Qualiter Palavicinus obtinuit Brixiam, et de evasione legati. Cum 3. 4. b) dominationi 3. 4. c) permanserunt 2. d) *deest* 1. e) *deest* 2. f) *deest* 1; etiam 3. g) existentibus 1. h) persequendo 2 *pro* intrare — Romane ecclesie. i) Al. qu. *desunt* 3. 4.

75) Philippum.

1259. Brixiensibus litteras destinavit; sed ipsi apostolica mandata pro nichilo reputantes[a], legatum dimittere noluerunt. Legatus autem videns eorum animos obstinatos, habito suorum consilio servientium, quodam sero custodibus credentibus, ipsum cum serviente in conclavi more solito fabulari, alligavit[b] funem firmiter ad[c] columnam, et emittens[d] ipsum per fenestram alti palacii, in quo tenebatur inclusus, fune manibus apprehenso, illesus ad terram descendit. Et cum extra civitatem latenter exisset, super equum preparatum sibi[e] ascendens, uno tantum contentus comite, versus Mantuam fugam arripuit festinanter. Taliter vir magnanimus Domino auxiliante manus evasit hominum perfidorum.

1260. Anno[f] Domini 1260. cum Albricus de Romano, ut predictum est, morte perterritus Ecelini, Tarvisium dimisisset et in fortissimum castrum Sancti Zenonis cum militibus Teotonicis et aliis suis fidelibus conscendisset[g], Tarvisini, Paduani et Vicentini simul ipsum instantissime obsederunt, introitum et exitum ei penitus prohibentes. Et quatuor mensium Aug. 23. obsidione peracta, obsessi[h] milites et alii populares gratiam invenire inimicorum in tanto periculo cupientes, primo castrum, deinde turrem[i] castri munitissimam[k] et ipsum facinorosum cum uxore et filiis[l] et filiabus in manus[m] hostium tradiderunt. At illi, non immemores eius malitie detestande, absque mora eum cum uxore ac sex filiis et duabus filiabus, Aug. 26. ut eius facinora exigebant, morte crudelissima peremerunt.

Iste quippe tirannus crudelitate ac malicia ita fuit Ecelino per omnia coequalis, ut determinate nequeat diffiniri, cui de duobus potissimum crudelitatis et impietatis palma valeat assignari. Et sane Albricus preire fratrem in flagitiis videbatur, quod eius insaciabilem libidinem matronarum et virginum multitudo nunquam[n] potuit satiare. Quandocunque[o] enim videbat matronas nobiles et virgines speciosas, in earum concupiscentiam exardescens[p], quam cicius poterat, eas ad suam deduci libidinem faciebat. Tantus vero metus tiranni nequissimi milites plebemque oppresserat Tarvisinam, ut nec etiam, quod timebant, auderent ostendere manifeste; sed cum gemitu[q] et suspiriis ferebant gravissimam[r] servitutem, et timore mortis prohibebantur pro libertate aliquid cogitare. Cor quippe Albrici durum non[s] minis cedebat[t] nec precibus movebatur, inverecundum erat ad turpia, inhumanum ad humana, in exigenda vindicta crudelitatem habens tigridis et leonis. Nulla super afflictos misericordia movebatur, nec mulierum lamentis nec fletibus parvulorum poterat emolliri. Et ut eius immanissima[u] crudelitas breviter declaretur, unum de sceleribus tiranni nefandissimi in medium deducatur, per quod valeat eius summa nequitia recognosci. Dum quadam die suspendi quosdam milites precepisset, antequam eorum guttura laqueis stringerentur, uxores eorum adesse precepit ad tam horribile spectaculum intuendum; quarum capillos, cernentibus viris, fecit precidi, vestesque iussit a mammillis inferius amputari, et in continenti ante[v] oculos miserabilium mulierum mandavit maritos earum in patibulum[w] elevari. Quo facto, statim[x] expulit miseras de Tarvisio sic turpiter denudatas, Venetiasque, nullo precedente ductore, coegit quam cicius[y] properare.

O infelix humana conditio, et nescia futurorum! Quid in crastinum gloriaris, nesciens, quid superventura pariat[z] dies tibi et ad quem finem rota fatorum volubilis te devolvat[*]? Ecce in spacio undecim mensium duorum fratrum sidera tangentium, quibus ceteris circumspectis in magna parte orbis de facili non possent similes inveniri, vita simul est et potentia terminata. Ubi nunc[a] est Ecelini superbia effrenata? ubi acies militum ordinate? ubi armatorum ei astantium multitudo? ubi obscena voluptas delicatissimi Albrici, que dum esset ab ipso expleta, non satietatem sed famem ei[a] parere videbatur. Merito, inquam, illud corpus lubricum, igne luxurie inflammatum, postquam gladiis est in frusta[b] concisum, a populo Tarvisino in platea civitatis est voraci[c] flamma consumptum, et omnino[d] caruit sepultura[e]. Quid predictis tirannis profuit superbia et divitiarum iactantia, quid contulit eis boni[e]? Transierunt vero omnia ista tamquam umbra. Tota namque ipsorum progenies a[f] victoribus radicitus est deleta; etiam lactanti[g] parvulo flavisque[h] puellis ardens ira

a) repudiantes 3 *pro* pro nichilo reputantes. b) ligavit 1. c) quandam *add.* 2. d) dimittens 2. e) *deest* 3. 4. f) De obsidione et interfectione infelicissimi Albrici. Anno 3. 4 g) consedisset 1. 3. 4. h) obsessum 1. i) partem 3. k) munitam 1. l) ac sex filiis et duabus filiabus hostium tradiderunt 2 *pro* et filiis — duabus filiabus. m) in manus — filiis et *desunt* 1. n) non 3. 4. o) Quandoque 1. p) erat et *add.* 1. 2. q) sed gemitibus 3. 4. r) maximam 1. s) nec 2. t) *deest* 2. u) maxima 3. 4. v) ante — mulierum *desunt* 2. w) patibulo 3. 4. x) subito 2. y) quantocyus 3. 4. z) paravit 1. *) volvet 2; devolvet 4. a) *deest* 2. b) castra 1; frustra 2. c) *deest* 1. d) sic 3. 4. e) 2 *addit haec:* anima vero eius, a demonibus deportata, sepulta est in inferno. f) ab ipsorum 1. g) lactenti 1. h) parvisque 1; puelis virginibus ira 2.

hostium non pepercit; et possessiones eorum amplissime sunt ad extraneos devolute. 1260. Periit[a] itaque cum sonitu memoria tirannorum; et Dominus, vindicans sanguinem ser- Apoc. 19, 2. vorum suorum, quem crudeliter effuderunt, et aspiciens lacrimas viduarum compatiensque gemitibus oppressorum, permanet in eternum. Legitur sane, quod magi[b] Pharaonis in signo tertio defecerunt; sic domus nobilissima et potentissima de Romano, arte diabolica nimium exaltata, in tertio gradu sue altitudinis cecidit et deficit, nec adiciet[c], ut resurgat Ps. 40, 9. Magna quippe fuit in avo istorum, maior in patre, maxima extitit in duobus[d] predictis fratribus et famosa. Sed quia[d] negatum est[e] summis, diutius permanere, in illis[f] cecidit, qui tumore inflati superbie, nunquam se casuros a culmine potentie cogitabant. Nullus igitur de sui status securitate presumat.

Sub[g] precedenti annorum curriculo, cum tota Italia multis esset flagitiis et sceleribus inquinata, quedam subitanea compunctio[h] et a seculo inaudita invasit primitus Perusinos, Romanos postmodum, et deinde fere[i] Italie populos universos. In tantum itaque timor Domini[k] irruit super eos, quod nobiles pariter[l] et ignobiles, senes et iuvenes, infantes etiam quinque annorum, nudi per plateas civitatum, opertis[m] tantum[n] pudendis[o], deposita verecundia, bini et bini[p] processionaliter[q] incedebant; singuli flagellum in manibus de corigiis continentes[r], et cum gemitu et ploratu se acriter super scapulis usque ad effusionem sanguinis verberantes[s]; et effusis fontibus lacrimarum, acsi corporalibus oculis ipsam Salvatoris cernerent passionem, cantu lacrimabili[t] Domini misericordiam et Dei genitricis auxilium implorabant; suppliciter deprecantes, ut, qui Ninivitis[u] penitentibus est placatus[76], et ipsis, iniquitates proprias cognoscentibus, parcere dignaretur. Non solum 76 itaque[v] in die, verum etiam in nocte cum cereis accensis[w], in hyeme asperrima, centeni et milleni[x], decem milia quoque per civitates et ecclesias circuibant[y], et se ante altaria humiliter prosternebant, precedentibus eos sacerdotibus cum crucibus et vexillis. Similiter in villis et oppidis faciebant, ita quod a vocibus clamantium ad Dominum resonare videbantur simul campestria et montana. Tunc[z] siluerunt omnia musica instrumenta et amatorie cantilene. Sola cantio penitentium lugubris audiebatur ubique, tam in civitatibus quam in villis, ad cuius flebilem modulationem corda saxea[*] movebantur, et obstinatorum oculi se a lacrimis non poterant continere. Mulieres quoque tante devotionis fuerunt minime inexpertes, sed in cubiculis suis non[a] tantum populares, sed etiam matrone nobiles et virgines delicate cum omni honestate hec eadem faciebant. Tunc fere[b] omnes discordes ad concordiam redierunt, usurarii et raptores male ablata restituere festinabant, ceterique diversis criminibus involuti, peccata sua humiliter confitentes, se a suis vanitatibus corrigebant. Aperiebantur carceres, dimittebantur captivi, et exules redire ad propria sunt permissi. Tanta breviter[c] opera sanctitatis et misericordie tam viri quam femine ostendebant, acsi timerent[d], quod divina potentia ipsos vellet igne celesti consumere vel hiatu[e] terre subito absorbere aut concutere[f] vehementissimo terre motu seu aliis plagis, quibus divina iustitia se ulcisci de peccatoribus consuevit. Super ista vero penitentia repentina, que ultra etiam fines Italie per diversas provincias est diffusa, non solum viri mediocres sed etiam sapientes non irrationabiliter mirabantur, cogitantes, unde tantus fervoris impetus proveniret, maxime cum iste modus penitentie inauditus, non fuisset a summo pontifice[77] institutus qui tunc Anagnie[g] residebat, nec ab alicuius predicatoris[h] vel auctorizabilis persone industria vel facundia persuasus, sed a simplicibus sumpsit initium, quorum vestigia docti pariter et indocti subito[i] sunt secuti. Sed revera Spiritus sancti gratia, que nescit Ioh 3, 8 tarda rerum molimina[k], immo repente ubi vult spirat, corde unius hominis sui amoris igne succenso, exemplo illius ceteros inflammavit.

a) Pereat 3. 4. b) magnifica — insignia 1 *pro* magi — in signo tertio. c) aliquid erit 1 *pro* adiciet. d) *deest* 2. e) in *add.* 1. f) ideo ceciderunt 1 *pro* in illis cecidit. g) De mirabili modo poenitentiae, qui habuit initium in Italia, et postea est diffusus per diversas provincias Europae. Sub 3. 4. h) compositio 3. i) in *add.* 1. k) Christi 3. l) pariter et ignobiles *desunt* 1. m) cohopertis 1. n) tantundem 3. 4. o) pudibundis 1. p) uni et uni 1. q) processionibus 1; procesionabiliter 2. r) habentes 2. s) verberabant 1. t) cantu lacrimabili *desunt* 3. 4. u) *deest* 1; in innumeris 3. 4. v) *deest* 2. w) *deest* 1. x) centum et mille 1. y) currebant 3. z) Siluerunt tunc temporis 3. 4. *) non solum seva corda sed etiam saxa 1 *pro* corda saxea. a) non — virgines delicate *desunt* 1. b) *deest* 1. 2. c) igitur 2; enim 3. d) timeretur 1. e) iactu 1; iactura 3. 4. f) corruere 1. g) Vinioni 2. h) predicatoris vel *desunt* 1. i) *deest* 2. k) volumina 2.

76) Cf. Ionas c. 3. 77) Alexandro IV.

1260. Princeps[a] Manfredus, naturalis[b] filius Federici imperatoris — qui regnum Sicilie et Apulie usurpavit et auctoritate propria capiti suo imposuit[c] diadema tam in preiudicium Romane ecclesie quam in gravamen et oppressionem Corradini ducis Suevie, filii regis Corradi — inhibuit potenter per omnes partes opulentissimi sui regni, ne aliquis tali scemate penitentie uteretur[d], crudelem mortem transgressoribus cominando. Timebant enim, ne sub forma huiusmodi novitatis processus sue tyrannidis posset impediri[e]. Promulgavit itaque hoc crudelitatis edictum non solum in Apulia sed etiam in marchia Anconitana et in magna parte Tuscie, quam iure belli[f] sibi acquisivit[g]. Extulerat[h] siquidem cornu superbie predicti principis[i] tam adversus Deum[k] quam adversus homines victoria triumphalis, quam
Sept. 4. de parte ecclesie, que Florentiam obtinebat, incredibiliter est adeptus. Florentini namque, qui frequenter de suis triumphaverant inimicis, coram militia principis, quam in auxilium Senensium destinaverat, cum essent ultra 70 milia bellatorum, eorum peccatis exigentibus, miserabiliter[l] corruerunt; qui[m] vero perierunt mala morte, fuerunt plus quam decem milia; capti vero fuerunt septem milia. Illi autem qui de bello evadere potuerunt, nimio terrore perterriti Florentiam deserentes, ad quam occupandam inimicorum exercitus properabat, ad Lucanam urbem se quantocius[n] contulerunt. Taliter princeps cum sua parte illam potentissimam obtinuit civitatem, et cum ipsa pariter[o] fere sibi totam Tusciam subiugavit.

Marchio etiam[p] Palavicinus, non segnis dicti principis imitator, tam Cremone[q] quam Brixie vel Mediolani, ubicumque potuit sue tirannidis officium exercere, prohibuit terribiliter, fieri solempnis penitentie laudabilem novitatem. Suspecta sunt quippe tirannidi[r] opera pietatis; nam[s] male agentibus omnino sunt lucis opera odiosa. Formidabat enim tirannus astutus, ne ipse suum amitteret principatum, si cives divina gratia inspirati, redirent ad concordie unitatem et partem extrinsecam ad propria[t] revocarent. Gaudium siquidem et securitas tirannorum est discordia civitatum[u]. Sicut[v] enim[w] piscis gaudet et discurrit in gurgite, ita ipsi in dissensionibus civium delectantur. Non solum autem[x] duo predicti principes, iniquitatis filii et magistri, renuerunt accipere disciplinam, sed etiam quidam alii, qui fideles ecclesie videbantur, non cum tanta devotionis efficacia[y], ut debebant, donum celestis gratie receperunt. Multi quippe videntur habere vocem Iacob[z] humilem et suavem, sed manus[*] eorum hispide et nocive manibus Esau esse similes comprobantur.

78 Cum[a] predicta in partibus Italie gererentur[b], Bela[78] rex Ungarie, viribus totius potentie sue concussis[c], ad[d] inimicandum contra regem Boemie[79] consanguineum suum se[e] magnifice preparavit. Exorta namque fuerat contentio inter eos propter ducatum Austrie et Stirie[f], quem rex Bohemie dicebat ad se totaliter pertinere, quia neptem ducis Austrie[80] duxerat in uxorem, ad quam erat[g] paterna hereditas[h] devoluta. Rex[i] vero Ungarie econtra rationem aliam proponebat. Denique cum sola vexatio Tartarorum dare intellectum illi plenarie[k] debuisset, quorum nimis expertus fuerat rabiem metuendam, ipse tamen[l], postposita sollicitudine se ab imminenti eorum impetu defendendi, adversus dictum regem arma infeliciter arripuit, triumphi gloriam habitura[m]. Congregansque exercitum de diversis nationibus copiosum, in quo fuerunt centum milia equitum armatorum, castra metatus est iuxta quendam fluvium in extremis finibus regni sui. Tunc rex Boemie, tam propria[n] fretus virtute quam principum Alemanie, qui magnificum[o] ei auxilium prebuerant, processit illi obviam cum ingenti multitudine militum electorum, et ex opposito[p] fixit castra super[q] fluvium memoratum[r]. Multum tamen minoris numeri erat militia Boemorum et Theutonicorum,

a) **Quod princeps Manfredus et Palavicinus prohibuere suos subiectos solemniter poenitere.** Princeps 3. 4; Princeps autem 1; Eodem tempore princeps 2. b) *deest* 1. 2. c) posuit 1. 2. d) uniretur 1. e) impediretur 1. f) *deest* 1; proelii 3. 4. g) quesivit 1. h) et tulerat 1. 2. i) predictus princeps 2. k) Deum — adversus *desunt* 1. l) mirabiliter 2. 4. m) qui — septem milia *desunt* 2. 3. 4. n) quamcicius 1. o) *deest* 2. p) autem 2. q) Crema 2. r) tyrannidis 2; tyrannis 4. s) et 3; tam 4. t) ad propria *desunt* 4. u) civium 4. v) Sicut — delectantur *desunt* 3. w) *deest* 4. x) *deest* 2. y) gratia, ut debebant contaminaverunt, ut non reciperent donum celestis gratie 2 *pro* efficacia — receperunt. z) *deest* 1. 2. *) manus — comprobantur *desunt* 1. a) **De bello, quod Ungariae rex et rex Bohemiae pro ducatu Austriae et Styriae habuerunt.** Cum 3 4; Cum — concussis *desunt* 1. b) agerentur 2. c) concussus 3. 4. d) princeps usus ad dimicandum 1 *pro* ad inimicandum. e) destruere 1 *pro* se. f) et Stirie *desunt* 1. g) ipsa rationabiliter pertinebat 1 *pro* erat — devoluta. h) paternitas 4 *pro* paterna hereditas. i) Rex — devoluta *desunt* 1. k) salutarem 1 l) *deest* 1. 2. m) habiturus 1. n) *deest* 1; suorum 2. o) magnum 3; maximum 4. p) proposito 1. q) supra 1. r) *hic terminatur* 1, *additis verbis his:* Deo gratias.

78) IV. 79) Otacarum II. 80) Margaretam, filiam Liupoldi VI. ducis Austriae, viduam Heinrici (VII.) regis.

comparatione partis adverse, sed non inferioris audacie et virtutis. Cum igitur ambo 1260. reges in castris[a] aliquot dierum[b] spacium permansissent[c] et mediante fluvio congrediendi copiam non haberent, tandem quidam milites animosi ex utroque exercitu, quietis impa- Iul. 12. tientes, prelium commiserunt. Et in primo quidem congressu[d] multi nobiles milites[e] ex parte regis Boemie ceciderunt, quorum ruina miserabilis valde accendit regis animum ad vindictam de adversariis faciendam. Cum igitur utraque pars fortiter dimicaret, multitudo Cumanorum, qui venerant in auxilium regis Ungarie, quorum erat confidentia in arcubus et sagittis more[f] orientalium[g] nationum, non valens Theutonicorum et Boemorum precipitem impetum sustinere, in fugam protinus[h] est conversa. Ex barbaris itaque et Ungaris multi gladio sunt occisi, plurimi vero in flumine[i] sunt submersi. Rex igitur Ungarie[k] videns suas acies dissipatas, armis proiectis[l] cum suo exercitu fugam accipit festinanter. Victores autem non destiterunt persequi fugientes, donec eorum castra, refecta[m] omnibus necessariis, intraverunt; ibique ultra modum spoliis hostium sunt ditati. Post dampna itaque rerum[n] et immensam stragem exercitus, rex Ungarie per experientiam recognoscens, ita reges ut[o] populares vanitati et diversis casibus subiacere, legatos continuo ad hostes direxit, que pacis erant, humiliter postulando[p]. Cuius peticioni rex Bohemie nec non principes Alemannie, interpositis quibusdam conditionibus, assensum velociter[q] prebuerunt. Et sic inter illustres reges post alterna vulnera preliorum sunt pacis federa celebrata[r].

Anno[s] Domini 1261, cum summus pontifex Alexander[t] sex annis cum[u] dimidio Ro- 1261. Mai. 25 manam ecclesiam gubernasset, die septimo exeunte Madio vite sue cursum in civitate Viterbio pacifice terminavit. Iste toto tempore sui regiminis nullum constituit cardinalem; nam cum quidam de cardinalibus edificare Syon in sanguinibus affectaret, quidam vero Mich. 3, 10 vellent[v] viros ydoneos promovere, ipse[w], licet haberet plenitudinem potestatis, timore tamen[x] scandali neutram partem voluit exaudire. Post cuius[y] obitum cardinales numero octo de summo pontifice eligendo magnam inter se discordiam tribus mensibus habuerunt. Tandem, septiformis Spiritus gratia illustrati, die tercio exeunte Augusto, reverendissimum Aug. 29 virum patriarcham Ierosolimitanum, Gallicum natione, qui tunc temporis erat in curia pro negociis terre sancte, concorditer elegerunt, qui Urbanus quartus mutato[z] nomine est vocatus. Iste[*] quarto mense sui pontificatus numerum cardinalium ampliavit, preclaros Dec. viros, vita et scientia insignitos, ad tam sanctum collegium promovendo. De quorum numero, divina providentia faciente, extitit benignissimus dominus Simion de Montescillice, canonicus Paduanus, quem[a] tam forma corporis quam nobilitate generis et gratiosis moribus et multiplici scientia divina[b] gratia decoravit[c].

Circa[d] hec tempora quidam Grecus nomine Paleologus, quod interpretatur[e] lingua Latina[f] *vetus sermo*, post mortem Vatacii[81] et eius filii[82] per tyrannidem fere tocius Grecie 81 obtinuit principatum. Iste in primo potentie sue progressu Guielmum[83] Francigenam, principem Bithinie et Achaie[g], sibi cum exercitu infeliciter[h] occurrentem, gravi prelio superavit[84], ipsumque vivum capiens, in carcere tenebroso reclusit, sperans per ipsum 1259 totam terram principatus[i] eius leviter obtinere. Hac igitur elevatus victoria, Paleologus aspirare cepit ad imperium Romanie et diligentissime cogitabat, qualiter urbem Constantinopolim posset invadere, quam gens catholica Venetorum sola cum infinitis expensis et periculis et cum labore[k] maximo defendebat. Credebat namque firmiter Paleologus, Constantinopoli acquisita, omnes maris insulas et civitates in terra firma constitutas, a Latinis et Venetis maxime iure belli possessas, se breviter habiturum. Igitur cum vehementer laboraret, ut propositum suum effectui manciparet, sciens vir callidus et astutus, quia labor improbus[l] omnia vincit, pariterque cognoscens, quod peccunie obediunt omnia, maximeque[m] homines necessariis indigentes, per ydoneas personas mediante peccunia et

a) per *add.* 4. b) dietam 2. c) pertransissent 2. d) ingressu 2. e) *deest* 3. 4. f) inter 2. g) occidentalium 3. 4. h) pariter vel protinus 2. i) fluvio 3. k) *deest* 2. l) dimissis atque proiectis armis 2. m) referta 3. n) eorum 2. o) et 2. 3. p) postulantes 2. q) viriliter 3. 4. r) copulata 3. 4. s) De obitu papae Alexandri et de electione Urbani. Anno 3. 4. t) *deest* 4. u) et 3. 4. v) velet 2. w) ipse — potestatis *desunt* 2. x) *deest* 3. y) eius 4. z) *deest* 3. *) *deest* 4. a) quem — nobilitate *desunt* 2. b) divina gratia *desunt* 2. c) decoratus 2. d) Qualiter Veneti Constantinopolim amiserunt. Circa 3. 4. e) interpretatum 3. 4. f) dicitur *add.* 3. 4. g) et Achaie *desunt* 2. h) feliciter 2. i) et principatum 4; totius terre principatum 3. k) periculo et labore 3. 4. l) probi 2. m) maxime quod 3.

81) imperatoris Nicaeni, qui obiit a. 1255. 82) Theodori Lascaris II, qui obiit a. 1258. 83) de Villa Harduini. 84) anno 1259.

promissionibus fraudolentis corrupit quosdam impios homines in urbe Constantinopolitana habitantes; qui firmiter promiserunt, ei tempore oportuno tradere civitatem. Cum igitur hec omnia essent inter Paleologum et proditores secretissime ordinata, potestas Venetorum
1261. de imperatorio[a. 85] consensu cum multitudine bellatorum bellicas naves ascendit, et ad damnificandum hostes versus mare Ponticum navigavit. Tunc patrie crudelissimi proditores, videntes urbem defensoribus spoliatam, habita oportunitate, circa mediam noctem
Iul. 25. die septimo exeunte Iulio, unius porte occisis custodibus, militibus Paleologi gloriose urbis aditum prebuerunt, expletis quinquaginta octo[b] annis, quod eam viriliter invaserant Francorum principes et gens inclita Venetorum. Cum itaque Greci Constantinopolim ingressi essent[c], sicut patres eorum famosissimam[d] Troiam, ita ipsi urbem regiam protinus succenderunt. Tunc imperator Balduinus, cui capta urbe remanserat tantum magni nominis umbra, milites et populus civitatis tante multitudini resistere non valentes, cum parvulis et mulieribus naves protinus ascenderunt et prospero cursu Deo dante[e] ad insulam Nigropontis pervenerunt. Verumtamen[f] propter nimiam hominum multitudinem et victualium paucitatem multi utriusque sexus oppressi dire famis angustia, in navibus, antequam portum attingerent, perierunt[f].

Cum autem Ianuenses, emuli Venetorum, audissent, quod Paleologus Constantinopolim invasisset, alacres sunt effecti; statimque pacis federe violato, quod de mandato summi pontificis inter ipsos et Venetos erat factum, societatem cum Paleologo contra Venetos statuerunt. Exinde gens Venetorum, ut posset resistere tam efficacissimis inimicis, magnis laboribus et expensis cepit vehementer affligi. Oportebat namque ipsos classem cum multitudine bellatorum ad defensionem insularum, quas tenebant, singulis annis in Greciam destinare. Licet autem excelsum verticem exaltationis de acquisitione[g] regie urbis Grecia extulisset, tamen tanta erat tunc[h] in mari potentia Venetorum, quod, nisi Ianuenses Grecis auxilium prebuissent, non sine magno tremore in mare Ionio vel Egeo Venetorum exercitui tota Grecia occurrisset. Longe quippe sunt Greci ab illo florido statu, in quo decennali bello Troiana menia in ultionem rapte Helene subverterunt, nec non a strenuitate, qua sub Alexandro invictissimo rege Macedonum, regnis[i] Asye subiugatis, totius obtinuerunt imperium Orientis. A philosophye insuper disciplinis sunt nimium elongati, in quibus ita studiosi antiquitus extiterunt, quod in artium liberalium scientia cunctos populos excellebant. Sane postquam ab obedientia Romane ecclesie recesserunt, multis sunt adversitatibus conquassati, multisque etiam existunt erroribus et falsis opinionibus involuti[k]. Unde, cum sint tam morum probitate[l] quam scientia nec non disciplina sancte matris ecclesie, que est capud et magistra omnium fidelium, denudati, merito vilissimi et abiecti a cunctis fere gentibus reputantur. Nam, qui solebant orientalium regionum imperium obtinere, facti sunt preda omnium circumstantium nationum[m]; quasi enim quelibet gens eorum spolia obtinuit et imperium laceravit. Nonne Sarraceni et Turci et alie barbare nationes omnem regionem a flumine Eufrate citra, Syriam videlicet et Ciliciam[n], Arabiam et Egiptum eorum imperio abstulerunt? Novissime autem temporibus nostris, eorum peccatis exigentibus, Francorum principes[o], Veneti et Lombardi, capta Constantinopoli et multis aliis eorum civitatibus et insulis expugnatis, de ipsorum spoliis plurimum sunt ditati. Unde Greci, erumpnarum suarum congeriem intuentes, gemendo possunt dicere: *Quid nisi preda sumus omnium populorum?*

Temporibus[p] istis Paleologus Guielmum principem Bithinie et Achaie, quem in bello
86 ceperat, abire permisit, castro Malvasie[86] et quibusdam aliis locis munitissimis ab eo receptis. Princeps autem confederatus cum Venetis terra marique Paleologum totis viribus inpugnabat.

1262. Anno[q] Domini 1262. In hoc tempore illustris iuvenis Stephanus, magnifici Andree[87] regis Ungarie et nobilis regine Beatricis generosa propago, cum diutius expectasset, in curia marchionis Estensis[88] manendo, quod frater suus Bela[89] rex Ungarie ad misericordiam

a) imperatoris 3. b) quinquaginta octo *desunt* 2, *ubi lacuna.* c) sunt 3. 4. d) franchissimam 2. e) dante Domino 3. 4. f) Verumtamen — perierunt *desunt* 2. g) terre sancte vel *add.* 2. h) *deest* 3. 4. i) regibus 3. 4. k) involupti 2. l) cum fuerunt iam tantorum probitatum 2. m) regionum 2. n) Sciliciam 2. o) princeps 2. p) De principis liberatione. Temporibus 3. 4. q) Qualiter filius regis Ungariae factus est civis Ravennas. Anno 3.

85) Balduini II. imperatoris Constantinopolitani. 86) Epidauri Limerae, urbis Laconicae. 87) II. 88) Azonis VII. 89) IV.

flecteretur, ut ei saltem aliquam particulam regni latissimi assignaret, videns quod nichil 1262. proficeret, memorato rege in sua duricia permanente, duxit uxorem Traversariam, filiam Guielmi, filii Pauli Traversarii, civis Ravennatis nobilissimi, ad quam erat paterna hereditas devoluta. Fratris itaque perfidia impellente, nolentis habere in regno consortem, compulsus est tanti regis filius feminam longe se minorem, licet ditissimam, ducere in uxorem. Excusare autem[a] regem Belam tunc quidam conabantur dicentes, quod rex benigne fratrem tractasset, nisi uxor eius[90], Ascari[b] Grecorum principis filia, impedisset, 90 que regem modis quibus poterat a clementia assidue retrahebat. Dicebat namque regi prefata regina, Latini generis inimica: *Nequaquam filius Lombarde simul[a] cum filiis meis regnum Ungarie possidebit.* Et sic[a] rex nimis credulus huiuscemodi verbis uxoris, permansit finaliter obstinatus in odio fraterno. Sed tali excusatione minime regia maiestas ab iniquitatis infamia liberatur; immo verissime potest dici, quod rex tam ditissimus in hac parte perniciosum crudelitatis exemplum in toto terrarum orbe, cum periculo sue anime et regni discrimine, regibus et principibus et cunctis hominibus dereliquit, fratri suo unico innocenti victum et vestitum crudeliter[a] denegando et comitatus et dignitates alias suis militibus et cubiculariis largiendo. Unde sicut pro peccato Ade, qui voci sue obedivit uxoris plus quam divino precepto, terra fuit in eius[c] opere maledicta; ita forsitan ob hanc predicti Gen. 3, 17 regis perfidiam divina iustitia faciente, que nullum relinquit[d] piaculum impunitum, adversus prefatum regem duplex tribulatio consurrexit, Tartarorum videlicet et Boemorum, qui regnum eius gladio[e] incendiis et rapinis plurimum vastaverunt. Nam qui iniuste alium depredatur, iusto Dei iudicio tandem incidit in manus alterius depredatoris[f].

Anno[g] Domini 1263. cum Azo[91] illustris marchio Estensis dolorem amarissimum, qui 1263. ex morte sui unigeniti filii[92] acciderat, temperasset, tenens pro illo dulcissimum[h] nepotem[93], divino munere sibi collatum, virginem nobilissimam[94], natione Ianuensem de progenie scilicet[i] magnifici pape Innocentii[95], predicto suo nepoti tradidit in uxorem, cuius nuptias cum magna claritate Ferrarie[k] celebravit. Mirabantur plurimi tunc temporis, quod marchio, postposito illustri Stephano, filio sue neptis, scilicet regine Beatricis, et filiis naturalibus quam plurimis, ferventissimum[l] amorem sui pectoris abundantius effuderit in nepotem. Sed revera hoc animum marchionis ad nimium amorem pueri specialiter inclinavit, quia puer Obizo Rainaldum querentibus exhibebat. Tam enim in moribus, quam in facie relucebat in ipso sui nobilissimi[m] genitoris imago,

Sic[n] oculos, sic ille manus, sic ora ferebat. Virg. Aen. III, 490.

Unde benignissimo principi quasi adhuc suus carissimus filius[o] vivere videbatur, cum eius expressam cerneret ymaginem in nepote. Oculi quippe marchionis grato spectaculo dilecte ymaginis pascebantur[p], ita ut amore presentis absentis filii desiderium temperaret. Rivulus namque amoris precipui, qui a[q] corde marchionis in[r] Raynaldum dum viveret defluebat, ad irrigandum[s] paternis beneficiis[r] eius clarissimam prolem totaliter inundavit. Obizo autem, egregie indolis puer, non ingratus avo benignissimo existebat, a quo sciebat se cum summo studio[t] quasi[r] de paterno pulvere suscitatum, sed, speculum sue gratissime faciei marchionis vultu sepissime representans, eius curas et solicitudines minuebat. Illius namque pendebat in collo et oculis, amplexibus et colloquiis mellifluis dulcedinem amoris de ipsius pectore hauriebat. Et sic inter piissimum avum et dulcem nepotem erat suavissimum[u] et frequens certamen amoris.

Cum[v] divine pietatis opera minime sint celanda, quia eius operatio nostra est instructio, decrevimus breviter persequi beneficia, que Dominus misericorditer[w] contulit marchioni, non solum ipsum a periculis liberando, quibus velut mole inundantium aquarum fuit undique circumfusus; sed etiam ipsum triumphare de hostibus evidentissime faciendo, nec non inopinabile donum gratissime sobolis de fructu sui incarcerati filii, ipsi benignissime largiendo. Iste siquidem amabilis princeps, qui post decessum unigeniti[x] filii privatus

a) *deest* 2. b) Astari 3. 4. c) in eius *desunt* 2. d) dereliquit heredem piaculum inpium quia ultra istud 2 *pro* relinquit — impunitum. e) gladiis 3. 4. f) predatoris 2. g) Qua de causa Obizo a marchione ardentissime amabatur. Anno 3. 4. h) dulcissimo 2. i) *deest* 4. k) femine 2. l) ferventissime 3. 4. m) *deest* 2. n) enim *add.* 2. o) suum karisimum fillium 2. p) videbatur 2. q) *deest* 3. r) *deest* 2. s) immaginandum 2. t) gaudio et studio 2. u) suavissime 2 *pro* suavissimum et. v) De beneficiis, que Deus misericorditer contulit marchioni. Cum 3. 4. w) misericordiae 3. x) *deest* 4.

90) Maria filia Theodori Lascaris I. imperatoris Nicaeni. 91) VII. 92) Rainaldi, v. supra ad 1251. p. 162. 93) Obizonem II. 94) Iacobinam de Flisco. 95) IV.

1263. filiorum munere putabatur, pro uno extincto filio duplicis prolis premio est dotatus. Et ut divina gratia[a] erga ipsum magis[b] mirifica videretur, de terra hostili, scilicet de Apulia, gaudium insperatum germine[c] prolis[d] emanavit, unde amara mors dilecti filii sibi extitit nuntiata. Noluit namque Dei clementia, quod vir catholicus et multiplicis virtutis gratia decoratus, masculine prolis munere privaretur; sed eius immensum desiderium adimplevit, reparando mirabiliter in nepote, quod in filio videbatur miserabiliter corruisse[e]. Ille siquidem qui de pulvere fenicis extincti alium fenicem mirabiliter reparat secundum speciem formamque prioris, effecit, ut de nobili Rainaldo, in carcere custodito et secundum omnium[f] extimationem pro mortuo reputato, procederet inclita proles, que vere posset dicere marchioni: *Respice in faciem nepotis tui et vide, utrum*[g] *sit in nepote aut non*[h] *filii tui expressa ymago.*

Non solum itaque divina bonitas hoc acceptabile donum contulit marchioni, sed etiam illum multotiens de maximis periculis liberavit, tam de manibus videlicet magnifici Federici, qui totam fere marchiam Theutonicis, Saracenis et Apulis adimplevit, ut ipsum, velut capitalem inimicum imperii expugnaret, quam de continuis insidiis perfidi[i] Ecelini et simultatibus Albrici et astutiis callidi Salinguerre. Isti namque unanimiter, quasi leones rugientes ad predam, ipsum modis omnibus deglutire ac penitus conterere conabantur. Quorum gravissimos impetus vir strenuus, Domino adiuvante, compescuit, calliditatis eorum evitavit[k] insidias et consilia nequissima dissipavit, in his omnibus conservando[l] animi[m] constantiam et a veritatis[n] tramite nullatenus declinando. Licet enim unicum eius filium iniquus imperator in carcere detineret et tam ipsius dimissionem quam alia excellentia beneficia ipsi promitteret, ut sic illustrem virum a devotione Romane ecclesie removeret, constantissimus princeps, velut columpna immobilis et murus impenetrabilis, nec metu[o] periculorum territus nec imperialium promissionum[p] dulcedine delectatus, sed Deo se totum committens, obsequiis ecclesie avelli non potuit, sed stabilis et fidelis adiutor ecclesie in tribulationibus et angustiis usque ad finem permansit. Et ideo misericors Dominus merito eum ab adversariis custodivit et ipsum de intumescentis[q] maris fluctibus ad portum salutis dirigens, de inimicis suis fortissimis fecit eum videre mirabilem ultionem. Vidit namque excellentissimum Federicum imperiali honore privatum, astutum Salinguerram incarceratum, tumidum Ecelinum facta[r] clava[s] mactatum et lubricum Albricum in conspectu suo horribiliter trucidatum. Isti siquidem iniquitatis principes, quasi quatuor venti pestiferi furentes, in catholicam domum Estensem totis viribus irruerunt, ut eam funditus dissiparent; sed eorum impulsione non cecidit, quia sancte matri ecclesie adherebat, que super petram solidissimam est fundata. His itaque spirare desinentibus, statim est tranquillitas subsecuta, et sic habuit marchio requiem a suis efficacissimis inimicis. Nullus igitur fidelis homo elevetur prosperis nec frangatur adversis. Novit enim Dominus, quando vult, superbos deprimere et humiles exaltare.

Accedit[t] ad laudem nobilissime domus Estensis, quod non solum est illustrium virorum preclaris operibus decorata, sed etiam ex ipsa processit[u] generosa propago insignium mulierum[v], que, carnis concupiscentiam simul cum mundo vincentes et de mundi principe viriliter triumphantes, ad regna siderea, sicut pie creditur, feliciter pervenerunt. Prima quarum extitit nobilissima virgo, re ac nomine Beatrix, soror supradicti marchionis, que, cum esset mira pulchritudine corporis et virtute animi[w] multipliciter decorata, mundum cum sua pompa contempsit, mortalem sponsum accipere recusavit, ad castos amplexus eterni sponsi, forma pre filiis hominum speciosi, cupiens pervenire. Hoc itaque sanctissimum propositum virginis devotissime illustris frater eius et amicorum turba et multitudo nobilium matronarum, amore presentium[x], immemores futurorum, nitebantur modis omnibus impedire, nunc mundi gloriam nunc nobilis sponsi connubium et dulcissime prolis felicitatem caste virgini proponentes[y]; pariterque sue domus ruinam, amicorum tristitiam et inimicorum gaudium ex tali mutatione consequi asserebant. His et huiuscemodi verbis ad decipiendum compositis gloriose virginis animum conabantur a bono proposito revocare.

a) clementia 3. 4. b) *deest* 3. 4. c) gratiae 3; genere 4. d) sobolis 3. 4. e) corruisset 3 *pro* videbatur corruisse. f) communem 3. 4. g) inde utrumque 2 *pro* vide utrum. h) *deest* 3. i) *deest* 3. 4. k) visavit 2. l) servando 3. 4. m) *deest* 2. n) ab auctoritatis 2. o) motus 2. p) imperialis promissionis 2. q) intumescentibus 2. r) frica 2. s) *sic.* t) De venerabili virgine Beatrice, sorore marchionis Estensis, quae in monte Gemulae (Iemulae 4.) requiescit. Accedit 3. 4. u) procedit 2. v) foeminarum 3. 4. w) *deest* 3. 4. x) et *add.* 2. y) promitentes 2.

Sed virgo prudentissima, septiformis Spiritus gratia illustrata, que linguas infantium disertas efficit, eorum verba, quandam habentia speciem veritatis sed existentiam minime, pro nihilo reputabat, et quod soli Deo serviendum esset, quia quicquid aliud agitur in vita presenti[a] amittitur, argumentis efficacissimis ostendebat. Propositum itaque, quod Dei[b] virgo sapiens corde conceperat, fructuosis affectans operibus adimplere, ad montem qui lemula[c] [96] nuncupatur, ubi est oratorium ad honorem[d] beati Iohannis baptiste constructum, cum quibusdam aliis honestis virginibus, eandem cum ea intentionem habentibus, protinus convolavit; ibique in sancta conversatione indeficienter[e] permanens, totam Italiam sue sanctitatis radiis[f] illustravit. Fama igitur longe lateque de conversatione pretiose virginis discurrente, ceperunt multe clarissime virgines ex longinquis etiam partibus, quasi columbe accipitrem fugientes, ad predictum locum accedere festinanter[g], cupientes tante virginis instrui disciplinis et eius sancte conversationis exemplis et colloquiis devotissimis informari. De quarum siquidem adventu illustris virgo divine maiestati gratias referebat, lacrimosis precibus deprecans creatorem, ut, qui de diversis regionibus huiusmodi virgines congregaverat, ad gloriam sui nominis et honorem eas custodire in sancte religionis observantia dignaretur. De salubri itaque consilio prudentissime virginis Beatricis omnes predicte virgines Christi[h] quandam discretam[i] sororem in abbatissam concorditer elegerunt, que tam sanctissimo collegio deberet utiliter[k] providere. Sub cuius regimine cum quanta humilitate, obedientia, patientia et caritate duxerit angelicam vitam virgo devota in terris[l], nimium prolixum esset singula enarrare. Sed prout nobis sancte virgines retulerunt, que huius piissime virginis meruerunt habere consortium, breviter dicimus, quod tam verba quam facta virginis gloriose erant discretione condita, honestate plena, bonitate conspicua et Deo et hominibus gratiosa; ita quod per mores honestos et gestus corporis ordinatos ac per eius verba[m] utiliter et pie prolata, merito[m] ab omnibus credebatur, quod Deus veraciter in eius cordis thalamo habitaret. Cumque multo tempore his predictis et aliis virtutibus refulgens, virgo clarissima in divinis obsequiis, et disciplinis regularibus permansisset, rex celestis, qui eius speciem concupivit, eius sanctissimam animam de vite presentis ergastulo misericorditer liberavit[97], ut ornaret celestem curiam suo[n] beato consortio. Cuius radianti exemplo 1226. presens ecclesia exstitit mirifice illustrata. Sacratissimum autem corpus ipsius in predicto Mai 10. cenobio reverendo in archa lapidea est honorifice cum aromatibus collocatum, ubi in magna veneratione usque ad presens tempus habetur.

Post[o] decessum venerabilis virginis Beatricis plurimis elapsis annorum circulis[p], altera Beatrix, prefati marchionis filia, virgo pulcherrima, omnium oculis gratiosa, divini amoris igne succensa, amite sue vestigia cupiens pro viribus imitari, ornamentis depositis pretiosis, religionis habitum intrepida mente suscepit. Quam cum nobilissimus pater eius[q] attemptasset a bono proposito revocare, virgo constantissima donis[r] celestis gratie illustrata, verba patris et aliorum et omnem mundi gloriam parvi pendens, religionem laudabiliter inceptam, de virtute in virtutem cotidie procedendo, gloriosissime decoravit et in monasterio beati Antonii, quod ipsius causa apud[s] Ferrariam est constructum, celibem vitam ducendo cum multis honestis virginibus, illius exemplo ibidem ad gloriam Dei congregatis, de humani generis inimico viriliter triumphavit, viteque[t] cursum feliciter consummando, beatissimam animam suo reddidit creatori.

Iste namque virgines gloriose, quasi due olive fructuosa pietatis opera producentes et quasi duo candelabra virtutum exemplis radiantia circumquaque, non minus domum Estensem[u] gloriosam et laudabilem suis meritis reddiderunt, quam eius strenui marchiones, pro fama et potentia dilatanda se variis bellorum periculis exponentes. Illorum enim corruptibiles triumphi velut umbra velociter transierunt, istarum vero beatitudo honor et gloria triumphalis nullo umquam termino finientur.

Sub[v] precedenti anni circulo[w], die quinto intrante Augusto, cum esset luna vigesima 1263. septima, fuit eclipsis solis ante horam aliquantulum vespertinam. Aug. 5.

a) hac 3. 4. b) *deest* 3. 4. c) Gernula 2. d) ad honorem *desunt* 2. e) indesinenter 3. 4. f) candore 3; causa Dominus 4. g) *deest* 3. 4. h) *deest* 3; X. 4. i) Desideratam 3. 4. k) viriliter 3. 4. l) m̃ — mihi 2 *pro* in terris. m) *deest* 3. 4. n) eius 3. 4. o) De illustri Beatrice filia marchionis. Post 3. p) curriculis 3. 4. q) *deest* 2. r) *deest* 2; doni coelestis gratia 3. s) iuxta 3. 4. t) viteque — creatori *desunt* 2. u) *deest* 3. 4. v) De obscuratione solis. Sub 3. 4. w) cursu annorum 3. 4 *pro* anni circulo.

96) prope Vendam montem, v. supra. 97) d. 10. m. Maii a. 1226. V. tumuli elogium ap. Muratori Antich. Est. I, 462.

1264. Anno[a] Domini 1264. cum illustris Azo marchio Estensis de suis et ecclesie inimicis feliciter triumphasset et Ferrarie satis pacifice moraretur, sicut placuit omnium creatori, qui vite et morti singulariter dominatur, invasit eum multiplex infirmitas corporalis. Cumque viribus corporis destitutus, diem ultimum sibi cerneret imminere, providens vir expertus, quia status regionum solet in morte principum permutari, amicos fideles fecit undique 98 convocari et carissimum nepotem suum, quem in testamento[98] heredem instituerat[b], eis affectuosissime commendavit. Deinde sermonem dirigens ad nepotem, prudenter eum monuit, per viam incedere equitatis et sapientum obedire consiliis atque amicos recte diligere et in omnibus strenue se habere et a sancte matris ecclesie devotione nullatenus declinare. *Hec* inquit *monita mea salutifera, dilectissime fili Obizo, attentius[c] observando, attestatione operum comprobabis, te vere processisse de genere nobili Estensium marchionum. Hunc siquidem modum egregium, ad quem custodiendum mea persuasio te inducit, tenuit magnificus pater meus, cuius probitatem et prudentiam[d] circumspectam non solum Italia sed etiam tota[e] latitudo Romani imperii est experta. A cuius vestigiis[f] frater meus Aldrevandinus magnanimus[g] minime[h] deviavit, sed in tantum se ac sua exposuit pro domus nostre gloria dilatanda, quod etiam me ipsum adhuc infantulum de brachiis rapuit genetricis, eius pias lacrimas parvi pendens, et me simul cum toto patrimonio Florentinis feneratoribus obligavit; a quibus accepit ad exercitum conducendum pecuniam, ut rebelles ecclesie Romane in marchia Anconitana et in Apulia expugnaret, de quibus divina gratia favente strenue triumphavit. Ego autem patris mei ac fratris vestigia imitatione digna pro viribus subsecutus, pro defensione domus mee ac omnium amicorum et pro sancte Romane ecclesie honore, quam conabatur iniquus imperator in miserabilem redigere servitutem, me audacter exposui magnis laboribus et periculis infinitis. Nec amor filii mei unigeniti me a proposito revocavit; sed communem utilitatem preferens speciali, expedire potius iudicavi[i], ipsum solum periclitari, quam oppressionem totius ecclesie et omnium amicorum mortem et exterminium tolerare. Dominus autem, in quo fuit spes mea a iuventute mea et in quem iactavi semper meum cum fiducia cogitatum, me a periculis maximis liberavit et cordis mei tristitiam misericorditer sublevando, michi pro dilecto filio contra spem omnium, o[k] nepos dulcissime[l], te donavit. Viriliter itaque age, fili mi, et cor tuum principaliter in Domino confortetur, consequenter etiam in auxilio fidelium amicorum; et sic eris in cunctis prospere agens et piissimus Dominus in te supplebit per gratiam, quod in tenera etate nequiveris adimplere. Hec itaque verba, que, dum sospes eram, solebam tibi, fili Obizo, prolixius enarrare, nunc breviter comprehendi, ut ista mea ultima commonitio menti tue interius[m] imprimatur; ut cognoscas, quid post meum decessum[n] vitare debeas, quid amplecti.*

Igitur cum, his et aliis huiuscemodi dictis catholicus marchio, firma[o] columpna ecclesie[p], turris fortitudinis contra faciem inimicorum[q] tutumque[r] refugium et dulce umbraculum amicorum, domestica negocia precavens in futurum provide ordinasset, susceptis de- Febr. 17. votissime ecclesiasticis sacramentis, die 13. exeunte Februario, etatis sue anno quinquagesimo octavo[s] in civitate Ferrarie, nocte dominice diei, viam est universe carnis ingressus. Cuius corpus cum fletu et planctu maximo in predicta civitate est traditum sepulture, nichilque, pertinens ad honorem tam magnifici principis, fuit in pompa funeris pretermissum.

In[t] sequenti estate post predicta, stella terribilis que dicitur cometa cum magno fulgore apparuit, et in confinio aquilonis et orientis habens principium sui ortus, versus oc- Iul. cidentem suos minaces radios dirigebat. Cuius apparitio incepit in Iulio duravitque usque Oct. ad principium mensis Octobris. Cursu itaque predicti sideris consumato, Urbanus papa quartus, cum tribus annis et uno mense ac tribus diebus beati Petri naviculum in fluctibus Oct. 2. huius procellosi seculi gubernasset, apud Perusium[u] de medio est sublatus. Post cuius 1265. Febr. 5. obitum quatuor mensibus et quinque diebus elapsis, cardinales papam Clementem quartum concorditer elegerunt.

1264. Temporibus[v] istis nefande[w] presumtionis scelus est in regno Anglie perpetratum. Principes namque Britanie facta conspiratione in regem suum[99] manus impias iniecerunt,

a) De obitu nobilis Azonis marchionis Estensis. Anno 3. 4. b) constituerat 2. c) *deest* 3. 4. d) potentiam 3. 4. e) *deest* 3. 4. f) naufragiis 2. g) *deest* 2. h) *deest* 3; non 4. i) inclinavi 2. k) *deest* 3. 4. l) dilectissime 3. 4. m) altius 3. 4. n) discessum 3. 4. o) firmissima 3. 4. p) ac *add.* 3. 4. q) tyrannorum 3. 4. r) opressis 2 *pro* tutumque. s) octavo *deest* 4. t) De apparitione cometae et obitu Urbani papae et electione Clementis papae. In 3. 4. u) Parisius 3. 4. v) De rege Angliae a principibus suis capto. Temporibus 3. 4. w) nefandum 3. 4.

98) ap. Muratori Antich. Est. II, 19—21. 99) Heinricum III.

et ipsum simul[a] cum filiis suis et fratre suo comite Rizardo in custodiam posuerunt. Fama 1264. itaque tanti facinoris cum ad aures summi pontificis pervenisset, legatum protinus a latere suo in Angliam destinavit. Sed et Lodoicus[1] rex Francorum, tam naturali pietate quam precibus uxoris[2], que soror erat regine Anglorum[3], super calamitate regis Anglie ad misericordiam inclinatus, pro compositione inter predictum[a] regem et principes facienda magnifice laboravit. Qualiter autem inter predictos reges affinitas est contracta, breviter duximus declarandum. Raimundus[4] namque nobilis comes Provincie masculum post se filium non reliquit, sed quatuor filias habuit generosas, quas elegantia forme ac morum grata suavitas ita reddidit gratiosas, quod ad legitimos illustrium regum amplexus accedere meruerunt. Quarum due regi Francie[5] ac eius fratri Carolo[b.6] sunt matrimoniali federe copulate; dictusque Carolus[c] pro dote uxoris obtinuit Provincie comitatum. Alie vero due regi Anglie[7] ac eius fratri, comiti scilicet Rizardo[8], coniugali vinculo sunt astricte. Et sic[d] ex occasione istius affinitatis inter duo predicta regna quedam amicitia est exorta, que inter se antiquitus[e] discordiam habuerunt.

Eodem[f] anno de consilio pessimi Saraceni[g], regis scilicet Granate, tributarii regis Castelle[9], maximus exercitus Saracenorum ex Africa in Hispaniam subito transfretavit, multisque christianis peremptis, loca plurima in partibus[h] Hispanie occupavit. Ad quorum impetum reprimendum magnificus rex Castelle cum exercitu valido perrexit Sibiliam festinanter, commissoque frequenter[i] prelio, magnam de Saracenis multitudinem interfecit. Et quia varius est eventus bellorum[k], de Hispanis etiam plurimi ceciderunt.

Anno[l] Domini 1265, cum per decennium princeps Manfredus superius memoratus 1265. Romanam ecclesiam et eius fideles per se ac suos sequaces fere[m] in tota Italia graviter afflixisset, summus pontifex de consilio cardinalium catholicum principem Carolum[n], comitem Provincie[o], fratrem videlicet christianissimi Lodoici regis Francie et Alfonsi illustrissimi comitis Tolesani[p], ad suscipiendam coronam regni Sicilie exhortatoriis literis invitavit. At ille, utpote vir strenuus et magnanimus, cupiens ecclesie in tantis angustiis subvenire et opulentissimi regni dominium obtinere, assensum prebuit apostolice voluntati et ad aggrediendum tam arduum negotium incepit se magnifice preparare. Eodem etiam tempore Romani, multis dissensionibus et bellis civilibus conquassati, sperantes per tam potentem virum in viam pacis et semitas dirigi equitatis, ipsum elegerunt in suam perpetuum senatorem. Quod officium grataner excepit, et ad regimen urbis Romane vicarium suum cum cohorte militum protinus destinavit. Tunc temporis Mediolanenses cum amicis ecclesie ad recipiendum illustrem comitem Carolum[q] se viriliter paraverunt[r], et econtra Cremonenses cum amicis suis, Manfredi corrupti[s] pecunia, iter comitis[t] ad urbem Romanam impedire modis omnibus conabantur. Comes autem, perficiendi velociter[u] opus inceptum desiderio inflammatus, sciens quia mora trahit ad se periculum et quia varietas temporum mutationem inducit aliquando animorum, cum electa manu militum de partibus Gallie per mare Tyrrhenum[v] ad Romanum portum pervenit, primo scilicet anno pontificatus beati Mai. 21. pape Clementis. Ad cuius adventum Romani mirabiliter sunt gravisi, eique obviam unanimiter procedentes, ipsum in urbem cum triumphali gloria et honore regio deduxerunt.

His auditis, Manfredus obstupuit vehementer. Videns novum regem gradatim ad profectum[w] venire et res ei prospere ad vota succedere, pariterque considerans, magnum sibi periculum imminere, si robur exercitus venientis in eius auxilium expectaret, cepit modis omnibus nobilissimo principi insidias preparare, solicite procurando tam per assassinos quam per alios sceleratos, quibus dona precipua promittebat, ut gladio vel veneno auferret de medio ecclesie defensorem. Sed quum videret, frustra se insidiarum retia relaxare, suum[x] devotum principem Domino protegente, immensas acies militum in fines cepit efundere[y] Romanorum, ut importunitate ostentationis sue potentie illustrem regem ad prelium provocaret. At princeps circumspectus insidias tyranni prudenter vitabat[z] et eius insultus

a) *deest* 2. b) Krullo 2. c) Krullus 2. d) *deest* 4. e) saepo *add.* 4. f) De Saracenis, qui ex Africa in Hispaniam transierunt. Eodem 3. 4. g) *deest* 2. h) finibus 3. 4 i) frequenti 3. k) belli 2. l) De adventu regis Caroli in Italiam. Anno 3. 4. m) ferme 3. 4. n) Krolum 2. o) com. Pr. *desunt* 2. p) Tholosani 3. 4. q) Krulum 2. r) praeparaverunt 3. 4. s) rupti 3. t) Romitis 4. u) *deest* 2. v) Tirenpnum 2. w) perfectum 4. x) *deest* 3. y) infundere 3. 4. z) videbat 3. 4.

1) IX. 2) Margarethae. 3) Eleonorae, uxoris Heinrici III. 4) Raimundus Berengarius IV. 5) v. supra n. 2. 6) Beatrix. 7) v. supra n. 3. 8) Sanctia. 9) Alfonsi X.

1265. armis quandoque strenue cohibebat. Habebat siquidem secum in urbe Romana non magnam fidelium militum quantitatem. Non enim confidebat perfecte de militia Romanorum, quia plures illorum munera tyranni erant[a] consueti accipere, et ideo prudenter differebat in aperto campo cum paucis militibus occurrere infinitis, ne, incaute se bellorum discrimini exponendo, sibi perniciem acquireret et causam preberet hostibus triumphandi. Expectabat autem[b] animo scienti exercitum sibi de Francia et aliis partibus Galliarum repromissum. Quatuor itaque mensibus elapsis ab eius ingressu in Italiam, sua nobilissima uxor cum multis navibus[c] ad Romanum portum applicuit, et inde in Urbem cum ingenti gloria est deducta. Post hec in eodem anno exercitus magnus Francorum, habens introitum per Sabaudiam, in media yeme transivit per mediam Lombardiam, fidelibus ecclesie victualia exercitui exhibentibus copiose, inimicis vero non audentibus comparere. Et circa festum
c. Dec. 25. nativitatis Domini ad urbem Romanam pervenit, ubi eos rex Carolus[d] cum summo desiderio expectabat.

His[e] temporibus Brixienses pacem inter se fecerunt, et a dominio marchionis Palavicini et Cremonensium recedentes, Mediolanensibus et Bergomensibus et Mantuanis ecclesie fidelibus adheserunt. Tunc Cremonenses munitissima castra Brixiensium iuxta flumen Olei
10 constructa[f], scilicet Canetum[g. 10], Pontem-Vicum[11], Quintianum[12] et Urceos[13], que in suam redegerant potestatem, suos in eis ponendo custodes, funditus subverterunt.

1266. Anno[h] Domini 1266. postquam rex Carolus[i] vidit se Francorum principum presentia et Gallicane milite[k] munimine[l] roboratum, movit exercitum suum ab urbe Roma, et in manu valida[m] arripuit iter ad regnum Sicilie obtinendum. Transivit itaque fluvium[14] Ce-
Febr. 10. perani, et in primo impetu civitatem Sancti Germani obtinuit, devictis militibus principis[n] et fugatis. Eodem tempore quidam magnates Apulie, a principe recedentes, regi Carolo[o] adheserunt.

Princeps autem Manfredus, accepto gustu audacie[p] militie Gallicane, suorum quoque magnatum inopinata[q] inconstantia intellecta[r], doluit vehementer; statimque per universas partes regni nuntios destinavit, precipiendo, ut omnes milites et viri bellatores, qui erant in locis oportunis ad custodiam constituti, protinus ad eum apud Capuam convenirent. Extimabat enim, se ibidem posse regis impetum cohibere, maxime propter profunditatem
Febr. 15. fluvii[15] secus Capuam comeantis. Rex[s] autem movit procinctum versus Capuam festinanter; sed cum percepisset, quod iuxta Capuam fluvius erat immeabilis[t], longe superius a Capua dictum fluvium pertransivit.

Princeps autem cum de regis transitu cognovisset, videns se viribus imparem, nondum suo exercitu congregato, versus Beneventum, dimissa Capua, properavit ibique[u] in campestribus Beneventi totum robur sue potentie adunavit. Habebat autem secum preter milites regni, Theutonicos, Catelanos, Lombardos, Tuscos et innumerabiles Saracenos Nam quia[v] larga manu thesauros auri et argenti militibus ad se confluentibus effundebat, viri bellicosi ad eum, tamquam ad munificum[w] principem undique[x] concurrebant, interdictum et excommunicationem ecclesie penitus contempnentes. Et quia[y] rectoris ad exemplum subditi componuntur, omnes, qui eius parebant imperio, ita erant ipsius impiis operibus conformati, quod licet christiani nomine dicerentur, voluntate tamen et[z] opere censeri poterant Saraceni. Unde iusto Dei iudicio ipse[x] tyrannus et omnes impietati eius faventes, in uno campo simul[*] sunt collecti, ut pariter punirentur, quos idem facinus et intentio pestifera inquinabat.

Rex itaque Carolus[a] cum audisset, principem de Capua recessisse, existimans eum
Febr. 26. fugere, insecutus est eius vestigia, invenitque eum cum exercitu magno[b] in planitie Beneventi ad preliandum magnifice preparatum. Cum igitur mutuis[c] aspectibus uterque exercitus cominus se vidisset, milites principis cognoscentes regis exercitum labore itineris

a) *deest* 3. 4. b) enim 2. c) *deest* 3. 4. d) Krolus 2. e) De pace Brixiensium inter se. His 3. 4. f) constituta 3. 4. g) Cancū 2; Caneum 3. h) Qualiter rex Carolus regnum Siciliae obtinuit, et Manfredum occidit. Anno 3. 4. i) Krolus 2. k) militia 3. l) *deest* 3. 4. m) forti 3. 4 n) *deest* 3. o) Krullo 2. p) *deest* 2. q) inopina 2. r) *deest* 3. s) Rex — festinanter *desunt* 2. t) innumerabilis 3. 4. u) ibique — adunavit *desunt* 3. 4. v) que 2. w) magnificum 3. 4. x) *deest* 4. y) *deest* 2. z) ab 2. *) in uno 2 *iterum pro* simul. a) Krolus 2. b) *deest* 4. c) mutatis 4.

10) Canneto. 11) Pontevico. 12) Quinzano. 13) Orzinovi. 14) Lirim fluv. *(Garigliano)*. 15) Vulturni fluv.

fatigatum, cum clamore valido ceperunt Francigenas ad prelium provocare. Rex itaque 1266. Febr. 26. confestim suos principes ad consilium provocavit[a] et cunctorum est iudicio diffinitum, bellum esse minime differendum, quod cum tanta clamoris importunitate[b] adversarii postulabant. Ex belli namque dilatione duplex regi videbatur accidere nocumentum, quia inde scilicet[c] hostes audaciam assumebant, et quia exercitus eorum quotidie augebatur. Tunc rex providus diligenter suas acies preparavit; in cuius exercitu erant preter Francigenas Provinciales[d], multi milites Italici, Campani[e] et Romani. Similiter et princeps direxit[f] suas acies ex adverso, ponens ex latere multitudinem Saracenorum, qui[g] sagittis adversarios acriter stimularent. Cumque prime acies ex utraque parte ad prelium processissent et viriliter dimicarent et hinc et inde multi caderent vulnerati, rex, de sublimi equo prospiciens[h], vidit suos milites fere[i] ab hostium multitudine superari[k]. Tunc Omnipotentis auxilio invocato, cum sua terribili acie irruit super hostes quasi impetus tempestatis. Domino vero auxiliante, cui facile est in manibus paucorum infinitos[l] concludere, acies principis terga verterunt; et tanta multitudo de ipsius exercitu est prostrata, quod campum celabant oculis corpora occisorum. Multi etiam principes et milites sunt capti, reliqui vero sunt in fugam conversi, amissa omni fiducia resistendi. Ibidem etiam ipse princeps[m] Manfredus occubuit, hostium gladiis interfectus; cuius corpus rex Carolus[n] fecit in capite pontis[16] Beneventi honorifice sepeliri. Uxor[17] autem eius, que filia erat Cumani[o] magni principis 17 Grecorum[18], capta fuit, dum anxie disponeret, audita morte mariti, cum suis filiis in Grecia transfretare; Mart 6 et cum fuisset hoc regi Carolo[p] nuntiatum, fecit eam simul cum filiis in quodam castro recludi et ibidem cum diligentia custodiri.

Post divulgationem itaque istius victorie triumphalis Cremonenses ad obedientiam Romane ecclesie revertentes, legatos apostolici humiliter susceperunt, et durissimum Uberti Palavicini iugum a suis cervicibus excutientes, eum exire de suis finibus coegerunt; et sic pars extrinseca Cremonensium ad propria est reversa. Tunc predictus tyrannus, qui habuerat dominium Cremone, Mediolani, Brixie, Placentie, Papie, Tortone et[q] Alexandrie, secessit ad quedam castra in montibus constituta ibique suam constituit mansionem.

Anno[r] Domini 1267. rex Carolus[s], regno subacto Sicilie, venit Viterbium ad reverendum[t] 1267. papam Clementem, et ibidem est ab eo vicarius[u] imperii[v] constitutus. Iun. Cuius mandata cetere[w] civitates Tuscie humiliter receperunt. Pisani vero et Senenses, burgenses quoque Podii Bonici[19], precepta summi pontificis et regis penitus contempserunt. Tunc contra predictos rebelles rex catholicus movit exercitum[x] et Senensium districtum vastavit, castrum autem Podii Bonici, in quo de tota Tuscia inclusa erat militum rebellium multitudo, longa obsidione devicit. Post hec Pisanos in sua duritia persistentes, in manu valida est Dec. aggressus, eorum portum succendit, turres evertit et in mare proiecit, omnesque fines Pisanorum[y] circuiens, villas castra et omnia eorum bona penitus dissipavit.

Cum[z] predicta in partibus Tuscie agerentur, Conradinus iam[*] adolescens filius regis Corradi, Romanorum Pisanorum Senensium Papiensium et Veronensium literis et nuntiis excitatus, ad recuperandum paternum regnum cepit cordis desiderium ardentissime applicare. Tunc principes Alemanie, de quorum amicitia confidebat, ad colloquium convocavit[a]; et post multa hinc et inde proposita est tandem maiorum consilio diffinitum, quod ipse sine mora deberet in[b] Italiam proficisci. Protinus egregius adolescens cum auxilio amicorum exercitum congregavit, descendensque de Alemania venit Veronam, Oct. 21. comitantibus eum duce Bavarie[20] avunculo suo, comite de Tiraulo[21], qui matrem ipsius[22] duxerat in uxorem. Mansit itaque Verone tribus mensibus, nichil viriliter agens, quia nec comodum amicis contulit[c] nec dampnum intulit[b] inimicis. In predicto igitur spatio temporis, pro defectu pecunie venditis equis et armis, magna pars exercitus ad propria remeavit. Similiter dux 1268 Ian. Bavarie ac comes de Tiraulo, ipso relicto, ad sedes proprias sunt reversi.

a) Rex itaque confestim cepit suos milites ad consilium convocare 2. b) oportunitate 2. c) *deest* 2. d) *deest* 3. 4. e) Campanici 3. 4. f) duxit 3. 4. g) quod 3. h) conspiciens 2. i) fore 2. k) superati 2. l) infinitas 3. 4. m) *deest* 2. n) Krolus 2. o) Cumani 2. p) Krulo 2. q) nec non 3. 4. r) Qualiter rex Carolus rebelles in Thuscia expugnavit. Anno 3. 4. s) Krolus 2. t) revocandum 3. 4. u) *deest* 2. v) imperio 2. w) cunctae 4. x) procinctum 3. 4. y) Tyrannorum 4. z) De adventu Conradini ex Alemannia. Cum 3. 4. *) iam adolescens *desunt* 3 a) invitavit 3. b) *deest* 2. c) tulit 3. 4.

16) Caloris fluv. 17) Helena. 18) Michaelis principis Aetoliae et Epiri. 19) Poggibonzi. 20) Ludewico II. duce Bavariae superioris. 21) Meinhardo IV. 22) Elisabetham, viduam Conradi IV. regis.

1267 Fama itaque de adventu Corradini per[a] Italiam[b] discurrente, Sarazeni in Nuceria habitantes, rumore huiusmodi confortati, quia graviter Francorum dominium tolerabant, ceperunt contra Francigenas rebellare, regionem circa se positam crudeliter[c] depredantes. Accidit etiam regi Carolo[d] tunc temporis alia pestis bellica improvisa. Nam Federicus iuvenis animosus, frater regis Castelle et illustris Henrici[e] senatoris Romanorum, cum Sept. navali exercitu Siciliam introivit et quedam loca munita per tyrannidem occupavit. Eo vero[f] tempore rex in Tuscia rebelles fortiter impugnabat; et tempore illo uxor[g] regis apud Iul. Neapolim diem clausit extremum.

1268. Ian. Anno[h] Domini 1268.[i] illustris Corradinus, exiens de Verona cum electa manu militum, Ian 20. flumen Mincium[k] et Oleum transvadavit et per districtum Cremone Papiam perrexit, nullo audente ipsius transitum impedire, licet tota Lombardia preter Veronam et Papiam regi Mart. 22. Carolo[l] favere videretur. Cumque in civitate Papie moram aliquot mensibus protraxisset[m], tandem cum auxilio Papiensium ad terras marchionis[23] Carreti[24] transivit, ibique in mari Tireno Pisanorum navibus paratis[n], navem conscendit et ad Pisanum portum prospero Apr. 7. cursu pervenit De isto itaque lubrico cursu[o] nobilis Corradini homines mirabantur. Multi quoque eius egressum et progressum in depressionem regis Caroli[p] miris laudibus extollebant. Sed Deus omnipotens, qui usque in tertiam et quartam generationem visitat iniquitatem patrum in filiis, imitantibus malos patres, aliter quam putabant homines de adolescentulo disponebat.

1268. Apr. Cum[q] autem[r] fame testimonio, Corradinum venisse Pisas, fuisset per Italiam declaratum, de Lombardia et Tuscia et aliis regionibus confluxit ad eum militum maxima multitudo, qui potentiam regis Caroli[s] deprimere et Corradinum sublimare[t] pro viribus affectabant.

c. Apr. 8. In illis diebus circa pascha rex, dimisso marescalco cum militia in Tuscia, in Apuliam est reversus et Saracenorum discursum, edificatis circa Nuceriam munitionibus, coartavit. Post regis itaque discessum insurrexit Corradinus contra Lucanos, eorumque districtum Iun. 25. vastavit, et marescalcum, sibi cum regis militia occurrentem, strenue superavit.

Eodem tempore illustris Henricus, frater regis Castelle, fungebatur in Urbe honore senatorie dignitatis. Iste tanto superbie spiritu erat plenus, quod etiam dominium fratris sui regis Castelle nullo modo poterat sustinere; unde, relicta Yspania, vagabundus per diversas provincias discurrebat. Denique cum in precedenti tempore Romanam curiam pro suis negotiis visitasset, Romani tunc eum[u] in senatorem communiter[v] elegerunt.

Licet igitur[u] iste consanguineus regis Caroli[w] esset, quia pater suus[25] frater fuerat 26 matris[26] regis, exortis[x] tamen[u] quibusdam[y] simultatibus inter eos, modis omnibus exaltationem Corradini, et regis interitum procurabat. Consilio itaque istius acquiescebat maxima pars[z] Romanorum, odientium regem hac de causa, quia thesauros argenti et auri manu largissima[*] eis[a] minime tribuebat. Quid plura? Senator igitur predictus et Romani Corra- 1268. Iul. 24. dinum cum suo exercitu convocantes, ipsum in Urbem contra mandatum summi pontificis induxerunt.

Firmata itaque coniuratione inter eos, unaminiter contra regem Carolum[b] preliaturi[c] Aug. 18. egressi sunt ex Urbe, Corradinus cum suo exercitu, et senator cum eo cum multitudine militum et peditum Romanorum; et versus Apuliam properantes, castra non longe a civitate Aquila posuerunt. Rex vero in eorum occursum cum exercitu valido properavit, et Aug. 23. nono die exeunte Augusto in campo Palentino[d] direxit triplicem aciem contra eos. Similiter adversarii, de sua multitudine confidentes, contra regem suas acies direxerunt. Commissumque est bellum lacrimabile et horrendum, in quo pro dolor multus ex utraque parte sanguis hominum est effusus. In primo namque belli congressu[e] due regis acies terribili hostium impetu sunt prostrate pariter et fugate, occiso crudeliter marescalco, quem

a) in 3. 4. b) Apuliam 3. c) *deest* 2. d) Krulo 2. e) hnriā 2. f) *deest* 2. g) rector 2. h) Qualiter Conradinus de Verona perrexit Papiam. Anno 3. 4. i) 1269. 2. k) Mintianum 3. 4. l) Krulo 2. m) traxisset 3. 4. n) praeparatis 3. 4. o) discursu 2. p) Kruli 2. q) Qualiter rex Carolus Conradinum et Romanos gravi periculo superavit. Cum 3. 4. r) igitur 3. 4. s) Krulli 2. t) sublevare 2. u) *deest* 2. v) *deest* 3. w) Kruli 2. x) excertis 3. y) *deest* 3. 4. z) acquisierat partem maximam 3. 4. *) largiflua 3. 4. a) *deest* 2. b) Krolum 2. c) preliandi 2. d) Palatino 2. e) progresu 2.

23) Manfredi. 24) Carretto a Genua ad occidentem, a Cairo inter septemtrionem et occidentem. 25) Ferdinandus III. rex Castiliae. 26) Blancae, uxoris Ludovici VIII. regis Franc., filiae Alfonsi IX. regis Castiliae.

propter strenuitatem persone ac ornatum armorum esse regem Carolum[a] extimabant. Ita- 1268. que[b] milites Conradini, quasi securi de victoria, ad invadendum saumerios et detinenda Aug. 23. occisorum spolia insistebant.

Rex autem catolicus[c], imminente tanto discrimine pugne, audire devote officium misse non omisit. Quo completo, videns militum suorum ruinam, ex intimo cordis affectu invocavit Dominum prodigia facientem et beatam Virginem, de cuius auxilio, sicut ipse postmodum est testatus, plurimum confidebat. Et[d] exclamans voce vivifica, hortatus est militiam suam, dicens: *O nobilis militia Francie, cui ab antiquis temporibus divina potentia contulit gratiam specialem triumphandi de inimicis ecclesie ac[e] nominis christiani! Nunc incumbit nobis[f] maxima causa contra inimicos ecclesie fortiter[g] preliandi, ut, nostrorum nobilium predecessorum vestigia imitantes, qui pro defensione christianitatis pericula gravia pertulerunt, genti[h] nostre laudem et gloriam adquiramus. Et si forte a divina processerit voluntate, quod in isto[i] prelio moriamur, non contristemur sicut illi qui spem non habent, quia celorum regnum obtinebimus pro mercede. Si vero sicut strenui bellatores non degenerantes[k] a nostrorum virtute maiorum, victoriam fuerimus consecuti, ex hoc subsequetur[l] nos[m] bellorum maxima merces, gloria scilicet triumphalis et fama probitatis longo tempore duratura.* Postquam his et huiuscemodi verbis militum[n] animos inflammavit, cum regali acie terribiliter ordinata more leonis, ad nullius paventis occursum, cum impetu irruit super hostes et ex eorum multitudine multa milia virorum mira virtute prostravit, victricem manum suam Domino apponente; universos[o] vero in precipitem fugam convertit[p]. Capta est autem militum maxima[q] multitudo, inter quos simul cum senatore capti sunt plurimi principes et viri nobiles et potentes. Proditores etiam quam plures capti sunt, qui regem deseruerant et adheserant Corradino. Hos omnes transfugas regia severitas fecit subire penam[r] capitalem.

Corradinus vero fugiens de bello quidem evasit; sed dum de loco ad locum tremebundus transiret, deficiente sibi consilio evadendi, tandem incidit in manus quorundam civium Romanorum, qui pro immensa pecunie quantitate ipsum regi potentissimo tradiderunt. Rex autem excepit illum gaudens ipsumque fecit cum summa diligentia custodiri.

Paucis itaque diebus post bellum transactis, ingressus est Romam magnificus triumphator et, acclamante populo Romano, suscepit letanter senatoriam dignitatem. Constituto itaque pro se in Urbe[s] vicario et rebus prospere ordinatis, in Apuliam est reversus; et post aliquot dies nobilem et pulcherrimum Corradinum et coetaneum eius, scilicet ducem Au- Oct. 29. strie, qui venerat cum eo de Alemania, iussit apud Neapolim publice[t] decollari.

Illis temporibus filia ducis Burgundie[27] prefato regi est matrimoniali federe copulata. Nov. 18.

Eodem etiam tempore venerabilis papa Clemens, cum tribus annis et novem mensibus et diebus viginti quatuor Romanam ecclesiam feliciter gubernasset, apud Viterbium migravit ad Dominum, die tertio exeunte Novembri. Nov. 28

Eodem temporis curriculo, quarto scilicet die intrante Novembri, circa mediam noctem Nov. 4. fuit maximus terre motus.

Cum[u] predicta fierent inter christianos in partibus Occidentis, ferocissima gens Tartarorum post victoriam Orientis irruit super Saracenos vastavitque Arabiam et Syriam ac Palestinam, nulli etati parcens[v], usque ad fines Egipti, occisis soldanis Damasci Alepii[w, 28] 1260. et Camelle. Tantus autem terror eorum[x] circumstantes[y] nationes invasit, quod potentissimus soldanus Yconii et rex[29] Armenie minoris ac princeps Antiochie multitudini eorum re- 29 sistere non audentes, ipsorum se dominio subdiderunt, annuum[z] tributum eis[*] reddere promittentes. Solus igitur soldanus Babilonis[30] ad resistendum Tartaris se magnifice preparavit. Exivit itaque de Egipto in manu valida, secum habens ferme 300 milia equitum, et per desertum venit Gazam[a], que est in finibus Palestine, commisitque prelium cum Tar- Sept. 3. taris, qui remanserant in Syria, et eos viriliter superavit. Nec destitit persequi fugientes, donec eos de Syria coegit exire et trans flumen Eufratem, unde venerant, remeare. Tunc

a) Krolum 2. b) Iamque 3. 4. c) Carolus 4. d) *deest* 3. 4. e) ac — christiani *desunt* 2. f) vobis 3. 4. g) *deest* 3. 4. h) gentis 2. i) iusto 2 *pro* in isto. k) deficiamus 3. l) consequetur 2. m) nobis 2. n) multum 3. o) universis 2. p) conversi 2. q) magna 3. 4. r) sententiam 3. 4. s) in Urbe *desunt* 2. t) *deest* 2. u) Qualiter Saraceni cum Tartaris pugnaverunt et qualiter Bethogar suum dominum interfecit. Cum 3. 4. v) parcentes 3. 4. w) Alapii 3. 4. x) *deest* 3. y) istas 3. z) magnum 3. *) ei 2; *deest* 3. 4. a) Gazaram 3. 4.

27) Margaretha, filia Odonis comitis Nivernensis, filii Hugonis IV. ducis Burgundiae. 28) Malek anaser. 29) Haithon. 30) Kotus soldanus Aegypti.

1260. Saraceni, qui a facie Tartarorum fugerant ad deserta, ad sedes proprias sunt reversi.
Post fugam autem[a] Tartarorum, cum soldanus reverteretur in Egiptum cum exercitu,
relictis militibus in munitionibus oportunis, et distaret dietis[b] quatuor a Babilone, perrexit
Oct. 24. quadam die venatum. Et dum milites eius causa venationis discurrerent huc atque illuc,
31 illustris[c] quidam princeps soldani, nomine Betgodar[d, 31], qui aspirabat ad[c] regiam dignitatem, videns soldanum cum paucis militibus remansisse, eum protinus cum suis satellitibus
aggrediens, interfecit. Statimque cum sua militia properans Babilonem et ad Cayrum[32],
regnum obtinuit Babilonie violenter, sibi resistentibus interfectis; habuitque sub sua potestate preter regnum Egipti Arabiam et Siriam usque ad flumen Eufratem, in quibus provinciis ante adventum Tartarorum plures soldani solebant regna ditissima possidere. His
ita patratis[e], non fuit perfidus Betgodar[d] contentus predictarum dominio regionum, sed ad
1263. expugnandos christianos totius potentie sue vires concussit[f]. Congregansque exercitum
copiosum, expugnavit[g] civitates christianorum et castra fortissima Templariorum et Ho-
1268. spitaliorum; et insuper gloriosam civitatem Antiochie instanter bellando abstulit christia-
Mai. 19. nis; tantamque stragem fecit de christianis, quanta non fuit perpetrata a tempore maximi
Saladini[h]. Ultra vero flumen Eufratem super orientalia regna Parthorum, Assiriorum,
Caldeorum[i], Persarum, Medorum et aliarum provinciarum Tartari imperabant, interfectis
regibus et principibus et subversis urbibus, que sibi resistere conabantur. Nam et civitatem Baldac inclitam et maximam invaserunt, que super Tigrim constructa[k] est de ruinis
antiquissime Babilonis. In hac urbe[l] calipha[m] regnabat, quem reverebantur Saraceni, ut
Romanum pontificem christiani. Hunc Tartari morte turpissima occiderunt et cum eo Saracenorum multitudinem infinitam.

1269. Anno[o] Domini 1269. post longam obsidionem rex Carolus[o] obtinuit Nuceriam rebellantem. Nam, deficientibus victualibus, Saraceni attenuati fame civitatem et se ipsos regis
dominio tradiderunt. Rex autem evertit menia civitatis; et christianos rebelles, qui transfugerant ad Saracenos et persuasione sua eos firmaverant in pertinacia[p] rebellandi, gladio
interfecit. Illam vero multitudinem infidelium regalis providentia ita dividere procuravit,
quod audaciam resistendi penitus amiserunt. Quidam autem ex eis, errore infidelitatis relicto, baptismi gratiam humiliter receperunt. His etiam temporibus Pisani et Senenses,
frequenti hostium insultatione[q] afflicti, se ac sua iugo regalis potentie subdiderunt.

1270. Anno[r] Domini 1270, post lacrimosam cladem christianorum in partibus transmarinis
a soldano Babilonis crudeliter perpetratam, cum Romana esset[s] ecclesia propter discordiam[t] cardinalium tunc pastoris regimine destituta, tandem commoti[u] reges et principes
34 Occidentis, rex scilicet Francie catholicus Ludovicus[33], rex Sicilie[v] Carolus[w], rex Navarie[34]
et filius regis[35] Anglie inclitus Odoardus[36] preparaverunt se magnifice ad transfretandum
in subsidium terre sancte. Communi itaque consilio primo[x] aggrediendi regem Tunitii[y, 37]
ditissimum disponentes, cum exercitu valido et multitudine navium copiosa in Africam
Iul. transierunt. Cumque rex Francie primitus applicuisset ad munitum portum famosissime[z]
Carthaginis, que est portus Africe et Saracenorum presidium singulare, viriliter Cartaginem expugnavit, occisis Saracenis pariter et fugatis. Post victoriam itaque Cartaginis lues
repentina ex corruptione aeris et aquarum exercitum Francorum invasit; multique principes
ac milites et populares morbo disenterie perierunt. Unus etiam de filiis regis Tristanus[*, 38]
Aug. 3. tunc temporis letali valetudine oppressus, de medio est sublatus. Post mortem itaque dilecti filii protinus[a] rex devotissimus disenterie morbo correptus, videns sibi diem ultimum
imminere, negotiis regni et exercitus congrue ordinatis, et effusis precibus lacrimosis ad[b]
Aug. 25. Deum, ut[c] esset populo ibi adunato[d] sanctificator[e] et custos[f], viam universe carnis est
ingressus.

a) itaque 3. 4. b) diebus 3. 4. c) *deest* 2. d) Bethogar 3. 4. e) paractis 2. f) convertit 3. g) exercitum copiosum et civitates eorum 2. h) soldani 3. 4. i) *deest* 4. k) constituta 3. 4. l) *deest* 3. 4. m) Calippus 3. 4. n) Qualiter rex Carolus obtinuit Nuceriam. Anno 3. 4. o) Krulus 2. p) in iptia 2. q) incursi et 2 *pro* insultatione. r) Quod principes Occidentis in Africam transierunt. Anno 3. 4. s) *deest* 2. t) discrimina 2. u) comati 3; commati 4. v) rex Sicilie *desunt* 3. 4. w) Krulus 2. x) *deest* 2. y) Tunicium 2. z) fortissimae 3; munitissime 4. *) *deest* 3. 4. a) *deest* 2. b) coram 3 *pro* ad — esset. c) cum 4. d) ibidem congregato 3. 4. e) sanctificatus 3. f) et custos *desunt* 3.

31) Bondoktar, Rokneddin Bibars. 32) Kahirah. 33) IX. 34) Theobaldus rex Nav., V comes Campaniae. 35) Heinrici III. 36) Eduardus. 37) Abu Abdallah Mohammed Mostansir Billah. 38) Iohannes Tristanus, comes Nivernensis.

Post obitum autem[a] benignissimi regis, filius eius Philippus[39], qui tunc[a] erat in castris 1270. cum patre, regni Francie obtinuit diadema; rex autem Carolus[b] post regis obitum capitaneus exercitus est constitutus. Et rex novus Philippus illustris et rex Navarie moventes[c] a Cartagine, audaciter exercitum ante muros Tunicii produxerunt, Saracenis[d], qui de totius Africe partibus venerant[e] in auxilium civitatis, terga vertentibus[f], tentoriis et tuguriis in campo cum omni supellectile derelictis. Adhuc cum exercitu suo nondum advenerat clarissimus Odoardus. Rex autem Tunicensis considerans, multitudinem Africanorum nullo modo[g] posse sustinere impetum populi christiani, nimio timore[h] perterritus, compositionem pacis a regibus postulabat. Reges autem[h], tum propter difficultatem urbem munitissimam capiendi, tum propter pestilentiam mortalitatis, que vehementer exercitum affligebat, tale pactum cum rege Tunicii pepigerunt: quod ipse persolveret regibus omnes transfretationis expensas, et tributum redderet regi Carolo[i] et filiis suis, quod ipse solebat persolvere annuatim[k] magno principi Federico. Hoc superadditum[l] est in pacto, quod quamdiu erit bellum contra Saracenos in partibus transmarinis, dare stipendia tribus milibus militum teneatur. Rex itaque ditissimus hec et alia, que reges christiani petierunt, facere compromisit, et apertis thesauris suis, opere protinus adimplevit. Dum hec agerentur, applicuit ad portum Cartaginis cum[m] classe maxima probissimus Odoardus[n]. Postquam vero[o] fuerunt pacis federa celebrata, exercitus in Siciliam remeavit; sed vento vehementi Nov. contrario existente, in portu Trapani naves plurime sunt confracte, in quibus maxima[p] mul- Nov. 22. titudo hominum[q] est submersa. 23.

a) *deest* 3. 4. b) Krolus 2. c) venientes 2. d) Saraceni 2. e) convenerant 3. 4. f) vertentes 2. g) non 2 *pro* nullo modo. h) *deest* 2. i) Krulo 2. k) *deest* 3. 4. l) Super hoc additum 3. 4. m) in 3. 4. n) Ogdoardus *hic* 2. o) *deest* 2. p) magna 3. 4. q) militum 3. 4.

39) III.

ANNALES FOROIULIENSES.

EDENTE WILHELMO ARNDT PH. D.

Debemus hosce annales qui non solum de tota Foroiulii provincia patriarcharumque Aquilegiensium rebus gestis agunt sed etiam ad illustrandam comitum Goritianorum atque Tyroliensium historiam multam afferunt lucem, duobus fratribus, clericis quidem Civitatensibus, Iuliano et Iohanni. Auctores hi de se ipsis proferunt testimonium occasione electionis atque consecrationis domini Iacobi episcopi Concordiensis, cuius praebenda tum data fuerat Iuliano. Verba laudata ad annum 1293 *sunt haec:* Item eodem anno in die sancti Thomae apostoli post missam in capitulo Civitatensis ecclesiae data fuit mihi Iuliano praebenda ipsius domni Iacobi per domnum Odolricum de Ragonia et per capitulum praedictae ecclesiae Civitatensis et mansionaria mea praedicto die data fuit Iohanni fratri meo. Item ego Iohannes celebravi primo missam nono die Maio currente dominica per C. anno Domini 1294. *Qualem quantamque quisque fratrum navaverit in rebus gestis enarrandis operam, ex eorum verbis non est cognoscendum.*

Ad novam editionem parandam his usi sumus subsidiis: 1) *Clarissimus vir Ioh. Franc. Bernardus de Rubeis in appendice operis sui* Monumenta ecclesiae Aquileiensis etc. Argentinae 1740 *pagg.* 20—37 *dederat annales nostros sub titulo:* Iuliani chronicon Foroiuliense ex codice Antonii Belloni descriptum, *et pagg.* 37—42 *alterum chronicon sub titulo:* Epitome superioris Chronici quae in Archivo capituli Foroiuliensis adservatur in calce vetustissimi necrologii. *Ludowicus Bethmann vir cl., cui in itinere Italo codicem hunc inspiciendi data erat occasio, testatur eundem adhuc in bibliotheca capituli Civitatensis sub numero* 43 *asservatum et a Bernardo de Rubeis fideliter esse typis expressum. Sunt autem annales hi, ut iam de Rubeis indicat, nil nisi annales Iuliani abbreviati, sic quidem ut nobis indicent praesertim res Civitate gestas, quum Iulianus ad illustrandam totius Foroiulii provinciae historiam magis esset attentus. Quam ob causam non sine multo fructu ad textum annalium Iuliani meliorem restituendum a nobis sunt ad certamen vocati. Scripti autem sunt annales abbreviati manu saeculi XIV, eorumque in margine tituli rubri positi sunt quos de Rubeis, nescio quam ob causam, omisit. Variis manibus tum in codice notae historicae usque ad annum* 1602 *scriptae sunt, quarum plerasque edidit de Rubeis in laudata appendice sub numeris X et XII, quas tamen a nostro fine alienas hoc loco iterum dare supersedemus. Sed revertamur ad annales maiores.*

Dederat eos ut diximus de Rubeis, ita quidem ut quoad rectam verborum lectionem non sit quod dubitemus eum bene functum esse munere suo; contra

annorum series valde turbata est, quam codex autographus procul dubio rectam exhibuit, quum eam annales abbreviati ubique servent rectam. Nostrum ergo erat restituere pristinum ordinem; nec difficile videbatur, quum et annales abbreviati et numeri annorum ab auctoribus semper fidelissime adnotati ansam praeberent. Dederat annales hos de Rubeis, frustra codice autographo in tabulario capituli Civitatensis quaesito, ex codice propria Antonii Belloni notarii Utinensis manu exarato. Videtur codex hic adhuc exstare in bibliotheca Palatina D. Marci Veneta. Nam v. cl. Valentinelli bibiothecae eius celeberrimae praefectus, qui in libro Archiv für Kunde Oesterr. Geschichtsquellen XVIII, 331—450 *exhibet catalogum codicum manuscriptorum de rebus Foroiuliensibus in bibliotheca laudata servatorum, habet haec de duobus nostri operis codicibus p.* 388*:* L. X, 132, c. 90—109; L. XIV, 46, c. 234—59—326 Iuliani Chronicon Foroiuliense ex codice Antonii Belloni. Incipit: „Gregorius patriarcha Aquilegiensis, qui fuit de Montelongo venit Aquilegiam", finit vero: Ludovicus de la Turre fecit minari funditus castrum Zucculae dominorum de Spellimbergo. Hucusque Passerinus seu quisquis fuit alius." — Cum primo confert fere in omnibus exemplum codicis secundi, cui praeit Belloni monitum: „Annales qua stili puritate Petrus Passerinus Utinensis tabellio contexuit, eadem ad posteros transmitto, ne eos quicquam fallat eorum quae a maioribus in Foro Iulii gesta sunt. Antiquarium ipsum mihi amicissimum Romae quo profectus fuerat explorandae antiquitatis causa, sepultum in Ara Coeli marmor insculptum indicat. Ego autem, quod ad me attinet, si et aliorum forsan occasionem tempus offerret, nil differam quin omnia posteris communicem. Vale Utini, X. Cal. Aug. 1538." *Sed Petrus Passerinus nihil aliud egit, nisi ut annales Iuliani breviores contraheret et ab anno* 1344 *usque ad annum* 1364 *adderet notas historicas infra edendas. Et huius operis codex asservatur in bibliotheca S. Marci; sic enim laudatus Valentinelli habet l. c. p.* 389*:* L. XIV. 46. c. 200—210—328. Compendium chronicae ms. Civitatensis ab anno 1252 ad annum 1364 quae Passerina appellatur. Incipit: Gregorius patriarcha Aquileg. intravit 1252. Sub quo regnante impositus fuit primus lapis ad monasterium nominatum Cellae apud Civitatem Austriae. Iustus Fontaninius qui propria manu chronicon exscripsit titulum dedit: Compendium chronicae Petri Passerini Utinensis seu potius Iuliani praebendarii Civitatensis; sed perperam, differt enim toto coelo ab epitome chronici Iuliani qua continentior est textus. *Nullam igitur adesse causam cur annales nostros auctori Petro Passarino adscribamus, quis est qui non intelligat. Pro fundamento igitur editionis nostrae usi sumus editione Bernardi de Rubeis. Tum vero adhibuimus:*

2) *Editionem quam curavit Muratorius in collectione Scriptorum rerum Italicarum Tom. XXIV. pagg.* 1191—1226. *Acceperat enim annalium exemplum ab abbate Iosepho Binio vetustum sane multisque in locis exesum; cuius quidem viri benevolentia alterum nactus est exemplar ab humanissimo viro Laurentio del Torre capituli canonicorum Foroiuliensium sive Cividatensium decano. Nec vidit secundum exemplum exhibere epitomen tantum, annales abbreviatos scilicet supra laudatos, sicque consarcinavit, ut ipse dicit, ex utriusque collatione non sine multo labore opusculum istud, Binianum potissimum sequens exemplum. Laurentium del Torre usum fuisse autographo necrologii ex verbis Muratorii (p.* 1191*) elucet:* Binium monuit praelaudatus decanus del Torre in manuscripto codice capituli sui omnium vetustissimo sed corroso et lacunis foedato non una

manu historica isthaec monumenta fuisse conscripta. *Annales abbreviati quum nobis ex editione Rubeiana praesto essent, operam navavimus ut resectis quae ex eis a Muratorio erant desumpta, reliquas partes Iuliano et Iohanni fratribus adscriberemus et ad corrigendum textum adhiberemus. Et non paucis locis profuit labor, quum permultae lacunae codicis Belloniani expletae sint hoc modo. Omnes tamen lectionum varietates quorum numerus pro misera apographorum Muratorianorum conditione non est exiguus, indicare nobis fuisset oleum et operam perdere.*

Ultimo loco dicendum est de auxilio quod praestitit v. cl. Bianchi qui in libro Archiv für Kunde Oesterr. Geschichtsquellen XXI, p. 167 *sqq., p.* 377 *sqq., XXII, p.* 371 *sqq., XXIV, p.* 425 *sqq, XXVI, p.* 229 *sqq. ex uberrimis archivorum Utinensium copiis luci dedit res Foroiulienses per saeculum decimum tertium gestas. Praeter multa diplomata quorum haud contemnendum numerum in notis nostris subsequentibus ad illustrandas res relatas adhibitum invenies, ex codice, nescio ex quo, alligavit annalium nostrorum relationem, quam non esse longius perductam valde est dolendum, dum eam ad emendandum textum persaepe adhibuimus.*

Annales Iuliani et Iohannis in usum suum converterunt, ut supra dictum est, auctor annalium abbreviatorum et Petrus Passerinus, velim ut addas Antonium Bellonum, qui vitas patriarcharum Aquilegiensium describens multarum rerum notitiam ex eis desumpsit. Edidit vitas has Muratorius SS. Rer. Ital. Tom. XVI, 25—70.

Scribebam Berolini die 5. *Iunii a.* 1863.

W. ARNDT.

1252. Ian. 13. Gregorius patriarcha Aquilegiensis, qui fuit de Montelongo, venit Aquilegiam die 13. Ianuarii sub anno Domini 1252.

1259. Sept. 27. Ecelinus de Romano[a] captus[1] fuit anno Domini 1259. die quarto exeunte Septembri, qui comedere nolens septem diebus, in octavo mortuus fuit[2].

1260. Nov. 30. *De poenitentibus nudis se verberantibus.* Anno Domini 1260.[3] in festo sancti Andreae, venit primo domnus Asquinus decanus Aquilegiensis cum poenitentibus nudis se verberantibus Civitatem[4], et statim Civitatenses inceperunt se etiam verberare ita quod infra octo dies fuerunt de Civitate se verberantes bene quinquaginta[b] et per totum Foroiulii in civitatibus castris et villis idem factum est, et infra viginti dies. Initium huius verberationis 4 dicitur fuisse Perosae[4*]. Anno praedicto fuerunt omnes discordiae sedatae, et etiam inter domnum patriarcham et comitem Goriciae[5], et in tantum quod innocentes et inculpabiles cum nocentibus et culpabilibus poenitentiam postulabant. Et tam in nocte quam in die per ecclesias circumeuntes et per terras, quibusdam velatis capitibus et personis, ne cognoscerentur, dorso et spatulis[6] usque ad cingulum[c] discoopertis, ubi se affligebant verberando ad effusionem sanguinis[d], quibusdam vero in strabulis[7] tantum, flentes et Dominum deprecantes, incedebant. Mulieres se in crepusculo in ecclesiis convenientes idem faciebant et quaedam occulte in domibus suis.

a) Roman 1. b) *Ann. abbr. habent secundum recensionem de Rubeis* circa 60, *secundum Muratorianam* circa quingenti sexaginta. c) singulum 1. d) ad effusionem *des.* 1.

1) prope Cassanum terram de Cremona, testante Nicolao Smerego. Murat. SS. VIII, 101. 2) Suncini. 3) Codices quibus usi sunt de Rubeis et Bianchi exhibent annum 1290, false quidem quum ex innumeris fontium relationibus constet, mirabilem hanc rem accidisse a. 1260. Facile erat errare, quod anno 1290. secunda vice flagellatores exstiterunt, ut nostris annalibus ipsis docemur. Ambigendum fortasse num ea quae hoc loco a verbis *Anno praedicto* usque *in domibus suis* referuntur ad annum 1260. an ad 1290. sint trahenda. Possis propter inimicitias inter comitem Goritiae et patriarcham quae constantissime post a. 1260. inter eos versabantur praeferre annum 1290, velim tamen annum 1260, quum relatio de mulieribus se flagellantibus tum bis in uno eodemque anno 1290 legeretur. 4) Civitas, Civitas Austria, hodie Cividale. 4*) Perugia, cf. Ann. Ianuenses. M. G. XVIII, 241. 5) Albertum II. 6) Spatula est costa, humerus, gall. *espaule.* 7) Strabulae sunt femoralia, vestis species qua crura teguntur.

Rex Carolus devicit et interfecit Manfredum principem Apuliae in Apulia[8], et fuit maxima 1266 hominum strages anno 1266, die Veneris 3. exeunte Februario. Febr. 26.

Impositus fuit primus lapis monasterii domnarum Cellarum apud Civitatem Austriam 1267. per venerabiles patres, Albertum Concordiensem et .... Petenensem episcopos anno Apr 13. Domini 1267. die decimo tertio intrante Aprili[9].

Captus[10] fuit venerabilis pater Gregorius patriarcha Aquilegiensis per nobilem virum Iul. 20. Albertum comitem Goritiae apud Villam-novam sub Rosacio[11] in aurora diei, dum erat in 11 lecto, et nudipes ductus fuit Goritiam[12] in uno roncino[13] anno Domini 1267. die Mercurii, 12. exeunte Iulio; nullo alio capto praeter Iohannem Lucensem[14] et paucis aliis vulneratis[15]. Tunc subsequenter die 4. intrante Augusto instituti fuerunt in Foroiulio capitanei, domnus Aug 4. Albertus vicedominus episcopus Concordiensis et domnus Asquinus de Varmo.

Redemptio Gregorii patriarchae. Gregorius patriarcha Aquilegiensis anno 1267. die Aug. 27. quinta exeunte Augusto exivit captivitatem dicti comitis Alberti Goritiae, et conductus fuit Civitatem; procurato tamen per venerabilem patrem Wlotislaum archiepiscopum Salspurgensem cum ipso domno patriarcha, dum erat in captivitate, et cum Foroiuliensibus ex parte una et cum dicto comite ex altera, quod fuit per partes compromissum in ipsum archiepiscopum et domnum regem Bohemiae[16] et postea confirmatum.

De interfectione domni Alberti episcopi Concordiensis vicedomini patriarchae. 1268. die 1268. 3. intrante Iulio mense ante tertiam apud montem Medeam[17] interfectus fuit venerabilis Iul. 3. pater Concordiensis episcopus, vicedominus reverendi patris Gregorii patriarchae, et quidam alii cum eo per insidias ei impositas per fautores domni Alberti comitis Goritiae.

De exitu exercitus et de destructione pontis .... Goritiam[a]. Dicto anno die Veneris Iul. 27. 5. exeunte Iulio, exivit Gregorius patriarcha Utino[18] cum suo exercitu contra dictum comitem. Et tunc die 12. Augusti destructus et dirutus fuit pons Isuntii[19] prope Goritiam. Re- Aug. 12. versus est die penultima Augusti Civitatem; facto iterum compromisso inter dictas partes. Aug. 30.

De Conradino devicto. 1268, die 22. Augusti in octava assumptionis[20] devicit rex Ca- Aug. 23. rolus Conradinum, qui volebat regnum Apuliae.

De obitu Gregorii patriarchae[21]. 1269. die 8. intrante Septembri, hora sexta, in Civi- 1269. tate Austria Gregorius patriarcha Aquilegiensis obiit in Domino, qui extitit patriarcha 17 Sept. 8. annis, 10 mensibus et 16 diebus[b].

De electione domni ducis Carinthiae in capitaneum Foriiulii[22]. Dicto anno die 14. in- Sept. 14. trante Septembris, nobilis vir Uoldricus dux Carinthiae electus fuit per Foroiulienses in capitaneum Foroiulii. Qui eodem anno die 5. exeunte Octobri, mortuus est in Civitate Oct. 27. Austria.

De electione domni Philippi in patriarcham Aquilegiensem et eius cassatione. 1269. ..... 1269.

a) *ex sequentibus apparet legendum esse* pontis Isuntii prope Goritiam. b) *Ann. abbr. recentiore manu addunt:* Et iuxta corpus sancti Paulini sepultus est, *quae notitia ex chronico tertio patriarcharum Aquil. apud de Rubeis App.* 12 *desumpta esse videtur.*

8) prope Beneventum. 9) Ann. abbr. die tertio Aprilis. 10) Die 3. Iul. in Austria Civitate patriarcha et comes foedus inierant ad debellandos Iustinopolitanos. V. Fontes rerum Austr. II. 1 p. 84—87. 11) Villanova, Rosazzo. 12) Görz. 13) Roncinus est equus minor, equus gregarius, gall. *roncin.* 14) sc. episcopum. 15) Hac re fortasse motus Raimundus patriarcha anno 1282. in synodo provinciali Aquileiae celebrata statuit quid sit agendum si patriarcha caperetur. V. de Rub. p. 783. 16) i. e. Ottocarum II. Compromisit enim comes in eosdem arbitros die 25. Aug. atque pignoris loco tradidit castra Goritiam et Carsperch. V. formam compromissionis in Font. rerum Austr. II, 1. p. 87—90; v. quoque epistolam papae Clementis IV. ad regem datam apud Martène et Durand Thes. II, 531, ubi p. 530 et aliam eiusdem papae hac de re agentem epistolam invenies. Venetos multum ad patriarcham liberandum attulisse docet nos Andreas Dandulus, lib. X. part. 41. apud Murat. SS. XII, 375. Velim ut addas compromissionem patriarchae nunc typis expressam a clar. viro Ioh. Voigt in „Das urkundliche Formelbuch des königl. Notars Heinricus Italicus aus der Zeit der Könige Ottokar II. und Wenzel von Böhmen.“ Archiv. f. Kunde Oesterr. Geschichtsq. XXIX. p. 114, ubi etiam compromissio Alberti comitis exhibetur. Pacis instrumentum eod. loc. p. 112 legitur. 17) a Goritia ad occidentem, non multum a flumine Isonzo. 18) hodie Udine. 19) Isonzo fluv. 20) Devictus fuit Conradinus die Iov. 23. Aug. 21) Testamentum condidit die 31. Aug. in Civitate Austriae. V. Archiv für Kunde Oesterr. Geschichtsq. XXII, 378. 22) Capitaneus eligebatur post mortem patriarchae, munere fungebatur usque ad adventum novi patriarchae in Foroiulium. Videas de hac re tabulam anno 1301. ab Henrico comite Goritiae datam, apud de Rubeis p. 807 sq. ubi leguntur haec: *Item quod intendimus, quod dictum officium (sc. capitanei) finiatur, quamcito patriarcha intrabit terram Foriiulii per se vel suum vicarium.* V. quoque infra ad annum 1315. *De confirmatione domni Henrici comitis Goritiae in capitaneum.*

1269. exeunte Septembri, domnus Philippus, frater dicti ducis Carinthiae, olim archiepiscopus
Sept. 23. Salburgensis[23], electus fuit in patriarcham Aquilegiensem. Sed privatus fuit per summum
pontificem Gregorium X. et curiam Romanam eo quod electio patriarchalis fuerat ante
dictam electionem per Romanam curiam interdicta. Qui cum, apostolica sede vacante,
non confirmaretur, receptus fuit salvo iure electionis patriarchalis in capitaneum Foroiulii,
1270. et tunc die Iovis, in festo sancti Gervasii equitavit cum exercitu super domnum Artuicum
Iun. 19. de Castello, fautorem comitis Goritiae nomine Alberti, comburendo et runcando[24] bona sua
ad burgum Castelli[25].

Iul. 4. *De grandi tempestate.* 1270. in festo sancti Uodolrici die 4. .... cecidit in Civitate
Austria et circa Civitatem grando grossior ovis gallinaceis multo; quae fructus terrae et
arbores atque frondes .... et cortices abstulit[a]; volatilia et etiam quadrupedia quae
reperit extra domos interfecit; et etiam homines ut ferebatur.

1272. *De captione Civitatis per Federicum de Pinzano*[26]. 1272. in vigilia sancti Matthiae die
Febr. 24.[27] bissexti 5. exeunte Februario[27], Federicus de Pinzano, qui tunc vicarius erat domni Philippi
capitanei suprascripti in Foroiulii, furtive tamen circa horam tertiam, iam dicta missa in
maiori ecclesia, armata manu intravit[b] Civitatem Austriam, domnis Iohanne et Uodolrico
fratribus de Portis ipsum introducentibus fraudulenter et quasi pacifice tanquam amicum
Civitatensium, eis dicentibus publice quod non veniebant causa mali; cepit Civitatem cum
illis de Prata et Purcilleis et Villalta, ubi multorum abstulit bona: quosdam Utinum, quos-
dam alio ad suum beneplacitum transmittendo et quosdam captivando: Carlucium Civita-
tensem, et unum de Prata[c] decapitando: Sophiam Florettae comburendo et volendo etiam[d]
alios decapitare; imposito eis, quod terram dare vellent forensibus. In captione terrae
Mai. 8. nullus vulneratus fuit nec percussus[28]. 1272. die dominico 8. intrante Maio, in aurora,
captus fuit burgus pontis Civitatis per Foroiulienses fideles ecclesiae Aquilegiensi et quos-
dam Theotonicos domni regis Bohemiae, invidentes Federico de Pinzano, sicut dictum fuit,
quia nullo defendente vel laeso intraverunt. Eodem die supervenit nobilis vir Uolricus Dur-
nolz, capitaneus regis Bohemiae cum exercitu magno hora vespertina et obsederunt Civi-
tatem. Item eodem die cum burgus pontis captus fuit, dictus Federicus de Pinzano fecit
comburi burgum sancti Petri et burgum sancti Silvestri et in nocte subsequenti dirui pontem
Mai. 14. lapideum burgi sancti Petri. Die vero sabbati sequenti Civitas data fuit dicto capitaneo et
claves Civitatis ei assignatae fuerunt in ecclesia sancti Stephani per domnum Detalmum
de Villalta, qui fautor domni Federici erat in Civitate et per quosdam Civitatenses.

a) *Annales abbreviati his verbis hanc sententiam dant:* — quae fructus terrae, arborum, atque frondes cum plantis et corticibus abstulit. b) intratis 1. c) de Prata *des.* 1, *habent Annal. abbr.* d) in 1.

23) i. e. Salzburgensis. 24) A terra herbas diu innatas vel arbores evellere. PAPIAS. 25) Castello prope Reifemberg. 26) Foedus enim inierant (apud de Rubeis p. 762) Civitatenses anno 1270. die 1. Maii cum Ottacaro II. rege Boemiae, qui post mortem Ulrici ducis Carinthiae huius terram sibi vendicavit secundum pactum cum eo initum. V. Frölich Archontol. Carinth. I, 71. Sed Philippus frater Ulrici, heres erat legitimus. 27) Dies bissextus est dies 6. exeunte Febr. 28) V. Archiv f. K. Oest. G. XXII. p. 390, ubi pactum inter Fredericum de Pinzano et Civitatenses initum invenies. Liceat inde hoc loco repetere illud: 1272. *Febr.* 27. *In Civitate Austriae. Henricus de Portis et Boyanus potestates, nec non consilium et commune Civitatis Austriae iurant sequi manum nobilis viri domni Federici de Pinzano vicarii terrae Foriiulii generalis tanquam sui rectoris et capitanei usque ad adventum domni patriarchae Aquileiensis, qui rationabiliter ipsi ecclesiae per curiam Romanam erit datus. Iurant insuper astare ipsi domno Federico et nobilibus viris domnis Iohanni et Vezzelletto de Prata, Artuico de Porcileis, Morando de Fossalta, Ludovico, Detalmo et Henrico fratribus de Villalta et Francisco de Fontebono pro viribus et pro posse usque ad adventum domni patriarchae, ad honorem et bonum statum ecclesiae Aquileiensis ipsos iuvare, defendere et manutenere contra quoscumque eos offendere volentes, praeter quam contra Aquileiensem ecclesiam et commune Paduae. Statutum tamen fuit quod supradicti Henricus et Boyanus officium regiae potestariae habentes, usque ad venturum festum sancti Georgii illud exerceant quidem, sed nihil faciant in dicto regimine sine consensu et voluntate et consilio praedicti domni Federici, aut sui commissarii, et quod ante dictum festum sancti Georgii commune Civitatis eligat alios potestates, qui in regimine terrae iurabunt facere omnia de consilio dicti domni Federici, sub poena duorum millium marcharum. His peractis praefatus domnus Federicus, sicut rector et capitaneus, iuravit capitanariam et regimen praedictum usque ad adventum domni patriarchae, et memorati domni de Prata, de Porcileis, de Fossalta, de Villalta, de Strassolt et de Fontebono iuraverant iuvare defendere et manutenere dictum commune Civitatis Austriae contra omnes homines in rebus et personis, et in ipsam terram nullam gentem introducere vel mittere contrariam Aquileiensi ecclesiae et communi praedicto sub poena 'dictarum duorum millium marcharum.*

[1272. Iun. 23.] *De fulgure.* 1272. in vigilia sancti Iohannis de Iunio percussit fulgur in quodam monte apud Isuncium, ita quod mons ardens pluribus diebus emisit fumum cotidie ad quantitatem domus ardentis.

[1273. Dec. 21. — 1274 Aug. 2. — Aug. 3. 4. — Aug. 17. — Aug. 18.] *De adventu patriarchae Raymundi.* 1273. die 11. exeunte Decembri factus est[a] per Alexandrum papam et curiam Romanam venerabilis pater Raymundus Mediolanensis episcopus Cumanus patriarcha Aquilegiensis; venit autem in Forumiulii videlicet Sacilum[29] anno 1274. die Iovis 2. intrante Augusto; die Veneris apud Sanctum Uoldricum[30]; die sabbati Utinum, ubi stetit tredecim diebus; die autem Veneris 17. intrante Augusto venit Civitatem; die tunc sabbati crastino compromisit[31] cum domno Alberto comite Goritiae patriarcha in nepotem suum potestatem Paduanorum[32], et comes in domnum Ulricum de Tauvers[b] et communiter in domnum Girardum filium domni Biaquini[c] de Camino de omnibus quaestionibus quae erant inter eos, ita quod infra decem dies sententiare deberent, vel communiter, vel maior pars ipsorum arbitrorum. Et sic patriarcha et comes pro[d] se et amicis eorum facti sunt amici. Et interim sic procuratum fuit quod partes dimiserunt arbitros absolutos. Et comes praecise exposuit se et iuravit[33] stare praeceptis domni patriarchae et tractare per dictos arbitros et alios de compositione et concordia et pace inter patriarcham et comitem. Dicto patriarcha petente Cormons[34] a comite[e], qui erat in camera patriarchali in Civitate super his et praecipiente quod sibi daret Cormons; comes quasi ad habendum consilium latenter exivit et sine licentia occulte cum paucis exiens Civitatem, recessit: et facti sunt inimici ut prius, non obstante iuramento et quibusdam securitatibus super hoc praestitis[35].

[1274. Nov. 26.] *Mutatio monetae.* Anno Domini 1274. die Lunae 5. exeunte Novembri, incepit currere nova moneta, mutata per venerabilem patrem domnum Raymundum patriarcham Aquilegiensem.

[1275. Febr. 25.] *De compositione domni patriarchae Raymundi cum comite et Iustinopolitanis*[36]. Item facta fuit compositio sub certis articulis et pactis in domnum Raymundum patriarcham Aquilegiensem ex parte una, et nobilem virum domnum Albertum comitem Goritiae et Iustinopolitanos et eorum fautores ex altera, anno Domini 1275. die 4. exeunte Februario in Civitate Austria in palatio patriarchali[37].

[1276. Sept. 11.] *De inundatione aquarum Natissae*[38]. Anno Domini 1276. die 11. intrante Septembri fuit Natissa ita magnus, quod fuit extra ripam usque ad murum cimiterii Sancti Petri[f] et

a) *addidi.* b) Ulr. de Tauvers *desunt* 1, *supplevi secundum recensionem Iosephi Bianchi, v. Archiv f. Kunde Oesterr. Geschichtsquellen XXII*, 392. *Annales abbrev. habent* domnum de Turis; *v. not.* 31. c) *sic Ios. Bianchi*, Biaqui 1. d) *sic Bianchi*, per 1. e) Cormons comiti 1. f) de porta Bressana *addunt Ann. abbr.*

29) Sacile. 30) S. Odorico. 31) Formam conventionis legas in Archiv f. K. Oesterr. Geschichtsq. XXII, 397 sq. ubi inter caetera haec invenies: *Unde datis securitatibus et praestitis iuramentis domnus patriarcha elegit domnum Gothofredum de la Turre potestatem Paduae, domnus comes elegit domnum Wolricum de Tawres, et hi duo communiter elegerunt domnum Gerardum de Camino, qui super universis quaestionibus et controversiis, quae inter illos vertebantur, potestatem habeant arbitrandi et sententiandi et quidquid per ipsos intra decem dies arbitratum et sententiatum fuerit patriarcha et comes firmum habebunt et ratum, sub poena duorum millium marcharum. His peractis domnus Raymundus patriarcha de consilio dictorum domnorum Gothofredi potestatis Paduae et Wolrici de Tawers praecepit domno comiti praesenti, et mandata recipienti quod sub debito iuramenti usque ad diem crastinum dominicum det sibi in scriptis nomina illorum omnium qui fuerunt secum aut in suo servitio in captione domni Gregorii patriarchae, et in damnis et offensionibus eidem illatis et ecclesiae Aquileiensi.* Die 19. Augusti „domnus Iacobus de Ragonea pro parte domni Alberti comitis Goritiae, praesentibus pluribus testibus in Civitate Austriae dedit domno Raymundo patriarchae quandam scedulam in qua scripta erant nomina illorum qui in servitio dicti domni comitis aut secum fuerunt in captione domni Gregorii patriarchae, et in qua damna praecipua recensebantur quae illata fuerunt ecclesiae Aquileiensi per comitem Goritiae et suos amicos et servitores". V. eod. loc. p. 399. 32) Gothofredum de la Turre, Mediolanensem. 33) fortasse die 25. Aug.; vid. Archiv für Kunde Oesterr. Geschichtsq. XXII, 400. 34) Cormons vel Cormonso non multum a Goritia ad occidentem. 35) V. de Rubeis p. 767, ubi exhibentur litterae patriarchae Raymundi, quibus indicatur pacem initam esse cum comite Alberto ad instantiam nuntiorum Ottocari regis, videlicet fratris Conradi praeceptoris domus S. Mariae Theutonicorum per Austriam et Styriam generalis, et magistri Henrici de Werden praepositi. Datae sunt litterae die 2. Octobr. in castris apud Manzanum. 36) Iustinopolis hodie est Capo d'Istria. 37) I. Valentinelli in catalogo codicum manuscriptorum de rebus Foroiuliensibus ex bibliotheca Palatina ad D. Marci Venetiarum (Archiv f. Kunde Oesterr. Geschichtsq. XVIII, 371) sic habet: LXIV, 101, *n.* 7—187. *Pax composita inter Raimundum a Turre patriarcham Aquil. et Albertum comitem Goritiae. Civitatis Austriae* 3. *Febr.* 1275. *Doc. or.* 38) Natisone fluv.

1276. Sept. 11. etiam ascendit per ipsum murum et destruxit plures domos ab inferiori[a] via versus Natissam existentes, deferendo quidquid invenit. Destruxit omnia molendina et portam et 39 murum pusternulae[39] factum in defensionem civitatis; ad pontem ascendit usque ad supremum gradum et tamen de summitate maioris saxi pedis pontis Civitatis remansit aliquantulum, quod aqua non transcendit.

Nov. *De caristia.* Anno Domini 1276. in Novembri vendebatur sextarius frumenti 30 denariis et etiam plus; milium 22 denariis, surcum[b,40] 14 et etiam 16 denariis. Item die sabbati 1277. Ian. 30. penultima Ianuarii vendebatur frumentum 36 denariis, et tantum siligo[41] et plus, milium[c] 24 et 27, surcum 28 denariis. Item ascendit frumentum ad 50 denarios, milium ad 40, Mart. 6. surcum etiam ad 37 et plus. In principio Martii, die sabbati sexto intrante Martio finaliter positum fuit frumentum pro 40 denariis, et siligo et faba pro 36, milium pro 28, surcum pro 24 denariis, in manu solvendo.

Febr. 12. *De mansionariis Civitatis pro animabus mansiariorum.* 1277. die Veneris ante Invocavit, scilicet 12. intrante Februario, in capitulo Civitatis canonicis cum decano generaliter congregatis, communiter et generaliter per eos indultum et constitutum fuit quod ex tunc praebenda cuiuslibet mansionarii primo anno post illius decessum pro anima ipsius cederet capitulo Civitatis ad emendam proprietatem pro animo eius, praesentibus in eius anniversario more solito.

Mart. 7. *De mutatione monetae*[42]. 1277. indictione 5, die 7. intrante Martio mutata est moneta, quae habebat patriarchae imaginem interius, et turrim exterius, quae valuerat 14 Veronenses, in monetam valentem seu positam 16 Veronenses, habentem interius imaginem sanctae Apr. 7. Mariae cum filio et exterius Aquilegia. Item eodem anno die septimo intrante Aprili fuit proclamatum ex parte patriarchae quod ex tunc daretur tantum pro 14 Veronensibus et illa nova quae tunc currebat, differens a priori in duabus crucibus parvulis interius et exterius.

De partu[d] fontis apud solarium. Anno Domini 1277. die septimo intrante Aprili inceptum fuit fodere et construere fontem apud domum communis primo.

Mai. 27. *De statuto debitorum.* Anno Domini 1277. indictione 5, die Iovis 5. exeunte Maio, in Civitate Austria in palatio patriarchali in generali colloquio domni Raymundi patriarchae Aquilegiensis cum praelatis, liberis, diocesanis[e] et nunciis contractum statutum et ordinatum fuit: quod quodcumque debitum non requireretur infra quindecim annos, ex tunc peti non possit et debitor tunc absolutus exsistat[f].

Iun. 9. *De pace inter domnum patriarcham Raymundum et nobilem comitem Goritiae Albertum*[43]. Anno Domini 1277. indictione 5, die Mercurii 9. intrante Iunio, in Civitate Austria in palatio patriarchali fuit per domnos Walterobertoldum de Spengimbergh, Ioannem de Zuccula patriarchae, Ugonem de Duino et Henricum de Pisino, comitis Alberti arbitros pronunciata arbitrando inter eos firma pax et concordia perpetua.

Sept. 11. *Quomodo Raymundus patriarcha ivit ad imperatorem.* 1277. die sabbati 11. intrante Septembri arripuit Raymundus patriarcha Aquilegiensis iter accedendi ad illustrem regem Sept. 12. Romanorum Rodulphum in Carinthia, exiens de Civitate et vadens Utinum ad colloquium Nov. 9. die tunc crastina habendum ibidem. Reversus est in Utinum die 9. intrante Novembri[44]. Nov. 15. Notandum quod die Lunae proximo subsequenti fecit domnus patriarcha sententialiter 45 amputari Norando notario de Faganea manum in Faganea[45], eo quod, ut ipse Norandus confessus est sine tortura, se ad petitionem domni Rantulfi de Villalta ex parte domni Federici de Cavriaco, domni Rantulfi et fratum de Villalta, Mathiussii de Glemona et domnorum de Tricano, sub sigillo illorum de Villalta scripsisse quasdam litteras quae mittebantur per quemdam nuncium Lombardum, qui cum litteris captus fuit et confessus, domno archiepiscopo Mediolanensi[46], qui erat inimicus dicti domni patriarchae, notificando ei, qua die

a) *sic Bianchi,* interiori 1. b) XXII. De Surcum 1. c) siligo, et plus Surcum 1. d) parte 1. e) *deest* 1; diesmanis *Bianchi.* f) tunc abs. ex. *des.* 1; tunc *deest Bianchio.*

39) Pusternula est posterior porta, italice *postierla.* 40) frugis genus, targus, Indicum frumentum. 41) genus tritici. 42) v. F. Schweitzer Serie delle monete e medaglie d'Aquilega e di Venezia. Trieste 1848. p. 22. 43) Die 13. Maii Raymundus patriarcha et Ugo de Duino nuntius Alberti comitis Goritiae arbitros elegerant qui de pace consulerent. Instrumentum hac de re compositum legas in Archiv f. Kunde Oesterr. Geschichtsq. XXIV. p. 429. 44) Rodulphum regem hoc anno fuisse in Carinthia negant fontes. Per totum annum usque ad diem 4. Nov. Wiennae erat, die 11. Nov. Heimburgi. 45) Fagagna, ab Utino ad occidentem. 46) Ottoni Vicecomiti.

idem patriarcha arrepturus erat iter eundi ad imperatorem Rodulphum; et quod domnus 1277.
comes Albertus Goriciae, quidam liberi et ministeriales de Foroiulii mittere intendebant suos ambasiatores ad dictum imperatorem contra dictum patriarcham; et exhortabatur eumdem archiepiscopum, quod mitteret illuc etiam suos ambasatores contra eumdem patriarcham.

De captione castri Tulmini[47]. Anno Domini 1278. die Martis, 5. intrante Aprili, circa 1278. Apr. 5.
meridiem acceptum seu captum fuit castrum Tulmini sub hac forma. Tres erant custodes in castro, unus quorum infirmabatur. Et quatuor cum saccis intus ferentes arma occulte, ascenderunt quasi vellent emere bladum[48] et exportare quod vendebatur. Et cum venissent ad portam castri et invento ibi solo custode illum eiecerunt de porta, et clausa porta alio custode superveniente et volente defendere locum occiderunt eum; et sic obtinuerunt castrum.

De rege Ottacro[a] *Bohemiae interfecto.* Anno Domini 1278. indictione 6, die Veneris, Aug. 26.
6. exeunte Augusto, interfectus fuit illustris vir domnus Ottacrus rex Bohemiae a suis[49] in exercitu seu conflictu, qui fuit inter ipsum ex parte una[b] et illustrem regem Romanorum domnum Rodulphum ex alia, nondum coronatum a domno papa in imperatorem.

De terrae motu[50]. Anno Domini 1279.[c] die septimo exeunte Aprili, in festo sancti 1279. Apr. 24.
Georgii, sero in crepusculo semel et iterum circa mediam noctem hora matutinali fratrum, fuit terrae motus tantum, quod quaedam castra ceciderunt et mortui sunt qui intus fuerunt.

De mutatione monetae. Anno Domini 1281. die octavo intrante Iunio mutata fuit moneta 1281. Iun. 8.
in Foroiulio, ita quod ex tunc nova tantum cucurrit.

De impositione lapidis ecclesiae[d] *sancti Sylvestri.* Anno Domini 1282. die 8. exeunte Maio 1282. Mai. 24.
impositus est primus lapis ecclesiae sancti Sylvestri aedificandae in terra quae diruta fuerat per domnos Iohannem et Uodolricum fratres de Portis[51] et eorum fautores; et fuit impositus per fratrem Fulcherum episcopum Concordiensem licentia domni Raymundi patriarchae.

Quando primo venit aqua fontis in curiam patriarchalem et apud solarium. Anno Domini Aug. 28.
1282. die tertio exeunte Augusto scilicet in nocte praecedenti venit primo aqua fontis Civitatensis apud solarium et in curia domni patriarchae.

De verra Istriae per domnum Raymundum patriarcham, comitem Goritiae et Foroiulienses 1283. Mart.
et alios[52]. Anno Domini 1283. in principio Martii incepit domnus Raymundus patriarcha ineunt.
Aquilegiensis cum domno Alberto comite, Tergestinis et Muglensibus[53] impugnare Iustinopolitanos et Venetos verra, quia Veneti detinebant Iustinopolim at alias terras Istriae et iura[e] spectantia ad ecclesiam Aquileiensem[e]. Et ex tunc fuerunt clausi portus Venetis per domnum patriarcham in suo districtu, et per Paduanos et Tarvisinos in suis. Item eodem anno die 11. intrante Iulio, in Civitate Austria in palatio patriarchali in colloquio Iul. 11.
generali per domnum Raymundum patriarcham, praelatos, liberos, ministeriales et communitates Foroiulii electi fuerunt viginti quatuor, videlicet sex pro clero, sex pro liberis, sex pro ministerialibus et sex pro communitatibus, ut quidquid per illos tractaretur et mandaretur super facto dictae verrae et pacis attenderetur et observaretur. Qui ordinaverunt die tunc crastina quod pro verra facienda et defensione et honore ac bono statu Iul. 12.
ecclesiae Aquilegiensis, et fautorum eius de quolibet manso omnium indifferenter solvi deberent 20 solidi Veronenses. Quod postea stabilitum fuit et solutum[f]. *De treguis.* Quae verra concordata fuit anno Domini 1285, et pronunciatum in Civitate die 11. Martii 1285. Mart. 11.
seu proclamatum quod omnes irent secure Venetias et quo vellent.

De transmutatione fratrum Minorum in Civitate. Anno Domini 1284, indictione 12, die 1284.
Iovis, 13.[54] intrante Ianuario, in octava epiphaniae, quidam fratres Minores circa sex vel Ian. 13.

a) O. 1. b) una *deest* 1. c) *sic* 2 *et Ann. abbrev.*; 1278. 1. d) eccl. *deest* 1. e) et iura — Aquil. *des.* 1; *Bianchi pro* iura *habet* circa. f) statutum *Bianchi.*

47) Tulmino vel Tolmein ad Isonzo fluv. 48) frumentum. 49) Num a suis ipsius militibus occisus sit valde est ambigendum, quum ceteri fontes tradant eum occisum esse ab Australibus, Ottocarus tantum (Pez III, 154) nomina eorum silentio praeterire velit: *Die sach ist so haimleich, Daz sy mir nicht fugt ze sprechen.* 50) V. Ottocarum de Horneck (l. c. p. 175), qui hoc ad annum 1280. refert. 51) anno 1272; v. supra p. 198. 52) V. Ottocarum (Pez III, 302 sq.), qui tamen bella a. 1283 et 1289. gesta confundit. 53) Muglia hodie Muggia, a Tergeste meridiem versus. 54) Dies 13. Ian. dies Veneris erat; epiphania erat dies 6. Ian., et dies Veneris quidem. Ann. abbr. habent: *die Iovis exeunte Ian.*

1284. Ian. 13. plures convenerunt Civitatem qui morabantur extra Civitatem apud ecclesiam sancti Francisci. Venerunt circa horam vespertinam, imo post, et ante crepusculum primo ad habitandum in domo et curia domni Uodolrici Cadubrini praepositi Sancti Petri de Carnea; quam emerant ab eo priorissa Sandrina et sorores sancti Petri quondam de Poloneto, habitantes apud Sanctum Panthaleonem. Pro qua domo et curia et etiam non pauca pecunia per ipsas sorores dictis fratribus persolvenda, eaedem priorissa et sorores emerunt pro se ad habitandum locum dictorum fratrum, ubi ipsi morabantur apud Sanctum Franciscum iuxta Civitatem, cum ecclesia claustro aedificiis viridario et pertinentiis suis integre in eodem loco. Et haec facta sunt consensu et auctoritate venerabilis patris domni Raymundi patriarchae Aquilegiensis.

Iun. 4. *De receptione habitus sanctae Clarae, consecratione et inclusione dictarum sororum.* Anno Domini 1284, indictione 12, die quarto intrante Iunio, in octava pentecostes, praesentibus venerabilibus patribus domnis, fratre Fulchero de Zuccula episcopo Concordiensi, domno Ulvino de Civitate episcopo Tergestino, et domno Wernardo episcopo[a] Petenensi et aliis quam pluribus, reverendus pater domnus Raymundus Dei gratia patriarcha Aquilegiensis dedit habitum regulae sanctae Clarae primo priorissae Sandrinae[b] et aliis sororibus olim de Poloneto, et consecravit easdem; videlicet priorissam Sandrinam, Florendam[c], Aldam, Saldam, Reginam, Adeleytam, Catherinam, Agnetem, Perinam[d], Benvenutam, Hilicuzam filiam Ghirissuti, Bernardinam; et easdem primo inclusit ibi.

Iun. 28? 29? *De castro aedificato per Venetos apud Marzillanam in aqua marina.* Anno Domini 1284, indictione 12, die tertio vel quarto exeunte Iunio, venerunt Veneti primo ad aedificandum 55 unum castrum apud Duinum[55] iuxta Marzillanam[56] et Sanctum Iohannem[57], in mari, longe a terra plus iactu machinae vel ballistae.

Oct. 6. *De morte Rubei soneschalchi[58] domni patriarchae.* Die sabbati, 6. intrante Octobri, interfectus fuit soneschalchus reverendi patris domni Raymundi patriarchae Aquilegiensis per Reynardum, Varnerum filios domni Francisci de[e] Orzano, et Iacobum et forte alios Civitatenses. Quare dirutae fuerunt domus dicti Iacobi filii Merquanducii[f] de ultra pontem, et locus sive terra Civitatensis per dictum patriarcham fuit supposita ecclesiastico interdicto
Oct. 19. die Iovis, 19. Octobris, usque ad ultimum diem eiusdem mensis; quod suspendit ab hora tertia usque ad beneplacitum suum; eo quod domnus patriarcha dicebat, eum fuisse clericum et vicarium, non plebanum; et propter hoc terram ubi interfectus fuit, esse debere suppositam ecclesiastico interdicto secundum cuiusdam suae constitutionis tenorem, editae Aquilegiae in sua synodo generali[59].

1285. Mai. 31. *De ingressu Praedicatorum ad habitandum in Utino.* Anno Domini 1285, indictione 13, die ultimo exeunte Maio, ingressi sunt primo in Utinum fratres Praedicatores ad habitandum ibidem et primo celebraverunt publice in eorum loco missam. Lapis autem primus ecclesiae aedificandae impositus fuit ultimo die Maii[60].

Aug. 13. *De salesatura[61] viarum civitatis.* Anno Domini 1285. die Lunae, 13. intrante Augusto, incepit commune Civitatense facere salesari sive facere aptari vias Civitatis, incipiendo a porta pontis cum dacio[62] civitatis.

Nov. 1. *De militia domni Iohannis de Zuccula.* Anno Domini 1285. in festo omnium sanctorum domnus Iohannes de Zuccula cum Francisco de Orzono facti sunt milites per domnum Albertum[g] comitem Goritiae apud Civitatem in prato iuxta Stinirvellam, domno Raymundo patriarcha Aquilegiensi nolente facere eos milites: eo quod fecerat Franciscum praedictum

a) d........ ep. 1. b) Sardinae 1. c) Floren. 1. d) Perinam *deest* 1; Petris 2. e) de *deest* 1. f) Marquardusii *Bianchi.* g) Albrettum 1.

55) ad gulfum Tergestinum situm, hodie Duino vel Tybein. 56) M^na^ Marzelina. 57) S. Giovanni. 58) senescalci. 59) Anno 1282. habita synodus sic (de Rubeis p. 787): *At si clericus alius, aut persona ecclesiastica praedictae civitatis, diocesis vel provinciae captus vel interfectus fuerit, vel captus in carcere forsitan expiraverit; sacrilegus seu sacrilegi et eorum complices per omnes ecclesias civitatis et diocesis, in qua sacrilegium perpetratum extiterit, singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, excommunicati publice denuncientur. Civitas quoque seu locus et tota parrochia, ubi tale sacrilegium, sive capiendo sive detinendo, aut ducendo vel interficiendo fuerit perpetratum, interdicto ecclesiastico sit subiecta.* 60) Hinc in capitulo conventus Praedicatorum S. Petri martiris de Utino super parietem legebatur: *Solemni per religiosos Praedicatorum viros sacrificio peracto, huius sacri templi coepta sunt iaci fundamenta anno MCCLXXXV. pridie Kalendas Iunii.* BIANCHI l. c. p. 456. 61) v. Ann. Mant. supra p. 21. 62) Dacium est tributum, vectigal, gall. *dace.*

denunciari excommunicatum occasione mortis soneschalchi sui qui interfectus fuerat in 1285. Civitate, ut supra. Cui militiae interfuerunt Virsingensis[63], Feltrensis[64] et Concordiensis[65] episcopi, et Albertus comes Goritiae, Girardus de Camino, de Prata, de Porciliis, Castello, Spengimberch[66], Villalta, Glemona, Pramperch, Cucanea, Utino et alii domini fere de castris 66 Foroiulii universis et etiam Theotonici quam plures. Quae curia duravit octo diebus. Burgenses[a] et curiales interfuerunt bene quingenti.

De electione praebendariorum Petri de Orsaria et Niculussii Civitatensis. Anno Domini 1286. 1286, indictione 14, die Lunae, secundo intrante Septembri in capitulo maioris ecclesiae Sept. 2. sanctae Mariae Civitatis Austriae per domnos, Bernardum decanum et alios canonicos Civitatenses, tunc ibidem vocatos et congregatos solito more, primo sunt electi sive creati Petrus de Orsaria nepos domni Martini dicti Castroni[b] et Niculussius filius quondam Meynarducii de Civitate in praebendarios secundum ordinationem cuiusdam magistri Pizoli canonici Civitatensis, ad dicendum singulis diebus horas beatae Mariae in ecclesia maiori Civitatensi apud aram. Videlicet quod vesperas dicere debeant dum vesperae pulsantur ad vesperas communes dominorum; et post matutinas dominorum, sive communes immediate dicere debeant de beata Maria matutinas, primam, tertiam, sextam et nonam. Qui magister Pizolus in suo testamento ordinavit et statuit de bonis suis emi reditus trium marcharum ad usum curiae praebendariis supradictis. Qui praebendarii illas praebendas habere debeant usque ad 20. seu 26. sive usque ad 27. annos[c] suae aetatis a nativitate ipsorum et non ulterius; quae tunc aliis conferantur sub dicta conditione et forma, et insuper tali conditione, quod si non facerent et non dicerent ut deberent, seu vitam ducerent inhonestam, decanus et capitulum ipsos privare valeant praebendis praefatis et aliis ad hoc idoneis illas conferre. Item quod mansi seu possessiones redituum dictarum praebendarum esse debeant sub protectione et regimine capituli et specialiter in officio clavigeri capituli; qui reditus memoratos debitis et congruis temporibus conduci faciat in claustrum canonicorum; et ibidem illos dictis praebendariis per illos, qui eosdem reditus solvere debuerunt, assignari faciat et persolvi.

De mutatione monetae. Anno Domini 1287, indictione 15, die Lunae, decimo intrante 1287. Martio, in Civitate Austria fuit ex praecepto reverendi patris, domni Raymundi patriarchae Mart. 10. Aquilegiensis, voce praeconis publice proclamatum, quod moneta, quae publice pro nova currebat, deberet dari et accipi pro nova usque ad diem Iovis vicesimum intrante Martio et Mart. 20. ex tunc pro antiqua tantum.

De exercitu in Istria contra Iustinopolitanos. Die dominico, praedicto anno, 8. intrante Iun. 8. Iunio, ivit venerabilis patriarcha Raymundus a Civitate ad Montemfalconem[67], ubi eodem die convenit ad eum maxima multitudo militum, equitum et peditum, de toto Foroiulii, Carnea et Cadubrio, ita quod a decem et octo annis supra usque ad septuagesimum annum omnes praescripti fuerunt praeter servos et homines ministerii. Et de Civitate, Utino, Glemona[68] et aliis burgis sex homines de scriptis praescriptae aetatis miserunt unum peditem, de villis vero decem miserunt unum peditem ad dictum exercitum Convenit etiam ad dictum exercitum domnus comes Goritiae cum sua gente et omnes fautores domni patriarchae et domni comitis de Istria et Sclavonia[69]; et domnus Meynardus[70] dux Carin- 69 thiae et comes Tyroliensis misit in auxilium domni comitis Goritiae fratris sui et ecclesiae Aquilegiensis venerabilem patrem domnum episcopum .... cum multitudine maxima militum, equitum et peditum. Praedictus exercitus roncavit et destruxit vineas Iustinopolitanorum et eorum labores et subsequenter obsedit castrum Mucon, et cum non possent illud habere, illo relicto, reversi sunt. Et pervenit exercitus ad Montemfalconem die Lunae, in vigilia beatae Mariae Magdalenae, scilicet undecimo exeunte Iulio. Iul. 21.

De domno Brisa episcopo Tergestino[71]. Anno Domini 1287. die sabbati, 12. exeunte Apr. 19. Aprili, fuit domnus Brisa de Top, canonicus Civitatensis, confirmatus in episcopum Tergestinum per venerabilem patrem domnum Raymundum patriarcham Aquilegiensem.

a) *deest* 1. b) *deest* 1. c) debeant de viginti usque ad viginti septem annos *Bianch.*

63) Emicho ep. Frisingensis. 64) Algerius Villalta. 65) Antonius. 66) Spilimbergo. 67) Monfalcone haud procul a sinu Tergestino. 68) Gemona, ab Utino ad septentr. 69) Slavonien. 70) IV. 71) Iam anno 1285. die 14. Iul. capitulum Tergestinum eidem denuntiaverat eum esse electum episcopum. V. Archiv für Kunde Oesterr. Geschichtsq. XXIV. p. 457.

1287. Iun. 18. Iul. 7. *De captione Marani per Venetos.* Anno 1287. die Mercurii, 13. exeunte Iunio, captum fuit Maranum[72] per Venetos, die autem septimo intrante Iulio subsequenter relictum et spoliatum fuit per Venetos et occupatum per domnum Artuicum de Castello.

Oct. 19. *De confirmatione sororum sanctae Clarae.* Anno Domini 1287, indictione 15, die dominico, 19. intrante Octubri, auctoritate cardinalis qui praeest ordini sanctae Clarae, per fratrem Petrum visitatorem sororum ordinis sanctae Clarae et praesente fratre ministro ordinis fratrum Minorum confirmatae sunt sorores sanctae Clarae apud Austriam Civitatem, et datus est eis habitus et regula sanctae Clarae.

Oct. 20. *De eclipsi lunae.* Anno Domini 1287, indictione 15, die 12. exeunte Octobri, in nocte sequenti, luna 12. secundum aureum numerum, fuit eclipsis lunae circa mediam noctem et visa tunc fuit sanguinei coloris.

Oct. *De impositione viginti solidorum impositorum cuilibet manso et rotae molendinorum in Foroiulii.* Anno Domini 1287, indictione 15, in mense Octubri impositi fuerunt per domnum Raymundum patriarcham de voluntate et assensu cleri et laicorum de Foroiulii viginti solidi cuilibet manso et rotae molendinorum in Foroiulii pro assoldandis equitibus et peditibus contra Venetos et Iustinopolitanos in subsidium Tergestinorum et aliorum quorumdam de Istria fautorum ecclesiae Aquilegiensis.

1288. Febr. 5. *De abbatissa monasterii sanctae Clarae.* Anno 1288, indictione 1, die 5. intrante Februario, venit Civitatem ad monasterium sanctae Clarae pro abbatissa ipsius loci venerabilis domna .... de Mediolano, neptis domni Raymundi patriarchae Aquilegiensis.

Febr. 19. *De Venzono investito duci Carinthiae*[73]. Anno Domini 1288, die Iovis, 19. intrante Februario, investivit domnus Raymundus patriarcha nobilem virum domnum Meynardum ducem Carinthiae de Venzono ad rectum et legale feudum ecclesiae Aquilegiensis, quod emerat a Villelmo de Venzono pro mille et quingentis marchis ut dicebatur.

Nov. 7. *De impositione 7 solidorum.* Item impositi fuerunt 7 solidi pro quolibet manso et qualibet rota molendini et fulugni[a] et pro marcha mobilium, solvenda sub poena dupli, die dominico 7. intrante Novembri anno praescripto.

Nov. 4. 5. *De captione castri Muglae*[74]. Anno praescripto die 4. sive 5.[b] intrante Novembri, castrum Muglae fuit captum per Venetos sive datum eis pacto. Locus autem Muglae inferioris[c] prius eis datus fuerat per interiores eodem anno.

1289. Mart. 14. *De Tricesimo*[75]. Anno Domini 1289, indictione 2, die quartodecimo intrante Martio[d], venit vir nobilis domnus Albertus comes Goritiae de Carinthia Tricesimum cum magna multitudine hominum, equitum et peditum. In nocte vero tunc subsequenti combusta fuit tota villa Tricesimi cum ecclesia et cortina sibi adiacente a gente dicti comitis. Mane autem facto cum sua gente ivit versus Aquilegiam et permansit in villa Cervignani[76] usque Apr. 24. ad festum sancti Georgii; gens cuius ivit depraedando per Forumiulii semper, donec in villa supradicta permansit.

Apr. 25. *De verra Istriae per domnum reverendissimum patriarcham, comitem Goritiae et Foroiulienses et alios.* Anno Domini 1289, indictione 2, venerabilis vir domnus Raymundus, Dei gratia sanctae sedis Aquilegiensis patriarcha in festo beati Marci Aquilegia exivit cum sua gente et ivit versus Montemfalconem causa eundi ad exercitum in Istriam. Eo die venit ad eum domnus Albertus comes Goritiae cum sua gente quae erat in villa Cervignani; nec non omnes de toto Foroiulii a decem et octo annis supra et a septuaginta infra, et Carnea, Cadubrio, Carinthia. In cuius subsidium et iuvamen misit etiam nobilis vir domnus Meynardus dux Carinthiae magnam multitudinem hominum. Omnibus vero congregatis apud locum praedictum egregius vir domnus Albertus comes Goritiae supradictus de consensu et voluntate domni patriarchae praedicti fecit milites domnum Henricum de Prampercho et domnum Nicolaum filium Baldachi de Civitate in campanea, quae est sub castro superius nominato. Quibus vero peractis, ordinatae fuerunt acies equitum pro se et peditum pro se, nec non rectores cuiuslibet aciei. Hoc facto computatae fuerunt acies, et rector sive capitaneus cuiuslibet aciei suos computavit omnes, et reperti fuerunt in summa in toto exercitu

a) *deest* 1. b) die 4. Iunii, sive 5. intrante Novembri 2. c) inferior 1. d) Madio 1.

72) Marano. 73) V. Archiv f. K. Oest. Geschichtsq. XXIV. p. 465. Wilhelmus de Venzono iam anno 1285. die 23. Febr. castrum vendiderat Alberto comiti Goritiae, v. l. c. p. 458, qui anno 1286. die 29. April. eidem castrum et omnia quae ab ipso emerat restituit, v. l. c. p. 459. 74) Muggia prope Tergeste. 75) Tricesimo ab Utino ad septentriones. 76) Cervignano non multum ab Aquileia ad septentr. versus.

quinque mille milites et quinquaginta mille pedites. Et moto inde exercitu iverunt omnes 1289. versus terram quam Veneti fecerant ante Tergestum, et ibi per multos dies steterunt et saepe cum ballistis nocebant sibi inter se sed numquam in campum ad praelium convenerunt. Et interdum faciebant treugas inter se si possent concordari; et nostri intrabant terram Venetorum et ipsi Veneti in exercitu nostrorum, durantibus treugis, conveniebant. Hoc facto una die domnus Albertus comes Goritiae supradictus ignorante domno patriarcha et absque voluntate ipsius separatus fuit de dicto exercitu et recessit; et tunc domnus patriarcha habito consilio sapientum recessit universaliter cum omnibus de dicto exercitu die sexto intrante Maio; quia dicebatur quod ipse domnus comes vellet prodere exercitum et Mai 6. ipsum domnum patriarcham. Deinde celebratum fuit colloquium generale Civitate 13. die Mai. 13. intrante Maio ut Tergestum[a] in alimoniis subveniretur. Cui colloquio interfuit domnus comes Goritiae, domni episcopi Tergestinus et Concordiensis nec non omnes nobiles de toto Foroiulii. In quo colloquio statutum et ordinatum fuit quod omnes de civitatibus, castellis et villis et burgis a decem et octo annis supra et a septuaginta infra ire deberent ad exercitum praelibatum. Qui domnus patriarcha ivit versus Montemfalconem 7. die in- Iun. 7. trante Iunio. Eodem vero die venit ad eum Henricus, filius comitis Goritiae cum sua gente, et magna multitudo de toto Foroiulii, et moverunt exercitum causa eundi Tergestum cum curribus et asinis multis deferentibus victualia. Et ita euntibus ipsis per stratam quae vadit versus Tergestum, faciebant strepitum et rumorem ultra modum et in nocte ignes copiosos per montes quia frigus erat. Veneti qui erant in civitate illa quae erat ante Tergestum, cui imposuerant[b] nomen Romagna[77], audierunt rumorem magnum et strepitum a longe 77 quem exercitus faciebat, timuerunt timore magno, credendo quod exercitus esset maior quam fuerat prius; et erat satis minor. Omnes navem intraverunt qui potuerunt, et multi in aqua[c] submersi fuerunt per nimiam festinationem et solicitudinem quia nec pater filium nec filius patrem expectabat. Et ita die 17. intrante Iunio[78] fugerunt dimissis illic multis Iun. 17. bonis, quae omnia quasi Tergestini acceperunt quia nostri multum distabant quando illi fugerunt.

Quando facta fuit campana sancti Sylvestri. Anno Domini 1290. magister Iohannes 1290. Tergestinus, tempore domni Alberti sacerdotis et Conradi quondam Asidolfi caneparii ec- Mart. 4 clesiae sancti Sylvestri fecit campanam praedictae ecclesiae de voluntate et consensu totius communis curae ecclesiae antedictae, quarto die intrante Martio in supradicta ecclesia ante tertiam.

De captione domni Uodolrici de Mimilano. Anno Domini 1290. domnus comes de Goricia Mart. 12. cepit domnum Uodolricum de Mimilano in quadam ecclesia, quae est sub Cormons, duodecimo die intrante Martio.

De nudis se verberantibus. Anno Domini 1290, die octavo intrante Aprili, quidam Civi- Apr 8. tatenses decem vel duodecim inceperunt primo se verberare apud ecclesiam sancti Panthaleonis clam, et paulo post multi in civitate se verberare coeperunt in nocte. Deinde inceperunt crescere et processionaliter verberantes praedicti iverunt Glemonam ad quamdam indulgentiam et venerunt per Utinum civitatem. Deinde coeperunt se verberare per totum Forumiulium. Mulieres vero in nocte se verberabant.

De captione terrae Caprularum. Anno Domini 1290. indictione 3, die duodecimo in- Apr. 12. trante Aprili, in aurora cursores manu potenti invaserunt et ceperunt terram et civitatem Caprularum subito et eam despoliaverunt omnibus bonis, et ceperunt potestatem cum filiis suis et alios quam plures homines, et navibus bonis terrae oneratis totam terram igne concremarunt. Quibus peractis moto navigio suo cum multis lignis quae ceperunt in terra antedicta cum omnibus Aquilegiam die venerunt.

De transmutatione festi beatae Margaritae[78*]. Anno Domini 1291. reverendus pater 1291. domnus Raymundus Dei gratia Aquilegiensis patriarcha transmutavit festum sanctae Margaritae, quod erat in festo sancti Hermacorae in octava ipsius sancti Hermacorae, et ita ordinavit per totum Forumiulii celebrari.

a) Tergestinis 2 b) imposuerunt 1. c) aquam 1.

77) Ottocarus de Horneck (Pez III, 304): *Die Venedier nanten sey sa Semper Venesia; Daz spricht: Imer Venedi.* 78) Charta quaedam in archivo municipali Utinensi fugam Venetos iniisse die dominico 12. Iun. ostendit. V. Archiv f. Kunde Oest. Geschichtsq. XXIV, 473. 78*) Et festum S. Hermacorae et S. Margarithae die 12. Iul. celebrabatur. Octava S. Hermacorae dies 5. Iul. est.

1291. Mai. 18. *De captione Acri.* Anno Domini 1291. Saraceni manu potenti ceperunt terram Acri 17. die intrante Maio[79] et ipsam terram et alias terras vicinas et castra diruerunt et ad terram prosternaverunt.

Nov. 11. *De pace iter Venetos et Foroiulienses*[80]. Anno Domini 1291. die 11. intrante Novembri, in festo domni Martini, praeconizata fuit pax in Civitate Austria inter domnum patriarcham et Foroiulienses ex parte una et Venetos ex parte altera, et per totum Forumiulium sub certis pactis et articulis, videlicet quod ipsi Veneti sine aliquo tenore dimitterent castrum de 81 Mugla et burgum et castrum de Muquon[81] et omnia loca quae occupaverant sive ceperant post inceptionem verrae praedictae. Alia vero loca quae prius ceperunt, debeant servare ipsi Veneti usque ad sententiam sive difinitionem domni papae. Et omnes incarcerati ex utraque parte dimissi fuerunt et omnes portus fuerunt aperti.

1292 Aug. 15. *De heremitario*[a] *Sancti Stephani.* Anno Domini 1292. Alsubetta, neptis domnae Lucardis, fecit sibi fieri heremitarium[b], prius apud Sanctum Stephanum in quo ipsa intravit[c] et fuit clausa per magistrum Iulianum thesaurarium Civitatensis ecclesiae in festo assumptionis sanctae Mariae, anno praescripto.

1293. Apr. 18. *De obitu venerabilis viri domni Fulcheri.* Anno Domini 1293. indictione 6. venerabilis vir domnus frater Fulcherus, Concordiensis episcopus obiit, 13. die exeunte Aprili[d].

Apr. 27. *De electione et confirmatione domni Iacobi quondam Ottonelli.* Item praescripto anno domnus Iacobus quondam Ottonelli, canonicus Civitatensis, electus fuit in episcopum Concordiensem communiter per omnes canonicos, praeterquam per unum, qui elegit domnum Bernardum[e] decanum Civitatensem, qui postea renunciavit suae electioni et in ipsum domnum Iacobum consensit, 4. die exeunte Aprili. Qui postea confirmatus per domnum Raymundum patriarcham fuit in Utino.

Dec. 20. *De consecratione domni Iacobi.* Anno Domini 1293. indictione 6. venerabilis vir domnus Iacobus quondam Ottonelli consecratus fuit in episcopum et pastorem Concordiensis ecclesiae per domnum Brisam Tergestinum die duodecimo exeunte Decembri, scilicet in vigilia sancti Thomae apostoli in Aquilegiensi palatio.

Dec. 21. Item eodem anno in die sancti Thomae apostoli post missam in capitulo Civitatensis ecclesiae data fuit mihi Iuliano praebenda ipsius domni Iacobi per domnum Odolricum de Ragonia et per capitulum praedictae ecclesiae Civitatensis, et mansionaria mea praedicto die data fuit Iohanni fratri meo.

1294. Mai. 9. Item ego Iohannes celebravi primo missam nono die Maio, currente dominica per C[81*], anno Domini 1294.

1293. Nov. 20 Item eodem anno facta fuit fenestra apud maius altare, 11. die exeunte Novembri et fuerunt factae in Sancto Donato et sub confessione in illis diebus ante quatuor vel quinque.

1294. Nov. 10. *De verra illorum de Castello et Zuccula.* Anno Domini 1294. die 10. intrante Novembri, domnus Artuycus de Castello cum adiutoribus suis, scilicet domno Federico de Varmo, 82 domno Symone de[f] Cucanea, illis de Pulcinicho[82], domno Francisco de Rivarotta et forsan aliis, depraedatus fuit domnum Iohannem de Zuccula occasione bonorum quondam domni Valteripertoldi de Spengynberch, quia ipse domnus Artuycus volebat medietatem propriorum tam castellorum quam etiam familiae, eo quia uxor ipsius domni Artuyci tantum fuit[82*] domno Valteropertoldo, quantum domnus Iohannes de Zuccula. Versaque vice domnus Iohannes de Zuccula, facta sua congregatione, videlicet cum omnibus illis de Villalta, de Prata, de Rifimberch[83], de Prampercho, domno Iohanne et domno Vitulino[g] de Portis et aliis quam pluribus; et ceperunt depraedare ipsum domnum Artuycum et suos adiutores pro posse similiter. In adiutorio vero ipsius domni Iohannis miserunt Tergestini bene Dec. 11. ducentos pedites, qui venerunt in Civitatem et iverunt Zucculam, undecimo die intrante Dec. 13. Decembri. Et tunc die tertia subsequenti, scilicet in festo sanctae Luciae, ipsi pedites cum illis de Villalta, de Prata, de Prampercho, de Rifinbercho et de Petra-pelosa, et cum filiis domni Asquini de Varmo, unusquisque cum toto posse suo, intraverunt villam Fagedis[84], qua domnus Odolricus de Cucanea exivit eis obviam cum undecim, et munitionibus eis

a) heremita 1. b) heremitorium 1. c) in — intravit *des.* 1. d) ex. Apr. *desunt* 1. e) B. 1. 2. f) de *deest* 1. g) Utulino 1; Vitelino 2.

79) Die 18. Maii capta est. 80) Pacis instrumentum v. in: Fontes rerum Austr. II, 14. p. 358—370. 81) An Muscon ab Aquileia ad meridiem? an Maukine a Montefalcone ad orientem? 81*) C est littera dominicalis huius anni. 82) Pulcenigo. 82*) sc. cognata. 83) Reifemberg. 84) Faedis.

patefactis et reseratis intraverunt una cum eo villam praedictam et ceperunt domnos Tho- 1294
masium, Varnerum canonicum Civitatensem de Cucanea, Artuycum filium domni Francisci
de Seravalle, Vidotum de Fagedis[a] et alios, et duxerunt eos ad Spenginberch et eos illic
in vinculis tenuerunt praeter domnum Thomasium, qui dimissus fuit precibus communis
Civitatis, nec non bonis securitatibus factis super hoc quod nullam partium adiuvaret[b] in
dicta verra. Deinde inceperunt omnes comburere domos massariorum[85], vites roncare et 85
etiam homines capere qui erant de parte, et facere omnia mala. Venit autem in sub-
sidium domni Artuyci de Castello domnus Gyrardus de Camino cum magna multitudine
hominum, equitum et peditum, nec non et curruum, et obsedit castrum illorum de Villalta 1295
nomine Variani, 8. die intrante Aprili cum omnibus illis qui erant de parte. Quod quidem Apr. 8.
castrum cum machinis et aliis aedificiis expugnabant, sed videntes intrinseci quod se de-
fendere non valebant, eis ipsum castrum dederunt die tertio subsequente tali pacto: quod Apr. 10.
salvi et sani ire deberent cum omnibus bonis quae accipere voluerunt de ipso castro.
Quod ita factum fuit. Deinde die crastina domnus Dietalmus de Villalta timens ne ipsum Apr. 11.
castrum diruerent et ne sub Villalta venirent ad runcandum et destruendum, venit ad
loquendum domno Gerardo de Camino et dixit quia volebat tractare de concordia et pace
si posset; et ita siluerunt partes et fecerunt trevas. Et finaliter fuerunt concordes hoc
modo in vigilia sancti Georii: Quia castrum Variani restitutum fuit illis de Villalta et illi Apr. 23.
qui fuerunt capti Fagedis dimissi fuerunt hoc pacto etiam habito inter eos[c], videlicet quia
domnus Artuycus de Castello elegit duos suos amicos, domnos Leonardum de Barzacho[d]
et Franciscum de Rivarotta; et domnus Iohannes de Zuccula elegit domnum Henricum
de Prampercho et domnum Quoncium de Civitate pro suis amicis; et quod isti qua-
tuor deberent videre iura utriusque partis usque ad festum sancti Petri, et si eos con-
cordare non possent deberent[e] ipsi quatuor eligere unum quintum amicum et si non pos-
sent de quinto amico eligendo se concordare, tunc ille de Zuccula deberet facere restitui
castrum de Variano illi de Castello, et ille de Castello debebat illos qui fuerunt capti Fagedis
similiter facere redire ad Spengynberchum ut prius fuerant in carcere, et hoc sub poena
60 marcharum de bono proprio ad usum curiae, devenienda parti quae praedicta obser-
varet, si concordes esse non possent ut dictum est. Et de attendendis et observandis
omnibus supradictis factae fuerunt bonae securitates per ipsas partes, una alii et instru-
menta. Et factae fuerunt trevae inter eos usque ad festum purificationis sanctae Mariae[86]
sub poena mille marcharum. Et omnia haec facta fuerunt super ripam Cormor[f], prae-
sentibus domno Raymundo patriarcha et domno Girardo de Camino et aliis pluribus no-
bilibus.

De electione, coronatione et renunciatione olim fratris Petri in papam Celestinum V electi. 1294
Anno Domini 1294, indictione 7, frater Petrus de Murone electus fuit in papam Celestinum V Iul 5.
die 12. intrante Iulio, cardinalibus existentibus apud Perusium, et coronatus apud Aquilam
civitatem terrae Abrucii[87], 8. die intrante Septembri. Qui papa Celestinus eodem anno die Sept. 8.
12. intrante Decembri renunciavit in manibus cardinalium papatui Neapoli. Dec. 13.

De electione Bonifacii papae. ......*

De cassatione canonicorum electorum Civitatensium. Anno Domini 1296, indictione 9, 1296.
venerabilis pater et domnus Raymundus patriarcha, die 10. intrante Ianuario, in palatio Ian. 10.

* *Annales Foroiulienses abbreviati sic de eo agunt:* Eodem anno creatus fuit Bonifacius[88] papa, cui prophetatum fuit per papam Caelestinum, ut regnaret ut leo, intraret ut vulpis, moreretur ut canis. Quod totum verum fuit; quia ipse papa Bonifacius intravit ut vulpis et regnavit ut leo, mortuus est ut canis[89]. 88

a) Seraval 1; Artuicum filium domini Federici de Varmo, filium domini Francisci de Favul ......, Vidottum de Fagedis 2. b) quod partim adiuvaret 1; q. partem ad. *Bianchi.* c) inter eos *desunt* 1. d) de Brazzacho *Bianchi.* e) possint debeant 1. f) Cormon 1; ripa Corinari 2.

85) villicorum, massae custodum. 86) i. e. usque ad diem 2. Febr. anni sequentis 1296. 87) caput in *provincia di Abruzzo ultra II.* 88) Bonifacius VIII. die 24. mensis Decembris anni 1294. electus est. 89) V. Ioh. Victoriensem III, 6 (Böhmer Fontes I, 347), qui papam Anagniae ab hostibus suis oppressum esse narrat. Pergit ita: *Statimque unus eum ad murum graviter cum ostio comprimebat, dicens: Intrasti ut vulpes, regnasti ut leo, morieris ut canis. In quo contra Celestinum eius predecessorem, si tamen ita fuit, fallaciam in vulpe, contra Columpnenses sevitiam in leone, et inopinate misere mortis instantiam arguebat in cane.*

1296. Aquilegiensi cassavit omnes electos et receptos in canonicos Civitatensis ecclesiae, quia non erant confirmati per curiam Romanam vel per ipsum patriarcham.

1297. *De fossatu burgi sancti Petri.* Anno Domini 1297. die 5. exeunte Ianuario fuit inceptus
Ian. 27. fossatus burgi sancti Petri fodere.

Ian. 13. Anno praedicto Henricus filius domni Alberti comitis Goritiae disfidavit reverendum patrem domnum Raymundum patriarcham Aquileiensem die 13. intrante Ianuario, cum esset Aquilegiae patriarcha praedictus. Et fecerunt uterque inter se magnum damnum.

Dec. 1. *De militia domni Henrici comitis Goritiae et aliorum.* Anno Domini 1297. prima die Decembris reverendus pater domnus Raymundus Aquilegiensis patriarcha fecit milites domnum Henricum, filium domni Alberti comitis Goriciae, cum quibusdam suis Theotonicis, et etiam domnum Thomasium de Cucanea, domnum Henricum de Budrio et domnum Con-
90 stantinum de Utino, in loco qui dicitur Pradatinis[90], prope villam Paderni super Utinum[a].

1298. *De repraesentatione ludi Christi*[90']. Anno Domini 1298. die 7. exeunte Maio, videlicet in
Mai. 25–27 die pentecostes et in aliis sequentibus duobus diebus, facta fuit repraesentatio ludi Christi, videlicet passionis, resurrectionis, ascensionis, adventus Spiritus sancti, et adventus Christi ad iudicium, in curia domni patriarchae Austriae Civitatis honorifice et laudabiliter per clerum Civitatensem

Sept. 6. *De*[b] *verra Venetorum et Genuensium.* Anno praedicto, die 6. intrante Septembri, Veneti fuerunt devicti in proelio super mare per Genuenses. In quo quidem proelio fuerunt interfecti ex utraque parte quam plurimi, sed ex Venetis satis plures; et finaliter Veneti succubuerunt in proelio, et capti fuerunt ex ipsis Venetis quam plurimi[b].

1299. Ian. 22 *De captione castri Tulmini*[91]. Anno Domini 1299. die 10. exeunte Ianuario, captum fuit castrum Tulmini per gentem domni comitis Goriciae in aurora diei.

Febr. 23 *De morte Raymundi patriarchae.* Anno Domini 1299, die sexta exeunte Februario, in castro Utini Raymundus patriarcha Aquilegiensis obiit in Domino, qui vixit in patriarchatu 25 annis, uno mense et 17 diebus[c]. Qui quidem deportatus fuit Aquilegiam et sepultus in capella[92] per ipsum facta versus meridiem[d] in ecclesia maiori Aquilegiensi.

De electione domni Conradi ducis Poloniae in patriarcham[93]. Item eodem anno die
Mart. 5. 5. intrante Martio electus fuit in patriarcham Aquilegiensem domnus Conradus dux Poloniae unanimiter, communiter et concorditer per capitulum Aquilegiense.

De domno Henrico comite Goriciae electo in capitaneum et de verra sua. Item eodem
Mart. 19. anno, 13. die exeunte Martio, in prato Campiformii receptus fuit domnus Henricus[94] comes
Iul. Goriciae in capitaneum Foroiulii. Qui domnus comes in mense Iulii eodem anno congregavit exercitum copiosum, in cuius auxilio venerunt domnus Girardus de Camino cum magna gente, et domnus comes de Oyng[e] cum magna gente et etiam quasi omnes castellani qui venerunt cum omnibus suis in villa de Basaldella[f. 95], quae est prope Utinum, credentes posse habere Utinum. Et cum ibi stetissent per aliquot dies et aqua fuisset eis accepta, recesserunt inde et iverunt Ruzolium apud Savorgnanum. Et omnia ista fecerunt ideo quia communitates eumdem domnum comitem non sinebant civitates intrare. Fina-
Aug. 14. liter facta fuit compositio et pax in vigilia assumptionis per communitates et per domnum Iohannem Philippi, qui erat vicarius domni Petri patriarchae — qui patriarcha nondum venerat — quod deberent dare eidem comiti certam pecuniae quantitatem et ipse deberet desistere ab inceptis. Qui domnus comes et sui cum omnibus faventibus sibi inde recesserunt. Sed antequam haec essent pacificata, damnum fecerunt non parvum depraedando, capiendo homines et etiam mulieres vetulas et parvos pueros spoliando, et quod est absonum dicere, omnes ecclesias rumpentes quidquid ibi inveniebant inhumaniter deportantes.

Apr. 8. Item anno Domini 1299. die 8. intrante Aprili, in Aquilegia domnus Gylo archidiaconus Aquilegiensis factus fuit et receptus vicedominus per capitulum Aquilegiense et per domnum

a) *in margine codicis quem vir cl. de Rubeis exscripsit haec habentur:* Constantinus Savorgnanus cum Carsmano fratre recuperavit patriarchae castrum Buianum aqua Lodrae. Fuit creatus miles super Prato d'Attimis. b) *desunt haec omnia* 1. c) et XVII et d. 1. d) meridiem 2. *Bianchi et* 1. *in margine, in cuius textu legebatur* occidentem. e) Oymg *Bianchi.* f) Basalgella 1.

90) An Predamano ab Utino inter meridiem et orientem? 90') De his ludis v. W. Wackernagel Gesch. d. Deutschen Litt. p. 300. 91) Tulmino, a Goritia ad septentrionem. 92) In capella S. Ambrosii eum sepultum esse docet Chronicon tertium patriarch. Aquil. apud de Rubeis App. p. 12. 93) De hac dubia electione disserit de Rubeis p. 801. 94) III. primogenitus Alberti II. 95) ab Utino ad meridiem.

Henricum comitem Goriciae capitaneum et per omnes Foroiulienses, hoc pacto et condi- 1299.
tione quod ipse vicedominus non debet dare alicui castellano aliquod castrum domus Aqui-
legiensis in varda[a], nec aliquam castaldiam[1].

De domno Petro patriarcha[2]. Item eodem anno venit venerabilis domnus Petrus pa- 2
triarcha in Forumiulii circa festum sancti Michaelis; in Civitatem vero venit in festo beati Sept. 29.
Lucae euangelistae, confirmatus et consecratus per papam Bonifacium VIII[b] anno prae- Oct. 18.
dicto in festo nativitatis sancti Iohannis baptistae. Iun. 24.

De ampliatione fori Civitatensis per emptionem trium domorum. Anno Domini 1299. in
mense Maii communitas Civitatensis emit tres domos quae erant prope forum et domum Mai.
Martini Longi ex altera parte pro ampliando forum, quia erat parvum nimis et arctum, et
ipsas domos diruerunt eodem anno in mense praedicto Maii.

De fulgure. Item eodem anno in festo sancti Iohannis baptistae in aurora diei fulgur Iun. 24.
in turri maioris ecclesiae Civitatensis et proiecit ad terram crucem cum gallo et cum lapi-
dibus tenentibus ipsam crucem, qui ruperunt tectum ecclesiae sancti Iohannis vehementer.
Et tunc in ictu oculi ipsum fulgur intravit ecclesiam et interfecit Iacobum subdiaconum
filium Pisii de ultra pontem, qui erat monachus, ante altare sancti Paulini in choro; et de
stellis, quae sunt super altare maius, proiecit ad terram ultra duodecim, et manuteria[3]
quae sunt circa altare; et descendit in sacristia et rupit aliquantulum de muro sacristiae,
ubi servatur vinum et cera, et de scalis, unde illuc descenditur. Et etiam fuit in capella
sancti Laurentii ubi similiter rupit de muro super altare, et fenestram vitream quae est
post ipsum altare et de cruce maiori ac etiam de choro versus curiam patriarchae. Et
sciendum est quod plures de dominis occidisset; sed in choro non erant, quia in sero
dixerant matutinas.

De verra inter domnum Petrum patriarcham et domnum Girardum de Camino. Anno 1300.
Domini 1300. in mense Iunii domnus Nicola, nepos domni Petri patriarchae, dedit domno Iun.
Girardo de Camino locum Sacili, et in continenti recessit idem domnus Nicola ad terram
suam, et domnus Girardus tenuit ipsum locum; eo quod dicebat, domnum Petrum patri-
archam velle dare eumdem locum domno Girardo de Castellis, inimico domni Girardi de
Camino mortali. Propter quod orta est verra inter domnum patriarcham, favendo eidem
communitatibus et paucis castellanis ex parte una, et domnum Girardum de Camino et
comitem Goritiae quasi cum omnibus castellanis ex altera, in tantum quod destruxerunt
totam terram Foroiulii et villas combusserunt. Et in vigilia assumptionis sanctae Mariae, Aug. 14
positis insidiis nostrae parti per eumdem domnum Girardum ultra fluvium Luenzae[4], nostri
subcubuerunt et mortui fuerunt ibidem quam plures et capti; inter quos mortuus fuit
Dyetricus de Rubignaco et Branca de Civitate, et in aqua mortuus fuit filius domni Nicolai
de Budrio et alii quam plures quorum numerus nescitur. Pax[5] vero reformata fuit et prae- Nov. 7.
conizata eodem anno, quarto die ante festum sancti Martini.

De adventu domni Meynardi comitis de Ortumburch in Civitatem. Anno Domini 1300. Sept. 10.
domnus Meynardus comes de Ortumburch, qui factus fuerat capitaneus generalis per
domnum Petrum patriarcham, venit in Forumiulii, videlicet in Civitatem, in subsidium
domni patriarchae et Aquilegiensis ecclesiae, contra domnum Girardum de Camino, comitem
Goriciae, et quasi contra omnes castellanos Foroiulii, 10. die intrante Septembri. Qui ob- Sept. 21.
sedit Villaltam in festo sancti Mathaei apostoli, et fecit eis magnum damnum.

De indulgentia Romae concessa per papam Bonifacium[6]. Anno Domini 1300. sanctis-
simus papa Bonifacius VIII, qui destruxit illos de Columna totaliter, et civitatem illorum
et castra dirui fecit, concessit et dedit omnibus vere poenitentibus et confessis, qui limina
sanctorum apostolorum visitabunt a festo nativitatis Domini 1300. usque ad annum unum
et etiam qui stabunt Romae continue diebus quindecim visitando singulis diebus loca sancta,
indulgentiam omnium peccatorum, excepto peccato usurae. Ad quam indulgentiam ivit
populus sine numero.

a) *i. e.* guarda; verra 1. b) IV. 1. *semper; correxi constanter* VIII.

1) Instrumentum hac de re confectum v. apud de Rubeis p. 802—804. 2) Hic Petrus, cognomine Gerra, patria Ferentinas, Sorae episcopus, deinde Reatinus, tum Montisregalis in Sicilia, ac postea Capuanus archiepiscopus fuit. DE RUBEIS. 3) Manuterium est candelabri species ad formam manus, cuiusmodi est illud quod *bras* vocamus. DUCANGE. 4) Livenza fluv. 5) V. epistolam Petri patriarchae, de Rub. p. 805. 6) De hac indulgentia v. quoque Ann. Parm. maiores, Mon. Germ. SS. XVIII, 724.

1301. Febr. 19. *De morte venerabilis patris domni Petri patriarchae*[7]. Anno Domini 1301, indictione 14, die 10. exeunte Februario venerabilis pater domnus Petrus Aquilegiensis patriarcha obiit in castro Utinensi et sepultus fuit ibidem in capella sanctae Mariae.

Febr. 24. *De electione domni Pagani et domni Ottonis et verra.* Anno Domini 1301, mortuo domno Petro patriarcha, capitulum Aquilegiense convenerunt de electione facienda in festo beati Matthiae apostoli, et elegerunt in patriarcham omnes canonici domnum Paganum de la Turre, nepotem quondam domni Raymundi patriarchae, decanum Aquilegiensem, exceptis domno Iacobo episcopo Concordiensi et Gylono de Villalta archidiacono Aquilegiensi et Odolrico de Glemona canonico Aquilegiensi, qui postulaverunt domnum Ottonem de Ortumbruch praepositum . . . . Qua electione et postulatione celebrata, tunc unanimiter elegerunt domnum Vidonem de Villalta, canonicum Aquilegiensem, vicedominum generalem. Qui domnus vicedominus cum vellet castaldias dare sicut erat consuetudo, communitates Civitatensis Utinensis et quidam alii nolentes sibi dimittere, quia dicebant se emisse a domno Petro patriarcha dictas castaldias et sibi solvisse pro ipsis, orta est verra inter communitates ex parte una, vicedominum cum castellanis ex altera. Qua de causa
Iun. 5. combusserunt villas et depraedati sunt omnia ubicumque poterant reperire[a]. Deinde elevatus fuit capitaneus domnus Henricus comes Goriciae per ipsum capitulum Aquilegiense
Iun. 13. et castellanos, die 5. intrante Iunio eodem anno. Item die 13. intrante Iunio Civitatenses cum gente comitis de Ortumbruch intraverunt villam de Fagedis et ipsam combus-
Iun. 18. serunt, omnia inde auferentes et combusserunt totam villam et roncaverunt. Item sexto die sequenti iverunt Utinenses cum Theotonicis ad villam[b] . . . . et ibi ceperunt multos homines et depraedati fuerunt totam villam[b] cum cortina eiusdem villae, et tunc tota terra
Sept. 14. Foriiulii tam ex parte una quam ex alia fuit destructa totaliter. Quae verra et discordia in festo exaltationis sanctae crucis tractatu domni Meynardi[8] filii domni Alberti comitis Goriciae fuit pacificata, et factae fuerunt treuvae eodem die usque ad festum circumcisionis Domini futurum[9].

Iun. 11. *De grandi terrae motu.* Anno Domini 1301. die 11. intrante Iunio, in die dominico, in aurora diei fuit magnus terrae motus, et circa nonam semel, et post vesperas ter eodem die, et in sequenti nocte post mediam noctem semel.

Iul. 3. *De grandi tempestate.* Item eodem anno in vigilia sancti Uodolrici fuit in Civitate et circa civitatem tempestas tam magna, quia quasi destruxit omnia circa Civitatem, et fuit grossa sicut ova.

1302. Mart. 30. *De adventu domni Ottoboni patriarchae.* Anno Domini 1302. penultimo die mensis Martii sanctissimus papa Bonifacius VIII. contulit patriarchatum Aquilegiensem domno Ottobono, tunc episcopo Paduano, et episcopatum Paduanum domno Paganino decano Aquilegiensi, electo in patriarcham, existenti in curia Romana super quaestione ipsius
Aug. 22. patriarchatus. Qui domnus Ottobonus venit in Forumiulii, videlicet Utinum, 10. die ex-
Aug. 26. eunte Augusto, in Civitatem vero die 6. exeunte Augusto.

1303. Mai. *De turri et scalis lapideis aedificatis*[c] *per patriarcham Ottobonum in Civitate.* Anno Domini 1303. venerabilis pater et domnus Ottobonus, Dei gratia Aquilegiensis patriarcha, fecit aedificari et construi in Austria Civitate turrim cum scalis lapideis versus ecclesiam, et incepit in Maio, et perfecit ipsum opus in Augusto, praedicto anno.

Iun. 12. *De igne in Civitate.* Anno Domini 1303. die 12.[d] intrante Iunio circa mediam noctem exivit ignis de domo Boni prope portam pontis Austriae Civitatis de intus versus orientem, in qua morabatur quidam Tuscus, nomine Augustinus, et combussit omnes domos domni Bernardi decani et domos domni Henrici de Prampercho cum turri, quae fuerunt domni Girardini militis et illorum de Orzono, et omnes domos ab utraque parte viae usque ad viam qua itur pusternulam sive ad molendinum, et eundo versus fratres Minores, omnes domos ab utraque parte duarum viarum, combussit et domos domni abbatis Rosacensis, et domos fratrum Minorum cum omnibus domibus curiae sitae prope dictas[e] domos fratrum, quae dicebatur curia domni Abbadotti.

1304. Sept. 4. *De morte Musatti.* Anno Domini 1304. Musattus de Civitate, capitaneus sive castaldio Montisfalconis nomine et vice domni patriarchae Ottoboni, fuit interfectus per domnum

a) recipere 1. b) Villaltam 2. c) *deest* 1. d) die 12. *desunt* 1. e) prope dictas *desunt* 1.

7) Testamentum die 12. Febr. conditum exhibet de Rubeis p. 806. 8) Meynardus V. 9) i. e. usque ad diem 1. mensis Ianuarii anni 1302.

Rodulphum de Duino apud Montemfalconem, ipso Musatto venante cum accipitre, die 1304. 4. Septembris. Sept. 4 Et die 5. eiusdem mensis portatus fuit Civitatem et sepultus apud fratres Praedicatores. Quia ipse domnus Rodulphus inimicabatur eidem Musatto cum quibusdam aliis ad mortem.

De repraesentatione passionis Christi et ludi Dei[9*], *ut ita dicam.* Anno Domini 1304. facta Mai. 17—19. fuit per clerum sive per capitulum Civitatense repraesentatio, sive factae fuerunt repraesentationes infra scriptae. In primis de creatione primorum parentum, deinde de annunciatione beatae Virginis, de partu et aliis multis, et de passione et resurrectione, ascensione et adventu Spiritus sancti, et de antichristo et aliis, et demum de adventu Christi ad iudicium. Et praedicta facta fuerunt solemniter in curia domni patriarchae in festo pentecostes cum aliis duobus diebus sequentibus, praesente reverendo domno Ottobono patriarcha Aquilegiensi, domno Iacobo quondam domni Ottonelli de Civitate episcopo Concordiensi, et aliis multis nobilibus de civitatibus et castris Foroiulii, die 15. exeunte Maio.

De morte illustris viri domni Alberti comitis Goriciae. Anno Domini 1304. nobilis vir Apr. 1. domnus Albrettus comes Goritiae obiit Lonyz[10], et sepultus fuit Rosacis in vigilia nativi- 10 tatis sanctae Mariae; et factae fuerunt ibi magnae oblationes in die suae sepulturae. Dati fuerunt quadraginta denarii Aquilegienses unicuique sacerdoti.

De creatione duarum praebendarum per venerabilem domnum Bernardum decanum Civitatensem. Anno Domini 1304. venerabilis domnus Bernardus decanus ecclesiae Civitatensis fecit et de novo creavit presbyteros, Aynzium die ..... et Andream filium domnae Benvenutae die octavo intranti Octobri, suos praebendarios in maiori ecclesia Civitatensi, Oct. 8. quibus dedit certos reditus et proventus. Et eodem anno facta fuit sibi gratia in capitulo Civitatensi per capitulum, quod eisdem presbyteris et suis successoribus non ponerent aliquas collectas tali quidem conditione et pacto, quod praedicti praebendarii singulis diebus dicere teneantur, unus ad maius altare summo mane, et alter dicta missa maiori in Sancto Iohanne baptista, certas et determinatas missas ut in ipsius ordinatione plenius continetur, et quod ipsi teneantur continue interesse officiis canonicis.

De nive grandi. Anno praescripto[a], in festo beati Blasii, incepit ningere in Civitate, 1305 et fuit illa nix tam magna, quod non fuit homo qui dixisset, se unquam vidisse in Foroiulii Febr. 3. ita magnam. Et fecit damnum valde grande de arboribus et specialiter pomiferis, et diruit plures domos et specialiter in Tulmino destruxit villas et domos quam plures; ubi mortui sunt homines et bestiae satis multae[b]. Quae nix duravit in Civitate bene quindecim diebus in Aprili. Apr.

De captione Speyngenberch. Anno Domini 1305. die ultimo Iunii nobilis vir domnus Iun 30. Rizardus filius domni Girardi de Camino obsedit cum magna multitudine equitum et peditum castrum et locum Speynberch, in cuius subsidium et iuvamen domnus marchio Ferrariensis misit gentem suam, et insuper illustris vir domnus Henricus comes Goriciae, cognatus dicti domni Rizardi, personaliter venit cum magna gente bene parata, et nobilis vir domnus Meynardus comes de Ortumbruch[c] venit etiam personaliter ad dictam obsidionem, qui erat similiter cognatus ipsius domni Rizardi. Dux Carinthiae[11] misit etiam ibi gentem suam. Foroiulienses quasi omnes venerunt in subsidium ipsius domni Rizardi. Omnibus ibidem congregatis, inceperunt machinis, ballistis aliisque aedificiis expugnare locum[d] ipsum et eis in continenti acceperunt aquam, et ita obsederunt eumdem locum, quod inde nullus exire poterat. Quem quidem locum certis pactis, postmodum minime observatis ut dicebatur, eidem domno Rizardo sponte dederunt, die 4. Augusti. Aug. 4

De verra inter domnum patriarcham et domnum Rizardum. Item anno Domini 1305. Sept. 25. reverendus pater et domnus Ottobonus patriarcha Aquilegiensis exivit Utinum die 6. exeunte Septembri cum gente sua et gente domni ducis Carinthiae. Qui dux Carinthiae pepigit foedus certis pactis habitis cum domno patriarcha: videlicet quia patriarcha concessit

a) *Annales abbrev. haec recte ad annum* 1305. *referunt.* b) *addunt Annales abbreviati:* Et factum fuit de nive ipsa in claustro maioris ecclesiae Civitatensis unum magnum castrum cum uno leone desuper; et ignis novus factus fuit in sabbato sancto super dicta nive. c) Ortumberch 2. d) *pergunt Annales abbreviati:* Circa quem locum domnus Rizardus cum gente praedicta stetit 15 septimanis et ipsum habere non potuit. Et quia in ipso loco erant quam plures nobiles et boni magistri, inter quos magistros erat magister Gerardinus, qui erat optimus magister, qui sua sagacitate combussit turrim lignorum, quam extrinsece fecerunt: fueruntque in dicto exercitu, ut dicebatur, 15 millia hominum bene armati Quem locum tamen certis pactis domno Rizzardo praedicto sponte dederunt.

9*) V. supra p. 208 ad a. 1298. 10) i. e. Lüenz in Tyroli. 11) Henricus II, postea dux Bohemiae et Poloniae.

1305. duci loca sua, quae sunt in Carinthia, et ipse dux promisit iuvare domnum patriarcham et Aquilegiensem ecclesiam pro posse suo. Qui domnus patriarcha ivit ad Sanctum Vitum[12], et Civitatenses et Utinenses et pauci castellani venerunt ibi. Et praedicto die, scilicet 6. exeunte Septembri, religiosi viri frater Albertus vicarius domni .....[a] et fratres Augustinus et Enoch eius socius, et nobilis vir domnus Zanatus[b] miles et familiaris domni cum filio 13 suo[c] venerunt Sacilum[13], volentes domnum Rizardum de Camino ex parte domni rogare, quod Sacilum et Canipam et alia loca ecclesiae Aquilegiensis reddere deberet. Quae reddere recusavit et praedictos fratres et domnum Zanatum cum filio, ambasatores domni super praedictis cepit et eos incarceravit. Domnus vero patriarcha stabat ad Sanctum Vitum, et gens sua et ducis aliquando ante Valvesonum[14], aliquando ante Speingberch, et contra inimicos diebus singulis equitabant, tam amicis quam inimicis nocendo. Et in Meduna[15] domnus patriarcha faciebat fieri pontem unde posset ultra flumen Luenzae transfretare[d]. Ex alia parte fluminis erat gens domni Rizardi cum aedificiis suis bene munita et non permisit dictum pontem complere nec in aquam[e] ponere. Deinde factae fuerunt trevae inter domnum patriarcham et domnum Rizardum usque ad festum sancti Georii[16], et in vigilia Oct. 31. omnium sanctorum domnus patriarcha rediit Utinum cum gente sua.

Oct. 11. *De verra inter Civitatenses et domnum Iohannem de Teyzano.* Anno Domini 1305, die Lunae, 11. intrante Octobri, veniens domnus Paulus capitaneus Tulmini de Tulmino combussit massariorum domos domni Iohannis de Teyzano, qui erat contra domnum patriarcham, et etiam combussit domum Camocii, qui est prope pontem Alzidae super ripam Natissae. Ob hoc domnus Iohannes motus, cepit Leonardum, filium Everardi de Civitate, et quemdam calcificem de porta Brassana[17], et duos alios sub Teyzano[f], et accepit boves et armenta, et castros[18] bene in magna quantitate macelatorum[19] de Civitate, quae erant in Synirwelt in pascuis ipso die. Civitatenses statim miserunt nuncios ipsi domno Iohanni, qui relaxaret homines et animalia redderet. Qui cum reddere nollet, eodem die et etiam die sequenti Civitatenses combusserunt et roncaverunt ipsum domnum Iohannem usque ad muros castri.

Dec. 4. *De captione domni Odolrici de Castello.* Anno Domini 1305.[g] die 4. intrante Decembri domnus Valteruspertoldus, filius Iohannis de Zuccula, positis insidiis, cepit domnum Odolricum de Castello in strata alta, veniendo ipsum domnum Odolricum[h] de Trivisio, et capti fuerunt cum eo nisi duo ex suis et duxit eos ad Trus, et in sequenti die duxit eos Zucculam. Cepit vero eum quod sui causa dicebat, se perdidisse[i] locum suum de Speingenberch, et sibi dicebat: *Fac mihi locum meum restitui et ego dimittam te.*

1306. Febr. 10. *De captione castri de Budrio.* Anno Domini 1306. domnus Nicolaus filius domni Henrici quondam de Budrio, die 10. Iovis intrante Februario, cum gente domni Henrici comitis Goriciae ceperunt locum sive turrim et partem castri domnorum Uodolrici et fratrum de Budrio, eiectis dominabus. Et eodem die depraedati sunt villas circumiacentes et sic muni- Febr. 17. verunt eumdem locum. Die 8. tunc sequenti gens domni patriarchae cum Utinensibus et Civitatensibus combusserunt villam de Budrio, et roncaverunt eos usque ad muros castri, et his factis eodem die inde recesserunt.

Febr. 21. *De villa de Trivignano.* Item die 8. exeunte Februario, praescripto anno domnus Nicolaus[k] antedictus cum gente domni comitis et ibidem praesentibus domnis Rodulpho de Duino et Iohanne[l] de Villalta et aliis multis, non casu sed studiose et voluntarie combusserunt ecclesiam sancti Theodori de Trivignano, ignem cum lanceis per fenestras ponendo. In qua ecclesia combusserunt ultra quinquaginta inter mulieres et pueros, et reperti fuerunt pueri parvi quam plures super altare combusti. Caetera vero, videlicet corpus Domini chrisma et oleum sanctum et alia ornamenta ecclesiae, quae ibi fuerunt combusta, quis Febr. 24. referat nisi cum dolore et gemitu? Et in festo beati Matthiae tunc proximo sequenti, videlicet die 5.[m] exeunte Februario, domnus Henricus comes Goriciae et alii quam plures ex castellanis iverunt personaliter Trivignanum et combusserunt turrim ecclesiae, et unus puer qui erat in turri non valens descendere, proiecit se per fenestras sive per cancellos

a) *nullam lacunam habet* 2. b) Zanottus 2. c) *deest* 1. d) transire 2. e) aqua 1. f) sub Teyzano *desunt* 1. g) MCCC. 1. h) ipso domno Odolrico 2. i) prodidisse 1. k) Nicolaus de Budrio 2. l) Teuzone 2. m) die 5. *desunt* 1.

12) S. Vito. 13) Sacile. 14) Valvasone. 15) Meduna a Spilimbergo ad septentr. 16) i. e. usque ad diem 24. April. anni sequentis 1306. 17) i. e. Bressana. 18) vervices, arietes castratos. 19) carnificum.

turris et ita, praedictis dominis videntibus, dissolutis membris et separatis obiit. Et duo alii homines inde similiter se proiecerunt. Postea combusserunt totam villam. 1306.

De Orsaria et Premariaco[20]. Item praedicto anno combusserunt villam Orsariae, villam Praemariaci et duxerunt secum multos captos ex rusticis Budrium die 6. exeunte Februario. Febr. 23. Item 13. die intrante Martio venit gens domni comitis apud Utinum quasi iuxta portas, Mart. 13. domnus Paulus Boiani, qui erat Utini, currens post ipsos usque Predemanum[21] et domnus 21 Casmannus de Utino cum Utinensibus et cum multis peditibus, et positis insidiis apud dictam villam Predemani ceperunt unum ex equitibus domni Pauli et ex peditibus circa 84, et mortui fuerunt circa quatuor vel sex. Et sic ipsis praeliantibus ibi, vix domnus Paulus evasit, et etiam fuerunt quam plures vulnerati et ita[a] terga verterunt.

De combustione villae Galani. Item 15. die intrante Martio, in vigilia sancti Helari, Mart. 15. comes Henricus cum suis sequacibus intravit villam Galani circa tertiam, et venerunt in campum, qui est in capite campi, ubi astiluditur. Residuus exercitus, dispersus per villam, tam equitum, quam peditum, combusserunt breviter totam villam et Carariam et Vadum et roncaverunt maiorem partem villae usque ad burgum.

De adventu illius de Ouistayn et captione Budrii. Item anno praedicto die 11. Aprilis, Apr. 11. nobilis vir domnus Conradus Ouistayn venit in Utinum in auxilium domni Ottoboni patriarchae cum magna gente equitum. Qui domnus Conradus erat capitaneus ducum Carinthiae, et de ipsorum voluntate et consensu venit in Forumiulii die praescripto, videlicet die Lunae; et 14. die Aprilis, die Iovis, reverendus domnus Ottobonus patriarcha una cum Apr. 14. illo[b] de Ouistayn et communitatibus et paucis castellanis fidelibus obsedit Budrium et tertia die, scilicet die sabbati tunc sequenti, summo mane expugnaverunt ipsum castrum et ante Apr. 16. tertiam ipsum ceperunt, nullo, Deo gratias! ex nostris ibi mortuo. Et ceperunt domnum Nicolaum et fratres et multos ex gente domni comitis, et fuerunt capti bene 130 et plures, et ducti fuerunt Utinum. Deinde domnus patriarcha dedit illi de Ouistayn ex Theotonicis quosdam; et[c] fecit duci in Carinthiam illos de Budrio cum quibusdam Theotonicis et Lupo pessimo nepote domni Asquini, fecit retrudi[d] in turri Glemonae. Alii quam plures Utini remanserunt. Et praescripto die sabbati, statim capto castro ipsum combusserunt, et misso pro magistris, die dominico funditus diruerunt. Et domnus patriarcha rediit Utinum.

De Castello. Item anno praedicto reverendus domnus Ottobonus patriarcha cum Apr. 21. exercitu suo exivit Utinum, 10. die exeunte Aprili scilicet die Iovis, et obsedit castrum Porpeti. Et quia ille de Castello, scilicet domnus Odolricus, erat captus per illum de Zuccula, ut antea dictum est, domnus Artuycus nepos domni Odolrici praedicti cum uxore domni Odolrici et aliis dominabus, videntes quia se tueri non poterant ad mercedem et gratiam domni venerunt; et domnus posuit ibi banderam suam et dimisit ibi aliquos de familia sua. Domnus Artuycus praedictus renunciavit iuri seu compositioni, imo potius conspirationi factae cum domno comite et domno Rizardo et aliis castellanis contra domnum patriarcham, et promisit nomine sacramenti in perpetuum non venire nec facere contra domnum patriarcham et Aquilegiensem ecclesiam; super hoc praestitis bonis securitatibus. Et ita domnus patriarcha rediit eodem die sabbati Utinum, et praedictus domnus Artuycus venit Apr. 23. eodem die cum gente sua servire domno patriarchae.

De obsidione castri de Uruspergo. Item anno praescripto domnus Ottobonus patriarcha Apr. 22. die 9. exeunte Aprili, misit venerabilem fratrem Albertum vicarium suum generalem Civitatem, et octavo die exeunte dicto mense Civitatenses obsederunt castrum praedictum de Urusperch[e]; et de Antro de[f] Tulmino venerunt multi ad obsidionem praedictam. Rustici de villis qui erant in Civitate propter verram roncaverunt ibi omnia, secum ferentes in curribus ligna Civitatis, aliquando bis, aliquando ter in die ibi revertentes. Et hoc duravit usque ad diem 5 Maii. Et recesserunt ab obsidione dicti castri die 5. Maii propter trevas Mai. 5. factas, ut inferius continetur.

De trevis factis inter domnum patriarcham et comitem et domnum Rizardum de Camino Mai. 27. *et castellanos.* Anno praedicto die 5. exeunte Maio factae fuerunt trevae inter reverendum patrem domnum Ottobonum Dei gratia Aquilegiensem patriarcham ex parte una, et nobiles viros domnos Henricum comitem Goriciae et Rizardum de Camino cum castellanis

a) in 1. b) *deest* 1. c) *deest* 1. d) recludi 2. e) Wrunsperch *Ann. abbr.* f) et 2.

20) Premariaco ab Utino ad orientem. 21) Pradamano haud procul ab Utino ad orientem.

1306. faventibus eis ex parte altera, usque ad festum sancti Martini[22], certis pactis[23], sub poena duarum mille marcarum.

Iun. 19. *De recuperatione Sacili.* Anno Domini 1306. in festo beatorum martyrum Gervasii et Prothasii rehabuit reverendus domnus Ottobonus Dei gratia Aquilegiensis patriarcha Sacilum in aurora diei[a].

Oct. 30. *De[b] grandi tempestate in autumno.* Anno Domini 1306. die penultimo Octobris fuit in
Civitate magna tempestas in crepusculo, ita magna ut nuces et in die sequenti in aliquibus
24 locis poterant[c] colligi cum conchis per vias, et destruxit hortos et pergularum[24] uvas, quae
solebant servari tempore illo; et fecit magnum damnum.

Dec. 11. *De introitu sororum in monasterium sanctae Clarae Utini.* Anno 1306. die 11. intrante Decembri reverendus pater domnus Ottobonus Dei gratia sedis Aquilegiensis patriarcha consecravit maius altare praedicti monasterii aedificati et facti per Ucillutum de Utino, et dotati amore Dei et pro suorum remissione peccatorum. Et eodem die primo inclusit ibi quatuor sorores, scilicet duas quae receptae fuerant de monasterio sanctae Clarae de Civitate, et duas de monasterio Glemonae.

1308. Mai. 14. *Qualiter illi de Zuccula intraverunt et exierunt de Civitate.* Anno Domini 1308. die 14. in-
trante Maio, post prandium, hora dormitionis nobiles viri domni Henricus de Prampergo
et Odolricus de Cucanea venerunt in subsidium domnorum Valteripertoldi et Bernardi fra-
trum, filiorum quondam domni Iohannis de Zuccula, et cum apparatu satis magno intra-
verunt Civitatem hoc modo. Iacobus filius quondam domni Odolrici de Budrio et Pertoldus
de Fagedis cum quibusdam aliis eis faventibus ceperunt hora praedicta portam sancti Sil-
vestri, percussis custodibus, qui videntes quod futurum erat, volebant serrare. Et statim
ascenderunt domum de portis et factis signis cum gladiis primo super portam sancti Sil-
vestri, intraverunt quidam, qui erant in burgo sancti Silvestri, de familia domni Pauli
Boyani, qui erat in inimicitiis illorum te terra et stabat Zucculae. Deinde desuper turrim
de portis et videntibus illis de Zuccula, sicut antea tractatum erat, cum magno impetu
descenderunt et intraverunt terram. Cum vero fuerunt in terra, domnus Valteruspertoldus
cum Paulo Boyano et cum octo vel decem hominibus iverunt per infra muros apud solarium
et ibi ballistatus[25] fuit domnus Candidus de Canussio. Et cum nullus traheret se prope eos
ut forsan credebant, per eamdem viam redierunt ad suos. Apud domum domni Odolrici
Longi factum erat quoddam obstaculum, et ibi nostri cum eis se ballistabant. Et de domibus
et turri Philippi et Luvisini fiebat magna defensio cum lapidibus, nec ulterius fuerunt per-
missi transire, excepto domno Odolrico de Cucanea, qui cum Thomasuto eius familiari de
Cucanea, qui banderam portabat, et forsan sex vel octo aliis. Cum impetu venerunt ad
26 forum, et ibidem Thomasutus praedictus fuit occisus, dimissa bandera[26]; et domnus Odol-
ricus rediit cum aliis ad suos per praeposituram. Fratres Praedicatores composuerunt inter
partes, facientes trevas, ad hoc ut recederent; et illi scientes per nuncium, qui venit de
Zuccula, qui eis denunciavit quod nobis veniebat subsidium de Utino, acceperunt trevas et
recesserunt cum magno damno equorum. Et etiam multi ex eis fuerunt cum ballistis et
lapidibus de tectis vulnerati, unde obierunt; sed nullus remansit in Civitate mortuus nisi
solus Thomasutus[d] supradictus. Sequenti vero nocte acceperunt equos de treuvis[e]. Die
vero praedicta statim domnus patriarcha misit gentem suam Civitatem, et sequenti die et
aliis diebus proiectae fuerunt ad terram domus praedictorum domnorum de Zuccula et
acceptum fuit quod erat intus, et mater ipsorum domnorum inde eiecta et ivit Zucculam
cum suis domicellabus. Domus domni Walframi, quatuor domus Pauli Boyani, domus Iaco-
nocti filii quondam Bunini de Venzono qui fuit cum eis, et turris domni Henrici de Pram-
pergo fuerunt dirutae. Domus quondam domni Odolrici de Budrio non fuit proiecta ad

a) 2 *addit* hoc modo. *Muratorius ad haec verba notat:* Recuperationis Sacili modum describere praetermisit auctor huius chronicae. Ita in vetusto eiusdem chronicae manuscripto exemplari, quo sum usus, visitur lacuna seu locus in quo desideratur enarratio ipsa quam auctor ille pollicetur quidem sed nullo modo describit. *Annales abbreviati sic hanc rem enarrant:* Eodem anno in festo sanctorum Gervasii et Protasii domnus patriarcha recuperavit Sacilum, quod fuerat detentum per domnum Rizzardum de Camino. b) *omnia haec sequentia usque ad* damnum *desunt* 1. c) poterat 2. d) Thomasius 1. e) treuvis *deest* 1.

22) i. e. usque ad 11. diem mens. Nov. 23) Tabulas harum induciarum in archivio caesareo Viennensi extare indicavit cl. P. Steyerer Coll. Msta. Docum. Tom. VI. p. 1162. De Cronberg Tentam. genealog.-chronolog. comitum Gorit. ed. II. p. 253. 24) Pergula est vitis species, ital. *pergola.* 25) i. e. balista percussus. 26) Bandera est vexillum.

terram, ideo quia pertinebat ad matrem Iacobi, tamen quidquid intus repertum fuit, fuit 1308. acceptum; insuper quia Simon, filius Henrici domnae Warettae[a] fuit cum eis, acceptum fuit illud quod mater habebat in domo, absente Henrico a Civitate. Et etiam quia Philippus, filius domni Conradi quondam domni Philippi, fuit cum eis, habitus fuit suspectus ipse domnus Conradus, et per familiares domni de Scleso, castaldionem et consilium fuit citatus, qui statim comparuit et dixit quia ille filius suus non erat in gratia sua, nec stabat cum eo. Accepta vero eius excusa[27], tamen habere voluerunt domum eius, quae est eundo Zuc- 27 culam, et ibidem suam custodiam Civitatenses posuerunt. Domnus vero patriarcha misit pro ipso Conraducio Utinum, qui statim ivit[b] et apud ipsum domnum stetit per aliquot dies. Videns ergo domnus ipsum inculpabilem, remisit Civitatem, mandans communi quod sibi domum suam redderent, accepta ab eo bona securitate quod illam inimicis non daret nec eis favorem vel auxilium impenderet; quod et factum est.

De Gronumberch. Anno praedicto die penultima Maii illi de Zuccula furtive accepe- Mai. 30. runt Gronumberch ante diem, et ibidem ipsis existentibus multa mala fecerunt. Qualiter restitutum fuit illis de Portis, inferius dicetur.

Qualiter domnus Ottobonus patriarcha destruxit muros de Venzono. Anno Domini 1309. 1309. die 9. Februarii reverendus pater domnus Ottobonus patriarcha fuit Glemonae[c], et eodem Febr. 9. die nobilis vir domnus Conradus de Stumberch venit sibi in auxilium. Et 11. die dicti men- Febr. 11. sis, suadentibus illis de Glemona et eorum inductu, voluit domnus patriarcha obsidere Venzonum. Sed videntibus quod sibi non poterant resistere, dederunt sibi 100 libras grossorum, et murum ipsius Venzoni diruerunt et iuraverunt deinceps suis parere mandatis.

De obsidione Gramolani et Zucculae. Anno praedicto dictus domnus patriarcha cum Febr. 14. exercitu suo equitavit die 14. dicti mensis ante Grammolanum et ibidem illo sero pernoctavit, et combussit et destruxit omnia usque ad castrum die sequenti. Et eodem die post pran- Febr. 15. dium, ipso die sabbati, venit Civitatem, et statim ipso die obsedit Zucculam cum gente sua et Civitatentibus[d] propter discordiam superius expressam, et roncaverunt omnia bona illius de Zuccula in ipso monte Zucculae. Et continue proiiciebatur intus cum tribus machinis et interdum ballistabant se ad invicem. Tamen in illa obsidione nullus fuit mortuus nisi unus de familia domni patriarchae. Domno vero cum Foroiuliensibus et domno Conrado de Stumberch, existentibus in dicta obsidione, significatum fuit quod domnus Rizardus intrasset Forumiulii cum magno exercitu. Quo audito domnus patriarcha cum exercitu inde recessit, reportatis machinis in Civitatem prius et omnibus quae fuerant reportanda, die 3. exeunte Februario, et tunc die sequenti ivit Utinum. Tunc illi de Zuccula combusserunt Febr. 26. Troianum, Rubignacum et ubicumque potuerunt super Civitatenses, et roncaverunt braydas[28] Febr. 27. Leonardi quondam[e] Advocati de Liunis, Benedicti Stationarii et Worli quondam Martini Zannulae et aliorum plurium. Et versa vice Civitatenses roncaverunt braydam domni Pauli Boyani, Meynardi Meulae, Iacobi de Budrio, et Iaconoti filii Bunini de Venzono, qui stabant Zucculae.

De destructione curtinae Sedelani Anno Domini 1309. die 12. Martii nobiles viri domni Mart. 12. Henricus comes Goritiae et Rizardus de Camino cum quibusdam castellanis, scilicet de Speynbergo, Prampergo, Cucanea et Zuccula, obsederunt curtinam[29] de Sedelano, et cum pluribus machinis intus proiciebatur; tandem ipsum habuerunt certis pactis, et ipsam depraedantes, quia multae villae ibi fugerant, turrim ecclesiae proiecerunt ad terram, et ecclesiam et postea cortinam combusserunt totam.

De destructione castri Saciletti. Anno praedicto in festo beati Marci praescripti domni[f] Apr. 25. obsederunt Sacilettum, quo expugnato et capto die tertio combusserunt, et turres et alias munitiones omnes proiecerunt ad terram, domno patriarcha Utini existente.

De captione castri Sancti Viti. Item eodem anno praedicti domni obsederunt Sanctum Apr. 28. Vitum die 3. exeunte Aprili, et cum multis machinis intus proiiciebatur, et cum se manutenere non possent, die 11. Maii eumdem locum domno Rizardo dederunt. Mai. 11.

De morte domni Henrici de Prampergo. Anno Domini 1309. die prima Aprilis, stantibus Apr. 1. domnis Henrico de Prampergo et Valteropertoldo de Spengimbergo cum magno apparatu

a) Simon filius domni Henrici Varettae 2. b) fuit 1. c) p. venit Glemonam 2. d) Civitatem 1. e) Leonardi quondam *desunt* 1. f) *sic* 2 *recte;* anni 1.

27) i. e. excusatione. 28) Brayda est campus vel ager suburbanus. 29) Curtina vel cortina idem ac curtis minor.

1309. in destructione et depopulatione ante Maniacum, et non existentibus illis armatis, subito
Apr. 1. fecerunt impetum in eos quidam Theotonici soldonerii[30] domni patriarchae, scilicet illi de
Parisio[a] et illi de Pinzano, et ex eis multos occiderunt. Et domnus Valteruspertoldus et
Artuycus filius domni Henrici de Prampergo fugerunt in castrum Montrial. Et insuper capti
fuerunt quam plures; inter quos captus fuit domnus Henricus de Prampergo et ductus
Utinum ad domnum patriarcham. Qui cum confessus fuisset multa mala fuisse tractata
Apr. 2. contra domnum patriarcham, amputatum fuit sibi caput in foro Utinensi die 2. Aprilis[b], et
sepultus apud Minores sine officio et extra caemeterium.

Mai. 11. *De recessu domni Ottoboni patriarchae et eius reditu.* Item praedicto anno die 11. Maii,
scilicet die dominico, reverendus pater domnus Ottobonus, Dei gratia patriarcha Aqui-
legiensis, recessit de Utino, nisi[c] tantum cum sex[d] circa nonam et fuit Aquilegiae quia
significatum fuit sibi multa mala fuisse tractata contra eum per nobiles praescriptos, nec
Mai. 14. eum ibi bene esse securum. Die vero 14. praedicti nobiles fecerunt colloquium apud Arivas,
in quo interfuerunt omnes de Foroiulio, et die sequenti facta fuit quaedam conspiratio inter
31 eos[31], et iuraverunt omnes insimul facientes vicedominum domnum Varnerium de Cucanea,
ordinantes ibidem quod de bonis Aquilegiensis curiae satisfiat domno comiti de destructione
Venzoni, et cum Civitatensibus, qui erant extra Civitatem, de deiectione domorum et quod
Mai. 31. deberent redire in Civitatem; qui redierunt in Civitatem die ultimo Maii. Et facta fuit con-
cordia inter intrinsecos et extrinsecos dicta die. De discordia habetur superius. Et praedicto
Mai 15. die 15. Maii venit cognatus domni Henrici comitis et intravit villam Morteglani cum magna
gente nomine Babanich, ubi fecerunt multa mala. Cum autem domnus patriarcha cuncta
praedicta intellexisset, qui erat Aquilegiae, statim eodem die inde recessit, et fuit Placen-
tiae[e] obviam domno legato venienti et fuit Bononiae et Ferrariae cum dicto domno legato
pluribus diebus. Postea accepta ab eo licentia, venit Tervisium et facta conventione cum
Oct. 2. domno Rizardo, venit Utinum die 2. Octobris[f] cum paucis de suis. Sed[g] domnus Odolricus
de Cucanea associavit eum[g].

1.

Iun. Locustae fuerunt in partibus Histriae et Tulmini cum magno damno 1309. de mense Iunii.

2.

De locustis[32]. Eodem anno de mense Iunii venit tanta multitudo locustarum in partibus Istriae, quod nullus hominum credere posset; ita quod ubi declinabant, segetes totaliter devorabant et etiam arundines sive canneta usque ad terram. Postea iverunt dictae locustae in contratam Tulmini et descenderunt usque ad Antrum, ubi etiam fecerunt magnum et incredibile damnum de blado, et etiam corrodebant pannicum et surgum[33] et herbam sive foenum in momento ubi multitudo earum declinabat. Post eas concurrebant omnes contratae cum crucibus et processionibus, et multam multitudinem interfecerunt. Tandem hinc in aerem volantes pluribus diebus sicut aves versus mare, Deo dante, in Forumiulii non se posuerunt. Et factae fuerunt processiones et sonitus campanarum post eas in Civitate.

Nov. 13. *Qualiter domnus Rizardus succubuit in Utino.* Anno Domini 1309. domnus Rizardus de
Camino venit Utinum 2. die post festum beati Martini cum magna multitudine equitum et
hospitabatur in Grazano. Et erant cum eo illi de Prata, de Porcillis, de Spengimbergo, de
Cucanea et alii Foroiulienses quam plures, omnes nobiles de Tervisio et eius districtu.
Fuit autem in tractatu cum domno patriarcha pluribus diebus super pace reformanda de
discordia, quae fuerat inter eos, et volebat quod domnus patriarcha faceret eum capitaneum
generalem in Foroiulii. Et ipsis existentibus in tractatu et non concordantibus, praefatus
Nov. 16. domnus Rizardus die dominico 15. exeunte Novembri, tractatu et inductu magistri Nicolai
filii Albinuti de Utino, qui habebat magnam partem in Utino ratione cuiusdam iurae[34] et
conspirationis factae ad invicem, non dubitans quin haberet terram; post prandium armata
manu intravit Utinum per portam Grezani, sed gratia et auxilio Dei factum est, ut clausis
omnibus portis, excepta illa Grezani, quam dictus magister Nicolaus proiecerat in gurgite,

a) de Sacillo *Ann. abbr.* b) die 11. Aprilis 2. c) nisi *deest* 1. d) suis 1. e) et ivit Placentiam 2. f) die 12. Oct. 2. g) Sed domnus Varnerus de Cucanea recessit. 2.

30) i. e. Söldner, milites mercede conducti. 31) Documentum hac de re compositum invenies apud de Rubeis p. 816. 817. 32) V. Ottocarum de Hornecke apud Pez III, 822 sqq. 33) i. e. surcum. 34) Iura est conspiratio, foedus iuramento firmatum.

timens quod acciderat, omnes converterentur in fugam. Et ibidem remanserunt mortui 1309. tredecim, inter quos fuit interfectus domnus Valteruspertoldus miles de Spengimbergo, et alii fuerunt nobiles milites domni Rizardi[35]. Capti fuerunt ultra 100, et quemcumque capiebat quis, suus erat[a]. Et de ipsis captis habuit domnus patriarcha in magna quantitate et redimebant se pecunia; et fuit talis qui redemit se mille marchis, alii 200 marchis, alii secundum suam possibilitatem, ita quod aliqui ex Utinensibus ob hoc mirabiliter sunt ditati. Equi boni et magni remanserunt inter laesos et illaesos ultra 150. Et quicumque aliquem capiebat, suus erat; et gratia Dei procurante nullus ex Utinensibus fuit laesus, sed quasi solummodo mulieres per cancellos et rustici de villis fecerunt illam victoriam. Tunc domnus patriarcha fecit illustrem virum domnum Henricum comitem Goriciae capitaneum generalem in Foroiulio. Qui domnus comes, congregato suo exercitu, ivit ad recuperanda suprascripta loca, quae detinebat domnus Varnerus de Cucanea pro expensis factis, ut dicebat, quando fuerat vicedominus pro manutenendis locis praedictis. Et primo equitavit ante Tricesinum et ipsum locum rehabuit statim, scilicet die 6. exeunte Septembri, deinde quarto die sequenti Sept. 25 habuit Artiniam, et die tertio sequenti habuit Tumecium[b] et Sclusam dictus domnus comes. Et omnia ista loca habuit pactis, quia demisit[36] detinentes ire cum bonis et personis, quae possent portare.

De impositione octo denariorum pro foco. Anno Domini 1310. reverendus pater domnus 1310. Febr. Ottobonus patriarcha imposuit in Forumiulii octo denarios pro quolibet foco et rota molendini, pro subsidio eundi ad concilium generale, ordinatum per papam Clementem[36*] apud Viennam, cui pecuniam, scilicet partem sibi contingentem, solvit capitulum Civitatense de mense Februarii die ....

De Montefalcone. Anno praedicto in mense Februario ivit cum exercitu suo domnus comes ante Montemfalconem et castrum obsedit, et duravit ibi in obsidione circa 15[c] dies. Quem locum detinebant illi de Cucanea ut praedictum est de aliis. Quem quidem locum detinentes ut irent securi dederunt domno comiti, quia non habebant alimenta, die ultimo Febr. 28. Februarii.

De Villalta. Anno praedicto, cum esset domnus comes cum exercitu suo apud Sanctum Danielem, domnus Odolricus de Villalta, qui erat de parte domni Rizardi, cum promisissent sibi vicissim ipse et alii de Villalta non intromittere nec dare locum suum alicui, nec sibi nocere in locis suis et in Villalta sub certis poenis, sed extra[d] locum iuvare[e] quemlibet, quem vellet, intromisit bene centum pedites quos sibi misit domnus Rizardus. Quem locum domnus comes statim obsedit cum suo exercitu et communitatibus et castellanis, et fuerunt mortui in ipsa obsidione quam plures et maxime de soldoneriis missis ibidem per domnum Rizardum. Tandem videns domnus Odolricus, quod se manutenere non posset, ut iret securus quo vellet cum suis, locum suum die 3. exeunte Martio tradidit domno comiti. In Mart. 29. quo loco inventum fuit tantum bladum quod est incredibile, et alia victualia, et inde omnibus asportatis ubi placuit domno comiti, scilicet Utinum, fecit dirui ipsum locum; et domno Odolrico praedicto dedit domnus Rizardus Castrumnovum quod habebat in pignore a domno comite supradicto.

De Cavoriaco. Anno praedicto, statim diruto castro supradicto, ut praedictum est, Apr. 9. domnus comes obsedit Cavoriacum et ipsum locum habuit ut Villaltam, die 9. Aprilis; et fecit ipsum dirui et fossata destrui.

De Cucanea. Cum esset adhuc domnus comes in destructione Cavoriaci, domnus Odo- Apr. 16. ricus de Cucanea venit 15. die exeunte Aprili in nocte in Cucaneam, et unum[f] locum furatus fuit domno Adalpretto[g], ipso existente infirmo et portato apud Pertestans[h]. Convenerant enim et factae erant bonae securitates, quod domni Thomas et Adalprettus debebant ipsum locum custodire, nec domni Varnerus et Odolricus fratres debebant ibi venire, nec inde debebatur nocere alicui. Et statim cum domnus Odoricus habuit castrum, combussit totam villam de Fagedis, et die sequenti venit domnus comes cum suo exercitu in villa Zeraci et stans[i] ibi aliquibus diebus postea secessit in Povoletto. Sui vero equi omnia blada villarum circumiacentium comederunt et destruxerunt, et sui depraedabant et expoliabant

a) *sic correxi;* quia suus erat 1; quis suus is erat 2. b) Tulmetium 2. *et Ann. abbr.* c) octo 2. d) apud 1. e) Iuvaniz 1. f) ipsum 2. g) Adalperto 2. h) Pretestagnum 2. i) et statim 1.

35) sc. interfecti. 36) i. e. dimisit. 36*) V. Concilium celebratum est a. 1311. die 16. m. Octobris.

1310. tam amicos quam inimicos. Qui domnus comes inde recessit et ivit Goritiam die 9. ex-
Apr. 22. eunte[a] Aprilis.

Mai. 19. *De adventu Babanich*[b], *cognati domni comitis.* Venit illustris domnus Iuan[37] cognatus
domni comitis Goriciae cum magna multitudine Babanicorum circa sexcentos ut dicebatur,
die 13. exeunte Maio, in Forumiulii sub Utino in villa Cusinachi[38] in auxilium domni comitis
Mai. 20. contra domnum Rizardum de Camino et suos fautores. Item die 12. exeunte Maio reve-
rendus domnus Ottobonus Dei gratia patriarcha una cum domno Henrico comite et Ba-
banich et Foroiuliensibus exierunt Utinum cum magno exercitu et transierunt Tulmentum[c]
in destructione inimicorum suorum, et exhibuerunt praelium domno Rizardo, qui erat in
Sacilo cum suo exercitu, sed noluit acceptare. Unde cum non possent transire Luenzam,
39 fuerunt[d] ante Valvasonum[39] et fecerunt ibi satis magnum damnum; sed cum nihil possent
Iun. 4. proficere inde recesserunt. Et iterum venerunt ante Cucaneam in festo sancti Quirini die
4. Iunii, et proiiciebant cum machina in Neboyse continue, et factis multis et altis[e] aedi-
ficiis, propter quod qui erant ibi intus, videntes quod se manutenere non possent, in vigilia
Iun. 25. sanctorum Ioannis et Pauli de nocte imposito igne in dicto loco, recesserunt, antequam
accenderetur ignis, et iverunt in Cucaneam, et ita combustus fuit Neboyse, et postea paucis
diebus elapsis domnus comes[f] habuit Cucaneam.

1313. *De verra et discordia inter domnum Ottobonum patriarcham et domnum Henricum comitem.*
Anno Domini 1313. cum sicut dicebatur domnus patriarcha, existente comite capitaneo,
fecisset cum duce Austriae[40] et cum Paduanis et Tarvisinis quamdam iuram contra comi-
tem praedictum, ideo quia loca ecclesiae Aquilegiensis, videlicet Loss, Ansperch, Montem-
falconem, Tricesimum, Artheniam, Sclusam, Tumecium, Faganeam, Sanctum Vitum,
Sacilum et Canipam occupaverat, volens loca praedicta de manibus eius eripere; et dux
Austriae in Tulmino debebat mittere episcopum de Gurgh[41] cum apparatu suo. Quod in-
telligens domnus comes, statim cum gente sua adiit Tulminum et comburi fecit totam
villam, existente in curia Tulmini Ottobono nepote domni patriarchae, et ipsam curiam
Sept. 13. obsedit die 13. Septembris. Sed cum locum non posset habere, nec intrinseci habere aliunde
auxilium, finaliter concordaverunt taliter, quod irent securi cum personis quo vellent. Et
Oct. 6. sic domnus comes habuit locum ipsum et castrum die 6. Octobris, et dimisso ibi domno
Oct. 7. Paulo de Civitate pro capitaneo, rediit Civitatem die 7. praedicti mensis.

Oct. 8. *De praeda facta ante Utinum.* Anno praedicto, die 8. Octobris, totus exercitus domni
comitis, ignorantibus Civitatensibus, ivit ante Utinum, eo quia fovebant et inducebant ali-
qui domnum patriarcham ad faciendam verram domno comiti cum quibusdam castellanis.
Et subito facto insultu ad omnes portas, animalia non modica acceperunt, et etiam homines
ceperunt quam plures.

Oct. 10. *De adventu Babanich*[g]. Dein anno praedicto, die 10. Octobris, domnus Iuan Babanich
venit in auxilium domni comitis, et steterunt ante Utinum per plures dies, devastando villas
circumadiacentes et totaliter destruentes.

De castro de Piris. Eodem anno, quia domnus Federicus de Pyris et de Susanis[h] ad-
iuvabat domnum patriarcham et in Utino factus fuerat capitaneus, domnus comes in conti-
Nov. 2. nenti ivit ante castrum de Pyris et ipsum die 2. Novembris cepit et funditus diruit. Postea
ante Susanis equitavit. Et quia domnus Federicus fuerat vulneratus et iacebat ad mortem,
tradidit sibi locum, quod commissum fuit domno Wicardo de Petrapilosa; sed postea fuit
sibi restitutum cum magna securitate, quod non faceret contra comitem[i].

De concordia inter domnum patriarcham et comitem. Paucis diebus elapsis facta fuit concordia inter eos, ita quod domnus comes factus fuit capitaneus per quinque annos et omnes reditus patriarchatus et garritum[42] habere debebat[k], ita quod patriarcha nihil habebat agere, nisi accipere a domno comite tria millia marcarum in determinatis taxis. Et sic omnes iuraverunt sub comite, tanquam sub capitaneo, et ne possent castellani retrogracidare[43], omnium filios accepit obsides et eos duxit Goriciam.

a) exeunte *addidi.* b) Babaniz 2. c) Tulmetium 2. d) iverunt 2. e) actis 1. f) d. c. *desunt* 1. g) Babaniz 2. h) Susans 2. i) Civitatem 2. k) debere habebat 1.

37) banus Croatiae. 38) Cusignacco ab Utino ad meridiem. 39) Valvasone ad fluv. Livenza. 40) Friderico. 41) Henricum de Helfenberg, antistitem Gurcensem. 42) Garritum est quod cautione assertum est. 43) i. e. retrogradi, retrocedere, metaphorice pro consilium mutare, fidem datam fallere.

De discordia iterum orta inter domnum patriarcham et domnum comitem[a]. Anno 1314. 1314. orta est[b] iterum discordia inter domnum patriarcham et comitem eo quia domnus comes detinebat omnia loca seu fortalitia ecclesiae Aquilegiensis, quod nolebat domnus patriarcha, nec esse in pactis habitis inter eos dicebat. Finaliter post multa tractata et consilia super hoc habita, convenerunt ipsi domnus patriarcha et comes die 12. exeunte Septembri, Sept. 19. in pratis inter Ramanzachum[44] et Grillonum apud Turrim[45] in hoc pactum et concordiam: 44 videlicet quod a proximo futuro festo purificationis beatae Mariae[46] in antea domnus comes debebat restituere castra, quae detinebat, et domnus patriarcha debebat habere garritum et omnes reditus et proventus in se, sicut unquam habuit aliquis patriarcha. Et tunc ibidem fecit eum capitaneum ad vitam suam, dando sibi pro salario centum marcas in mense. Et sic facta bona concordia inter eos, domnus comes eodem die arripuit iter cum magno apparatu equitum in auxilium ducis Austriae, qui volebat obtinere imperium contra regem Bohemiae, et dicebatur quod quicumque praevaleret in bello inter eos faciendo, debebat esse imperator; quod bellum tamen non fecerunt. Et erat ibi tanta sterilitas, quod exercitus domni comitis septem diebus nihil comedit, nisi rapas; rediit enim[c] domnus comes ....

De morte domni Ottoboni patriarchae. Anno Domini 1314. reverendus domnus Otto- Sept. 21. bonus patriarcha die 10. exeunte Septembri, arripuit iter ad reverendum domnum Lucham de Flesch[47] Ianuensem cardinalem vacante sede papali per mortem sanctissimi papae Clementis[48], eo quia dictus domnus cardinalis citavit eum ad se, unde per nonnullos sperabatur quod dictum domnum patriarcham crearent papam. Quod minime factum est, quin ipso inde revertente, gravi infirmitate detentus obiit anno Domini 1315. die 13. Ianuarii in 1315 comitatu Placentiae in castro de Arquar[d], et ibidem fuit sepultus[49]. Ian. 13.

De morte domni Petri praepositi et electione domni Varneri. Anno Domini 1314. obiit 1314 venerabilis vir domnus Petrus de Piperno, praepositus ecclesiae Civitatensis, die 4. Martii, Mart. 4. a quo capitulum habebat ad fermam[e] praeposituram et praebendam Civitatis pro 300 florenis solvendis eidem annuatim in nativitate Domini, Venetiis vel Paduae, boni auri. Eo vero mortuo, citatis et vocatis, qui voluerunt debuerunt et potuerunt commode. Interea die 10. intrante Iulio decanus et capitulum convenerunt ad electionem de praeposito cele- Iul. 10. brandam per formam scrutinii, et fuerunt electi domni presbyter Varnerus de Gallano et Girardinus nepos domni patriarchae, non in sacris ordinibus constitutus, habens voces tot unus quot alter, canonici Civitatenses. Demum mortuo domno patriarcha, ut dictum est, domno Girardino existente cum eo, domnus Guarnerius adiit domnum decanum et capitulum Aquilegiense, supplicans quod confirmare dignarentur[f] electionem de eo factam. Qui volentes per formam iuris procedere, ipsum domnum Girardinum per litteras et eorum nuncium iuratum citaverunt, nec non per edictum tam in ecclesia Aquilegiensi quam Civitatensi. Qui domnus Girardinus ultra terminum diutius expectatus, et cum ipse nec aliquis procurator pro eo compareret ad obiiciendum contra domnum Varnerum vel electionem praedicti domini, decanus et capitulum ad quos vacante sede confirmatio pertinebat, invenientes electionem factam de domno Varnero canonice celebratam, et ex parte domnorum Bernardi decani et totius capituli, tam illorum qui elegerunt domnum Girardinum, quam domnum Varnerum, precibus inclinati, domnum Varnerum in praepositum Civitatensis ecclesiae gratiose et benevole confirmaverunt die secundo Aprilis anno Domini 1315. Qui 1315. Apr. 2. quidem domnus Varnerus adiit Civitatem et bene receptus a clero et populo, die 5. Aprilis Apr. 5. fuit installatus per domnum Odolricum de Strasoldo, qui fuerat datus ad hoc nuncius per capitulum Aquilegiense.

De electione domni Gilonis in patriarcham. Anno Domini 1315. die dominico videlicet Febr. 16. Reminiscere, 16. intrante Februario, mortuo domno Ottobono patriarcha, convenit capitulum Aquilegiense ad electionem de patriarcha futuro per formam compromissi celebrandam, et compromiserunt in domnum Guillelmum decanum Aquilegiensem et domnos Ludovicum et Philipponum canonicos Aquilegienses. Qui unanimiter et concorditer elegerunt domnum Gilonem, eorum archidiaconum et canonicum in patriarcham dominum et

a) *hic titulus deest* 1. b) *deest* 1. c) inde 2. d) de Arquato 2. e) firmam 2. f) dignaretur 1.

44) Remanzacco inter Utinum et Civitatem. 45) *Grions di Torre* a Civitate ad occident. 46) i. e. 2. die Febr. 47) de Flisco. 48) Clementis V. 49) De Rubeis ex necrologio, quod in archivo capituli Civitatensi servatur, notat haec p. 834: *Octava epiphaniae venerabilis pater domnus Ottobonus piae memoriae Aquilegiensis patriarcha MCCCXV.*

1315 Apr. 14. pastorem, qui arripuit iter ad curiam pro confirmatione obtinenda die 14. intrante Aprili anno praedicto.

Ian. *De confirmatione domni Henrici comitis Goriciae in capitaneum et de verra orta inter eum et quosdam.* Anno praedicto die ...... exeunte Ianuario, cum veraciter scitum fuit de obitu domni patriarchae, fuit in Civitate colloquium generale, in quo colloquio confirmatus fuit domnus comes per eos omnes, qui hoc facere habent, in capitaneum usque ad adMai. 26. ventum futuri domni patriarchae, et ita omnes iuraverunt sub eo. Stante vero tota terra in bona pace et tranquillitate, die Lunae, 6. exeunte Maio, facta fuit in Utino quaedam iura et conspiratio contra domnum comitem, in qua fuerant Utinenses, Glemonenses, domni Odolricus de Cucanea qui factus fuit capitaneus in Utino, Artuicus de Prampergo, qui factus fuit capitaneus in Glemona, illi de Villalta, Federicus de Susans, illi de Colloreto, de Mels, 50 et multi alii castellani. Et eodem die domnus Artuicus cepit Arteniam[50] et Buyam[51], quae loca tenebantur per domnum comitem. Habitatores de Sancto Daniele et de Faganea dicta loca acceperunt in se, et ita multiplicata sunt mala in terra. Qui domnus comes congregato non modico exercitu fuit[a] ante[a] Glemonam et runcavit eis segetes vites et arbores et eis intulit magnum damnum.

Iun. 19. *De castro de Susans.* In festo sanctorum Gervasii et Prothasii cum dicto suo exercitu ivit ante castrum de Susans[52] et intulit intrinsecis[b] statim bellum et ipsum castrum habuit ipso die circa completorium fratrum[c]. Et captis tribus filiis domni Federici cum aliis pluribus, domno Federico non existente tunc in loco praedicto, quia erat Glemonae, acceptis mobilibus et exportatis quae intus reperta fuerant, die sequenti ipsum castrum funditus fecit dirui.

De castro Colloreto. Diruto castro praedicto, statim obsedit ipse domnus comes castrum de Colloreto[53], et cogitantes domni se non posse tenere de dicto castro, se subtraxerunt dimisso loco bene munito farina vino et aliis necessariis, nec non bonis ballistis et viris Iun 25. non paucis. Demum ipse domnus comes ipsum locum habuit, affidatis[54] tantummodo personis quae intus erant, die 6. exeunte Iunio, et ipsum funditus fecit dirui, acceptis prius bonis intus repertis.

Iun. 21. *De castro de Mels.* Die 10. exeunte Iunio idem domnus comes cum toto exercitu suo Iul. 18. obsedit castrum de Mels[55], et duravit obsidio usque ad 14. diem exeunte Iulio, tali pacto et conditione, quod castrum de Buya quod fuerat acceptum domno[d] comiti, eidem restituerunt, et debuerunt[e] illi de Mels dare illis de Colloreto pro damnis 150 marchas, quia dicebant illi de Colloreto, quod causa illorum de Mels habuissent damnum quod habuerunt, et se domno comiti opposuissent.

Iul. 12. *De Murutio.* In festo beatae Margaritae cum toto exercitu domnus comes obsedit MoIul. 15. rusium[56], et die 4. sequenti venerunt ad concordiam in hunc modum, videlicet quod illi de Murusio iuraverunt parere domno comiti sicut capitaneo usque ad adventum domni patriarchae, et castrum debere custodiri per domnum Wynther nomine domni comitis usque Iul. 16. ad annum unum. Facta compositione et concordia de Morusio, sequenti die obsedit VilAug. laltam, et cum videret nihil ibi posse proficere, inde recessit. Et die ..... Augusti venit in 57 villam Reanae[57] et Zumpis[f] et accepit aquam Utinensibus. Postea die 13. cum toto exerAug. 13. citu suo venit ad villam Orsariae[58], et ibi fecit cum suis et circumquaque damna magna. Utinenses vero statim cum recessit miserunt aquam.

De concordia inter domnum comitem et Utinenses et Glemonenses et castellanos. In festo Aug. 29. decollationis sancti Iohannis anno praedicto facta fuit concordia inter domnum comitem ex parte una[g] et Utinenses Glemonenses et castellanos de werra supradicta ex parte[g] alia in hunc modum ......

Iul 13. *De briga facta in Civitate.* Anno 1315. die dominico 13. intrante Iulio, post coenam in hora completorii fratrum, Henricus filius quondam domni Iohannis de Portis cum quibusdam

a) ivit in 2. b) intrinsecus 1. c) factum 2. d) domni 1. e) steterunt 1. f) Zumpietre 2. g) una — parte *desunt* 2.

50) Artegna a Gemona ad merid. 51) *S. Lorenzo di Buja* a Gemona ad merid. 52) Sussans haud procul a fluv. Tagliamento. 53) Colloredo a Tricesimo ad occid. 54) Affidare est fidem suam alicui dare. 55) Mels a S. Daniele inter orientem et septent. situm. 56) Moruzzo a S. Daniele inter orientem et meridiem versus. 57) Reana a Tricesimo ad meridiem. 58) Orsaria inter Utinum et Civitatem ad meridiem versus.

suis complicibus ex parte una et filiis Virgilii, Galengani[a], Guillelmi de Grusipach cum suis 1315.
fautoribus ex alia, convenerunt ad brigam apud domum communis. Qui Henricus ibi statim Iul. 13.
fuit interfectus. Supervenit autem Federicus frater eius et ipso ignorante de facto totaliter,
exclamando pacem, fuit vulneratus et mortuus fuit ante campanam ignis, et quam plures
vulnerati fuerunt. Ex alia parte fuit vulneratus Guillelmus de Grisimpach cum filio et ne-
pote et aliis pluribus. Guillelmus vero Gallengani[a*] cum parte sua ascenderunt supra turrim
domni Asquini de Varmo, ita quod per totam terram erat praelium maximum. Tunc domnus
Federicus de Erbestayn, mariscalcus domni comitis, cum domnis de Portis amicis versus
dictam turrim adeuntes, volebant eos capere, sed illi cum ballistis et lapidibus se defen-
debant. Ad ultimum se dicto mariscalco tradiderunt, qui eos, scilicet Iohannem et Guillel-
mum Galengan fratres cum uno filio, Virgilium cum tribus filiis, Raynerottum cum duobus
filiis, captivavit in domo de Portis, et bona eorum fuerunt per Theotonicos accepta. Unus
filius Guillelmi praedicti qui latuerat in Civitate, die Martis sequenti proiecit se per muros
terrae, volens fugere, et apud pontem portae Bressanae[b] fuit interfectus ac per totam
terram strascinatus[59]. Domnus vero comes Goriciae venit in Civitatem die dominico tunc Iul. 20.
sequenti et die Lunae in vigilia sanctae Mariae Magdalenae fecit amputari caput Guillelmo Iul. 21.
Galengani apud domum communis. Tunc domnus comes fecit duci Raynerottum, Virgilium
cum filiis, et filium Guillelmi praedicti Goriciam, unde multa mala creata fuerunt. At illi
de Portis cum amicis suis obtinuerunt.

Anno Domini 1317. sanctissimus papa Iohannes ad preces regis Roberti[60] dedit patri- 1316.
archatum domno Castono de la Turre[61] in festo sancti Sylvestri. Dec. 31

Anno 1318. die 12. exeunte Augusto domnus Castonus patriarcha veniendo Florentiam 1318.
in Forumiulii, obiit[62] et ibi sepultus est. Aug. 20.

Anno Domini 1319. sanctissimus papa Iohannes providit de patriarchatu Aquilegiensi 1319.
domno Pagano episcopo Paduano[63].

Anno Domini 1320. die 12. Novembris fuit praelium magnum in Utino apud domum 1320.
communis inter domnos Hectorem et Federicum fratres de Savorgnano et eorum amicos Nov. 12
ex parte una et domnum Sperantium et Vintilinum fratres cum amicis suis ex alia[c]. Qui
venientes ad iniurias, coeperunt dictae partes inter se acriter praeliari, in quo dictus domnus
Hector per domnum Sperantium fuit vulneratus, et Hermolianus et Dionysius[d] interfecti.
Domnus patriarcha existens Civitate statim cum sibi praedicta notificata sunt, cum festina-
tione equitavit Utinum cum Civitatensibus. Qui Civitatenses una cum Utinensibus adierunt
ad domos praedictorum domni Sperantii et Vintilini et eas ceperunt. Et ipsos fratres et
filium domni Thomasini et alios quam plures circa viginti et sex interfecerunt et eorum
bona abstulerunt; ita quod pars domni Hectoris obtinuit cum adiutorio Civitatensium.

Anno Domini 1323. domnus Henricus comes Goriciae, in festo sancti Georgii, hora 1323.
vespertina tripudii venit ei quaedam infirmitas, de qua statim ex improviso mortuus est in Apr. 24.
Tervisio et ibi honorifice sepultus.

Anno Domini 1324. venerunt in Forumiulii magnifici domni duces Austriae[64] et Carin- 1324.
thiae[65] cum maxima hominum comitiva, facientes maximum damnum in Foroiulii.

Anno Domini 1327. indictione 10. in festo nativitatis virginis Mariae, in nocte circa 1327.
mediam noctem, fuit subito tanta aquarum inundantia quod Natissa in tantum crevit, quod Sept. 8.
ivit per totum burghum portae Bressanae usque ad portam Civitatis et plures domos de-
struxit, et intravit aqua per cancellos ecclesiae sancti Petri in dicto burgo[e] et sic .....

Anno Domini 1331. indictione 14, die 15. intrante Septembri, domni Progna de Zuc- 1331.
cula et Petrus eius frater una cum domno Iohanne de Villalta et alia non parva comi- Sept. 15.
tiva furtim circa horam matutinam domnorum maioris ecclesiae Civitatensis per portam

a) Galengani *addidi ex Ann. abbr.* a*) Gallongani 1. b) Brossanae 1. c) altera 2. d) Hermolaus et Daynetius *Ann. abbrev.* e) *Annales abbreviati sic habent:* burgo .... et omnia molendina destruxit; et prae nimia multitudine aquarum plura saxa maxima revoluta sunt .....

59) tractus. 60) Siciliae regis. 61) Erat tunc archiepiscopus Mediolanensis. Epistolam papae Iohannis XXII. de reiectione Gilonis et electione Castoni exhibet de Rubeis p. 836 sqq. Litterae novi patriarchae electionem suam indicantes et clericis et Henrico comiti Goritiae extant apud de Rubeis p. 840. 841. 62) Chron. tertium patriarch. Aquil. apud de Rub. app. 13: *Cecidit cum equo, de quo casu mortuus est.* 63) Iam anno 1302. patriarcha Aquileiensis erat electus sed a Bonifacio VIII. papa non confirmatus. Vid. supra p. 210. 64) Otto. 65) Henricus II.

1331. leprosorum apposuerunt scalas ad murum burgi pontis, et ii qui primo intraverunt burgum, fregerunt portas et residui intraverunt*.

* *Annales Foroiulienses abbreviati huius anni narrationem sic exhibent:* Anno Domini 1331. indictione 14. die 15. intrante Septembri, domni Progna de Zuccula et Bartholomaeus eius frater una cum domno Iohanne de Villalta et alia non pauca comitiva furtive circa horam matutinam domnorum maioris ecclesiae Civitatensis per portam leprosorum apposuerunt scalas ad murum burgi pontis, et ii qui primo intraverunt burgum, fregerunt portas et residui intraverunt, qui statim ceperunt meliores et ditiores de dicto burgo et eos in turri quondam Salomonis carceraverunt ipsos prius affidantes. Postmodum venerunt ad pontem et inciderunt dictum pontem, ponentes vasa versus Civitatem, et ultra pontem fecerunt fortilicium magnum a capite pontis. Et hora matutina homines Civitatenses sciverunt haec, et facta die homines Civitatenses et adversarii eorum se hinc et inde fortiliter ballistabant, et extrinsece ballistabant cum sclopo versus terram et nihil nocuit. Porta aperta existente demum plures de Civitate ibant super pontem, praecipitantes casas quae positae erant super pontem in Natissa, et contra adversarios audacter pugnantes, et non potuerunt transire ad eos propter pontis fractionem. Circa vero horam primae praedicti qui erant in burgo voluerunt comburere pontem, portantes oleum, stuppam et stramen, ut comburerent dictum pontem; quod homines Civitatenses scientes et videntes posuerunt se periculo et violenter transeuntes pontem pauci de Civitate, eos in fugam verterunt, extrinseci vero videntes vexillum Virginis gloriosae, statim verterunt, quorum tres interfecti fuerunt, caeteri vero vix abierunt.

NOTAE PASSERINI[a].

1343. Combustio Canipae capituli Civitatis et multarum domorum.

1344. Domnus patriarcha misit gentem suam sub Pinzanum. De Colacio et refectorio capituli in Civitate. Eodem anno deditio Pinzani. 1344. De tractamento ad accipiendam Civitatem.

1345. Plures de Utino contra Sarasinos de mandato domni papae absoluti a peccatis. 1345. Domnus patriarcha ivit Manzanum ad loquendum comiti.

1348. die 25. Ianuarii circa horam vespertinam fuit terrae motus magnus, qualis non fertur in aliquibus scriptis. Eodem quoque anno iam incepta pestilentia.

Anno Domini 1364. indictione 2, die 22. Septembris, domnus Franciscus de Urauspergo ac de Villalta, amissa Villaltae parte circa annum Domini 1353. tempore patriarchae Nicolai, sese subdidisset dominio ducis Austriae paucorum annorum facto intervallo, universae carnis debitum solvit. Cuius filii Iohannes, Thulbertus et Matthiusius patrizantes, cum hominibus Civitatis guerram habentes, accipientes de montibus equos ....

1364. indictione 2. egregius princeps domnus Ludovicus de la Turre fecit ruinari[b] funditus castrum Zucculae dominorum de Spelimbergo[c].

a) In Libretto D. Iohannis Iacobi de Venustis: *haec verba apud de Rubeis sequuntur post annum* 1331. *Elucet Bellonum ex codice Iohannis Iacobi de Venustis exscripsisse suum.* b) minari *Valentinelli.* c) Hucusque Passerinus seu quisquis fuit alius. Descriptum per me Antonium Bellonum notarium: *sic finit codex Bellonianus.*

ANNALES FLORENTINI.

Habentur in pagina 91' codicis legum Langobardorum Palatini[1] *nro.* 772 *insignis membranacei in folio saeculi XII, ubi repertos Romae a.* 1822 *exscripsi. Singulae annotationes manibus eius aevi exaratae sunt ordine tamen temporum minime servato, quem igitur restitui. Initio quidem occurrunt notae annorum* 1135 10. *Kal. Nov.*, 1138, 1147, *tum* 1111, 1135 16. *Kal. Iul.*, 1115, 1115, 1117, 1119 6. *Non. Oct.*, 1120, *tum alia manu vel alio tempore* 1119 *Sept.*, 1125, 1129, 1110, 1114, 1141 *scriptae, postea* 1153 *alia manu inseritur, ultimo loco a.* 1173 *habetur. Annorum numeri anteriores octo non numero sed verbis exprimuntur, reliqui tum numero tum verbo; vox* dies *constanter feminini generis usitatur, quo dierum numeri ab annorum numeris certissime distinguuntur.*

1110. 7. Kal. Iunii Florentini iuxsta Pesa comites vicerunt.

1111. 9. Kal. Ianuarii indictione 4. Enricus quartus Romanorum rex ingressus est Florentia.

1114. 15. Kal. Septembris facta est secunda et ultima destruccio murorum Monte Cascioli in nocte tamen.

1115. 4. Nonas Madii in nocte tamen accensus est ignis in burgo Sancti Apostoli, qui multas consunsit domos.

1115. mense Iulii obbiit Mactilda commitissa. Iul. 24.

1117.[a] 17. Kal. Septembris ad oram sexstam accensus est ignis qui Florentinam exarsit urbem indictione decima.

1119. mense Septembris Florentini Monte Cascioli obsiderunt, quem marchio Rempероctus[2] defendebat. 2

1119. 6.[b] Nonas Octobris indictione tertia decima de auctore Florentini Monte Cascioli ignem consumpserunt.

1120. 16. Kal. Martii Petrus Mingardole[c] ad defendendum se de crucifixo super novem vomeres ignitos nudis pedibus ambulavit, et illesus evasit.

1125. pridie Kal. Iulii Florentini ad obsidendum Fesulas cucurrerunt, et pridie Idus Septembris ingressi sunt Fesulas.

1129.[d] 14. Kal. Decembris Florentini pugnando vicerunt castellum quod vocatur Vingnale, et ibi plures Senenses capti fuerunt.

1135. 16. Kal. Iulii Ingilbertus marchio[3] Florentiam est ingressus.

1135. 10. Kal. Novembris Florentini superaverunt castelum qui vocatur Monteboni.

1138. Idus Agusti amissum est officium in ac civitate et est recuperatum Idus Novembris.

1141. 8. Idus Iunii Florentini pugnando vicerunt suburbium extra porta quod vocatur Camollia iuxsta Senensem urbem, et per tres fere dies eam obsiderunt.

a) septimodecimo *in margine appositum a manu secunda.* b) *hic tantum* sexsto *scribitur.* c) *aut* Petrus in Ingardole. d) nonono *c.*

1) Cf. Archiv der Gesellschaft für ältere Deutsche Geschichtskunde V, pag. 310, 162. 2) Tusciae, Radbodo in charta a. 1117. Muratori Antiq. diss. 6. 3) Tusciae.

1147.[a] Idus Agusti reversus est populus Florentinus a castello Monte Rollandi superato.

In nomine Patris et Filii et Spiritus santi.
Nelia Telia in ripa de mari sedebat.
Telia dixit: segemus. Nelia dixit: seceessemus;
Male de oculis famuli maris[b].

1153. pridie Kal. Martii recuperatum est oficium in civitate Florentina, amisum per 5 annos et[c] dimidium[c].

1173. 17. Kal. Madii indictione 6. propter Paterinos admissum[d] est officium in civitate Florentina.

a) Millesimo centesimo triesimo *corr.* quadragesimo *codex.* b) *an* fa mi lu mari? *id est:* N. T. in ripa maris sedebant. Telia dixit: „sedeamus“. Nelia dixit: „secedamus; male de oculis facit mihi mare“. c) et *atque* idium *sub charta latent.* d) *id est* amissum.

ANNALES SENENSES

EDENTE ILL. IOHANNE FRIDERICO BOEHMER I. U. D.

DUUMVIRO NOSTRO.

Rainerius episcopus qui saeculo duodecimo medio cathedram Senensem occupavit[1], *calendarium conscribi iussit necrologio futuro idoneum, cui ab illo inde tempore per quatuor fere saecula rerum memoria dignarum notitiae adiectae sunt, eo scilicet modo, ut notitia quaelibet diei quo res ipsa acta est adscriberetur, addito tamen et anno nativitatis Domini. Calendario adfixa est expositio euangelii sancti Iohannis edita a sancto Augustino. Notitiis istis auctoritatem addunt locus ubi scriptae sunt et adservantur, ecclesia scilicet cathedralis et nostris diebus bibliotheca urbis publica, et scriptura rei gestae constanter coaeva. Quae quum ad historiam urbis olim florentissimae et universae Tusciae maximi momenti essent, illis usus est Hubertus Benvoglienti in edenda chronica Senensi italice scripta Andreae Dei et Agnoli di Tura Muratorii SS. Ital. Tomo XV. inserta, quae ad annos usque* 1348 *et* 1381 *decurrit; sed eo peccavit, quod singulas sententias ad calcem editionis inter adnotationes relegavit, dum eas fontis principalis locum occupare fas fuisset. Plurimas igitur gratias debemus viro illustri Iohanni Friderico Boehmer curarum nostrarum socio amicissimo, qui mense Maio anni* 1850 *Senis commoratus codicem membranaceum maximae formae evolvit, textum lectu difficilem et Benvogliento saepe haud intellectum summa cum cura exscripsit, secundum ordinem temporis disposuit, editioni futurae instruxit, atque hoc demum loco inter alia Tuscae historiae monumenta sisti consensit.*

Annum Florentino more usque ad 25. *Martii extendi, annis* 1226 1228 *et* 1247 *intelligitur.*

Sermo inde a saeculo tertiodecimo Itali idiomatis vestigia praebet.

Anno 1850 *Parisiis textus operis cura v. b. m. Ozanam in Documents inédits pour servir à l'histoire literaire de l'Italie pag.* 195—220 *prodiit, sed ordine calendarii ibi servato legentium utilitati male consultum fuisse neminem fugiet.*

8. Idus Februarii anno Domini 1107. translatum fuit corpus beati Ampsani ab ecclesia eius sita iuxta Arbiam ad maiorem ecclesiam civitatis Senensis. 1107. Febr 6.

9. Kal. Iul. anno Domini 1114. Florentini sunt afflicti apud Montem Crucis a Senensibus et comitibus Guidonibus. 1114. Iun. 23.

9. Kal. Augusti obiit Gualfredus episcopus anno Domini 1127. Et in secundo anno sequenti Rainerius episcopus, qui hunc quaternum fieri fecit, Senas venit. Et eodem anno a Senensibus captus est archiepiscopus Pisanus. 1127. Iul. 24.

1) annis 1129—1170.

1129. Dec. 3. 3. Non. Dec. anno Domini 1129. venit hac die Ranerius episcopus Senensis electus Et tunc invenit archiepiscopum Pisanum a Senensibus captum.

1141. Iun. 3. 3. Non. Iun. anno Domini 1141. venit marchese ad portam Scamollii cum Florentinis.

1145. Iul. 13. 3. Idus Iul. anno Domini 1145. afflicti sunt Senenses in monte Maio.

1146. Iun. 24. 9. Kal. Iul. anno Domini 1146. Florentini sunt afflicti apud Montem Crucis a Senensibus et comitibus Guidiis.

1153. Mai. 8. 6. Idus Mai. anno Domini 1153. combusta est ecclesia sancti Vigilii Senensis et suburbana igne succensa sunt.

1156. Apr. 9. 5. Id. Apr. anno Domini 1156. flagellati sunt Florentini apud Montem Bonizi. Et post eodem anno quindecim diebus elapsis cepit edificari castrum Podii Bonizi.

Sept. 13. Id. Sept. anno Domini 1156. capta est primo Orgia et combusta.

1161. Sept. 11. 3. Id. Sept. anno Domini 1161. Alexander papa captholicus presidente, et Octaviano heretico ecclesiam perturbante, Frederigus imperator Mediolanum obsedit.

1167. Aug. 1. Kal. Aug. anno Domini 1167. imperator Frederigus et cancellarius, capientes porticum sancti Petri Rome, combusserunt ecclesiam eius. Et tunc fuit tam valida ventorum tempestas, quod multe domus et arbores sunt subverse.

1170. Mai. 27. 6. Kal. Iun. obiit Rainerius episcopus Senensis anno Domini 1170.

1174. Iul. 7. Non. Iul. anno Domini 1174. afflicti sunt Senenses apud Scianum.

1175. Aug. 16. 17. Kal. Sept. anno Domini 1175. comes Ildibrandinus a Senensibus captus est.

1179. Mart. 16. 17. Kal. Apr. Anno dominice incarnacionis 1179, presidente sancte Romane ecclesie sanctissimo Alexandro papa, pontificatus eius vicesimo, indictione duodecima, in mense Martii et septimo et octavo die mensis sedit sancta et generalis synodus in basilica Lateranensi que appellatur Constantiniana, 384 episcopis ad hec ex diversis mundi partibus convocatis. In qua synodo sanctissimus papa Alexander promulgavit 28 canones.

1186. Mai. 30. 3. Kal. Iunii anno Domini 1186. obsedit rex Henrigus, qui post fuit imperator, civitatem Senensem. Et in proximo anno precedenti[a], Frederigus pater eius eandem intraverat civitatem.

1187. Iun. 25. 7. Kal. Iul. anno Domini 1187. captum est sepulcrum Domini a Saracenis sub Saladino rege eorum et Henrigo rege christianorum.

1188. Dec. 13. Id. Dec. anno Domini 1188. obiit Gonteramus Senensis episcopus.

Anni sunt Domini trahe bis sex mille ducenti,
Quod tumulo corpus conclusum mense Decembris
Est Gonteramii Senensis presulis almi.

1196. Febr. 15. 15. Kal. Mart. obiit presbiter Manens canonicus Senensis, qui tredecim marcas reliquit pro dormitorio faciendo canonicis. Inceptum est anno Domini 1196.

1197. Sept. 28. 4. Kal. Oct. obiit imperator Henrigus anno Domini 1197. Hic regnum Apulie sibi subiugavit et Senam obsedit.

Nov. 1. Kal. Nov. obiit Guido filiis Maithi. Post mortem .... recuperaverunt castrum Orgie anno Domini 1197.

1198. Apr. 24. 8. Kal. Mad. obiit Aurelianensis episcopus Henrigus, frater consobrinus Filippi regis Francie, et in episcoporum sepulcro tumulatus anno Domini 1198. Pro cuius anima dominus episcopus et canonici Senenses sancti Georgii martiris habuerunt magna donaria, unde annualiter diem anniversarium ad sepulture obsequia facere promiserunt.

Clauditur hac tumba presul pius, immo columba,
Aurelianensis, vir moribus irreprehensis,
Prudens Henricus, intusque serieque pudicus.
Hic meritis magnus, et nomine pastor et agnus
Extitit in Domino. Quem nati Virginis anno
Milleno nonageno novies duodeno
Nono credas Madii migrasse Kalendas.
Vivat cum Christo, cui mundo vixit in isto.

1201. Sept. 27. 5. Kal. Oct. Montis Lucini castrum virtute potenti
Urbs Sena devincens destruxit corde valenti.
Turres et portas muros et menia stravit,
Comburensque domos ad votum cuncta patravit.

a) initium vocis precedenti est incertum.

Per sedecim menses obsessum tempore lapso
Est victum castrum, populo certamine lasso.
Non minus afflictos contrivit panis egestas.
Cuntis attritis est omnis adempta potestas.
Anni sunt Domini, si queris, mille ducenti
Unus et addetur, numerus completus habetur.
Filippo Malvolte tunc dominante Senensi
Prudenti populo rectoris iura tenenti.
Octubris quinto victor fuit ipse Kalendas.
Qui populi castri turmas iubet esse tuendas.
Vive, valeto Sena, preclaraque dulcis amena,
Multum laudaris, que caris cara probaris.
Hostibus inmanis sis hostis amarus amaris.
Inde triumfasti, pacem quia semper amasti.
Credo quod est factum Christo faciente peractum.
Qui fecit fortem te, vincere fecit et hostem.
Laudes reddantur sibi, per quem prospera dantur.

12. Kal. Iul. anno Domini 1207. Montaltum Berardingum[a] captum est a Florentinis et 1207.
Aretinis, comite Guidone, Lombardis et Romaniolis; et Senenses cum comite Ildibrandino Iun. 20.
et Orbetani usque ad Valcortese et Orgiale sunt fugati. Et multi fuerunt ex utraque parte capti.

6. Kal. Octobr. anno Domini 1209. obiit magister Guido canonicus. 1209. Sept. 26.

4. Non. Oct. anno Domini 1209. rex Otto coronatus est Rome ab Innocentio papa tercio Oct. 4.
apud Sanctum Petrum. Et in reditu suo die[b] 12. Kal. Novembris primo post acceptam coro- Oct. 21.
nam civitatem Senam intravit, et apud episcopalem ecclesiam a canonicis et clero, indutis pluvialibus, cum crucibus aqua benedicta et incenso est honorifice receptus, omnibus campanis in classicum pulsantibus.

5. Kal. Maii anno Domini 1212. Ubertinus et Gualfredus Ubertini Biccarre vendiderunt 1212.
castrum inferius de Sciano cum omnibus suis pertinenciis communi Senensi, existente Apr. 27.
potestate Guidone Ranucii Urbetani.

11. Kal. Iun. anno Domini 1215. sub potestate Ianni Cochi de Viterbio ceperunt Se- 1215.
nenses castrum de Chiuslino[c] cum episcopo Volterre. Mai. 22.

Kal. Iun. anno Domini 1215. sub potestate Ianni Cochi Viterbiensis ceperunt[d] castrum Iun. 1.
de Turri Maritime, muris per violentiam dirutis.

8. Kal. Nov. anno Domini 1215. obiit Bonus Senensis episcopus. Oct. 25.

Anno Domini 1215, 3. Idus Novembris celebrata est sancta sinodus Rome in ecclesia Nov. 11.
sancti Salvatoris que Constantiniana vocatur, presidente domino Innocentio papa tercio, octavo decimo anno pontificatus eius, in qua fuerunt episcopi 412.

16. Kal. Febr. Anno Domini 1216. obiit Hermannus, qui fuit Senis prepositus, et post 1216.
Grossetinus episcopus. Ian. 17.

15. Kal. Mad. anno Domini 1216. rediit dominus B.[e] Senensis consecratus episcopus, Apr. 17.
quando primam missam cantavit in episcopali ecclesia. Qui consecratus fuit 4. Id. Aprilis a domino Innocentio papa tercio in ecclesia sancte Marie maioris die resurrectionis.

17. Kal. Aug. anno Domini 1216. Innocentius papa tercius obiit apud Perusium, qui Iul. 16.
Ottonem imperatorem deposuit, sub quo Livioneses ad fidem Christi sunt conversi, sub quo eciam ecclesia Constantinopolitana ad obedientiam et unitatem Romane ecclesie rediit.

Non. Nov. anno Domini 1219. papa Honorio tercio et Frederico rege in Romanorum 1219.
imperatorem electo seddentibus, capta est civitas Damiata capud Egipti a christianorum Nov 5.
exercitu.

10. Kal. Dec. anno Domini 1220. Frederigus Henrigi imperatoris filius[f] Rome imperii 1220.
diadema ab Honorio tertio papa recepit. Nov. 22.

12. Kal. Aug. anno Domini 1222. convenerunt Lucenses cum Florentinis iuxta pontem 1222.
Arni super Sanctam Mariam de Monte contra Pisanos, quibus in auxilium venerant Pisto- Iul. 21.
rienses et Senenses. Et utrisque hinc inde dimicantibus, fugati sunt Pisani, et multi ex eis capti, solis Senensibus usque ad finem prelii in campo perdurantibus.

a) Berardingorum *Muratori.* b) die *incertum.* c) Chiusdino? d) *scilicet* Senenses. e) Bonfilius. f) *vox deest c.*

1223. Mai. 2. 6. Non. Mai. obiit Guido magister domus Hospitalis anno Domini 1223.

1224. Sept. 8. Anno Domini 1224, 6. Idus Septembris, capta est civitas Grosseti a Senensibus, muris per violentiam dirutis et pro maiori parte combusta. Et populus Senas ductus et captivatus.

1227. Mart. 19. 14. Kal. Apr. anno Domini 1226. obiit Honorius papa tercius. Et episcopus Hostiensis est substitutus, et vocatus Gregorius papa nonus.

Iul. 9. 7. Id. Iul. obiit Rolandus primicerius Senensis anno Domini 1226.

Nov. 2. 4. Non. Nov. anno Domini 1227. Bonfilius Senensis episcopus ivit Romam cum M. archidiacono suo et magistro Bandino primicerio et aliis pluribus, vocatus a domino papa Gregorio nono cum aliis episcopis de Tuscia. Et tunc remansit ibi dictus M. archidiaconus pro vicecancellario, et magister Bandinus pro correctore litterarum domini pape.

1228. Febr. 18. 12. Kal. Mart. anno Domini 1228. Matheus prior plebis de Survicille et archipresbiter Senensis a domino papa Gregorio nono Castellane civitatis est episcopus consecratus apud Perusium, presentibus Hugone preposito, M. archidiacono, magistro Bandino primicerio, Ugerio et Ildibrandino canonicis Senensibus.

1229. Sept. 19. 13. Kal. Oct. anno Domini 1229. convenerunt Florentini cum comite Guido cum tota forcia sua cum Pratensibus et tota forcia sua, cum Pistoriensibus et tota forcia sua et cum militibus peditibus balistis et arcariis civitatis Lucensis et aliis pluribus apud plebem de Sciata. Et tunc convenerunt cum eis in campum Senenses et voluerunt comittere prelium cum ipsis. Et inceperunt bellum cum balistis et arcariis. Set ipsi Florentini, etiam a militibus Senensibus vulnerati et quidam mortui, preliari recusaverunt omnino. Immo de tendis et de bestiis et quibusdam caldariis et pluribus rebus aliis dimissis, fugerunt de monte in montem. Et tunc capti sunt ex eis sexaginta, et mortui fere centum. Et expugnaverunt Florentini castrum de Selvole et Cerretum ubi plurimi mortui sunt, et confusi recesserunt. Quare eodem anno et eadem septimana, Florentinis existentibus apud Sciatam, venerunt Urbevetani contra Senenses periuri cum tota fortia sua et cum Montepulcianibus apud montem de Fullonica. Ubi quasdam vineas et arbores vastaverunt. Postea vero cum viderent se ibi non posse proficere, venientes ad castrum de Sciliano, ipsum scalis ad murum positis fortiter expugnaverunt. Ubi quidam eorum mortui sunt. Senenses autem fugatis Florentinis, ut supra dictum est, properaverunt contra Urbetanos[a]. Qui audito quod Senenses venirent, statim dimissis scalis et quibusdam rebus aliis arripuerunt fugam. Quos Senenses insecuti sunt usque castrum de Sartiano. In quo castro recepit se potestas Urbetanorum qui Florentinus erat, cum tota curia sua, et cum maiori parte nobilium Urbetane civitatis, et cum multis peditibus civitatis eiusdem. Senenses tamen supervenientes ceperunt ipsum castrum, sed Urbetani intraverunt castrum munitissimum in superiori parte castri positum quae natura sua[b] inexpugnabilis erat, parati potius mori, quam voluntati Senensium se submitterent[c], priusquam viderunt eos paratos ad bellum cum balistis progredi[d] ....re, ipsum Cassarum sunt aggressi. Quod fortiter .... Ubi capti sunt fere omnes nobiles Urbevetani[e] .... inter corredatos et alios .... in vinculis positi, carceribus mancipati sunt[f] .... totius anni superat numerum dierum .... una septimana tres civitates fugissent[g] et quartam, hoc est Urbetanam, cepissent[h].

1230. Iun. 15. Anno Domini 1230. 7. Idus Iul. in die sanctorum Viti et Modesti afflicti sunt Senenses a Florentinis Aretinis Urbevetanis Castellanis Lucensibus Pistoriensibus et ab aliis castris Tuscie apud portam de Camollia.

1231. Febr. 1. Kal. Febr. anno Domini 1231, indictione quinta, dominus Ildibrandinus canonicus Senensis et prior de Monterio, qui electus fuit in episcopum Massanum, ivit ad recipiendam tenutam eiusdem episcopatus cum domino Hugone preposito et domino Ugerio canonico Senensi, qui cum eo iverunt pro capitulo Senensi, et cum dominis Tesupo et Symone canonicis Massanis, qui venerant pro ipso, et cum pluribus aliis militibus et scutiferis.

Mart. Et eodem anno sequenti mense Martii ordinatus est in diaconum ab episcopo Senensi.

Apr. Item sequenti mense Aprilis in sabbato sancto promotus est in sacerdotem dictus electus ab eodem episcopo.

a) *ita hic et infra habetur.* b) q. n. s. inexpu *supplevi.* c) se s. *supplevi.* d) p. *supplevi.* e) les Urbevetani *supplevi.* f) ncipati sunt *supplevi.* g) *ita lacuna explenda esse videtur.* h) nt *supplevi.* i) *hunc diei perperam adscripta esse, quae ad diem 15. Iun. pertinent, dies Viti et Modesti docet.*

9. Kal. Ianuar. anno Domini 1231. magister Iohannes canonicus ecclesie sancti Christophori receptus est in canonicum maioris ecclesie sancte Marie Senensis. 1231. Dec. 24.

3. Id. Apr. obiit Martinus archidiaconus Senensis et domini pape vicecancellarius anno Domini 1232. et die resurrectionis dominice. 1232. Apr. 2.

6. Kal. Nov. anno Domini 1232. captum est bello et combustum castrum de Montepulciano a Senensibus solis cum eorum comitatu, obsidione manifesta durante per tres dies, et pugna a media tercia usque ad terciam[a], sub potestate domini Gerardi Rangonis Mutinensis. Oct. 27.

Montispulcani castrum Deus ordine miro
Tradidit inmensus magno certamine Sene.
Anno terdeno reddens sibi iura secundo
Post ortum Domini finitis mille ducentis,
Preveniente die festum Symonis quoque Iude.

16. Kal. Apr. Anno Domini 1234. postquam Pepus filius Tancredi vicecomitis de Campillia, qui tunc temporis arcem ipsam tenebat, iuravit in manus domini Transmundi Anibaldi potestatis Senensis, cum omnibus hominibus de Campillia, facere pacem et guerram ad mandatum dicti potestatis et civitatis Senensis, dictus Pepus spreta religione iurisiurandi cum illis de Castillione et cum comitibus de Tetinano[b] iuravit in manus Florentinorum et Urbetanorum facere guerram Senensibus ad mandatum eorum, et iuvare Montalcinenses cum tota virtute sua. Quod audiens dictus T. potestas Senensis cum duabus partibus civitatis ad arcem ipsam accessit. Et pars burgi capta et combusta fuit. Et sequenti die capta fuit reliqua pars burgi cum sala et arce superiori. 1234. Mart. 17.

9. Kal. Febr. Anno Domini 1235, indictione nona, die nono Kal. Febr. obiit dominus Oderigus canonicus Senensis, qui composuit ordinem officiorum Senensis ecclesie. 1235. Ian. 24.

2. Kal. Iul. anno 35. post 1200. Iun. 30.

Vir perillustris Iacobus presul venerandus,
Pontificis summi legatus maximus, atque
Consensu parili cum consilio sapientum,
Guerram confregit, statuit quoque vincula pacis,
Pro quibus adnexa maneat Florentia Sene,
In Iunii mense posteriori die.

2. Id. Apr. anno Domini 1239, indictione undecima, capta est arx[c] de Pietra a Senensibus sub potestaria domini Petri Parenzi Senensis potestatis. 1239. Apr. 12.

3. Non. Iun. anno Domini 1239. die Veneris hora sexta incepit sol paulatim oscurari et coperiri aiere existente serenum. Et in hora nona totus obscuratus est et sic obtenebratus, quod nullum lumen redebat. Et facta est quasi nox obscura, ita quod videbatur celum stellatum sicut de nocte in sereno. Et homines accendebant luminaria in domibus et apotecis. Et post aliquantam moram paulatim incepit discopriri et se reddere terris, ita quod ante horam vespertinam totum se restituit in splendore. Iun. 3.

Anni terdeni bis centum mille noveni
Christi currebant, qui tempora lapsa gerebant,
Quando pallescit sol aureus atque nigrescit.
In medio Phebus fit pallidus undique rebus.
In nona totus stat sol a luce remotus;
Res obfuscantur, stelle celo numerantur.
Flumina mansere, rivi cursum tenuere,
Ut numero multi firmarunt robore fulti.
Fit genus humanum re mira si bene sanum
Iunius intrabat qui trina luce meabat,
Sexta luce data sunt hec tam mira patrata.
Rome mitratus stat Gregorius cathedratus.
Ensem vibrabat, Lombardis bella parabat
Pallade dotatus Frederigus sorte beatus,
Dogmate lustratus princeps probitate probatus[d]...

5. Non. Mai. anno Domini 1241. Gregorio papa nono et Friderico imperante, existente 1241. Mai 3.

a) sextam *Ozanam.* b) tintinnano *Oz.* c) ars *codex.* d) *sequuntur versus duo lectu difficiles.*

1241. Mai. 3. discordia inter eos, inter Montem Cristi et Montem Argentarium in mari prope Grossetum commissum est navale bellum inter Ianuenses ex parte una, et Pisanos et alios ex parte imperatoris ex altera, in quo Ianuenses cum episcopo Prenestino et Ottone diacono cardinalibus, legatis apostolice sedis, cum multis archiepiscopis episcopis abbatibus et aliis ecclesiarum prelatis, euntibus ad concilium, capti fuere.

Aug. 22. 11. Kal. Sept. anno Domini 1241. obiit bone memorie Gregorius papa nonus, inter ecclesiam et imperium discordia existente. Et vacavit sedes apostolica usque ad octavo Kal. Novembris.

Oct. 25. 8. Kal. Nov. electio domini pape Celestini quarti anno Domini 1241.

Nov. 13. Idus Nov. anno Domini 1241. obiit Celestinus papa quartus. Et vacavit sedes apostolica anno uno mensibus septem et diebus tredecim.

1245. Apr. 1. Kal. Apr. 1245. equitaverunt Perusini communiter super Fulgineum. Et fugati sunt usque Adsisium, et occisi ex eis plurimi, et plus quam 3000 capti.

1246. Dec. 26. 7. Kal. Ian. anno Domini 1247. Federicus filius Federici imperatoris intravit Florentiam maxima parte eorum fugata et ipsorum turribus et palatiis funditus eversis[a].

1248. Febr. 3. 3. Non. Febr. anno Domini 1247. fugatus est imperator Fredericus et exercitus eius a Parmensibus quos tenebat obsessos.

1249. Apr. 25. 7. Kal. Mad. anno 1249. captum est castrum de Capraria a Friderico filio quondam imperatoris, multis ex nobilibus et aliis Guelfis captis.

1250. Apr. 5. Non. Apr. 1250. populus christianus usque adeo afflictus est in terra Egipti ultra Damiatam apud castrum quod dicitur Dorra[b] a soldano et suis, quod rex Francie, qui erat dux christianorum, cum suis principibus captus fuit, et omnes christiani in terra et in mari plus quam quinquaginta milia fuerunt Sarracenorum gladio interempti.

Dec. 13. Id. Dec. anno Domini 1250. imperator Fredericus obiit in Apulia.

1252. Iun. 14. 18. Kal. Iul. anno Domini 1252, indictione decima, Montepulcianenses fuerunt afflicti a dominis Alberto Paganella iudice et Pepone Iacoppi et Bernardino Iohannis capitaneis pro Senensibus in comitatu Senensi in curia Montifullonie in loco dicto Solano[c].

Iun. 23. 9. Kal. Iul. anno Domini 1252, indictione decima, Lucenses fuerunt afflicti a Pisanis et a Senensibus in villa sancti Viti curia Ficechii.

Nov. 14. 18. Kal. Dec. anno Domini 1252. afflicti et fugati sunt Senenses a Florentinis et militibus Lucanis et Urbevetanis apud Montalcinum in comitatu Senensi.

1253. Nov. 14. 18. Kal. Dec. anno Domini 1253, indictione duodecima, obiit venerabilis pater dominus Bonfilius Senensis episcopus.

1254. Dec. 2. 4. Non. Dec. 1254. moritur Innocentius papa quartus apud Neapolim. Et tunc fuit in summum pontificem dominus Alexander quartus electus.

1256. Iun. 12. 2. Id. Iun. 1256. afflicti et fugati sunt Pisani a Florentinis et Lucanis apud pontem Serchii. Et capti sunt ex eis usque ad duo millia hominum, et suffocati in flumine ex utraque parte totidem.

1260. Mai. 18. 15. Kal. Iun. anno Domini 1260. afflicti sunt Florentini Lucani et Pistorienses, existentes in Montevici, castra metati in obsidione civitatis Senensis cum toto eorum exfortio, paucis Teutonicis aggredientibus illos, dum venissent[d] ad bellum cum Senensibus apud Sanctam Petronillam, et perdiderunt spolia infinita, multis occisis, vulneratis quam plurimis. Ita fiat semper. Amen.

Sept. 4. 2. Non. Sept. 1260. afflicti sunt Florentini Pistorienses Lucenses Pratenses Aretini Volterani cum toto ipsorum exfortio ac alii quam plures cum militibus Urbevetanis a Senensibus inter turrim de Monte Selvole et castrum de Monte Aperto. Ubi de parte Florentinorum ultra decem milia ceciderunt, et fuerunt plus quam quindecim milia capti, fugatis ultra quatuor miliaria reliquis, tentoriis vexillis armis omnibus et omni bellico apparatu et campana, quam pro charroccio ferebant, relictis. Quo postea anno castrum Podii Bonizi cepit rehedificari, quod Florentini proditores dolo destruxerant prius. Et castrum de Monte Alcino fecerunt Senenses funditus destrui.

1261. Mai. 25. 8. Kal. Iun. 1261. Alexander papa quartus obiit.

Iul. 4. 4. Non. Iul. 1261. castrum Montis Policiani captum est a Senensibus, quod tenuerant prius sex septimanis obsessum.

a) *haec in codice non lecta ex Muratorio supplevi.* b) sarra *Oz.* c) *quatuor ultimas voces ex Muratorio supplevi;* montis Follonii i. l. d. salanio *Oz.* d) ven *supplevi.*

5. Kal. Sept. 1261. fuit electus dominus Urbanus quartus. 1261. Aug 28

4. Kal. Iun. 1264. ceperunt Senenses arcem de Campilia et funditus destruxerunt. 1264. Mai. 29.

Kal. Oct. Urbanus papa quartus obiit 1264. Oct 1

4. Id. Mart. incarnationis dominice anno 1265. domino Inghiramo de Gorzano[a] capitaneo Senensem populum gubernante, capta fuit civitas Grosseti quam invaserant de Patiglano et de Sancta Flora comites, associatis sibi Urbevetana militia, vicecomitibus de Campilio, Senensibus exititiis, Pannechiensibus et nonnullis aliis militibus et nobilibus hinc inde collectis. E quibus non pauci milites ex Urbevetanis et exititiis et Pannochiensibus predictis Senis fuerunt inclusi carceribus, Pepone vicecomite in prefata civitate perempto, comitibus vero predictis cum paucis eorum sequacibus fuge presidio liberatis. 1265. Mart. 12.

7. Kal. Iul. Anno Domini 1268, indictione 11, die 7. Kal. Iul. dominus Iohannes miles marescalchus Caruli, cum quibusdam aliis militibus Franchigenis fuit captus ad pontem de valle Arni a militibus Senensibus et a nobili viro domino duce Austrie, qui habuit secum grandem partem honorabilis militie illustris viri domini Corradi secundi Dei gratia Ierusalem et[b] Sicilie regis ac ducis Suevie, reliquis vero qui cum eo erant fere omnibus gladio ibidem interemtis. 1268. Iun. 25.

4. Kal. Dec. 1268. obiit dominus Clemens papa quartus. Nov. 28.

15. Kal. Iul. 1269. afflicti et fugati sunt Senenses apud castrum de Colle vallis Else a militibus domini Caroli regis Sicilie nec non a Florentinis et ab exititiis Senensibus. In quo conflictu perierunt et fuerunt capti ex parte Senensium ultra mille homines. 1269. Iun. 17

Kal. Sept. anno Domini 1271. fuit electus dominus Gregorius papa decimus. Et vacaverat ecclesia tribus annis duobus mensibus minus. 1271. Sept. 1.

17. Kal. Sept. anno Domini 1272. dominus Orlandus iudex de populo sancti Andree obiit. 1272 Aug. 16.

8. Id. Apr. anno Domini 1286. destructum est castrum de Podio Sancte Cecilie, ad quod destruendum iverunt Senenses quinto die exeunte Octubre. 1286. Apr. 6.

6. Kal. Iul. Anno Domini 1288, indictione prima, die 26. mensis Iunii afflicti et debellati fuerunt Senenses cum militibus Talie apud plebem de Toppo in comitatu Aretino. 1288. Iun. 26.

3. Id. Iun. Anno Domini 1289, indictione secunda, die duodecimo Iunii et sancti Barnabe apostoli afflicti et debellati sunt Aretini et pars Gibellinorum tocius partis Tuscie a Florentinis et a Senensibus apud castrum de Biblena. In quo conflictu inter mortuos et captos fuerunt novem millia et plus ad ontia[c] di sere Palmiero et di tutti i Ghibellini. 1289. Iun. 11.

10. Kal. Iul. Anno Domini 1289, indictione secunda, die nona mensis Iunii exseuntis Senenses habuerunt castrum de Licignano comitatus olim Aretini. Iun. 22.

5. Non. Sept. 1289. a die 5. Setenbris fuit in pratea[d] Manetis magis sursum et ex parte episcopi, et fuit in die sabbati quedam est recordante cet. Sept.

8. Kal. Iul. anno Domini 1291, indictione quarta, afflictus et debellatus dominus Malatesta de Arimino cum comitibus Guelfis de Romena ab illustri comite Gallasso de Montefeltro potestate Aretine civitatis apud castrum de Ghiagivalo, ubi interfecti remanserunt ultra quingenti. 1291. Iun. 25.

5. Id. Nov. anno Domini 1291. obiit Celestinus papa quartus, et vacavit sedes apostolica anno uno mensibus 7 et diebus 13. Nov. 9.

7. Id. Sept. anno Domini 1303, indictione prima, dominus Bonifacius papa octavus de Anagnia captus fuit in civitate Anagnie a Columpnensibus de Urbe et Campaninis et domino Guilelmo Longaret milite regis Francie. 1303. Sept. 7.

2. Non. Nov. anno Domini 1303. dominus Bindus canonicus Senensis factus fuit notarius domini pape. Nov. 4.

Non. Nov. anno Domini 1303. obiit dominus Bonifacius papa octavus. Nov. 5.

13. Kal. Dec. anno Domini 1303. afflicti et debellati sunt stipendiarii partis nigre Florentine civitatis in valle Ambre a Farinata de Ubertinis et ab Aretinis et a parte biancha Florentine civitatis. Nov. 19.

13. Kal. Sept. anno Domini 1304, indictione secunda, ecclesia Romana pastore vacante, afflicti et debellati fuerunt et verberati capitulum et canonici ecclesie Senensis cum cappellanis et eorum familia a fratribus heremitarum ordinis sancti Augustini conventus Senensis in contrata de Postierla. 1304. Aug. 20.

8. Id. Iul. anno Domini 1307, indictione quinta, venerabilis pater dominus Renaldus 1307. Iul. 8.

a) serzano *Oz.* b) *vocem supplevi.* c) onta *i. q.* dedecus. d) *quae sequuntur haud sana esse videntur.*

1307. Iul. 8. Senensis episcopus de Malevoltis obiit, et eius corpus fuit traditum sepulture in ecclesia maiori Senensi super altare beati Bartholomei.

1312. Ian. 25. 8. Kal. Febr. 1312. venit gens Henrigi imperatoris apud Fontem Becci prope Senas.

1313. Aug. 12. 2. Id. Aug. 1313. ipsa die Euplicii venit imperator Henricus apud Pancole comitatus Senensis.

Aug. 14. 19. Kal. Sept. 1313. venit imperator Henricus apud Magianum prope Senas in vigilia assumpcionis.

Aug. 18. 1313. die sancti Agapiti secessit Henricus imperator a Pancole, et venit apud Orgiam.

Aug. 24. 9. Kal. Sept. Anno Domini 1313, indictione decima, die 24. Augusti mortuus est imperator Henricus septimus[a] apud burgum de Bonconvento in comitatu Senensi.

1315. Aug. 29. 4. Kal. Sept. 1315. Die decollationis sancti Iohannis baptiste afflicti et debellati sunt dominus Phylippus princeps Tarantinus et dominus Pierus frater eius, filius regis Karuli secundi, et dominus Karolus filius dicti principis cum tota parte Guelfe Tuscie Perusii et Bononie apud Montem Catinum in comitatu Lucano. In quo conflictu predicti dominus Pierus et dominus Karulus mortui sunt.

1316. Iun. 7. 7. Id. Iunii. 1316. die septimo mensis Iunii frater Roggerius episcopus Senensis de ordine Predicatorum vicarius in urbe obiit Rome, et sepultus est apud Sanctam Mariam super Minervam.

1317. Iul. 10. 6. Id. Iul. anno Domini 1317, indicione 13, et lectus[b] Dominus-deo de Malavoltis episcopus Senensis.

1325. Mai. 5. 3. Non. Mad. Anno Domini 1325, inditione octava, die quinto Madii Castruccius de Castracanis capitaneus civitatis Lucane intravit cum gente sua civitatem Pistoriensem, et ipsam habuit a domino Phylippo proditore ipsius civitatis partis Guelfe. Et eodem die dominus Ramondus de Cardona ingressus est cum magno honore civitatem Senarum.

1327. Ian. 28. 5. Kal. Febr. anno Domini 1327. introivit dominus Philippus de Sanguineto vicarius venerabilis domini Karuli dux Calavrie in civitate Pistoriensium cum gente magna Florentinorum.

1331. Dec. 21. 12. Kal. Ian. in anno 1331. ibant[c] Senenses contra comites Sancti Floris et destructi sunt[2], et multa chastella reverse sunt a potestatem[d] Senensium[3].

1339. Iul. 7. Non. Iul. Anno ab incarnatione dominica 1339. die Mercurii, septima dies Iulii, sol passus est eclipsim inter horam nonam et vesperum in hunc modum[e].

1341. Oct. 2. 6. Non. Oct. Anno Domini 1341. die secunda mensis Octobris afflicti et debellati sunt Florentini cum Senensibus Aretinis et Perusinis et aliis de civitatibus partis Guelfe a Pisanis apud civitatem Lucanam prope civitatem, loco dicto *el prato* in ponte sancti Quirici.

1342. Sept. 7. 7. Id. Sept. Anno Domini 1342, indictione decima, die signata dominus dux Atteniensis habuit et obtinuit dominium Florentine civitatis ad vitam, et depositum est offitium priorum dicte civitatis, et ipse dominus dux sedit in sede eorundem pacifice et quiete.

1343. Iul. 25. 8. Kal. Aug. anno Domini 1343. dominus Franciscus de Montone generalis capitaneus guerre civitatis Senensis habuit sibi civitatem Florentinam in suo dominio.

1358. Apr. 28. 4. Kal. Mad. anno Domini 1358. propter Montem Politianum, qui fuerat Senensium, equitaverunt cum magno exercitu Perusini usque ad furcas de Pecorile. Et hoc fecerunt quia Senenses cum suo magno exercitu depredando atque ardendo de anno preterito et die decimo quinto Marcii ierant in comitatu Perusino et dictos Perusinos qui erant in obsidione circa civitatem de Cortonio expulerunt. Demum milites Senenses cum magno exercitu equitum ac peditum obsidium posuerunt apud castrum de Monte S. Savino, qui erat Perusinorum, eumque in totum extra destruxerunt. Ac deinde dicti milites Senenses cum militibus Senensibus qui erant pro commune Senarum in civitate de Curtonio equitaverunt depredando civitatem de Perusio usque ad Furcas Sancti Manni. Et in fine istius guerre, quando pax fuit firmata inter Senenses et Perusinos, Senenses obtinuerunt castrum de Monte-Politiano, quod Perusini abstulerant Senensibus. Et anno Domini
1359. Aug. 15. 1359. in festo sancte Marie de mense Augusti homines de dicto castro Montis-Politiani obtulerunt cereum magnum quod offerre consueverant in ecclesia maiori Senensi. Et civitas et homines de Curtonio obtulerunt in eodem anno in dicta ecclesia in festo sancte Marie

a) secundus *c.* b) *i. e.* est electus. c) ibunt *c. habere videtur.* d) *i. e.* ad potestatem. e) *imago lunae quinque solis partes tegentis, sexta relicta.*

2) scilicet comites. 3) cf. Villani l. 10 c. 187, Muratori SS. XIII, 716.

de mense Augusti equum magnum, indutum de scarlatto cum pallio magno de scarlatto. 1359. Et anno Domini 1359. Bartholomeus dominus civitatis de Curtonio cum duobus filiis suis factus est miles in ecclesia maiori Senensi pro communi Senarum, et obtulit dictam suam civitatem de Curtonio communi Senarum. Amen.

11. Kal. Mad. Anno Domini 1359. in die sancto pasche resurrectionis domini nostri Apr. 21. Iesu Christi, mane prope tertiam, tonitruum maximum factum est, quod percussit super campanile istius ecclesie maioris Senensis, deinde percussit super altare vetus sancti Ansani martiris, ad quod altare tunc temporis celebrabatur missa a quodam sacerdote Theotonico peregrino, qui redierat de Roma. Qui rogavit sacristam istius maioris ecclesie Senensis quod volebat celebrare missam. Qui sacrista predictus duxit eum ad altare predictum. Et ille sacerdos iam octulerat hostiam et calicem cum vino super altare predictum, sed tamen non consecraverat hostiam neque calicem. Et dum predictum tonitruum percussit super altare predictum, dictus sacerdos cecidit in terram. Et hostia non consecrata pro parte combusta est, et vinum de calice submersum est. Et omnes tam mares quam mulieres percussi sunt ab igne tonitrui. Sed et multi erant in terra prostrati, et ignis erat super eis[a], comburens tam vestes quam carnes. Et ara sive lapis maxima, que erat super predictum altare, scissum est medium. Et quidam, qui fuit percussus a lapidibus que cadebant de campanili, mortuus est, et multi vulnerati a lapidibus, et multi homines et mulieres combustis vestibus barba calciamentis fugerunt extra ecclesiam. Et omnis populus voce magna clamabat: *Misericordia! Misericordia!* Et omnes cives conterriti et stupefacti venerunt ad videndum predicta, et pro eorum consanguineis languentibus pro predictis.

3. Non. Mad. Anno Domini 1361. die Mercurii hora sexta incepit sol paulatim oscurari 1361. Mai. 5. et in eclissim pervenire, eo quod luna ipsi soli se opposuit, et per mediam horam obtenebratus stetit, aere existente serenum.

2. Id. Oct. Anno Domini 1361, indictione decima quinta, die Iovis decimo quarto huius Oct. 14. mensis Octobris. Notum sit omnibus in perpetuum, quod commune Senarum hostiliter intravit terram Montalcini Grete. In quo introitu fuerunt magnificus miles dominus Lodovicio de Piis de Modena honorabilis conservator civitatis Senensis et certi milites nobiles civitatis Senarum cum exercitu gentis Senarum tempore Iohannis Sozini, Luce Cestelli[b], Iacobi Lenzi, castellani Mini, Thome[c], Iacobi Lomi, Iohannis Sermini, Francisci Bulletani, Gherardi de la Pietra, ser Thome Iannelini, Nicolai Guerruzi et Thomassi Antonii Sembole de dominis duodecim, et Gherardini Cennis capitanei populi.

Anno Domini 1363, indictione secunda, die sabbati septimo Ottubris, societas del 1363. Oct. 7. Cappello, sub ductu comitis Niccholay de Urbino, fuit posita in conflictu a Senensibus apud Guardam Vallem in comitatu Senensi, que mala gens dicte societatis prius combusserant et depredati fuerant comitatum Senensem, et abstulerant castrum Campagaticum. Et in illo conflictu fuerunt mortui fere centum, et capti assignati 110. Inter quos captus fuit comes Niccholaus predictus, et dominus Iohannes de Sarteano, et imperator de Bolgaria[4], et episcopus de Bolgaria, qui erant cum eis, et comes Niccholaus Ungarus qui nostris Ungaris fuit datus. Et alii Teotonici fuerunt nostris Teotonicis relaxati. Regnante Karulo imperatore Romanorum, et santissimo Urbano papa quinto, anno primo sui pontificatus.

8. Id. Iun. Anno dominice incarnationis 1366. prima die sabbati mensis Iunii, que erat 1366. Iun. 6. dies sesta eiusdem mensis, fundatum fuit altare maius nostre Senensis ecclesie.

Non. Mad. anno Domini 1375. de mense Maii valuit in civitate Senarum starium grani 1375. Mai. 7. tres florenos auri, qui valor duravit usque ad medium mensem Iunii.

Kal. Aug. Anno Domini 1378. a di primo d'Agosto ebbero e Sanesi pace cola chiesa di 1378. Aug. 1. Roma, et riebbero el castello di Talamone.

12. Kal. Sept.[d] Anno Domini 1384. tempore Urbani sexti ecclesie Romane pastoris, 1384. Aug. 21. famosus canonicus Senensis dominus Andreas Gratiani, prior Sancte Marie de Pilli et rector Sancti Marci de Senis, afflixit debellavit et verberavit omnes et singulos fratres et[e] capitulum Heremitarum sancti Augustini de Senis. Ubi quam plures gladio cesi, nonnulli theutonice verberati, et reliqui pugnis contusi fuerunt, et velut Gallici incisis zonis et

a) eis *incertum.* b) castelli *Oz.* c) Thome *usque* Bulletina *Oz. supplevit.* d) *dubium utrum haec dies ad sequentia pertineat nec ne.* e) *vocem inserui.*

4) i. e. Bulgaria

1384. Aug. 21. cingulis eorundem, magna prudentia dicti domini Andree brachati facti sunt cum eorum capis, ita quod resistere minime potuerunt. Et hoc occasione funeris ser Bencivennis, apostate dictorum fratrum; quod funus avaritia cupiebant, demum tamen dicto domino Andree remansit.

1396. Febr. 2. Anno Domini 1396, indictione quinta, die festivitatis sancte Marie candelarum, 2. mensis Februarii, fuit apportata in ecclesia maiori apud capellam cerdonum per universitatem cerdonum et cum canonicis maioris ecclesie Senensis[a] cum cerea unius libre tabula ipsorum cerdonum.

1402. Anno[b] Domini 1402. Quia Bononienses aliquantulum erant rebelles et contrarii illustrissimo domino domino Iohanni Ghaleazzi, duci Mediolani necnon Pisarum Senarum ac Perusii domino, ex eo quod dicti Bononienses inierunt ligam cum Florentinis et aliis dicti domini inimicis, et etiam elegerunt sibi in dominum quemdam civem vocatum Iohannem de Bentivoglis, dicti domini ducis inimicum; ideo prefatus dominus dux, congregata nobili comitiva gentis armorum, inter quos erant infrascripti domini et nobiles, videlicet: comes Alberigus vulgariter detto el gran connestabile, capitaneus generalis sepedicti domini ducis et dicti exercitus, dominus Mantuanus, dominus Pandolfus de Malatestis de Arimino, dominus Iacobus del Vermo, dominus Karolus de Malatestis, dominus Iacobus della Croce, nobilis vir Fazinus de Canibus et alii quam plures nobiles, cum maxima multitudine peditum et equitum in obsidionem dicte civitatis Bonnoniensis perrexerunt. Et ibi commorantes, quam plurima castra et oppida feliciter occupaverunt. Postmodum vero die 26. mensis Iunii circa horam tertiam, indictione decima, auxiliante Domino et maturo consilio prehabito, predictus comes Alberigus, capitaneus predicti domini ducis, cum toto suo exercitu proruit in gentem et exercitum Bononiensem, et eos felicissime debellavit prostravit atque devicit, in tantum quod nullus remansit qui non esset vel captus vel mortuus. Et sic totus eorum exercitus periit. Fuit autem numerus captivorum quatuor milia quingentorum et quam plures mortui. Inter quos quidem captus fuit capitaneus Florentinorum, et dicebatur Bernadone, cum tota eorum gente, quam scilicet Florentini miserant in auxilium et defensionem predicti domini et dictorum Bononiensium. Fuerunt etiam ibi capti quatuor filii domini Paduani, duo legiptimi et duo expurii cum multis civibus Paduanis qui venerant in societatem dictorum filiorum dicti domini Paduani. Fuit etiam ibi capta tota gens Venetorum quam miserant in auxilium dictorum Bononiensium. Fuerunt ibi etiam capti duo ambasiatores Florentinorum, videlicet Niccholaus de Uzzano et Bindus Bastagi et alii quam plures nobiles et magnates. Unde Bononienses audita strage et viso conflictu eorum exercitus, et quodammodo de salute vel alio celeri remedio desperantes, unanimiter totus populus contra prefatum eorum dominum, videlicet Iohannem de Bentivoglis, insurrexit 5 die 28. predicti anni et mensis[5], et eum ceperunt, et sic captum atrociter occiderunt et vilissime pertractaverunt. Demum die sequenti, videlicet 29. supradicti anni et mensis, eorum olim domino sic deposito et interfecto, unanimiter serenissimum principem et ducem dominum Iohannem Ghaleazzi superius nominatum in eorum dominum eligerunt, et unanimiter et concorditer dominium predicte civitatis et totius territorii et districtus eorum in sepefati dominium transtulerunt. Et dominus comes Alberigus capitaneus ut supra, cum aliis dominis dicti exercitus cum maximo gaudio a predictis Bononiensibus fuit receptus, et hec omnia in personam suam vice et nomine dicti domini ducis gloriosissime recepit.

1407. Sept. 1. Anno Domini 1407. die primo mensis Septembris Gregorius XII. civis Venetus, divina providentia papa duodecimus, unionis aviditate compulsus, ut Benedictum Avinionensem papam decimum tercium repetatum inveniret, magnificam civitatem Senensem eodem die maximo apparatu ingressus est, undecim cardinalibus et episcopis sotiatus, quorum nomina sunt hec: dominus Florentinus prior, episcopus Hollandensis, dominus Neapolitanus, dominus Aquilegiensis, dominus Quincheclesiensis[6], dominus Laudensis, dominus Militensis, dominus Burdegalensis, dominus de Ursinis, dominus Tudertinus presbiteri, dominus de Branchaccis, dominus de Columna, dominus Leodiensis diaconi cardinales. Ubi a civibus eiusdem civitatis devote et honorifice receptus extitit. In qua protinus civitate bis processionem personaliter eundo et redeundo celebrari fecit. Semel in ecclesia chatedrali et eius confinibus, et secundo per civitatem pro dicta unione fienda. Recessit quoque a dicta civitate Senarum eodem anno die 23. Ianuarii cum tota curia, et versus Lucam iter accepit.

a) c. m. e. S. *voces incertae*. b) *post diem 3. Non. Dec. scripta*. 5) Iunii. 6) Fünfkirchen in Hungaria.

6. Id. Iun. anno 1472. Volterrani Florentinis quadam summissione federati, cum ab eis deseruissent obsessi captique et militibus in predam pro stipendio dati sunt. Causa dissensionis fuit, quod aluminis saxum in Volterrano agro a quodam Senense homine inventum, vendicare sibi Florentini voluerunt. Super qua re orta discordia, Florentini plerosque Volterranos cives Florentia sigillatim accersitos domum redire non sinebant. Sed alios ac subinde alios vocabant, cum illis tractare pacem simulantes. Volterrani autem oratores contumeliis affecti, Florentiam ducuntur et manu etiam privati[a] cesi. Ita Volterranus populus Florentinorum amantissimus, ad[b] magnas inimicitias subito conversus, Florentinisque titulis et nomine deletis, nullo consilio, ut in re tanta fieri debet, sed subito furrore ac impetu populari, sese in libertatem asserere conati, nullo cum Ytalie principibus liberisve civitatibus tractatu aut federe inito, quod existimarent, ut creditur facile, se in cuius vellent amicitiam non rogantes sed rogatos, ac maxime Senensium, receptum iri. Inde omnium voluntate explorata, auxilii nihil invenere. Interim Florentini, oppidis Volterranorum omnibus captis, urbem ipsam obsidebant, parvo tamen exercitu; et qui intus erant in agrum Florentinum irrumpentes, predas inde non modicas agebant. Volterrani vero, ut res afflicte anceps discordiam parere solent, scindi in studia contraria ceperunt. Nobiliores reconciliari Florentinis, plebs libertatem tueri satagebant, quod et facere potuissent, urbe et natura loci et rebus necessariis optime munita. Super hec et Bartholomeus Pergamensis exercitus non parvi dux vagus et liber, subsidia mittebat, suo deinde adventu sine dubio statum Florentinum turbaturus. Sed primi civitatis, quibus erat urbis custodia commissa, muro perfosso hostem nocte receperunt. Qui omnem urbem ita diripuit, ut nec ecclesiis nec proditoribus ipsis parceretur. Ita civitas ante quieta et opulenta, sed tuende pacis bellique gerendi eque ignara, Florentinis sub ditione missa, civesque omnes ludibrio[c] habiti fuerunt. 1472. Iun. 8.

11. Kal. Iul. Anno salutis 1479, 21. mensis Iunii Calularum oppidum, quod Senensis ditionis diutius extiterat, cum atrocissima peste vexaretur, repentinis machinis subdolaque belli preparatione a Florentinorum exercitu quatriduana oppugnatione captum est, subque falsa suorum incolarum salutis promissione omnisque rei familiaris conservatione, igni succensum est ac penitus eversum. 1479. Iun. 21

a) privale *cod.* b) a *codex.* c) lulibrio *codex.*

BERNARDI MARANGONIS
ANNALES PISANI

AB ANNO 1004 USQUE AD A. 1175.

EDENTE KAROLO PERTZ PHIL. D.

Bernardi Marangonis Annales, quos hoc loco ad fidem codicis Parisiensis, autographi ut videtur, imprimendos curavimus, ex eodem libro manu scripto iam ante nos anno 1845 *primus in lucem protulit vir beatae memoriae, de*
1 *historia Italiae optime meritus, Franciscus Bonaini*[1]. *Nam quae ante eum apud Ughellium*[2] *et Muratorium*[3] *legebantur „Chronica Pisana", etsi magna ex parte cum Annalibus consentiunt, tamen ab aliis auctoribus et qui Marangone nostro longe recentiores fuere, ex hoc ipso potissimum opere — omissis nonnullis, aliisque aut mutatis aut alio ex fonte postea additis*[4] *— conscripta et usque ad annum* 1269 *continuata sunt.*

Annales autem nostros, quamvis auctoris nomen nullum exhibeant, tamen a Bernardo Marangone, provisore ac legato Pisano, confectos esse recte vidit Bonaini, quippe qui Pisis in archivio capitulari chartam invenit anno 1163 *ab eodem Marangone exaratam, et cum scriptura codicis Parisiensis omnino, ut asserit*[5], *consentientem. Ex qua quidem charta quum appareat, Marangonem nostrum anno isto provisoris munere functum fuisse, idem docent Annales anno* 1161[6]; *praeterea anno* 1151, *die octava Februarii, legationi interfuit ad pacem*
7 *perpetuam inter urbem suam et populum Romanum conficiendam*[7], *et anno* 1164, *mense Aprili exeunte, una cum Rainerio Gaetani consule ad Rainaldum Coloniensem archiepiscopum legatum sese missum fuisse ipse narrat*[8]. *Denique eodem anno cum consulibus per comitatum Pisanum usque ad castrum Scarlinum „pro iusticiis et vindictis faciendis", sicut ipse scribit*[9], *profectus est.*

Talem itaque virum, qui gravissimis patriae negotiis interfuit, historiae Pisanae conscribendae prae ceteris aptum fuisse facile apparet, ita ut Annalibus eius eo maiorem auctoritatem tribuamus necesse sit, quo minus scriptor, quoad quidem iudicare licet, aut ira aut studio permotus historicam fidem sponte neglexisse videatur.

De compositione autem operis si quaerimus: initium, sive brevissima rerum usque ad annum 971 *gestarum narratio, ex annalibus antiquis hausta est, paucis ex Eutropio, Iulio Obsequente, Beda superadditis. Sequuntur inde ab anno* 1004 *Annales Pisani, primo quidem breviores, tum vero ab anno* 1136 *usque*

1) in Archivio storico Italiano tomo VI, parte 2, pag. 1—71. Cfr. etiam scripturae specimen in fine eiusdem voluminis. 2) Italia Sacra, editio prior, tom. III, pag. 852 sqq.; edit. altera tom. X, pag. 91—126. 3) SS. Rer. Italic. VI, 99—198. 4) cfr. Bonaini l. c. praefat. pag. X et XI. 5) l. c. praefat. p. X. 6) fol. 34 verso codicis Parisiensis. 7) cfr. Annales s. h. anno (cod. Parisiensis fol. 24). 8) l. c. sub a. 1165 (codicis Parisiensis fol. 46). 9) l. c. (codicis Parisiensis fol. 46).

ad finem uberrimi et serie chronologica procedentes, si historiam annorum 1155—1162 *excipias, quorum ordo valde perturbatus*[10] *ultimam operi manum* 10 *ab auctore minime allatam comprobat. Etenim ni fallimur dicendum est, Annales nostros, si non universos at aliqua saltem ex parte, post ultimum eorum annum, i. e. post annum* 1175, *litteris conscriptos esse: ita ut Marangonem forte, priusquam opus suum omnibus numeris absolvisset, morte abreptum fuisse liceat coniicere. Ut enim locum omittamus, quem etsi anno* 1162 *insertum, tamen anno demum* 1163 *conscriptum nemo non intelligit*[11]*: alium etiam legimus, qui non ante annum* 1180 *adiectus est. Sunt autem Marangonis verba haec:* Anno Domini 1164 Vadense castrum sub predicto consulatu cepit murari, et pro muris faciendis fuit eis dimissa data per 15 annos; quod castrum bene fuit muris circumdatum 1180.

Sequitur itaque auctorem nostrum Annales Pisanos, quales hodie legimus, anno 1180 *aut paullo post absolvisse; neque vero ultra annum* 1175 *opus suum deduxisse alia ex causa concedendum est. Nam Michael de Vico, canonicus Pisanus, qui saeculo XIV. exeunte Marangonem et exscripsit et usque ad annum* 1269 *continuavit*[12], *post annum* 1175 *statim ad annum* 1186, *indeque ad annos* 1200, 1204, 1210 *sqq. transgressus, Annales nostros anno* 1175 *desiisse testis est: ita ut sub finem codicis Parisiensis pauca tantum excidisse veri sit simillimum.*

Iam vero ad codicem ipsum describendum procedamus.

**Cod. Parisiensis, armamentarii*[13], *inter historicos numero* 80 *signatus, membranaceus in quarto, saeculo XII. exeunte manu Italica binis columnis optime exaratus*[14], *folia continens* 88, *e quibus tamen folia duo, fol. scilicet* 73 14 *et* 80[15], *deperdita sunt.*

Insunt: fol. 1—2′*: Notae Pisanae annorum* 1128, 1148, 1154, *auctore anonymo, quas infra textui Annalium subiecimus; fol.* 2′ *extr. — fol.* 4 *init.: Historiola quaedam de Sylvestro papa; fol.* 4—13′*: Friderici I. imperatoris litterae quaedam ac constitutiones; fol.* 14—88′*: Bernardi Marangonis annales Pisani, sub finem mutilati.*

Folia primum atque ultimum codicis valde trita sunt, ita ut reagentiis tantum chemicis adhibitis perlegi possint, exceptis paucis, quae ne sic quidem restituere contigit. Codicem mense Septembri cum Parisiis moraremur ipsi excussimus, ad hanc rem collatione usi, quam hos viginti ante annos V. C. Ludovicus Bethmann noster confici curavit. Hunc itaque librum, quod iam supra diximus, ab ipso Marangone exaratum Bonainius asserit; quae tamen res eam ob causam fortasse dubia efficitur, quia permultis iisque gravissimis vitiis scatet, quae indocto potius scribae quam auctori ipsi condonari possunt.

Restat ut verbo tantum commemoremus, singulos Annalium annos secundum calculum, quem dicunt, Pisanum ab auctore operi adscriptos esse, qui aeram nostram novem mensium, dierum septem spatio praecedit[16]. *Veros itaque numeros in iis saltem locis, qui ad historiam Germanicam spectant, margini apponere utile duximus.*

Scribebam Gryphiswaldiae 7. *Kal. Decembris anno* 1863. *K. PERTZ.*

10) h. l. series annorum talis est: 1154, 1159, 1162, ac deinceps: 1155, 1156, 1157, 1158, 1159, 1160, 1161, 1162 cet. 11) locus scilicet: *Anno Domini* 1162 *in mense Octubris Pisani consules Coccum et Bottacium legatos ad imperatorem Constantinopolitanum ..... honorifice miserunt. Secundo anno in festivitate s. Petri Bottacius Pisas .... reversus est.* 12) cfr. Muratori l. c. VI, 164—198. 13) Bibliothèque de l'Arsénal, histor. n°. 80. 14) cfr. scripturae specimen adiacens. 15) folium scilicet primum et ultimum quaternionis decimi. 16) cfr. Ideler, Handbuch der Chronologie II, 330.

*fol. 14. Beda. *Ab Adam usque ad Noe fuerunt anni 2242, generationes 10. A Noe usque ad Abraam fuerunt anni 1803, generationes 10. Ab[a] Abraam usque ad David rex fuerunt anni 1024, generationes 14. A David rex usque ad transmigrationem Babillonis fuerunt anni 609, generationes 14. A transmigratione Babillonis usque ad adventum Domini fuerunt anni 508. Ab Adam usque ad Christum fuerunt anni 6086[b].

Eutrop. I,18. Eutr. II, 20. a. I. 495. Anno 300. ab urbe condita Roma imperium consulare cessavit, et pro duobus consulibus 10 facti sunt, qui summam potestatem haberent. Eodem tempore magnus Alexander natus est. Interea Gaio[c] Aquilio Floro, Lucio Scipione consulibus, Scipio consul Corsicam et Sardineam vastavit, et multa milia inde captivorum abduxit[d], triumphum egit.

fol 14'. Iul. Obsequens c. 25. ib. c. 26. Anno 700.[17] ab Urbe condita, eo tempore Rome puer ex ancilla natus quadrupes, quadris manibus, oculis quattuor, auribus totidem, naturam virilem duplicem habens*; et in Bononiensi agro fruges in arboribus nate sunt.

A nativitate Christi usque ad Dei venerabilem cultorem magnumque imperatorem Constantinum fuerunt anni 297.

Anno dominice incarnationis 688. Pipinus senior regnare cepit[18].

741. Carulus filius Pipini regnare cepit[e].

751.[f] Carulo defuncto Carulus[g] et Pipinus regere ceperunt insimul[19].

756.[h] Carulus magnus[i] Romam perrexit[20].

Sept. 24. 768. Pipinus rex defunctus est[21].

Dec. 4. 771. Carulus magnus[i] defunctus est[22].

Iul. 8. 810. Pipinus rex Italie defunctus est.

Ian. 28. 813. 5. Kal. Febr. Carulus imperator defunctus est. Lodoicus filius regnare cepit.

fol. 15. 890. Greci de Benevento per Francos exierunt[23].

917. exierunt Saracini de Gareliano[24].

871. exierunt Agareni de Bari per Francos, 3. Nonas Februarii[k, 25].

922. intraverunt Ungari[l] in Italiam mense Februarii[26].

Febr. 25 936. depredata est Apulia a gente Grecorum, 5. Kal. Martii.

937. intraverunt Ungari in Capoam[27].

971. fuerunt Pisani in Calabria.

Anno Domini 1004. Pisani fecerunt bellum cum Lucensibus, et vicerunt illos in Aqualonga.

1005. fuit capta Pisa a Saracenis.

1006. fecerunt Pisani bellum cum Saracenis ad Regium, et gratia Dei vicerunt illos in die sancti Sixti.

1012. stolus de Ispania venit Pisas, et destruxit eam.

1016. fecerunt Pisani et Ianuenses bellum cum Mugieto in Sardineam, et gratia Dei vicerunt illum.

1017. fuit Mugietus reversus in Sardineam, et cepit civitatem edificare ibi atque homines Sardos vivos in cruce murare. Et tunc Pisani et Ianuenses illuc venere, et ille propter pavorem eorum fugit in Africam. Pisani vero et Ianuenses reversi sunt Turrim, in quo insurrexerunt Ianuenses in Pisanos, et Pisani vicerunt illos et eiecerunt eos de Sardinea.

1022. obsedit Henricus imperator Troiam.

1024. Henricus imperator obiit.

Dec. 25. 1030. in nativitate Domini Pisa exusta est.

1035. Pisani fecerunt stolum in Africam ad civitatem Bonam; gratia Dei vicerunt illos.

Mai. 6. 1054. Bonifatius marchio obiit pridie Nonas Madii.

Anno Domini 1055. fuit bellum inter Pisanos et Lucenses ad Vaccule; Pisani vero gratia Dei vicerunt illos.

*fol. 16. Aug. 18. 1063. Pisani fuerunt *Panormiam; gratia Dei vicerunt illos in die sancti Agapiti. Constructa est ecclesia beate Marie virginis Pisane civitatis.

Anno quo Christus de virgine natus, ab illo
Transierant mille decies sex tresque subinde,
Pisani cives celebri virtute potentes
Ecclesie matris primordia dantur inisse,
Anno quo Siculas est stolus[m] factus ad horas[28].
Quo[n] simul armati multa cum classe provecti,
Omnes maiores, medii, pariterque minores
Intendere viam primam sub sorte Panormam.
Intrantes rupta portum pugnando catena,

a) *deest cod.* b) *lege:* 6186. c) Galo *cod.* d) adduxit *cod.* e) *legendum:* obiit; *nam* regnare coepit *ex linea superiori repetitum.* f) *legendum:* 741. g) *lege:* Carlomannus. h) *corrige* 746. i) *corrige* Carlomannus. k) tertio die intrante mense Februarii *Lup. Protospat.* l) gari *cod.* m) estolus *cod.* n) Quod *cod.*

17) immo a. 618. 18) Ann. Petavian. (SS. I, 7). 19) cfr. Ann. Laubac. Cont. (SS. I, 10). 20) cfr. Ann. Laubac. Cont. 21) cfr. Ann. Petavian. Cont. (SS. I, 13). 22) cfr. Ann. Franc. (Duchesne III, 28). 23) cfr. Annal. Beneventan. a. 895 (SS. III, 174). 24) cfr. Lupus Protospatar. a. 916 et Ann. Beneventan. a. 915. 25) cfr. Lupus Protospatar. a. 868 (SS. V, 52). 26) cfr. Ann. Benev. et Lup. Protospatar. a. 920. 27) cfr. Lup. Protospatar. a. 936. 28) i. e. oras.

Sex capiunt magnas naves opibusque repletas,
Unam vendentes, reliquas prius igne cremantes;
Quo pretio muros constat hos[29] esse levatos. 29
Post hinc digressi parum terraque potiti,
Qua fluvii cursum mare sentit solis ad ortum,
Mox equitum turba, peditum comitante caterva,
Armis accingunt sese classemque relinquunt,
Invadunt hostes, contra sine mora furentes.
Sed prior incursus, mutans discrimina casus,
Istos victores, illos dedit esse[a] fugaces.
Quos cives isti ferientes[b] vulnere tristi.
Plurima pre portis straverunt milia morti,
Conversique cito tentoria litore figunt,
Ignibus et ferro vastantes omnia circum.
Victores, victis sic facta cede relictis,
Incolumes multo Pisas rediere triumpho.

1066. venerunt Ianuenses cum stolo ad fauces Arni.

1072. iverunt Pisani ad portum Delfini, et fuerunt in gravi periculo, iudicio Dei non hominis.

1077. Guido Pisanus episcopus, Papiensis genere, obiit 6. Idus Aprelis. Eodem Apr. 8. anno comitissa Beatrix 4. Kal. Madii obiit. Apr. 28.

Anno Domini 1078. Ianuensis[c] stolus usque* ad fauces Arni occulte devenit. Tunc *fol 17. strenui Pisani concite in eos surrexerunt et fugaverunt illos usque ad Venerem portum. Hoc factum est in die sancti Cassiani. Aug. 5.

1078. Ianuensis populus per latrocinium ad Vadense castrum devenit. Et tunc Pisani ad Rapallum viriliter perrexerunt et castrum igni succenderunt et plurimos eorum gladio interfecerunt, viros ac mulieres manibus post tergum ligatis captivos tripudianter perduxerunt. Tunc Pisani hoc triumpho revertentibus Ianuensibus obviati[d] sunt et pene ad usque[e] domos eorum fortiter illos infugaverunt. Hoc fuit 3. Idus Madii. Mai. 13.

1086. Gerardus genere Pisanus, eiusdem ecclesie episcopus, 8. Idus Madii obiit. Et Mai. 8. eodem anno valida fames, maxima mortalitas fuit fere per totam Italiam. Vendebatur enim sextarium tritici solidis 7.

Anno Domini 1088. fecerunt Pisani et Ianuenses stolum in Africa, et ceperunt duas munitissimas civitates, Almadiam et Sibiliam, in die sancti Sixti. In quo bello Ugo vice- Aug. 6. comes, filius Ugonis vicecomitis, mortuus fuit. Ex quibus civitatibus, Saracenis fere omnibus interfectis, maximam predam auri, argenti, palliorum et eramentorum abstraxerunt. De qua preda tesauros Pisane ecclesie in diversis ornamentis mirabiliter amplificaverunt, et ecclesiam beati Sixti in Curte Veteri edificaverunt.

Anno Domini 1099. populus Pisanus iussu domni pape Urbani II. in navibus centum et viginti ad liberandam Ierusalem de manibus paganorum profectus est. Quorum rector et ductor Daibertus Pisane urbis archiepiscopus extitit, qui postea Ierosolima factus patriarcha remansit. Proficiscendo vero *Lucatam et Cefaloniam, urbes fortissimas expugnantes *fol 18. expoliaverunt, quoniam Ierosolimitanum[f] iter impedire consueverunt. In eodem autem itinere Pisanus populus Maidam urbem fortissimam cepit, et Laodociam cum Boemundo, et Gibellum cum ipso et Raimundo comite Sancti Egidii obsedit. Inde igitur digressi venerunt Ierosolimam. Quo anno concremata est pene tota Kintica. Quo anno 1100. Ierusalem a christianis capta est 18. Kal. Augusti. Iul. 15.

1101. tota Kintica exusta est, de quo igne[g] flante pene tota Foreporta concremata est 3. Nonas Iulii. Iul. 5.

Anno Domini 1105. incepta est lis inter Pisanos et Lucenses.

1107. rex Enrigus IIII. cum ingenti exercitu venit in Italiam et Pisa, et fecit pacem inter Pisanos et Lucenses. In eadem guerra vicerunt Pisani Lucenses tribus vicibus in campo, et castellum Ripafractam recuperaverunt, et ripam unde lis fuit retinuerunt.

1116. comitissa Matilda obiit.

a) dedisse *cod.* b) ferentes *cod.* c) Ianuenses *cod.* d) obluati *cod.* e) p. et usque *cod.* f) ierosolimitatum *cod.* g) *sic cod.; supplendum* vento.

29) i. e. Pisanos.

Aug. 6. Anno Domini 1114. Pisanus populus iussu domni pape Pascali II. perrexit Maioricam cum trecentis navibus; in die sancti Sixti exivit de fauce Arni. Qui inde egressi et per multa loca diu morati, tandem in portu Salon devenerunt. Qui ire Maioricam volentes, Barchinonam ingressi sunt, et ibi multarum navium sunt perpessi naufragium. Quo facto Pisani inierunt consilium, ut alii ob preparanda necessaria Pisam redirent, alii vero ibi Iun. 24. remanerent et naves reficerent. Factum est autem ut in natalitio sancti Iohannis et qui ierant et qui remanserant omnes convenirent, et contra Maioricam iter optatum aura prospera flante agrederentur. Sed divina disponente gratia prius ad insulam Evisam apli- *fol. 19. cuerunt et ibi urbem cum inmani[a] Saracenorum interfectione in festo sancti *Laurentii Aug. 10. ceperunt; et hoc in eodem anno. Aug. 24. Post hec in festivitate sancti Bartholomei apostoli ad insulam Maioricam aplicuerunt; quam per sex menses cum manganis et gattis et castellis ligneis obsidentes, eam cum triumpho magno tandem ceperunt, et multitudinem auri et argenti et vestium inde adduxerunt cum multis Saracenis.

Anno Domini 1119. inceptum est bellum inter Pisanos et Ianuenses.

1120. in festivitate sancti Sixti Pisani in portu Veneris vicerunt Ianuenses.

1122. Ianuenses venerunt ad fauces Arni cum galeis 22. Pisani stantes ad consecrationem altaris sancte Mariae iverunt contra illos, et pugnando eos vicerunt et sex galeas ceperunt et alias fugaverunt, et cum magno triumpho Pisas redierunt.

Iul. 2. Anno Domini ab incarnatione eius 1134, 6. Nonas Iulii, pax inter Pisanos et regem de Morroch et regem de Tremisiana et Gaidum Maimonem in decem annos firmata est, duabus illorum galeis Pisis venientibus.

Anno Domini 1134. in mense Septembri incepta est lis a Pisanis cum rege qui dicitur Rogerius.

Mai. 30. 1136. 3. Kalendas Iunii celebratum et inceptum est concilium, domno et summo pontifice Innocentio papa presidente, cum multitudine patriarcharum, archiepiscoporum, episco- Iun. 6. porum, abbatum et sacerdotum clericorum; et finitum est 8. Idus Iunii. Et investitus est marchio Ingilbertus de marchia Tuscie in predicto concilio.

Aug 4. Anno Domini 1136. pridie Nonas Augusti fuerunt Pisani cum 46 galeis super Malfim; et ipsa die capta est, et cum septem galeis et duabus navibus et cum aliis multis navibus combusta est et prorsus expoliata est. Eadem vero die Trani capta est. Secunda quidem *fol. 20. Aug. 5. die, *Nonas Augusti, Pugerule castrum, Rivello, Scala et Scalella maiori et minori, divina Aug. 6. favente clementia, civitates in montibus posite, capte sunt. Tertia vero die, 7.[b] Idus Augusti, Pisanorum pars obsedebat Fractas, castrum Rivelli, cum edificiis, gattis; Rogerius Sicilie rex cum septem milia militum et sexaginta galeis et gattis et navibus cum multitudine peditum Salerni permanentes, civitates captas succurrere non audente. Interrea hec regis expeditio montes ascendens, Pisanos castrum obsidentes devicit et in fugam usque ad Aug. 6. mare convertit, et ex eis quingentos nonaginta sex retinuit; in festivitate videlicet sancti Sixti. Post hec Pisani bellum prestolati sunt per dies 23, in quibus Isclam maiorem regis Sept. 8. insulam devastaverunt. Sic Pisas reversi sunt 6. Idus Septembris.

Anno Domini 1137. Grecum[c] imperatoris Constantinopolis nuntii, qui Pisis miserunt 200 de palatio paliis et unum auro textum mirabile, qui altari dedicavit duo auri et argenti turibula pretiosissima, Soffredi filio nocte ab ecclesia sancte Marie cum sagittariis furtim Nov. 18. abstulerit, quem ad Vurnum in Garfagnana transportavit; 14. Kal. Decembris Pisani eum cum honore recuperant[d], de quibus Lucenses cum omnibus eorum amicis valde contristati sunt.

Anno Domini 1137. Lucenses exercitum magnum super Ingilbertum Tuscie marchionem, apud Ficiechium duxerunt. Marchio Ingilbertus[e] cum ingenti militum et peditum multitudine bellum in canpum cum eis iniit et devictus est; unde Pisas venit et ut eum auxiliarentur lacrimas multas effudit. Die vero tertia post bellum amissum Pisani cum sue terre magna multitudine eos ab obsedio expulerunt, de quo dolore commoti sunt Lucenses.

*fol. 21. *Anno Domini 1138. fecerunt Pisani exercitum supra Rogerium regem Sicilie; inprimis Iul. 13. Isclam maiorem tributariam fecerunt, similiter Sortenti[30]. Post hec 3. Idus Iulii, die sancte Margarite, aplicuerunt Maiori[31], in qua multitudo erat magna populorum, cum manganis et pedrieris; et Dei voluntate victi sunt. Eadem die Rivellum civitatem in monte positam

a) inmanibus *cod.* b) *legendum:* octavo Idus Aug. c) *fortasse:* venerunt. d) recuperat *cod.* e) Ingilbertum *cod.* *corr. ex* Ingilbertus.

30) i. e. Sorrentum. 31) Majuri prope Amalfim.

vicerunt, et eam per triduum devastaverunt, et eam igne succenderunt et mascolos et
feminas ad mare duxerunt. In his tribus diebus Malfitrani civitates Scale, Scalelle et Fracte-
roche et Pugerule, et totum ducatum Malfitanorum, sub tributo posuerunt. Inde moventes, 1137.
9. Kal. Augusti, vigilia sancti Iacobi apostoli, aplicuerunt Salerni, in qua multitudo erat Iul. 24.
militum et peditum, quadraginta galearum. Civitas vero munita erat manganis et omnium
armorum apparatu[a]; et ipsa die bellum magnum fecerunt, tandem eos intus civitatem in-
cluserunt. Que per quindecim[32] dies fortiter obsessa cum manganis et castellis et gattis,
tandem redidit se imperatori Lotario et Pisanis. Postea idem rex contristatus est cum
Pisanis; qui Pisani miserunt unam galeam cum sapientibus, et hoc fecerunt cum consilio
sapientum regis Sicilie, qui erant in Turri maiore; et sic fecerunt pacem cum eo, et postea
Pisas reversi sunt 13. Kal. Octubris. Sept. 19.

Anno Domini 1144. incepta est guerra inter Pisanos et Lucenses. Nam Pisani propter
iniuriam, de castro Aghinolfi et de strata Francorum et Arni eis illatam, castellum de Vurno
a filio Soffredi adquisierunt. Unde Lucani in maximam tristitiam sunt excitati.

Anno Domini 1145, 9. Kal. Madii, Lucenses exercitum magnum militum, peditum, Apr. 23.
sagittariorum et Pistoriensium paraverunt ad castrum expugnandum. Pisani vero, inparati
et modo quodam increduli, *Morilionem eis obviam occurrerunt. Ad hec Lucani eos viden- *fol. 22.
tes, in Pisanos inpetum magnum fecerunt, et viriliter eos de monte expulerunt et in fugam
eos usque ad Calcim converterunt, 13. Kal. Iulii. Pisani itaque dolore commoti inconsulte Iun. 19.
Massam ingressi sunt, et eam igne fere cremaverunt. Lucani vero hoc audientes ad pugnam
venerunt, et eos iterum in reversione fecerunt.

Anno Domini 1145, 17. Kal. Novembris, Lucenses in magna letitia excitati et de victoria Oct. 16.
magna confisi, exercitum magnum ad Pisanorum terram devastandam paraverunt. Pisani
vero gratia Dei ingressi terre eorum, in valle Cascina, ultra Morronam, pugnando viriliter
eos vicerunt, et ex eis quam plures duxerunt.

Anno Domini 1148. in mense Martio Lucenses castellum de insula Paludis munierunt,
et trecentos pugnatores ibi miserunt pro timore Pisanorum; quod castellum iam ante ex-
pugnaverant et vincere non potuerant. Postea Pisani per bandimentum palam cum plus
quam quinquaginta navibus plattis et scafis, cum duodecim manganis in plattis positis,
cum multitudine peditum et sagittariorum, ad castrum suprascriptum iverunt et per quin-
decim dies pugnando vicerunt, in die dominico de palma, id est 9. Kal. Aprelis, et plus Mart. 24
quam trecentos cives Lucenses inde captivos Pisas duxerunt in lune die sancto, cum
multis spoliis castri, cum magno triumpho et honore; et Lucenses tristi effecti sunt. Post
aliquot menses pro suprascriptis captis Lucensibus ex castro reddiderunt nobis Lucenses
omnes cives nostros, quos habebant in custodia.

Anno Domini 1149. venerunt Lucenses ad castrum scilicet Vurnum cum manganis
et gattis et cum exercitu magno militum et peditum et sagittariorum, videlicet cum Pistorien-
sibus et Pratensibus, et obsederunt castrum in mense Augusti atque Septembri per 24 dies.
Pisani vero castrum bene *munitum habebant de omnibus que ibi opus erant, et nullo *fol. 23.
modo obsidionem timebant. Interea Pisani fecerunt exercitum magnum militum et peditum
et sagittariorum, et castrum de Monte di Castello totum devastaverunt, et pugnando Pisanis
se reddiderunt. Similiter castrum sancti Cervasii et omnia castella de valle Here Pisanis
se tradiderunt. Post hec in festivitate sancti Mathei castrum de Pianusule pugnando fortiter Sept. 21
ceperunt et illud penitus usque ad fundamenta destruxerunt, et spolia illorum omnia cum
hominibus Pisis reduxerunt; et sic Lucenses magno dolore Lucam reversi sunt.

Anno Domini 1150. octava sancti Petri venerunt Lucenses obsidere castrum Vurnum Iul. 7.
cum exercitu magno militum et peditum et sagittariorum, videlicet Florentinorum, Pisto-
riensium, et cum tota valle Debula, et edificaverunt ibi castella tria, scilicet Aspra de Porro,
et Saxo Grumuli, et Collemaioli, quod ante edificatum fuerat; et ibi steterunt per octo
menses in obsidione. Interea fecerunt Pisani exercitum magnum militum et peditum et
sagittariorum cum comite Guidone, et magnam partem Lucensium devastaverunt. Interim
cum maiori parte exercitus ad castrum sancte Marie de Monte venerunt, et pugnando fortiter
undique burgos concremaverunt, et totum in circuitu devastaverunt. Interea capitanei de
Garfagnana fecerunt et ordinaverunt consilium cum Lucensibus et cum nepotibus Soffredi,
ut venderent castrum de Vurno; et ita fecerunt, et vendiderunt quinque milia libris

a) apparata *cod.* 32) Sed cfr. Romuald. Salernit. et Jaffé, Lothar der Sachse, p. 214.

Lucentium monete, unde habuerunt in presenti libras 1200 et obsides 28, et sic Lucenses castrum de Vurno a nepotibus Soffredi habuerunt cum magnis securitatibus. Lucenses vero pro magno dolore et angustia et labore, et pro maximo danno de personis et pecunia, castrum *fol. 24. de Vurno usque ad *fundamenta destruxerunt, et non remansit lapidem supra lapidem.

Febr. 8. Anno Domini 1151. in mense Februarii, dies octo[33]. Nos quidem senatores numero 50, gratia Dei a domno Eugenio papa Pisano, totaque veneranda et apostolica curia atque magnifico et reverendo populo Romano, damus et firmamus pace perpetua cum populo Pisano, et omnes ordines, et supra posita ripa disponimus. Similiter populo Pisano damus pace perpetua a populo Romano, et omnes ordines, et supra posita ripa disponimus. Hoc factum ordinamentum conpletum fuit sub legatione Bernardi Maragonis et Rainerii de Perlascio. Mart. 12. Data anno 7. domni Eugenii papa III. inditione 14, mensis Martii dies 12, in Capitolii, in consistorio novo palatii, in renovationis vero seu restaurationis sacri senatus anno 7.

Cum Trasteberini fecimus pacem a termine in viginti anni eadem similiter.

Aug. 14. Anno Domini 1153, 19. Kal. Septembris, inditione 15, fundatus est primus girus ecclesie sancti Iohannis baptiste.

Aug. 31. Insequenti anno 1154, pridie Kal. Septembris, inditione 1, fundatus est secundus girus eiusdem ecclesie, cuius quidem operis Conettus Conetti et Henricus cancellarius operarii fuerunt.

Anno Domini 1159, inditione 7, Conettus quondam[a] Conetti, operarius, in mense Iulio et Augusto cum nave Sancti Iohannis tres columnas magnas lapideas de Ilba usque ad ecclesiam sancti Iohannis transportavit.

Mai. 14. Anno Domini 1162, inditione 9, pridie Idus Madii, Conettus quondam[b] Conetti, operarius[c] Sancti Iohannis, ivit in Sardineam ad portum Sancte Reparate et transportavit inde duas columnas lapideas magnas; qui fortuna venti et maris ad Portum Veneris ivit, et sic Iul. 9. 7. Idus Iulii Pisas cum magno triumpho reversus est.

*fol. 25. Anno Domini 1162. Numquam enim visum fuit maius incendium Pisis *neque Kintice, Oct. 21. quam ista fuit. Maior siquidem pars Kintice combusta est in nocte 12. Kal. Novembris. In eodem toto anno caritas magna fuit grani et vini et olei et omnium leguminum. Vendebatur enim sextarium grani denarii 84, barile de vino denarii 48, libra olei denarii 24, fabe denarii 66, milio denarii 72, castanee denarii 64, pesei denarii 60, ordeo denarii 48. Eodem anno fuit maxima mortalitas.

1154 Anno Domini 1155, inditione 3. Fredericus rex Romanorum venit in Lonbardia et in Sept. 29. Italiam, et fuit in Roncalia in festivitate sancti Michaelis de mense Septembri[34], et misit nuntios per omnes civitates, ut mitterent ad eum legatos. Ad quem misimus tres sapientes viros, qui honorifice recepti fuerunt, et cum magno honore eos ad nos remisit. In eadem hieme magnam partem Lonbardie devastavit, et Tertonam obsedit[35], et totam expoliavit et destruxit. In sequenti anno[36] venit Romam in mense Iunio et coronam imperii ab Adriano recepit. Quo audito Romani cum multitudine magna venerunt contra imperatorem et inierunt cum eo prelium in porticu sancti Petri, et sic Romani in fugam versi victi sunt, et magna eorum pars occisi sunt gladio et in flumine demersi, et de aliis multos retinuit. Iul. 29. Postea venit ad civitatem Spoletinam et eam rebellem devicit et totam expoliavit, unde infinitam traxit pecuniam. Interea Pisana civitas et legati eius honorem habuit super omnes civitates Tuscie; et sic postea in mense Augusto et Septembri cum magno honore in Alamaniam reversus fuit.

Sept. Anno Domini 1156. Guilielmus Cicilie rex in mense Septembri in magnam devenit infirmitatem et passus est usque ad nativitatem Domini: unde omnes de terra sua eum mortuum extimabant. *fol. 26. Interea omnes civitates et castella et ville eius maior pars *contra regem et eius filios rebelles esse ceperunt, et Cicilia similiter, et consanguinei inimici regis; et Ciciliam devastaverunt et prope portam Panormi predam fecerunt. Rege liberato ex infirmitate, omnes timuerunt; et fecit exercitum magnum, et in tribus mensibus totam Ciciliam recuperavit, et omnes suos inimicos in Cicilia devicit. Interea in eadem ieme Rubertus princeps Capuam recuperavit et tenuit, et omnes barones Apulie maiorem partem suarum

a) quodam *cod.* b) ꝗa *cod.* c) operius *cod.*

33) i. e. octava. 34) Falso; nam imperator Roncaliam nonnisi mense Novembri exeunte a. 1154. appropinquavit. 35) a. 1155, Febr. 14. — Apr. 18. 36) immo eodem, scilicet anno 1155, die 18. mensis Iunii.

terrarum recuperaverunt et tenuerunt. In quorum auxilio Constantinopolitanus imperator misit galeas triginta cum thesauro multo, et sic vicerunt civitatem Bari et alias plurimas terras. Rex igitur Guilielmus in mense Madio de Cicilia venit in Apuliam cum magno exercitu, et fecit bellum magnum cum baronibus Apulie et exercitu imperatoris Constantinopolitani, et devicit eos et omnes Grecos retinuit, et triginta galeas imperatoris cum totis hominibus habuit, et Bari destruxit, et principem Robertum cepit, et totam Apuliam in duobus mensibus recuperavit et retinuit. Unde Grecorum imperator magnam tristitiam habuit. Hec victoria et recuperatio fuit anno Domini 1156. in mense Madio et Iunio.

Anno Domini 1156. in consulatu Cocci, in mense Iulio et Augusto Pisani consules fecerunt barbacanas circa civitatem Pisanam et Kinticam, et inceperunt civitatem murare et compleverunt murum civitatis a turre, ubi posuerunt leonem marmoreum, usque ad turrem que est super pontem Ausaris.

In secundo anno, in mense Februario et Martio et Aprile 1157, circumierunt totam urbem Pisanam et Kinticam ligneis turribus et castellis et britischis, pro timore Frederici regis Romam venientis.

Anno Domini 1157. in consulatu Cocci, mense Apreli usque ad Kal. Ianuarii muraverunt tribus pontibus civitatem super terram et uno ponte sub terra a Sancto Zenone ab *Ausare *fol. 27. usque ad portam Calcisanam, et fecerunt foveas a monte Pisano usque ad Sanctum Zenonem, per quas petras pro muris navigio duxerunt; et in eodem anno negotia civitatis et iustitiam viriliter tractaverunt.

Anno Domini 1157, 8. Kal. Aprelis, natus est puer in comitatu Bononie cum barba et Mart. 25. dentibus et pilosus totus, in Veneris die sancto. In eodem anno pridie Kal. Augusti Iul. 31. cecidit grando maxima super terram Bononie, que devastavit vineas et arbores, homines et pecudes interfecit: que varii generis, quadrata, rotunda, et cornuta; cuius magnitudo erat tanquam magni ovi anseris vel galline.

Anno Domini 1157, 12. Kal. Madii, incepta est turris Melorie, et totus girus est expletus Apr. 20. in consulatu Cocci, et ipse conplevit et fecit; in sequenti anno completa est turris eius.

Anno Domini 1159. Coccus consul duas turres in estate in portu Magnali incepit, et fontem ad Sanctum Stefanum de portu Pisano pro utilitate marinariorum ordinavit et muravit.

Anno Domini 1163. turres de Magnali portus Pisani completa fuit ex parte Livorne, mense Novembris.

Anno Domini 1165. secunda turris Magnalis completa fuit et bene ordinata, mense Novembris.

Anno Domini 1167. in consulatu Guinithonis, nepotis Sesmondi, a Kalendis Aprilis 1167. Apr. 1 usque ad Kal. Ianuarii consules fecerunt civitatis murum iuxta Ausarem, a ponte et turre —Ian. 1. sancte Marie, que turris est angulus civitatis, usque ad pontem et turrem sancti Stefani, 1168. et muraverunt unum pontem sub terra et duos super terram; et a via que venit per burgum usque ad Ausarem, ubi est porta, usque ad angulum civitatis, qui est prope Sanctum Zenonem, similiter unum pontem sub terra et duos super terram edificaverunt, in eodem consulatu Alcherini et Glandulfini, qui fuerunt socii supradicti Guinithonis.

*Anno Domini 1158. fuit combustio magna Pisis 3. Kal. Septembris in nocte, ex qua *fol. 28. Aug. 30. combustione fuerunt concremate decem turres, a domo et via Guidonis quondam Tedicii, usque ad turres Petri Albithonis, et omnes ceciderunt. Unde fuerunt mortui Simone de Perlascio, Henricus filius Uguicionis de Villano, Vechius Bonacci, qui tunc erat previsor, et Conmovelli[a], et alii. Unde consules irati et commoti, omnia balatoria iuxta Sarnum iusserunt destruere.

Anno Domini 1158. Guilielmus rex Cicilie a Kalendis Aprelis usque ad Kalendas Octubres magnum fecit stolum 140 galearum et 24 dermonum, qui dermones portaverunt 400 milites. Quem stolum rex Guilielmus in mense Iunio misit cum suo amirato et cum multis de suis baronibus super imperatorem Constantinopolitanum; qui stolus pervenit ad Negropo, ubi erat exercitus imperatoris Constantinopolitani et magnus stolus de mari. Amiratus regis Guilielmi bellum viriliter incepit in mari et in terra, eosque devicit et superavit, et totum stolum imperatoris Constantinopolitani retinuit[b], et civitatem Negropo pugnando fortiter cepit, destruxit et expoliavit, et multam pecuniam inde atracxit, civitatem et stolum maris in continenti igne combusit. Mox etiam civitatem Almiro audacter aggressus

a) *vel* Conniovelli. b) retitinuit *cod.*

est, eamque civitatem et Sanctum Iacobum Pisanorum cum turre cepit et expoliavit,
eamque igne incendit. Postea magnam partem Romanie devastavit et expoliavit. Unde
Constantinopolim magnum habuit timorem, et imperator magnum dolorem. Et sic ami-
ratus regis Guilielmi cum toto exercitu suo cum magno honore et triumpho et ingenti gloria
in mense Septembris reversus est ad regem Guilielmum in Siciliam.

1158. Anno Domini 1159. in quarto[a] consulatu Cocci, item Pisani consules muraverunt civi-
*fol. 29. tatem tres pontes, unum sub *terra et duos supra terra, a porta Spine Albe usque ad por-
tam Calcisanam, et a porta Perlascii usque ad pontem sancti Stephani, et a turre Leonis,
que est iuxta portam sancte Marie, usque ad viam que currit ad hospitale sancti Marci[b].
Item similiter fecerunt quinque galeas pro guardia maris. Et Coccus consul duas turres
in portu Magnali ordinavit et composuit, et fontem sancti Stephani ad portum Pisanum
pro utilitate marinariorum ordinavit et muravit. Et tres columnas magnas lapideas de
Ilba Pisas traduxerunt usque ad ecclesiam sancti Iohannis. Item fossam magnam in Le-
poiane fecerunt ad Toraia usque prope Petraia de Tufi, que fuit pertike 1500. Eodem
anno ordinaverunt et fecerunt treguam cum consulibus Lucensium in mense Iunio et Iulio
et Augusto in decem annos, inter Pisanos et eorum amicos et socios et comitem Gui-
*fol. 29'. donem et Senenses et Pistorienses et comitem *Albertum de Prata ex una parte, et Lu-
censes et eorum amicos et socios Florentinos et Pratenses et capitaneos et Garfagninos
Aug. 14. ex alia parte. Huius[c] treugue fuit sententia[d] lecta et data in vigilia assumptionis sancte
Marie per consules Pisanos et Lucenses in comuni parlamento Pisanorum et in comuni
parlamento Lucensium. Item suprascripti consules Pisani et Lucenses ordinaverunt et
fecerunt pacem in annis viginti inter comitem Guidonem et Pistorienses et comitem Al-
bertum de Prata et Senenses ex[e] una parte, et Florentinos et Pratenses et capitaneos
Aug. 15. et Garfagninos ex alia parte. Sententia fuit data et lecta in die assumptionis sancte Marie
Aug. 16 et 17. et secundo et tertio die per consules Pisanos et Lucenses apud Sanctam Vivianam et Ripa-
fractam, in presentia suprascriptorum amicorum utriusque partis. De qua treugua et pace
Pisani magnum habuerunt honorem et laudem et gratiam per omnes eorum amicitias, et
*fol. 30. bonam famam *per totam Tusciam. Eodem anno 15. Kal. Septembris consules miserunt
Aug. 18. Pellarium consulem cum comite Gerardo et Curtevechia et nobilibus militibus Pisane civi-
tatis, et cum sagittariis et edificiatoribus, in auxilium imperatoris Frederici in obsidione Me-
diolane; qui maximam expensam et guarnimenta fecerunt. Quos imperator cum toto suo
Sept. 8. exercitu cum gaudio magno recipit et tenuit. Et 6. Idus Septembris Mediolanenses impe-
ratori Frederico se reddiderunt, et sic omnes nostri cum gratia et bona voluntate impera-
Sept. 26. toris et laude et honore Pisas redierunt 6. Kalendas Octubris.

37 Anno Domini 1159. in mense Iunio[37] Fredericus Romanorum imperator venit cum
magno exercitu in Lonbardia, et cum maiori parte Lonbardie ivit obsidere Mediolanam;
1158. Aug 6. scilicet cum Papia et Cremona et Plagensa et Brescia et earum districtus. Unde imperator
nuntios et legatos suos per totam Tusciam[f], ut ei adiutorium darent. Quapropter Pisani
Aug 18. miserunt 15. Kal. Septembris Pellarium consulem cum comite Gerardo et Hermanno filio
Paganelli et Curtevechia, cum quindecim nobilibus militibus melioribus civitatis et cum edifi-
ciatoribus et cum centum sagittariis et duobus sonatoribus foliaree, quos imperator cum
ingenti letitia et gaudio recepit et tenuit. Unde Mediolanenses hoc audientes tristitiam et
Sept. 6. timorem magnum habuerunt, et sic postea 8. Idus Septembris imperatori se reddiderunt
cum fidelitate magna, cum trecentis obsidibus et decem milia marchis argenti. Et 6. Idus
Sept. 8. Septembris, die sancte Marie, imperator iuxta Mediolanam ad arcum Romanum cum Me-
diolanensibus cum honore et triumpho magno ibi se coronavit. Unde omnes civitates Lon-
bardie in fidelitate ei[g] data conposuit. In eodem anno in hieme Mediolani et Brescia, Pla-
*fol. 31. gensa et Cremona, ab *imperatore Frederico discordaverunt.

1159. Anno Domini 1160. in estate imperator Fredericus ad vastandum Mediolanam de-
venit, et totum circa Mediolanam devastavit. Postea in mense Augusto cum Papia et cum
1160. aliis de Lonbardia per sex menses cum castellis ligneis et manganis et gattis Cremam viri-
Ian. 26. liter pugnando obsedit. Tandem per conventum salvis personis 7. Kal. Februarii impera-
tori se reddidit. Imperator eam totam igne conbusit et destruxit, de quo triumpho tota
Lonbardia turbata est.

a) quartu *cod.* b) S. M. *cod.* c) uius *cod.* d) sententiam *cod.* e) et ex *cod.* f) *suppl.* misit. g) et *cod.*
37) immo a. 1158, mense Iulio.

Anno Domini 1160. in dominica die palmarum, que fuit 13. Kal. Aprilis, Guelfus dux 1160.
Spoleti, marchio Tuscie, venit apud burgum Sancti Genesii; et ibi fuerunt consules Pisani Mart. 20.
cum comite Gerardo et cum archiepiscopo Villano Pisane ecclesie sancte Marie; quem dux
super omnes episcopos et laicos Italie recepit, et consilio suo credidit. Et fuerunt ibi con-
sules Pistorienses et Senenses, et comes Guido tunc puer, et comes Ildebrandinus, et
consules Lucenses[a], Florentini, et capitanei et varvassores multi; et ibi fecit magnum parla-
mentum, et quesivit fidelitatem omnibus civitatibus et comitibus, et omnibus illis qui ali-
quod de Marca detinebant. Comes Guido ei per suos fideles prius fidelitatem iuravit; deinde
ceteri comites et Senenses. Pisani vero et Pistorienses, Lucenses et Florentini, invita-
verunt eum, ut viniret ad civitatem et pasca cum eis celebraret; et facerent ei securitatem,
sicut antecessorum marchionum consuetudo fuerat. Interea die tertio Lucenses et Floren- Mart. 22.
tini[b] in discordiam cum comite Guidone devenerunt, et ad domum eius cum armis insultum
fecerunt, et nisi comes Guido tunc puer ad pedes ducis fugisset, eum interfecissent. Pisani
vero hec audientes, bellum magnum contra Lucenses et Florentinos pro *adiuvando comite *fol. 32.
fecerunt, et honorem magnum inde habuerunt. De quo bello mortuus est nobilis Floren-
tinus Iacob quondam Berlingerii. De quo bello Lucenses in magnam tristitiam excitati sunt,
et omnes suos contra Pisanos bandierunt. Pisani hoc audientes cum omnibus suis Pisas
reversi sunt. Post hec die sabbati sancto, qui fuit 7. Kal. Aprilis, ducem Guelfum cum Mart. 26.
magno honore et triumpho et processione Pisani et iam dictus archiepiscopus receperunt,
de quo Lucenses in magnam devenere tristitiam. Et Pisani securitatem et fidelitatem fece-
runt, et dux Pisanis iuravit, salvare homines Pisanos in personis et havere[38], et si pro 38
adiutorio et consilio vel facto ipsi duci prestando in guerram devenirent, usque ad pacem
viribus quibus potest adiuvare et defendere. Et sic a Pisana civitate cum maximo amore
et honore pridie Kal. Aprilis recessit, ad Sanctum Genesium remeavit pro fidelitate reci- Mart. 31.
pienda ab aliis civitatibus et fidelibus Marchie; omnesque civitates pro honore a Pisanis
ei collato et timore fidelitatem et honorem ei fecerunt.

Anno Domini 1160, in quinto consulatu Cocci, Pisani consules civitatem a Porcello et
via, que percurrit usque ad viam sancte Marie, duos pontes cum portis usque ad turrem
Arni murare fecerunt. Ducem Guelfum, marchionem Tuscie, cum magno honore recepe-
runt. Duas galeas in guardia maris stare fecerunt, que galee cum sagettiis quatuor de
portu de Turri ad insulam Capalbi de Sardinea super quatuor galeas Saracenorum de Denia,
que magnam navem unam Alexandrinam Ianuensium captam[c] habebant[d], impetum magnum
in Saracenos fecerunt, eosque in fugam in periculo maris converterunt, et predictam navem
Alexandrinam cum Saracenis, quos in navi pro ea cum havere *conducenda ad Deniam *fol. 33.
prendiderunt, predicte due galee navem defensam a Saracenis cum magno triumpho Pisas
reduxerunt. Quo audito Ianuenses duas legationes cum consule et sapientibus Pisas direxe-
runt, qui amore pacis et societatis et pro bono usu et pro dono et pro magno honore,
quem Deus dedit Pisanis, ipsam navem cum toto havere[e] a Pisanis petierunt. Consules
iam dicti cum consilio et aliorum bonorum hominum, navem cum toto havere[e] pro amore
et donatione Ianuensibus reddiderunt. Ianuenses itaque cum amore et letitia et gratias
ingentes referendo Ianuam reversi sunt. Hoc fuit anno Domini 1161. in mense Iunio. Iun.
Eodem anno, anno Domini 1161. Ionatta filius Tolomei de Tusculana venit Pisas, et iuravit
fidelitatem Villano archiepiscopo Pisanorum et consulibus et universo populo, salvare Pisa-
nos in mari ac terra sanos et naufragos; et consules investierunt eum vexillo, ut vexillifer
foret Pisanorum. Eodem anno, anno Domini 1161, sequenti mense, iam dicti consules Iul.
miserunt consulem cum tribus galeis ad Constantinum iudicem Calluritanum; qui cum
honore cum uxore sua Sardinea et filia Donnicella Pisas duxerunt, et cum magno honore
tenuerunt; et iudicem cum uxore in magna nave Ierosolimam eunte honorifice miserunt in
mense Augusto, et Donicellam cum honore Pisis retinuerunt. Eodem anno, anno Do-
mini 1161. in mense Augusto et Septembris fideles comitis Ildebrandini Novelli, filii quon-
dam Uguicionis de Malagalia, ceperunt naves Pisanorum grano et aliis mercibus honustas,
et duos homines Pisanos iurare fecerunt, portare crucem et cannam et storia per civitatem
Pisanam pro iniuria Pisanorum, sicut portantes storia crucem et cannam dixerunt. Consules
et universus populus hoc videntes *et audientes, in magnam tristitiam excitati sunt. Unde *fol. 34.

a) luenses *cod.* b) florentino *cod.* c) capta *cod.* d) habebat *cod.* e) here *cod.*; aere *Bonaini.*

38 i. e. in possessionibus.

1161. magnum exercitum militum, peditum et sagittariorum et galearum, cum sagittiis et cum manganis et pedrieris et edificiis multis, Coccus consul viriliter et velociter ad destruendam et devastandam terram predicti comitis preparavit. Hec audientes Gema comitissa et comes Ildebrandinus, filius eius, et sapientes et fideles sui, in iracundiam et timorem magnum cum toto suo comitatu devenerunt. Comes itaque Ildebrandinus cum episcopo de Massa et episcopo de Soana consilio matris Pisas devenit, et in publico parlamento Pisano per sacramento se defendit, quod iniuriam, quam Pisani crucem et storia et cannam portantes dixerunt, non fecit nec fieri fecit nec scit qui fecit. Item predictus comes in eodem parlamento iuravit fidelitatem, et hominium fecit Villano archiepiscopo Pisanorum. Item iuravit salvare homines Pisanos sanos et naufragos, et havere in terra marique et omni loco sui districtus. His itaque peractis consules cum eo pacem fecerunt, et honorem eximium et magna dona ei prebuerunt, et eum[a] vexillo in iamdicto parlamento honorifice investierunt, ut signifer existeret Pisanorum; et sic ad propria remeavit. In reversione autem episcopus de Massa, qui cum eo venerat[a*], obiit.

Eodem anno, anno Domini 1161. Vicarienses pro suis factis et dictis in malam voluntatem universi Pisani populi iam devenerant[b]. Unde pro recuperanda Pisanorum gratia et bona voluntate omnia precepta predictorum consulum Pisanorum in mense Octubri iuraverunt. Ad que sacramenta recipienda Lanfrancus consul iustitie et Bernardus Marago et Marignanus causidicus, tunc provisores, et Rainerius Gaetani et Ildebrandus Mele et Ge-
*fol. 35. rardus quondam Gusfredi, missi sunt, qui maiorem partem Vicariensium a minimo *usque ad maiorem cum magno amore iurare fecerunt; et predicti consules quam plura comandamenta sub nomine sacramenti in parlamento Pisano et in Vico eos observare in perpetuo, sicut in carta publica Pisanorum continetur, imperaverunt. Eodem anno, anno Domini 1161, predicti consules magnam domum pro communi utilitate, habentem caput in Arno et iuxta viam sancte Marie, edificare maiorem partem ceperunt. De Carisio de Vectula ipsi primi quinquaginta perticas fieri ceperunt, turres de Magnali suspenderunt[c] et plus quam solidos 400 in eas expendiderunt. Galeas septem pro maris guardia construere inceperunt, et unam galeam pro eadem guardia ad castrum dictum de Plumbino constituerunt.

Iun. 17. Anno Domini 1161. Rainerius Sciacca[39] obiit 15. Kal. Iulii et fuit sepultus in ecclesia maiori[d] beate virginis Marie cum magno honore et veneratione in mundo, sicut sanctus[e], et honoratus in terra et im mare, quia marinarii de eo multa mirabilia videbant.

Anno Domini 1162, 9. Kal. ...[f] Pisani consules murum civitatis a Portello, qui est ante viam que currit per ortum canonicorum, usque ad turrem que iuxta Arnum est, tribus pontibus levaverunt, et quatuor portas volverunt et compleverunt, et tota civitas in tribus pontibus et quatuor et quinque murum circumdata fuit; et tres messaticias fecerunt eodem anno. In mense Madio Pisani consules miserunt Ardecasam legatum cum una galea regi Maiorice.

Anno Domini 1162. in mense Iunio Pisani consules miserunt legatos, Ildebrandum Melem consulem et Bulgarinum Bulgarelle et Lanbertum Cigulum, imperatori Frederico; qui legatos honorifice recepit et cum eis honorem et augmentum imperii et civitatis Pisane
*fol. 36. tractavit. Alia vice in mense Octubri miserunt legatos: *Gerardum Bulgarelli consulem, et Marzuccum, Henricum Frederici, et Opithonem iudicem, imperatori Frederico[g]; qui eos[h] cum honore recepit et cum eisdem legatis honorem suum et statum[i] regni sui tractavit et composuit. Ex qua legatione honorem magnum et bonam voluntatem imperatoris super omnes civitates Tuscie adepti sunt. Et domum communis prope ecclesiam sancti Ambrosii fundaverunt. Tres pontes super turrim[k] de Magnali edificavere, et guardiam maris bene fecerunt. Anno Domini 1162. in mense Octubris Pisani consules Coccum et Bottacium legatos ad imperatorem Constantinopolitanum cum duabus galeis honorifice miserunt. Secundo anno in festivitate sancti Petri Bottaccius Pisas cum duabus predictis galeis reversus est, Cocco cum imperatore remanente in Constantinopolim per unum annum, concordiam et conventionem, quam Pisani cum eo facere volebant, pertractante; quam imperator Constantinopolitanus facere promisit, si Coccus legatus et civitas iuraret, quod non esset cum imperatore Frederico[l] contra eum et eius terram, et quod non daret ei consilium neque adiutorium contra eum, nec hostem vel exercitum super eum faceret; promittens eidem legato et civitati magnam pecuniam. Que omnia legatus et civitas pro amore imperatoris

a) eam *cod.* a*) venera *cod.* b) deveneral *cod.* c) supenderunt *cod.* d) maioris *cod.* e) sancto *cod.* f) *sic cod.* g) F. *cod.* h) eos *deest in cod.* i) statuum *cod.* k) turrum *cod.* l) F. *cod.*

39) De Rainerio Sciacca vel potius Sciaccerio cfr. Bonainium l. c. p. 25, not. 3.

Frederici[a] facere recusavit. Et sic postea Pisas 10. Kal. Iulii reversus est. [1161. Iun. 22.] Anno Domini 1162, 15. Kal. Ianuarii [1161. Dec. 18.] Villanus Pisanus archiepiscopus cum una galea armata ad papam Alexandrum usque Terracinam navigavit. Videns hoc Alexander cum gaudio archiepiscopum recepit, et nativitatem Domini ibidem una celebraverunt. [Dec. 25.] Post hec in galea archiepiscopi usque Plumbinum devenit, et ibidem archiepiscopus magnum honorem domno Alexandro exibuit. Deinde venit Vadam; quem cardinales cum una galea de Gaeta *et duabus sagittiis [*fol. 37] de Roma secuti sunt; deinde applicuit Livornam. [1162.] Hoc audientes Pisani consules, consilium de non recipiendo Alexandrum habuerunt propter amorem et pavorem imperatoris Frederici[a]. Cognoscente Alexandro voluntatem civitatis Pisane, festinanter ad Portum Veneris navigavit. Et ibi Rainerius de Perlascio, qui cum eo ibat in Franciam, apud Tirellum monachus factus, mortuus et sepultus est Kal. Februarii. Exinde navigavit ad Portum Delfini, [Febr 1.] et ibi electum Pipinum Lunensium consecravit. Proinde aplicuit Ianuam, [Ian] quem consules Ianuensium cum universo populo, et Ianuensis archiepiscopus cum omnibus clericis suis, cum processione Alexandrum et Pisanum archiepiscopum et cardinales receperunt. Hec audiens inperator Fredericus[a] suos legatos Ianuam direxit; qui Alexandrum cum cardinalibus sibi ex parte imperatoris dari aut teneri captum postulavere. Quod Ianuenses facere contempserunt; immo Alexandrum cum tribus galeis et duabus sagittiis et cum archiepiscopo Mediolanensium, qui ad eum iverat, et archiepiscopo Pisano cum galea sua, cum honore et triumpho 8. Kal. Aprilis in Provinciam per mare transduxerunt. [Mart 25] Ad portum Montis Pesulani honorifice receptus est Alexander.

Anno Domini 1163. in mense Ianuarii Pisanorum legati cum consilio senatorum et civium ad imperatorem Fredericum[a] mense Marthi iverunt: videlicet Lanbertus consul, Villanus Riccucci, Boccius, Henricus Frederici, Opitho et Sigerius legis doctores. Quos imperator cum gaudio recepit et tantum honorem eis exbibuit, quantum[b] nemo audivit nec vidit. Qui cum eis honorem imperii et Pisane urbis tractavit, et sicut cum legatis proximi preteriti anni ordinaverat, et in privilegio ab imperatore predicto consuli nomine civitatis indulto continetur, firmaverunt. Predicti *itaque legati cum honore et cum vexillo dato et [*fol 38.] largito ab imperiali maiestate et spada pro investitione imperatoris Frederici[a] habenda et retinenda super omnes civitates Tuscie, 16. Kal. Madii Pisas redierunt. [Apr. 16.]

Anno Domini 1163. in mense Martii[c] Pisani consules pro honore imperatoris Frederici[a] et imperii et Pisane urbis galeas quadraginta facere inceperunt, et per totum mensem Martium complete fuere.

Anno Domini 1163. in mense Madio comes Ildebrandinus iuravit fidelitatem universo populo Pisano, eundemque salvare in terra marique, et quod faciet iurare homines suos a 15. usque in 30. per civitates et castella et vicos sui districtus, omnia deveta et banda, que consules Pisanorum inposuerint aut indicent, observare, et predictum populum salvare in terra ac mare, et nullam superpositam alicuius directure superinponere. Ad quod faciendum predictus consul Petrus cum Rainerio Gaetani et Guidone de Fasciano et cum predicto comite per omnes partes districtus eiusdem comitis equitavit et sacramenta ad honorem Pisane urbis recepit.

Anno Domini 1163. predicti consules duanam salis et ripam et ferri venam pro libris 5500 in undecim annis pro galeis faciendis et civitatis expensis vendiderunt, et in castro Ripefracte solidos 1000 pro faciendis muris expendiderunt, et quinquaginta perticas carisii sancti Petri fecerunt, turremque de Magnali Pisani portus ex parte Livorne mense Novembris complevere. Insequenti vero anno alia turris ex parte turris Frasce completa fuit.

Anno Domini 1163. in mense Augusti incepta fuit magna domus iuxta litus maris, portus Magnalis, pro utilitate marinariorum. Magnum fondacum cum turre et porta ferrea[d] *inceptum [*fol 39.] fuit post annos duodecim.

Anno Domini 1163. Soarsa, qui guardie Sancti Viti et Magnalis portus preerat, posuit magnam catenam, que porrigebatur et extendebatur ab una turri usque ad aliam, et serrabat portum pro guardia marinariorum et reserrabat; et turres bene munivit et ordinavit pro Ianuensium guerra. Iterum fecit magnum puteum pro utilitate navigantium prope domum portus Magnalis.

Anno Domini 1163, anno regni domni[e] Frederici 10, imperii eius 8.*, imperatore Frederico[a] [1162.] per quattuor annos ab obsidione Mediolani commorante, quam per singulos annos

a) F. *cod.* b) quatum *cod.* c) Madii *cod.* d) ferea *cod.* e) donni *cod.* *) immo imperii anno 7.

1162. devastavit et Mediolanenses preliis multis superavit: Mediolanenses, hostes imperii, summa necessitate famis et belli coacti, personas, res ipsamque civitatem, vexilla universaque
Mart. 1. signa et arma bellica, absque omni tenore imperatori Frederico[a] ipso die Kal. Martii reddiderunt, et fidelitatem ac omnia precepta iuraverunt et quadringentos obsides meliores et maiores imperatori dederunt. Imperator itaque Fredericus[a] urbem ipsam igne supposito[b] flamma consumpsit, et totam urbem, preter pecuniam quam ex precepto imperiali abstraxerunt, et personas quibus miseratio imperialis vitam concessit, et eam ita destruxit, quod solo coequavit. Civitates igitur omnes Longobardie et castra hec audientes, fidelitatem et precepta imperatori iuraverunt, magnaque tributa eidem reddiderunt; magistratus, officia omnia et consulatum ex imperiali precepto receperunt.

1162. Anno Domini 1163. 13. Kal. Iulii, Pisanis in pace commorantibus et nullum apparatum
Iun. 19. triremium habentibus, Ianuenses viginti quinque galeas habentes diffidentiam per litteras
*fol. 40. eorumque nuntios indixerunt[41], et rupto pacis federe cum periurio *nefandissimo guerram
Iun. 21. crudelissimam cum eis ex inproviso inceperunt. Caprariam 11. Kal. Iulii igne succenderunt; eodem die ad caput sancti Andree de Ilba Ubertum quondam Sigerii gladio interfecerunt; Bonaccursum consulem et legatum, venientem in una galea de Sardinea, cum decem hominibus ceperunt, aliis per terram fugientibus; de quibus Tepertum, filium Ugonis Teperti, et Tiniosum Urselle et Uliverum notarium cum aliis sex hominibus gladio occiderunt, et galeam sumersam iuxta litus insule Corsice pre nimio timore reliquerunt. Et unam sagittiam, de Provincia venientem, prendiderunt, et tres naves magnas et vacuas ad fauces Arni demerserunt, et tres vacuas in portu Pisano in Magnali cremaverunt; que omnia plus quam quinque milibus libris valuere. Pisani vero hec audientes, magna tristitia et dolore moti, decem galeas et undecim sagittias ad modum galearum velociter ordinaverunt, et caput Corsi vastaverunt. Morantibus illis super guardiam maris in Planosa, duas magnas naves ditissimas Ianuentium, unam de Suria et aliam de Constantinopoli venientes.
Iul. 8. 8. Idus Iulii ceperunt, ubi 62 Ianuenses[c] mortui fuere, alii capite truncati, alii gladio occisi.
Iul. 14. Postea aliam navem venientem de Cecilia in Ilba pridie Idus Iulii prendiderunt; quarum navium havere plus quam viginti milibus libris valuit. Pisani hec audientes repleti sunt gaudio magno, et omnes Deo laudem dederunt. Et velociter quatuordecim sagittias ad similitudinem galearum preparaverunt, et in occursum eorum usque ad portum Populonii iverunt, et duodecim galeas Ianuensium ad Pisanorum stolum venientes in fugam converterunt Postremo cum navibus et havere et cum Ianuensibus 55 captis Pisas cum honore
Iul. 22. et letitia 11. Kal. Augusti redierunt.

*fol. 41. Anno Domini 1163. Pisani 24 galeas et 30 sagittias *preparaverunt pro navali bello faciendo ad Portum Veneris, et pro vastanda tota marcha Ianue usque ad portum civitatis ipsius. Cum hec aguntur Pisis, Ianuenses, quia in mari cum Pisanis eo anno non poterant[d]...., consules legatos cum aliis Ianuensibus ad imperatorem Fredericum[a] cum magna pecunie[e] miserunt, ut predictam pecuniam fidelibus et principibus curie darent pro acquirenda pace vel treugua cum Pisanis. Pisani vero haec audientes, suos legatos ad imperatorem Frede-
Aug. 7. ricum[a], qui erat Turinum, 7. Idus Augusti direxerunt, videlicet Henricum[f] Canis et Petrum Albithonis consules, Contulinum filium Ugonis Sismundi, legis doctorem, Rainerium iuris peritum, et Marzuccum Gergeros[g] quondam Gaetani, et Gerardum quondam Gusfredi, ad probandum scelus et periurium de crudelissima guerra, quam contra Pisanos ex inproviso inceperunt. Quos imperator honorifice recepit; et predicti sceleris et periurii probationem noluit imperator suscepere, sed treuguam legatos Pisanos rogavit et eisdem precepit habere cum Ianuensibus usque ad adventum suum in Tusciam. Paratus enim erat ire ad Bellicionem, pro discordia, quam papa Alexander et papa Victor inter se habebant, iudicanda. Et predictum Henricum consulem et Rainerium Gaetani usque ad Bellicionem secum impe-
Aug. 28 rator duxit, alii Pisas 5. Kal. Septembris rediere. Rex quidem Francie de concordia Victoris pape, quam[h] imperatori fieri promisit, minime observavit; et tunc legatos Pisanos, scilicet Henricum consulem et Rainerium Gaetani, cum gaudio rex allocutus est, promittens eisdem amicitiam pro amore Pisane urbis. Rex itaque cum indignatione imperatoris cum papa Alexandro reversus est in Franciam, et imperator cum papa Victore perrexit in Alamaniam.

a) F. *cod.* b) sup posito *cod.* c) Ianuens *cod.* d) *supplendum* certare, contendere *vel tale quid.* e) *suppl.* summa. f) Henricus *cod.* g) ĝĝos *cod.* h) qua *cod.*

41) Cfr. Cafari annales supra Tom. XVIII, 33.

Anno Domini 1163. in mense Octubris Guilielmus rex Sicilie, fedus pacis habens cum 1163. Pisanis, omnes Pisanos, quos in suo* reperit districtu, cepit, res et personas in custodia *fol. 42. habuit, et Pisanorum navem unam venientem de Constantinopoli cepit. Pisanos enim suspectos habebat propter affectionem et fidelitatem, quam erga imperatorem habebant, et propter magnam dilectionem, quam imperator e converso erga Pisanos ostendebat, et propter magnum apparatum galearum, quem pro faciendo imperatoris Frederici[a] servitio fecerant.

Anno Domini 1164, 13. Kal. Iulii Pisani consules fecerunt exercitum magnum militum Iun. 19. et peditum et sagittariorum super castellum de Pecciori et omnia alia castella de valle Here, quod castrum cum aliis longo tempore multas iniurias Pisanis intulerat; in quo erant milites 400 et pedites tria milia ad bellum parati, et castrum erat tutissimum, vallo et muro fortissimum. Et in vigilia sancti Iohannis baptiste omnes de castro sine omni conditione Iun. 23. et tenore cum centum obsidibus se reddiderunt Pisanis, et Pisani totum in circuitu et eius burgos igne cremaverunt et magnam partem muri et muniorum destruxerunt, et castrum Pave, quod erat rocca fortissima, uno die ante pugnando ceperunt et igne demum incenderunt, et alia duo castella igne succenderunt; et omnia alia castella de valle Here usque ad civitatem Vulterre cum multis obsidibus et securitatibus magnis et pecuniam dando se Pisanis sine omni conditione reddiderunt. Et sic Pisani cum magno honore 6. Kal. Iulii Iun. 26. redierunt. Post aliquot dies omnes de castro de Pecciori a maiori usque ad minorem omnia commandamenta Pisanis consulibus eorumque successoribus iuraverunt. Capitanei vero eiusdem castri iuraverunt fidelitatem similiter; pro qua fidelitate Pisani consules dederunt terram prope ecclesiam sancti Cassiani de Kinsica in feudum predictis pro edificandis domibus, eosque regere et per mare portare sicut suum populum securitatibus promisere. Eodem anno Pisani consules tredecim galeas pro servitio imperatoris* Frederici[a] fecerunt, *fol. 43. et omnia ordinamenta civitatis, scilicet[b] de ampliando comitatu et iustitia et carisiis et fossis, honorifice complevere.

Anno Domini 1164. ante Kal. Aprilis Rainaldus, Coloniensis archiepiscopus et Italie 1163. Mart. 31. archicancellarius, venit Pisas et cum magno honore receptus est; et voluntatem imperatoris Frederici[a] Pisani honorifice fecerunt; et per totam Tusciam, Marchas et Romagniam perrexit, et Boccium Pisanorum consulem cum duobus sapientibus, videlicet Rainerium Gaitani et Lambertum quondam Lamfranci, secum duxit honorifice. Luca, Florentia, et omnes civitates et castella, omnia precepta imperatoris Frederici[a] et predicti cancellarii obtentu Pisanorum et timore iuraverunt, tributa et dona plurima et infinitam pecuniam ei dederunt. Nullus enim marchio et nullus nuntius imperii fuit, qui tam honorifice civitates Italie tributaret et Romano subiceret imperio. Boccio Pisanorum consuli et predictis Rainerio et Lamberto in reversione munera magna dedit. 12. Kal. Octubris Pisas rever- Sept. 20. sus est, et in ecclesia sancte Marie laudes magnas contulit Deo et imperatori Frederico[a] et Pisano populo de tanto honore, quem[c] ei dedit timore imperatoris et obtentu Pisani populi. Exinde perrexit ad Serzanam, ibique parlamentum cum consulibus civitatum Tuscie fecit, et palam gratias magnas Pisanorum consulibus retulit, qui cum multis sapientibus ibi presentes erant, ibique omnes consules civitatum Tuscie ad piissimum augustum in Longobardiam reinvitavit, et sic ad imperatorem reversus est et coram imperatoria maiestate laudes de Pisanis reddidit magnas.

Anno Domini 1164. 3. Kal. Octubris, die sancti Michaelis[d] prima columna ecclesie Sept. 29. sancti Iohannis baptiste erecta est, et infra quatuordecim dies gratia Dei tote octo erecte sunt, de quibus unam in uno die Porta aurea erexit. Eodem autem tempore ordinatum est, ut unaqueque* familia Pisane urbis singulis Kalendis unum daret denarium pro eiusdem *fol. 44. ecclesie opere faciendo.

Anno Domini 1164. in mense Octubris Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator et Oct. semper augustus, reversus est in Longobardiam apud Laudam; et illuc omnes duces, Oct. 29. marchiones, comites, capitanei, varvassores regni, omniumque civitatum imperii legati iverunt. Ad quem imperatorem Pisani honorifice legatos 10. Kal. Novembris miserunt, sci- Oct. 23. licet Marzuccum Gaetani et Villanum Ricucki consules, cum Pellario et Opithone iudice et Gerardo Bulgarelli et Capitone quondam Homici; quos imperator super omnes alios legatos imperii recepit et cum eis et Ianuensium legatis[e] hostem stolumque per mare in Siciliam

a) F. *cod.* b) silicet *cod.* c) q = quod *cod.* d) Machaelis *cod.* e) legatos *cod.*

1163. ordinavit, et milites felicem expeditionem in Apuleam et Siciliam palam fecit iurare; et sic Nov. 14. 18. Kal. Decembris cum honore et gratia domni imperatoris Pisas reversi sunt. Qui consules palam in parlamento predictam expeditionem ad proximas Kalendas Maias faciendam indixerunt, et universum populum ad predictum fore paratum preceperunt.

Dec. 27. Anno Domini 1164, 6. Kal. Ianuarii, nocte sancti Iohannis euangeliste, magna pars Kinsice, scilicet ab ecclesia sancti Cristofori usque ad domum Guidonis Boni, exusta est.

Anno Domini 1164. Vadense castrum sub predicto consulatu cepit murari, et pro muris faciendis fuit eis dimissa data per quindecim annos; quod castrum bene fuit muris circumdatum 1180.

Anno Domini 1164. mense Octubris Parason quondam Durbini de Callari deiecit de Callari Donnicellum Petrum iudicem, qui cum uxore sua, filia iudicis Constantini, aufugit Turrim[a] ad fratres suos. Pro qua iniuria Parason iudex Turritanus cum fratribus suis et avunculis, scilicet Barile, Gainello, Paulo, et Paganello quondam Ugonis Pagani de Pisa, fecit magnum exercitum militum et peditum et sagittariorum, et reduxit in Callarim Don- *fol. 45. 1164. nicellum * Petrum iudicem fratrem suum in mense Martii, die sancti Gregorii, et Parasonem Mart. 12. quondam Durbini cum sequacibus suis expulit de Callari, qui aufugit Arboream.

Anno Domini 1165, indictione 12, Pisani consules ad imperatorem Fredericum[b] quattuor legationes honorifice miserunt. In una Rainerius Gaitani consul legatus cum Lamberto quondam Lamfranci et Bulgarino et Sigerio, viris peritis, fuit; quos imperator honorifice recepit. Qui legati voluntatem imperatoris cognoscentes, ipsum ut Pisas veniret devotissime invitaverunt. Pisani vero adventum imperatoris considerantes, se ad illum recipiendum preparaverunt. Qui impedimento infirmitatis venire non potuit, sed cancellarium Apr. 11. suum[42] cum quibusdam principibus Pisas reduxit[c]; Pisani eum cum honore 3. Idus Aprilis, qui fuit sabbato sancto, receperunt. Archiepiscopus vero[43] cum clericis quia sacrum crisma pape Victoris pro faciendo baptismum non recepit[d], baptismum eo anno in pasca resurrectionis non fuit celebratum; postea vero cum amore civitatis ad burgum Sancti Genesii perrexit. Predicti consules decem galeas eo anno fecerunt, et quattuor dermones pro equis portandis in exercitu imperatoris facere inceperunt, et sedecim galeas pro guardia maris armaverunt, et alveum Ausaris fluminis ampliavere et ipsum profundiorem fecerunt, et omnia ordinamenta[*] civitatis honorifice complevere.

1164. Apr. 20. Anno Domini 1165. Octavianus, qui vocabatur papa Victor, Lucane civitati 12. Kal. Madii mortuus est. Hoc audiente cancellario[44] Lucam ivit festinanter, et cum cardinalibus Apr. 22. ipsius Victoris secundo die elegit Guidonem Cremensem[e] in papam, qui postea vocatus est Apr. 26. Pasqualis papa; cui cancellarius omnes Lucenses clericos et laicos in comuni parlamento sub sacramento obedire et pro papa catholico eum tenere precepit; et sic reversus est ad *fol. 46. burgum Sancti Genesii, ubi fuerunt consules omnium *civitatum Tuscie, comites et varvassores, et Pisanorum legati: scilicet Rainerius Gaitani consul cum Bernardo Maragone; ubi Mai 2. cancellarius cum magno amore 6. Nonas Madii dedit Gualdanum Teutonicum et comitem Vulterranorum iam dicto Rainerio Pisanorum consuli, ut iret cum eo per totum comitatum Pisanum.

1164. Anno Domini 1165. Rainerius Gaitani et Lambertus Crassus, consules, et Ildebrandus quondam Pagani, iuris doctus, et Bernardus Maragonis iverunt per comitatum Pisanum pro iustitiis et vindictis faciendis usque ad castrum qui dicitur Scarlinum; in quo consules miserunt, qui omnia precepta predictorum consulum iuravere et obsides sex pro libris 100 iam dictis consulibus[f] Pisanorum dederunt. Similiter omnia ista castella: scilicet castrum de Vignale, Falli, Castellina, Mons Sancti Laurentii, Castolioni Bernardi, Cornia, Querceto, Casaliule, Buriano in valle Cecine, in valle Here Camporena, Vignale, Rocca Falfi, Tonda, et alia plura, cum magno honore omnia precepta predictis Pisanorum consulibus iuraverunt, et pro eisdem[g] consules ad eorum voluntatem recepere, et discordiam que erat inter castrum de Pecciole et montem Cuccari de letaniis plebis de Fabrica, per sententiam et laudamentum in scriptis diffinierunt, et per totam vallem Here iustitias et vindictas fecerunt. Exinde pervenerunt ad Agnanum, castrum vicecomitum, et in eo consules miserunt, quod nulli Pisanorum consules usque ad odiernum diem facere potuerunt. Nulli namque consules

a) *ita legendum videtur;* fr̄i *cod.* b) F. *cod.* c) *legendum:* remisit. d) recipit *cod.* *) ordimenta *cod.* e) Cremonensem *cod.* .. f) donsulibus *cod.* g) eiusdem *cod*

42) scil. Rainaldum Coloniensem archiepiscopum. 43) scil. Villanus. 44) scil. Rainaldo.

duo exierunt de civitate Pisana pro honore civitatis faciendo cum duobus sapientibus, [1164.] qui tam gloriose civitatis honorem fecissent et comitatum crevissent.

Anno Domini 1165. in mense Aprilis Parason[45] iudex Turritanus cum fratribus et avunculis suis Pisanis: Barile, Gainello, Paganello et Paulo, et Donnicellus Petrus iudex de Callari, frater iudicis Parasonis de Turre, fecerunt* exercitum magnum supra Parasonem iudicem Arboree [*fol. 47.] pro multis iniuriis sibi illatis, et mense Aprili in Arboream intraverunt, palatia et domos multas destruxerunt et igne cremaverunt, viros et mulieres et spolia multa inde abstraxerunt. Parason itaque iudex Arboree cum uxore sua aufugit ad mansionem de Capre. Pro qua iniuria et obproprio Parason iudex misit suos legatos ad imperatorem Fredericum[a] et Ianuenses, promittens eidem imperatori 15 milia[46] librarum[b] inter aurum et argentum, si de tam turpi iniuria eum vendicaret, et si totam Sardineam iurisdictioni Parasonis iudicis Arboree supponeret. Imperator autem, hoc audiens, suos legatos cum septem galeis Ianuensium et una[c] galeota ad iudicem Parasonem in Arboream direxit.

Anno Domini 1165. in mense Madio Ildebrandus quondam Ranuccii Ianni, consul Pisanorum et legatus in Sardineam pro sedanda discordia iudicum, fecit omnes iudices Sardinee omnia precepta sua et sociorum iurare; hoc peracto consul predictus treuguam usque ad redditum iudicis Arboree posuit. Audientibus namque Pisanis, quod Ianuenses iverant cum octo galeis in Sardineam, octo similiter galeas armaverunt et in Sardineam cum Rainerio Alferoli consule[d] pro guardia maris et Sardinee direxerunt. Quapropter legati imperatoris et Ianuenses nullam vindictam nullamque offensionem in Sardinea timore Pisanorum galearum, que ibi erant, fecerunt. Iudex vero cum legatis imperatoris, promittentibus[e] adimplere omnia que ab imperatore postulavere, cum 30 milibus libris in eisdem galeis Ianuam navigavit; deinde ad imperatorem Fredericum apud Papiam ivit[47].

Anno Domini 1165. quarto Idus Augusti imperator Fredericus[a] cum magno honore [1164. Aug. 10.] Papie coronavit Parasonem[48] iudicem Arboree de Sardinea. De qua corona Henricus de Cane et Benedictus, consules et legati Pisanorum ad imperatorem, *qui tunc Papie cum [*fol. 48.] sapientibus erant, valde tristati sunt, et civitas tota: partim quia securitates et omnia precepta et fidelitatem Pisanis consulibus fecerat, ideoque corona dignus non erat, partim quia coronam Pisanis invitis meruerat. Iudex denique cum consulibus et sapientibus Ianue, qui ad imperatorem legati erant, Ianuam reversus est; quem Ianuenses cum honore receperunt, et ibi moratus est usque ad 10. Kal. Decembris, ibique preparavit magnum exercitum mili- [Nov. 22.] tum fere ducentorum et peditum et sagittariorum, et galeas octo, et tres magnas naves pro exercitu militum portando in Arboream, pro recuperanda terra et pro sue iurisdictioni et potestati subiuganda tota Sardinea. Pro quo exercitu et expensa et fidelibus, quos acquisivit, Ianuenses ultra 30 milia libras dolose et fraudulenter ei mutuo dederunt[49]; et sic predictus iudex cum hoc exercitu 10. Kal. Decembris Ianua exivit et navigare cepit. Interea [Nov. 22] ceteri iudices Sardinee hoc audientes contristati et turbati sunt, et tota Sardinea cum eis; unde iudex Turritanus et Donnicellus Petrus, iudex de Callari, cum Gainello, qui cum una galea in eorum adiutorio iverat, et cum exercitu magno militum et peditum et sagittariorum, in mense Septembris intraverunt Arboream et mansionem de Capre totam destruxerunt, maiorem partem Arboree igne cremaverunt, oves et boves et equos occiderunt et inde abstraxerunt cum multa spolia. Castrum tamen, in quo erat thesaurus, non ceperunt. Pisani vero hec omnia audientes, velociter galeas sex preparaverunt et armaverunt. In quibus Ildebrandum Bambone consulem cum sapientibus, videlicet Lamberto quondam Lamfranci, Marzucco Gaitani et Herro, Callarim direxerunt pro eius defensione et guardia et totius Sardinee.

Anno Domini 1165. in mense Novembris Christianus[50], cancellarius domni imperatoris Frederici[a], venit Pisas; pridie Kalendas Decembris, die sancti Andree* apostoli, papam [*fol. 49. Nov. 30.] Pasqualem, qui ante vocabatur Guido Cremensis[f], Pisas cum magno honore duxit, et Pisani eum honorifice tenuerunt usque quo iam dictus cancellarius duxit eum Viterbo. Cuius adventu Villanus, Pisanorum archiepiscopus, quia nolebat ei obedire, secessit ad Gorgonam.

a) F. *cod.* b) librorum *cod.* c) uno *cod.* d) consulem *cod.* e) *lege:* promittens. f) Cremonensis *cod.*

45) i. e. Bariso. 46) Quatuor milia marcas argenti cum promisisse dicit Obertus in annalibus supra T. XVIII, 59. 47) Vid. Oberti Annales supra Tom. XVIII, 58 sqq. 48) cfr. Raumer, Gesch. der Hohenstaufen, ed. 3. Tom. II. pag. 130. 49) V. instrumentum Barisonis a. 1164 die 16. m. Sept. datum, quo se Ianuensibus omnem pecuniam mutuam sibi datam restituturum spondet. Lib. iurium reipubl. Genuensis II, 12. 50) archiepiscopus Moguntinus.

1166. Febr. 24. Anno Domini 1165, indictione 13, sexto Kalendas Martii Pisanorum Dei gratia consules consilio senatorum et sapientum Uguicionem quondam Lamberti Bunonis, Pisanum consulem, et Rainerium Gaitani et Alcherium quondam Anfossi, legum doctos, legatos ab urbe Pisana electos et ordinatos, ad imperatorem Fredericum[a] in Alamaniam, ubi ipse aderat, direxerunt; qui ad ipsum euntes honorifice ab imperatore et eius curia recepti sunt, et omnia que ab eo postulaverunt digna et utilia Romano imperio et Pisane urbi, diligenter eis prefatus imperator exibuit. Consilio namque archiepiscoporum et episcoporum, ducum atque imperialis aule principum, totam insulam Sardinee Pisane civitati in feudum dedit. Presentibus etiam consule atque legatis Ianuensium, et Parasonem[b] regem Sardinee, ab eo in Lonbardie partibus coronatum[c], et omnes iudices et ipsius insule cohabitantes, Pisane dictioni subiugavit, et plenam potestatem omnium, que in ipsa insula continentur et que ad eam spectant, Uguicioni consuli pro comuni Pisane civitatis recipienti tribuit[51], et regali scripto de ipso feudo ipsum investivit, et vexillum inde in eius manum commisit, et ut perpetuo feudum istud conservetur et inviolatum permaneat, principem Boemorum, potentissimum utique virum, iurare fecit. Et de his omnibus preceptum imperiale aureo sigillo roboratum fieri fecit manuque sua firmavit, in quo mille librarum auri penam inposuit omnibus personis, tam magnis quam parvis, que contra hec facerent. Et sic cum magno honore Mai. 16. prefati nostri legati in proximiori 17. Kal. Iunii sunt reversi; et hec in continenti in publico *fol. 50. *parlamento multitudine populi ibi coadunata renuntiantes, et precepto seu privilegio publice perfecto, satis sunt commendati[d] et inmensas grates ab universo[e] populo receperunt.

Anno Domini 1165. Ianuenses cum iudice Arboree et eius exercitu ivere in Sardineam perveneruntque in Longoni Sardi, et ibi sagittias quattuor Pisanorum, in quibus erant milites et negotiatores, cepere. Hoc audientes Pisani 11 galeas cum magno vigore armaverunt, inter quas fuit una Vicariensium galea bene armata, et in Sardineam cum duobus consulibus Petro et Guilielmo ad expellendos Ianuenses miserunt. Que galee in itinere unam galeam de Ladiana prehendiderunt. Venientibus quidem Ianuensibus cum iudice in Arboream, milites iudicis in terra posuerunt; iudicem vero propter pecuniam, quam eis dare debebat, in terram non posuerunt. Quibus iudex pro pecunia obsides et partem pecunie, ut eum in terra ponerent, dare voluit; qui partem, nisi totam pecuniam solveret, non receperunt. Cum hec aguntur, Ianuenses audierunt quod 7 galee Pisanorum, que Callari erant, veniebant super eos, et consul cum magno exercitu per terram, et undecim galee de Pisis veniebant; relictis militibus et negotiatori- Febr. 7. bus et navibus et sagittiis pre timore Pisanorum, cum iudice usque Ianuam fugierunt, qui 7. Idus Februarii Ianuam amplicuere. De quo facto Ianuenses magnam habuerunt tristitiam, et iudicem in carcere tenuerunt. Pisani itaque consules, qui in Sardinea erant, milites et negotiatores Ianuensium cepere, et totam Sardineam sub tributo et fidelitate expulsis[f] Ianuensibus posuerunt.

Anno Domini 1166. Pisani, qui in Turri erant cum 11 galeis, predictis Pisanorum consulibus invitis et contradicentibus, infra terram ad villas Turris iverunt, easque predaban- *fol. 51. tur et devastabant. Sardi vero hoc audientes, cum* magna multitudine militum et peditum Mai. 12. in Pisanos quarto Idus Madii, qui fuit vigilia ascensionis Domini, impetum fecerunt et de eis octoginta in villa, que dicitur Octavo, gladio occidere.

Anno Domini 1166. Parason iudex Turritanus, et Petrus eius[g] iudex Calluritanus, et iudex de Galluri, qui in Turri cum supra scriptis Pisanorum consulibus erant, audientes que gesta erant, magnum dolorem et tristitiam habuerunt, et Pisas in galeis cum consulibus pro honore et satisfactione facienda venerunt. Parason quidem iudex in parlamento facto in burgo Sancti Michaelis, propter timorem propinquorum et parentum interfectorum in Sardinea, iuravit ad sancta Dei euangelia quod mortem predictorum Pisanorum non invenit, nec cum alio consiliatus est, immo doluit; et insuper omnia precepta et fidelitatem[h] consulum Pisanorum et successorum iuravit, et terram in feodum pro predictis tenere, et libras 6 milia dare, ac censum librarum 100 et falcones paria 12 omni anno supradictis consulibus eorumque successoribus sacramento dare promisit. Predictus siquidem consul Guilielmus cum Leone Pulta, qui in legatione obiit, et Carone cum una galea, iudices Parasonem et Petrum cum aliis Sardis in Sardineam in portum Turritanum in mense Iulii transvexere.

Iun. 1. Anno Domini 1166. Kal. Iunii fuit bellum inter Pisanos et Lucenses ad balneum Montis Pisani; et gratia Dei Pisani vicerunt illos et usque ad Massam eos[i] fugaverunt.

a) F. *cod.* b) pasonem *cod.* c) coranatum *cod.* d) commendatis *cod.* e) universa *cod.* f) expuls *cod.* g) *sic cod; frater supplevit Bonaini.* h) fidelitate *cod.* i) ea *cod.*

51) cfr. Raumer, Hohenst. II, 139. not. 1.

Anno Domini 1166. 16. Kal. Iunii Pisanorum consules miserunt unam galeam bene Mai. 17. armatam ad Portum Veneris pro capienda galea Trapilicini, quam galeam Pisana galea viriliter expugnavit, et eam cepisset, nisi consul[52] Ianuensium, qui ibi erat cum Uguicione, Pisanorum consule, pro pace conponenda, in auxilium Trapilicini cum buthettis et aliis navibus super Pisanorum* galeam occurrisset. *fol 52.

Anno Domini 1166, indictione 13, mense Iulii Pisani decem galeas velociter armavere; de quibus septem navigavere versus Siciliam pro Ianuensibus capiendis, que usque ad Isclam maiorem fuere et galeotum atque alias naves ceperunt. Alie vero tres in Provinciam ivere, et unam magnam navem Ianuensium honeratam ceperunt et alias quam plurimas naves, et 7 buthettos Ianuensium, venientes de Ispania; et sic cum magno honore et cum Ianuensibus 37 magnis civibus 11. Kal. Augusti Pisas rediere. Ianuenses hec audien- Iul. 22. tes 14 galeas armavere et post illas usque ad Montem Pesulanum ivere, et in Marsilia et in Rodano 5 naves Pisanorum vacuas cepere; et sic reversi sunt Ianuam.

Anno Domini 1166. tertio Idus Augusti Pisani cives, videntes triumphum trium galea- Aug. 11. rum redeuntium de Provincia, et quod Ianuenses issent in Provinciam, viriliter triginta et unam galeam armaverunt et in Caput Corsi navigarunt et igne illud combussere, et 12. Kal. Septembris Albiganam pugnando cepere. Pre timore maris et venti contrarii ad portus Aug 21. amplicuere; profecti inde 28 naves, venientes de mercato de Frigioli, cum Ianuensibus et havere magno ceperunt, et per totam Rivieram Ianuensium usque ad Montem Pesulanum plurimas naves prehendiderunt; ad Gradum quoque Mergurii 5 naves magnas incenderunt, et unam venientem de Garbo caricatam cepere. Revertentibus itaque Pisanis intraverunt Rodanum per fauces Capre, et incolomes usque ad Albarum Sancti Egidii venere, die Kal. Septembris, in quo est fiera[53] magna, ubi varie et innumerose gentes Sept. 1. convenerant. Ianuenses scientes victoriam, quam Pisani habebant de Albigana, dolore nimio turbati repente 50 galeas armavere et post illas usque in Provinciam per flumen Rodani* pro faciendo prelio cum Pisanis usque ad ripam Sancti Egidii, non longe duobus *fol. 53 miliariis a Pisanorum exercitu, tertio Nonas[a] Septembris aplicuere, et die ipsa et per alios Sept. 3. decem dies bellum facere valde timuerunt. Infra dictum denique tempus Pisani et Ianuenses fortiter se preparaverunt. Interea Pisani, audientes quod Ianuenses armassent 50 galeas et post Pisanorum galeas festinanter usque in Provinciam navigassent, confestim 20 galeas armavere et usque ad portum Ianue navigare proposuere; cum vero pervenissent super Portum Dalfini, iudicio Dei marisque Ianuam secundum quod proposuerant aplicare non potuerunt; reversi sunt in Portum Veneris, et castrum in circuitu devastaverunt, deinde reversi sunt Pisas 7. Idus Septembris. Postea vero cum de illis, qui in Provincia erant, Sept. 7. veritatem nullam scirent, confestim 25 galeas armaverunt et Ianuam, secundum quod proposuerant, navigare ceperunt, et Idus Septembris ad castrum dictum Levanto amplicuere, Sept. 13 et totum in circuitu devastaverunt, et impedimento temporis vix cum magno labore reversi sunt in Portum Veneris, deinde Pisas. Post hec tres galeas bene armatas cum Guidone Belle consule et cum 23 militibus Pisani consules miserunt in Provinciam in auxilium Pisanorum; quas ventus contrarius proiecit in Ilbam, et ibi unam navem Ianuensium et burgensium Panormi, venientem de Alexandria cum magno havere, die sancti Michaelis cepere; Sept. 29 et sic Pisas cum magno honore tertio Nonas Octubris rediere. Oct. 5.

Anno Domini 1166. Idus Septembris supradicti Pisani, qui in Provincia cum triginta et Sept. 13. una galea erant, cum Ianuensibus, qui erant cum 55 galeis, magnum bellum in terra iuxta Rodanum fecerunt, et gratia Dei Pisani vicerunt illos; de quo bello multi Ianuenses capti et interfecti sunt, et omnia menia eorum destruxere. Veniente denique Ianuensium consule de Ianua* cum tribus galeis et infinita pecunia, stolum Ianuensium retro usque ad Arlim *fol. 54. pro certamine faciendo ingenti furore redire fecit; qui per 15 dies ibi steterunt, et bellum tanquam timidi iterum facere recusaverunt. Paucis autem diebus postea Ianuenses Ianuam cum mala fama et tristitia, a Pisanis separati et devicti, 10. Kal. Novembris reversi sunt. Oct. 23. Pisani vero, audientes quod Ianuenses de Arli recessissent, galeas viriliter armaverunt; et post illos cum victoria redeuntes, super insulas Sancti Honorati furore iraque maximi venti et terribilis, nocte 4. Kal. Novembris, in alto pelago astracti sunt quod terram amplicare non potuerunt. Et eadem nocte atque sequenti die tanta fuit maris tempestas et venti Oct. 29.

a) nonus *cod.* 52) Ottobonus; cfr. Oberti Annal. supra T. XVIII, 64. 65. 53) i. e. mercatus.

1166. contrarii, ut ex triginta una galeis viginti vix servari potuerunt; relique merse naufragium sunt passe, Dei et non hominum iudicio; quasdam in Sardineam, quasdam in Corsicam vel Bugeam pertulerunt; quedam alia galea de Porta Aurea Gigerim applicuit, cuius galee homines capti pro piratis ducti sunt ad Bugeam[54], et omnes preter quattuor parvulos et viginti alios, quos fortuna liberavit, truncati sunt; alie vero 19, nescientes de aliis quid[a] inde
Nov. 11. esset, infra undecim dies Novembris Pisas cum triumpho de inimicis rediere.

Anno Domini 1167, indictione 14, consules 17 intraverunt supra 36 milia librarum debiti, et eodem anno 47 galeas armaverunt. Eodem tempore Ianuenses, cum cogitarent Pisanos cives non posse cum eis in mare[b], propter 12 galeas de Provincia redeuntes que Dei iudicio perierunt, unam magnam navem in Arboream miserunt pro mercibus portandis, pro debito iudicis Arboree, quem tenebant in vinculis, solvendo. Pisani hec audientes, 5 galeas armaverunt, que cum una galea, in qua erat Coccus consul, legatus ad Bugeam
fol. 55. ad Ammiram Mumini[55], usque ad Arboream insimul navigaverunt, ibique supra scriptam
Mai. 23. navem honeratam cum 50 Ianuensibus 10. Kal. Iunii ceperunt. Coccus legatus navigavit versus Bugeam, alie 5 galee cum predicta nave redeuntes, aliam navem Ianuensium,
Mai. 22. venientem de Garbo, super Caput Albi 11. Kal. Iunii cepere; que naves plus octo milibus libris valuere; et sic Pisas cum honore et ingenti laude ac triumpho rediere.

Anno Domini 1167. in mense Iunii Ianuenses hec omnia audientes, pro dolore magno navis capte in Arboream 9 galeas velociter armaverunt et usque ad Callarim eas miserunt, et securitates cum iudice Petro contra Pisanos fecerunt. Pisani hec audientes, 17 galeas cum duobus consulibus, scilicet Feriolo et Vettulario, festinanter armavere et post eas direxerunt, et Ianuensium predictas galeas in coste de Callari revertentes eminus viderunt; quas Pisani in fugam converterunt, et Ianuenses pre timore usque Ianuam fugiere. Interea Pisanorum galee naviculam quandam venientem de Sicilia ceperunt. Consules autem predicti hoc peracto cum galeis ad iudicem Petrum iverunt; qui consules non recepit, nisi regnum ei concederent: quod si regnum ei concedere voluisset, voluntati eorum acquievisset; et sic Pisas cum victoria de inimicis fugatis redierunt. Eodem tempore exeunte Iunio Pisani ad Ianuenses legatos pro pace facienda miserunt, et cum Ianuensibus ad Portum Veneris convenerunt atque ab eis pacem petierunt; qui facere recusaverunt. Pisani, audientes, quod pacem cum Ianuensibus habere non poterant, paucis diebus postea Guido quondam Fornarii et Bulgarinus Anfossi duas galeas suas repente armaverunt, que in Caput Corsi unum Ianuensium galeotum cepere; deinde navigarunt in Provinciam, et duos Ianuensium galeo-
*fol. 56. tos cum havere ceperunt, et unam magnam navem *venientem de Garbo super Linguellam prendiderunt; que omnia plus 5 milibus libris valuere. Et sic Pisas cum nave et havere
Iul. 22. et Ianuensibus triginta duobus 11. Kal. Augusti rediere. Ianuenses, audientes hec, septem galeas festinanter armavere et pro defendenda nave ac Pisanorum galeis impediendis usque Caprariam venerunt, quod minime facere potuerunt. Interea Pisani, videntes victoriam duarum predictarum galearum, et maxime quia pacem habere non poterant, 17 galeas repente armaverunt, de quibus septem obviaverunt predictis septem Ianuensium galeis ad
Iul. 25. caput Sancti Mannati de Ilba; et die sancti Iacobi, que est 8. Kal. Augusti, solum septem predicte Pisanorum galee cum predictis septem Ianuensium galeis bellum magnum fecerunt, et gratia Dei Pisani vicerunt illos, ac duas Ianuensium galeas cepere nec non alias quinque infugaverunt, et ex eis gladio occiderunt ac in mari ex eis demersi necati sunt, et quam plures sunt vulnerati. Sic itaque cum honore et victoria cum duobus iam dictis galeis et
Iul. 28. 320 Ianuensibus Pisas 5. Kal. Augusti rediere. De reliquis autem decem predictis galeis quinque navigarunt usque Usturam et quam plures Romanorum naves cum multo here[c] cepere, et sic cum honore et havere Pisas rediere. Alie quinque iverunt in Provinciam, et ultra 11 naves inter magnas et parvas et galeotos prendidere, quas omnes igne consumpsere ac in profundum maris demersere; et sic cum 40 Ianuensibus et duobus milibus quingen-
Aug. 4 tisque librarum boni heris Pisas cum triumpho et letitia magna pridie Nonas[d] Augusti rediere.

Anno Domini 1167, indictione 14, cum Ianuenses audissent de victoria, quam septem Pisanorum galee in suas fecerant, et de 5 galeis, que navigarunt in Provinciam, quod magnum damnum eis dederant, hac contumelia et dolore vehementer moti, repente de

a) qd *cod.* b) *supplendum* certare. c) *i. e.* aere d) nonus *cod.*

54) Bugia orientem versus ab Algier oppido sita est. 55) i. e. Emir al Mumenin, soldanus.

nobilioribus et fortioribus[a] Ianue 6 galeas, in quibus fuit Balduvinus Guercius, armaverunt. 1167. Predictis 6 galeis euntibus in Ilbam, unam Ianuensium galeam de Corso venientem invenerunt, *fol. 57. et eam secum navigare rogaverunt; quas septem venientes super Vadam, sex Pisanorum galee, que ad corsum faciendum se ibidem preparaverant, in fugam converterunt. Alia quadam in Castilione existente et fugam cernente, in earum predictarum sex galearum auxilio occurrit velociter. Quibus Ianuensium galeis fere 20 miliariis in alto pelago dolose fugientibus, tandem Balduinus Guercius cum suis, fremens ad bellum faciendum cum septem Pisanorum galeis, conversus est. Septem singule Pisanorum galee, prora ad proram Ianuensium galeas percutientes, congresse sunt; cumque diu utrique dubia sorte prelia-rentur, et ab utraque parte mortui et vulnerati essent, tandem Pisanorum septem galee gratia et virtute Dei Ianuenses illos vicerunt et duas meliores ex eis, in quarum una fuit Balduvinus Guercius cum melioribus Ianue, retinuerunt, et ex eis quam plures occiderunt gladio, et reliquas quinque infugaverunt. Sic Pisas 12. Kal. Septembris redierunt. Aug 21.

Anno Domini 1167. in mense Augusti Pisani, audientes quod septem Saracenorum galee de Denia venissent in eorum districtu et maria infestarent, quam citius 17 galeas armaverunt et post eas usque ad Civitatem Veterem[56] viriliter navigaverunt. Cumque Saracenorum galeas non invenissent, Civitatis Veteris castrum, uno fere die fortiter pugnando, pro honore imperatoris Frederici[a] 5. Idus Septembris ceperunt; postea per totam Maritimam Sept 9. Romanorum usque ad Terramcinam[57] multas Romanorum naves et havere prendiderunt, et sic Pisas rediere.

Anno Domini 1167, indictione 15, in mense Octubris, cum Ianuenses magnum dannum in rebus et personis propter guerram Pisanorum haberent, securitates et pacta cum Lucensibus[b], ut se contra Pisanos* adiuvarent; qui per mare portare Lucenses sicut Ianuenses promisere, *fol. 58. et duas domos in castro Portus Veneris et turrem de Motrone suis sumptibus facere ac levare, et libras mille Lucensibus dare convenerunt. Lucenses propter odium, quod habebant in Pisanos, cum Ianuensibus conventum et pacem fecerunt, et adiutorium contra Pisanos dare promiserunt, et usque in 24 annos non facere pacem cum Pisanis, nisi utriusque consensu. Ad quam etiam coniurationem Lucenses omnes civitates Tuscie faciendam contra Pisanos invitaverunt; que omnes facere recusaverunt.

Anno Domini 1167. Coccus consul legatus pridie Nonas Madii ivit cum una galea Mo- Mai. 6. relli ad Ammiram Mumini pro facienda pace cum eo et inveniendis et recuperandis hominibus predictarum 12 galearum; et pacem toto tempore vite sue cum eo firmavit, et dona magna ei dedit, et fondacum in Subilia Pisanis habere concessit, et alia ad honorem Pisanorum pertinentia per totam suam terram largitus est. Predictarum vero galearum homines nullos invenit preter viginti quattuor supradictos, quos recuperavit et secum reduxit. Qui 3. Idus Novembris Pisas reversus est. Tantus luctus virorum ac mulierum de hominibus Nov. 11. in duodecim galeis peremptis eo die publicus fuit, ut omnes cives a minimo usque ad maiores in propria plangerent domo. Consules vero altera die post planctum ad domum singulorum Nov. 12. peremptorum in galeis perrexerunt, et tantas eis pro honore rei publice mortuis laudes contulerunt, quantas nec alicui vivo unquam egerant; et planctum remanere iusserunt.

Anno Domini 1168, indictione 15, imperator Fredericus[a] Rainaldum cancellarium et 1167. archiepiscopum Colonie Pisas direxit; quem Pisani 8. Idus Martii honorifice receperunt, et per Mart. 8. octo dies eum tenuerunt; qui in Pisanorum parlamento fecit* iurare quendam capellanum *fol. 59. imperatoris, felicem exercitum ab imperatore faciendum in proxima estate versus Romam, Puliam, Siciliam et Calabriam, nisi iusto inpedimento remanserit. Postea vero Pisanorum consules eius precepto exercitum in proxima ventura estate versus Puliam, Siciliam et Calabriam facere iuravere, nisi per domnum imperatorem et iam dictum cancellarium, vel archiepiscopum Maghentinum[58], vel iusto impedimento remanserit. Preterea idem consules papam Pasqualem pro catholico tenere et ei tanquam catholico obedire, et omnes clericos Pisane urbis idem facere iurare, et archiepiscopum Villanum non recipere, nisi iam dicto pape obedire voluerit, et archiepiscopum eligere 12. Kal. Aprelis, ac domno Pasquali consecrari venturo proximo Mart. 21. die Iovis sancto, et Rolando, qui papa Alexander vocatur, non obedire, nec eum pro papa catholico tenere, sacrosanctis euangeliis tactis firmiter promisere. Archiepiscopus vero Villanus voluntati imperatoris et pape Pasqualis minime acquievit, immo penitus facere recusavit.

a) F. *cod.* b) *supplendum.* fecerunt.

56) Civitavecchia. 57) Terracinam. 58) Christianum.

1167. Anno Domini 1168. Pisanorum consules preceptis imperatoris et pape Pasqualis obedientes, Benencasam canonicum sancte Marie maioris ecclesie in archiepiscopum Mart. 25. honorifice 8. Kal. Aprilis elegerunt, qui ad predictum antistitem cum duobus consulibus, scilicet Benetto et Guidone Galli, et sapientibus clericis et laicis, honorifice perrexit; quem venerabilis Pasqualis cum cancellario et cardinalibus gloriose recepit, eidemque sabbato sancto Apr. 10 sacerdotii dignitatem donavit, et die lune proximiori post pasca in archiepiscopum Mai. 23. consecravit; et sic Pisas cum magno honore 10. Kal. Iunii reversus est.

fol. 60. Anno Domini 1168, indictione 15, Rainaldus cancellarius versus Civitatem Veterem profectus est, eamque rebellem cum ingenti exercitu obsedit; in qua erat Petrus Lato, inimicus imperii, cum 40 Romanis. Quam cum minime capere potuisset, nuntios suos ad Pisanorum consules, ut ei cum 4 galeis auxilium festinanter inpenderent, direxit. Consules itaque desiderium iam dicti cancellarii adimplere cupientes, 8 galeas cum Guidone de Mercato consule in eius adiutorium direxerunt. Cumque predicte galee iam dicte Civitati Veteri aplicuissent, statim pre timore Pisanorum predicto consuli et cancellario se rediderunt. Cancellarius itaque amore predicti Pisanorum consulis Petro Lato et ceteris qui cum eo erant Romanis vitam donavit, veruntamen eos in custodia retinuit; incolas autem predicte Civitatis Veteris salvos in personis et rebus, ad honorem et fidelitatem imperatoris atque Pisanorum eiusdem consulis[a] amore, sua pietate dimisit. De quo facto Pisani ab imperatore Mai. 18. et cancellario magnam laudem et honorem habuerunt. Hoc fuit in mense Madio, 15. Kal. Iunii. Deinde cum triumpho et honore atque victoria usque ad Tusculanum perrexit.

1167. Anno Domini 1168, indictione 15, in mense Madio cum Romani audissent, Civitatem Veterem a cancellario Rainaldo captam atque Petrum Latum, et quod totam terram Romagnie victoriose devastasset, et ad Tusculanum pervenisset: cum quadraginta milibus hominum inter milites et pedites super eum et Tusculanum devastandum venerunt. Predictus itaque cancellarius, hoc cernens, quod Romani Tusculanum devastare cepissent, die lune Mai. 29. post pentecosten, qui fuit 4. Kal. Iunii, cum Romanis bellum magnum fecit; cui[59] in bello Cristianus cancellarius in auxilium venit, propter victoriosum imperatorem Fredericum[b], *fol. 61. famulum suum, exaltandum*; illos Romanos rebelles vicerunt. De quo bello quattuor milia Romanorum interfecta sunt, et quinque milia capta, et vulnerati multi. Reliquos vero usque ad urbem Romam in fugam converterunt.

Iul. 22 Anno Domini 1168. imperator Fredericus[b] cum papa Pasquali venit Romam 11. Kal. Augusti apud ecclesiam sancti Petri apostoli, quam fortissimam turribus meniisque munitam invenit; eamque cum Romanis viriliter pugnando cepit, menia, turres et porticus et burgus basilice beati Petri usque ad castellum Crescenti destruxit, et de Romanis gloriose triumphavit. Post hec Transtiberini et maior pars Romanorum fidelitatem et precepta Aug. 1. imperatoris dolose et fraudulenter iuravere. Die autem Kal. Augusti Pasqualis papa in beati Petri basilica cum imperatore ac copiosa Romanorum multitudine cum ingenti gloria celebravit. Sed Oddo Fraiapane, qui Alexandrum papam contra voluntatem imperatoris in Cartularia manutenebat, filii Petri Lei atque Corsi, precepta et fidelitatem imperatoris iurare noluerunt. Imperator Fredericus[b] suum nuntium ad Pisanos direxit, rogans eos, ut sibi velocissime cum 7 galeis auxilium contra Romanos impenderent. Pisani vero, qui magnum stolum 50 galearum et 35 sagittariarum atque aliarum multarum navium, ac copiosam multitudinem virorum, armorum et victualium, magnificentissime ad honorem et servitium imperatoris et ipsorum Pisanorum faciendum versus Romam, Puliam, Siciliam et Calabriam preparaverant, — et dictus navalis exercitus intrante Augusto iter movere ceperat, — preceptis imperatoris obedientes, velociter 8 galeas Romam cum duobus consulibus, Teperto *fol. 62. Dodonis et Bulgarino Anffossi, et sapientibus Marzucco et* Rainerio Gaitani, et quam pluribus aliis miserunt. Audiens imperator, quod Pisani citissime venissent, gaudio magno exultavit. Prenominate autem 8 galee, navigantes per Tiberim versus Romam, villas et ecclesias devastarunt, et una galea de predictis cum consulibus et sapientibus usque ad Romeam ripam prope pontem cum vexillis multis erectis aplicuit. Romani videntes hec, pre timore magno ad pedes imperatoris se proiecerunt, et omnia precepta et guerram facere Oddoni[c] Fraiapane et suis sequacibus, et fidelitatem iuraverunt; et 400 obsides, quos imperator antea habere non poterat, ei dederunt; et 50 senatores ex precepto augusti constituerunt. His gestis imperator octo galeas cum gratiarum actione Pisas reverti iussit, et predictum navalem

a) consul *cod.* b) F. *cod.* c) Oddo *cod.*

59) scil. Rainaldo.

exercitum non venire usque ad adventum suum faciendum Pisas imperavit. Et sic 12. Kal. 1167. Aug. 21. Septembris cum letitia redierunt Pisas.

Anno Domini 1168, indictione 1, Pisani consules 16. Kal. Decembris miserunt legatos: Nov. 16. Bulgarinum Anffossi consulem, cum duobus sapientibus, Uguicione quondam Lanberti et Ildebrando Banbone, ad regem Sicilie pro pace tenenda cum eo; qui pacem sicut rex volebat, minime facere voluerunt.

Anno Domini 1168, indictione prima, a temporibus antiquis non fuit visum tam[a] deforme tempus nec tanta habundantia aque, quale fuit a medio Septembris usque ad pridie Sept. 15. Idus Novembris. Fuerunt enim eo tempore novem maxime aque inundationes Sarni flu- Nov. 12 minis, que maiorem partem ville de Putignano et arcus maximi pontis de Stagno destruxerunt, et eius magnas morellas lapideas inclinare fecerunt. E converso non fuit memoratum nec visum tam arridum tempus et glaciale, tanta haeris serenitas et tam crudele frigus, quale fuit a pridie Idus Novembris *usque ad 17. Kal. Februarii; quod tempus nubem *fol. 63. Nov. 12 —Ian. 16 plaidum, que est Idus Novembris, et nubem retrogradi, que est 6. Kal. Decembris, et nubem capitis geminorum, que est 11. Kal. Ianuarii, quas nubes filosophi evidenti ac pro- Nov. 13. Nov. 26. Dec. 22 babili[b] experimento pluviales esse periberunt, eo anno fallaces constituit.

Anno Domini 1168, indictione prima, mense Ianuarii flumen Arni tam fortissime fuit 1168. glaciatum, quod copiosa multitudo virorum ac mulierum desuper securissime comeabant et milites audacter super glaciem equitabant et iuvenes ludos tabularum et scaccorum et certamina magna libere fecerunt. Carri quoque fiducialiter transiebant et quam plures homines a Carraria Gonduli usque ad ecclesiam beati Mathei apostoli desuper abierunt. Duravitque glacies a sexto Idus Ianuarii usque ad duodecim dies. Eodem anno, die sancti Ian 8–20. Melciadis, qui est 4. Idus Ianuarii, fuit per totam civitatem Pisanam et Kinticam maximus Ian 10. terre motus cum mugito maximo et inaudito, de quo viri ac mulieres magnum timorem habuerunt.

Anno Domini 1168, indictione prima, Aimericus, Ierosolimitanorum rex, Sinibaldum 1168. virum prudentem Pisanis civibus direxit, qui civitatem Pisanam ingressus est 12. Kal. Fe- Ian. 21. bruarii. Qui ex parte regis Pisanis tanquam[c] amicis precipuis nuntiavit gloriosam victoriam, quam ei Deus dedit de Alexandria, in quam Saraccone, maior princeps Nuretdini, cum multitudine Saracenorum intraverat contra voluntatem Meloni Babillonis, ad eam manu tenendam. In cuius Alexandrine civitatis obsidione Pisani viriliter in auxilium iam dicti regis miserunt Burgensem consulem cum 10 galeis, et castella et varia menia machinasque circa ipsam civitatem fecerunt, eamque super alias gentes fortius expugnaverunt. Alexandrini vero, videntes quod *potentie regis resistere non poterant, se et civitatem *fol. 64. ipsi regi mense Augusto reddiderunt, Saraccone de civitate fugiente, et predicto regi pecuniam infinitam dederunt. Unde Pisani magnam laudem per totam terram Egypti et Surie super omnes gentes habuere. Rex autem Melone[d] Babillonie magnam partem diricture, quam Pisani soliti erant in Alexandria et Babillonia dare, Pisanis donavit. Preterea predictus rex multas possessiones et domos per totam suam terram Pisanis pro iam dicto servitio largitus est. Quapropter prenominatus rex cum tota sua terra Pisanos multum exorans, ut ipsi pro honore christiane fidei auxilium Ierosolimitane civitatis, que est caput christianitatis, impendant. Soldanus enim Persarum et Nuritdinus nec non Saraccone fremunt et minantur venire cum multitudine Saracenorum, ac obsidere Ierosolimam urbem, egregiam[e] Alexandriam ac Babillonem. Sin autem facere non potuerunt propter guerram, quam habent, omnes qui Ierosolimam ire pro adiutorio et servitio Dei voluerint, Pisanos ut in suis navibus transferant, modis omnibus flagitat[f]. Pisani vero auxilia, si pacem habere potuerint, promiserunt; et sic ad imperatorem Fredericum[g] et regem Francorum atque regem Anglicorum predictus Sinibaldus legatus, ut predicte urbi subveniant, profectus est.

Anno Domini 1168, indictione prima, Pisani cives 11 galeas armaverunt, que iverunt in Provinciam; et Bulgarinus Anffossi cum novem galeis pro capiendis Ianuensibus et pro eisdem dampnum inferendo in Garbum navigavit, que novem nullum Ianuensium ceperunt nec dampnum eis intulerunt, quia eos non invenerunt. Undecim vero, que in Provincia navigarunt, dampnum in havere et navibus usque ad Gradum Mergurii Ianuensibus fecerunt, ibique se separaverunt, 7 ibidem remanentibus, quattuor vero alie ad fauces Addi

a) tan *cod.* b) probali *cod.* c) taquam *cod.* d) molene *cod.* e) egregia *cod.* f) flagità *cod.* g) F. *cod.*

*fol. 65. *pro parandis necessariis iverunt. Ianuenses autem hec audientes, repente 15 galeas armaverunt et usque ad Gradum Mergurii navigaverunt, ibique 7 predictas Pisanorum galeas in alto pelago infugaverunt, quibus nichil lesionis facere potuerunt. Ianuenses considerantes quod nullum detrimentum Pisanis facere potuissent, se ad terram quam citius contulerunt, et usque ad Addi noctu caute navigaverunt, ibique 4 predictas Pisanorum galeas,
Apr. 23. hominibus in eis dormientibus et nichil sentientibus, cum magno fremitu 9. Kal. Madii ceperunt, et sic per totam Provinciam usque Ianuam redierunt. Eodem vero anno due Pisanorum galee super Saonam navigaverunt, quas Pisanorum galeas due Saonensium galeae[a] bene armate cum alia veniente de Ianua infugarunt, et unam galeam Pisanorum de
Aug. 29. iamdictis duabus velum collantem 4. Kal. Septembris ceperunt; alia evasit.

1168. Mai. 15. Anno Domini 1168.[b], indictione prima, Lucenses Pisanis guerram Idus Madii facere inceperunt, sicut Ianuensibus sacramento promiserunt; et eodem die maiorem partem Cose
Mai. 16. igne cremaverunt. Postea vero, 17. Kal. Iunii, Lucenses bene parati militum, peditum et sagittariorum[c], venerunt ad castrum dictum de Asciano, et castrum fortiter pugnaverunt. Pisani autem male ordinati et increduli ad defendendum castrum properaverunt[d], et cum paucis militibus et peditibus Lucenses in fugam converterunt et ex eis multi ceciderunt, de quibus aliquantuli militum et peditum capti fuerunt. Videntes Lucenses quod pauci eos infugassent, ad bellum viriliter conversi Pisanos usque ad castrum et ultra in fugam converterunt, et de eis 20 meliores milites et maiores natu et 39 pedites ceperunt; et sic Lu-
*fol. 66. Iul. 17. censes cum magno *honore Lucam rediere. Post hec 16. Kal. Augusti Lucenses 12 de maioribus et fortioribus, scilicet Lanbertum Maiorem, Sigerium Gualandi, Bulgarinum quondam Uguicionis Beriti, Gerardum Barattulam filium Ugonis Hodierne, Bonaccursum quondam Marignani Alabarba, Ugolinum filium Baldicionis Digrignati, Lanbertuccium nepotem Battepalee, atque Ubertum quondam Sicerii Carbonis filium Bonaccursi de via maiore, et Silvanum, ac filium Petri Altilie, Ianuensium consulibus dedere, qui Ianuam pro captivis duxerunt et eos in custodia retinuerunt. Unde Lucenses malam famam per totam Tusciam habuere, quia Pisanos captos in aliam provinciam transmiserunt.

60 Anno Domini 1168, indictione prima, in mense Iunii, cum Phylippus[60] cancellarius imperatoris Frederici[e] esset Luce, et Lucensium et Ianuensium consules rogaret, ut ei ducatum amore et fidelitate[f] imperatoris usque in Provinciam prestarent, et ut auxilium de hoc ei inpenderent multis precibus flagitaret — timebat enim ire per partes Lonbardie, eo quod rebellis facta erat imperatori — quod facere recusaverunt propter amorem civitatum Lonbardie. Cancellarius vero, de predictorum auxilio diffidens, a Pisanorum consulibus suffragium dilectione imperatoris postulavit; qui servitium honorifice facere promiserunt; et sic Pisas venit. Consules quidem Pisani 7 galeas ad malam voluntatem Lucensium ac Ianuensium preparaverunt, et Bargiachinus cancellarium cum centum viginti Teutonicis[g] inter dominos et fideles in predictis 7 galeis, quibus iam dictus Bargiakinus preerat, gaudenter usque in Provinciam ad locum dictum Frigioli honorifice transportavit. Cancellarius itaque ingentes gratias Bargiakino[h] et ceteris Pisanis referens, cum magno amore se a predictis Pisanis separavit, et cum honore profectus est ad imperatorem[61].
*fol. 67. *Predicte autem galee intrante Iulio cum gaudio magno rediere.

Oct. Anno Domini 1169. in mense Octubris Pisani pro securitate et compagnia, quam Ianuenses cum Lucensibus fecerant, compagniam et securitatem firmaverunt cum illis de Vallechia et Versiliensibus, et maxima parte Garfaniensibus, pro guerra facienda cum Lucensibus; et Pisani cives debent eis dare libras 5 milia et expensam. Sequenti anno Ugo de Monte magno similiter compagniam cum Pisanis sacramento firmavit et guerram Lucensibus facere promisit, et Pisani debent ei dare libras 500 et expensam.

Anno Domini 1169, indictione secunda, Aimericus rex Ierosolimitanorum audiens, quod Saraccone cum magno exercitu ad capiendam Babillonem et Alexandriam veniret, cum ingenti exercitu, in quo Pisani cum galeis et quibusdam militibus et sagittariis honorifice interfuerunt, mense Octubris contra eum ivit, et Balbesem et Tenesem civitates ditissimas cepit, ex quibus infinita spolia habuit. Rex autem, sciens quod Saraccone cum toto exercitu Alexandriam intrasset, Ierosolimam reversus est.

a) galeas *cod.* b) 1169. *cod.* c) *supplendum* copia. d) proparaverunt *cod.* e) F. *cod.* f) filitate *cod.* g) teutonios *cod.* h) bargiakin[9] *cod.*

60) de Heinsberg, archiepiscopus Coloniensis. 61) Philippus d. 15. Augusti Coloniam reversus est; cfr. Annal. Colon. max. s. a. 1168.

Anno Domini 1169. a temporibus Sodome et Gomorre non fuerunt tam miranda et 1169. stupenda miracula, qualia evenerunt in insula Sicilie. Pridie namque Nonas[a] Februarii, Febr. 4. vigilia sancte Agathe, Captania[62] civitas a terre motu usque ad fundamenta subversa est, et non remansit ex ea nec masculus nec femina. Lintini[63] inter duos montes repente clausa est, et quedam pars Saracose civitatis predicto terre motu periit, et a predicta Captania usque ad Plassa[64] undecim inter civitates et castella et villas cum multis hominibus in via et agro oppressis a iam dicto terre motu perierunt. Et Farum de Messina 20 palmis funditus siccatum est; postea *vero cum fortuna in locum suum reversum est. *fol. 68.

Anno Domini 1169, indictione secunda, Tancredus vicecomes castrum de Agnano, pecunia a Lucensibus sibi conventa, scelleratissime Lucensibus ipso die Kal. Marthii tradidit Mart. 1. et eos intromisit. Pisani vero hec audientes, dolore magno commoti, secundo die, qui fuit dominicus dies carnelevaris, ad castrum iverunt, et pugnando castrum et muros iam destruendo Lucenses cum maximo exercitu militum, peditum et sagittariorum, cum magno impetu in Pisanos irruerunt, et pugnando eos de monte expulerunt, et usque ad silicem dictam de Mesano Pisanos in fugam converterunt, et 17 milites Pisanorum et 27 pedites ceperunt. Pisani vero de Lucensibus 11 milites et 15 pedites prendiderunt.

Anno Domini 1170, indictione secunda, Pisani pro dolore et superbia Lucensium et facto Tancredi, proditoris de castro de Agnano, duos magnos exercitus[b] militum, peditum et sagittariorum fecerunt, unum in Versilia ad obsidionem castri de Corvaria, in quo exercitu fuerunt Pisani milites centum de melioribus et pedites atque edificatores, nec non copiosa multitudo Versiliensium et Garfaniensium cum capitaneis eorum; cui exercitui Guido de Mercato Pisanorum consul prefuit. Omnesque ad expensam Pisani comunis ad iam dictam obsidionem steterunt per unum mensem cum manganis et edificiis. Lucenses autem audientes quod castrum de Corvaria se defendere non poterat, cum exercitu magno 9. Kal. Madii in auxilium dicti castri profecti sunt, et per triduum bellum cum exercitu[c] Apr. 23. Pisanorum facere recusaverunt. Interea Pisani, hec audientes, cum alio prenominato exercitu et cum comite Ildebrandino ad obsidionem castelli de Agnano 7. Kal. Madii *iverunt, Apr. 25. *fol. 69. et cum manganis in circuitu obsederunt. Lucenses vero videntes quod predicta castra a Pisanis defendere non poterant, pacem per triduum cum religiosis personis, videlicet episcopo de Castello, priore Sancti Frigiani de Luca, et domino hospitalis de Trepascio, quos secum duxerant ad dictum castrum de Corvaria, fraudulenter et dolose petierunt; et sic consul Lucensium cum consule Ianuensium, et predictus consul Pisanorum cum duobus sapientibus, per civitatem pacem sicut ordinata erat iuraverunt. Quam pacem postea minime Lucenses ac Ianuenses facere voluerunt.

Anno Domini 1170, indictione secunda, 6. Kal. Iulii miserunt Pisani consules Gerardum Iun. 26. Cortevekie consulem legatum ad regem Sicilie in una galea cum duobus sapientibus, scilicet Gerardo Barattule et Guidone Galli, pro pace facienda; quos rex Sicilie cum honore magno recepit, et pacem honorifice cum eis perpetuo firmavit.

Anno Domini 1171, indictione 3, Pisani consules miserunt Caronem consulem et socium cum una galea legatum in Sardineam pro concordia facienda cum iudicibus et Sardis, cum duobus sapientibus, Turchiarello, legis doctore[d], et Guidone Barbette. Qui cum devenissent ad Plumbinum, videntes unam galeam Ianuensium ducentem navem Pisanorum, quam ceperant, in eam viriliter pro eorum nave defendenda et pro bello cum ea faciendo impetum fecerunt. Ianuenses vero, cum alias duas galeas ad insidias caute posuissent, predictam consulis galeam usque ad Ilbam infugaverunt, eamque ibi 3. Kal. Iunii cum pre- Mai. 30. dicto consule et Turchiarello et Tomasio quondam Uberti Sigerii et aliis ceperunt.

Anno Domini 1171. Bulgarinus Anffossi et Morellus Guido Fornarii et Ugo Laggii cum 4 galeis super Ianuenses in Sardineam navigaverunt, et decem Ianuensium naves ceperunt; *de quibus quinque naves vigilia sancti Iohannis baptiste igne cremaverunt, et alias *fol. 70. Iun. 23. quinque mercibus honeratas Pisas duxerunt.

Anno Domini 1171, indictione 3. A temporibus Dathan et Abiron et Sodome et Gomorre non fuerunt tam miranda et stupenda prodigia, qualia evenerunt in terra Ierosolimitana. Civitas Tripuli cum magna ecclesia dedicata ad honorem beate virginis Marie, cum toto populo, et medietas civitatis Antiochie cum ecclesia beati Petri apostoli, in qua

a) nonus *cod.* b) exexercitu *cod.* c) exercitum *cod.* d) doctor *cod.*

62) Catania. 63) Lentina, antiquitus Leontini vocata. 64) Pallazola, prope Syracusas sita?

1171. cathedra eius fuit, et cum aliquantis villis et castellis predictarum civitatum, ipsa sollempnitate
Iun. 29. sancti Petri, que est 3. Kal. Iulii, a terre motu subverse sunt. De quo terre motu 40 milia
hominum christianorum et ultra perierunt, et bestie multe. Similiter eodem die Alap,
Cesaria, Emma, civitates magne Saracenorum, cum parte villarum et castrorum earum,
et Uringa castrum magnum, a terre motu subverse sunt. De quo terre motu 200 milia
Saracenorum et ultra perierunt.

Anno Domini 1171. in mense Septembris Gallus Taliapagani et Sigerius Sismundini
cum duabus galeis iverunt in Sardineam super Ianuenses. Illis autem super Arboream
navigantibus, unam navem Ianuensium ceperunt et duas alias, et sic Pisas redierunt.
Eodem anno indictione 4. in mense Novembris Henricus Giracecina et Bellomo et Corcio-
linus cum tribus galeis in Sardineam super Ianuenses iverunt, et unam navem venientem
de Ianua ceperunt, et unam aliam Ianuensium et Lucensium venientem de Sicilia.

Anno Domini 1171, indictione 4, in mense Novembris Pisanorum consules, scilicet
Guittone vicecomes, Sigerius Malpii, Sigerius quondam Illdebrandi vicecomitis, Ardecasa,
*fol. 71. Vitalis Gatteblance, Pane *et Porro, Ubertus quondam Sigerii Carbonis, Malpilius Archi-
diaconi, Guinithellus quondam Sismundi, fecerunt exercitum magnum militum, peditum
et sagittariorum; in quo exercitu fuerunt milites fere duo milia. Qui exercitus de Pisana
urbe super castrum Lucensium et Ianuensium positum in litore maris prope Motronem et
Nov. 17 ipsum castrum dictum Motrone, 15. Kal. Decembris egressus est, et ultra caput Cavalli in
litore maris Pisani papiliones et tentoria posuerunt. Lucenses vero, hec audientes, cum
magno exercitu militum, peditum, et cum copiosa multitudine sagittariorum, pro predicto
castro defendendo et bello faciendo ad turrem ligneam, positam super viam dictam reg-
giam, venerunt; que turris satis fortissima et tutissima natura loci erat. Et ab inde usque
ad litus maris Lucenses cum magno vigore castra metati sunt. Interea consules Florentini
et alie religiose persone pro componenda pace et concordia inter utramque urbem facienda
se interposuerunt, et de ea facienda per quattuor dies tractaverunt. Sed Lucensibus de
victoria confidentibus pax displicuit. Pisani autem de pace diffidentes[a] se ad bellum pre-
paraverunt, et in tres acies exercitum diviserunt. In prima acie fuerunt pedites omnes et
sagittarii et milites octingenti, et sex castella lignea fortissima, quorum unumquodque quat-
tuor curribus deferebatur; in qua acie comes Ildebrandinus miles signifer et capitaneus
extitit, et Sigerius quondam[b] Uguicionelli Gualandi, miles probatissimus, similiter signifer
fuit. In qua acie comes Albertus de Prata, miles fortissimus, interfuit. In secunda vero
*fol. 72. acie Ugobelle, miles egregius, vexillifer fuit; in qua fuerunt milites *700, inter quos fuit
comes Gerardus vir equestris, et Rainerius comes, et Ugo comes, et comes Tedicius de
Bizerno, et Uguicio et Tegrimus, comites de Cornino. In tertia quidem acie Henricus Canis,
miles strenuissimus, similiter vexillifer[c] fuit; in qua fuerunt milites 500, inter quos fuit
nobilis militia episcopi Vulterrani. Nunquam adhuc Tuscie copie in unum, neque maiores,
neque melioribus ducibus atque militibus, convenerant. Uno itaque concursu utreque acies
Pisanorum et Lucensium ingenti contentione dimicaverunt. Cumque dubia sorte utrique
Nov. 26. preliarentur, tandem virtute Dei, qui exaltat humiles et deponit superbos, Pisani 6. Kal.
Decembris, qui fuit die Iovis, de Lucensibus et Ianuensibus gloriosam meruerunt victoriam,
illos vicerunt et in fugam usque ad predictam turrem ligneam converterunt. De quibus
fuerunt capti milites plus 300, pedites ultra 700, cum tribus consulibus. Multi plures Lu-
censes capti fuissent, nisi se Pisanos magnis vocibus in prelio aclamassent. Multi vulne-
rati, occisi quam plures, in paludibus perierunt multi; dextrarios amiserunt fere mille; inter
ronsinos et mulos perdiderunt ultra mille, et innumerosa multitudo asinorum a civibus Pisa-
norum capta fuit. Vexilla, scuta, loricas et arma quam plura, papiliones, tentoria omnia et
castra, et spolia omnia Lucensium victoriosi Pisani ceperunt. Nec dubium est, ultimum illum
diem Lucane civitatis fuisse, si Pisani ad Lucenses devictos et infugatos capientes divertis-
sent. Eodem vero die belli Ianuenses cum una galea, videntes victoriam quam Pisani habue-
runt, cum magna tristitia abierunt. Altera vero die predictam turrem ligneam[d] prae ......*

* *Hic excidit folium primum quaternionis decimi, sive paginae 73 et 73; lacuna tamen ex compilatione Mi-*
Nov. 27. *chaelis de Vico compleri potest, qui haec exhibet (Muratori VI, 184, vers. 19 a. fin. sqq.):* Altera vero
die Pisani praedictam turrim ligneam] ceperunt, et mortuos Lucanos et arma et spolia multa
Nov. 28. de silvis et paludibus abstraxerunt. Tertia autem die, quae fuit quarto Kalendas Decembris,
ad castrum de Motrone iverunt cum manganis, gattis, castellis ligneis et petreriis, et illud in

a) confidentes *cod.* b) quodam *cod.* c) vexifer *cod.* d) *syllabas* am prae *in margine fol. 72' scriba annotavit*

recinctu obsederunt et per dies quatuor cum praedictis et aliis machinis ipsum viriliter oppugnaverunt. 1171. Quod castrum in litore maris erat fossa vallatum et quadratum, et per unumquemque angulum turrim habebat tutissimam. In medio autem turris erat sexaginta cubitorum fortis, pugnatores octoginta in ea cum viginti balistris. Cumque diu pugnatum esset, illi se non valentes tenere, videntes murum a gatto foratum et a manganis turrim, quarto Nonas Decembris se reddiderunt Pisanis, et illud triduo usque ad fundamenta destruxerunt Dec. 2. et ita solo coaequaverunt. Ianuenses autem post bellum factum ad castrum cum quinque galeis venerunt, et cernentes destructum castrum cum duplicata tristitia recesserunt. Et redeuntes Pisani, turrim suprascriptam ligneam combusserunt. Numquam quippe ab annis centum et ultra visum est vel auditum tam campestre et ordinatum bellum, quale Pisani cum Lucensibus habuerunt; nec talis victoria visa fuit vel audita, quam bellicosi Pisani sunt de Ianuensibus et Lucensibus consecuti. Unde Pisas cum laude et gloria triumphanter pridie Nonas Decembris redierunt, iubilantibus vocibus decantantes: *Non nobis Domine, non nobis,* Dec. 4. *sed nomini tuo sit gloria per infinita secula seculorum. Amen.*

Eodem anno post praedictam victoriam Pisani et Vallechienses et Garfagnini per sex menses taliter obsederunt Roccham de Corvaria, quod ad plus per dies octo se tenere non poterat. *etc.*

*victoriosum bellum a Pisanis contra Lucenses apud viam regiam factum, Rocche de Corvaria *fol. 74. a nobilissimis et bellicosissimis Pisanis et a Versiliensibus et Vallechiensibus et Garfaniensibus per sex menses cum magno vigore et districte obsesse sunt, ita quod nulla victualia inimici eorum potentia intromittere poterant; ante enim octo dies essentcapte vel reddite Pisanis. Lucenses et Ianuenses, scientes quod per suas vires ad arces succurrere[a] non poterant, consilium malignantium habuerunt, et[a*] quod suis viribus agere nequiverunt, pecunia et scellere et periurio illorum de Vallechia et Versilia et de Garfagnana contra se ipsos et Pisanos scelleratissime adimpleverunt. Sed illa avaritia que captivavit Iudam, captivavit illos iniquos proditores de Versilia et Vallechia, exceptis Gerardo de Vallechia nobili milite, qui in fide stetit et Pisas cum uxore et filiis et familia venit habitare, P. Corso et filiis Veltri et quibusdam de Garfagnana. Recte quidem Versilienses dicti sunt, quasi vertibiles; omnia enim vertunt et convertunt, et credunt pretio honesta fore. Huius autem traditionis scelleris et periurii capitanei fuerunt Ramundinus quondam Guilielmi de Garfagnana iudex, Parente et Bonone cum filiis de Vallechia. Tale namque factum a seculo non fuit auditum, quoniam ipsi qui vicerant suos inimicos, se victos victis inimicis reddiderunt. Pisani autem qui ibi aderant, milites et pedites et sagittarii cum edificatoribus, pridie Kal. Madii redierunt. Apr. 30.

Anno Domini 1172. Lucenses et Ianuenses pro dedecore et dolore, quem habuerunt de castro de Motrone funditus destructo a Pisanis, unam turrem in *litore maris ad viam *fol 75. dictam[b] regiam mense Madii construere inceperunt. Lucenses et Ianuenses pro dolore castri de Motrone, et victoria et triumpho quem Deus Pisanis dederat, magnum exercitum terra et mari militum et peditum magniloquis linguis per iniuriosa et alta verba super Pisanos indixerunt. Ianuenses enim a Barcellona usque in Lonbardiam auxilium petierunt et 4 milia militum Lucensibus dare promiserunt; et Lucenses debebant habere similiter 4 milia, et totum[c] Pisanum comitatum destruere et castrum de Ripafracta obsidere cominabantur. Et iamdicti Ianuenses navalem exercitum magnum facere fremuerunt, et totam Maritimam Pisanorum vastare vanis vocibus minati sunt; unde nichil fecerunt, et defecerunt, ut psalmista Ps. 63, 6. ait, *scrutantes scrutatione.* Lucenses vero et Ianuenses omni predicto auxilio destituti ad civitates demum Tuscie iverunt, existimantes illas pecunia fore corrumpendas, et ab eis adiutorium contra Pisanos petierunt. Comes itaque Guido et Senensium civitas et Pistorium cum Lucensibus et Ianuensibus super Pisanos esse magnis securitatibus promiserunt, et Florentinos in securitatem similiter receperunt. Sed Lucenses illos propter securitates comitis Guidonis, que sibi adversabantur, dimiserunt. Pisani autem hec considerantes consilium habuerunt, et cum Florentinis pacis fedus et conpagniam conposuerunt, et guerram omnibus inimicis Florentie, et Florentini omnibus inimicis similiter Pisanorum, usque ad 40 annos multis pollicitationibus undique factis firmaverunt. Et Pisani eis dederunt medietatem Lucane monete et duas domos super pontem Arni et aliam domum in civitate ad honorem *et salvamentum utriusque urbis, *fol. 76. et ipsos Florentinos sicut Pisanos per mare portare et salvare. Predicta autem pax et conpagnia Pisanorum et Florentinorum conposita fuit mense Iulii; et sic Pisani eodem anno terram et totum comitatum et mare cum vigore tenuerunt.

Anno Domini 1172, indictione 4, Pisani tres galeas armaverunt, quarum gomites fuerunt Guido Fornarii et Rubeus de Burgo et Ugo Laggius; que per districtum Ianuensium

a) succurre *cod.* a*) ut *cod.* b) dicta *cod.* c) toto *cod.*

1172 navigaverunt, et multas naves minimas et magnas ceperunt, et quasdam ex his igne cremaverunt. Illis venientibus super Gradus, duas magnas naves prehendiderunt; unam combusserunt, aliam missis ibidem quibusdam marinariis Pisas direxerunt. Et sic Pisas cum honore et quibusdam Ianuensibus, predicta nave in alto pelago dimissa, redierunt.

Anno Domini 1172, indictione 4, nobiles viri de conpagnia Deciauriera dicta, unam galeam viriliter armaverunt et prope Ianuam navigaverunt, et naviculam unam venientem de Corsica ceperunt. Morantibus illis super portum Dalfini, per quendam Bussum, quem prehendiderant, Ianuensibus nuntiaverunt dicentes, se bellum cum una eorum galea melius et fortius, quam ab eis armari potuisset[a], facere velle; sed Ianuensibus bellum displicuit. Navigantibus illis super Ilbam, unam galeam Ianuensium bis infugaverunt; illis vero redeuntibus de partibus Gaete, magnam predictam navem, quam predicte tres galee ceperant, invenerunt, et ei auxilium illa rogante prebuerunt. Navigantibus illis super Porcos, due galee Ianuensium prope auroram impetum super eos fecerunt et cum eis viriliter pugna-
* fol. 77. verunt; tandem virtute Dei *Pisani ipsa die decollationis sancti Iohannis baptiste, que est[65]
Aug. 29. 3. Kal. Septembris, ipsos Ianuenses vicerunt, et unam galeam Ianuensium de iam dictis duabus galeis cum hominibus prehendiderunt et navem ab eis cum magno vigore defen-
Sept. 1. derunt; et sic Pisas ipso die Kal. Septembris cum honore redierunt.

Anno Domini 1172, indictione 5, Pisani tres galeas armaverunt, quarum capitanei et gomites Gallus Taliapagani et Iacobus quondam Rambotti Cerini et Albergus Pasce Mosca fuerunt. Et usque in Sardineam navigaverunt, et duas naves Ianuensium super caput Albi in alto pelago viderunt, unam de Callari et aliam venientem de Bugea; ad quas viriliter iverunt et eos fortiter pugnando prehendiderunt; que naves plus 4 milibus librarum va-
Oct. 25. luerunt. Et sic Pisas cum navibus et havere et quinquaginta Ianuensibus 8. Kal. Novembris redierunt.

Anno Domini 1172, indictioni 5, legati, videlicet Albertus quondam Bulsi consul, Burgundius iuris prudentissimus atque Marcus comes, quos Pisani ad imperatorem Constantinopolitanum mandaverant, — quos imperator cum magno honore recepit et eis antiquum pactum et conventum, quod fuerat inter patrem ipsius et Pisanos, complevit et firmavit, et Pisanos quos de Constantinopoli expulerat, in Constantinopoli honorifice remeare fecit, et scalas quas Pisani ibi habebant in melius reformatas Pisanis restituit, et sollemne totum, quod per quindecim annos tenuerat, prefatis legatis in integrum restituit: quod sollempne erat bizantii 500 et pallia 2 per annum, et bizantii 40 et pallium unum archiepiscopi per
* fol. 78. annum; qui fuerunt inter omnes *8400 bizantii et pallia 45 — Pisas cum tribus legatis
Nov. 9. imperatoris, viris sapientibus Theodosio et aliis duobus, cum magno honore 5. Idus Novembris redierunt. Qui per annos tres et dies tres steterunt; et in publico parlamento
Dec. 13. Pisani pacem cum iam fatis legatis imperatoris Idus Decembris sequentis, die sancte Lucie, iuraverunt et firmaverunt.

1171. Anno Domini 1172. mense Ianuarii Cristianus Maghentinus archiepiscopus, legatus in Italiam, rogatu et suasione et precibus Lucensium et Ianuensium de Alamania venit
Febr. 3. Ianuam, et deinde venit Lucam. Postea, 3. Nonas[b] Februarii, venit Pisas, ibique magnifice receptus est; deinde ad burgum Sancti Genesii perrexit. Convocatis et coadunatis ibidem consulibus Pisanorum et Florentie et Lucensium et Ianuensium, petiit ab eis ut totam discordiam, que inter eos erat, in eum sine omni conditione ponerent, et captivos quos habebant ei darent. Lucenses et Ianuenses in iam dictum legatum totam discordiam sine omni conditione posuerunt et iuraverunt; Pisani vero de captivis ei sine conditione dandis consilium postulaverunt, et ipse viginti dierum indutias pro consilio eis tribuit. Consilio habito a Pisanis de non dandis ei captivis sine pace, iam fatus Cristianus in generali curia contentioneque[c] Pisanos disbannivit et diffidavit, et previlegia monete et Sardinee insule et omnia privilegia Pisanorum cassavit, sicut potuit. Interea homines de castro Sancti Miniati iuraverunt Florentinos et Pisanos adiuvare et cum eis semper esse, salva fidelitate imperatoris.

1172. Anno Domini 1173, indictione 5, comes Ildebrandinus pro iniuria, quam ei fecerat
* fol. 79. Bernardus Stratume de pecoribus Garfaniensium, sue fidantie *custodieque commissis, magnum exercitum pro eis recuperandis contra eum preparavit et auxilia a Pisanis petiit. Et Pisani 140 milites cum sagittariis et edificatoribus honorifice in eius auxilium mense

a) potuissent *cod.* b) nonus *cod.* c) *legendum:* contioneque. 65) immo quarto Kal. Septembris.

Iulii direxerunt, et ad predicti Bernardi castrum tutissimum, dictum Cirisano, obsidendum 1172. cum toto exercitu iverunt. Et cum illud viriliter cum edificiis pugnarent, tandem ad deditionem[a] comiti Ildebrandino illud cogerunt; quod comes suscepit et tenuit.

Anno Domini 1173, indictione 5, considerante archiepiscopo Maghentino illud, quod de Pisanis et adversus eos statuerat, et malam famam que per totam Italiam de se insonuerat, Pisanos in generali parlamento a banno absolvit et in omnem plenitudinem prioris status, et nominatim monete et totius Sardinee, et omnium privilegiorum Pisane civitatis et comitatus, 5. Kal. Iulii restituit, et in suam gratiam et benivolentiam eos reconciliavit. Iun. 27. Et sic Pisanorum consules precepta eius de pace tenenda iuraverunt.

Anno Domini 1173. iam fatus Cristianus archiepiscopus ipso die Kal. Iulii venit Pisas, Iul. 1. et secundo die in magno Pisanorum parlamento cum consulibus Lucensium et Ianuensium Iul. 2. eorumque sapientibus interfuit, et Florentinorum consules cum eorum sapientibus in eodem conventu magnifice interfuerunt. Quibus precepit, ut pacem firmam inter se et eorum coadiutores tenerent; si aliquam offensam inter se facerent, infra quadraginta dies precepit emendari. Et illud idem consules Pisanorum et Florentinorum et consules Lucensium et Ianuensium in eodem parlamento preceperunt et firmaverunt, et dictus Cristianus mille homines per singulam civitatem pro pace firma tenenda iurare fecit, et duos homines per....*

* *Hic folium ultimum quaternionis excidit. Lacuna tamen ex iis expleri poterit, quae apud Michaelem de Vico (Muratori VI, 187) s. h. a. leguntur:* et duos homines] de qualibet civitate elegerunt, qui omnes discordias terminarent. Et ut pax illa melius compleretur et teneretur, de mandato ipsius archiepiscopi factum est, quod Pisani miserunt Florentiam milites captivos centum de carceratis Lucensibus, qui Pisis erant, et Lucenses miserunt Pistorium milites quindecim et pedites quadraginta Pisanos, qui erant carcerati in civitate Lucana. Quo facto praedictus archiepiscopus praecepit consulibus dictorum communium, ut eum sequerentur ad burgum Sancti Ginesii. Quibus ibi coadunatis et de pace tractantibus, archiepiscopus ipse fraudulenter et cum scelere — secundum quod cum Lucensibus excogitaverat de pace facienda et de captivis reddendis, et quia castrum Sancti Miniati ei multam pecuniam ad eius voluntatem dare promiserat — Pisanos consules et ambasciatores Florentinos similiter pridie Nonas Augusti cepit et vinctos Aug. 4 catenis ferreis in carcerem mancipavit, qui de mandato suo ad eum apud dictum burgum iverant. Quorum nomina sunt haec: Gualfredus quondam Ildebrandini Melae, Pisanorum consul, Sigerius Gualandi, Petrus Albithi, Stuffa Vernacci, Guido Marignani, filius Vernacci, filius Buttari et Iohannes Donati, Florentinorum consules cum quatuor sapientibus.

Quod audientes Pisani, dolore vehementi commoti exiverunt ultra pontem Herae potenter ad campum, et Florentini ad castellum Florentinum. Erat enim Christianus archiepiscopus praefatus cum Lucensibus, [Senensibus *etc.*

*Senensium et comitis Guidi pro devastanda Pisanorum terra preparaverat, et Florentini *fol. 81 cum exercitu suo similiter usque ad castellum dictum Florentinum venerunt, ibique castra metati sunt. Interea dictus Cristianus ad castrum Vetrignanum, quod comitis Gerardi erat, equitavit, et 17. Kal. Septembris illud fortiter pugnando superavit et cepit; denique illud Aug. 16. igne conbussit, et contra Florentinos illico equitare et bellum cum eis facere minabatur. Pisani hec audientes, 225 milites in auxilium Florentinorum cum duobus consulibus, scilicet Benecto et Albitthello, miserunt; unde magnam letitiam Florentini habuerunt. Auxilia enim, que expectabant et se habere dicebant, minime habere potuerunt. Cumque postea Cristianus cum Florentinis et Pisanis bellum facere dubitasset, Florentinorum consilio factum est, ut Pisanorum exercitus de loco in quo erat secederet, et ad Lucensium terras devastandas victricia vexilla converteret. Revertentibus Pisanis cum exercitu, Lucensium terras 15. Kal. Septembris intraverunt, et ex utraque parte fluminis Sercli totam terram Aug. 18 Lucensium ab Aquilata usque ad Pontem sancti Petri devastaverunt et igne cremaverunt, et bestias multas et spolia inde abstraxerunt. Lucenses scientes dedecus, quod passi erant, et timentes de civitate, a Cristiano se separaverunt et quantotius Lucam redierunt; unde Cristianus magnum dolorem habuit. Pisani vero hec audientes se ad bellum preparaverunt, et in duas acies exercitum diviserunt. In prima acie militum Marzuccus Gaitani vexillifer fuit, et Bernardus filius Bonaccursi de Buriano; in secunda Albertus Bulsi signifer *fuit. Et *fol. 82. sic usque ad pontem Fiessi insultum fecerunt, et super ipsum pontem bellum cum Lucensibus 14. Kal. Septembris fecerunt, et illos pugnando vicerunt, et ex eis quattuor milites Aug. 19. et octo pedites ceperunt, et multi in flumine Auseris fugientes se iactaverunt, et quidam ex ipsis ibidem perierunt. Et sic Pisas cum triumpho alia die redierunt. Cristianus Aug. 20.

a) editionem *cod.*

archiepiscopus et Lucenses pro honore et victoria, quam Deus dedit Pisanis, miserunt comitem Guidonem cum Lucensium consule et 200 militibus ad devastandam Rapidam et Pontem Here. Illustres et nobiles milites Opithingi cum Vicariensibus et aliis de Calcinaria fuerunt
Aug. 28. obviam eis, et cum eis bellum fecerunt et gratia Dei 5. Kal. Septembris illos vicerunt et usque ad castrum Montis Calvuli eos infugaverunt; de quibus ex utraque parte vulnerati et occisi quam plures fuerunt, et dextrarii multi occisi et vulnerati, et unum militem de Lucensibus ceperunt et quidam alius Lucensis miles in flumine Arni necatus fuit.

1172. Anno Domini 1173, indictione 5, capitanei de Garfagnana, coadiutores Pisanorum, ordinaverunt cum filiis Ubaldi de dando castro dicto Monte Gravente et Bozano Pisanis, et de tradenda eis et danda eis turre lignea edificata ad viam dictam regiam, multa pecunia dictis Ubaldi filiis promissa et conventa magnis securitatibus. Quod cum in dictum Montem Gravente et Bozanum voluntate predictorum filiorum Ubaldi intrassent: prefati Garfaniensium capitanei pro Pisanis, ut in eorum auxilium venirent et iam dicta castella et Turrem de Mari acciperent, sicut excogitaverant mandaverunt. Pisani hec audientes et scientes,
*fol. 83. quam citius cum militibus, peditibus et *sagittariis ad Turrem de Mari 16. Kal. Octubris
Sept. 16. equitaverunt — consilio enim eorum hoc agebatur — et dictam turrem et alia menia fortiter pugnaverunt. Non enim illa habere potuerunt, ut excogitaverant. Cumque Lucenses hec audissent et consilium totum iam percepissent, cum magno exercitu militum, peditum et sagittariorum pro predicta turre succurrenda iverunt, et ibidem infra menia castri Turris dicte, et etiam ultra fossatum, bellum magnum Pisani cum eis inceperunt, una galea Ianuensium ibi existente et eis auxiliante. Et fere per totum diem, donec Pisani pugnare voluerunt, certamen et campum viriliter tenuerunt, et cum volebant, egregie certabant. Cuius belli Henricus Canis, Marzuccus Gaetani et Albertus Bulsi, nobiles cives Pisani, vexilliferi fuerunt. De quo bello 7 Lucensium milites capti fuerunt et duo interfecti, et dextrarii[a] 20 capti, et ab utraque parte occisi quam plures et vulnerati; de Pisanis autem
Sept. 17. milites tres capti fuerunt. Eodem die Pisani cum laude Pisas redierunt. Altera vero die incole predictorum castrorum et consortes nominata castella Lucensibus rediderunt; et illi Monte Gravente igne cremaverunt et Bozanum retinuerunt.

1172. Anno Domini 1173. Ianuenses occulte cum octo galeis et manganis iverunt in Planosam, et obsederunt castrum de Planosa; et cum illud cum predictis meniis oppugnarent, et capere per vim non valentes, tandem incole timentes devastatione terre, pro honore
Sept. 16. Ianuensium se Ianuensibus 16. Kal. Octubris reddiderunt. Qui eis magnis securitatibus promiserunt nullum dampnum nec in personis nec in havere facere; qui minime conserva-
*fol. 84. verunt, immo *castrum usque ad fundamenta destruxerunt.

1172. Anno Domini 1173. mense Octubris Pisani tres galeas armaverunt et per insulas[a'] Corsice et Sardinee navigaverunt, et duas naviculas Ianuensium ceperunt. Ianuenses hec audientes 5 galeas armaverunt, et post predictas Pisanorum galeas navigaverunt, et eas in Portu[b] Sancte Lucie nocte invenerunt. Pisani vero putantes plures galeas esse, relictis galeis in terra[b'] satis vilissime fugierunt. Quas galeas Ianuenses ceperunt, et sic cum triumpho Ianuam redierunt.

1172. Anno Domini 1173, indictione 6, mense Decembris Cristianus cancellarius cum magno exercitu militum et peditum et sagittariorum Senensium et comitis Guidi[c] ad devastandam terram comitis Ildebrandini perrexit, et duo ipsius castella cepit. Quod Pisani audientes, citissime 150 milites cum sagittariis preparaverunt et in eius auxilium viriliter direxerunt. Predictus cancellarius, sciens Ildebrandinum comitem satis habundanter ad pugnam preparatum[d], pugnam facere recusavit, et cum toto exercitu suo exivit de terra dicti comitis, et in districtu urbis Rome profectus est; unde Pisani magnam laudem habuerunt.

1172. Anno Domini 1173. mense Decembris filii Veltri et Iafferrus fecerunt pacem et securitatem cum Lucensibus, et iuraverunt facere guerram Pisanis cum tota eorum fortia, multa pecunia eis a Lucensibus promissa[e], et Lucenses iuraverunt eis destruere roccas de Corvaria. Lucenses vero cum predictas roccas destruere cepissent, Curradus dictus[f] Iamferri et filius cum quibusdam suis fidelibus satis ingeniose, satis caute, turrem[g] novam pre-
Ian. 5. dictarum roccarum Nonas[h] Ianuarii recuperavit et intravit, expulsis inde *Lucensibus.
*fol. 85. Pisani hec audientes, cum una galea et buthis iam dictam[i] roccam cum edificatoribus

a) dextarii *cod.* a') insula *cod.* b) portum *cod.* b') terre *cod.* c) Gudi *cod.* d) preparaverunt *cod.* e) pmissa *cod.* f) dicet *cod.* g) terre *cod.*; turrem *Bonainius.* h) nonus *cod.* i) fictam *cod*

eam succurrerunt, et eam variis machinis munierunt, et sic eam viriliter tenuerunt; unde Lucenses magnum dolorem habuerunt.

Anno Domini 1174. in consulatu Ruberti quondam Petri Pagani et Gaitani Burgundionis et sociorum, novem galee pro guardia facienda nove facte fuere; et in eorundem consulatu quidam ex nobilibus Pisanorum civibus galeas super Ianuenses viriliter armaverunt, et 6 magnas naves Ianuensium sine aliis minutis prendiderunt cum maximo havere. Eodem anno dicti consules comitem Gerardum et magistrum Rubertum, sapientes viros, legatos ad imperatorem Fredericum direxerunt pro iniuria, quam Cristianus archiepiscopus Pisanis intulerat, et timentes, ne aliquod contrarium de Pisano populo ab[a] ipso archiepiscopo vel alio imperatori nuntiatum fuisset. Quos imperator magnifice recepit, et ad propria cum gaudio et sua bona voluntate remisit. Eodem anno iam fati consules 6. Idus Iulii miserunt [Iul. 10.] Tepertum Dodonis, virum probum, legatum in una galea ad regem Maiorice pro facienda pace cum eo. Rex vero, quia hanc legationem desiderabat, honorifice eum cum suis recepit, et pacem ad eius et Pisanorum voluntate fecit, et eo per Provinciam revertente, magnas iniurias Ianuensibus intulit, naves eorum capiendo et in profundum maris demergendo; et sic Pisas[b] cum laude 17. Kal. Septembris reversus est. [Aug 16.]

Anno Domini 1174. Cristianus cancellarius imperatoris Frederici[c], qui multa mala Tuscis intulit, a Kal. Aprelis usque ad medium mense Octubris Anconensium civitatem *cum magno exercitu militum et peditum et quadraginta galeis[d] Veneticorum obsedit, in [*fol. 86.] qua legatus imperatoris Constantinopolitani[66] cum multa pecunia pro eius auxilio erat[e]; [66] et ad tantam[f] penuriam civitatem coegit, ut canes et gattas et coria mortuorum animalium comederent. Considerato predicto legato Constantinopolitani imperatoris, Anconenses civitatem defendere non posse, de civitate egressus est et magnum exercitum quantotius preparavit, et dictum cancellarium ab obsidione expulit.

Anno Domini 1174, indictione 6, quinto Idus Augusti campanilis Sancte Marie rotundus [Aug. 9.] fundatus est; sequenti anno factus gradus imus in circuitu.

Anno Domini 1174. magna fames per totum annum et plus fuit, et grandis penuria. Vendebatur sextarium grani a 6 solidis usque in 8 et in 18; sextarium milii a solido in 7 et in 12; fabarum a solidis 4 usque in 6 et in 10; sextarium pesorum a solidis 5 usque in 8; ordeum a solidis 4 usque in 10; sagina a 32 denariis usque in 4 et 8 solidos; spelda solidis 4; ciceri a solidis 4 usque in 8; castanee a solidis 6 usque in 12; barilis vini a 4 solidis usque in 8 et in 15; libra olei a solidis 3 usque in 5; libra mellis a solidis 3 usque in 11; libra argenti libris 7; miliarium variorum libris 45; parium pellium variorum libris 7 et 12; parium pellium coniculorum solidis 60 et 100; canna scherlatti libris 5 et in 8; libra piperis solidis 2; libra cere denariis[g] 16; et sic per ordinem suo genere queque alia vendebantur.

Anno Domini 1175, indictione 7, in consulatu Cerini *iudicis et Amithi vicecomitis et [*fol. 87.] sociorum, facta est pax et securitas[h] cum comite Macharii et filiis eius, et cum illis de Sancto Miniato; et Pisani et Florentini homines Sancti Miniati, qui erant dispersi, in castrum Sancti Miniati honorifice restituerunt. Unde Lucenses magnam habuerunt tristitiam.

Eodem anno Tepertus de Glacia, magna progenie ortus et Pisanus civis, instigatu diaboli pridie Kal. Aprilis laqueo se suspendit. [Mart. 31.]

Anno Domini 1175, indictione 7, supradicti consules mense Madii miserunt duas galeas in Sardineam cum duobus consulibus, Pane et Porro videlicet et Carone, et sapientibus, pro ea recuperanda, quia Ianuenses partem Sardinee invaserant; et eam recuperaverunt. Iudices omnes et Sardi pacem cum Pisanis fecerunt, et omnia precepta Pisanorum consulum et omnia deveta a Pisanis consulibus facta et imposita, et Pisanos sanos naufragosque salvare, sacrosanctis euangeliis firma tenere et observare iuraverunt. Hec audientes Ianuenses, sex galeas armaverunt et usque in Sardineam supra Bosam navigaverunt, et Pisanorum galeas predictas revertentes in fugam converterunt, et unam ex eis in mari cum hominibus 17. Kal. Iulii, die sancti Viti, cepere; alia vero cum iam dictis consulibus et [Iun. 15.] sapientibus Pisas rediit. Parum autem antea Ianuenses cum 6 galeis unam magnam navem novam, quam Pisani in Gaulo sub fidantia marchionis fecerant, cum eodem marchione rupto fidantie federe cremaverunt.

Eodem anno Romanorum legati 10. Kal. Septembris Pisas venerunt pro confirmanda [Aug 23.]

a) ad *c.* b) pi *c.* c) F. *c.* d) geleis *c.* e) erāt *c.* f) tante *c.* g) denarii *c.* h) pace et securitate *c.*
66) Emanuelis I.

*fol. 88. pace cum Pisanis, quam comes Gerardus et Ugo Rolandi iudex, legati Pisanorum, *cum eis amicali conventione conposuerant[a]; et sic pax firmata est.

Anno Domini 1175. due Pisanorum galee mediante Madio navigaverunt in Provinciam, et duas naves magnas, unam de Alexandria[a*] et aliam de Septi[66*] venientes, cepere, et alias quam plures naviculas prendiderunt. Item eodem tempore alie tres Pisanorum galee in Provinciam iverunt et multa mala Ianuensibus intulerunt, et unam navim de Septi venientem ceperunt, Ianuensibus ad terram[b] fugientibus; cuius navis havere plus tribus milibus libris valuit. Et sic Pisas cum navibus et havere mense Iunii rediere. Item in mense Iunio alia quedam Pisanorum galea navigavit in Provincia, et unum magnum galeotum venientem de Sancto Egidio, multis et magnis pannis et caris honeratum, cepit.

Anno Domini 1175. quedam Pisanorum pirratarum galea, que dicebatur fuisse Gerardi Marcusci, transfretavit[b*] in Provinciam. Marsilienses cum quibusdam Ianuensibus, qui in Marsilia causa negotiandi erant, scientes de predicta galea, illico duas galeas armavere eamque in fugam converterunt, et sic ipsam, cum non posset de manibus eorum evadere,
Aug. 29. in alto pelago, die decollationis sancti Iohannis baptiste, ceperunt.

Anno Domini 1175. rex Guilielmus Sicilie misit exercitum magnum in Egyptum super Alexandriam in principio Iulii, qui exercitus fuit 150 galearum, et 50 dermones pro equis portandis; ubi fuerunt milites 1000 et multi sagittarii et multi balistarii et multa edificia. Qui cum applicuerunt ad portum Alexandrie, in eodem portu invenerunt unam navem Pisanorum, venientem de Venetia, quam pren[diderunt[c] . . . .

[Reliqua desiderantur.]

NOTAE PISANAE.

67 Anno[67] Domini 1128. Pisani, qui habebant aquistato castrum Aghinolfi, et tenebant eum cum magno vigore; unde Lucenses in magna devenerunt tristitia, et fecerunt exercitum magnum, et abierunt ab[68] assedio[d] castri. Pisani hec audientes exercitum magnum fecerunt, in quo[e] fuit militia episcopi Rogerii de Voltera, et venerunt in plagia de castello Aghinolfi, et ibi omnia i.....olia[f] in turre traxerunt. Videntes Lucenses, consul cum sapientibus[g] suis venientes[h], ex:::::::ionis illos: *Cur*[i] *istud bellum et tantum erit*[k] *inter nos? Nos cum sacramento simili ut sine*[l] *dal asadio*[m]. *Mane autem solis ortu si :::::: non pro·::::::ite du::: :::::ard::: ne aliquando ::::: tube . . . . adi si::::si est :::: fiat ::::urni*[n] *est sin :::;* quod ita factum fuit. Et sic Pisani cum honore et leticia redierunt in mense Madio, et castellum munierunt.

Anno Domini 1148. Curradus imperator fecit exercitum magnum plus de trecento milia inter pedites et milites et arcatores et balisterios, per andare et prendere et subiugare Damasco et Alappa et tota terra paganorum, per stare mai sempre terram Ierusalem et tota terra christianorum in oriente[o]. Venit supra Gostantinopoli. Lonperadore de Gostantinopoli propter multitudinem Curradi imperatoris de Alamania fecit eum tradere et menare per la terra del Turchi, qui habebat tota deserta, ke[69] nulla victualia habere potuit. Tunc fuit ibi sconficto per fame, et mortui piu di 200000. Et sic remansit cum paucis, et reversus in Gostantinopoli, et ivit Ierosolima. Deinde venit Ierosolima, et fecit exercitum magnum, et fuit usque ale porte di Domasco, et prope capere[70]. Et ipsi Tempieri[71], qui cum eo erant,
*fol. 2. cum grande militia eum tradiderunt, quos nichil facere potuerunt. Unde gens *paganorum magnam habuerunt baldansa et letitia, cristiani tristia. Unde imperator reversus fuit in Alamagna cum magno dolore et tristitia. Hoc factum fuit in mense Octubri.

1147. Anno Domini 1154. Ianuenses fecerunt ostem per mare cum rege d Aragona et conte di Barcellona, cum magna militia, per prendere Almaria[72], quia permulti anni erat infra
*col. 2. sei expoliata. *Elinigosanti delepalia exiti de la citade et ale citadi danfra terra abierunt, et subito eam prendiderunt, et spolia inde habuerunt; cum paucis Saracenis eam prendi-
Oct. 17. derunt in mense Octubri. Et sic in eodem mense Ianuam redierunt cum magna laude et gloria.

a) conposuerat *cod.* a*) Alexandriam *cod.* b) terra *cod.* b*) transfetavit *cod.* c) *hic desinit ultimum codicis folium; reliqua interciderunt; litteras* diderunt *in inferiore folii margine scriba adnotavit.* d) assedi: *cod.* e) qua *cod.* f) instrumenta? g) sa:::::: *c.* h) uen:::t:: *c.* i) ::: *c.* k) *vox dubia c.* l) mora *excidisse videtur.* m) recedamus *excidisse videtur.* n) si vestrum? o) :::::e *c.*

66*) Ceuta. 67) Cod. Paris. armamentarii hist. n. 80. fol. 1. 68) i. e. ad. 69) Italum *che.* 70) scilicet civitatem. 71) i. e. Templarii. 72 cf. Cafari relationem SS. T. XVIII, p. 20. 36—39.

ANNALES REATINI

EDENTE L. C. BETHMANN.

Excepi hos annales e codice Vaticano 5994 *ch. qu., ubi manu s. XV continua scripti sunt usque ad annum* 1368, *ex antiquiori codice, ut patet, satis negligenter excepti. Plures compilatores iam lingua varians prodit. Edidit Galletti Chiese di Rieti p.* 126. *Ordinem annotationum in codice turbatum secundum annos restituimus. Complura hic antiqui sermonis Itali vestigia comparent.*

Ab creatione mundi usque ad Urbem conditam fuerunt a. 3456; ab Urbe condita usque ad adventum Christi fuerunt a. 734. Anno a creatione mundi 5090. natus fuit Christus in Bettelem Iude ex Maria virgine, regnante Octaviano imperatore, anno imperii eius 42, 8. Kal. Ian.

A. D.

1054. pons Narnie[1] fuit dirutus. 1

1099. Ierusalem capta fuit a christianis.

1148. Reatina civitas destructa a Rogerio rege Sicilie.

1156. Reate fuit reparatum cum adiutorio Romanorum.

1162. Mediolanum fuit distructum ab imperatore Federicho.

1201. Reate fuit compustum in festo sancti Laurentii totum.

1207. Reate fuit succensum plus quam in medietate.

1217. Reate fuit compustum quasi per totum.

1221. Federicus factus fuit imperator.

1226. mortuus fuit sanctus Franciscus. Oct 4.

1241. imperator Federichus obsedit Reate.

1250. morio lu dictu imperatore.

1254. civitas Aquile fuit edificata per reges; et fuit maxima fames in orbe.

1258. fuerunt terre motus per totam Italiam.

1259. civitas Aquile fuit distructa a Manfredo, postea reedificata.

1266. lo re Carlo primo piglao lu rindu[2] de Puglia.

1268. fo sconficto Coradino de die Iovis ad 23. die de mense Agusti; lu dictu Carlo lo sconfisse Coradino in Marsia prope Albam.

1288. fo coronato Carlo secundo ar Riete[3].

1296.[a] papa Celestino tenuso lupato.

1348. fuit mortalitas in toto orbe generaliter.

1349. fuerunt terre motus in tota Italia.

1354. Carolus imperator fuit coronatus Rome.

1356. se arse in Riete da santu Nicola persi ad santu Francischu con meso parte.

1360. castrum Putealee[4] fuit destructum a populo Romano.

1363. fuit alia mortalitas.

a) MCCLVII. *cod.*

1) ab Augusto conditus. Procopii Got. lib. I. 2) i. q. regno. 3) i. e. ad Riete. 4) Pozzaglia *G.*

A. D.

1365. fuerunt grilli et salippuli, qui defractaverunt omnes fructus.

1365. mense Septembris die septima, dictus papa Urbanus accessit ad Avinionem. In tempore quo ipse papa Urbanus fuit Rome, fecit maximam persecutionem Perusie et in ando[a] post suam discessionem habuit dictam civitatem.

1365. In isto anno fuit generalis fames; frumentum valuit septem libras quartus, et spelta et mileum libras tres, item vinum valuit vigintes libras somam maximam. Et in isto tempore per duos menses fuit mortalitas maxima inter adolescentulos.

1367. papa Urbanus venit de Avinione ad Urbem cum tota curia Romana.

1367. mense Agusti venierunt privilegii in Reate, silicet, quod papa Gregorius XI. reposuit et affranchavit civitatem Reatinam ut in primo.

1367. mense Optubris papa Gregorius XI. reposuit civitatem Reatinam in primo statu, silicet de trenta libre de omni[b] censo per anno.

Item a. D. 1368. moreo lu dictu papa undecimo in mense Aprilis; et in dicto anno et mense fuerunt duo papa. Primus vocatus et electus fuit archiepiscopus Vari, qui vocatus Bartolomeus, postea vocatus papa Urbanus sestus. Laltru depo quistu fo chiamatu lu cardinale dele Nevele. Et per occasione ista fo la corte et li cardinali in maxima discordia. Et Italia inbria remase, principale el territorio[c] Romano.

1369. mense Optubris, penultima die fuit captus Pedelucho ex precepto pape Urbani, quia occiderunt ducam in Pedelucho; quinquaginta permisit imaram mortem in diversas terras ecclesie.

1377. mense Ianuarii decimaquinta die, papa Gregorius XI. venit ab Avignone ad Romam cum omnibus cardinalibus. Nel dicto anno, mense Martii, in festo sancti Benedicti, ex precepto dicto papa, assidiavit Reate, et misit campum ad Sanctum Marum[d], et deinde in colle Remondato: gens fuit Aquilana et pars Regami. Et in festo beate Marie annuntiate accessit; et fuerunt quingende milia homines cum quatuor milia centum homines de cavallo, et steterunt sex dies. Item in isto tempore fuit defractata turris de pedepontis in Reate, que erat magis alta quam alia pasa plus quam tres.

a) ādo *c. i. q.* eundo. b) ō *c.* c) terrino *c.* d) marium *G.*

ANNALES URBEVETANI

EDENTE L. C. BETHMANN.

Thomas de Silvestris canonicus Urbevetanus quum circa finem s. XV annales sui temporis conderet, in iis mediis transscripsit quosdam annales antiquiores, de quibus haec dicit: Io ser Tomasso de Salvestro canonico de S. Maria — — havendo trovato uno certo librecto antiquo de molte cose et novita essute et scripte ancora ad perpetua memoria, gia sono piu de quattrocento anni passati, per questo m'e paruto de farne memoria in questo mio presente libro — — Et qui ne fo memoria del decto libro trovato de verbo ad verbum de cose antique et antiquissime. *Eosdem ex codice Thomae ipsius manu exarato chartaceo in archivio publico Urbevetano primus edidit marchio Phil Gualterio Cronaca inedita d'Orvieto di fr. Montemarte. Torino* 1846. *II*, 212; *nos iterum proponimus ex ipso codice, quem a.* 1854 *in Urbeveteri excussimus. Inde ab a.* 1257 *coaevi sunt rebus narratis.*

1161. In nomine Domini amen. De mense Maii pax facta fuit per episcopum Lanfrancum inter Urbevetanos et Acquapendentanos.

1185. pax facta fuit inter regem Henrigum et Urbevetanos, qui obsedit civitatem Urbevetanam tribus annis. Cuius militia mansit in Repiseno.

1186. soldanus cepit Ierusalem.

1199. die 22. mensis Maii domnus Petrus de Parentia occisus fuit ab hereticis nocte.

1200. domnus Gualfrandus episcopus Clusinus submisit civitatem Clusinam cum omnibus iuribus suis comuni Urbevetano.

1216. Guinicisca et Suana dederunt se Urbevetanis. Item eodem anno Innocentius papa tercius venit ad Urbemveterem, et consecravit ecclesiam sancti Iohannis de platea.

1220. papa Honorius venit ad Urbemveterem, et comune Urbevetanum dedit ei Procenum. Item eodem anno Federicus imperator coronatus fuit Rome.

1222. castrum Lugnani recommendavit se comuni Urbevetano.

1225. Urbevetani fecerunt exercitum super Polimartium. Cepit esse guerra inter Urbevetanos et Senenses, et quidam milites Urbevetani fuerunt capti in Sertiano; et Sartianum fuit destructum ab Urbevetanis propter eorum proditionem. Eodem anno rex Iohannes cum uxore sua venerunt ad Urbemveterem, et steterunt in palatio sancti Martini. Eodem anno facta est sotietas inter Urbevetanos et Florentinos.

1230. Senenses debellati sunt ad portam Cammollie de mense Iunii, in festo sancti Viti. Eodem anno Pisani debellati fuerunt a Florentinis. Eodem anno episcopus Constantius ivit in guerram et ibi mortuus est. Eodem anno clerici Urbevetani solverunt comuni Urbevetano 300 libras denariorum.

1257. Dominicus Toncelle fuit vulneratus. Eodem anno fuit facta pax cum Tudertinis. Eodem anno Brancaleone rediit Romam pro senatore. Eodem anno Urbevetani fecerunt exercitum super Castrum.

1258. domnus Guido de Corrigia fuit potestas in Urbeveteri. Eodem anno Cortonium fuit combustum ab Aretinis.

1259. fratres Servorum venerunt ad Urbemveterem et ceperunt locum.

1260. Florentini fuerunt debellati ad Montemapertum prope Senas.

1261. Alexander papa IV. mortuus est Viterbii. Eodem anno factus est papa Urbanus IV. apud Viterbium.

1 1262. papa Urbanus fecit capi ambas insulas Martanam et Bisentinam[1]. Eodem anno domnus papa Urbanus venit ad Urbemveterem.

1263. de mense Augusti sol obscuratus est. Eodem anno fuit positus primus lapis in fundamento ecclesie sancti Augustini per domnum Onetum cardinalem.

1264. domnus Viscardus de Petrasancta capitaneus patrimonii interfectus est; et tunc mortuus est Nicolaus domni Guicti de Bisentio. Ecclesia sancti Dominici de Urbeveteri fratrum Predicatorum prima dominica Maii per domnum papam Urbanum consecrata fuit Eodem anno Senenses habuerunt Campilium. Eodem anno Tuscanenses fuerunt debellati a militia Manfredi, que erat cum Petro de Vico. Eodem anno Piercivaldus de Oria suffocatus est[2]. Eodem anno papa Urbanus recessit de Urbeveteri, et mortuus est in via. Eodem anno apparuit cometa in parte orientali, et duravit mense Iulii Augusti et Septembris.

1265. electio domni Clementis pape IV. publicata est Perusii. Eodem anno rex Carolus venit Romam. Eodem anno comes Guido Novellus capitaneus in Tuscia per Manfredum congregavit exercitum magnum, et venit super castrum Abbine, et tunc rex Carolus misit mille milites in servitium Urbevetanorum, et predictus exercitus de nocte recessit tamquam debellatus.

1266. rex Carolus et uxor sua coronati sunt Rome. Item eodem anno rex Carolus debellavit Manfredum et occidit eum. Item eodem anno comes Rubeus debellatus fuit Crosseti[3]. Item eodem anno domnus papa Clemens consecravit ecclesiam sancti Francisci de Urbeveteri. Item eodem anno Florentini elegerunt in potestatem domnum Ormannum de Urbeveteri.

1267. Gebellini fuerunt expulsi de Florentia. Eodem anno domnus Guido de Pilio capitaneus in patrimonio accepit terras vallis lacus. Item eodem anno stante rege Carulo in Urbeveteri, bellum ortum fuit inter Urbevetanos et familiam dicti regis. Item eodem anno Corradinus electus est in senatorem. Item eodem anno domnus Henrigus electus est in senatorem Urbis, et intravit Romam, et iuravit senatum.

1268. die Iovis, 23. mensis Augusti, indictione 11, rex Carolus pugnavit cum Corradino, et debellavit eum in campo Palermi[4].

1269. collegium cardinalium fecit exercitum super Urbemveterem.

1270. domnus Guido de Monteforti interfecit Henrigum de Almannia Viterbii in ecclesia sancti Silvestri. Eodem anno rex Francie mortuus est, et rex Philippus eius filius transivit per Urbemveterem.

1271. cardinales elegerunt in papam quendam qui vocabatur Gregorius X.

1272. die dominica, quinta exeunte mense Iunii, domnus Gregorius papa X. intravit Urbemveterem. Eodem anno interfecti sunt illi de domo domni Pandulfi.

1273. domnus Edduardus rex Anglie et domna regina uxor sua venerunt ad Urbemveterem, et rex Carolus cum militia magna. Item eodem anno domnus Gregorius papa X. recessit de Urbeveteri die quinta mensis Iunii.

1275. Bononienses posuerunt campum super Faventiam; sed dimisso campo fuerunt debellati per domnum Guidonem de Montefeltro.

1276. domnus Gregorius papa X. mortuus est apud Aretium die 10. Ianuarii. Eodem anno electus est domnus Innocentius de ordine Predicatorum papa V. Eodem anno fuerunt magni terre motus in Urbeveteri 10. die exeunte mense Maii. Item eodem anno mortuus est Innocentius papa V. Eodem anno fuit creatus domnus Adrianus papa V, undecima die Iunii. Eodem anno mortuus est domnus papa Adrianus Viterbii die 14. mensis Agusti. Eodem anno electus est in papam domnus Iohannes XXI. die 14. mensis Septembris.

1277. domnus Iohannes papa XXI. predictus mortuus est Viterbii casu[a] palatii. Eodem anno electus[b] est domnus Nicholaus III. de Ursinis 6. die exeunte Novembris.

a) caū *c.* b) *supplevi; deest c.*

1) in lacu Vulsiniensi. 2) Manfredi vicarius in Marca. 3) Grosseto. P. 4) Palentino. P.

1278. domnus Bertuldus de Ursinis fuit potestas in Urbeveteri, sub quo multe facte fuerunt paces in dicta civitate.

1280. factus est populus in Urbeveteri in platea sancti Dominici, et electus est primus capitaneus populi tunc domnus Nerius de Greca, sub quo multe novitates fuerunt, et factum fuit palatium populi. Eodem anno mortuus est papa Nicholaus III. in Suriano 10. die mensis Agusti.

1281. domnus Martinus papa IV. creatus est Viterbii 22. mensis Februarii, et venit ad Urbemveterem, et ibi stetit tribus annis. Sub quo factum fuit palatium Montisflaschonis, ubi in estate morabatur. Item factum fuit palatium in episcopatu Urbevetano. Item eodem anno Tancredutius domni Guicti de Bisentio occisus fuit, quando ducebatur captivus capto castro Bisentii, in platea comunitatis in furore populi.

1282. Perusini irruerunt super Fulgineum contra mandatum pape, et devastaverunt terras undique. Eodem anno Monaldenses facti sunt milites plures, quibus comes Rubeus cinsit empsem. Item eodem anno rex Aragonum venit in Siciliam.

1283. rex Carolus venit ad Urbemveterem. Item eodem anno raserium frumenti fuit venditum decem libris.

1284. comes Rubeus mortuus est 18. die Maii. Item eodem anno princeps filius regis Caroli captus est in mari et ductus in Siciliam. Item eodem anno papa Martinus recessit de Urbeveteri 4. die exeunte Iunio.

1285. rex Carolus mortuus est Neapolim. Eodem anno papa Martinus mortuus est Perusii. Item eodem anno electus est Honorius IV. Perusii.

1286. mortuus est Honorius papa de domo Sabbellensis Rome. Eodem anno captus est comes Guido de Monteforti in mari ab Aragonensibus.

1286. capta est Acon a Saracenis.

1287. electus est papa Nicholaus IV, qui vocabatur Iohannes, de ordine fratrum Minorum.

1289. comites de Montemarta vendiderunt dictum castrum Tudertinis pro viginti quinque milibus florenis. Item eodem anno venit ad Urbemveterem domnus Nicholaus papa IV. Item eodem anno 1289. et de mense Novembris idem papa Nicholaus posuit primum lapidem in ecclesia Urbevetana.

1292. Urbevetani ceperunt Saturnium.

1293. domnns Pinus de Guarnaccia fuit potestas in Urbeveteri, cui varia incommoda acciderunt.

1294. Urbevetani ceperunt Vulsinium violenter, et inde alie terre vallis lacus venerunt ad mandata ipsorum. Eodem anno electus est in papam Petrus de Morrono, uno die ante octavam apostolorum Petri et Pauli, Perusii. Eodem anno domnus Petrus de Morrono renuntiavit papatum post sex menses sue creationis, in festo sancte Lucie. Eodem anno electus est in papam domnus Bonifacius VIII, qui dicebatur Benedictus, in vigilia nativitatis Domini; qui statim recessit de Neapoli et venit Romam.

1294. Aretini debellati sunt a Florentinis apud Bittonam.

1295. Eodem tempore, 8. die post festum ascensionis, de mandato dicti domni pape episcopus Urbevetanus cum toto clero et religiosis recesserunt de Urbeveteri et de toto episcopato.

1296. Eodem tempore, 22. die Martii, frater Gentilis de ordine fratrum Minorum, archiepiscopus Reginus, nuncius domni pape, absolvit omnes Urbevetanos et omnes eorum sequaces ab omnibus sententiis in quibus incurrerant ratione vallis lacus de mandato dicti pape Bonifatii; et sequenti die reddierunt omnes clerici et religiosi ad civitatem.

1297. die Veneris, 10. die Maii, predictus papa Bonifatius existens Rome, privavit domnum Iacobum et domnum Petrum de Columpna cardinalatus honore, et alios clericos dicte domus prebendis et benefitiis, usque ad quartam generationem, et fecit destrui in Urbe eorum palatia et hedificia magna. Item eodem anno et die 26. Maii prefatus domnus papa Bonifacius recessit de Roma, et die Iovis 6. Iunii intravit civitatem Urbevetanam. Item eodem anno, 4. die Novembris, prefatus papa Bonifacius recessit de Urbeveteri, vadens Romam. Item eodem anno 1297. facte fuerunt ymagines marmoree, et posite fuerunt ad portam maiorem et ad portam pusterule, ad magnificentiam dicti pape.

1298. domnus Iacobus, domnus Petrus Agapitus et Sciarra de Columpna rebelles tunc

summo pontifici, venerunt facturi et parituri mandatis domni pape cum multa reverentia et humilitate magna. Qui recepti fuerunt a Romana curia cum letitia multa. Et statim post camerarius domni pape possessionem et tenutam habuit arcis Penestrine et aliarum terrarum nobilium predictorum. Item eodem anno 1298. et die Veneris, 11. die Aprilis, pluit terra rubea, et eodem die quasi in vesperis fuit magnus terre motus.

1305. die 5. Iunii domnus Beltramus electus fuit papa Perusii, qui erat archiepiscopus Burdegallensis, et vocatus fuit Clemens V. Item eodem anno dux filius regis Caroli cum communi Florentino et parte Guelfa Tuscie obsedit Pistorium per plures menses et occupavit. Item eodem anno Urbevetani milites et pedites ceperunt in Monte Vitottio Fatium de Sertiano et viginti novem clientulos suos, et duxerunt ad Urbemveterem de mense Augusti, quorum quindecim fuerunt decapitati et quatuor suspensi. Fatius vero de carcere fugit.

1306. domnus papa Clemens V. fecit plures cardinales apud Lugdunum, et domnum Iacobum et domnum Petrum de Columpna restituit et de novo creavit cardinales, quos privaverat[a] ut supra.

1308. die 6. Maii combusta est ecclesia sancti Iohannis Lateranensis, et visa sunt multa miracula Rome, et Romani tunc se fusticaverunt.

1309. domnus Manfredus pre timore ductus propter cavalcatam quam fecerat in comitatu Urbevetano, et ob amasciatores euntes Romam quos iniuste detinendo afflixerat, venit prope Bulsenum, et ibi mandata fecit capitanei et populi Urbevetani, promittens omnia dampna restituere, dando fideiussores.

1310. Offredutius Ugolini et Offredutius domne Honorie submiserunt comuni Urbevetano castrum Alviani, Guardeie ac Iovis, et sindicus comunis recepit. Eodem anno et die 24. Martii Guelfi de Spoleto fuerunt expulsi per Gibellinos dicte terre et de Tuderto. Item eodem anno et 22. mensis Aprilis facti sunt milites filii domni Ugolini, quibus cinsit empsem pater eorum. Item dicto anno et die 22. Iunii capitaneus Urbisveteris cum militibus et balisteriis invaserunt castrum Cipicciani, et destruxerunt burgum, et predam magnam animalium fecerunt, et duodecim homines quos ligatos duxerunt, in carceribus mancipaverunt. Item eodem anno 1310. et die 5. Septembris a Tudertinis fuerunt debellati Perusini iuxta castrum Montismelini, et multi fuerunt mortui et captivi. Item eodem anno Urbevetani hostiliter invaserunt castrum Montisflaschonis, et combusserunt burgum, et destruxerunt vineas, propter frumentum quod portabatur ad Urbemveterem, quod frumentum familia capitanei acceperat; quod restitutum fuit ante recessum exercitus de Monteflaschone.

1311. domnus Henricus de Luciborgo inperator electus intravit Mediolanum, et coronatus est in die epifanie corona ferrea, et multas alias civitates Lombardie pacifice habuit. Item eodem anno fuit magna caristia vini, bladi, leguminum, carnium, herbarum et omnium pertinentium ad usum humanum. Item eodem anno de mense Maii domnus imperator obsedit civitatem Bresciensem, et multi mortui sunt de suis. Et domnus Theobaldus de Abrusatis interfectus est per sententiam tamquam proditor. Et die 18. Septembris Brescienses fecerunt mandata imperatoris. Et post hec inde discessit et ivit Ianuam, et dominium habuit dicte terre. Item eodem anno domnus papa Clemens V. fecit concilium in civitate Vienne, quod incepit de mense Octobris et perfecit de mense Maii, ubi multa statuit et ordinavit, et ordinem Templariorum destruxit.

1312. domnus Henrighus imperator 6. die Martii intravit civitatem Pisanam, ubi moram duxit, et dominium plenum habuit dicte civitatis. Item eodem anno Spoletani fuerunt debellati, et plures mortui. Item eodem anno domnus imperator recessit de Pisis vadens Romam. Intravit Viterbium prima die Maii, et intravit Urbem 7. die mensis predicti per portam Mollem, hospitatus in Sancto Iohanne Laterano, quia ad Urbem contra eum venerat domnus Iohannes filius regis Caroli et pars Guelfa Tuscie, Ursini et quam plurimi nobiles de Urbe. Et post plura intestina bella et occisiones magnorum dictus imperator recepit coronam in Sancto Iohanne de Laterano 2. die Iunii ab episcopo Sabbinensi legato domni pape, presentibus domno Ostiense ac domno Luca cardinalibus, quia ad Sanctum Petrum ire non poterat propter adversarios multos ibi existentes, sicut fuerunt Florentini, Senenses, Lucani, Bononienses, Perusini et nobiles iam dicti. In adiutorium vero imperatoris fuerunt Gebellini, Tudertini, Spoletani, Narnienses et Viterbienses, comites de Sancto Flore, comites de Marsciano, et multi alii de contrata Siene, domnus Manfredus de Vico, et Guictutius

a) *scilicet* Bonifacius a. 1297.

de Bisentio. Item eodem anno 1312. die 22. Iulii imperator ivit Tyburtum, et inde recedens ivit Viterbium, et de Viterbio ivit Tudertum, et deinde recedens ivit Marscianum, et penultima die Augusti cepit et destruxit dictum castrum; transiens per comitatum Perusii multa alia loca destruxit. Item eodem anno de mense Septembris ivit Aretium, et de Aretio ivit super Florentiam, et campum posuit contra eam, ubi multis diebus stetit, et magna damna intulit. Et inde recedens, ivit ad Podium Bonizi, et ibi stetit et moram gessit, et ipsius rehedificationem incepit et non perfecit.

1313. de mense Februarii comitissa Margarita simul cum domno Gentile de Ursinis recedentes de Urbeveteri, intraverunt comitatum, et occupaverunt Suganam, Pitiglianum et plura alia castra. De quo fuit turbatio magna et admiratio in civitate Urbevetana. Item eodem anno de mense Maii comunitas Urbevetana concessit comitatum domno Benedicto nepoti pape Bonifatii.

Explicit dictus liber de novitatibus antiquissimis.

NOTAE ROMANAE.

Exscripsi eas ex Martyrologio olim Sanctae Mariae trans Tyberim, quod hodie Londini in Museo Britannico numero 14,801 *insignitum adservatur. Habentur ibi in margine folii quarti manu saeculi XII.*

Anno dominicae incarnationis 1111. mense Februario die 12. rex Enricus iunior[a], filius Enrici regis, venit Romam cum magno exercitu, et cum traditione appreendit pontificem Pascalem cum episcopis et multis cardinalibus Romane ecclesie, et multos clericos expoliavit, et plures laicos interfecit indicione 4. Mansit in captione apud regem 60 diebus cum multis clericis ac laicis. Et postea volente Deo concordatus est cum rege, et pacem habuit cum eo; coronavit eum ac dimisit, et reversus est Romam. Susceptus est ab omni populo Romano cum gloria et honore in ecclesia sancti Iohannis inter duos pontes Idibus Aprilis.

In margine Kalendarum Ianuariarum legitur:

Anno[b] dominicae incarnationis 1123. indic. 1. data est statio diei octavi natalis Domini aecclesiae sanctae Mariae trans Tyberim a domno Romanae aecclesiae pontifice Calixto. Et hoc assensu, beneplacito precibusque omnium episcoporum cardinalium, diaconorum, totiusque Romani cleri. Quam ipse primum cum praefatis dominis omnibusque Lateranensibus scolis sollempniter et maxima Romani populi turba circundatus caelebravit. Et ut de caetero a Romanis pontificibus annuatim sollempniter ageretur, praecipue mandavit.

a) *aut* impius *vox obscura.* b) *eiusdem temporis scriptura,* CALIXTO *littera unciali*

ANNALES SUBLACENSES.

Exscripsit eos Bethmannus noster ex codice bibliothecae publicae Perusinae 15414. *membranaceo saeculi XII, psalterium atque lectiones continente; praecedit calendarium cum tabula annorum* 1140—1281, *cui manus una continua anno* 1167 *notas adscripsit; reliquae aliis debentur. Quas ad Sanctum Petrum Perusinum non pertinere, iam Bethmannus intellexit; Sublacenses eas esse suspicatus, collato chronico Sublacensi*[1] *facile probavi, cuius tamen auctorem ignotum fuisse liquet.*

1145. Petrus abbas[2] obiit, Rainaldus electus.
1149. Rainaldus expulsus, Symon electus.
1153. Eugenius papa obiit.
1159. Symon captus et expulsus, Rainaldus revocatus.
1162. Rainaldus captus est a Symone abbate, et Octavianus substitutus.
1167. Rainaldus obiit, et Symon recuperavit abbatiam.
1168.[a] Hoc in anno milia Romanorum interfecta sunt a Teutonicis territorio Tuscie.
1172. Simon[3] recuperavit Geennam[4], datis 100 libris episcopo Anagnino. Maguntinus archiepiscopus obiit . . . part Sublac̃. aug̃. Canale et roccam de Mesu, roccam M . . . Recuperata sunt Pontia et Effile[5] . . . datis 200 libris Oddoni et Landulfo . . . Philippo Rainaldo . . Bar̃. Geenam. in feudum cum feudo uno Rulandi.
1181. obiit Alexander papa III.
1190. obiit abbas Beraldus.
1216. obiit abbas Romanus.

a) *hinc alia manus.*

1) in Muratorii Antiqq. Italiae. 2) Sublacensis, ut sequentes. Consecratus olim fuerat a Calixto II. papa. 3) cf. chronicon Sublacense pag. 1253. 4) Jenna infra Sublacum ad Anienem fluvium. 5) Pontia et Affile.

ANNALES CECCANENSES.

Liber anno 1644 *ab Ughellio in appendice tomi primi Italiae sacrae pag.* 449—492 *sub nomine Iohannis comitis de Ceccano*[1] *vulgatus et in altera operis editione T. X. in Appendice pag.* 1—36, *tum a Carusio T. I. pag.* 60—83 *repetitus, a Muratorio Tomo VII. scriptorum Italicorum passim emendatus atque anonymo monasterii Ceccanensis scriptori tributus est; nostro aevo eum a V. Cl. Del Re T. I. pag.* 493 *sqq. adiecta versione Itala et observationibus iterum editum atque lectione codicis saeculi XVII. in bibliotheca Brancacciana pag.* 543—556 *subiecta correctum atque illustratum constat. Auctor exeunte saeculo duodecimo et initio saeculi decimi tertii in Campania Romana Ceccani scripsit, et fortasse Benedictus ille fuit, quem „dilectum suum notarium" Iohannes comes Ceccanensis non semel laudat et chartis suis pro monasterio sanctae Mariae de Flumine scribendis adhibuit. Quae quidem documenta et reliqua omnia ad monasterium Ceccanense et abbatem eius Landulfum facientia librum vere Ceccani, minime autem, ut nonnulli rati sunt, in coenobio Fossae novae compositum esse extra dubium ponunt. Quorum errori ansam dedisse videtur, quod codex membranaceus, qui unus olim innotuit hodieque latet, anno* 1600 *Fossae novae a Benedicto Conti Sorano bis terve transscriptus fuit, quibus exemplaribus editiones nostrae innituntur. Fossa nova olim Cisterciensis ordinis coenobium prope Pipernum in via qua Terracinam itur a meridie montium, Ceccanum vero trans montes in valle Hernicorum ad Saccum flumen prope Frusinonem et Ferentinum, cuius dioecesi adscribitur, est situm. Ceccani domini, ex stirpe comitum Anagninorum prognati, inter vasallos Romanae ecclesiae potentia eminebant, et regni Apuliae in limite constituti rerum illic quoque gestarum testes et socii extiterunt; quare familiaris Iohannis comitis, Benedictus notarius, vel quisquis alter fuerit, historiae conscribendae facile se accinxerit, praecipue quum et Casinensium vicinorum et Riccardi notarii familiaritate et exemplo incitaretur. Plurimum enim debuit annalibus antiquioribus, Casinensibus et Cavensibus, unde decerpta catalogis imperatorum et summorum pontificum immiscuit, atque catalogis principum comitumve, notitiis coenobiorum ecclesiarum Ceccanensium vicinorum, Casemarii praecipue, auxit. Quibus fontibus ita usus est, ut nonnunquam easdem res a diversis auctoribus sub diversis annis traditas bis textui suo insereret*[2], *immo errores neminem latentes negligens* 2

1) Muratorius hunc errorem inde ortum putat, quod in chartis a comite Landulfo abbati concessis et libro insertis *„Ego Iohannes de Ceccano"* . . . *concedo* scripsit; quod facile crediderim. 2) Cf. narrationes de Innocentii II. captivitate bis annis scilicet 1138 et 1139, Friderici I. coronationem annis 1155 et 1156.

3 *recipere[3]. In universum tamen notatis rebus saeculis XII. et XIII. et praecipue suo aevo in Campania gestis bene meruit. Nam dum haud semel Innocentius III. et Honorius III. in regione ista commorabantur, acta eorum tradidit, privilegia et chartas donationum ab ipso conscriptas, prout notarium decet, textui inseruit, plenam consecrationis ecclesiarum historiam tradidit, nec sine voluptate quadam versus ac convicia a decano montis Casini et Iohanne eiusdem loci monacho in Heinricum VI. imperatorem eiusque Theutonicos comites iactata transscripsit. In universum partes pontificum contra imperatores amplectitur. Accuratum*
4 *tamen rerum gestarum ordinem nonnunquam desideraveris[4], dum eas aliquanto*
5 *iam tempore praeterlapso[5] chartae tradidisse videtur.*

Ceterum multum abest, ut integro libri textu frui liceat. Codex authenticus, ut supra monui, quo tempore primum ultimumve comparuit, valde lacerus, textu annorum 1028—1083 *carebat et in fine mancus erat, lineis vocibusve multis exesis. Exempla tamen inde confecta quae Ughellio reliquisque editoribus ad manus fuerunt, textum non solum mancum sed et iusto vitiosiorem praebuerunt. Cui rei primum Muratorii ingenium, deinde Cl. Del Re codice bibliothecae Brancaccianae usus mederi studuit, nec ipse codices qui supererant bibliothecae Vallicellianae negligendos censui. Quibus subsidiis adhibitis textum aliquanto meliorem proponere contigit. Usus sum igitur*

1*) Codice bibliothecae Vallicellianae* I. 42 *signato chartaceo in folio, quo et Raynaldum olim usum fuisse constat, et cuius collationem cum textu Muratorii diligentiae viri doctissimi Reifferscheidii debemus. Volumen exhibet duo exempla, quorum alterum ex altero iterum exemplatum V. Cl. refert. Inscribitur autem:* CHRONICA FOSSAE NOVAE ROMANORUM PONTIFICUM ET IMPERATORUM auctore Ioanne de Ceccano exemplaria duo MS. ex codicibus autographis ecclesię S. Marię Fluminis de Ceccano. A nativitate Domini nostri Iesu Christi ad annum eiusdem MCCXVIII. *Sunt tabulae annos Domini, indictiones, pontifices, annos pontificum, imperatores, annos imperatorum complexae, quibus notae inscriptae sunt. In fine exempli manu scribae haec adduntur:* Explicit Cronica Domini de Ceccano, Quam ego subscriptus de uerbo ad uerbum propria manu ex ipso puro originali ueteri in membrana manuscripta excepto quod Instrumenta Ecclesias S. Marie flum. de Ceccano concernentia non integra copiaui, at reliqua integre et realiter, ut scriptum ibi inueni, copiaui die VII. Lulij 1600 fosse nouę. Bened. Conti Soranus. *Textum hunc omnium optimum funda-*
6 *menti loco posui. Proximus ei est ex ipso transscriptus[6]*

2*) Codex bibliothecae Brancaccianae* II. D. 17. *signatus, cuius lectiones variantes Viro Cl. Del Re pagg.* 543—549 *debemus. Plurimum cum Vallicelliano congruit, at chartas donationum ab isto nonnisi excerptas integras habet, et annalibus consuetudines Ceccanenses subiecit, quales apud Ughellium et reliquos editores habentur; anno quoque* 1211. *notam sibi propriam alia manu adiectam sistit.*

3*) Ultimo loco Ughellii editionem et Muratorii laudare oportet.*

CRONICA ROMANORUM PONTIFICUM ET IMPERATORUM.

Cronicon graece, latine dicitur tempus; inde cronica tempora. Octavianus Augustus imperavit annis 56. Anno nono imperii eius ab eodem Octaviano Augusto annus bissextus inventus est, et ciclus solaris constitutus est 33. anno imperii eius.

3) Anno 1162 errorem Annalium Casinensium de Heinrici, loco Friderici, victoria transscripsit. 4) cf. annos 1196—1202. 5) A. 1198 mala per Marcuardum *et successores eius* in Sicilia facta commemorat. 6) ut dicit Del Re pag. 492.

Postmodum autem 39. anno imperii eiusdem facta est descriptio universi orbis per edictum Caesaris sub praeside Syriae Cirino. Hoc anno in Syria facta est descriptio a praeside Cirino, quae vel sic dicitur era solvendo aere, vel ab hoc quod est ibi scriptum:

Exiit edictum, dicta est indictio prima,
In cuius quarto rerum Davidica virgo
Parturiit solem Syon inducens Salamonem.
Ungitur in regem, pacis praefert sibi legem.
Sicque tenens apicem diiudicat hic meretricem.

Anno Domini primo indictione *4. anno 42. imperii Octaviani Augusti natus est **IESUS CHRISTUS** filius Dei in Betleem Iudae ex Maria virgine. Post nativitatem domini nostri **IESU CHRISTI** Octavianus Augustus imperavit annis 14.

12. indict. 15. Hoc anno remansit puer Iesus in Hierusalem, quando invenerunt eum parentes eius in templo in medio doctorum audientem illos, et interrogantem.

15. ind. 3. Tiberius imperavit annis 18 usque ad annum, quo passus est dominus noster Iesus Christus.

30. indict. 3. Hoc anno baptizatus est dominus noster Iesus Christus a Iohanne.

33. indictione 6. Hoc anno passus est dominus noster Iesus Christus. Post passionem Domini Tiberius imperator imperavit annis 5.

34. indictione 7. post passionem Domini beatus Petrus apostolus princeps apostolorum, filius Iohannis provinciae Galileae, vico Bethsaida, frater Andreae, tenuit sacerdotalem cathedram annis 7 in Antiochia.

39. ind. 12. Gaius, qui et Caligula, annis 3, mens. 10, diebus 8.

42. ind. 15. Claudius imperavit annis 14, mens. 7, diebus 28.

44. ind. 2. deinde sanctus Petrus venit Romam, ibique 25 annis et mens. 7 et diebus 8 catedram sacerdotalem tenuit.

56. ind. 14. Nero imperavit annis 13, mens. 7, diebus 28.

69. ind. 12. Linus Italicus de regione Tusciae patre Aesculano sedit annis 11, mens. 3, diebus 11. Hic constituit ex praecepto beati Petri apostoli, ut mulieres in ecclesiam velato capite introirent. Galba mensibus 6.

70. ind. 13. Vespasianus imperavit annis 9, mens. 11, diebus 12.

80. ind. 8. Cletus natione Romanus de regione Vicopatritii, patre Aemiliano, sedit annis 11, mense 1, diebus 11. Titus annis 3.

83. ind. 11. Domitianus imperavit annis 13, mens. 5.

91. ind. 4. Clemens natione Romanus de regione Caelio monte, ex patre Faustino, sedit annis 9, mens. 2, diebus 10. Hic dum multos libros zelo fidei christianae religionis ascriberet, martirio coronatur. Hic fecit septem regiones, dividit notariis fidelibus ecclesiae, qui gesta martirum sollicite et curiose, unusquisque per regionem suam, diligenter perquireret.

96. ind. 9. Nerva anno 1 et mens. 3.

98. ind. 11. Traianus annis 19.

100. ind. 13. Anacletus natione Graecus de Athenis, ex patre Antioco sedit annis 9, mens. 2, diebus 10, et cessavit episcopatus eius diebus 13. Hic memoriam beati Petri apostoli construxit et composuit.

109. ind. 7. Evaristus natus Graecus ex patre Iudaeo nomine Iuda de civitate Betleem, sedit annis 10. Hic titulos in Urbe constituit, et divisit presbiteris, et 7 diacones constituit, qui custodirent episcopum praedicantem propter stilum veritatis.

118. ind. 1. Hadrianus imperavit annis 21.

120. ind. 3. Alexander natus Romanus ex patre Alexandro, de regione Caput Tauri, sedit annis 8, mens. 5, diebus 2, et cessavit diebus 35. Hic passionem Domini miscuit in praedicatione sacerdotum, quando missae celebrantur. Hic constituit aquae sparsiones cum sale benedici in cubiculis hominum.

128. ind. 11. Sixtus natus Romae ex patre Pastore, regione Via lata, sedit annis 10, mens. 3, diebus 21, et cessavit diebus 9. Hic constituit, ut ministeria sacrata non tangantur nisi a ministris. Hic constituit, ut quicumque episcoporum evocatus fuisset ad sedem apostolicam, et rediens ad parochiam suam, non susciperetur nisi cum litteris patriarchae salutationis plebi, quod est formata.

139. ind. 7. Telesphorus natus Graecus ex anachoreta, sedit annis 11, mens. 3, diebus 22, et cessavit diebus 7. Hic constituit, ut 7 ebdomas ante ieiunium celebrarentur, et 3 in natale Domini missae celebrarentur. Nam omni tempore ante horae 3. cursum nullus praesumat celebrare, qua hora Dominus noster ascendit crucem, et ante sacrificium ymnus dicetur angelicus, hoc est Gloria in excelsis Deo. Antoninus Pius cum filiis suis imperavit annis 22, mens. 3.

150. ind. 3. Yginus natus Graecus de Athena, cuius genealogia non invenitur, sedit annis 4, mens. 3, diebus 6. Hic clerum composuit et distribuit gradus.

154. ind. 7. Anicetus natione Sirus ex patre Ioanne de Vico Mirra, sedit annis 9, mens. 3, diebus 4. Hic constituit ut clerus comam non nutriret secundum praeceptum apostolorum.

161. ind. 14. Marcus Antoninus Verus cum fratre Lucio imperavit annis 19.

163. ind. 1. Pius natus Ytalicus de civitate Aquileia, ex patre Rufino, sedit annis 11, mens. 3, diebus 21, et cessavit diebus 14, sub cuius temporibus episcopus Ermem librum scripsit, in quo mandatum continet, quod ei praecepit angelus Domini, cum venit ad eum in habitu pastoris, et praecepit ei, ut sanctum pascha die dominico celebraretur. Hic constituit a Iudaeo haereticum venientem suscipi et baptizari, et constitutum fecit de ecclesia.

174. ind. 12. Soter natione Campania, ex patre Concordio de civitate Fundi, sedit annis 9 et mens. 3, diebus 21, et cessavit diebus 22. Hic constituit ut nulla monacha pallea sacrata contingeret, nec incensum poneret in sanctam ecclesiam.

180. ind. 3. Commodus post Antoninum imperavit annis 13.

183. ind. 6. Eleuterius natus Graecus ex patre Abundio de oppido Nicopoli, sedit annis 15, mens. 6, diebus 5, et cessavit diebus 6. Hic accepit epistolas a Lucio rege Brittonio, ut christianus fieret per eius mandata, et hoc iterum firmavit, ut nulla esca usualis a christianis repudiaretur, maxime fidelibus, quod Deus creavit, quae tamen rationalis et humana est.

193. ind. 1. Helvius Pertinax, et Severus imperavit annis 19.

199. ind 7. Victor natus Afer ex patre Felice, sedit annis 10, mens. 2, diebus 10, et cessavit diebus 12. Hic constituit ut sanctum pascha die dominico celebraretur, sicut et Pius. Hic fecit frequentes clericos, et constituit, ut

necessitate faciente, ubi inventus fuisset sive in flumine sive in mari sive in fontibus, tantum christiana confessione credulitatis clarificata, quicunque hominum ex gentile veniens, baptizaretur

209. ind. 2. Zeferinus natione Romanus ex patre Abundio, sedit annis 9, mens. 6, diebus 10, cessavit episcopatus diebus 6.

212. ind. 5. Antoninus Caracalla imperavit annis 7.

218. ind. 11. Calixtus natus Romanus ex patre Dometio de regione urbe Ravennatium, sedit annis 5, mens. 2, diebus 10, et cessavit diebus 6. Hic constituit ieiunium die sabbati ter in anno fieri, frumenti, vini et olei, secundum prophetiam, quarti, septimi, et decimi. Hic fecit basilicam sanctae Mariae Transtiberim.

219. ind. 12. Macrinus anno 1.

220. ind. 13. Antoninus Aurelius imperavit annis 3.

223. ind. 1. Alesander imperavit annis 13.

225. ind. 3. Urbanus natus Romanus ex patre Pontiano, sedit annis 8, mens. 11, diebus 12, et cessavit diebus 30. Hic fecit misteria sacrata omnia argentea. Hic sua traditione multos convertit ad bablismum.

233. ind. 11. Pontianus sedit annis 5, mens. 2, diebus 2.

236. ind. 14. Maximus imperavit annis 3.

238. ind. 1. Antheros sedit annum.

239. ind. 2. Fasianus natus Romae ex patre Fabio, sedit annis 14, mens. 11, diebus 11, et cessavit diebus 7. Hic regiones divisit diaconibus, et fecit 7 diacones, qui 7 notariis imminerent, et gesta martyrum in integrum colligerent, et multas fabricas per cimiteria fieri praecepit. Gordianus imperavit annis 6.

245. ind. 8. Filippus cum Filippo filio suo imperavit annis 7. Hic primus imperator christianus fuit.

252. ind. 15. Decius anno 1, mens. 3.

253. ind. 1. Cornelius sedit annis 2, mens. 5, diebus 10. Gallus cum Volusiano annis 2, mens 4.

255. ind. 3. Lucius sedit annis 3, mens. 3, diebus 3

257. ind. 5. Valerianus cum Galieno filio imperavit annis 15

258. ind. 6. Stephanus sedit annis 4, mens. 3, diebus 2.

262. ind. 10. Sixtus sedit annis 2, mens. 6, diebus 8.

264. ind. 12. Dionysius sedit annis 2, mens. 3.

266. ind. 14. Felix sedit annis 2, mens. 10, diebus 25.

268. ind. 1. Eutichianus sedit annis 9, mens. 10, diebus 4, et cessavit diebus 8.

272. ind. 5. Claudius imperavit anno 1, mens. 9.

275. ind. 8. Aurelianus imperavit annis 5.

277. ind. 10. Gaius sedit annis 11, mens. 3, diebus 9, et cessavit diebus 11.

280. ind. 13. Tacitus mens. 6.

281. ind. 14. Probus imperavit annis 6, mens. 3.

287. ind. 5. Karus cum Karino et Numerianus annis 2.

289. ind. 8. Marcellinus sedit annis 7, mens. 2, diebus 25, et cessavit annis 7, mens. 6, diebus 25. Diocletianus cum Maximiano annis 2, Constantius et Licinius imperavit annis 15.

304. ind. 7. Marcellus sedit annis 6.

306. ind. 9. Maximus Galerius imperavit annis 3.

309. ind. 12. Constantinus imperavit annis 30, mens. 10.

310. ind. 13. Eusebius sedit annis 2, mens. 2.

312. ind. 15. Melchiadis sedit annis 3, mens. 7, diebus 8, et cessavit diebus 16.

316. ind. 4. Silvester sedit annis 23, mens. 10, diebus 11, et cessavit diebus 15.

339. ind. 12. Constantius cum Constantino et Constante fratribus imperavit annis 24.

340. ind. 13. Marcus sedit annis 2, mens. 8, diebus 20. Sanctus Hilarius claruit, primus Latinorum theologus.

343. ind. 1. Iulius sedit annis 11, mens. 2, diebus 7, qui sub Constantino imperatore 10 mensibus exilia et tribulationes perpessus, post mortem cum magna gloria ad suam sedem reversus, et quievit in pace. Hic constituit, ut nullus clericus causam quamlibet in publico ageret, nisi in ecclesia, et sine causatione, vel strumenta, aut donationes aut manumissiones in ecclesia a clericis celebrarentur.

354. ind. 12. Liberius sedit annis 10, mens. 7.

363. ind. 6. Iulianus annis 2, mens. 8.

364. ind. 7. Felix anno 1.

365. ind. 8. iterum Liberius sedit annis 5. Iobinianus mensibus 7.

366. ind. 9. Valentinianus cum fratre Valente imperavit annis 10.

370. ind. 13. Damasus sedit annis 18, mens. 7, diebus 10, et cessavit diebus 21.

376. ind. 1. Valens cum Gratiano et Valentiniano imperavit annis 4.

380. ind. 8. Gratianus cum Valentiniano fratre Theodosio imperavit annis 6.

386. ind. 14. Theodosius imperator cum Valentiniano imperavit annis 11.

388. ind. 1. Siritius sedit annis 15, mens. 11, diebus 25, et cessavit diebus 20.

397. ind. 10. Arcadius imperator cum Honorio imperavit annis 13.

405. ind. 3. Anastasius sedit annis 2, diebus 22, et cessavit diebus 21.

407. ind. 5. Innocentius sedit annis 15, mens. 2, diebus 20, et cessavit diebus 22.

410. ind. 8. Honorius imperator cum Theodosio imperavit annis 15.

422. ind. 5. Zosimus anno 1, mens. 8, diebus 25, et cessavit diebus 11. Hic constituit cercum sabbato sancto benedici in ecclesia.

425. ind. 8. Bonifacius sedit annis 3, mens. 8, diebus 13, et cessavit diebus 9. Theodosius minor imperator cum Valentiniano genero imperavit annis 26.

428. ind. 11. Celestinus sedit annis 8, mense 1, diebus 11, et cessavit diebus 21. Hic constituit psalmos David antiphones ad sacrificium.

436 ind. 4. Sixtus sedit annis 8, diebus 19. Hic accusatus de adulterio fecit sinodum, purgatus est damnatis suis accusatoribus.

444. ind. 12. Leo primus doctor sedit annis 21, mense 1, diebus 27, et cessavit diebus 7.

452. ind. 5. Martianus et Valentinianus imperaverunt annis 7.

459. ind. 12. Leo I. imperator imperavit annis 17.

465. ind. 3. Hilarius sedit annis 6, mens. 3, diebus 10, et cessavit diebus 10.

471. ind. 9. Simplicius sedit annis 15, mense 1, diebus 7, et cessavit diebus 6.

476. ind. 14. Zeno imperavit annis 16.

486. ind. 9. Felix III. sedit annis 8, mens. 11, diebus 17, et cessavit diebus 5.

492. ind. 15. Anastasius imperavit annis 26.

495. ind. 3. Gelasius sedit annis 4, mens. 8, diebus 19.

499 ind. 7. Anastasius sedit anno 1, mens. 11, diebus 24.

501. ind. 9. Simmachus sedit annis 15, mens. 7, diebus 28, et cessavit diebus 7.

516. ind. 9. Hormisda sedit annis 10, diebus 18, et cessavit diebus 6.

518. ind. 11. Iustinus imperavit annis 9.

526. ind. 4. Ioannes I. sedit annis 2 et mens. 9.

527. ind. 5. Iustinianus imperator imperavit annis 38.

528. ind. 6. Felix IV. sedit annis 4, mens. 2, diebus 13

532. ind. 10. Bonifacius sedit annis 2.

534. ind. 12. Ioannes II. sedit annis 2, mens. 4.

536. ind. 14. Agapitus sedit mens. 11.

537. ind. 15. Silverius anno 1, mens. 5. Huius temporibus obsessa est Roma a Gothis anno 1 in circuitu, sed liberatur a Belisario patritio.

540. ind. 3. Vigilius sedit annis 17, mens. 6, diebus 26, et cessavit mens. 3, diebus 5. Huius temporibus capta est Roma a Gothis, sed a Narsi patricio postmodum occiso Totila recepta est.

558. ind. 6. Pelagius sedit annis 4, mens. 10, diebus 18, et cessavit mens. 3.

563. ind. 11. Ioannes III. sedit annis 13, mens. 11, diebus 27, et cessavit mens. 10, diebus 3.

565. ind. 13. Iustinus imperavit annis 11.

566. ind. 9. Tyberius imperavit annis 7.

577. ind. 10 Benedictus I. sedit annis 3, mense 1, diebus 18. Huius temporibus Longobardi invaserunt Italiam.

580. ind. 13. Pelagius II. sedit annis 10, mens. 2, diebus 10, et cessavit mens. 6, diebus 25.

583. ind. 1. Mauricius imperavit annis 20.

591. ind. 9. Gregorius doctor primus sedit annis 13, mens. 6, diebus 10, et cessavit mens. 5, diebus 16. Hic adiunxit in canone: *Diesque nostros in tua pace dispone*, et ab eodem incoepta est letania in festo sancti Marci ad Sanctum Petrum.

603. ind. 6. Phocas imperavit annis 7.

606. ind. 9. Fabinianus imperavit anno 1, mens. 5 diebus 19

608 ind. 11. Bonifatius mens. 8, diebus 28.

609 ind. 12. Bonifatius sedit annis 6, mens. 8, diebus 12, et cessavit mens. 7 et diebus 25.

610. ind. 13. Eraclius imperator cum Constantino filio suo imperavit annis 31.

616. ind. 4. Deusdedit sedit annis 3, diebus 17, et cessavit mense 1 et diebus 21.

619. ind. 7. Bonifatius sedit annis 5, diebus 13, et cessavit mens. 7.

625. ind. 13. Honorius sedit annis 12, mens. 11, diebus 17, et cessavit mens. 7 et diebus 18.

638. ind. 11. Severinus sedit annis 2, mens. 4, diebus 28.

641. ind. 13. Iohannes sedit anno 1, mens. 8, diebus 29, et cessavit mense 1, diebus 13.

641. ind. 14. Constantinus cum Eraclona fratre eius imperavit annis 28

642. ind. 15.[a] Theodorus sedit annis 6, mens. 5, diebus 8, et cessavit diebus 52.[a]

648. ind. 6. Martinus martyr sedit annis 6, mense 1, diebus 26, et cessavit diebus 28.

654. ind. 12. Eugenius sedit annis 2, mens. 9, diebus 22, et cessavit mens. 2.

656. ind. 14. Vitalianus sedit annis 14, mens. 6, diebus 13.

670. ind. 13. Constantinus imperator imperavit annis 17.

671. ind. 14. Deodatus sedit annis 4, mens. 2, diebus 5, et cessavit mens. 4, diebus 25.

676. ind. 4. Donus sedit anno 1, mens. 5, diebus 10, et cessavit mens. 2 et diebus 15.

678. ind. 6. Agatho sedit annis 2, mens. 6, diebus 3, et cessavit anno 1 et mens. 7, diebus 5.

681. ind. 9. Leo II. mens. 10, diebus 16.

682. ind. 10. Benedictus mens. 10, diebus 11.

685. ind. 13. Iohannes sedit anno 1.

687. ind. 15. Conon mens. 11. Iustinianus imperator imperavit annis 10.

688. ind. 1. Sergius sedit annis 13.

697. ind. 10. Leo imperator imperavit annis 3.

700. ind. 13. Tiberius imperavit annis 7.

701. ind 14. Iohannes sedit annis 3, mens. 2, diebus 13, et cessavit mens. 3, diebus 13.

704. ind. 2. Iohannes sedit annis 2, mens. 6, diebus 6, et cessavit mens. 3.

707. ind. 5. Sisinnus diebus 20. Iustinianus II. imperavit annis 6.

708. ind. 6. Constantinus sedit annis 7, diebus 15, et cessavit diebus 40.

713. ind. 11. Philippus anno 1.

714. ind. 12. Anastasius imperavit annis 3.

715. ind. 13. Gregorius sedit annis 16, mens. 8, diebus 22, et cessavit diebus 35. Hic statuit quinta feria in quadragesima ieiunari, et missarum celebritatem sicut tota ebdomada per totum annum in ecclesia fieri, quod antea non agebatur.

717. ind. 15. Theodosius anno 1

718. ind. 1. Leo cum Constantino filio imperavit annis 25.

731. ind. 14. Gregorius III. sedit annis 10, mens. 9, diebus 24, et cessavit diebus 8. Hic adiunxit in secreta: *Quorum solemnis hodie in conspectu gloriae suae celebratur triumphus in toto orbe terrarum.* Et fecit recedere totam Italiam a potestate Leonis augusti haeretici ob depositionem imaginum.

a) *haec desunt* 1.

742. ind. 10. Zacharias sedit annis 10, mensibus 4, diebus 15, et cessavit diebus 13. Hic ob infestationem Astulfi regis Longobardorum pergens Franciam, unxit Pipinum filium Caroli regis, et duos filios eius in reges Francorum Qui rex simul cum eo veniens in Italiam abstulit Ravennam, et 20 alias civitates eidem Astulfo, et sub iure sancti Petri redegit: unde etiam patricius Romanus factus est.

743. ind. 11. Constantinus cum Helena matre imperavit annis 10, mens. 2, diebus 2

752. ind. 5. Stephanus II. sedit annis 5, diebus 28, et cessavit mense 1, diebus 5. Hic Francorum regem Carolum Magnum fratrem Pipini fecit clericum, et misit eum ad Casinense monasterium fieri monachum, cui etiam monasterio dona plurima cum privilegio sedis apostolicae contulit.

753. ind. 6. Constantinus et Leo filius eius cum Pipino rege Francorum et Carolo Magno filiis suis imperavit annis 16

757. ind. 10. Paulus sedit annis 10, mense 1, et cessavit anno 1 et mense 1.

768. ind. 6. Constantinus anno 1.

769. ind. 7. Stephanus I. sedit annis 23. Hic obiit Pipinus rex Francorum et patricius Romanorum

773. ind. 11. Adrianus I. sedit annis 23, mens 2, diebus 23. Huius precibus vocatus Carolus filius supranominati Pipini regis, obsedit Longobardos in Apulia, ubi cepit Desiderium regem et uxorem eius, quos captivos portavit in Franciam. Et veniens Romam reddidit omnia, quae pater eius Pipinus dederat divo Petro, adiuncto ei quoque duca u Spoletino et Beneventano: et ob hoc ipse patricius Romanorum dictus est.

796. ind. 4. Leo III. sedit annis 20, mensibus 5, diebus 16, et cessavit diebus 3. Hic dum pergeret die sancti Marci cum letania ad Sanctum Petrum captus est, et cecatus est, praecisa eius etiam lingua. Sed Deus omnipotens reddidit ei visum et loquelam: et pergens ad Carolum regem Francorum susceptus cum honore rediit Romam cum praefato rege, et facta vindicta de inimicis suis, purificavit se papa per sacramentum de quibusdam criminibus sibi illatis. Idem rex est coronatus in imperatorem Romanorum.

796. ind. 4. Constantinus imperator excoecatus est

801. ind. 9. Carolus I. accepit imperium Romanorum, et imperavit annis 13, mense 1, diebus 4.

811. ind. 4. Michael imperator imperavit.

816. ind. 9. Stephanus III. mens. 7. Lodoicus cum Lotario filio imperavit annis 25.

817. ind. 10. Paschalis I. sedit annis 7, diebus 17.

824. ind. 11. Eugenius II. sedit annis 3, mens. 2.

827. ind. 5 Valentinus sedit diebus 40.

828. ind. 6. Gregorius IV sedit annis 16.

841. ind. 3. Lotarius imperavit annis 9.

844. ind. 7. Sergius II. sedit annis 3, et cessavit mens. 2, diebus 15.

847. ind. 10. Leo IV. sedit annis 8, mens. 3, diebus 6, et cessavit mens. 2 et diebus 15.

850. ind. 13. Lotarius cum Lodoico filio imperavit annis 5.

855. ind. 3. Lodoicus imperavit annis 19.

856. ind. 4. Benedictus III. annis 2, mens. 6, diebus 10, et cessavit diebus 15.

858. ind. 6. Nicolaus I. sedit annis 8, mens. 2, diebus 20.

868. ind. 1. Adrianus II. sedit annis 5.

873. ind. 6. Iohannes VIII. sedit annis 2, diebus 15.

876 ind. 9. Karolus II. imperavit anno 1.

881. ind. 14. Karolus III. imperator imperavit annis 22.

883. ind. 1. Martinus anno 1, mens. 5.

884. ind. 2. Adrianus III. anno 1, mens. 4.

885. ind. 3. Stephanus V. sedit annis 6 et diebus 8.

891 ind. 9. Formosus sedit annis 5, mens. 3.

896. ind. 14. Bonifacius VI. diebus 15.

897. ind. 15. Stephanus anno 1, mens. 4.

898. ind. 1. Romanus mens. 3, diebus 22

899. ind. 2. Theodorus diebus 30.

900. ind. 3. Iohannes IX. sedit annis 11, diebus 15.

902. ind. 5. Benedictus IV. sedit annis 3, mens. 2. Lodoicus imperavit annis 4.

905. ind. 8. Leo V. diebus 40, Christophorus mens. 7. Hic eiectus de pontificatu factus est monacus.

906. ind. 9. Sergius III. sedit annis 7, diebus 16.

908. ind. 11. Berengarius imperavit annis 6.

913. ind. 1. Anastasius III. sedit annis 2, mens. 2

915. ind. 3. Lando mens. 6, Ioannes X. sedit annis 13, mens. 2, diebus 3.

916. ind. 4. Berengarius imperavit annis 4.

921. ind. 9. Ugo imperavit annis 6.

928. ind. 1. Leo VI. mens. 7.

929. ind. 2. Stephanus VII. sedit annis 2, mense 1.

931. ind. 4. Ioannes XI. sedit annis 4, mens. 10. Hic fuit filius Sergii papae. Berengarius imperavit annis 8.

936. ind. 9. Leo VII. sedit annis 6, diebus 10.

939. ind. 12. Stephanus VIII. sedit annis 3, mens. 4, diebus 15.

943. ind. 1. Marinus II. sedit annis 3, mens. 6, diebus 14.

946. ind. 4. Agapitus II. sedit annis 10, mens. 6, diebus 10.

948. ind. 6. Lotharius imperavit annis 2.

950. ind. 8. Berengarius cum Adelberto filio suo imperavit annis 11.

956. ind. 14. Ioannes XII. sedit annis 7.

962. ind. 5. Otto I. imperavit annis 6.

963. ind. 6. Benedictus VI. sedit anno 1, mens. 6.

964. ind. 7. Leó VIII. sedit anno 1, mens. 4.

965. ind. 8. Ioannes XIII. sedit annis 7, mens. 11. Hic a Petro praefecto Romanae urbis comprehensus, et in

castellum Sancti Angeli retrusus, deinde in Campaniam in exilium missus, post 10 menses et dies 28 Romam reversus est, et de persecutoribus eius ab Ottone imperatore supplicium sumptum.

968. ind. 11. Otto II. cum Ottone filio imperavit annis 8.

973. ind. 1. Benedictus VI. sedit anno 1, mens. 6. Iste comprehensus est a Cintio Theodorae filio, et in castello Sancti Angeli retrusus, ibique strangulatus est.

974. ind. 2. Donus[a] II. sedit anno, mens. 6.

975. ind. 3. Bonifacius VII. sedit anno 1, mense 1.

976. ind. 4. Benedictus VII. sedit annis 9, mens. 7.

985. ind. 13. Ioannes XIV. mens. 9 Hic in castello Sancti Angeli retrusus, et per 4 menses fame afflictus mortuus est, et ut fertur occisus.

986. ind. 14. Ioannes XV. sedit annis 10, mens. 6.

996. ind. 9. Gregorius V. sedit annis 2 Otto III.[b] imperavit annis 5.

998. ind. 11. Ioannes XVI. mens. 10.

999. ind. 13. Sylvester II. sedit annis 4, mense 1, diebus 9. Otto imperator puer Beneventum venit.

1001. ind. 14. obiit[c] Otto III. imperator Sutri, et Henricus filius patrui sui fit rex.

1002. ind. 15. Sarraceni venerunt super Capuam.

1003. ind. 1. Ioannes XVII. mens. 5

1004. ind. 2. Ioannes XVIII. sedit annis 5.

1007. ind. 5. a tempore Longobardorum usque in hunc annum sunt anni 400. Landulfus princeps Capuanus obiit.

1009. ind. 7. Sergius IV. sedit annis 2, mens. 9.

1010. ind. 8. Ioannes abbas obiit Beneventi.

1012. ind. 10. Benedictus VIII. sedit annis 12.

1013. ind. 11. solis[d] defectus, et fames valida fuit.

1014. ind. 12. Henricus venit Romam, et coronatus est a papa Benedicto. Pandulphus princeps obiit.

1016. ind. 14. luna quasi sanguis facta est.

1017. ind. 15. Normanni Melo duce coeperunt expugnare Apuliam.

1022. ind. 5. Henricus imperator venit Italiam, et creavit principem Theobaldum, qui fuit comes Teani, et Pandulphum principem vinctum secum portavit. Sed mortuo imperatore iterum solutus rediit. Uno obsedit Capuam cum Graecis, et vi recepit eam. Idem ingressus est Neapolim, et obtinuit eam anno 1, mens. 5. Obiit Atinulfus abbas.

1024. ind. 7. Ioannes XIX. sedit annis 9, mens. 8.

1025. ind. 8. a tempore Lodowici imperatoris sunt anni 159 quando Capua capta est a Graecis et comite Pandulfo.

1028. ind. 11. Corradus coronatus est.

Hic nonnulla desiderantur.

1083. . . . . in papam Clementem constituit. Adinulfus comes Cannetum dissipavit. Cas. 1082.

Anno Domini 1084. ind. 7. Henricus rex a Romanis intromissus Romam 12. Kalendas Aprilis, et stetit usque 12. Kalendas Iunii. Et venit Robertus dux cum ingenti exercitu, et tradita est ei Roma a quibusdam Romanis, et multa mala ibi commisit. Accepto papa Gregorio egressus est. Cav. 1083.

1085. ind. 8. fames et mortalitas maxima fuit. Gregorius papa apud Salernum moritur. Robertus dux moritur. Iordanus fit princeps. Henricus imperavit annis 16. Cas. Cav. 1086.

1086. ind. 9. 13. Kalendas Martii prima hora noctis stella clarissima in circulum lunae prima ingressa est.

1087. ind. 10. Victor III. mens. 11. Hic fuit Desiderius abbas Sancti Benedicti, eodem die corpus sancti Nicolai venit Varim. 16. Kalendas Octobris Pisani apud Affricam debellaverunt et vicerunt Saracenos. Cav.

1088. ind. 11. Agustinus fit abbas Casaemarii.

1089. ind. 12. Urbanus II. sedit annis 11, mens. 4.

1090. ind. 13. obiit Iordanus Capuae princeps, et Capuani debellaverunt. Ecclesia sancti Martini dedicata est a Iohanne Tusculanense episcopo, ubi interfuerunt episcopi 6 numero. Cas. Cav

1093. ind. 1. 8. Kal. Octobris sol obscuratus est hora 6. usque ad horam nonae.

1094. ind. 2. obiit Ionathas.

1095. ind. 3. stellae de coelo visae sunt cadere; pridie Nonas Aprilis feria quarta motio magna in Hierusalem christianorum. Claustra Casaemarii incoepta.

1096. ind. 4. innumera Francorum et ultramontanorum aliarumque gentium multitudo ad expugnandum Sarracenos mare transierunt.

1097. ind. 5. circundata est Antiochia mense Octobri iam die media.

1098. ind. 6. Antiochia capta est 3. Nonas Iunii feria 5, et stella cometes apparuit, et coelum igneum, et sol obscuratus est.

1099. ind. 7. Rogerius comes venit super Capuam. Postea filii Gerardi recuperaverunt Soram.

1100. ind. 8. Paschalis II. sedit annis 18, mens. 5, diebus 7. Hierusalem capta est a christianis. Cas 1099.

1103. ind. 11. Sora cremata est cum 7 ecclesiis in sanctae Mariae. Luna enclipsin passa est 14. Kal. Octobris, cum nulla nubes appareret.

1104. ind. 12. Robbertus filius Iordanis principis surrexit contra principem, videlicet germanum eius. Ecclesia sancti Dominici in octava sanctae Mariae dedicata est a papa Paschali. Obiit Gregorius comes Ceccani 12. Kal. Octobris, feria 3.

1105. ind. 13. Marchion venit Romam consentientibus quibusdam Romanis, et elegit Adanulfum in papam Silvestrum ad Sanctam Mariam Rotundam infra octavam sancti Martini, sed sine effectu reversus est, et Boemundus transfretavit in Apuliam.

1106. ind. 14. abbas Augustinus episcopus factus est, Iohannes fit abbas Casaemarii, et Henricus rex obiit.

a) Nonus 1. b) IIII. 1. c) *deest in editionibus et cod.* d) salis 1.

1108. ind. 1. obiit Iohannes abbas Casaemarii, et Placidus fit abbas Casaemarii. Apparuit stella cum cauda per dies 40. Venit Robbertus princeps in Campaniam mense Iunii, et accepit tributum a Ceperano usque Segniem[5]. Obiit Iohannes abbas Sancti Clementis.

1109. ind. 2. princeps Robbertus venit super Anagniam.

1110. ind. 3. legati regis Henrici Romam venerunt, orantes, ut papa concederet regi. Abbas Placidus renunciavit abbatiam, qui fuit episcopus Ferentinus, et Amatus fit abbas.

Cas. 1111. ind. 4. Hoc anno mortui sunt Roggerius dux et frater eius Boemundus et Richardus de Aquila. Rex Henricus Italiam cum magno exercitu venit, et cepit, et incendit Novariam, et venit Romam, et susceptus est a papa honorifice, et intromissus in ecclesiam sancti Petri, ut eum coronaret. Tunc ipse rex dolose peragens una cum suis ceperunt papam, cardinales, episcopos, nobiles. Papa iubente iuraverunt cardinales non excommunicare eum papa; quod[*] in suo officio iuvaret eum tenere regnum; quod nulli personae meritum redderet de eis quod rex fecerat eis. Henricus imperavit annis 15.

1113. ind. 6. Ceperanus crematus est 2. Idus Augusti, et arcem Ceccani in sanctae Mariae.

Cas 1115. 1114. ind. 7. Pisani debellaverunt Maioricam et Minoricam insulas. Paschalis papa fecit sinodum apud Ceperanum, et dedit insignia duci Wilielmo.

1116. ind. 9. abbas Amatus renunciavit abbatiam Casaemarii, et Benedictus fit abbas.

Cas 1117. ind. 10. terrae motus magnus per totam Longobardiam, et submersa sunt multa aedificia. Henricus imperator Romam rediit, et Pascalis papa fugit Beneventum.

1118. ind. 11. Gelasius II. sedit anno 1. Hoc anno 11. Kal. Februarii obiit papa Pascalis. Ioannes cancellarius in papam Gelasium ordinatur. Eodem die Henricus rex ordinavit alium in Roma invitus clericorum, Mauricius nomine, in papam Gregorium VI.[6] Idibus Martii.

1119. ind. 12. obiit Gelasius papa. Calixtus II. sedit annis 5, mens. 10, diebus 13. Guillelmus archiepiscopus Biennae[7] ordinatus est in papam Calixtum.

1120. ind. 13. Calistus papa venit Romam, inde Beneventum, et dux Willelmus et princeps Iordanus et magnates Apuliae fidelitatem ei fecerunt, et perrexit Barim, et liberavit de captivitate reginam Boamundi[a].

1121. ind. 14. Calistus papa cum Romanis et cum maxima gens venit super Arenariam, sed fallaciter hoste sua praeliante vacuus revertitur.

Cas 1123 1122. ind. 15. stellae innumerabiles visae sunt cadere per totum orbem pridie Kal.[b] Aprilis hora matutina. Ticclena cremata est.

1123. ind. 1. Benedictus abbas Casaemarii renuntiavit abbatiam, et Petrus praepositus factus est abbas. Eodem anno Kalistus papa pacem cum Henrico rege per legatos, et sinodum fecit fere 500 episcoporum. Iterum et iterum congregato exercitu post alia castra, expugnavit, cepit Magentiam, et baro capite truncatus est, uxorque illius et filii expositi, quia interfecerant apud Pipernum Crescentium comitem domni papae. Idem fecit Aqueputiae.

1124. ind. 2. obiit Calixtus papa 19. Kal. Ianuarii; consensu omnium clericorum Roma-
Cas norum post 7 dies ordinaverunt Lambertum Hostiensem episcopum in Honorium papam, qui sedit annos 5, mensem 1, dies 25.

1125. ind. 3. Hoc anno Idibus Martii venit Honorius papa cum maxima gente, et cepit Trevem atque Magentiam, et cremavit post tertium et Roccamsiccam et Iulianum, et Sanctum Stephanum et Prossei[c], et abstulit Sanctum Laurentium. Postea comites Guttifredus, Landulfus, Raynaldus iuraverunt papae.

1126. ind. 4. Honorius papa cepit Segnis et Vinculum, interfecto Otto[d]. Lotharius imperavit
Cav annis 11.

1127. ind. 5. Honorius papa venit super Arpinum[e], et plurimi interfecti, cum dedecus reversi sunt Romam.

1128 ind. 6. Godefridus et Rainaldus comites Ceccani quam plurima oppida ceperunt.
Cas 1127. Homines castri Frabratterie[f] et Supini reddiderunt se Guidoni et Iohanni. Mortuo duce Gui-
1128 lelmo papa cum exercitu rediit Beneventum.

1129. ind. 7. Ripae[g] crematus est.

*) q. non in s. o. iuraret 1. 2. 3. *cf. Annales Romanos SS. T. V. p.* 476. a) beamundi 1. b) *ita* 1. Nonas *Ann. Casinenses a.* 1123. c) Prosseum 3. d) interfectum Cito 2. e) *ita* 1. 2; Supinum 3. f) fabr. 2; frabr. 3. g) bipae 1. 3.

5) i. e. Signiam. 6) Burdinum. 7) i. e. Viennae.

1130. ind. 8. Innocentius II. sedit annis 13, mensibus 7, diebus 7. Obiit Honorius papa, et divisa est ecclesia. Alii ordinaverunt Innocentium papam, atque alii Anacletum. Obiit Placidus[a] episcopus Ferentinensis, et electus est domnus Gisus, et sacratus ab Anacleto.

1131. ind. 9. obiit Guttifridus comes; hoc anno fecit Roggerius clamare rex per terram suam.

1132. ind. 10. sol visus est habere circulum, ut arcus.

1133. ind. 11. rex Lotharius venit Romam cum Innocentio papa, et ab eo coronatus recessit. Sol obscuratus est, et terrae motus grandis.

1135. ind. 13. rex Roggerius incendit Aversam, et tulit terram comitis Raynaldi, et Unfridi, et obsedit Neapolim.

1137. ind. 15. Innocentius papa venit cum Heleuterio[b] rege, et ceperunt totam terram usque Varim, et ordinaverunt Raynonem comitem ducem, et reversi sunt. Tunc rex pugnavit cum duce, et perdidit. Corradus imperavit annis 15. Cas. Cav.

1138. ind. 1. obiit Anacletus. Depositus est domnus Gisus episcopus Ferentinus, et electus est episcopus Transmundus Segninus. Kal. Octobris fuit ventus validus, ita quod multa aedificia et arbores prostravit. Innocentius excommunicavit regem Roggerium cum omnibus suis fautoribus, et Guilelmum filium. Tunc papa et praefectus et dux Robertus cum multis venientes apud Sanctum Germanum, et incendentes omnia, veniunt Gallucium; ibi captus est papa cum multis et facta est redemptio tacenda. cf. Cav. 1138

1139. ind. 2. Innocentius papa congregavit sinodum in Roma, et damnavit partem Anacleti. Mense Iunii venit papa cum Romanis ad expugnandum regem Siciliae, et incensa sunt a Romanis Falvatera[c] et Insula et Sanctus Angelus in Tudicis. Et cum esset Gallutium, captus est papa a rege Roggerio cum multis; facta treuva cum rege reversus est Romam. Cas 1139.

1140. ind. 3. venit rex Siciliae, et filii eius mense Iulio ceperunt Soram, Arcim[d], et usque Ceperanum.

1141. ind. 4. Hoc anno factus est dyaconus 8. Kal. Martii ebdomada in quadragesima in ecclesia sancti Iohannis de Ceccano.

1142. ind. 5. luna 13. obscurata 2. Idus Februarii.

1143. ind. 6. Coelestinus II. mens. 5, diebus 14. Hoc anno cecidit turris Arenariae 4. Kal. Februarii, et obscurata est luna 14. in 4. Nonas Februarii incipiente nocte per 3 horas. Obiit Landulfus de Sancto Iohanne 4. Nonas Septembris. Obiit Innocentius papa 4. Idus Septembris. Guido cardinalis in papam Coelestinum ordinatur. Rex Siciliae venit Arcim, et misit in suo iure. Obiit Guttifridus filius domni Landulfi 16. Kal. Novembris, et filii regis ceperunt totam terram Marsorum.

1144. ind. 7. Lucius II. sedit mensibus 11, diebus 7. Obiit Landus[e] Pufanus[f] 11. Kal. Aprilis feria 6. Venit rex Siciliae in mense Iunio Ceperanum, et dux filius eius intravit in terram sancti Petri, et cepit eam.

1145. ind. 8. Eugenius III. sedit annis 8, mensibus 4, diebus 20, et cessavit diebus 2

1146. ind. 9. obiit Petrus abbas Sancti Clementis 4. Kal. Aprilis in parasceuen, et intravit Leo abbas 16. Kal. Iulii. Romani venerunt super Tiburim, et multos[g] ex eis decollaverunt.

1147. ind. 10. papa perrexit ultra montes.

1148. ind. 11. 11.[h] Kal. Aprilis interfectus est Transmundus Ferentinus in Vinculum. Dedicata est ecclesia sancti Clementis a duobus episcopis 14. Kal. Septembris. Feria 5. Michaël episcopus Aletrinus benedixit altare maius, quod est desuper. Leo episcopus Verulanus benedixit altare sancti Stephani, quod est in confessione. Postea Ferentinati elegerunt Ubaldum episcopum, qui fuit Pratensis.

1149. ind. 12. Ceccanus crematus est Idibus Septembris feria 3. Rex Franciae revertitur a transmarinis partibus. Cum esset Florentini, Fummonensis[i] ivit Gregorius invisere eum, et captus est a papa, et abstulit ei Fummonem.

1150. ind. 13. Eugenius papa Florentinum venit infra mensem Octobris, et multos archiepiscopos et episcopos ordinavit. Terracina capta est 6. Kal. Decembris.

1151. ind. 14. Hoc anno Bartholomaeus presbyter eiectus est de ecclesia sancti Clementis 4. Nonas Februarii die sabbati, perdidit omnia sua et officium, sed receptus est 7. Idus Iulii feria 2. Eugenius papa ivit Castrum, et dedicavit ibi ecclesiam sanctae crucis 10. Kal. Maii, et 6. Kal. Novembris dedicavit ecclesiam Casaemarii, et reversus est Segnim.

a) Augustinus 2. b) Lotario 2; Eleuterio 3. c) Salvaterra 3. d) arcem 3. e) landulfus 2. 3. f) pupusanus 2. g) multi 2. h) *deest* 2. i) fumonensis 1.

1152. ind. 15. Eugenius papa reversus est Romam 8. Idus Septembris. Exiit Leo abbas, et electus est Landulfus abbas 12. Kal. Octobris die sabbati quatuor temporum: ipso die in ipsa ecclesia sancti Clementis ordinatus est subdiaconus, et conversus. Fredericus imperator Cav. imperavit ann. 39[a], qui excessit alios in malum contra ecclesiam.

1153. ind. 1. Anastasius IV. sedit anno 1, mensibus 4, diebus 25. Obiit Ptolomaeus[b] Tusculanus 5. Kal. Martii. Obiit Landulfus comes Ceccani 3. Idus Aprilis sabbato in palmis. Obiit Eugenius papa Non. Iulii Tiburim[c]. Deportatus est Roma, sepultus in ecclesia sancti Petri. Conradus episcopus Savinensis consensu omnium elegitur in papam Anastasium. Scalona capta est a christianis 14. Kal. Septembris.

1154. ind. 2. 13. Kal. Iulii venit fulgur de coelo in valle quae est subtus ecclesiam sancti Clementis, et occidit ibi Iohannes presbyter et Petrus et Benedictus et Maria die sabbati. Obiit Anastasius papa III. Non. Decembris[d]. Albanensis episcopus eligitur in papam Adrianum. Adrianus sedit annis 5, mensibus 8, diebus 27.

1155. ind. 3. Hoc anno cancellarius Gulielmi regis Siciliae cum maxima gente infra mense Madio venit Ceperanum, et in 3. Kal. Iunii crematum est. In Kal. Iunii in terra sancti Petri, et ivit ad Montem sancti Ioannis, et in 3. Non. Iunii cremavit castrum Babuci. Postea venit Frusinunem, et cremavit Ticolenam[e], et sic reversi sunt. Deinde venit rex Romam, et coronatus est a Iun. 18. papa Adriano in festivitate sancti Petri, et reversus est Spoleti, et cremavit illum, et reversus est in terra sua. Et 12. Kal. Septembris Mariburellus cremavit Arcem. Postea venit apostolicus cum cardinalibus in 7. Idus Octobris ad civitatem Soranam, et dedicavit ibi ecclesiam sanctae Mariae. Et domnus apostolicus una cum principe recepit Capuam et aliam terram, et in festivitate sancti Martini crematum est Pofe.

Cav. 1156. Hic venit Fredericus Romam, et accepit coronam apud Sanctum Petrum ab Adriano papa.

1156. ind. 4. Hoc siquidem anno Guillelmus rex Siciliae pugnavit cum Graeco apud Brundusium, et devicit eum, dehinc venit Barim et dextruxit eum, et fecit ex eo villas[f]. Inter haec Robbertus princeps fugit, et captus est a comite Ricardo cum suo filio et filia in Traiectu, et datus est in manu regis praedicti. Deinde venit Beneventum, ubi erat Adrianus papa cum comite Robberto de Rotellu et cum comite Andrea et cum multis aliis, et eiecit eos inde, et fecit finem cum domno papa, et fecit eum iusiurandum, et domnus papa concessit ei totam terram, quam ipse tenebat. Mense Madio Simon Soranus interfectus est a suis hominibus; filius eius Simon fecit vindicatam pro eo, fecit cremare et praedare tota[g] civitas. Post haec ascendit in arcem Surelle et rebellavit[h] se regi. Tunc rex fecit possidere[i] eam per totum annum et eo amplius, et non potuit eam acquirere, et papa reversus est Romam.

1157. ind. 5. Gregorius comes Ceccani hoc anno acquisivit Carpinetam in octava sanctae Mariae. Mense Novembris venit comes Andreas cum Romanis et Graecis et aliis multis. Aquisivit totam terram Fundanam, et cremavit Traiectum. Pro vindicta principis acquisivit terram sancti Benedicti. Post haec intravit Cominum, et cremavit Postam[k] et Campuri, et perrexit usque Atinum, et reversus est ad Aquinum.

1158. ind. 6. Hoc anno in festivitate Innocentum, feria quarta post epiphania, perrexit comes Andreas super civitatem Sancti Germani, et pugnavit cum militibus regis, et devicit eos, apprehendit ex illis plus quam ducentos et omnia spolia eorum; alii fugerunt ad monasterium sancti Benedicti, et comes misit civitatem in suo iure, et ascendit in montem, et possedit monasterium usque in festo quadraginta martyrum, dimisit omnem terram, et ivit Anconam; deinde ivit ad imperatorem, qui obsedebat Mediolanum. In hoc anno in festo sancti Bartholomaei Ceccanenses pugnaverunt inter se: miles Landi de Balle[l] de Montone[8], et miles Ionathae Tusculanae, qui perdidit alio die. Roggerius abbas Sanctae Mariae obiit.

1159. ind. 7. Hoc anno papa Adrianus venit Anagnim, et ibi defunctus est Kal. Septembris feria tertia, et divisa est ecclesia. Omnes cardinales elegerunt cancellarium in papam Alexandrum. Guido de Crema et Raimundo et episcopus Tusculanus elegerunt Octavianum cardinalem in papam Victorium, et sacratus est Pharphum, et Alexander prius[m] sacratus est Nimpha. Hoc anno crematus est Pipernus et Fummone. Ubaldus episcopus Ferentinus ivit cum vicario ad imperatorem*.

* *Troyli addit:* Imperator Constantinopolitanus fecit pacem cum rege Siciliae usque ad 30 annos.

a) 37 *Cav.*, 38 2. 3. b) Tolomeus 1. c) Tiberim 1. d) Nov. 2 e) Tuderiam. f) villa *Caruso*. g) totam 1. h) reuelaunt 1. i) *cum glossa* obsidere 1. k) Portam 2. 3. l) Valle 3 m) pius 2. 8) Valmontone.

1160. ind. 8. In hoc anno Fredericus imperator dextruxit Cremam[a], et totam fecit cremare, et possedit Placenzam[b] et Mediolanum.

1160. ind. 8. Alexander III. sedit annis 22 duobus diebus minus, et cessit die 7. Hic venit Anagniam, et acquisivit totam Campaniam, et misit in suo iure. Hoc anno ordinavit Flaimundum monachum de monasterio Casaemarii in Verulana ecclesia, 6. Nonas Octobris ordinavit Rodulfum presbyterum et consecravit eum episcopum in Ferentinensi ecclesia. In eodem mense accepit filiam comitis Berardi de Albe Andreas comes Comini in coniugio. Praedictus Berardus dedit comiti Andreae pecuniam, ex qua recuperavit terram suam. Insuper et dedit ipsi totum dominium terrae suae, et ivit in Cominum, et spoliavit Sclavos. Et postea perrexerunt in terram sancti Vincentii, et cremaverunt plures villas. 6. die intrante mense Madio apparuerunt 3 soles. Idibus Octobris fuit terrae motus magnus. Hoc anno episcopus Narniae ivit per episcopatum Ferentinensem, et chrismavit pueros.

1161. ind. 9. Hoc anno 17. Kal. Februarii in aurora fuit ingens terrae motus. Comes Robbertus invasit terram usque Tarrentum. Comes Andreas relicta terra ivit Constantinopolim, et multi comites coniunxerunt se comiti Roberto.

1162. ind. 10.[c] in mense Martio imperator Henricus[d] accepit Mediolanum. Cas 1

1162. ind. 10.[e] Alexander papa ivit in Franciam. In mense Martio venit rex Guillelmus Siciliae, Cas 2
et vicit comitissam Cathenientium, et cepit Tabernam, et multi comites ammissis terris fugerunt. Quos persecutus est exercitus regis usque Abbrutium, cui praeerat Riccardus Ysaiae; et rex venit in colle Aponis, et constituit milites in montem Casinum in custodiam. Et misit comitem Lauri cum exercitu, et ceperunt montem Archanum et uxorem comitis Riccardi et multos, qui ibi inventi sunt. Comes Gregorius Ceccani obiit, et episcopus Landulfus de Sora obiit in Arpinum.

1163. ind. 11. Hoc anno 3. Non. Ian ventus evertit domos et arbores quam plurimas.

1164. ind. 12. Hoc anno Victor papa obiit mense Aprilis apud Luccam civitatem, et cf. Cas
elegerunt domnum Guidonem cardinalem in papam Paschalem. Eodem anno ecclesia sanctae Mariae de caritate ab Alatrinis et a Frusinonibus cremata est, et ibi multi servientes regis Siciliae mortui sunt et combusti.

1165. ind. 13. Cristianus cancellarius et comes Gonzolinus[f] ceperunt Maritimam et Campaniam, praeter Anagniam quam devastaverunt, et incenderunt Cisternam et Castrum, et fecerunt iurare totam terram ad fidelitatem Paschalis et imperatoris; et sic redierunt in Tusciam. Post reversionem illorum comes Gilibertus et Riccardus de Esaya[g] venerunt cum exercitu regis Siciliae, et intraverunt in Campaniam, et Verulani se reddiderunt; postea possederunt cum Romanis Aletrum, Ciccanum et Arenariam, et non potuerunt illam capere. Et sic intraverunt in vallem Sancti Laurentii, et incenderunt castrum Sancti Stephani et Prossei[h], et unusquisque postea rediit ad propria. Hoc autem anno Ripe, Turrice et castrum Sancti Laurentii et Insula cremata sunt, et Alesander papa reversus est Romam

1166. ind. 14. Guilelmus[i] rex obiit mense Madio, et filius eius Guilielmus successit in regnum cum matre sua Margareta[k] regina. Et eo anno obiit Raynaldus Casinensis abbas, et domnus Theodinus de Scarpa electus est in abbatem. Comes Andreas intravit terram regis Siciliae cum comite Riccardo, et obsederunt[l] Pastinam, et non potuerunt eam capere. Tunc perrexerunt ad Picani[m], et incenderunt eum[n], et ceperunt Itrum et Traiectum, et reversi sunt Ceccanum, et milites regis incenderunt Traiectum.

1167. ind. 15. Hoc anno 7. Kal. Ianuarii Arenaria incensa est. Hoc anno mense Madio cancellarius imperatoris Frederici venit super Romanos cum grandi exercitu, et pugnavit cum eis 3. Kal. Iunii, in Cas 1
qua pugna fuerunt mortui de Romanis sex millia, et capti multa millia. Deinde praedictus cancellarius devastavit et obsedit Romam. Ipso mense Simon de Sorella devenit homo[o] regis Siciliae, cui concessa est tunc Sorella et Sora et Pesclum Sodolum et Broccum. Deinde iussit[p] reaedificare Soram. Ceperunt omnes homines qui fuerunt ex ea ibidem reverti[q]. Imperator Fredericus venit Romam et obsedit eam. Papa autem Alexander[r] ob metum imperatoris per flumen Tiberis exivit de Roma, et ivit Beneventum. Romani autem cum vidissent impetum imperatoris non posse se sufferre, fecerunt illi fidelitatem, et dederunt illi obsides praeter

a) crema 2. b) plagensam 2. c) III 2. *loco anni et indictionis.* d) *ita* 1. 2. 3. e) *annus et ind. desunt* 2 f) gozolinus 1; gerzolinus 2; gotheolinus 3. g) Gaia 3. h) pressei 3. i) guilielmus 1. k) margarita 3. l) possederunt *cum glossa* obsederunt 1. m) picam 2. 3. n) eam 2. 3 o) hominem 2. p) iussi 2. 3. q) reuersi 3. r) alesander 3

maiores, qui erant in munitionibus suis. Post haec[a] imperator discessit a Roma cum omni exercitu suo, quia aestas erat fervida; plurimi de eius exercitu infirmabantur, et tot moriebantur, quod aliquis vix enumerare posset, ita ut cum paucis redierit in Alemanniam. In hoc anno pluit ab 8. Kal. Augusti saepius usque in 5. Idus Novembris, et postea non pluit usque in 13. Kal. Februarii, et flabat ventus[b] aquilo, eratque frigus tam forte[c], ut sata non nascerentur; et stagna coagulabantur; etiam lacus Fucini pene totus ita glacie coopertus fuit, ut super eum in altera parte[d] homo transire posset. Hoc anno episcopatus Sorae concessus est Corrado[e], qui fuerat archiepiscopus Maguntinae civitatis.

1168. ind. 1. mense Aprili Romani cum cancellario imperatoris et cum praefecto Romae perrexerunt super civitatem Albanensem, et dextruxerunt illam a fundamentis, et non sinebant illam reaedificare. Praedictus Corradus archiepiscopus voluit introire in
9 Campaniam cum exercitu Alexandri[9] papae, ut subiugaret illam, sed non valuit, quia comites de Ceccano resistebant ei fortiter. Hoc anno fuit fervida aestas, et non pluit, ideo sata non impleverunt in plurimis locis. Mense Septembris die 20. obiit in haeresim Paschasius papa, et pars eius elegit electum de Albanis in papam Calixtum.

1169. ind. 2. mense Februarii Adinulfus de Arpino obiit apud Ceccanum. Mense Martio comes Robbertus de Loretello profectus est[f] Siciliam facere concordiam cum rege. Obiit Guido de Ceccano comes Non. Kal. Octobris.

1170. ind. 3. mense Martii, die 15. Kal. Aprilis venit Alexander papa Verulas, ordinavit ibi archiepiscopis, episcopis, abbatibus et aliis ordinibus. Hoc autem anno misit[g] Constantinopolitanus nepotem suam cum episcopis Graecis et cum comitibus et cum multis militibus et cum magna pecunia ad Alexandrum papam, ut daret eam in coniugio Odoni Fraiapanis de Roma. Qui apud Verulas eam coniugavit, et tunc ipse Oddo cum ea reversus est Romam. Postea praedictus papa Alexander fecit fabricare ecclesiam apud Verulas ex sua pecunia pro elephantiosis, in qua obtulit multa dona. 5. Idus Maii papa Alexander venit ad ecclesiam sancti Petri de Canneto, et profectus est ad Verulas. 7. Idus Martii tam
cf. Cas. vehemens fuit terrae motus, quod plerosque muros civitatis dextruxit, quod etiam per se
Cas. sonaverunt campanae[h]. Decimo die[i] stante mense Madii pars Ripae[9*] arsit.

1172. ind. 5. Alexander papa fecit finem cum Romanis[k]; dextruxerunt muros civitatis Tusculanae mense Novembris.

1173. ind. 6.[l] Alexander papa venit Signias 6. Kal. Februarii, et dedit ecclesiam sancti Paterniani cum omnibus pertinentiis eius[m] Templariis octavo[n] die intrante mense Februarii et[o] aestivo tempore Sulforaco radicitus tota siccavit.

1174. ind. 6. 17.[p] Kal. Aprilis, Mons[10] sancti Iohannis arsit. 17.[q] Kal. Septembris fuit tam ventus validus, ut innumeras domos et arbores a radicibus diruit, et[r] Insula[11] Ponti Sollarati arsit mense Augusto.

1176. ind. 8. 12. Kal. Novembris venit cancellarius imperatoris ad Anagniam ad papam Alexandrum. 8. Idus Decembris ibat papa ad Venetiam. Cancellarius imperatoris Teotonicorum venit super Cellas, et eas obsedit. Comites vero regis[s] Siciliae cum ingenti exercitu insurrexerunt in eum; et gens quidem Alemannorum fuit super eos, et plerosque cepit, atque in fugam verterunt 6.[t] Idus Martii.

1177. 9. Kal. Augusti venit imperator ad papam Alexandrum ad Venetias; et receptus honorifice a papa, iuravit imperator ad papam Alexandrum, et reversus est Anagniam. Rex Guilielmus filiam regis Angliae in coniugio recepit[u] mense Decembris.

1178. Hoc anno 4. Kal. Septembris Iohannes Strumi Tusculanum venit, et Alexandro papae satisfecit, poenitentiam egit, circa eum permansit. 3. Kal. Octobris quidam de secta schismatica inito consilio Landum Sitinum elegerunt in papam; Innocentius ab eisdem est consecratus. 4. Idus Madii ibat papa Romam cum cardinalibus et episcopis, quem receperunt Romani honorifice. Idibus Septembris sol obscuratus est[12].

1179.[v] Alexander papa Romae in ecclesia Lateranensi universale fecit concilium, totius orbis fere congregatis archiepiscopis episcopis abbatibus militibus; in quo de ecclesiae Dei statu et augmento compendiose tractavit, imitatus sanctorum patrum decreta et

a) predictus 2. b) ventum 3. c) fortis *corr.* forte 1. d) alteram partem 3. e) Conrado 3. f) est in S. 3. g) imperator *addit* 3. h) *deest* 1. i) campanae decem diebus; stante 3. k) r. qui 3. l) mense Novembris 1. 3 m) suis 2. 3. n) octo 3. o) et in 3. p) VIIX. 1; XVI. 3. q) XVI. 3. r) et in 3. s) regni 3. t) VII. 2. u) accepit 2 v) *hic annus deest* 2.

9) Paschalis. 9*) Ripi. 10) Monte S. Giovanni prope Casamaram. 11) Isola prope Soram. 12) recte.

exempla, quae per universum mundum noviter sunt diffusa et honorifice a quibusdam recepta. Et maxima aquarum inundatio extitit. 14. Kalendis Septembris luna obscurata est[13].

1180. Tiber fluvius nimium inundavit, et multas domus subvertit, et serpentes innumeros duxit inundatione Unde Romae maxima mors extitit et per totam Campaniam. Insuper in ecclesia Sanctae Mariae Rotundae tanta aqua ex abisso emanavit, quae non poterat minui, nisi conamine Dei et bonorum virorum ac mulierum expulsa fuit inde aqua. Mense Ianuarii eodem anno Speudo-Lando Sitinus falso papa dictus, captus est ab Alexandro papa et inlaqueatus est, et apud Caveam cum complicibus suis in exilium ductus est. Eodem anno Nonis Octobris ecclesia sancti Iohannis de Ceccano peccatis exigentibus tota combusta est cum sua parochia.

1181. 3. die intrante mense Septembris, Alexander papa obiit. Et communicato omnium cardinalium consilio Ubaldus Hostiensis episcopus apud Villitrias[a] in papam ab omnibus diligenter ordinatur Lucium.

1182. ind. 14. obiit Landulfus comes Ceccani 17. Kal. Iunii, die dominico. In mense Novembris castrum reddiderunt filii Landulfi de Ceccano papae Lucio.

1183. ind. 15. Kalendis Februarii rex Guilelmus apud Sanctum Germanum venit. 7. Kalendas Iulii a corpore puellae visibiliter in ecclesia de Canneto beatus Petrus daemonium expulit. Romani venerunt super Tusculanum Kalendis Iulii ut eam caperent, sed minime potuerunt. Interea cancellarius[b] cum magno exercitu Alamannorum venit apud Tusculanum[c], et Romanos ibi non invenit; sed remansit ibi cum exercitu, et coepit valde infestare Romam et depraedare. Tandem mense Augusti ibi mortuus est et sepultus.

1184. ind. 1. Hoc anno mense Aprilis venerunt Romani super Tusculanum, et vastaverunt fortiter Tusculanum; 13. Kal. Maii incenderunt Palianum, et Serronem[d] Penestrum, et sic Romam reversi sunt. Postea domnus papa ivit in Lombardiam, et misit comitem Bertoldum legatum imperatoris Frederici pro defensione Tusculanae et ad recolligendam roccam de Papa[14]; quam ipse callide et dolose expugnavit[15], nec[e] eam capere potuit; tamen[e*] 14
de bestiis Romanorum saepe saepius praedam capiebat.

1185. ind. 2. Hoc anno Guilielmus rex Siciliae fecit stolium maximum per mare et terram; super stolium maris ordinavit capitanium comitem Tancredum, super stolium terrae fecit capitanios comitem Alduinum et comitem Riccardum de Cerra; et mandavit eos omnes in Romaniam ad acquirendum imperium Constantinopolitanum. Totum stolium intravit in mare 3. Idus Iunii. In festo Iobannis baptistae ceperunt Durazzi. In festo sancti Bartholomaei adepti sunt Saloniciam[f] cum multis civitatibus et castellis et roccis de Romania, iurantes fidelitatem regi Siciliae. Tandem exercitus imperatoris Ysaahac, super quem exercitum erat constitutus quidam princeps qui dicebatur Granatus[g], obvians[h] eis cum verbis pacificis, dicens quod ultra procedere non poterant; tamen si vellent[i] ad propria reverti, promisit eis securitatem, et dedit firmam pacem; ipsi tamen acceperunt securitatem, et versa vice pacem promittentes comites regis Syciliae, in festo sancti Leonardi Oct. 15.
a Graecis decepti sunt, et Constantinopolim in captione callide ducti sunt. Sed imperator cognita rei veritate, securitatem considerans et pacem a Graecis non observatam Latinis, condoluit valde, et erubuit, et sic demum omnes deliberavit, et unusquisque supervivens reversus est ad propria[k].

1186. ind. 3. Hoc anno surrexit quaedam secta in regno Syciliae de vanis hominibus, qui faciebant se nominare Vendicosos, et mala omnia quae facere poterant non in die sed in nocte faciebant. Ad ultimum Adinulfus de Ponte Corvo, qui fuerat magister et princeps huius sectae, sententia regali iudicatus suspensus est, et multi alii ferro ardenti signati sunt. Et quidam presbyter nomine Sinnoritto depositus est ab Aquinense episcopo; plangens episcopus, et fere omnes homines Sancti Germani promittentes et volentes eum reddimere, ut non deponeretur, sed non potuerunt. Octavo Idus Decembris venerunt Romani in Campaniam, incenderunt Montem longum, et depraedati sunt Silvam mollem, et sic reversi sunt Romam. Urbanus III. sedit anno 1, mensibus 10 et diebus 25. Hoc anno ante ascensionis dominicae festum, sexta feria et sabbato et dominico die, mare ubicumque probatum est, inventum est dulce. Hoc anno venit rex Henricus filius Friderici imperatoris,

a) Vilatrias 2; Vilitrias 3. b) cancellarius — ibi *desunt* 2. c) Tusculanam 3. d) ferronem 2. 3. e) *ita corrigo;* et *codd.* e*) tam 2. f) faloniciam 1. 3. g) gnatus 2. h) ovians 1. i) vellet 3. k) patriam 3.

13) recte. 14) Rocca di Papa prope Tusculum. 15) i e. oppugnavit.

et subiugavit sibi totam Campaniam praeter Fummonem, et castrum Ferentinum obsedit per novem dies, et ivit super Guarginum[a]; ibi commissum est bellum inter Teotonicum militem et Latinum[b] nomine Malpenza, et superatus est miles Teotonicus a milite Latino, vidente et astante rege cum toto exercitu in[c] circuitu. Quidam comes nomine Henricus Roccisburgae de fidelibus regis, discedens a rege cum magna parte exercitus regis, fregit securitatem Babuco et terrae Pufanae, et abstulit omnem robbam et animalia omnia, quae in Babuco et in terra Pufana invenit. Et rex habuerat fodrum ab ipsis castellis, hospitatus est in pede castri per novem dies, omnibus tam ecclesiis quam castellis per circuitum omnia mala quae inferre et facere potuit fecit. Ceperanum reddidit Riccardus Reberi[d]. Peccatis exigentibus capta est terra Ierosolimitana a Saracenis.

1187. ind. 4. Gregorius VIII. sedit mense 1, diebus 27. Hoc anno Lanterius Mediolanensis miles erat ballivus per totam Campaniam, et tenebat in sua potestate roccam de Lariano et castrum. Cognita morte Urbani papae et sui patrui Mediolanum redire volente, ad notitiam domni Iordani abbatis Fossae novae pervenit; unde ipse domnus Iordanus considerans, ne ad curiam Romanam de supradictis roccis eveniret perdendi[e] impedimentum, 15 convenit ipsum Lanterium amicabili pacto[f], et dedit ei .... libras[g] provendiensium[15]. Postea domnus Iordanus praecepit[h] praedictas roccas in sua cura, et conservavit integras, et assignavit Clementi papae.

1188. ind. 5. Hoc anno Clemens III. sedit annis 3, mensibus 3, diebus 27. Domnus Iordanus[i] abbas Fossae novae 4. Idus Martii ordinatus est diaconus cardinalis; 4. Nonas Aprilis consecratus est presbyter cardinalis tituli pastoris Sanctae Pudentianae[k]. Mense Iunii missus est in legatione Alamanniae. 8. Idus Novembris Mobilia[l] filia Landulfi de Ceccano data est in uxorem comiti Iacobo de Tricarico[m]. 5. Idus Novembris combusta est Tecclena a populo Ferentino.

1189. ind. 6. Hoc anno domnus Iordanus cardinalis reversus est de legatione Alamanniae, et applicuit Ceccanum in vigilia sancti Petri 11. Kal. Iulii. Et imperator Fridericus in festo sancti Georgii coepit ire ultra mare cum maximo exercitu ad expugnandum Saladinum, qui ceperat terram Ierosolomitanam et tenebat eam in sui[n] dicione. Et perrexit per Hungariam[o] et Romaniam, ubi multa mala operatus est. Iohannes de Ceccano accepit in uxorem Rogasiatam filiam comitis Petri de Celano. Mense Novembris Guilielmus rex Siciliae absque haerede, quod magnum periculum fuit, mortuus est. Et sic omnes archiepiscopi episcopi abbates et universi aulici comites Siciliae invicem convenientes, elegerunt comitem Tancredum, et honorifice in regem coronaverunt.

1190. ind. 7. 10. Kal. Ianuarii Iohannes de Ceccano gladio militiae accinctus[p] est. 8. Idus Maii comes Bertoldus legatus imperii Alamanniae ingressus est regnum Apuliae cum magno exercitu, et ivit usque ad Arianum. Cui obviantes comes Riccardus de Cerra et Iordanus Petri Leonis Romanus cum exercitu regis Tancredi, mense Septembris praedictus comes Bertoldus ultra proficere non valens, sua voluntate exivit de regno. 6. Idus Septembris domna Aegidia peregre profecta est ad Sanctum Iacobum.

1191. ind. 8. Henricus imperator imperavit annis quinque et mensibus 6[q]. 3. Kal. Maii ingressus est regnum Apuliae, obsedit civitatem quae dicitur Arcis, alio die cepit eam, et incendit cum rocca, et de castello Arcis[r] eiecit castellanum Mazzeon Burellus[s] cum omnibus Latinis, et sic omnis terra redacta est in sui potestate usque Neapolim, et cum magno et innumerabili exercitu ipsam civitatem circumdedit et obsedit, et cum multis et diversis machinis eam debellavit[t].

1191. ind. 8. Coelestinus III. sedit annis 7, mensibus 9. 7. Kal. Martii domna Aegidia de peregrinatione prospere regressa est. Episcopus Rodulfus Ferentinus 5. Kal. Martii mortuus est. 18. Kal. Madii rex Henricus cum coniuge sua Constantia in ecclesia beati Apr. 15. Petri a Coelestino papa imperialem coronam acceperunt 3. Kal. Madii.

1192. ind. 9. Hoc anno Diopuldus post reversionem imperatoris in Alamanniam coepit infestare regnum. Primo loco cepit Sanctum Germanum, quantum potuit expoliavit, et omnia mala quae facere valebat faciebat, per totum regnum depraedabat, et homines

a) guarcinum 3. b) hominem *addit* M. c) et 2 d) reben 2. e) perdendae 1. 3. f) pactu 2. g) lib. 1. 2. 3. h) *ita* 1. 2. 3 *recte, sensu proprio.* i) iordanis 1. k) putentianae 1. l) mabilia 3. m) tricanco 1; tricario 2. 3. n) sua 3. o) ongariam 1. p) accintus 1. q) XI 3. r) et castello Aucii 3. s) burrellum 2. 3. t) debelauit 1.

15) moneta Provincialium.

ndebat[a]. Hunc rigorem[a*16] recepit a decano Montis Casini, et a Iohanne monacho[b] eius- 16
m loci.

Inter multa quidem mala, quae rex gesserat isdem,
Quatuor advenit Napolim lunisque resedit:
Urbs manet invicta, rediit sine coniuge missa.
Salerni produnt, capiunt, misere Panormum
Regi Tancredo de tanto munere laeto.
Morbo devicti, remeant ad propria dicti;
Iudicio Christi remanent per rura relicti,
Vix superest tellus morientibus his sine ferro.
Rex Capuam venit, feretro se ponere fecit,
Et dux multorum lecto defertur equorum;
Muscaecerbellum[c] iubet hic assumere bellum.
Cui[d] sic incepit: *Pro me Corrade[e] manebis.*
Annuit et, vitam pro quo nec ponere vitat,
Et roccae Sorae Corradus dulcis in ore.
De iussu[f] cuius Arci remanet Diopuldus[g];
Et dux multorum cum paucis Theutonicorum;
Et patrios lares repetit sine coniuge, quam rex
Duxerat[h] in regno secum remanere paterno.
Quos comes Acerrae sequitur, capud[i] est quia guerrae.
Hunc statuit dictus regni dominumque magistrum;
Corde quidem parvus fuit hic, sed corpore magnus,
Pulcer[k] in aspectu[l], viso velud[m] angue receptus
Et fugit[n] in bello vel ferrum iungere ferro,
Nomine Riccardus, nimis ad certamina tardus.
Fallax fortuna, quae dat post prospera dura,
Deseruit dictum, de quo satis est modo dictum.
Hic Capuam venit, hancque dolo non marte recepit:
De quibus invenit, nullum plus vivere quaerit.
Datque et aquaeductus morientibus is[o] sine Iussu[p.17] 17
Quod plaustro ponunt, canis est et fluminis onus.
Et de castello Capuae fit pax sine bello:
Liberet ut dictus Corradus se, dedit ipsum.
Nil modo plus dicam, rediit gens pestis iniqua:
Ad mala multorum remanent duo Teutonicorum.
Hi patriae fulgur Corradus est et Diopuldus.
Hi renovant bellum[q], perturbant undique regnum.
Hi via cunctorum radix, doctrina, malorum,
Ad famam quorum rediit gens Teutonicorum,
Per mare, per terras reparantur et undique bella.
Ad Siculum ducat calamum nostrum mea Musa,
Mentibus adducat, quae sit[r] fortuna secuta
Tancredum regem cum commissa sibi gente.
Reddat ut ablatam Romae mandat cui papa;
Reddidit[s], hancque cito missi retulere marito,
Et pater et natus a summo rege[18] vocatus, 18
Deserit ad dicta puerum cum matre relicta,
Cui fuit et nata, pro multis luce[t] creata;
Quam sibi coniunxit, rapuit, de carcere duxit
In bello doctus Brimmae[u] Gualterius hostis[v].

redibat 2. a*) rangorem 3. b) monacum 1. c) Muscamcerbellum c. d) Qui 3. e) Conrade 3. *constanter.* f) Dis-
su *M.* g) diopoldus 2. 3. h) Dux erat 3. i) caput 2. 3. k) pulcher 2. 3. l) aspettu 1. m) uelut 2. 3. n) *ita*
r.; fuit 1. 2. 3. o) Dantque 1. 2; Dantur et aquaeductus monentibus his 3. p) iussu 3. 1.? q) *vox bis*
ipta 1 2. r) sic 3. s) rendidit 1. t) lucae 3. u) *ita* 1 2. *i. q.* Briennae; frammae 3. v) *an* comes?

) utrumque *rigor* et *rangor* sive *rancor* poenam vel odium quae versibus inerant exprimunt, causam
effectu. 17) i. e. luxu. 18) Deo.

19 Haec quia fama volans[a] Gallorum duxit ad horas[19],
Rex diversorum collecta gente virorum
Apuliam quaerit, sulcavit et aequora remis.
Hic et Marchaldum[b] iussit percurrere magnum
Aequoreos fluctus cum centum navibus aut plus;
Insimul has proras Messanae[c] duxit ad horas.
Rex iuramentis Calabris aliisque[d] receptis,
Tunc ad Messinam gaudet venisse carina.
Hanc urbem tollunt, mare pervenere Panormum.
Hos intraverunt portus simul applicuerunt.
Colloquio dulci sibi primos[e] allicit urbis,
Et tactis sacris dedit omnibus oscula pacis,
Per Dominum veri, per caetera numina[f] coeli
Unicuique sua servare per omnia iurat.
At[g] fallax[h] veri comitem Riccarde Caleni
Dirigit ad dictam pueri matremque relictam:
Urbs ut reddatur[i], monet, ut petat[k] hoc comitatum.
Cui Litieque[l] datur puero pro rege ducatus,
Per sacramentum puero donare Tarentum,
Si modo castellum reddat sibi Calatabellum.
Cur nimis infelix natorum tristia quaeris?
Tu[m] fraudes morum non nosti[n] Teutonicorum?
Omnia turbantur, pueri cum matre ligantur;
Iussit ut eis[o] carcer custos ducatur[p], et arctet[q].
Gallia multorum fuit istis poena dolorum.
20 Lumine[r] turbato[20] puero post multa necato,
Mater et inbelles binae vixere puellae.
Quas comes ad lucis duxit portumque salutis,
21 Fertur et ad Brammam[21], per quem DC pendita dragma[s].
Hic et oves ipsas[t] ad caulas detulit istas.
Si plus vixisset, mala quot et quanta tulisset,
De iussu cuius mors vitae[u] praevenit huius,
Nemo scire potest nisi solus qui regit omnes.
Omnia cum papa gaudent de morte tyranni.
Mortuus est mitis leo, raptor vel lupus agni,
Mortuus est vere, qui multos perdidit aere.
Si cui dixit *Ave*, fuit hoc ut ab hoste cavendum.
Mors necat, et cuncti gaudent de morte sepulti.
Apulus et Calaber, Siculus Tuscusque Ligurque
Italicis sextus[v] Henricus[w] nomine dictus
Teutonicorum natu rex, et origo malorum,
Imperio Romae sexto decessit ab anno,
1197. Mille Dei centum bis demptis tribus ab istis
Transierant anni, periit cum pessimus anguis.
Ad Siculas partes vitam dimisit et artes[x].
Ductus Messenis[y] cupiens poenas dare, poenis
Subditur infelix ibi mox, et ad infima venit.
Discere iustitiam magna res vivere recto,

a) volat 2. b) marcaldum 3. c) messenae 1. 3. d) *ita* 2. *recte*; calabis 1; cartabis 3; carta vadisque *male Mur.* e) *ita* 2. 3; primo *Mur.* f) numine *Mur.* g) *ita legendum esse videtur*; Et 2; Ne 1. 3. h) falax 3. i) redator 1. k) pateat 3. l) liviaeque 3; litioque 2. m) In 2. 3. n) nostis 1. 2. 3. o) eidem 2. p) ducantur 3. q) arcet 3; Iussis eius carcer custos ducatur et arctet *Troyli.* r) Fumine 2. 3; Flumine *Mur.* 1? s) dependit adragma *Mur.*; deperdita dragma 1. 2; dependia dragma 3; spese cinquecento dramme *vertit Volpicella. Sensus esse videtur:* per quem Gualterium 600 dragmae pensae sunt. t) H. ad o. istas 2. u) vita 2; vitam 3. v) *ita emendavi*; lucis ictus 1. 2; Italicis ictus 3. w) henrigus 1. x) arces 3. y) messanis 2.

19) i. q. oras. 20) Puerum lumine privatum fuisse Otto de S. Blasio cap. 41 refert. 21) i. q. Brimmam supra v. 49.

Istius exemplo poterunt perpendere certo,
Quem rota fortunae, quem fallax gloria lunae
Enclipsin[a] passum demersit ad infima lapsum.
Re patris invisus[b] puer regnum rex Fredericus
Quod tenet, infidus[b] vastat[c] Diopuldus iniquus:
Additur huic Sorae Corradus dulcis in ore;
Marchio Marchaldus cupit his se iungere magnus,
Quem pater ad curam pueri regni dare curat,
Cui parum durat regni pravissima[d] cura,
Hunc necat obscura quae nulli parcere curat.
Hic quia Celani comitem devicerat, agris
Ceperat, et natum per quem putat esse beatum,
Non timet, inflatur, insanit, glorificatur.
Hunc qui sublimat, qui ditat, ducit ad ima.
Nobilis istorum mala vir sed tanta luporum
Atterit et fraudem quibus offers Apule[e] laudem.
Mille Dei centum bis primo cum quibus anno 1201.
Per vim Francorum Capuae Terraeque Laborum
Est data magna salus Brammae[22], palus est ubi multa[f].
Teutonicorum Diopuldum vicit ad amnem
Agnellae[g] pontis Francis Gualterius ortus;
Hisque die deno[h] venit victoria coelo
De Iunii mense, quo multos vulnerat ense. Iun. 10.
Ad Cavios[i] victi fugiunt castrisque relictis.
His Aquilae, Fundi comes et Riccardus in undis
Effugiens letum, cupiens redire Traetum[23], 23
Voce petit coelum: *Socii remeate Calenum,*
Nemo tantorum valet ictus ferre virorum.
Fortes insistunt, quos spero vincere vinctum[k].
Annus idem Domini fuerat, sed pugna secunda.
Victus ab hoste fuit primo Diopuldus ad undam
Pontis[l] Caninarum prope Barulum Salpia[m] Salum.
Fulserat undena lux Francis illa serena
Octubri mensis, ubi Christus pugnat et ensis Oct. 11.
Apuliae, molles comitis[n] fugat ille cohortes[o];
Per quem Scifridus, Octo[p] Laviensis iniquus,
Carcere cunctorum sua lugent et sociorum.
Venit ad haec laetus Veneris certamina Petrus
Auri nummorum quem copia solum equorum.
Interfectorum nescimus nomina quorum;
Corpora rure iacent, et[q] omnibus ilia[r] patent.
Laudem sublimem fers Apule, tuque Latine
Regi cunctorum, qui traxit ab ore luporum,
Et vos[s] per Francos facit amodo vivere francos.
Annus erat quartus Domini cum mille ducentis 1204
Quando Summae[t] Diopuldus in arce retentus, Ian. 1.
Fur lupus invisus, laqueatus[u] per Lodoicum.
Hanc decet et Iani lucem prima venerari,
Qua[v] fuit impulsus, cui tam pius extitit usus,
Qua terit[w] hunc axis qui se coniunxerat astris;

a) eclypsim 2. 3. b) invidus 2. c) vasta 1. 2. d) parvum regni parvissima 3. e) Aprile 3. f) *ita versum utrumque sanare aggressus sum, qui in editis et codicibus ita habet:*
Est data magna salus, est ubi multa palus.
Theutonicorum Brammae Diopuldum vicit ad amnem
g) Angnellae 1. h) denuo 1. i) Caveos 2. k) vincunt 3. l) *ita* 1. 2; ponte catinarum 3. m) Sulpia 3. n) comitem 2. o) coortes 1. p) octo *codd.* q) *vocem inserui.* r) *ita restitui;* ila 1; illa 2. 3. s) nos 2. 3. t) summa 3. u) *ita M.;* laque 1. 2. 3. v) quia 2. w) quatent 3. 22) i. q. Brienne. 23) Traetto.

Quem rota sublimat, eadem duxit[a] ad ima.
Huius opus gessit, hic[b] munus rite capescit[c].
Tristitiam tristi Dominus modo duplicat isti.
Nil faciendo morae Corradus tunc cito Sorae
Custodum fraude roccam suscepit et arcem.
  Gaudeat et caveat, nec nimium paveat.
Sunt quia divisi consortes ad mala nisi.
De domibus regno veteri de Turre[d] memento
1203. Nov. 12. Tertius annus erat Domini cum mille ducentis,
Quando Salerni Gualterius ille receptus,
Urbis per stultum medium fugat et Diopuldum.
Prospera mensis erat lux Francis et duodena,
Quam decet a regni venerari gente Novembri.
1205. Iun. 11 Quintus et annus erat Domini cum mille ducentis,
Et fuit undena Iunii lux in prima mensis,
His octava datur indictio[e] quae renovatur,
Cum comes est Brammae Sarni devictus ad amnem[f]
Stultitia casu nec Marte solo[g] superatus.
Multos Francorum dolor angit et Italicorum.
Est Runcevalli similis devictio Sarni,
Quando nepos magni Caruli fortissimus armis
In campo victus, Ganulus cum prodidit ipsum,
Qui revocare tuba[h] dominum sociosque refutat.
Heu regale genus, iubar et decus omne Quiritum,
Heu genus oppositum[i] vitiis, virtute potitum,
Quod[k] cito sic cecidit multorum gloria, virtus!
Multis Apuliae capud est a corde rescissum,
Et datur ut culmo viridi sedeat Diopuldo;
Qui nunquam novit quae sit natura leonis,
Indulgere quia cuius scit nobilis ira,
Parcere prostratis hic novit et humiliatis.
Culmus id est mundus, auriga Deus, rota currus[l],
Quos si quando volet ditat, terit et levat ore.

1193.[m] ind. 10. Hoc anno domnus Coelestinus papa misit domnum Aegidium diaconum cardinalem Anagniae Panormum; retulit imperatricem Constantiam, quam Salernitani dederant regi Tancredo, et honorifice duxit eam Romam, et sic[n] domnus papa honorifice remandavit eam cum suis expendiis imperatori in Alamanniam.

1194. ind. 11. Hoc anno imperator praeparato magno stolio per mare misit in Siciliam, et ipse cum magno exercitu per terram veniens 8. Kal. Septembris Campaniam applicuit, et eam totam foderavit, et data securitate et pace toti[o] Campaniae fecit Babucum expoliare et depraedari. Postea ivit Salernum, et fecit magnam partem murorum diruere, et omnes homines quos ad manus potuit habere captivavit, et totam civitatem expoliavit pro vindicta uxoris suae, quam dederant[p] regi Tancredo; et sic transivit in Siciliam.

Mense Decembris cum multis falsis promissionibus recepit Panormum et palatium, et cum multis fallaciis et deceptionibus et sacramentis abstraxit regem Rogerium[q] de castro Catabellocte, ubi ipse secure et abundanter in divitiis et in cibariis[r] permanebat.

1195. ind.[s] 12. Hoc anno imperator Henricus per sacramenta decepit regem et omnes comites, et posuit eos in vinculis et in ergastulis, et omne aurum et argentum quod de regno ad manus habere potuit congregavit, et per terras et per mare in Alamanniam misit; et ipse per terram reversus est in Alamanniam, deducens secum ligatos regem et comites et quam plurimos alios[t].

1196. ind.[u] 13. Hoc anno gratia et misericordia Dei omnipotentis tempore domini

a) deduxit *M.* b) hinc 3. c) tapescit 3. d) tre 1. 2. e) iudicio 3. f) amne 1. 2. g) dolo 3. h) turba 1. 2. 3. i) *ita correxi*, oppo cum 1; opperum 2; oppesum 3. k) quo 3. l) carrus 2; curus 3. m) *numeri annorum* 1195—1196 *uno minores sunt in* 2. n) *deest* 2. o) totius 3. p) dederat 3. q) Guillelmum *Troyh.* r) cibaliis 3. s) indictio *deest* 2. t) in captivitatem *addit* 3. u) indictio *deest* 2.

Iohannis de Ceccano ecclesia sanctae Mariae Fluminis honorifice dedicata est et consecrata. Ad quam consecrationem fuit tamquam pater domnus Iordanus[a] presbyter cardinalis et domnus Berardus Ferentinus episcopus, domnus Iohannes Anagninus episcopus, domnus Petrus Signinus episcopus, domnus Oddo Verulanus episcopus, domnus Taddaeus Alatrinus episcopus, domnus Tedelgarius Tarracinensis episcopus. Officium sic incoeptum est. 9. Kal. Augusti post coenam convenientibus episcopis cum domno cardinali et cum maxima multitudine clericorum et laycorum tam Campaniae quam Maritimae et aliarum provinciarum, ad ecclesiam sanctae Mariae Fluminis ordinata est processio; in qua processione fuerunt 7 paria facularum[b] adcensa, 20 turibula argentea cum igne et aromatibus, 4 euangelistaria argentea, 12 cruces argenteae, et 4 cagae[*] cum reliquiis, quas reliquias deportaverunt ad 4 papiliones, qui permanebant in cannapinis extra circuitum ecclesiae, cantantes responsorium: *Haec est vera fraternitas.* Et in unoquoque papilione 7 lampades erant ardentes, et sic in papilionibus vigilatae et custoditae sunt reliquiae a clericis cantantibus et laudantibus et benedicentibus Dominum, et undique cantus et laus laycorum virorum et mulierum per totam noctem non defecit.

Facto[c] mane convenientibus episcopis et congregatis cum domno cardinale, secundum rationem consuetudinis primo loco consecraverunt ecclesiam[d] beatae Mariae semper virginis. Deinde reparantes processionem, euntes ad papiliones tulerunt inde reliquias, et portaverunt eas in ecclesia sanctae Mariae. Precibus omnium episcoporum domnus cardinalis locutus est tam bene et subtiliter, quod omnes qui heri et nudius tertius eum agnoverant, incredibili admiratione mirati sunt. Nondum finito sermone ecce domnus Iohannes de Ceccano, qui graviter infirmabatur in domo sua, advenit sanus intus in ecclesiam; quod videntes omnes homines, pro maximo miraculo recipientes, et quasi per mediam horam stupendo cum ingenti voce gratiarum laudaverunt et benedixerunt Dominum, qui vivit et regnat in coelis. Sermone finito, altare maius quod est in medio ecclesiae sanctae Mariae situm consecratum est per manus domni Berardi venerabilis Ferentinatis episcopi, assistentibus et cooperantibus ei domno Iordano venerabili cardinali sanctae Romanae ecclesiae, et domno Iohanne venerabili Anagnino episcopo ad honorem Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus sancti et gloriosissimae virginis Mariae matris domini nostri Iesu Christi de reliquiis istis: de ligno Domini, de vestimento beatae Mariae, Petri apostoli, Iacobi apostoli, Marci euangelistae, Laurentii martyris, Sebastiani et sociorum eius, Pancratii et sociorum eius, sanctorum innocentum Marii Marthae Audifax et Abacuhc, Stephani papae, de lapide sancti Stephani protomartyris, Chrisanthi et Dariae et sociorum eius, Eventii et Alexandri, Caesarii martyris, Quirilli episcopi et martyris, Nicolai episcopi et confessoris, Ylarii diaconi, Barbare virginis et martyris, Margaritae virginis et martyris. Aureliae, Superantiae, de vestimento sancti Thomae Cantuariensis archiepiscopi. Ipso die et ipsa hora consecratum est altare sancti Pauli, quod est situm in porticu praedictae ecclesiae, per manus domni Oddonis venerabilis Verulani episcopi de reliquiis istis: Marcellini et Petri, Marci et Marcelliani, Mauritii martyris, Naboris martyris, Abundii, Nereii, de sanguine beatae Lucillae, Secundinae virginis. Eo die et eadem hora altare sancti Quirici, quod est situm in alio porticu saepe nominatae ecclesiae, consecratum est per manus domni Thaddei venerabilis Alatrini episcopi de reliquiis istis: de ligno Domini, de petra sepulchri, Sebastiani, quadraginta martyrum, sanctae Barbarae. Ipso die et ipsa hora ecclesia beati Matthaei apostoli, quae est iuxta saepe dictam ecclesiam, cum altari consecrata est per manus domni Petri venerabilis episcopi Signini, assistente et cooperante ei domno Tedelgario venerabili Tarracinensi episcopo de reliquiis istis: de vestimento virginis Mariae, Philippi et Iacobi, Marci et Marcelliani, Grisanti et Darie, Concordii martyris et aliorum sanctorum, quorum nomina Deus novit. Expletis divinis officiis reversus est unusquisque episcopus ad propria hospitia. Domnus cardinalis reversus est ad curiam. In apparatu ciborum 100 panes, 6 urnae vini, 1 vacca, 2 porci, 2 castrati, 6 gallinae, 15 pulli, 1 anser, media libra piperis et cinnamomi et sofferanae. Domnus episcopus Anagninus ad ecclesiam sancti Iohannis, 90 panes, 5 urnae vini, 1 vacca, 1 porcus, 4 gallinae, 10 pulli, 1 anser, 9 quartae de annona, 1 par bacilium, 2 tuallae[24], 1 libra de cera pro candelis, et 2 pro faculis. Domnus episcopus Alatrinus tantundem ad ecclesiam sancti Petri. Domnus episcopus Verulanus tantundem ad ecclesiam sancti Quintiani. Domnus episcopus Terracinensis ad ecclesiam sancti Nicolai 50 panes, 2 urnae vini, media vacca, medius porcus, 2 gallinae,

a Iordanis 1. b) focularum 1.3. *) *i. e.* pyxides. c) *praemittit* 3: 8. Kal. Aug. d) corpus ecclesiae 3. 24) i. e. mappae.

6 pulli, 1 anser, 3 unciae piperis et cinnamomi, 3 quartae annonae, 2 bacili, 2 tuallae, 1 libra de cera pro candelis, 2 pro faculis. Domnus episcopus Signinus tantundem ad domum Stephani de Natoni[a]. Magister Iohannes Ferentinus, 1 porcus, 20 panes, 1 urna vini, 3 pulli, 1 quarta de annona, 1 uncia piperis ad domum Iohannis Gagetanis[b]. Omnes ecclesiae de Ceccano secundum quantitatem habuerunt panem et carnem. Domnus Berardus episcopus Ferentinas remansit ad ecclesiam sanctae Mariae propter Ferentinates, quibus volebat dare expensas, et dedit omnibus illis qui recipere voluerunt; et corpus ecclesiae tantis hominibus dedit cibalia, ut illi qui scribere vellet fastidium generaret; sed gratia Dei nullus venit eo tempore pro cibaliis qui vacuus recederet.

Finita consecratione ecclesiarum et altarium, primam oblationem quae ibi oblata fuit domnus cardinalis obtulit, et manibus suis posuit super maius saepe nominatum altare suum paratum pretiosum, videlicet bonum amictum frisatum, bonum camisium frisatum, bonum cingulum frisatum, pulchram stolam cum manuale, optimam tunicam cum dalmatica et planetam frisatam cum tali friso, quod domnus cardinalis emerat in Colonia pro novem marchis de argento, optimam tuallam[c] frisatam super altare, pulchra sandalia cum caligis, bonum faldestorum. Secundam oblationem domnus Iohannes de Ceccano obtulit, videlicet chartam libertatis, quam ipse manibus suis supra saepe nominatum altare posuit taliter scriptam:

Iul. 24. *In nomine Domini amen. Anno dominicae incarnationis* 1196. *pontificatus domni Coelestini III. papae anno 6, indictione 14, mense[d] Iulii, die 24. Hac die ego Iohannes de Ceccano in praesentia domni Iordani cardinalis Sanctae Pudentianae charissimi patrui mei, et venerabilium episcoporum Berardi Ferentinatis, Petri Signini, Iohannis Anagnini, Tadei Alatrini et Oddonis Verulani, Tedelgarii[e] Tarracinensis, et multorum hominum totius Campaniae et Maritimae, tam clericorum quam etiam laicorum, inductus amore divino, et pro redemptione animae meae atque meorum parentum praeteritorum praesentium et futurorum, concedo ecclesiae sanctae Mariae de Flumine, et domno Landulfo dilecto abbati eiusdem ecclesiae, et universae familiae eius, tam clericis quam etiam laicis, praesentibus et futuris, plenam et perpetuam libertatem, abrenuntiando datae malo usui, et omnibus exactionibus; et si quis pro quocunque crimine commisso ad ecclesiam istam confugerit, nec ego nec successores mei per me vel per ministros meos ei, dum ibidem fuerit, nec violentiam aliquam nec iniuriam inferemus, nisi in mortem meam, meorum haeredum, vel in proditione castrorum meorum, vel in combustione ipsorum castrorum fuerit machinatus. De ordinatione clericorum et destitutione me nullatenus intromittam. Si vero clericus aut laicus eiusdem ecclesiae in aliquo offenderit, abbas[f] cum clericis in eorum capitulo cogent ipsum ad iustitiam exibendam; salvo iure patronatus. De consilio igitur communi domni Iordani cardinalis et omnium episcoporum, et consensu Iohannis de Ceccano institutum est, ut quicunque contra hanc concessionem fecerit, vinculo anathematis innodetur, et partem cum Dathan et Abiron habeat. Ad maiorem itaque cautelam, ne quod factum est, diuturnitate temporis in oblivionem veniat, presbytero Benedicto dilecto notario nostro id scribere mandavimus, et cartam ipsam fecimus sigilli nostri munimine insigniri.*

1196. 1197. ind. 15[g]. Hoc ipso anno Henricus imperator egressus Alamanniam, pridie Kal. Decembris advenit Ferentinum, et per 7 dies ibi moratus cum pace et aequitate, postea ivit Capuam; et invento ibi comite Riccardo de Cerra in ergastulis, fecit eum iudicare et per pedes ad caudam equi ligare et per lutum omnium platearum Capuae fecit deducere; et iussit eum post hoc per pedes appendi, et tam diu in patibulo mansit appensus, quousque
1197. imperator mortuus est. Post nativitatem Domini Henricus imperator egressus Capuam, ivit in Siciliam. 17. Kal. Februarii Celestinus papa obiit. Eo[h] die Loterius diaconus cardinalis electus, 7. Kal. Martii consecratus est in Innocentium III. papam.

1197. 1198[i]. Hoc anno Henricus imperator obiit in Sicilia. Philippus et Oddo electi reges
1198. in Alamannia. Hoc anno Mercoaldus et Diopuldus et Corradus Sorelle congregato magno
Ian. 8. exercitu Teutonicorum ceperunt Sanctum Germanum, et depraedaverunt, et omnes homines et mulieres fugientes ad Montem Casinum, quos capere potuerunt, in vinculis tenuerunt et
Ian. 15. vendiderunt, et monasterium obsiderunt per 8 dies. Adveniente nocte festi sancti Mauri, Dominus misit super eos tantam tempestatem ventorum et aquarum, quod diruit omnes

a) Anatoni 2. b) Gagetani 3. c) tallam 1. 2. d) m. I. d. XXIV. *desunt* 2. e) tegelg. 1. f) *deest* 1. 2. g) i. XV. *desunt* 1. 3. h) Eodem 3. i) ind. 1. *addit* 2.

papiliones, et fugientes ad Sanctum Germanum multi mortui sunt per viam. Populus qui erat intra monasterium, egressus mane, videns miraculum quod factum fuerat, deferens gratias Deo, remiserunt papiliones et omnia quae ibi invenerunt. Et Teutonici ultra non fuerunt ausi ibi ascendere, sed custodiebant vias, ne innumerabilis populus virorum mulierum parvulorum Sancti Germani et abbatiae fugere posset. Sciebant inopiam panis ibi esse, sed abbas Roffridus et magister Gerardus cardinalis cum consilio multorum nobilium armatorum qui ibi erant pro defensione monasterii, dederunt 300 uncias auri Mercoaldo; et sic reliquit Sanctum Germanum valde vastatum, et cum toto exercitu ivit in Siciliam. Quot et quanta mala ibi fecit et successores sui, magis generaret fastidium tristitiae quam affectum laetitiae. 2. Kalendas Decembris venit Diopuldus in Campaniam cum exercitu, et cepit Ripas et Turicem, et sedit ibi per 3 ebdomadas, et depraedavit et guastavit quantum potuit ipsa tantummodo castella.

1199[a]. Hoc anno venit comes Gualterius Francigena; mense Iunii ingressus regnum 1201.
ivit Capuam. Diopuldus cum comite Fundano et cum magno exercitu ivit super Capuam ad capiendum comitem Gualterium. Comes Gualterius[b] cum parvo suo comitatu 4. Idus Iunii egressus foras, confidens in misericordia Dei ivit super Diopuldum, et expulit eum et fugavit de castris, multis interfectis et captis. Videntes Capuani tantum miraculum, valde obstupuerunt et laudaverunt Deum. Cum comes Gualterius omnia castra videret vacua de hominibus, plena magna suppelectile et animalibus, primo loco milites omnes quos habebat captos misit in custodiam Tianum. Postea de castris et equis pro suo velle et gratia dedit benedictionem Capuanis. Alio[c] die omnes mortuos, qui iacebant per campos, fecit eos sepelire in magnum vallum. Diopuldus, Sifridus et Oddo Laviensis et alii quam plures in Apuliam fugientes, eodem anno et tempore vires et animum resumentes, et viriliter confortantes, coeperunt congregare exercitum et praeparare se ad pugnam campestrem in territorio Barlettae[d] prope pontem Cannarum. Quod audiens comes Gualterius, similiter congregavit exercitum cum domno Roffrido Casinensi abbate, et cum magistro Rogerio Apuliae cardinali ivit super exercitum Diopuldi paratus ad bellum. Adveniente fine mensis Octobris comes Gualterius coepit pugnare fortissime Diopuldum et exercitum eius; in qua pugna Diopuldus devictus et fugatus, captus est Sifridus, et Oddo[e] Laviensis et quam plures alii parvi et magni. Tanta strages mortuorum ibi facta est, quae prae multitudine numerata non fuit. Et sic comes Gualterius in campo Dei misericordia victor extitit.[f]

In nomine Domini. Amen. Anno dominicae incarnationis 1201, *ind.* 4, *pontificatus domni* 1201
Innocentii III. papae anno eius 4, *Kalendis Maii. Hac die, in praesentia nobilissimi viri domni* Mai. 1.
Iohannis de Ceccano ante portam Sanctae Mariae Fluminis, ego Robertus quondam filius domni Raynaldi vicecomitis, miles et habitator Ceccani, vendo tibi presbytero Landulfo et abbati Sanctae Mariae Fluminis de Ceccano et tuis successoribus in sempiternum, unam terram quae est in territorio Ceccani, in loco qui dicitur Campus amici, pro 6 *libris proveniensium, et si plus valet dono ipsi ecclesiae praescriptae pro anima mea et parentum meorum; cuius latera sunt haec: a primo, secundo et tertio latere terra Benedicti Iohannis papae, a quarto latere via publica; et promitto me ipsam terram defendere ab omni homine qui calumniam facere vellet iam dictae ecclesiae; et si non defendero, obligo me meosque haeredes in poena duplum, et poena soluta venditio firma permaneat. Huius venditionis hi sunt rogati testes: Benedictus de Land. Magister Spinellus. Magister Raynon. Petrus de Viguerla*[g]*. Magister Raynulphus.*

Anno Domini 1201, *ind.* 4, *pontificatus domni Innocentii III. papae anno eius* 4, *mense* 1201.
Augusti, die 22. *Quoniam humana natura imbecillis et debilis, ea quae ab hominibus aguntur* Aug. 22.
de facili diuturnitate temporis oblivioni mandat; ideo in legibus et consuetudinibus introductum est, ut scriberentur. Ego Iohannes de Ceccano propria et spontanea mea bona voluntate trado et dono in perpetuum tibi domno Landulfo abbati venerabili Sanctae Mariae de Flumine de Ceccano duas petias terrae in territorio Ceccani, unam in loco qui dicitur Campus amici, in cuius latera sunt haec: a primo latere terra Roffridi de Marina[h]*, a secundo via publica, a tertio latere terra de Landulfo de Suffla, a quarto flumen. Alia vero terra in loco qui dicitur Cosa, a primo latere terra Sancti Clementis et terra Sancti Nicolai, a secundo latere Cosa, a tertio latere terra domni Beraldi et terra Girardi, a quarto latere via publica. Pro qua donatione recipio unum molendinum in territorio Ceccano, in loco qui dicitur Vadum in locatione*

a) ind. 2. *addit* 2. b) c. G. *desunt* 2. c) Eo 2. d) barlecte 1. e) ordo leviensis 2. f) *tria quae sequuntur diplomata nonnisi excerpsit* 1. g) Vagula 2. h) de M. *deest* 2.

in vita mea, a te iam dicto abbate et sociis tuis, presbytero Helia, presbytero Nicolao Capella, presbytero magistri Ioachim, presbytero B. de Alberto[a]*, diacono Christophoro, diacono Nicolao, subdiacono Guidone, clerico Iacobo et clerico Adinulpho. Tali siquidem conditione praedictum debeo molendinum tenere et habere in vita mea, quod post mortem meam totum integrum revertatur molendinum ecclesiae sanctae Mariae cum ferramentis et petris, quae tunc temporis ibi erunt. Et si aliquis forte, quod non credo, litem aliquam vel calumniam ecclesiae iam dictae inferre attentaverit, do tibi tuisque successoribus plenam potestatem eos sub vinculo anathematis innodare. Ad maiorem igitur cautelam praecepi presbytero Benedicto notario meo, ut hoc totum in scriptis redigeret et sigilli mei munimine roboraret. Hi sunt vocati testes: Domnus Iohannes Domini. Domnus Trasmundus Sarracenus. Domnus Siginulfus. Domnus Iohannes domni Radulphi. Domnus Philippus domni Rainaldi.*

1202. Apr. 15. *In nomine Domini. Amen. Anno dominicae incarnationis 1202, ind. 5, pontificatus domni Innocentii III. papae anno eius 5, mense Aprili, die 15. Iohannes de Ceccano dilecto cellerario suo Noe salutem et amorem. Volentes diligere ecclesiam sanctae Mariae Fluminis de Ceccano et in veneratione eiusdem ecclesiae abbatem domnum Landulfum et eius socios habere, atque in iustis petitionibus tuis te in hac parte audire, admittimus preces tuas, atque damus tibi licentiam vendendi terram quam tu habes in territorio Ceccano in loco qui dicitur Pariti, secundum quod petisti. Ego Noe nullo me prohibente neque vim faciente, sed propria spontaneaque mea bona voluntate vendo tibi domno Landulfo abbati Sanctae Mariae de Flumine praedictam terram et tuis successoribus, in praedicto territorio et loco Ceccano pro viginti solidis, et si plus valet dono ipsi ecclesiae in perpetuum, cuius latera sunt haec: a primo latere terra Transmundi de Aczo, a secundo latere terra domni Simonis de Mauro, a tertio et quarto latere via publica. Hi sunt testes: Domnus Siginulfus. Domnus Philippus domni Rainaldi. Domnus Guido domni Rainaldi clericus.*

1200. Terrae motus grandis.

1202. ind. 5. Hoc anno 3. Kal. Ianuarii fuit nimia tempestas ventorum, quae arbores eradicavit innumeras, aedificia diruit, domos evertit, atque eversione domorum et allisione sua plurimos interemit. Hic annus ab omnibus dictus est annus famis. Mensura grani de Ceccano assidue vendebatur pro 16 solidis proveniensium, et haec inopia frumenti fuit per totam Lombardiam et Thusciam Romaniam et Campaniam, per regnum Apuliae et Terrae Laboris.

1203. ind. 6, 11. Kal. Februarii Berardus episcopus Ferentinus obiit. Nonas Maii indignatione Romanorum domnus papa venit Ferentinum, 2.[b] Kal. Iunii fecit ibi et consecravit domnum Albertum Longum[c] canonicum Anagninum episcopum de Ferentino.

1204. ind. 7. Hoc anno 7. Kal. Februarii Corradus comes Sorelle genere Teutonicus venit Babucum nocte cum multitudine armatorum, et per scalas quas secum detulerant[d] ascendentes, introgressi sunt nemine sentiente. Expergefacti tandem ad quorundam suorum clamores Babucani et se invicem cohortantes, divino nutu expulerunt omnes. Atque interfectis ex eis amplius sexaginta vulneratisque nonnullis, inanes ac vacuos remiserunt.

1206. ind. 9, 7. Kal. Madii domnus Iordanus presbyter cardinalis Sanctae Pudentianae obiit; 2. Idus Maii domnus papa Innocentius Ferentinum venit, et ab ecclesiis fodorum[e] recipere noluit, dicens quod[f] ultra modum ecclesiae gravarentur. 2.[g] Kal. Iunii Stefanus diaconus Sancti Eliae de Ceccano factus est camerarius domni papae.

1208. ind. 11, 15. Kal. Martii, anno 10. domni Innocentii papae III, Sorella capta est; et Nonas Ianuarii Sora tradita est et a Teutonicorum tirannide liberata. Factum est hoc per[h] domni papae Innocentii III. sollers studium et laborem in manu camerarii sui domni Stephani, germani sui Riccardi, domni cardinalis Petri de Sasso rectoris Campaniae. Sora autem tulta est per abbatem Casinensem Roffridum et Malgerium Sorellum et quosdam alios. Duravit hoc Teutonicorum iugum gravissimum 17 annis, per quos tota regio multifarie multisque modis afflicta est et depauperata perplurimum. Oddo imperavit. Celebrato festo ascensionis Domini Innocentius papa III. egressus Roma venit Anagniam; 16. Kal. Iulii egressus Anagniam invenit domnum Iohannem de Ceccano cum 50 militibus pulcherrime praeparatis ad Alatrum[i] ad conducendum et ludendum coram domno papa usque ad fontem castri Iuliani, ubi inventus est clerus totius terrae domni Iohannis de Ceccano,

a) Albuno 2. b) XI. 3. c) longium 3. d) detulerunt 2. e) fodrum 3. f) quia 3. g) XI. 3. h) *deest* 1. 2. i) alaprum 1. 2; maprum 2.

paratus ad processionem usque intro castrum Iuliani[a]. Ante ianuam ecclesiae domnus Albertus Ferentinus episcopus cum clericis de Ceccano honorifice paratis et indutis vestibus ecclesiasticis, recepit domnum papam, cantando responsorium: *Tua est potentia*. Finita apostolica benedictione, unusquisque rediit ad propria hospitia, clerici de Ceccano redierunt ad papilionem; extra castrum[b] honorifice[c] praeparatus fuerat eis cibus. Ministri domni papae et cardinalium et aliorum clericorum et laycorum receperunt cibaria honorifice[c] et abundanter pro suo velle in platea, in pane et vino et porcis[d], in vaccis, in castratis, in haedis, in porcellis, in gallinis, in anseribus, in pipere, in cinnamono, in sophrana, in cera, in hordeo[e] et in herba. Post nonam usque in hora coenae cum suis militibus domnus Iohannes de Ceccano in praesentia domni papae iocavit burbudando[f]. Feria tertia alio die domnus papa ivit Pipernum, et comedit ibi et dormivit; et domnus Iohannes de Ceccano cum toto comitatu suo similiter Pipernum ivit. Ad auram post meridiem domnus papa cum omnibus ivit ad monasterium Fossae novae; solemniter receptus cum processione, in refectorio cum conventu coenavit. In sero inventi sunt 200 equi ad hordeum, paleam et herbam. Feria quarta clarente die domnus papa dedicavit altare maius ecclesiae novae praedicti monasterii. Eadem hora et in ipso loco domnus Riccardus frater domni papae factus est comes Sorae, et exaltatus, et bucina vociferatus per prothonotarium a domno Federico[g] rege Siciliae pro hoc delegatum. Et per totum diem ibi domnus papa moratus cum[h] conventu, comedit in refectorio. Feria quinta adveniente domnus papa a conventu monachorum, usque ad portam monasterii cum processione celebri conductus, ivit ad castrum Sancti Laurentii; die et nocte permansit ibi. Feria sexta[i] adveniente ivit Castrum, et die et nocte ibi pernoctavit. Sabbato transivit ad Ceperanum, die et nocte permansit ibi. Dominico die proximante a clero totius abbatiae Montis[k] Casini sollemniter in Sanctum Germanum domnus papa receptus est, et ibi permansit usque in 7. Kal. Augusti. Propter[l] quod festum beati Iohannis baptistae, sancti Petri apostoli et sancti Iacobi apostoli celebravit ad Montem Casinum. 7. Kal. Augusti domnus papa ivit Soram, et ibi recepit ecclesiam sanctae Mariae Fluminis de Ceccano sub sui protectione et beati Petri apostoli, et memoriales litteras suo sigillo signatas in hunc modum fieri praecepit:

Innocentius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et clericis Sanctae Mariae de Flumine de Ceccano salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem praebere consensum, et vota quae a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis precibus grato concurrentes assensu, personas vestras et ecclesiam sanctae Mariae de Flumine de Ceccano[m]*, in qua divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis*[n] *tam ecclesiasticis quam mundanis, quae in praesentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum iustis modis dante Domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem sancti Stephani et sancti Quirici*[o] *ecclesias cum omnibus tenimentis et pertinentiis suis, forestam iuxta ecclesiam sancti Stephani et de capite pontis de prato et de tineis, molendina, vineas iuxta ecclesiam ipsam, et aliam, quam emistis in loco qui appellatur Marana, redditus, decimas, oblationes, homines, hortos et possessiones alias ad vestram ecclesiam pertinentes, sicut hactenus iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos eidem ecclesiae auctoritate apostolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus*[p]*, libertates quoque et immunitates, nec non et exceptiones secularium exactionum a dilecto filio nobili viro Iohanne de Ceccano, tam pie quam provide vobis et ecclesiae vestrae concessas, sicut in eiusdem nobilis authentico perspeximus contineri, ratas habemus, et eas perpetuis temporibus illibatas decernimus permanere*[q]*, cuius tenorem de verbo ad verbum praesenti pagina duximus inserendum: „In nomine Domini. Anno dominicae incarnationis — insigniri*[25]*.“ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae protectionis et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Sorae 14. Kal. Septembris, pontificatus nostri anno* 11.

Audita fama et cognita rei veritate domnus papa de morte Philippi dicti regis

a) Galitani 2. b) c. ubi h. 3. c) honorifice — honorifice *desunt* 3. d) parvis 3. e) in oleo 2. f) *ita* 1. 2; buburbando 3; *videtur legendum* buburdando. g) floderico 1. h) conventu — conventu *desunt* 1. 3. i) 4. 3. k) a. Casinensis 3. l) praeter 1. 3. m) de C. *desunt* 3. n) *deest* 2. o) sancte Mariae 2. 3. p) committimus 2. 3. q) permanere — inserendum *desunt* 2.

25) Vide supra ad a. 1196. pag. 294.

Alamanniae, condoluit miserae morti[a] eius, eo quod ita subito sub papilione in lecto nudus iacens, per manus cuiusdam fidelis sui qui dicebatur Falsusgrave mortuus est. Eadem hora constituit duos legatos, videlicet domnum Hugulinum Ostiensem episcopum, et domnum Leonem Branceleonis presbyterum cardinalem Sanctae Crucis, et misit eos in Alamanniam ad conducendum Oddonem regem Romae pro accipienda ibi imperiali corona. 12.[b] Kal. Octobris domnus papa egressus Sora, venit ad monasterium Casaemarii, et pernoctavit ibi. Alio die valde mane domnus papa ivit Ferentinum, et mansit ibi per mensem, et ab episcopo Alberto noluit recipere fodorum[c], dicens: *Ego scio statum ecclesiarum; episcopi vestri[d] si tot et tantis vicibus quantis ego Ferentinum venio, a vobis fodorum recipere vellent[e], ecclesiae vestrae ultra modum gravarentur, et ob hoc recipere nolo.* Domnus papa reversus est Romam, et hiemavit Romae.

1209. ind. 12. adveniente, tempore aestatis post ascensionem Domini papa Innocentius ivit Viterbium; aliquando visitans vicinas terras, tamen Viterbium revertebatur, et tamdiu ibi stetit, quousque advenit Oddo rex cum magno et inusitato exercitu. Domnus papa pro sua voluntate cum Oddone rege multa locutus, reversus est Romam, et rex Oddo post eum cum exercitu[f]. Kalendis Octobris domnus papa in ecclesia sancti Petri honorifice coronavit praedictum Oddonem imperiali corona. Celebrato sacrificio coronationis domnus papa volens reverti Romam, non poterat propter innumerabiles armatos equites Teutonicos, qui manebant extra ianuas[g] Sancti Petri usque in portam Romae pontis Sancti Petri. Oddo coronatus imperator vestitus imperialibus vestimentis sacratis, mitratus et coronatus, ivit cum domno papa usque ad portam Romae, et domnus papa ibi eum benedixit, licentiavit et rogavit eum, ut alio die adveniente recederet a territorio Romano; quod ipse minime fecit, sed deficiente Romano fodoro et adveniente in castris panis et vini inopia, volens nolens recessit a Roma; et ab ipso tempore Oddo imperator periurando coepit habere irrita et vacua omnia praecepta domni papae, et infestare et minuere omnia iura ecclesiae; sed quia Dei iudicio exercitus eius fame consequente decrescebat quotidie, ferocitatem animi sui non poterat perficere. Unde domnus papa coepit eum monere per archiepiscopum Pisanum et alios episcopos et abbates, ut recederet ab iniquitate et infestatione ecclesiae, quod facere contempsit, et recognosceret Deum, et viveret secundum legem Dei omnipotentis, et ratione[h] et iustitia, et obedientiam ecclesiae observaret, et perficeret quae iureiurando promiserat. Omnia vilipendens facere recusavit, tandem domnus papa eum excommunicavit. Per Lombardiam et per Tusciam Oddo dictus imperator hiemavit[i].

In nomine Domini amen. Anno Domini 1209, pontificatus domni Innocentii III. papae anno eius 12, mense Martii, die 8. Hac die ego magister Rainolfus nullo me prohibente aut vim faciente, sed propria spontaneaque mea bona voluntate trado et vendo tibi domno Landulfo venerabili abbati Sanctae Mariae de Flumine, et sociis tuis omnibus vestrisque successoribus in perpetuum pro iam dicta ecclesia, id est vineam unam positam in territorio Ceccano in via sancti Stephani; propter quod accepi a vobis tres libras proventiensium, concessa mihi licentia a domno Iohanne comite Ceccano. Et si ego vel mei haeredes vobis vestrisque successoribus litem aliquam intulerimus, et[k] ab omni homine eam non defenderimus, obligo me meosque haeredes vobis vestrisque successoribus in poena dupli; et venditio haec firma permaneat. Et ego Iohannes comes Ceccani inductus utriusque partis precibus, et pro redemptione peccatorum meorum, concedo et confirmo hanc venditionem huius vineae fieri, quae his lateribus terminatur. A primo latere est via publica, a secundo latere est vinea Petri Versagranum, a tertio est terra Gammecase, a quarto est vinea magistri Bellonis. Ad maiorem itaque cautelam praecepi presbytero Benedicto dilecto notario meo, ut hoc in scriptis redigat et mei sigilli impressione consignet. Hi sunt rogati testes: Magister Spinellus testis. Magister Amatucius testis. Amato Iohannis Bovis testis.

In nomine Domini amen. Anno dominicae incarnationis 1209, pontificatus domni Innocentii III. papae anno 12, mense Novembris die 3. Hac die ego Bartolomeus mali Nepotis[l] nullo me cogente aut vim inferente, sed proprio motu et mea[m] voluntate atque tributa mihi potestate a domno Iohanne comite Ceccani, trado et vendo tibi irrevocabiliter et in perpetuum domno Landulfo venerabili abbati Sanctae Mariae de Flumine, et sociis tuis omnibus vestrisque

a) miseriae mortis 3. b) XI. 3. c) fodrum 3. *constanter.* d) autem 3. e) vellem 2. f) exercitu. Quinto Kal. 3. g) ianuam 3. h) rationem et iustitiam 3. i) *diplomata quae sequuntur codex* 1. *nonnisi breviter excerpsit.* k) et — dupli *desunt* 2. l) *nomen explet* 1. m) mera 3.

successoribus, id est vineam unam positam in territorio Ceccano, quae his terminatur lateribus: a primo latere est rivus balnei, a secundo est vinea Baronis Gaudibilis et terra Iohannis Sarraceni, a tertio est terra Raynaldi Mucidi et vinea Rachelis, a quarto est vinea Petri Maionis[a]. *Propter quod accepi pretium a vobis quatuor libras proventiensium et dimidiam, et quod plus valet do vobis pro ecclesia pro redemptione peccatorum meorum. Et si ego vel mei haeredes vobis vestrisque successoribus litem aliquam intulerimus, et eam ab omni homine non defenderimus, obligo me meosque haeredes vobis vestrisque successoribus in poena dupli, et venditio haec firma permaneat. Et ego Iohannes Dei gratia comes Ceccani, inductus utriusque partis precibus et pro redemptione meorum peccatorum concedo et confirmo hanc venditionem huius vineae fieri*[b]. *Ad maiorem itaque confirmationem praecepi presbytero Benedicto, dilecto notario meo, ut hoc in scriptis redigat, et mei sigilli impressione consignet. Hic sunt rogati testes: Magister Iacobus Sancti Heliae testis. Guido Clericus Ferentinus testis. Robertus domni Raynaldi testis.*

In nomine Domini aeterni amen. Anno dominicae incarnationis 1209, *pontificatus domni Innocentii III. papae anno eius* 12.[c] *Kal. Maii. Hac die consecratum est altare ecclesiae beati Iacobi apostoli, quae posita est iuxta pontem Ceccanum, per manus domni Alberti venerabilis episcopi Ferentini. De reliquiis sanctorum apostolorum Philippi et Iacobi, sancti Stephani protomartyris, sancti Nicolai confessoris, sancti Blasii martyris, sanctae Barbarae virginis, et sanctorum martyrum Chrysanthi et Dariae et sociorum eius, Eleutherii episcopi et martyris, Ambrosii*[d] *martyris, Pontiani martyris, Marcellini et Petri, et aliquorum quorum et nomina Deus novit*[e]. *Et ego Albertus de Dei misericordia confisus et meritis gloriosae virginis Mariae et beatorum apostolorum et sanctorum martyrum Iohannis et Pauli atque Ambrosii et omnium sanctorum, omnibus qui ad praenominatam ecclesiam in huius consecrationis die cum devotione et reverentia venerint ad rogandum Deum pro remissione peccatorum, de iniuncta sibi poenitentia quadraginta dies et quartam partem venialium relaxamus, per Christum dominum nostrum. Et hanc chartam nostri sigilli munimine confirmamus.*

In nomine domini nostri Iesu Christi anno eius 1209, *pontificatus domni Innocentii III. papae anno eius* 12, *mense Augusti die* 4.[f] *Quoniam humana natura debilis est et infirma, ideo introductum est et sapienter provisum, ut ea quae inter homines contrahuntur, in scriptis redigantur, ne oblivioni perpetuo tradantur. Ego Iohannes de Ceccano propria spontaneaque mea bona voluntate, nullo me cogente aut vim faciente, pro redemptione animae meae irrevocabiliter trado et dono in perpetuum ecclesiae sancti Iacobi, cappellae sanctae Mariae de Flumine et domino Landulfo venerabili abbati eiusdem loci et sociis eius quendam hominem meum Iohannem Bonum nomine, cum toto tenimento suo, mobilibus et immobilibus suis, et omnibus ad eum pertinentibus, reservata mihi meisque haeredibus hac conditione, ut quando colligere faciam maiorem datam, ab ipso Iohanne Bono competens quaeratur*[g] *adiutorium, ita quod non sit gravatus. Facta est itaque talis donatio in praesentia Iohannis abbatis Sancti Clementis, Beraldi abbatis Sancti Angeli de Casuere*[h], *et Georgii Sancti Heliae capellani, et in praesentia Philippi de Raynaldo, Philippi domni Heliae, et Samsonis militum, et hi omnes vocati sunt testes. Ad maiorem quoque cautelam et corroborationem facti mandavi presbytero Benedicto, dilecto notario meo, ut haec in suis scriptis redigeret et mei sigilli impressione consignet.*

Anno dominicae incarnationis 1209, *pontificatus domni Innocentii III. papae anno eius* 12, *mense Decembris die* 6, *Iohannes de Ceccano dilecto familiari suo Raheli et Iohanni filio eius salutem et amorem. Volentes diligere ecclesiam sanctae Mariae de Flumine, et in veneratione eiusdem abbatem domnum Landulfum et eius socios habere, atque in iustis petitionibus tuis te*[i] *in hac parte audire; admittimus preces tuas, atque damus tibi licentiam vendendi vineam quam tu habes ad rivum balnei, secundum quod petisti. Et ego Rahel nulla vi coactus sed propria spontaneaque mea bona voluntate et filii mei Iohannis trado et vendo tibi domno Landulfo tuisque successoribus pro ecclesia sanctae Mariae de Flumine vineam unam in territorio Ceccano in loco qui dicitur Rivus balnei, cuius latera sunt haec: a primo latere vinea Petri Maioris, a secundo latere vinea praescriptae ecclesiae, a tertio latere terra Rainaldi de Sergia, a quarto latere terra Rosae de Pasa. Hi sunt vocati testes: Petrus de Guerra, Benedictus de Rainone et Crescentius Menasterialis*[k].

a) Maioris 3. b) *deest* 2. c) *deest* 1. d) Similiter 2. e) vovit 3. f) XIV. 2. g) quatuor 2. h) Catume 3. i) te in hac *lacuna* m 2. k) monasterialis 3.

1210. Oddo dictus imperator per Tusciam aestivo tempore permanens, mense Novembris prohibitus a domno papa et excommunicatus, consilio domni Petri[a] comitis de Celano et consilio Diopuldi ingressus est regnum Apuliae. Celebrato festo sancti Martini super Soram, tota terra usque Capuam redacta est in suo imperio; et citius quam potuit ivit super Aversam, et obsedit eam usque ad nativitatem Domini; non valens eam capere, reversus est Capuam, et hiemavit ibi, faciendo machinas ad capiendas civitates quae nolebant venire ad suam fidelitatem.

1211. Adveniente tempore aestatis, tota Apulia et Terra Laboris et maxima pars Calabriae devenerunt ad fidelitatem Oddonis dicti imperatoris. Interim nuntii Alamanniae venerunt ad Oddonem dictum imperatorem, qui dixerunt ei totam Alamanniam rebellatam fore. Et omnes archiepiscopi episcopi abbates duces principes comites et omnes barones Alamanniae elegerunt Fridericum regem Siciliae in imperatorem, et mandaverunt in Siciliam nuncios, qui conducerent dictum Fridericum salvum et incolumem ad recipiendum imperium in Alamannia. Quo audito praedictus Oddo imperator congregavit comites Apuliae et Terrae Laboris, confirmavit cum eis pacem et suam bonam voluntatem. Tactus dolore cordis intrinsecus, reversus est in Alamanniam, insidiando qualiter iam dictum Fredericum regem Siciliae capere posset, si ausus foret arripere iter vel per mare vel per terram*.

* *In margine codicis 2. haec leguntur:* Hoc anno tanta nix descendit ad terras, quod omnis homo vivens dicebat numquam tantam vidisse; per planitiem duxit aquam ultra modum, et tam hiemavit per 15 dies, quod desiccavit multas ficus per vallas a radicibus.

1212. Fredericus rex Siciliae sola misericordia Dei vocatus in Alamanniam electus imperator, arripiens iter eundi in Alamanniam 16. Kal. Aprilis, quod fuit sabbato palmarum, applicuit Gaietam[b], ibi honorifice receptus et ministratus mansit per mensem, postea ivit Romam. Quem domnus Innocentius papa tanquam .... et benigne suscipiens, cum maxima honorificentia eius solvit omnes expensas in civitate, et extra ei .. uncias auri dedit, et omnia necessaria ei atque galeis usque Genuam ministravit et licentiavit et commendavit .... rerum, qui (pervenient) .... Papien. cum al.... cum ditantes .... salvum .... (niam) qui .. incredibili haberetur ....

1213. domnus Innocentius III. papa cum fratribus suis cardinalibus constituit et ordinavit concilium, et misit litteras per omne seculum, ut omnes qui debebant interesse concilio, in tertio anno in mense Novembri parati essent Romae.

1215. Tempore domni Innocentii papae tertii, anno eius 18, mense Novembri, 3. Idus Novembris domnus[c] papa Innocentius primo ascendit in thalamum, et ibi celebrata oratione et benedictione super conventum, sic exorsus est dicens: *Desiderio desideravi hoc pasca manducare vobiscum antequam moriar* etc. Interfuerunt huic concilio 412 episcopi, primates autem et metropolitani 71, exceptis patriarchis. Abbates vero et priores ultra octingenti, exceptis omnibus nuntiis archiepiscoporum et episcoporum et aliorum praelatorum absentium, nec non regum et principum. Initiatum et completum est hoc concilium in ecclesia Salvatoris Romae quae Constantiniana vocatur.

1216. 10. Kalendas Iunii tempore domni Innocentii III. papae venit comes Rogerius de Aquila cum exercitu suo in territorio Ceccano, devastavit segetes Sanctae Mariae Fluminis, et incendit ei unam molam et duas molas Sancti Clementis; et sic rediendo hospitatus est in territorio Castri. Alio die coepit reverti Fundum, et domnus Iohannes de Ceccano insecutus est eum, invenit eum in territorio castri Vallisersae[d], praevaluit super eum; fugatus est comes, et domnus Iohannes cepit de exercitu suo Robertum de Aquila patruum comitis cum 70 militibus electis[e] et aliis hominibus; praeda animalium fuit in quantitate .... bestiis, alia praeda robba fuit infinita, et comes .... et sic fugiendo usque Fundum cum reliquis[f] .... domni Iohannis de Ceccano non detulit secum .... domni Iohannis de Ceccano in campo re .... ntes, et exultantes de tanta .... Perusinam civitatem . . . .

. . . .

9. Kalendas[g] Augusti consecratus est. Pridie Kal. Septembris reversus est apud Romam ad Sanctum Petrum. Pridie Nonas Septembris receptus est in ecclesia Lateranensi cum tanto gaudio et veneratione, gloria et iucunditate, quod omnes videntes dixerunt, quod nullus de praedecessoribus suis in receptione similis ei fuisset.

a) perci 3. b) Beneventum 3. c) *deest* 1. d) Vallis vursae 3. e) allectis 1. 2. f) *quae sequuntur omissa sunt, notha addita:* fractum est. 1. 2. g) 3. Idus 3.

3.[a] Kal. Augusti die sabbati castrum Moroli[26] per fortiam domni Iohannis de Ceccano captum est et combustum. Captus est ibi Oddo Novellus de Columna cum undecim suis militibus, et soror eius Mabilia cum quadam filia sua ducti sunt in captionem apud Ceccanum. Peccatis exigentibus de castro Moroli 424 capita tam virorum quam mulierum, tam senum quam parvulorum combusta sunt. Omnes autem reliqui milites et layci redacti sunt sub potestate et fidelitate domni Iohannis de Ceccano sacramento. Domnus Thomas de Supino[b, 26] dolens et tristans dereliquit Campaniam comitis Rogerii de Aquila, et dedit domno Iohanni de Ceccano 1000 libras proveniensium, et fecit se fidelem cum sacramento in sempiternum domno Iohanni de Ceccano, et dedit ei filium suum obsidem ad fidelitatem et veritatem conservandam. Domnus Iohannes de Ceccano primo loco reddidit domno Thomae uxorem suam cum filia; domnum Oddonem de Columna cum suis militibus dedit in potestate domni Iohannis cardinalis de Columna.

Honorius episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et clericis Sanctae Mariae de Flumine de Ceccano salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium desideriis dignum est nos facilem praebere consensum et vota, quae a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis precibus grato concurrentes assensu, ad exemplar felicis memoriae Innocentii papae praedecessoris nostri personas vestras et ecclesiam sanctae Mariae de Flumine, in qua divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis tam ecclesiasticis quam mundanis, quae in praesentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum iustis modis praestante Domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem sancti Stephani et sancti Quirici ecclesias cum omnibus tenimentis et pertinentiis suis, forestam iuxta ecclesiam sancti Stephani, et de capite pontis de prato, et de tineis molendina, vineas, reditus, decimas, oblationes, homines, hortos, cannapinas, et possessiones alias ad vestram ecclesiam pertinentes, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos eidem ecclesiae authoritate apostolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus. Libertates quoque et immunitates, necnon et exemptiones secularium exactionum a dilecto filio nobili viro Iohanne de Ceccano tam pie quam provide vobis et ecclesiae vestrae concessas, sicut in authentico eiusdem nobilis perspeximus contineri, ratas habemus, et eas perpetuis temporibus illibatas decernimus permanere, cuius tenorem de verbo ad verbum praesenti paginae duximus inserendum: „In nomine Domini. Anno dominicae incarnationis 1196.[27] — *insigniri.“ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc* 27 *paginam nostrae protectionis et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani* 13. *Kal. Octobris, pontificatus nostri anno primo.*

1217. Mense Aprili quidam comes Francigena, nomine Petrus de Alsurla[c], a Graecis vocatus et electus in imperatorem Constantinopolitanum, adplicuit Romam cum uxore et filiis et alio comitatu. Honorifice a domno papa Honorio et a clero et a cuncto populo Romano est receptus. 5. Idus praedicti mensis in ecclesia sancti Laurentii foris murum cum magna gloria et decore coronatus est a summo pontifice cum uxore sua; et postea domnus papa dedit ei conductorem itineris et defensorem domnum Iohannem de Columna presbyterum cardinalem, tituli Sanctae Praxedis. Incipientes iter, transierunt mare euntes per imperium Romaniae gaudenter. Maior potestas imperii Romaniae et ditior invitavit praedictum imperatorem, ut dignaretur ire per terram suam, promittens ei omnes expensas usque in civitatem Constantinopolitanam, callidus insidians et decipiens imperatorem. Tunc imperator cum domno cardinale ingressi sunt terram praedictae potestatis; quae potestas et dignitas apud nos dicitur Comminio, nomine Teodorus. Qui postquam recepit imperatorem et domnum cardinalem, voluit eos occidere. Sed responsum est ei ab amicis et fidelibus dicentibus: *Si istos occideris, semper habebis guerram ab imperio et a summo pontifice et tu et heredes tui; si servaveris eos vivos, non erit qui te debellet.* Posuit eos audacter in custodiam, et constricte custodivit eos in ergastulis. Imperatrice nolente declinare a recto itinere, perrexit salva et gaudens in Constantinopolim, et tanquam domina et imperatrix recepta dominabatur.

Idus Mayas domnus papa Honorius egressus Romam venit Anagniam. Pridie Nonas

a) XI. 3. b) supinon 3. c) Alsūla 1. 2. *est Auxerre.*

26) Morolo et Iupino ad Saccum fluvium supra Ceccanum. 27) ut supra pag. 294.

Iulii dedicata est ecclesia sancti Petri de Villa Magna per manus summi pontificis domni Honorii. 14. Kalendas Augusti domnus papa venit Ferentinum. 8. Idus Septembris domnus papa Honorius ivit Aletrum[28]. 17. Kalendas Octobris dedicata est ecclesia Casaemarii honorifice per manus domni papae Honorii, ubi fuit ipse cum omnibus cardinalibus notariis et cum tota curia sua. Interfuerunt huic dedicationi duo archiepiscopi Yspanenses, 11 episcopi. Per gratiam Iesu Christi tanta fuit ibi abundantia ciborum in pane et vino, in piscibus, in caseo et in ovis, quod omnes sine murmuratione plenarie receperunt cibaria in sero et in mane. Plus quam mille equi inventi sunt ad annonam; tot et tanti equitantes adhaeserunt domno Iohanni de Ceccano, quod in castris eius ultra 400 equi adnumerati sunt.

6. Nonas Octobris domnus papa reversus est Romam.

Hoc anno tanta multitudo christianorum coadunata est in Hierosolymitanis partibus in campo super Acre[a], quod volentes numerare, numerati sunt ultra viginti milia equitantes[b], alia turba non poterat prae multitudine numerari: per bonam estimationem dictum fuit, quod plus quam 200 milia peditum erant. Peccatis exigentibus in hoc populo christiano tanta inopia panis advenit, quod unus parvus panis vendebatur 12 denariis. De communi igitur consilio domni patriarchae et aliorum qui praeerant populo, praeceptum est omnibus pauperibus, ut redirent ad propria. Solum in mense Settembrio tot et tanti fuerunt, quod naves eos reducentes fuerunt 66. Per bonam aestimationem communiter dicebatur ab omnibus quod[c] corpora mortuorum cruce signatorum in eundo et redeundo supra centum milia fuere inventa; ab aliis permanentibus in illa sancta terra non tantum[d] honoris vel auctoritatis[e] factum est quod valeret obolum.

In nomine Domini. Amen. Infrascriptae sunt constitutiones ac antiquae et approbatae consuetudines, a tempore cuius in contrarium memoria non existit, habitae et ordinatae inter maiorem ecclesiam Ferentinam et reverendam ecclesiam sanctae Mariae in Flumine de Ceccano.

In primis, quod ipsa ecclesia sanctae Mariae seu abbas et capitulum eiusdem ecclesiae pro parte et nomine ipsius tenentur tempore visitationis faciendae, prout consuetum est, per reverendum in Christo patrem et dominum, domnum episcopum[f] Ferentinum praesentem vel qui pro tempore fuerit, eundem domnum episcopum cum competenti familia, si sibi placuerit, in eadem ecclesia et eius domibus, praefatae ecclesiae sumptibus et expensis, secundum quod facultates supradictae ecclesiae patiuntur, in comestibilia et potabilia recolligere, et sibi humiliter et devote nihilominus ministrare.

Item est[g], dum eidem domno episcopo cum praedicta sua competenti familia placuerit, in praelibata ecclesia et eius praedictis domibus laudabiliter commorari. Item comestibilia et potabilia sibi exeniata vel praesentata intrare debent ad usum communem domni episcopi memorati eiusque familiae supradictae, nec non abbatis et capituli praedictorum in cellarium ecclesiae supradictae.

Item quod praetitulata ecclesia debet sua libertate et immunitate gaudere, nec ad aliquid aliud astringi nisi ad quartam partem duntaxat decimae et commutationem; aliis vero franchitiis libertatibus et immunitatibus suis successuris perdurare debet secundum tenorem et formam papalium privilegiorum.

FINIS CHRONICON FOSSAE NOVAE.

a) aere 2; arce *Del Re.* b) equitum 2. c) per 2. d) tam 2. e) avaritiae 2. f) episcopum — episcopum *desunt* 3. g) quod 3.

28) Alatri.

ANNALES CASINENSES.

Adnotationibus supra Tomo SS. III. pag. 171. 172 ex codice Casinensi propositis iam succedunt annales saeculo potissimum duodecimo a monachis Casinensibus compositi, subsidio codicum Casinensium numeris 47, 199 et 851 signatorum anno primum 1626 ab Antonio Caracciolo editi, deinde a Camillo Peregrinio in principum Langobardorum historia castigati, a Muratorio SS. T. V, 137 sqq. apographo quarti cuiusdam codicis Casinensis proposito aucti, ab Erasmo Gattola, viro de historia Casinensi optime merito, in parte secunda Accessionum ad historiam abbatiae Casinensis pag. 827 sqq. sub titulo Anonymorum monachorum Casinensium breve chronicon ope codicum trium Casinensium meliores editi, quosque hoc loco subsidio quinque codicum et apographi Muratoriani auctos et emendatos proponere iuvat. Et Gattola quidem codicem numero 199 signatum saeculo XIII. exeunte conscriptum usque ad a. 1195 fundamenti loco posuit, additamenta codicis 47 littera obliqua inseruit, adnotationes annorum 1183—1212 subsidio codicis 851 subiecit; quo id effecit ut prioribus multo emendatiorem editionem proponeret. At ego quum mense Iulio anni 1822 in monasterio illustrissimo commorarer, nostrae editioni prospecturus codicem quidem 199 in archivo ditissimo haud amplius adservari intellexi, sed codicibus 47 et 851 iterum cum Gattolae editione conferendis haud inutilem operam navavi. Postea a Bethmanno nostro textu annalium in codice bibliothecae Vaticanae Urbinate extantium accepto, quum unum desiderarem ut mihi et codicis Casinensis 851 copia iterum fieret, feliciter contigit quod anno 1859 Londini codicem eo usque omnibus incognitum una cum bibliotheca manuscriptorum Ill. Comitis Wilhelmi Libri sub hastam missum, bibliothecae Regiae nostrae comparare licuit, quem igitur quintum in rem nostram vocavi. Quibus inter se collatis textum ita disponendum intellexi, ut primo loco textum statuerem qui in

1) Codice Urbinati numero 585 signato membranaceo saeculi XII. servatur, quippe qui inter reliquos et antiquitate et simplicitate eminet. Constat duabus partibus, quarum prior annos 1000—1083 complexa, tota fere ex annalibus Cavensibus et Casinatibus pendet, altera ei subiecta inde ab anno 1087—1167 alia manu continua exarata est. Cuius codicis textum additis notitiis ex annalibus Cavensibus usque ad annum 1111 secuti sunt qui iam sequuntur:

2) C. Casinas numero 47 signatus, membranaceus in folio saeculi XII. exeuntis vel XIII. ineuntis; qui inde ab anno 1000 incipit et in textu anni 1153 desinit, pagina proxima sequenti ut videtur amissa; ultimum codicis folium notitiis annorum 1348, 1362, 1500 datum est, nihil ad rem nostram facientibus, quas apud Gattolam legere iuvabit. Numeri annorum 1030—1154 uno numero minores iusto sunt. Lacunam amisso folio ortam explere licuit subsidio libri alterius qui ad codicem hunc proxime accessisse videtur. Est:

2b) Codex olim in tabulario Casinensi adservatus littera Langobardica conscriptus, cuius fata ulteriora ignorantur, quemque saeculo XVII. ineunte numero foris 62, *intus* 1020 *signatum fuisse Constantinus Caietanus abbas tradidit, Gattola vero catalogo codicum eo tempore exarato nixus negat. Apographum eius a Constantino confectum, et inter schedas eius repertum Muratorius luci dedit*[1], *cuius tamen editio vocibus e. g.* Lanula *ter loco* Ianula, Seniorellus *loco* Seniorectus *male scriptis a Constantini scripto certe recedit. Codex ipse ab Alberico monacho Casinensi aut exaratus est aut ad eum quadammodo pertinuit, siquidem in margine apographi alia manu notae hae adscriptae referuntur:* Anno 1100 Albericus auctor huius catalogi nascitur. A. 1123. Hic Alberisius sublevatur in sacerdotem, *et a.* 1146. Hic fuit domnus Albericus ordinatus in praepositum Sanctae Mariae 3. Septembris. *Quod coenobium Constantino auctore est sanctae Mariae de Albaneta uno vix lapide a Casinensi remotum*[2]. *Albericus igitur qui se ipsum catalogi auctorem scribit, idem fuerit quem visione clarum Petrus diaconus capite* 66. *libri quarti Casinensis historiae, ut amicum suum celebrat; vox* catalogus *autem indicare videtur, annales, quomodo et in codicibus sequentibus videmus, catalogo abbatum Casinensium subiectos fuisse. Ceterum additiones eius ad codicem* 2. *quas nostro debemus, partim cum Petri diaconi historia et annalibus Beneventanis conveniunt; Oderisii abbatis obitus et Ottonis ordinatio bis annis siquidem* 1105 *et* 1106 *referuntur, a.* 1115 *voces* vulgo Sugio *glossa aevi posterioris esse videntur; annus in universum uno numero minor, annis* 1118 *et* 1119 *rectus, anni* 1120 *deest, unde ab anno sequenti iterum uno minor evadit. Lectio nonnumqaum ad textum codicis* 4 *accedit. Lectiones codicis peculiares textui littera obliqua inserimus.*

3) C. Casinas numero 851 *signatus in folio, saeculo XIII. medio exaratus, post Leonis et Petri chronica Casinensia foliis* 255—261 *annales annorum* 1129—1212 *exhibet, usque ad annum* 1188 *uno numero minores iusto, quod anno* 1188 *a scriba ipso corrigitur, unde eos codici* 2. *adiungendos patet. Ultima libri pars, anni scilicet* 1183—1212 *scriptori alii quam priora debentur*[3]. *Ab istis libris textu paulo magis polito recedit*

4) C. olim in monasterio Casinensi numero 199 *insignis, iam deperditus, quem praecipue Gattola exscribendum existimavit, cuius igitur editionem codicis iam deperditi loco consulere et laudare oportet. Pertendit inde ab anno* 1000 *usque ad annum* 1195. *Gattola librum anno circiter* 1270 *Bernardi abbatis tempore conscriptum fuisse tradit, quum catalogus abbatum annalibus rubro colore praefixus in abbate isto desinat, nominibus quorundam sequentium abbatum alia manu et atramento subiectis. Quae cum ita sint, ex isto codice*

5) C. regium Berolinensem inter Latinos in quarto numero 296. *signatum transscriptum fuisse oportet. Est enim membranaceus in* 4. *foliorum* 24, *scripturae pulchrae eadem manu usque ad abbatem Ismardum productae, cui menses septem dies octo tribuit, unde librum anno* 1314 *exeunte vel sequentis initio conscriptum esse liquet. Folio* 1. *incipit* Temporum descriptio a creatione mundi. Prima est huius mundi etas ab Adam *etc. usque ad Heraclium, subiecta serie imperatorum orientis usque ad Alexium Comnenum* nepotem Ysabei cum cano qui pugnavit cum Roberto Wiscardo, *igitur intra annos* 1081—1118; *folio* 5. *catalogum summorum pontificum primo usque ad Gregorium VII, postea annis regiminis omissis usque ad Eugenium III, igitur intra annos* 1145—1153 *productum,*

1) SS. Ital. V, 137 sqq.; repetiit Del Re p. 565—569. 2) Gattola hist. Cas. p. 135. 3) Gattolae p. 823 eam duobus scribis tribuere placuit.

fol. 9' *catalogum abbatum Casinensium a sancto Benedicto usque Ysmardum*[5]*; fol.* 10' *Annales qui fol.* 24 *in fine paginae anterioris desinunt, pagina aversa vacua relicta. Annales ex tabulis decennovennalibus transscriptos fuisse rubricae anni cuiuslibet* Anni Domini, Indictiones, Concurrentes, *etc. comprobant, quae nonnisi anno* 1190 *in solo anni numero desinunt.*

Quibus omnibus bene perpensis editiones libelli tres distinguere licet. Prima usque ad annum 1111 *pertendens, qualis in codice* 1. *habetur, aevo Alexii Comneni imperatoris conscripta et postea continuatione brevi usque ad annum* 1167 *aucta est. Secunda Eugenii III. aevo composita, tum ex annalibus Cavensibus tum ex aliis fontibus Casini obviis aucta et usque ad annum* 1152 *producta, una cum continuationibus tribus, scilicet annorum* 1153 *et* 1154 *in codicibus* 2, *et annorum* 1153—1182 *atque annorum* 1183—1212 *in codice* 3. *aucta legitur. Tertia textum editionis secundae inde ab anno* 1000 *usque ad annum* 1182 *productae sententiis vocibusve paucis omissis stilo politiori reddidit et continuatione annorum* 1183—1195 *sibi propria auget.*

Unde auctoritatem horum annalium propriam saeculo XI, quo fere toti ad fontes eius aevi bene notos et superstites referuntur, quasi nullam, saeculis XII et XIII, quibus a scribis Casinensibus diversis invicem sibi succedentibus et rerum sui temporis bene gnaris compositi sunt, magnam esse, facile intelligitur; habuitque eos ante oculos Petrus diaconus Casinensis, quem etiam textus usque ad annum 1154 *auctorem fuisse*[6] *coniicere posses, nisi eam partem Alberico vindicandam textus a Constantino abbate servatus indicaret.*

Cod. 1.

1000.[a] Otto imperator puer Beneventum venit[7].

1001. Obiit Otto tertius imperator Sutri[8], et Heinricus filius patrui sui fit rex. Et hoc anno venerunt Saraceni super Capuam[9].

1004. Terre motus ingens per quindecim et eo amplius dies. Mons Casinus exagitatur, ita ut in nonnullis locis ecclesiam scinderet[10].

1007. Obiit Landulfus princeps Capuanus[11].

1013. Heinricus rex venit Romam et coronatus est a papa Benedicto[12].

1015. Luna versa est in sanguine.

1016. Normanni Melo duce ceperunt expugnare Italiam[b. 13].

1020. Dattus est captus a Grecis in turre de Gariliano[c].

1021.[d] Heinricus imperator venit Italiam[14], Theobaldus[e] ordinavit abbatem, et Pandulfus[f] princeps vincitum secum asportavit.

1025. Heinricus imperator[g]. Pandulfus princeps solutus a vinculis ann. 1 obsedit Capuam, et vim recepit eam.

Codd. 2. 3.

Anno Domini 1000. Otto imperator puer Beneventum venit.[h] Quidam Nortmanni Hierosolymis[i] venientes, Salernum a Sarracenis liberarunt.

1001. Obiit Otto tertius imperator Sutri[k], et Heinricus filius patrui[l] sui fit rex[m]. cf. Leo II,59.

Beatus Dominicus migravit ad Christum.

1002. Hoc anno venerunt Sarraceni super Capuam.

1004.[n] Terre motus ingens per 15 et eo amplius dies hunc montem exagitavit, ita ut in nonnullis locis ecclesiam scinderet.

1007. Obiit Landulfus[o] princeps Capuanus.

1010. Obiit Iohannes abbas Beneventi[p].

1011. Sol defecit, et fames valida fuit.

1014. Heinricus rex venit Romam, et coronatus est a papa Benedicto. Obiit Pandulfus princeps.

1016. Luna versa est in sanguine[q].

1017. Normanni Melo duce ceperunt expugnare Apuliam.

1021. Dattus[r] captus est a Grecis in turre de Gariliano.

a) *numerus anni usque annum* 1084 *iusto minor, anni* 1025 *maior est.* b) *rectius* Apuliam *A. C.* c) a. 1021. *Leo II*, 38. d) a. 1022. *Casin.* e) *i. e.* Theobaldum. f) *i. e.* Pandulfum principem. g) *scilicet* obiit a. 1024. h) *reliqua anni desunt* 2. i) n. ab h. 5. k) *deest* 5. l) patri 5. m) *reliqua desunt* 2. n) 1005. 4. 5. o) Landulphus 4. 5. *constanter.* p) *desunt* 4. 5. q) sanguinem 4. 5. r) Dotatus 5.

5) Quum series abbatum Casinensium saeculo XIII. exeunte et XIV. ineunte haud bene constet, eam hic addere placet: Bernardus abbas sedit annis 17, diebus 22; Thomasius a. s. annis 4; Pontius a. s. mens. 7; Angelerius a. s. mens. 4; Berandus a. s. mens. 6; Gathardus a. s. annis 5; Thomas a. s. annis 3; Marinus a. s. annis 8; Ismardus (loco Ysmardus littera initiali male intellecta) a. s. mens. 7, diebus 8. 6) Petrum enim ultra annum 1140 et vere anno adhuc 1159 vixisse, Gattola in hist. Casinensi pag. 913 col. 1. docet. 7) Ann. Cavenses SS. III, 189. 8) Ann. Casinates SS. III, 172. 9) cf. Ann. Benev. 10) Ann. Casin. 11) Ann. Casin. 12) Ann. Cav. a. 1014. 13) A. Cav. a. 1017. 14) Leo II, 39—42.

cf. Leo II, 3. 1027. Idem princeps Pandolfus ingressus est Neapolim et obtinuit eam anno 1 et mensibus 5.

1029. Luna 15. obscurata est.

A Cav 1034. 1033. Solis pars maxima obscurata est in ipsa festivitate sancti Petri.

A Cav. 1037. 1036. Mons Vesubius eructavit incendium, ita ut usque ad mare discurreret.

A Casin 1042 1041. Luna 13. obscurata est per quinque horas 5. Idus Ianuarii, cum nulla nubes appareret in celo.

A. Cav. 1045. 1044. Richerius abbas eiecit Normannos de terra sancti Benedicti.

cf A. Cav 1047 1046.

A Cav. 1050. Leo papa hoc anno ordinatus est.

cf A Cav. 1052. 1051.

A. Cav. 1054 1055. 1053. Leo papa cum Normannis in Apulia dimicavit, et alio anno obiit.

A. Cav 1062. 1061. Alexander papa ordinatur. Riccardus introivit Capuam, et factus est princeps.

1063. Luna 15. eclipsin passa est 5. Idus Novembris.

A Cav. 1076 1075. Hoc anno venit Robertus dux super Salernum 2. Nonas Maii[a], et obsedit eam terra marique, et cepit eam die Id. Decembris.

A Cav. 1077. 1076. Hoc anno Riccardus princeps cepit obsidere Neapolim principio mensis Madii.

A Cav 1078. 1077. Riccardus princeps obiit Capue ipsa 5. feria cene Domini, et Neapolis obsidione soluta est, et Iordanus fit princeps.

1078. Hoc anno fuit prelium de Cappelli.

A Cav 1081 1080. Heinricus rex cum magno exercitu venit Romam; sed obsistentibus Romanis cum papa Gregorio, sine effectu reversus est. Robbertus dux transito mari Romaniam debellaturus ingreditur.

A Cav 1083. 1082. Heinricus iterum Romam veniens, porticum sancti Petri, per vim cepit eam et ex parte magna destruxit; archiepiscopum Ravennensem, invasorem apostolice sedis, absque consilio et voluntate totius Romane ecclesie constituit.

A Cav. 1084. 1083. Heinricus rex Romam a Romanis intromissus 12. Kal. Aprilis, stetit ibi usque ad 12. Kal. Iunii. Post hec venit Robertus dux cum exercitu, et tradita est ei Roma; et multa mala ibi committens, accepto papa Gregorius egressus est.

cf Ann. Benevent A Cav. 1087.[b] 7. Idus Madii corpus sancti Nicolay Varim venit. 16. Kal. Octobris[c] Pisani apud Africam debellaverunt et vicerunt Sarracenos.

1097. circumdata est Antiochia.

1098. Antiochia capta est.

A. Cav. 1098. 1100. Iherusalem a christianis capta est.

1104. Ecclesia sancti Dominici[d] dedicata est.

cf. A Cav 1111. Rex Henricus venit in Italiam cum magno exercitu, et cepit apostolicum in ecclesia sancti Petri.

1136.

1022. Heinricus imperator venit[e] Italiam, et super Troiam[f]. Theobaldum ordinavit abbatem, Pandulfum[g] fecit principem, qui fuit comes Tianensis[h]. Pandulfum principem vinctum secum asportavit. Obiit[i] Atenulfus abbas.

1025. Obiit domnus Heinricus imperator, et Pandulfus princeps solutus vinculis anno uno obsedit Capuam cum Grecis, et tandem vi recepit eam.

1027. Idem Pandulfus princeps[k] ingressus est Neapolim, et optinuit eam anno uno et mensibus quinque.

1029.[l] Luna quintadecima obscurata est.

1033. Solis pars maxima obscurata est in ipsa festivitate sancti Petri.

1035.[m] Obiit Theobaldus abbas.

1036.[n] Basilius fit abbas.

1037.[18] 6. Kal. Februarii mons Vesuvius[o] eructavit incendium, ita ut usque ad mare discurreret.

1038.[18] Chonradus imperator ingressus est Capuam[p] vigilia pentecostes, et in pentecoste coronatus est. Adenulfus episcopus reconciliatur. Pandulfus princeps exiliatur, Guaimarius fit princeps, et Richerius abbas.

1039. Obiit Chonradus imperator[q], Heinricus filius eius imperat.

1042. Luna 13. obscurata est per quinque horas 5. Idus Ianuarii, cum nulla nubes appareret in coelo.

1045. Richerius abbas eiecit Normannos de terra sancti Benedicti.

1047.[18] Heinricus imperator venit Capuam, et reddidit eam Pandulfo principi iuniori.

1050. Hoc anno Leo papa ordinatus est.

1052.[18] Guaimarius princeps interficitur, et Bonifatius marchio.

1053. Leo papa cum Normannis in Apulia dimicavit.

1054. Leo papa obiit.

1055.[18] Victor papa fit. Richerius abbas defungitur, et Petrus abbas ordinatur.

1057.[18] Fredericus fit abbas, qui et postmodum Stephanus papa[r].

1058.[18] Hoc anno defuncto Stephano papa et huius monasterii abbate, domnus Desiderius omnium fratrum unanimitate[s] abbas est ordinatus[19].

1059.[20] Nicolaus papa ordinatur.

1061. Obiit Nicolaus papa.

1062. Alexander papa ordinatus est. Richardus introivit[t] Capuam, et factus est princeps 12. Kal. Iunii.

1063. Luna quintadecima eclipsin passa est 5. Idus Novembris.

1066.[21] Hoc anno domnus Desiderius abbas coepit edificare ecclesiam sancti Benedicti in hoc monte[u] Casinensi.

1067.[22] Stella cometes apparuit. Gotfridus dux cum exercitu venit Campaniam[v] usque Aquinum. Richardus princeps terram Marsorum intravit

a) Iulii *Bethmannus legit.* b) *alia manu continua.* c) XV. Kal. Octobris obiit Victor papa *A. Cav.* d) domi *suppleta ex chron. Fossaenovae.* e) v. in i. 5. f) et s. T. *desunt* 4. 5. g) P. comitem Theani fecit principem 5. h) Trianensis *M.* i) O. A. a. *desunt* 4. 5. k) *deest* 4. 5. l) 1030 4. 5. m) *usque in finem abhinc* 2. *numerum uno maiorem* 1036. *etc. habet.* n) 1035. *M.* o) uessuuius 2. p) C. in v. 5. *M.* q) i. et h. 5. r) q. p. St. p. extitit 4. 5. s) unanimi consensu 5. t) intravit 4. 5. u) monasterio 5. v) *deest* 4. 5.

18) Ann. Cav. 19) Leo III, 9. 20) Ann. Cav. 21) Leo III, 36. 22) Ann. Cav.

1137. Innocentius papa venit cum Eleutherio rege et ceperunt totam terram usque Varim.

1138.

1139. Innocentius papa congregavit synodum Rome et damnavit partem Anacleti.

1140. Rex Sicilie venit cum filiis suis, et ceperunt Soram et Arcim.

1143. Rex Sicilie venit Arcim, et filii eius ceperunt totam Marsorum terram.

1144. Rex Sicilie venit Ceperanum, et dux filius eius intravit in terram sancti Petri et cepit eam.

1149. Rex Francie revertitur a transmarinis.

1151. Eugenius papa dedicavit ecclesiam Case Marii.

1152. Scalona capta est a christianis,

1155.[23] et imperator venit Romam, et coronatus est a papa Adriano.

1155. Cancellarius regis Sycilie venit Ceperanum.

1156. Rex Sicilie venit cum magno exercitu, et recuperavit omnem terram suam, et

1162. imperator Henricus accepit Mediolanum.

1167. Cancellarius imperatoris Frederici venit super Romanos cum grandi exercitu, et pugnavit cum eis; in qua pugna fuerunt mortui de Romanis et capti multa milia hominum, adeo ut numerus nesciretur.

1071. Ecclesia nova sancti Benedicti dedicata est ab Alexandro papa die Kalendarum Octobrium cum quinque altaribus[a] suis. Cav.

1073. Alexander papa defungitur et Ildeprandus archidiaconus in papam Gregorium ordinatur mense Aprili. Cav

1075. Nocte[b] natalis Domini captus est praedictus papa super sanctum altare a quibusdam Romanis, sed vi et constantia omnium Romanorum eodem die receptus est. Cav

1076. Hoc anno venit Robbertus dux super Salernum pridie Nonas Maii, et obsedit eam terra marique, et cepit eam die Idus Decembris.

1077. Hoc anno Richardus princeps cepit obsidere Neapolim principium[c] mensis Maii.

1078. Richardus princeps obiit Capuae quinta feria coenae Domini, et Neapolis obsidione soluta est, et Iordanus fit princeps.

1081. Henricus rex valida manu venit Romam, sed obsistentibus Romanis cum papa Gregorio, sine effectu reversus est. Robbertus dux Romaniam debellaturus ingreditur.

1083. Heinricus rex iterum Romam veniens, porticum sancti Petri vi captam ex parte destruxit, archiepiscopum Ravennensem invasorem ecclesiae[d] constituit.

1084. Idem rex Romam a quibusdam Romanis intromissus, post duos menses a Robberto duce fugatus est. Idem dux papa Gregorio de Urbe eruto, Salernum perduxit.

1085. Fames et mortalitas maxima fuit. Gregorius papa apud Salernum moritur. Obiit Robbertus dux. Cav

1086. 13. Kal. Martii noctis initio stella clarissima in circulum primae lunae ingressa est[e]. Desiderius abbas Romae in papam Victorem eligitur die pentecostes. Cav.

1087. Desiderius abbas papa ordinatur 7. Idus Maii, qui postea in hoc monasterio, ordinato abbate Oderisio, post tertium diem moritur. Pisani apud Africam certantes, Sarracenos vicerunt. Cav.

1088. Otto Hostiensis episcopus in papam Urbanum eligitur 4. Idus Martii[f]. Cav.

1090. Ecclesia[g] sancti Martini dedicata est a Iohanne Tusculanensi episcopo die octavarum eiusdem beati[h] Martini. Obiit Iordanus princeps. Cav.

1091. Castrum Fracte[24] a Normannis *agentibus*[25] *Rainerio Ridellus et Riccardo de Spiniu* furatum, et a nostris *agente comite Atenulfo*[26] duodecimo die magna Dei virtute receptum est. cf. Petr. Diac. IV, 9. Capuani rebellaverunt. *Hoc anno fuit tanta siccitas, quod non pluit usque ad festum sancti Nicolai*[27]. Cav

1091. Ionathas apprehendit Adenulfum comitem Atini[28].

1094.[i] Ecclesia sancti Andreae apostoli dedicata est a Rainaldo episcopo Gaietano 3. Kal. Februarii. *Solis maxima pars obscurata est 8. Kal. Octobris.*

1095. Stellae de coelo innumerabiles quasi pluere visae sunt[k] mense Aprili prope diem versus occidentalem plagam coeli ubique terrarum. *Pandulfus comes*[29] *interficitur 4. Idus Iunii.*

1096. Innumera Francorum et ultramontanorum multitudo mare transivit. *Lunae maxima pars obscurata est in cathedra sancti Petri.*

1097. Stella cometes[l] apparuit. Hoc anno urbs Antiochena a christianis capta est 3. Nonas Iunii 5. feria. *Luna tota obscurata est in transfiguratione Domini*[m].

1098. Civitas Ierusalem capta est a christianis Idibus Iulii. Dux Roggerius cum comite Roggerio Capuam per quadraginta dies obsidentes receperunt, et Richardo Iordanis filio *principi*

a) altariis 5. b) In nocte 5. c) in principio 4. 5. d) romanae *addunt* 4. 5. e) est. Domnus D. 5. f) Maii *Cav.* g) E. nova s. 4. 5. h) b. M. *desunt* 4. 5. i) *textus huius anni deest* 4. 5. k) puluere uiserunt 2. l) c. hoc a. ap. quo et u. 5. m) 3. Nonas Iunii, quinta feria *repetit* 2[b] *male.*

23) cf. Ann. Cav. 1156. 24) Le Fratte. 25) cf. Petrum IV, 9. 26) Petrus ibid. 27) cf. Ann. Beneventanos. 28) Petrus IV, 14. 29) Adenulfi frater. Petrus l. c.

in die sancti Petri ingredientes Capuam restituerunt. Eo[a] anno via ignea per totam noctem in coelo apparuit 5. Kal. Octobris. *Ugo de Molisi apprehendit Pandulfum comitem, et tenuit in vinculis.*

1099. Luna duodecima in ortu suo defectum passa paulatim redintegrata est Nonis[b] Iunii. Obiit Urbanus papa[c]. Paschalis fit papa. *1104 et 1105[d] fames maxima et hoc anno 14. Kal. Octobris luna 14. obscurata est.*

1100. Guibertus heresiarcha invasor Romanae ecclesiae moritur.

1101.[e] Obiit Roggerius comes[30].

1105. Domnus Oderisius abbas acquisivit oppidum Pontiscurvi[e*], et castellum Vitecosi. Obiit Oderisius abbas[f]. Otto fit abbas[g].

Cav. 1105. 1106. Stella cometes apparuit. Heinricus rex defungitur[h]. Heinricus filius eius imperat. Obiit Richardus secundus *filius Iordani princeps. Robbertus filius eius fit princeps.*

1107. Luna quartadecima obscurata est. Obiit Otto abbas. Bruno Signinus episcopus abbatiam suscipit[i].

1108.[k] Castrum Terame a comitibus Aquinensibus invasum *et furatum est 3. Kal. Augusti,* sed a nostris quintodecimo die[l] receptum est. *Sanctus Angelus in Theodici[31] incensus est.*

1110. Stella cometes[l*] apparuit.

1111. Heinricus predictus rex cum magno exercitu Romam veniens, Paschalem papam cum multis aliis capit; ad ultimum finem[m] *fecit et coronatus* facta coronatione[n] abscedit. Bruno episcopus abbatiam dimittit, Girardus fit abbas. Obiit Roggerius dux, et Boamundus frater eius.

1115. Girardus abbas oppidum Suium[o] adquisivit. Pisani Maioricam et Minoricam insulas debellantes ceperunt.

1117. Terrae motus magni fuerunt; ita quod multa aedificia per diversa loca corruerunt; homines mortui sunt; aquae turbidatae sunt, lampades ecclesiarum moveri visae sunt. Luna quartadecima obscurata est.

1118. Obiit Paschalis papa, Iohannes cancellarius eligitur in papam Gelasium. Tunc et rex Romam occurrens, Burdinum invasorem summittit.

1119. Obiit Gelasius papa apud Cluniacum, et Guido Viennensis archiepiscopus a cardinalibus in eodem loco in papam Calixtum eligitur *3. Non. Ianuarii.*

1120. Idem papa Romam veniens honorifice excipitur. Obiit Robbertus princeps, et Richardus filius eius ungitur; quo paulo post mortuo, Iordanus patruus eius fit princeps. Terre motus magni per plures dies in terra sancti Benedicti et circumquaque fuerunt, ita ut edificia multa ruerent.

1121. Calixtus papa Burdinum apud Sutrum[p] captum, apud Cavas custodiae mancipavit.

1122. Idem papa eumdem Burdinum de Cava extractum[q] in Ianula[r] custodiendum tradidit.

1123. Obiit Girardus abbas, et Oderisius fit abbas. Stellae innumerabiles quasi pluere visae sunt pridie Nonas Aprilis, hora matutina.

1124. Castrum Pica ab Oderisio abbate adquiritur, et a Calixto papa et Iordano principe Sancto Benedicto confirmatur. Obiit Calixtus papa, et Lambertus Hostiensis episcopus eligitur in papam Honorium.

1125. Ricchardus de Caleno terram sancti Benedicti hostiliter ingressus, castella eius incendit, predictum papam Burdinum de Ianula tractum in Fumonem[s] religavit. Heinricus rex obiit: Lotherius fit rex. *5. die Decembris fuit capta rocca de Archi a Gregorio Pagano et comitissa et filio eius Thoma.*

1126. Oderisio a papa excommunicato, homines Sancti Germani monasterium istud[t] fraudulenter invadunt; ipsoque depulso, Nicolaus ingreditur. Rocca de Ianula destruitur[u]. Castellum Suiu a filio Ricchardi de Aquila occupatur.

1127. Castellum novum ab Adenulfo de Spinio[v] capitur, castrum Pica redditur. Castrum novum recuperatur. Oderisius abbatiam foris iurat. Castrum Terellae edificatur. Nicolaus

a) Eodem 5. b) *deest; lacuna* 5. c) p. et P. p. fit 5. d) 1103 et 1104. *cod.; cf. Ann. Benev. a.* 1102. 1103. 1104. e) 1100. *cod.* e*) pontuscur 2. f) a. et O. 5. g) ordinatus est 2b. h) d. et H. 5. i) post 40 dies ordinatus est 2b. k) *haec desunt* 4. 5. l) post 15 dies 2b. l*) cometis 2. 4. m) fine facto 5. n) coronatus 4. 5 o) S. vulgo Sugio 2b. p) surium 2b. q) extraxit et 5. r) Lanula, *ita et* 1125, 1126 2b. s) funionem 5. t) hoc 5. u) *reliqua desunt* 4. 5. v) spimo 5.

30) cf. Ann. Benev. 31) Todici Petro.

expellitur. Seniorectus[a] fit abbas. Dux Guilielmus et Iordanus princeps obierunt. Robbertus *filius fit princeps. Dedicatio ecclesiae sanctae crucis Atinensis.*

1128. Papa in Apuliam contra comitem Roggerium, qui ducatum occupaverat, cum expeditione properat. Ad ultimum facta concordia, ducatum ei confirmavit.

1129.[b] Roggerius dux cepit Troiam et fere totam Apuliam, et Capuanus princeps illi hominium fecit.

1130. Obiit Honorius papa, et eo die sunt electi Gregorius Sancti Angeli in papam Innocentium *qui venit in monasterium sancti Benedicti; postea secessit Canosam et ibi fecit synodum,* et Petrus cardinalis Sanctae Mariae Transtiberin in Anacletum; et Innocentius ultra montes perrexit, Anacletus in Apuliam, qui ducem Roggerium regem constituit.

1131. Rex Roggerius expugnat et capit Amalfiam.

1132. Roggerius rex expugnavit Barim, *Grimoaldum principem in maris insula clausit,* et cum principe et comite pugnans apud Nuceriam, superatur[c] maxima strage utrorumque *die dominico in sancto Iacobo 9. Kal. Augusti.* Rex Lotharius Italiam ingressus est.

1133. Lotharius rex venit Romam, et accipiens coronam ab Innocentio reversus est. Sol fere totus obscuratus est a sexta[d] hora usque[e] nonam 4. Nonas Augusti. Roggerius rex ingressus est Apuliam, et comites Conversanenses[f] et Andrensem[g] exeredavit.

1134. Robbertus princeps abiit Pisas, et rex Roggerius venit super Principatum et comitem Rainonem[h], Principatum cepit, comiti dimisit terram, et reddidit ei comitissam.

1135. Princeps a Pisis stipatus navali[i] exercitu Neapolim venit; Aversani reddiderunt se ei. Contra quem Roggerius rex veniens[k] fugavit, et Aversam in cinerem redegit. Raynoni et Ugoni comitatum abstulit; Raynon comes Neapolim fugit.

1136. Rex Roggerius Alfuso[l] filio Capuanum principatum tradidit. Imperator Lotharius Liguriam ingreditur. Terre motus magni in hoc loco fiunt.

1137. Obiit Seniorectus abbas, Raynaldus Tuscus fit abbas. Imperator Barim usque pervenit, cui pene[m] se tota Apulia tradidit. Innocentius papa cum duce Baioariae per totam[m] Tusciam iter agens, omnibus ei se praeter Romam usque Beneventum tradentibus apud Barim imperatori iungitur. Papa et imperator, tradito ducatu comiti Raynulfo revertuntur. Raynaldus huius loci electus deponitur. Cuibaldus[n] ordinatur, qui post quadraginta quatuor dies recedit. Raynaldus Colimensis[o] fit abbas. Obiit Lotharius imperator.

1138. Conradus fit imperator. Obiit Petrus[p] Petri Leonis, qui et Anacletus, sed fere post duos menses fratres eius cum suis elegerunt pro eo quendam Gregorium heresiarcham, qui post tres menses a papa Innocentio deponitur. Rex Roggerius venit super[q] Rainulfum ducem Apuliae, et exeredavit Alexandrum de Claromonte. Alifas redegit in cinerem, sicque in Siciliam reversus est[r].

1139. Innocentius papa facta sinodo, Anacleti partem damnavit. Obiit Raynulfus dux. Mons Vesuvius per quadraginta[s] dies eructavit incendium. Roggerius rex venit Apuliam, et cepit eam praeter Barim et Troiam; deinde venit Minianum. Contra quem papa cum exercitu veniens, iuxta Galluccium in fugam versus comprehenditur, et quarto die pace facta confirmat illi totam terram a fluvio Carnello et infra, filiisque principatum atque ducatum. Castellum Sancti Angeli igne crematur, et Mortula[t] cum Sancto Salvatore et Sancto Victore et Sancto Petro in Fine[u].

1140. Idem rex ad hoc monasterium veniens 3. Kal. Aprilis, cui per cartulam[v] rocca de Bantra traditur pro Pontecurvo, quem dicebat a nobis iniuste detineri. Castrum quod Pesmontis dicitur cum Cardito et Camino[w] tollitur.

1141. Terre motus factus est valde magnus. *Adenulfus comes dimisit Atinam ad regem mense Iunio. Qui rex eodem anno 1140. Atinensibus privilegium concessit.*

1142. Hoc iterum anno rex ad hoc[x] monasterium venit 4.[y] Nonas Novembris. Cum fratres signo tacto[z] ad vesperam orationi instarent, subito fulgur unum fratrem senem ante crucem sinistri chori stantem perculit et occidit, et locum hunc multis in locis dissipavit.

1143. Luna quartadecima tota obscurata est a prima hora noctis usque quartam

a) Seniorellus 2^b. b) 1128. 3. *Hic incipit* 3. *usque ad annum* 1188 *uno numero editis minor, quod ibi corrigendum esse notatur.* c) superat 5. d) ab h. septima 5. e) u. ad 2^b. f) conversanensem 5. g) Condrenses 2^b. h) R. et p. 2^b. i) nouali 2. k) uenit et in fugam uertit, Aversam quoque in 5. l) amfuso 4. 5. m) *deest* 4. 5. n) Guibbaldus 3; Guibaldus 4. 5. o) Colimentanus 2^b; Colemt. 4. 5. p) P. filius P. 4. 5. q) *deest* 2. r) reuertitur 5. s) q. ferme d. 4. 5. t) Mortule 2^b. u) fia 2; Fia 2^b. v) chartam r. de Pantra 2^b. w) c. nobis t. 4. 5. x) *deest* 5. y) III. 5. z) facto 2^b.

4. Nonas Februarii[a]. Ecclesia sanctae Mariae et sancti Adelberti dedicatur[b]. Obiit Innocentius papa, Celestinus fit papa. Rex iterum ad hunc locum venit[c]. Terra[d] Marsorum se ei tradidit[e]. Thaesaurum huius loci omnem cum tabula ante altare tollit, praeter crucem maiorem cum cyburio et[f] tribus tabulis altaris.

1144. Celestinus papa moritur, et Girardus cardinalis Sanctae Crucis in papam Lucium eligitur. Rex iterum ad hunc locum veniens Ceperanum abiit, ubi cum papa loquitur, et discordantes[g] papa recedit; rex partem Campaniae cum Terracina cepit. Berulas[h] obsedit; deinde quodam pacto facto, quae ceperat reddidit, Siciliam abiit. Obiit Alfusus[i] princeps, et frater eius Guilielmus fit princeps. Mare dulce factum est a Gaieta usque Neapolim. Iordanus filius Petri Leonis cum senatoribus et parte[k] totius populi minoris contra papam rebellat.

1145. Obiit Lucius papa, et Eugenius ordinatur, qui tertio die suae electionis nocte cum omnibus cardinalibus et episcopis Roma egressus fugit, et apud Farvensem abbatiam pontifex consecratur. Et apud Bitervum[l] pascha celebrans ibique per octo menses remoratus[m] demum vero cum Romanis paciscens, Romam reversus est. Stella cometes apparuit.

1146. Eugenius papa per Transtyberim exiens Bitervum[n] devenit, et pacem cum Romanis reformans, muros Tyburtinae civitatis destrui precepit[o], et civitatem Lucensem adiit. Rex Roggerius cepit Tripolim.

1147. Idem papa Burgundiam ingressus, a Ludowico rege Francorum apud Divionem honorifice susceptus[p] est, cum quo pascha apud Parisius[q] celebravit, eiusque tutele regnum[r] Francorum dimisso, idem rex cum magno exercitu Ierosolimam perrexit. Quo etiam anno Conradus secundus rex Alamanniae cum ingenti exercitu per Ungariam, Ierosolimam profecturus[s], Constantinopolim devenit, ibique Ludowico regi sociatus, et ab imperatore Hemmanuhele cognato suo honorifice suscepti, per Iconium desertum ingressi, quam plures de exercitu fame perierunt, alii[t] a Turcis occisi sunt. Sol obscuratus est 4. Kal. Novembris. Eugenius papa Autisiodorum veniens, monasterium sancti Mauri sub obedientia cenobii Casinensis manere confirmavit, abbate prius ab obedientia episcopi Andegavensis soluto; indeque Treverim veniens, ab archiepiscopis et principibus Alamanniae honorifice susceptus est. Rex Roggerius cepit Africam.

1148. Idem papa Rhemis concilium celebrans, Eum heresiarcam Hispaniae[32], qui se Christum esse dicebat, perpetua custodia damnavit, sicque per Liguriam regressus est Bitervum[l]. Conradus rex Alamanniae, cum Ludowico rege Ierosolimam ingressus, et per aliquot dies ibi remoratus[u], congregato exercitu Damascum obsedit; sed fraude incolarum deceptus, per Constantinopolim et Venetiam[v] Alamanniam rediit. Ludowicus vero rex Antiochiam reversus est. Obiit Roggerius dux. Wilielmus frater eius fit dux.

1149. Eugenius papa Tusculanum ingressus, fultus auxilio Roggerii regis, Romanos sibi rebelles expugnat. Ludowicus rex a partibus Ierosolimitanis reversus, et a rege Roggerio aput Potentiam[w] cum honore susceptus, 4. Nonas Octobris ad hoc monasterium venit, susceptusque honorifice, post diem tertium recedens et aput Tusculanum cum apostolico colloquens, Franciam rediit. Eugenius papa pacem cum Romanis reformans Romam reversus est.

1150. Eugenius papa Urbe[x] egressus, Campaniae moratus est. Aqua turbida[y] pluit pridie Idus Martii. Luna obscurata est Idibus Martii. Sanguis pluit in festivitate sancti Iohannis baptistae.

1151. Obiit Sibilla regina[z]. Rex Roggerius constituit Wilielmum filium suum ducem Apuliae regem.

1152.[*] Obiit Conradus rex. Fredericus fit rex. Naassamonites[a] gens Mauritaniae regem suum eiusdem provinciae laqueo suspenderunt; deinde iter agentes nobilissimam urbem Buceam et multas alias civitates tum vi tum dolo ceperunt, rege eius fugato. Eugenius papa cum Romanis paciscens, Romam reversus est 5. Idus Decembris. Terre motus

a) *deest* 2; Aprilis 2b. b) Adalberti dedicantur 2b. c) ueniens 5. d) terram 2. e) tradit. Thesaurus omnis cum t. a. a. huius loci tollitur 2b. 4. 5. f) cum 5. g) discordantibus 2b. h) Verulas 2b. i) amfusus 4. 5. k) partem 2. 4. l) Viterbum 2b; bitervium 5. *constanter.* m) demoratus d. c. 5. n) Viterbum 2b; bitervium venit 5. o) passus est 4. 5. p) exceptus 5. q) parisium 2b. r) regno 2b. 5. s) profectus 2b. t) a. a T. o. s. *desunt* 4. 5. u) demoratus 5. v) uenetias 5. w) a. P. *desunt* 5. x) urbem 2b. 5. y) Aquam turbidam 5. z) O. S. r *desunt* 4. 5. *) *eundem numerum habet* 2b. a) Nassamoni 2b; Naassamonita 5. *hic et infra.*

32) cf. Annales Magdeburgenses, SS. T. XVI. p. 190.

multi et[a] magni fuerunt. Naassamonites[b] regem Buceae in Constantina urbe captum[c] suspendunt.

CONTINUATIO PRIMA.

Codex 2.	*Codices* 3. 4. 5.
1153. Sol passus est eclipsim[d]. Obiit Eugenius papa[e], et Conradus episcopus Savinensis consecratur in papam Anastasium.	1153. Obiit Eugenius papa et Anastasius papa eligitur.

Rex Yerosolimitanus cepit civitatem Ascalonam. Rex Roggerius cepit civitatem, quae quondam Ipponem[f] Regium dicebatur. Abbas monasterii sancti Mauri ad hoc monasterium[g] sancti Benedicti veniens, coram altare beati Benedicti obedientiam abbati Casinensi promisit, et pro more ab abbate Casinensi petita benedictione et abbatiae confirmatione percepta ad propria remeavit.

Codex 2.	*Codices* 3. 4. 5.
1154. Obiit Rogerius excellentissimus rex 3. Kal. Martii.	1154. Obiit rex Roggerius mense Februarii, die ultimo[h]. Obiit Anastasius papa et Adrianus papa[i] eligitur.

1155. Exercitus regis Siciliae cum Asclentino cancellario Campaniam ingreditur, et combussit Ceperanum et Babucum et loca vicina[k]; deinde rediens, moenia Aquini et Pontiscurvi[l] et aliorum oppidorum dirui fecit, et omnes monachos de ecclesia Casinensi foras expelli, exceptis duodecim. Imperator Theutonicus[m] Romam venit, et clam coronatus recessit. Iun. 18. Robbertus comes Lorotelli regnum coepit invadere. Comes Riccardus de Aquila cepit Suessam et Theanum[n]. Audita morte regis Wilielmi[o], comes Andreas cepit comitatum Alifiae[p]. Robertus de Surrento[q] cepit omnem principatum Capuae usque Neapolim et Salernum. Adrianus papa adiit Beneventum. Robbertus comes Lorotelli cepit totam marinam et castrum Bari diruit.

1156. Wilelmus rex Siciliae venit Brundusium[r], et cepit illud mense Maii die 28. et destruxit Barum; deinde venit Beneventum ad papam Adrianum, cum quo paciscens secure permisit exire regnum comitem Lorotelli, et comitem Andream[s], et alios socios eorum prece[t] ipsius papae. Quo audito Robbertus de Surrento fugit, sed captus apud Garilianum in carcere est ad Siciliam deportatus, ubi cecatus est et non post multum temporis obiit. Adrianus papa coronavit Beneventi[u] supradictum regem Wilielmum, et confirmavit ei regnum et regalia beati Petri de regno. Abbas Raynaldus recuperavit gratiam domni regis Wilelmi apud Salernum.

1157. Mense Novembris comes Andreas cepit terram Fundanam et Aquinum et terram sancti Benedicti, deinde cepit Cominum.

1158. Comes Andreas sexto die mense Ianuario cepit Sanctum Germanum; et Raynaldus Casinensis[v] abbas, et Alfanus Capuanus archiepiscopus, et quam plures alii Casinum conscenderunt. Terra autem sancti Benedicti reddidit se prefato comiti Andreae[w], qui sequenti die ascendit Casinum, et acriter pugnavit, sed nihil profecit. Postmodum exivit de regno. Imperator Constantinopolitanus fecit pacem cum rege Siciliae usque ad[x] triginta annos. Theutonicus imperator[y] in Lombardiam veniens, Mediolanum et Cremam obsedit, quam tandem igne combussit.

1159. Obiit Adrianus papa apud Anagniam[z]. Rolandus cancellarius in papam Alexandrum eligitur; et Octavianus de Monticello[*] a paucis eligitur in papam Victorem, qui perrexit ad imperatorem Theutonicum in Lombardiam, et papa Alexander mansit[a] in Campania.

1160. Comes Robbertus de Loritello[b] et comes Andreas intraverunt in[c] regnum. Masemuti ceperunt Africam. Mattheus Bonellus interfecit Maionem[d] ammiratum apud Panormum.

1161. Incarcerati de Sicilia per vim liberati sunt. Buteria rebellata est, sed rex eam capiens destruxit. Mense Augusti luna duodecima[e] obscurata est.

1162. Alexander papa per mare ivit in Franciam, et a rege Franciae[f] et Anglorum

a) m. et *desunt* 4. 5. b) Nassamonitae 2^{b}. c) c. laqueo s. 4. 5. d) clisin 2; sol p. e. e. *desunt* 3. 4. 5 e) p. et Anastasius papa eligitur; *reliqua anni desunt* 3. 4. 5. f) Ippone 2^{b}. g) *hic desinit* 2. *in fine paginae, sequente avulsa; servavit ea* 2^{*}. h) ultima 3. 4. i) in papam 5. k) vicinia 3. 4. l) pontecurvi 3. *constanter.* m) teutonicus 3. *constanter.* n) teanum 3. o) Guilelmi *corr.* Roggerii 5. p) alife 5. q) sorrento 3. 5. r) brunditium 3. s) andrea 3. t) ad preces 5. u) beneuentum : : : : : regem 3. v) *deest* 3. w) andreas 3. x) S. per 5. y) venit in l. et 5. z) anagne 4. 5. *) montecello 3. a) remansit 5. b) loritellis 5. c) *deest* 5. d) maionem amiratum 5. e) *deest* 3. f) regibus francorum 5.

honorifice receptus est. Fredericus imperator destruxit Mediolanum, et subiugavit Lombardiam[a]. Rex Siciliae veniens in Apuliam destruxit Tabernam, deinde rediit[b] in Siciliam, prius tamen praecepit custodiri diligenter monasterium[c] Casinense.

1163. Mense Iulii feria 4. sol obscuratus est. Rocca Wilielmi recepta est a balivis regis.

1164. Mense Aprilis quartadecima[d] die intrante, Victor scismaticus obiit apud Lucam[e], et Guido Cremensis in papam Paschasium ordinatur.

1165. Alexander papa per mare de Francia rediens[f] Urbem intravit; qui a maxima parte senatus et[g] etiam a populo Romano honorifice receptus est.

1166. Rex Wilielmus obiit decima quinta die mensis Madii, et Wilielmus filius eius coronatus est mense Iulii. Raynaldus abbas obiit mense Octobris; Theodinus electus est in abbatem.

1167. Dum imperator Fredericus oppugnaret Anconam, Raynaldus eius cancellarius expugnavit Romanos, ex quibus mille quingenti occisi sunt, vulnerati vero et capti mille septingenti. Quod audiens imperator, capta Ancona venit Romam, et combussit porticus sancti Petri. Alexander papa exiens Urbe, venit[h] Beneventum. Mense Septembris obiit Theodinus abbas, et fuit maxima mortalitas.

1168. Aegidius abbas Venusinus ordinatus est in abbatem Casinensem. Comes Gilbertus et Berteraimus filius eius expulsi de regno, Ierosolimam perrexerunt. Abbas vero Aegidius depositus est a papa Alexandro, et reliquit procurationem Petro Casinensi decano.

1169. Robbertus comes de Loritello cum rege[i] Wilielmo concordatus est. Multa menia diruta sunt a terre motu in diversis partibus.

1170. Alexander papa rediens a[k] Benevento, recepit Tusculanum[l] ad proprietatem Romanae ecclesiae.

1171. Dominicus abbas de Sabucina electus est in Casinensem abbatem.

1172. Dominicus abbas in epiphania confirmatus est in abbatem a papa Alexandro apud Tusculanum. Luna decimaquarta obscurata est, et terrae motus fuerunt. Rex Wilielmus cum principe Heinrico fratre suo venit in Apuliam, sed princeps infirmatus rediit in Siciliam, et ibi mortuus est. Domnus rex venit Capuam, et inde pergens Salernum, reversus est in Siciliam.

1174. Mense Aprilis obiit Dominicus abbas, et Petrus decanus electus est in abbatem. Mense Augusti stolium regis ivit Alexandriam. Fredericus imperator venit in Lombardiam.

1176. Christianus cancellarius imperatoris veniens super Cellis obsedit eam. Comes Roggerius Andriae[m] et comes Tancredus cum aliis comitibus contra eum perrexerunt illuc.

1177. Alexander papa ivit Venetias, et ibi fecit pacem cum imperatore mense Iulii in festo beati Iacobi apostoli.

1178. Iohannes abbas Strumensis[n], qui vocabatur[o] papa Calixtus, in decollatione beati Iohannis Tusculanum[p] ad pedes domni Alexandri pape III. venit, quem postea rectorem Beneventi[q] constituit.

1179. Alexander papa celebravit concilium in ecclesia Lateranensi mense Martii, ubi fuerunt episcopi numero tercentum unus, exceptis cardinalibus qui fuerunt viginti duo, et exceptis abbatibus qui prae nimia multitudine numerari non potuerunt, ubi sancta synodus promulgavit capitula 27.

1180. Hoc anno homines Sancti Germani perrexerunt ad domnum regem apud Messanam, ut concederet illis[r] privilegium contra monasterium, sed nihil profecerunt. Lando intrusus, qui est papa Innocentius dictus, apud Palumbaram[s] cum sociis captus, ad Cavas[33] est in exilium deportatus.

1181. Alexander papa obiit apud civitatem Castelli, et Hubaldus Ostiensis episcopus ordinatur in papam Lucium apud Velletrum. Dominus noster rex fecit treuguam apud Panormum cum rege Maxamutorum[t] usque ad decem annos mense Augusto.

1182. Tribus diebus infra octavam epiphaniae tam maxima venti procella desaevit per totam Italiam, quod homines plures et bestias interfecit, arbores exaruit[u], et herbas[v] ad radices destruxit. A quinque annis et infra fames fuit tam valida per universam Italiam,

a) *reliqua anni desunt* 5. b) redit 3. c) montem casini 3. d) quarta 3. e) luccam 3; lucham 5. f) ueniens 5. g) et populi romani 5. h) venit mense septembris. 5. *male; cf. Iafféi regesta.* i) *deest* 3. k) de 5. l) tusculum 5. m) *deest* 5. n) stumensis 3. o) uocatur 3. p) in t. 5. q) uencuentum 3. r) eis 5. s) palombaram 3. t) macamutorum 4. u) *deest* 5. v) h. radicitus extraxit 5.

33) La Cava.

quod diversis in partibus psauma tritici pro auri uncia non poterat inveniri; et omnium frugum terrae sterilitas maxima, et plures homines prae nimia fame herbas comedentes agrestes deperierunt.

CONTINUATIO
codicis 3.

1183. Gloriosissimus rex Guilielmus Sicilie secundus, 7. Kal. Februarii venit ad Montem Casinum, ubi eo die pernoctans et sequenti die ibidem permanens, post solis occasum descendit, alio die a Sancto Germano recedens per Mirtulam adque per Suessam versus Capuam remeavit.

1184. Hoc anno vehemens et terribilis per totam Calabriam extitit terrae motus, ita etiam, quod multae ecclesiae cum multo populo corruerunt, et ipse Cusentinus in castello Sancti Lucidi sub murorum praecipitio suffocatus fuit. Casinensis ecclesia commutationem facit de Sellettano cum Robberto Caput Asini, castrum[b*] Fella ab eo recipiens 9. Kal. Iulii.

1185. Pax perpetua inter Romanorum imperium et regnum Siciliae firmata est. Rex Guilielmus Salernum veniens, Constantiam nobilissimam amitam suam ad illustrem Romanorum regem in coniugem transmisit. Exercitus regis Guilielmi Durachiam et Salonicam cepit. Lucius papa III. obiit Veronae 7. Kal. Decembris, et Mediolanensis archiepiscopus in papam Urbanum est institutus.

CONTINUATIO
codicum 4. 5.

1183. Rex Wilielmus Siciliae secundus venit ad Montem Casinum 7. Kal. Februarii, et alio die versus Capuam remeavit. Lucius papa III. apud Velletrum[a] promovit Wilielmum abbatem Sanctae Mariae Regalis de Panormo in archiepiscopum Montis Regalis. Christianus Moguntinus archiepiscopus obiit apud Tusculanum. Homines Malfenses[b] destruxerat Rapollam.

1184. 9. Kal. Iunii terrae motus adeo magnus et terribilis fuit per totam Calabriam, valle de Grati et vallem de Sinu. Ecclesiae omnes et omnia aedificia murorum corruerunt, et Rufum Cusentinum archiepiscopum, et multos alios sub murorum praecipitio suffocati sunt. Casinensis ecclesia commutationem fecit cum Robberto Caputasino de Selectano cum castro Fella. Lucius papa dimisso comite Bertoldo ad defensionem Campaniae, per vallem Orbeti Veronam accessit ad colloquium cum imperatore.

1185. Pax firma inter imperatorem Fredericum et regem Guilielmum facta est. Rex Wilielmus Siciliae[c] copiosum exercitum in Romaniam transmisit, qui civitatem Durachiae[d] et civitatem Saloniquium[e] ceperunt. Praefatus rex Constantiam amitam suam transmisit in coniugem ad illustrem regem Heinricum filium Frederici imperatoris. Novum genus hominum, qui Vendicosi dicebantur[f], in quadam parte regni surrexit; quos praedictus rex suspendi fecit et diversis poenis affligi. De supradicto stolio regis fraude et vi Graecorum postmodum fortuna est adversata. Lucius papa apud Veronam obiit 7. Kal. Decembris, et archiepiscopus Mediolanensis in papam Urbanum est substitutus. Baldovinus[g] rex Ierosolimitanus obiit, et Baldovinus filius sororis suae[h] est factus rex. Andronicus Constantinopolitanus obiit, et Isacius factus est imperator[i].

1186. Petrus de Insula abbas Casinensis in sancta confessione obiit 8. Idus Iulii.

1186. Domnus Petrus sacerdos et abbas Casinensis obiit[k] 8. Idus Iulii.

1187. Saladinus mense Madio christianos devicit; iterum in Iunio in alio conflictu victoriam habuit[l]. In Septembri 4. Idus Ierusalem cepit. Exiens papa Urbanus de Verona et Ferrariam veniens, obiit. Magister Albertus Beneventanus presbyter cardinalis Sancti Laurentii in Lucina et sanctae Romanae ecclesiae cancellarius in papam Gregorium VIII. est substitutus; et veniens in civitatem Pisanam, obiit 15. Kal. Ianuarii. Paulus natione Romanus et episcopus Prenestinus in papam Clementem est substitutus[m].

1188. Papa Clemens a Romanis magnifice est receptus. Roffredus de Insula 7. Idus Iulii in Casinensem abbatem honorifice est receptus[n].

a) veletrum 5. b) amalfenses 5. b*) castum *cod.* c) *deest* 5. d) duracchie 5. e) salonichium 5. f) quos uendicosos dicebant 5. g) balduinus *constanter* 5. h) eius 5. i) imperatore 5. k) o. 8. Id. Iul. *in* 4 *et* 5 *paulo post addita fuisse videntur.* l) obtinuit 3. 5. m) sublimatus 3. n) recipitur 3.

Codex 3.

1189. Wilielmus rex Siciliae sine liberis et testamento moritur mense Novembris, et tunc predictus abbas cum vicinis comitibus et baronibus confederatur.

Codices 4. 5.

1189. Wilielmus rex Siciliae sine liberis et testamento moritur. Panormi oritur inter christianos et Sarracenos dissensio; Sarraceni multa suorum strage facta, exeunt et inhabitant montana. Roffredus Casinensis abbas futurorum providus cum vicinis comitibus et baronibus confederatur.

Codex 3.

1190. Tancredus comes Licii Panormum vocatus, ungitur ibi in regem a magnatibus curiae de assensu et favore ecclesiae Romanae. Mense Ianuarii Henricus rex Alamanniae dirigit in regnum Henricum Testam senescalcum suum, qui iunctum comiti Roggerio Andre, licet multos spoliaverint[a], confusi tamen postmodum de regno discedunt. Fredericus imperator Romanorum pater dicti regis Henrici cum Ierosolimam peteret, in fluvio moritur. Dictus Henricus rex Ytaliam ingreditur.

Codices 4. 5.

1190. Tancredus comes Licii, qui[b] apud Troiam cum quibusdam aliis iuraverat fidelitatem Constantiae uxori Henrici regis Theutonicorum et filiae quondam regis Roggerii, Panormum vocatus a magnatibus curiae, de assensu[c] et favore curiae Romanae coronatur in regem mense Ianuarii. Roggerius Andreas et Richardus Caleni comites, melius suae fidei memores, cum quibusdam aliis Tancredo resistunt; sed differente suprascripto rege Henrico in Italiam venire, Tancredus Apuliam fere totam et terram Laboris sibi subiicit; cui etiam munitiones blanditiis Riccardi Acerrarum comitis cognati sui inductae se reddunt. Idem comes, Romanorum et de Campania et regni[d] collecto magno exercitu, pro expugnandis Capuanis et Aversanis, terram sancti Benedicti aggreditur. Rex Henricus Henricum Testam cum exercitu mittit in regnum. Qui per Amiterninas et Theatinas oras intrans, plurima loca incendio[e] praedaque consumpsit. Qui iunctus cum praedicto comite Roggerio in Apuliam vadunt, locaque plurima depopulantur; Cornitum capiunt, et incolas compellunt exulare. Contra quos exercitus Tancredi muniunt civitatem Ariani et loca vicina, metuentes bello campestri pugnare. Theutonici vero aliquandiu eos obsidentes, tum aestatis fervore tum penuria depressi obsidionem solvunt et de regno exeunt. Comes Acerrarum invalescit: supradictum comitem Roggerium dolo ad concionem vocatum fide rupta capit. Redit cum exercitu contra Capuam et Aversam. Capua se reddit improvido consilio sicut semper usa, cum iam rex Henricus cui favebat appropinquaret. Fredericus imperator Romanorum supradicti regis Henrici pater, qui cum ingenti exercitu Hierosolimam iverat pugnaturus contra Saladinum, qui terram illam occupaverat, in flumine moritur. Henricus eius filius[f] Italiam ingreditur.

Codex 3.

1191. Clemens papa moritur Romae mense Madii, et Iaquintus diaconus cardinalis in papam Coelestinum consecratur, a quo supradictus Henricus apud Sanctum Petrum in imperatorem Romanorum et Constantia uxor eius in imperatricem inunguntur. Qui descendens ad regnum, eodem papa contradicente roccam Arcis vi cepisse visus est, unde et multae aliae munitiones stupificatae se dicto imperatori reddiderunt. Venit autem ad Montem Casinum, ubi iuraverunt ei homines Sancti Germani de mandato decani et conventus, quia dictus abbas egrotans non poterat in talibus occupari; inde descendit et in terram Laboris nullo sibi obstante. Sed infirmatus ipse, et eius exercitus apud Neapolim, quam obsidebat cum multo timore et

Codices 4. 5.

1191. Obiit papa Clemens mense Martii. Iaquintus diaconus cardinalis in papam Celestinum consecratur; a quo supradictus rex Henricus apud Sanctum Petrum in principem Romanorum coronatur mense Aprili. Tusculanum Romanis conceditur destruendum. Henricus imperator una cum supradicta Constantia imperatrice per Campaniam descendens in regnum, roccam Arcis violento capit insultu. Quod factum suos in audaciam, et nostros[g] inducit in diffidentiam, ut iam nec loca munitissima de resistendo cogitent: unde Sorella, Atinum, castrum Coeli[h], non tam bello quam stupore devictae se reddunt. Abbate Roffredo apud Montem Casinum ad mortem pene infirmato, habito tractatu inter legatos imperatoris et conventum Casinensem,

a) spoliauerim *cod.* b) *deest* 5. c) consensu 5. d) et r. *desunt* 4. e) incendit 5. f) F. e. supradictus 5. g) n. sic i. 5. h) celli 5.

Codex 3.

suorum mortibus, de regno exeuntes in Alamanniam redierunt ducens secum dictum abbatem mense Septembri, et multos obsides, quos fraudulenter de Sancto Germano receperat, apud Diopuldum rocce[a] Arcis et castellum[b] Sorelle relinquens. Constantia vero imperatrix detinetur Salerni, et ad regem Tancredum mittitur in Siciliam. Comes autem Ryccardus de Acerra egrediens de Neapolim, cum exercitu dicti regis ingreditur Capuam perimens ibi nonnullos Teutonicos, et inde veniens ad Sanctum Germanum obsedit ecclesiam Casinensem, sed resistente sibi Adenulfo decano et conventu, nihil inde habuit, unde et a Celestino papa excommunicati sunt, quia dicti regni partem et iustitiam diligebat, sed postmodum studio et sollicitudine magistri Iohannis de Salerno cardinalis, monachi Casinensis, ab eodem sunt absoluti.

Codices 4. 5.

qui multum imperatori favebat, vocati sunt homines Sancti Germani, et ibi de mandato decani et conventus iuraverunt imperatori. Imperatrix primum recta via post imperatorem per Soram et Atinum, Casinum venit[c]. Conventus eis iurat, abbas minime, sed obsides dat. Post aliquot dies veniunt in terram Laboris, nullo resistente praeter civitatem Neapolitanam, in qua receptaverat se cum suo exercitu supradictus comes Richardus. Imperatrix Salerni recipitur, et moratur. Imperator Neapolim obsidet a mense Madio usque ad mensem Augusti, et tunc infirmatus obsidionem deserit. Per Campaniam[d] redit Casinum; pro imperatrice mittit, sed eam Salernitani fide rupta detinentes, ad regem transmittunt. Imperator infirmus maiori parte suorum aeris intemperie mortua[e], captis obsidibus de Sancto Germano et secum ducto supradicto abbate, redit in Theutoniam mense Septembris. Comes Richardus cum exercitu et Neapolitanis egrediens, Capuam capit civium proditione, ubi multi de Theutonicis gladio pereunt. Conradus Muscaincervello in castro Capuano aliquandiu resistit, tandem composito[f] cum comite cum suis exit illesus, Capuae nobilibus, qui cum eo erant, carceri deputatis. Stultus Paganus castellanum Atini Theutonicum egredientem gladio deicit, et Atinum pro parte regis occupat. Comes Richardus recuperata[g] terra Laboris, in Venafro comitem Roggerium Molisi obsidet. Quo se reddente ad Sanctum Germanum venit, eumque quorumdam civium regi faventium scelerata factione obtinet. Adenulfus Casinensis decanus relictus ab abbate procurator, in Casino se recipit, et cum monachis obsessus a comite viriliter resistit. Comes in demanium[h] regis capta terra sancti Benedicti, redit in terram Laboris mense Novembri. Legati curiae Romanae Casinense monasterium[i], decanum et monachos interdicunt; nec hoc tamen separat eos ab imperii karitate.

1192. Dictus decanus Casinensis advocans in auxilium monasterii prefatum Diopuldum et multos alios, de monasterio egreditur, et recuperant castrum Sancti Petri, et de Sancto Germano, usque ad ecclesiam omnium sanctorum, non sine malo habitantium, clamantibus ab utraque parte *pax, pax*, cum nec servata fuerit a praefato Diopuldo. Civitatem Sancti Germani et totam terram sancti Benedicti praeter Sanctum Angelum ad opus monasterii recuperavit. Dictus abbas Casinensis rediit de Alamannia mense Iunii cum multis Teutonicis, cum quibus et Gallinarium cepit, et Atinum ex parte bonis propriis expoliavit. Inopia frumenti tanta efficitur, ut coscina pro 40 tarenis venderetur aput Sanctum Germanum. Bertoldus legatus imperii subito in regno comparens mense Novembri, Venafrum cepit et tradidit militibus suis in

1192. Decanus cum Diopuldo[k] castellano rocchae Arcis mense Ianuario, collecto exercitu de Campania et Romanorum, descendentes per montem invadunt Sanctum Germanum. Balivi regis, monachi et laici regis fautores in fugam se vertunt, caeteri non tam dominio resistere volentes[l] quam contra violentiam praedonum se tuentes, magna intrantium strage facta, eos repellunt, donec viso decano in manibus eius se reddunt, iuramento impunitatis a magnatibus exercitus recepto; qui tamen obsides capiunt et auferunt victualia. Idem castellanus Soram capit; deinde simul cum decano capiunt Plumbariolam et Pinnatarium, ubi multa strage facta inhabitant, et consumunt omnia. Rex Tancredus veniens in Apuliam vadit usque Piscariam, et totam inde regni terram sibi subicit, praeter comitem Celani cum quibusdam

a) castri *corr.* rocce 3. b) castell 3. c) ueniunt 4. d) Capuam 5. e) mortuis 5. f) composita 5. g) recepta 5. h) damanium 4. i) casinensis monasterii 5. k) dyopulto 5. l) ualentes 4.

Codex 3.

predam, dissipans et consumans, queque poterat more gentis suae habere. Rex Angliae ab Hierosolima rediens capitur in Alamannia, et traditus praefato non nisi data multa pecunia liberatus est.

Codices 4. 5.

baronibus; deinde per terram Laboris redit in Siciliam, relicto capitanio[a] Richardo comite Caleni qui iam se reddiderat. Roggerius de Foresta castellanus Atini castrum Sancti Eliae capit. Sanctum Germanum collecto exercitu ab una parte obsidet, et usque ad muros violento insultu expugnat; labores consumit et exportat; Caream et alias villas igni commendat. Sed et praedictus comes Caleni cum magno exercitu in obsidione civitatis apud Sanctum Angelum diu moratur. Qui ex condicto pariter venientes, violentos faciunt insultus; sed decanus sicut in monachatu monachicum, sic in bello militarem gerens animum, absente Diopuldo per se urbem tuetur, suos animat, portas reserat, et vigili cura discurrens ad omnes insultus se obicit, ita ut si possibile sit uno momento portis omnibus adsistere cernatur mense Iunii. Comes autem contra constantiam et animositatem decani se videns non proficere, ab insultu cessat, et de viribus diffidens spem in corruptela reponit, et quem bello non potuit expugnare, blanditiis et muneribus attemptat. Sed et castellanus Atini captum a militibus regis fratrem decani variis tormentis adfligit; cuius liberatio decano obfertur, aurum promittitur, cuiuslibet in regno dignitatis optio datur: sed fidelis animus nec avaritiae cedit nec ambitioni, quin imo tormenta dissimulans, iurat se toleraturum magis ante oculos suspensionem fratris, quam fidem imperii et abbatis sui relicturum. Inde castellanus saevit, montana castra[b] Sancti Benedicti capit et depredatur. Imperator Bertoldum comitem cum exercitu mittit in Italiam, et cum eo remittit supradictum abbatem; sed Bertoldus in Tuscia demorans, milites abbati concedit, cum quibus rediens Ceperani adloquitur supradictam imperatricem iam a rege remissam, ducentibus eam cardinalibus ad hoc missis a papa, qui putabat Romae cum ea de concordia tractare. Sed eadem augusta Urbis declinat ingressum, et per Tiburim in partes Spoleti recipitur. Applicat abbas cum militibus, qui die quadam cum decano euntes Atinum, cancellos diruunt, magnam partem Atini depredantur et comburunt, cepissentque castrum, si consilio decani stetissent. Sed Theutonicus furor eodem quo venit impetu recessit. Iterum eadem via Cominum intrant, Gallinarium capiunt et inhabitant; post dies aliquot milites, qui conduxerant abbatem, recedunt, paucis remanentibus. Abbatia ex parte favet abbati, castrum Sancti Angeli solita perfidia indurantum hostiliter resistit, latrunculos conducit, qui per sylvas et loca opportuna insidentes praedam eis referant. Castellanus Atini iterum invalescit, montana castra Sancti Benedicti capit, et tam ipsa quam castrum Sancti Heliae gladio praeda igne dissipat et affligit. Inter has angustias adeo fames invaluit, ut sepe apud Sanctum Germanum venderetur coscina frumenti plus quam[c] una uncia auri, et psauma vini similiter, et cafisa olei tari[d] quinque. Diopuldus auxilio abbatis collecto exercitu, Aquinum ubi milites regis erant obsidet, et militibus exeuntibus optinet. Inde sic invalescit, quod omnia vicinia usque Suessam depredatur et affligit. Praedictus Bertoldus Amiternum et Valvas mense Novembri recipiens, subito descendit in comitatum Molisii; et Venafrum primo insultu capiens, usque ad consumptionem inhabitat. Obtinet castra vicina in quorum quibusdam milites regis capit. Rex Angliae Hierosolima rediens, in Theutonia captus imperatori datur; post modicum liberatum et secum retentum, imperator recepta ab eo fidelitate coronat, et regnum eius auget.

Codex 3.

1193. Bertoldus castellum montis Rodonis obsidens, ibique lapide manganelli in cerebro percussus occubuit. Rex Tancredus in Apuliam veniens vi cepit roccam Sanctae Agathes et castrum Sabiniani, deinde in

Codices 4. 5.

1193. Bertoldus, relictis[e] in comitatu Molisii Conrado Muscaincervello[f] et Diopuldo redit, et ducit in uxorem sororem comitis Berardi relictam comitis Roberti de Caserta. Diopuldus in predam discurrens versus

a) capitaneo 5. b) *deest* 4. c) plus 5. d) larenos 5 e) relictus 4. f) musca 4.

Codex 3

terram Laboris accedens, comitem Casertanum et Adversanos ad suam recepit fidelitatem.

Codices 4. 5.

Campaniam, egredientem contra se comitem Caleni capit, et transductum in rocca Arcis captivum servat; et de preda tali gloriosus,

usquequaque per terram Laboris licenter iam discurrit et depredatur[a]. Suprascriptus abbas exercitu collecto recuperat castellum Novum et alia vicina castra, pacto facto de reddendo se statuto tempore, nisi erit[b] eis a rege succursum. Castrum Sancti Angeli foris devastat. Bertoldus rediit in comitatum Molisii. Rex Tancredus in Apuliam veniens, recepit filiam imperatoris Constantinopolitani in uxorem Roggerio filio suo, dudum in regem coronato. Exinde collecto exercitu venit ad montem Fusculum, contra quem Bertoldus castra movens tentoria figit apud Paludam[c]; ubi die belli condicto, pugnare volentem regem quidam de suis retrahunt. Inter moras autem exercitus imperialis penuria coactus redit in comitatum Molisii. Rex vero transiens, vi capit roccham Sanctae Agathes et castrum Sabiniani, ubi plures de Theutonicis captos extremo supplicio damnat. Bertoldus castrum montis Rodonis obsidet, quia fidem ruperat; sed die quadam suas machinas exterius instruens, de machina interiori emisso lapide percussus moritur. Conradus supradictus parte quadam exercitus dilapsa, dux eligitur ab aliis; obsidionem non deserit donec castrum vi capit, proditores in circuitu suspendit; consumptisque rebus castrum ipsum incendio primum, deinde ruina usque ad solum evertit. Rex Tancredus prosperis successibus animatus, venit in terram Laboris, obsidet Casertam, donec comes Wilielmus se reddit; deinde obsidet Aversam, et ipsi se reddunt obsidibus datis. Conradus transit in vallem Forconi, exercitum recreat, captis terris, quae reddiderant se regi. Rex venit Theanum sperans ad se revocare supradictum abbatem; sed vir consilii futurorum providus et iustitiae conscius, nec muneribus regis nec terroribus sedis apostolicae potuit inflecti. Rex aegritudine correptus rediit in Siciliam, quo recedente, Conradus Cominum intrat et devastat; et deducto comite Caleni, recipit Diopuldus roccam Montis Draconis. Conradus vero in Apuliam transiens loca immunita cepit, munita depredatur et devastat.

1194. Rex Tancredus obiit Panormum, et Guilelmus filius eius in regem coronatur. Dictus imperator de Alamannia rediens, regnum ingreditur, et Salernum properans, totaliter illud et habitatores eius bonis omnibus spoliavit. Quidam enim eorum sed pauci fuerant, quod causa capta fuerat et detenta, sicut dictum est, uxor eius. Indeque in Siciliam vadens, facientibus sibi fidelitatem universis, diripuit cunctum apparatum palatii, et ostensis sibi ficticiis litteris et mendosis contra Sibiliam reginam et dictum Guilielmum regem filium eius, atque alios qui se reddiderant ei, et quibus ipse et principes eius omnes iuraverant servare fidem, subito cepit omnes, quos in Alamanniam duxit et eorum plurimos exorbavit. Imperatrix iam dicta filium Fredericum nomine parit in marchia Anconae. Roffridus dictus Casinensis abbas Atinum optinet, et privilegium inde ab imperatore recepit.

1194. Suprascriptus Roggerius filius Tancredi obiit, post quem[d] et ipse coronato[e] Wilelmo filio suo[f] decessit. Imperator exercitu collecto, mense Iunio Italiam ingreditur[g], Pisis et Ianuae parat exercitum navalem, et eo misso ipse in regnum descendit, omnibus se reddentibus preter Atinum et roccam Wilelmi. Capuani et Aversani nec se reddunt nec obsidentur. Neapolitani ex pacto iam Pisis habito se reddunt. Imperator transiens, Salernum vi cepit, et in ultionem suae iniuriae habitatores partim gladio partim carceri, nonnullus exilio damnat, rebus publicatis et in praebendam exercitus addictis. Deinde transit in Apuliam, et nullo resistente per Calabriam venit Messanam. Wilelmus novus regulus dimisso palatio matri, recipit se in castrum munitum quod dicitur Calatabillotta. Quo viso populus Panormitanus imperatorem vocat. At ille praemissis nuntiis et foedere facto cum regina de dando sibi comitatu Licii et filio principatu Tarenti, properat, et magnifice

Panormum ingrediens in palatio recipitur, nec multo post idem regulus fortunam cum corona deponens, ad pedes eius venit.

a) predatur 5. b) si non fuerit 5. c) paludem 5. d) postquam 4. e) corona 5. f) data *recenti manu addit* 5. g) ingressus est 5.

Codex 3.	*Codices 4 5.*
1195.	1195. Imperator solempni curia in palacio habita, ostensis litteris, quae[a] conspiracione quorumdam magnatum regni factae dicebantur adversus eum, eumdem Wilelmum quondam regem, modo principem factum, et plures comites et regni magnates in vincula coniecit[a*]. Constancia imperatrix filium parit in marchia Anconitana, quem in auspicium cumulandae probitatis inculcatis avorum[b] nominibus Fredericum Roggerium seu Roggerium Fredericum vocat. Roffridus Casinensis abbas non segnis Panormum vadit, ibique donum Atini et Malveti ab imperatore suscipit; rediens obsidet Atinum. Roggerius suprascriptus videns se non posse resistere, reddit sibi Atinum, recipiens castrum Sancti Petri in Fine. Imperator in Apuliam rediit, et coniunctus cum imperatrice, curiam solemnem ibi habuit, qua finita ipse in Theutoniam rediit, imperatrix in Siciliam vadit[c].

Codex 3 pergit.

1196. Dictus imperator de Alemannia rediens ivit Panormum, ubi sicut Deo placuit diem clausit extremum. Tunc exiens de regno dampnatae memoriae Marcualdus consiliarius eius, et aliquantulum commorans in marchia Anconitana, mortua Panormi iam dicta imperatrice, rediens ille ad regnum cum multo exercitu perditorum, et veniens cepit Sanctum Germanum, et totam terram sancti Benedicti dissipavit simul, et ex magna parte combussit, tradens spolia habitantium in ea exercitui suo; nonnulla quoque altaria iniquorum manibus reliquiarum abstractione violata sunt. Obsedit autem et monasterium Casinense, ubi se concluserant duo cardinales, qui venerant ex parte domni papae Innocentii cum multis militibus de Campania in auxilium terrae. Sed domnus abbas praedictus ferre non valens multitudinem virorum et mulierum qui se ibidem receperant, data illi pecunia numerata fecit eum de terra exire, commendato ab illo dicto Diopuldo Castello novo, castello Fractarum et Pontecurvo.

1197. Vadit ille Marcualdus Panormum, et illic recipiens quasi in custodia dictum filium imperatoris, cum tribulasset multos ibi, et ipse miserabiliter expiravit.

1198. Dictus Diopuldus, cui haeserat omnis ille exercitus perditorum, cum apud Venafrum iurasset satis sollempniter treuguam et pacem domno abbati et hominibus Sancti Germani, per fraudem de nocte veniens cepit Sanctum Germanum, et multos de habitatoribus captivos tenens, omnia diripuit quae inventa sunt, inferens queque mala potuit, sicut erat moris eius, omnibus castellis monasterii et habitatoribus eorum. Exivit autem de civitate, sed vix ibi poterat aliquis sine timore et tremore habitare.

1201. Gualterius comes Brennensis mittitur in regnum a domno papa Innocentio, et fretus auxilio abbatis nostri, dictum Diopuldum apud Capuam cum multo exercitu contra eum venientem fugavit. Diripuit omnium[d], et cunctum eius exercitum dissipavit, capiens nonnullos eorum, et alios in fugam convertens quarto Idus Iunii. Civitas Venafrana tota combusta est in vigilia sancti Iohannis baptistae. Cum auxilio dicti comitis Gualterii domnus abbas castellum Pontecurvum, castellum Novum et Fractas recuperavit, datis Roberto de Aquila, qui tenebat illa per dictum Diopuldum, ecclesia sancti Magni in vita eius, et molendino de Refosorio apud Sanctum Germanum, et tenementis dicti Petri de Manso.

1202. Fames valida per regnum exorta est, unde nonnulli hac inopia coartati mortui sunt.

1203. Dictus Diopuldus a castellano Summae tentus est, qui tandem evasit suis promissionibus deceptoriis. Comes Richardus de Aquila cepit Suessam.

1204. Dictus comes Gualterius cepit Terracinam de Salerno, et licet aliquamtis diebus ibi a Diopuldo fuerit adeo coarctatus, ut carnes equorum cum suis compulsus est comedere, auxilio tamen comitum et baronum cum quibus iuraverat compagniam, liberatus est; et ipsum Diopuldum cum suis omnibus de tota civitate Salerni ignominiose fugavit, obseditque turrem maiorem per multos dies, et eos qui se ibi concluserant[e] ad omnem inopiam coartavit.

1205. Mense Ianuario dictus comes Gualterius apud Sarnum cum suis decubans minus

a) quas 4. 5. a*) coniectos 4. b) duorum 5. c) *finis codicum* 4. 5. d) *sic c.* e) concuserant *c.*

caute, fortuna sibi novercante, fugatis suis omnibus et de eis plurimis interfectis, captus est per Diopuldum et gentem eius, et coniectus est in vincula, dicitur ibi diem clausisse extremum. Triumphans de hoste Diopuldus et se ipsum humilians, domnus papa missis nuntiis suis fecit ipsum Diopuldum et suos ab excommunicatione absolvi, credens eum ecclesiae profuturum; qui postmodum[35] Romam perrexit, et a domno papa Innocentio et a Romanis bene receptus est, postea reversus est Salernum.

1206. Hoc anno mense Novembri comes Diopuldus[a] cum pluribus magnatibus regni ivit Panormum, et traditum est ei Panormum cum rege; post modicum vero temporis cancellarius Gualterius invitis Theutonicis habuit regem Fredericum.

1207. Hoc anno mense Madii comes Diopuldus pugnavit cum Neapolim, et ex eis magnam stragem fecit.

1208. Mense Ianuario, in vigilia epyphanie domnus Roffridus Casinensis abbas civitatem Sorae, quam homo perditissimus et perfidissimus Corradus de Marley Teutonicus cum roccha de Sorella, ubi[b] fuerat ab Henrico inperatore VI. relictus castellanus, Pesclo solido, rocca Arcis et Brocco[c] tenebat, conducta praedonum et sibi similium manu, Campaniam et adiacentia loca, et maxime terram sancti Benedicti depredabatur; in crepusculo[d] diluculi cum gente ingressus est. Eo die per civitatis transfugas, qui se receperant in Planellum, quam multae civitatis domus igni deflagravere. Illi autem de loco illo natura munitissimo a gente abbatis expulsi, eodem die in Sorellae roccham se receperunt. Alio igitur die castellum Brocci expugnatum est, et arx Sorelle de Planello artius est obsessa. Mense Februarii arx dicta noctu expugnatur a nostris, uno tantum de nostris ab hostibus audaciter resistentibus caeso. Captus Corradus Sorellae cum universis qui fuerant illic inventi, tenetur in vinculis, roccham Arcis et Pescum solidum reddere pro sua et suorum qui tenebantur liberatione promittens. Prima igitur quinta feria quadragesimae Ugo pro liberatione dicti Corradi et suorum Stephano camerario domni papae Innocentii et Richardo eiusdem germano roccham Arcis assignat, recepta per eos a domno papa multa quantitate pecuniae et firma personarum et rerum securitate. Mense Iunii domnus papa Urbem exiens ad Sanctum Germanum contendit, convocatisque illuc comitibus et magnatibus regni, de domni regis Frederici succursu et regni pace tractavit, constitutis ad hoc capitaneis et magistris iustitiariis Apuliae et terrae Laboris comite Petrus Celanensi et comite Ryccardo Fundano, deinde montem Casinum domnus papa conscendit, ibique diebus multis propter clementiam aeris immoratus, a praedecessoribus suis indulta monasterio privilegia renovavit, et quaedam de novo concedens, alienata de pertinentibus ad hospitale, vestiarium vel infirmarium sive cellarius revocari posse clementer indulsit. Descendens igitur a monte rogatu domni Petri decani Casinensis, in altare sancti Nycolay de sancti Petri in monasterio sacras reliquias ipse recondit in festo beati Iacobi, 8. Kal. Augusti, sed quia propter ferventis estatis inclementiam tedebat eum, constipante se turba, celebrare divina, mandato suo celebravit domnus Albanensis; et domnus Sabinensis facto sermone, devote venientibus in anniversario quadraginta dies de criminalibus instituit relaxari. Occisum a suis Philippum Alemanniae regem interisse[e] nuntiatur. Deinde Soram domnus papa contendit, et per Atinum cum cardinalibus transiens, a domno abbate ecclesiae sanctae Mariae honorifice procuratur. Mense Octobris Richardus Fundanus comes Capuam intravit et castellum obsidet, Teutonicis factus ex tunc manifestus amicus. Comes Petrus Celanensis in odium Teutonicorum castellum accipit, dante suis illud Leone de Andrea regio castellano, et ipsum castellum conservat ad regis fidelitatem.

1209. Mense Septembri Otho IV. dux Saxoniae imperii diademate insignitur in ecclesia Oct. 4.
sancti Petri apud urbem Romam a domno Innocentio papa III, et tunc orta est seditio inter Romanos et Theutonicos, Romanorum quibusdam Theutonicorum pluribus interemptis. Diopuldus comes dux efficitur Spoletanus. Terre motus magni per loca. In Valvis et Tete provincia Samnii munitiones diruuntur, plura edificia et castella. Fredericus rex Siciliae duxit in uxorem sororem regis Ragonensis[36]. Dyubuldus qui dictum imperatorem Ottonem 1210. Ricc S. G.
introduxit in regnum cum Petro comite Celani, et dedit ei Salernum, propter quod factus est ab eo dux Spoleti. Hoc anno mense Madio Roffridus abbas huius loci mortuus est, et

a) diopudum *c.* b) *vox iam erasa.* c) broĉo *c.* d) crespusculo *c.* e) intare *c.*

35) a. 1206. auctore Ryccardo. 36) i. q. Aragonensis.

Petrus, cui praenomen erat Comes, promotus est in abbatem in nativitate sancti Iohannis baptistae.

1210. Dictus imperator contra iuramentum quod fecerat domno papae Innocentio, regnum intravit et Capuam; propter quod domnus papa ipsum in octava sancti Martini excommunicavit.

1211. Mense Ianuario obiit Petrus Casinensis abbas. Domnus papa sententiam, quam tulerat in Ottonem imperatorem, confirmat, excommunicans canonicos Capuanos, quoniam ausi sunt celebrare imperatore praesente; cui Neapolitana civitas se donavit eique in Apuliam descendenti civitates et villae omnes sponte iurarunt.

1212. Predictus imperator in Alamanniam rediit eo quod[a] . . . .

a) *hic desinit codex* 3.

Spatio vacante, adnotationes saeculorum XIV et XV ex codicibus Casinensibus a Gattula descriptas, naturae loci, quem et ego praesens fulmine immani percussum sensi, intelligendae aptas, repetere iuvat:

Anno Domini 1349, tertia indictione, die 9. Septembris fuit magnus terrae motus in toto regno Siciliae, qualis non fuit ab initio mundi nisi in morte Christi, et specialiter in episcopatu Casinensi, in tantum quod totum monasterium funditus corruit, et remansit in eo nulla domus erecta, cum fuerit pulchrius monasterium christianitatis, et omnia castra monasterii fuerunt diruta, praeter castrum Sancti Victoris et Fractarum, et fuit hora missae, quod multi homines, et mulieres, et sacerdotes, et religiosi, super altaria et corales in ecclesiis mortui sunt, preter eos qui in propriis domibus, castris et civitatibus obierunt. Civitas ergo Sancti Germani media corruit, praecipue illa pars quae erat in plano seu paludibus, et innumera multitudo hominum, et mulierum, et parvulorum, et religiosorum mortua est.

1362, indictione 15, mense Martii stella cometes apparuit in oriente, et visa fuit per multos dies. Eodem anno, sequenti mense Madii obiit Ludovicus inclytus rex Siciliae, et sequenti mense Iunii obiit Ludovicus de Duratio in castro Ovi Neapoli, et immediate post mortem dicti domini Ludovici de Duratio maxima mortalitas hominum sequuta est in civitate Neapoli, et subsequenter per totum orbem, ita ut in multis locis castra et villae vacuae et desolatae remanerent. Eodem anno mense Augusto a principio fere ipsius mensis innumerabilis multitudo bruchorum ab Oriente venientes totam terram occupaverunt, comedentes omnes herbas virides, et corrodentes etiam folia arborum, et tanta fuit multitudo ipsorum, quod porci et gallinae ac etiam canes et murilegas eos comedebant, et duraverunt in partibus istis per totum mensem praedictum, licet in partibus Apuliae fuerint per totam aestatem praeteritam, et dictos bruchos duraverunt per tres sequentes annos, non tamen generaliter sed per loca.

Anno Domini 1500. 7. Ianuarii hora diei tertia et ultra, dum missa celebraretur, facta consecratione fulmen erumpens a tecto portae maioris imminente, et iuxta altare maius pavimentum dissipans sacerdotem mysterio incumbentem adeo contraxit, ut fere exanimis remanserit, et iuvenem quemdam advenam non procul inde remotum in tantum afflatu perculsit, ut immobilem factum, et humi prostratum perfracta fronte miserabiliter affecerit, partem insuper campanilis, iam tamen alias saepe percussi et collabentis, deiecerit cum campana maiori reliquis residentibus a summo ad imum prolapsa. Mox tamen recepto spiritu et sacerdos et iuvenis pavorem potius quam ictum experti, de miro et magno periculo in saxis appositis evidenter facto servati a morte et lesione gratias egerunt.

RYCCARDI
DE SANCTO GERMANO NOTARII CHRONICA.

Sancti Germani civitas primo fere lapide a Casini[1] ruderibus ad radicem 1 *montis in cuius cacumine monasterium Casinense eminet sita olimque arce Iani seu Ianulae protecta, viam claudit, quae Roma per Anagniam, Ferentinum, Frusinonem, Ceperanum atque Aquinum in interiora Apuliae, hinc Capuam et Neapolim, inde Beneventum ducit. Per multa saecula et ad nostra usque tempora fuit iuris et dominii coenobii Casinensis, cuius fata una cum reliquis triginta abbatiae castris subiit. Quo loco vergente saeculo XII. natus Ryccardus, Casinatibus patribus naturali quadam necessitudine iunctus, postquam notarii munus suscepit et a Friderico II. imperatore officio publico admotus rerum gerendarum particeps factus est, historiae quoque patriae sui temporis inde ab obitu Wilhelmi II. regis scribendae accessit. Cuius rei consilium tam antiquorum quam modernorum excitatus exemplo evolutis quoque annalibus Casinensibus concepisse videtur, quos quidem novit et eorum ad exemplum principia operis sui composuerit. Sed progressu temporis, dum consilii tenax opus inter maxima rerum discrimina quinquaginta quatuor per annos prosecutus est, exemplum ab initio propositum in immensum superavit, ita ut eum optimum rerum Italiae inferioris et mediae saeculo XIII. scriptorem, atque rerum visu vel fideli relatione cognitarum fidum et accuratum testem agnoscamus necesse sit. Quaecumque enim narrat, virum sincerum, uni veritati addictum et inter negotia publica versatum produnt, quique Friderico imperatori summisque magistratibus aeque ac praelatis praesertim Casinensibus bene notus, facta sibi cognita absque ira et studio exposuit. Fragmentum regesti imperatoris, quod unum superest, Ryccardum anno 1240 mense Martio imperatorem cum exercitu patrimonium Petri invadentem comitatum, eius iussu Monte Alto ubi degebat Romam ivisse atque a mercatoribus Romanis pecuniam pro imminentibus curiae servitiis exsequendis necessariam negotiatum fuisse, et negotio confecto pro recipiendo auro mercatoribus debito ad Richardum de Montenigro iustitiarium Terrae Laboris et comitatus Molisii ablegatum fuisse docet[2]. Camerae igitur imperiali adscriptus* 2 *fuerit. Quodsi integra regesta Friderici II. superessent, negotiorum ab eo peractorum sine dubio amplam notitiam consequi liceret. Loci quo constitutus erat testes, leges assisae et epistolae imperatoris et papae libro insertae adsunt. Ipse tamen de negotiis sibi commissis nihil tradit, et uno tantum loco fidelem imperatori animum ob coenobium papae traditum vehementer indignatum prodit[3]. In componendo opere per tot annos progressus, in universum ordinem temporis*

1) civitas vel oppidum Sancti Petri. 2) Constitutiones regum regni utriusque Siciliae. Neapoli 1786. pag. 365, 373, 374. 3) a. 1229.

servavit, paucissimis exceptis quae retractato bis terve libro addita fuisse videntur.

Sermo in universum[4] *brevis simplicitate placet, raro involutus et subobscurus, nonnunquam versibus interspersis*[5] *ornatus. Ryccardum Musarum cultui deditum tum carmen quo librum inchoat testatur, memoriae Wilhelmi boni Siciliae regis consecratum, tum alterum fortasse libro absoluto in extremo vitae termino ad abbatem et fratres Casinenses de morbo suo directum, quod ex alio codice Casinensi Gattula luci dedit, et infra repetere iuvabit.*

Codex manu Ryccardi conscriptus membranaceus in folio 48 *foliorum, numero* 450 *signatus in tabulario Casinensi adservatur, ubi eum mense Iulii anni* 1822 *qua diligentia fieri potuit cum editione Muratorii collatum die* 18. *Iulii absolvi*[6]. *Membrana passim lacera, scriptura saeculi XIII. ineuntis et medii,* 32, 33, 36 *per paginam linearum; littera vocabulorum initialis, numeri et substantiva saepe rubro colore notata, initio erecta et distincta, paulatim foliis* 21—32 *et versus exitum libri in cursivam magis transit; ultima pagina lectu difficilior. Auctor retractato textu quaedam correxit addiditve, in margine argumenta et quos infra reperies versus scripsit. Mala tamen fortuna evenit, quod posterioribus saeculis lectores vel scribae textum haud paucis in locis forte evanidum atramento recenti illinere conati, lectionem dubiam reddiderunt; quo factum est, ut iis in locis textus priorum editionum mixtis vocabulis antiquae et modernae scripturae compositus sit, quas quantum fieri potuit distinguere et textum authenticum restituere conatus sum.*

Compendia scripturae praecipue in nominibus propriis adhibita sunt, diphthongi nunquam.

Textus saeculis XVII et XVIII transscriptus[7], *qualem Panormi Romae et Mediomonti in codicibus bibliothecarum principum Fitaliae, et Barberini N.* 1235, *atque domini Thomae Phillipps baroneti, evolvi, enucleandae lectioni antiquae nihil confert; cuiusmodi exemplis innituntur editiones priores praeter unam. Sunt autem hae:*

1) *Erasmus Gattula vir optime de historia meritus, anno* 1734 *secundo tomo Accessionum ad historiam Cassinensem pag.* 766—820 *textum edidit ope autographi valde emendatum, sed qui multo minus quam mereretur per ipsam Italiam inclaruit, ita ut vel in editionibus Neapolitanis scilicet Raccolta di croniche, diarj etc. a.* 1780 *sqq. T. IV. et Giuseppe del Re Cronisti e scrittori sincroni T. II. a.* 1844, *qui versionem Italam adiecit, Gattulae editio ignoretur. — Qui primam editionem curavit*

2) *Ughellius in Italia Sacra T. III,* 953 *sqq. et editionis secundae T. X,* 173 *sqq. textum valde corruptum exhibuit, qualem ex apographis accepit; quem*

2[b]) *Iohannes Baptista Carusius T. II, pag.* 1 *sqq. Bibliothecae Siculae secutus est, et*

3) *Muratorius T. VII, p.* 963 *sqq. Scriptorum Italicorum multis locis correxit.*

Post quos editionem nostram, ad autographi textum exactam, haud sine fructu consultum iri confidimus.

4) excepta tamen praefatione et a. 1212. 5) a. 1216, 1221, 1223, 1236. 6) v. annales nostros Archiv etc. T. V, 13. 179—181. 7) Ea de re, Gattula pag. 818 monente, Angelus de Nuce abbas Casinensis ac postea archiepiscopus Rossanensis in fine ultimi folii codicis haec adnotavit: *Monendi sunt lectores ....* (nomen a Gattula omissum) *Calabrum archipresbyterum Castri novi dioecesis hunc codicem non semel exscribendo, non pauca per turpem assentationem et fraudem temere vitiasse, quae ex hoc autographo corrigenda. Nec mendis vacat editio Ughelli in Italia Sacra.*

INCIPIUNT CHRONICA DE HIIS OMNIBUS

QUE IN REGNO SICILIE GESTA SUNT VEL UBIQUE PER ORBEM, A TEMPORE MORTIS REGIS GUILIELMI SECUNDI USQUE AD TEMPORA FREDERICI SECUNDI ROMANI IMPERATORIS SEMPER AUGUSTI, IHERUSALEM ET SICILIE REGIS, TRACTATA PER NOTARIUM RYCCARDUM DE SANCTO GERMANO.

Solet etas antiquior et provida priorum actoritas[8] digna memorie queque per orbem gesta describere relinquenda posteris ad doctrinam, et eorum instar adhuc prudens sequentium natio idem agit, ne vel omissa depereant aut neglecta in notitiam effugiant futurorum. Horum siquidem emulator ego Ryccardus de Sancto Germano notans notanda[a] notarius, cui que servit hystoriographis Musarum prima obsequitur, de qua metrice scriptum repperi:

Explicat ingenio res gestas ordine Clyo,

nisus sum pro viribus ingenioli mey[9] que ubique terrarum ac presertim in regno Sicilie gesta sunt diebus meis, visu cognita seu fideli relatione percepta, veritate servata litteris tradere, ac in hoc presens compilare volumen, ut ex hiis discat futura posteritas varios esse temporum cursus, memineritque prudenter bellum in pace timere et pacem iterum sperare post bellum.

*Quoniam igitur regni[10] filius eius sum, qui legerit, non me causatur[b] detestando si regni gesta scribo diffusius, aut de contingentibus quid[11] de cunctis dicam, acsi non prosint: singula queque iuvent, ac Dei potius est quam hominis omnium habere[c] memoriam. Sumens proinde a tempore quo Guilielmus secundus rex Sicilie inclitus recolende memorie obiit, pontificatus vero Clementis pape anno secundo, per chronicam hec inclusi, quibusdam premissis in laudem regis ipsius, et que regni tangunt negotia et relatu digna sunt non[d] obmissis; in eius nomine qui os Zacharie olim aperuit, os meum aperiat ad loquendum, ac lingue mee vinculum solvat, confidenter singula queque locum teneant sortita decenter.** *Horat. A. P. 92.

EXPLICIT PROLOGUS.

Tempore quo rex ille christianissimus, cui nullus in orbe secundus, regni huius moderabatur habenas, qui inter omnes principes princeps sublimis et habundans in omnibus opibus erat, stirpe clarus, fortuna elegans, virtute potens, sensu pollens, divitiis opulentus: erat flos regum, corona principum, Quiritum speculum, nobilium decus, amicorum fiducia, hostium terror, populi vita et virtus, miserorum inopum peregrinantium salus, laborantium fortitudo: legis et iustitiae cultus tempore suo vigebat, in regno sua erat quilibet sorte contentus, ubique pax, ubique securitas, nec latronum metuebat viator insidias nec maris nauta offendicula pyratarum. Sed licet tot et tantis eum ditaverit et dotaverit bonis, per quem reges regnant et principes dominantur, feceritque illum pre cunctis terre regibus gloriosum, in hoc tamen ingloriosum illum reddidit, quod eum prolis negatione mulctavit; conclusit enim uterum consortis illius, ut non pareret vel conciperet filium, et ne relinqueret sui superstitem super terram. Quapropter considerans rex ipse felicitatis sue tempora a Domino accepisse, et quod eum absque liberis sors fecerat infelicem, cogitavit ut sapiens sapienter placare Dominum, ut fecundam redderet quam sterilem fecerat, cogitavit de thesauris suis edificare sibi domum in Monte regali[12] ad honorem gloriose Virginis matris eius, quam ditavit compsit et auxit. Ditavit possessionibus, compsit auri ornatu, auxit et musivo opere lapidumque pretiosorum colore diverso, et talem ad finem usque produxit, qualem nullus regum aut principum in toto terrarum orbe construxit temporibus nostris. Erant ipsi regi duo familiares precipui, opere apud ipsum et sermone potentes, Gualterius scilicet Panormitanus archiepiscopus, et Matheus cancellarius regni sui, quorum prudentia et consilio tota ipsius curia ducebatur. Hiis duobus, quasi duabus columpnis firmissimis, omnes regni magnates obsequendo adheserant, cum per eos quicquid a curia regia peterent facilius impetrarent. Hinc factum est, ipso cancellario suadente, ut rex ipse in predicta ecclesia beate Virginis in dyocesi Panormitana constructa, fieri a Romana ecclesia archiepiscopum impetraret. Quod idem archiepiscopus ad instinctum ipsius cancellarii factum intelligens — nam odio se habebant ad invicem, quamquam se in publico diligere viderentur,

a) *vox iam erasa.* b) *ita c.* c) h. in m. *c.* d) *ita* 2. 3; *sed vox necessaria deest in codice.*

8) i. q. auctoritas. 9) i. q. mei. 10) scilicet Siciliae. 11) i. e. aliquid. 12) Morreale prope Panormum.

et per invidiam detrahentes libenter unus alteri in occulto —, hanc suam iniuriam et capitis diminutionem patienter portavit ad tempus; qui tandem processu temporis cum non posset quod factum fuerat per ecclesiam revocare, hoc fieri[a] subdole procuravit. Erat ipsi regi amita quedam in palatio Panormitano, quam idem rex de consilio iam dicti archiepiscopi Henrico Alamannorum regi filio Frederici Romanorum imperatoris in coniugem tradidit, quo etiam procurante factum est, ut ad regis ipsius mandatum omnes regni comites sacramentum prestiterint, quod si regem ipsum absque liberis mori contingeret, ammodo de facto regni tamquam fideles ipsi sue amite tenerentur et dicto regi Alamannie viro eius.

Anno 1189.

Accidit autem processu temporis, ut rex ipse, cuius memoriale in seculum, sicut Domino placuit sine liberis mense Decembris[13] decederet, cuius decessum cunctis regni filiis merito deplorandum defleri hac rithmica lamentatione percensui.

Plange planctu nimio
Sicilia, Calabrie
regio, Apulia
terraque Laboris.
Vox meroris intonet
et personet nostris horis.
Suspendatur organum
omnis oris.
Rex noster amabilis,
virtute laudabilis,
evo memorabilis
Guilielmus decessit;
hunc oppressit mors crudelis.
O infelix
regnum sine rege
iam non es sub lege.
Presules et comites,
vos barones, plangite
planctu lacrimabili,
planctum queso ducite
de querela flebili.
Vos matrone nobiles,
virgines laudabiles,
olim delectabiles,
et voce cantabiles
modulata,
nunc estote[b] flebiles,
re turbata.
Iacet regnum desolatum,
dissolutum et turbatum,
sicque venientibus
cunctis patet hostibus.
Est ob hoc dolendum
et plangendum
omnibus.
Regni filii
tempus exterminii
vobis datum flete;
hoc verbum: „gaudete"
vobis est sublatum.
Tempus pacis gratum
est absortum.
Iam ad ortum
et occasum sonuit:
Rex Guilielmus
abiit, non obiit.
Rex ille magnificus,
pacificus,
cuius vita placuit
Deo et hominibus.
Eius semper spiritus
Deo vivat celitus.

Post huius regis obitum quanta inter regni comites sit orta dissensio et turbatio subsecuta, sequens huius libelli lectio declarabit. Nam nulli eorum fuit equa voluntas, omnes inter se ceperunt de maioritate contendere et ad regni solium aspirare; et obliti iuris iurandi quod fecerant, eorum quilibet contra facere hanelabat.

cf. Ann. Casin. Factum est autem, ut cum suis complicibus, ne pars archiepiscopi prevaleret, cancellarius optinuerit in hac parte; et tunc vocatus Panormum Tancredus comes Licii, Romana in hoc curia dante assensum, est per ipsum cancellarium coronatus in regem.

1190.

Tancredus iste ducis Roggerii filius fuerat naturalis, cuius pater Roggerius primus in regno Sicilie regis sortitus est nomen, et hac de re quia hunc habebat titulum quod de stirpe regia descendisset, inter alios regni comites est electus in regem. Qui postquam assumptus est, laboravit pro viribus, qualiter regni fines in pace disponeret et sibi rebelles et adver- [cf. Ann. Casin.]

a) *ita vocem atramento recentiore illitam* fidei *correxi*. b) estote nunc c.

13) Ita manu recentiore; in margine econtra manu coaeva legitur *mense nouembr*. Quod idem fuerit, dum rex die 16. Novembris, igitur 16. Kal. Decembris obiit, ideoque alterutro mense obiisse dici potest.

sarios subiugaret. Et primum quidem quinque Sarracenorum regulos, qui ob metum christianorum ad montana confugerant, de montanis ipsis Panormum redire coegit invitos; atque ut ceteros regni comites et barones ad suam fidelitatem converteret et mandatum, regales effudit opes, et diu servatas est ausus frangere gazas. Hic Ryccardo Acerrarum comiti, cuius soror sua coniux erat de qua geminam susceperat prolem, auri talenta plurima expendenda transmittit, quibus omnes de Principatu et terra Laboris eidem regi contrarios flexit ad mandatum ipsius. Tunc et Roffridus Casinensis abbas ipsi regi iuravit.

Erat ea tempestate in Apulie finibus Roggerius quidam Andrie comes, qui se non reputabat dicto rege inferiorem, cum tempore memorati regis Guilielmi totius regni magister iustitiarius fuerit, et in Apulia plenum tunc dominium exerceret. Hic telo percussus invidie de Tancredi comitis promotione in regem, sibique subesse dedignans, contra ipsum seditione facta, turbare ad eum conversos pro viribus cepit misitque concito ad Henricum Alamannie regem, quod veniret vel mitteret, regnum Sicilie sibi iure uxoris pertinens, quod Tancredus comes Licii usurpaverat, recepturus. Qui absque more periculo quendam Henricum Testam imperii marescalcum cum multitudine gravi mittit in regnum. Et veniens in Apuliam nullo obstante ad ipsum Andrie comitem, primum casale quoddam quod Cornetum dicitur, ad abbatiam Venusii pertinens, pro eo quod abbas loci ipsius in partem cesserat dicti regis, hostiliter intrans cum predicto comite, suis dedit in direptionem et predam; et que potuit dicti regis parti faventibus mala irrogans, tandem cum minorificato exercitu in Alamanniam reversus est.

Dictus vero Andrie comes in Apulia remanens, firmata rocca Sancte Agathe quam tunc ipse tenebat, de suis confisus viribus, se in Asculo recipit contra regem. Quem dictus Acerrarum comes intus circumposita obsidione coartans, cum flectere illum precibus et promissis non posset, vocatum ipsum ad colloquium quadam die, proditorie cepit et miserabili morte dampnavit.

Eo anno Fredericus Romanorum imperator cum ingenti cruce signatorum exercitu Iherosolimam petens, sinistrante fortuna in quodam flumine moritur; Henricus filius eius Italiam ingreditur.

Rex Francie et rex Anglie cruce signati Iherosolimam petunt. Qui venientes Messanam, orta inter eos discordia, partem civitatis igne cremarunt. Quos dictus rex Tancredus magnis honorans exeniis, ne civitatem Messane destruerent, cumulatis precibus impetravit. Qui tandem Iherosolimam proficiscentes, et pro Christi fide certantes, civitatem Acconitanam, quam infideles tenebant, Christi faciente virtute in manu potenti recuperarunt.

1191.

Clemens papa Rome obiit mense Martii, et Iacinthus diaconus cardinalis in Celestinum Ann. Casin. codd. 3. 4. papam consecratur[a].

Rex dictus Tancredus de Sicilia in Apuliam veniens, sollempni curia apud Termulas habita in Aprutium vadit, comitem Raynaldum obsidet, eumque ad suam redire fidelitatem coegit; et exinde Brundusium se conferens, de altero filiorum suorum Roggerio silicet, cum Ysachio Constantinopolitano imperatore de Urania filia sua contraxit. Et nuptiis aput Brundusium magnifice celebratis, ibique dicto filio suo coronato in regem, rex dictus cum triumpho et gloria in Siciliam remeavit, et tunc roccam Bantre et roccam Guilielmi Roffrido Casinensi abbati assignari mandavit. Quarum alteram, silicet roccam Wilielmi, ipse abbas dedit cuidam nobili Robberto de Apolita, cum quo de sorore sua contraxit, quam Herveo filio ipsius nobilis in coniugem tradidit; et reliquam, silicet roccam Bantre, ad opus retinuit monasterii Casinensis, ponens in ea custodem quendam militem Petrum de Aymon[b] consobrinum suum.

Henricus rex cum Constantia consorte sua, ad quam regnum Sicilie iure successorio pertinebat, Romam venit; quem dictus Celestinus papa apud Sanctum Petrum in imperato- Apr. 15. rem, et consortem suam in imperatricem coronavit; dato ab ipso imperatore Tusculano Romanis, quam funditus destruxerunt.

Tunc imperator ipse regnum intrat mense Madii[c] papa prohibente et contradicente, et per Campaniam venit in roccam Arcis, quam Matheus Burrellus pro ipso rege tenebat; a bellatoribus suis aggredi faciens, vi cepit eandem; quod tanti causa timoris fuit, ut qui se in Casino receperant cum rebus suis homines Sancti Germani, per nuncios suos quos

a) tertium *addit G.* b) Aym̃ *cod.* c) Ma .... *cod. in margine.*

ad eundem imperatorem mittunt, fidelitatem iurent. Tunc enim dictus Roffridus Casinensis abbas in monasterio Casinensi graviter infirmabatur, quem urgentibus ipsis hominibus Sancti Germani, oportuit ipsi imperatori iurare. Sorella quoque, Atinum, castrum Celii metus causa ipsi imperatori se reddunt, in quibus ipse suos posuit castellanos. Tunc comes Fundanus et comes Molisii fidelitatem prestant eidem; et procedens in terram Laboris, Teano, Capua et Aversa sibi dantibus manum, Guilielmum Caserte comitem recipit, et Aversam, et exinde super Neapolym vadens, eam posita obsidione coartat, coadsistentibus ei dictis comitibus et baronibus Principatus, nec non et abbate Casinensi predicto, cum viribus suis; in qua cum se contra eum recepisset dictus Acerrarum comes, pro sepe dicto rege satis strenue defendit eandem. Tunc Salerni civitas ipsi imperatori se reddidit, ubi imperatricem consortem suam moraturam transmittit, et ipse civitatem ipsam Neapolym crebro aggreditur et inpugnat. Cumque nec viris nec viribus pugnando proficeret, superveniente egritudine digressus est abinde vel invitus; qui relicta imperatrice consorte sua Salerni, et Muscancervello in castello Capue constituto, ad Sanctum Germanum veniens cum debilitato exercitu suo, dictum Casinensem abbatem, toto tunc conventu sibi fidelitatem prestante, secum in Alamanniam ducit, Gregorio fratre eius ad maiorem securitatem obside relicto apud ducem Spoleti, et quibusdam de melioribus terre Sancti Germani captis obsidibus, quos Dyopuldo cuidam Teutonico in rocca Arcis relicto, et Conrado de Marley in Sorella constituto custodiendos commisit; et tunc per terram Petri Celani comitis sub illius fido ducatu de regno exiens, in Alamanniam remeavit mense Septembris[a].

Tunc is, quem prefatus sum, Acerrarum comes de Neapoly exiens, cum Neapolitanis et aliis undique collectis militibus venit Capuam. Castellum obsidet, in quo Muscancervellus se pro imperatore receperat. Qui cum non haberet victui neccessaria, cum comite ipso componens, tradito sibi et resignato castello ipso, abiit securus quo voluit. Tunc etiam Aversam recipit, Teanum et Sanctum Germanum ad regis dicti fidelitatem; et Casinum conscendens, vallum monasterii nullo obstante intravit. Qui cum blande satis alloqueretur Adenulfum Casertanum decanum Casinensem, ut illum ad dicti regis fidelitatem converteret, et hoc ab eo precibus optinere et promissis non posset, de loco descendit et abiit. Tunc comitem Molisii recipit, et ponens in Sancto Germano et in Sancto Angelo Theodice[b] masnedam[14], quantum potest pro dicti regis sororii sui servitio elaborat. Tunc Ryccardus Fundanus comes, pro eo quod ab imperatore ipso Suessam emerat et Teanum, metus causa comitatu relicto in Campaniam secessit, et comitatus Fundanus cuidam fratri Alygerni Cotronis de Neapoly ab ipso rege conceditur. Adenulfus Casertanus decanus Casinensis pro eo quod in partem non cessit ipsius regis, a Celestino papa excommunicatus est, et monasterium suppositum interdicto. Salernitani ad captandam Tancredi regis gratiam detentam imperatricem ipsi regi in Siciliam mittunt, quam rex ipse debito cum honore recipiens, magnis ornatam muneribus in Alamanniam ad imperatorem remittit. Eo anno quidam Stultuspaganus[c] dominus Caselverii Teutonicum quendam ab imperatore in Atino relictum dolo interficit, et a iam dicto rege apud Atinum quidam Roggerius de Foresta dirigitur.

1192.

Dictus Adenulfus Casinensis decanus facta compositione cum Dyopuldo rocce Arcis castellano, qui se pro imperatore gerebat, congregato militari et pedestri exercitu in Campaniam, quos prece pretioque conduxerat, de Casino descendens, vi cepit castrum Sancti Petri monasterii[15], et bonis propriis spoliavit. De civitate etiam Sancti Germani usque ad ecclesiam omnium sanctorum occupavit, non tamen absque strage plurima Campanorum; et pace tandem hinc inde clamata, tota terra ipsi decano se reddidit; et tunc de Sancto Germano nonnulli, qui dicti regis partem fovebant, in partem alteram secesserunt, quorum bona omnia a Teutonicis sunt direpta.

mense Ianuario

Tunc idem decanus cum prephato Dyopuldo terram equitans hostiliter[16] monasterii, relictum castrum Plumbareole occupavit, vi cepit castrum Pignatarii, castrum Sancti Angeli, Pontem Curvum, castellum novum, Fracte, et quedam alia castra pro iam dicto rege se tenentia.

a) m. Septembr *alia manu in cod.* b) theodiĉ *c.* c) Stultus paganus *c.*

14) familiam, exercitum. 15) Casinatibus subditum. 16) i. e. cum hoste, cum exercitu.

Illis diebus Riccardus Caleni comes, qui erat pro parte regis Tancredi, venit super Sanctum Germanum cum Roggerio de Foresta castellano Atini ad devastandum. Captus est eo anno Gottefridus Casertanus ab illis de Sancto Angelo et in captionem ductus, postmodum a Malgrado[a] Sorello iam dicto castellano Atini in custodiam traditus.

Dictus Dyopuldus apud Aquinum cum quodam regis logotheta congreditur, quem campestri bello fugatum devicit, multis ex suis captis, multisque in lacu summersis, et ex tunc vires crescunt ipsi Dyopuldo. Qui cum Conrado castellano Sorelle societate contracta, equitant in terram Suesse, oves et boves, nec non et miseros homines capiunt, et eos ad se redimendum post multa tormenta compellunt. Tunc temporis vocatus ipse Dyopuldus a Guilielmo Caserte comite, qui pro imperatore erat, cum gente sua vado fluvium Capue transiens ivit in terram Laboris, et equitans super Capuam, exeuntem contra se Riccardum Caleni comitem cepit, et ad roccam Arcis duxit captivum.

1193.

Roffridus dictus Casinensis abbas de Alamannia rediens, relicto ibidem obside Gregorio germano suo, cum nonnullis quos secum duxerat electis militibus Cominum intrat, Atinum foris devastat, incolatum occupans Sancte Marie de Atino, et dirui faciens muros Cancelli et portam eius, vi cepit Galinarium[b], et bonis propriis spoliavit. Rediens vero ad terram monasterii, castrum Sancti Angeli Theodicis[c] sibi contrarium, quia partem regis Tancredi fovebat, cum Conrado castellano Sorelle et cum gente sua, licet non profecerit, vehementer inpugnat, faciens quam potuit in exterioribus vastitatem. cf. Ann. Casin.

Eo anno rex Anglie ab Iherosolimis rediens, a duce Austrie retentus et captus est et imperatori traditus. Qui tandem non sine multe pecunie interventu dimissus est. Bertoldus comes ex parte imperatoris in regnum legatus mittitur; qui veniens cum electis militibus et bellatoribus de Florentia, hiis ei faventibus qui partem imperatoris fovebant, et convenientibus ad eundem, Venafrum in festo beati Martini cepit et suis dedit in direptionem et predam. Tunc comes Roggerius de Molisio metus causa, quia se in parte regis dederat, in roccam Magenulfi[d] se recipit.

Bertoldus vero coadsistentibus ei Muscancervello, Dyopuldo et Conrado predictis, nec non et abbate Casinensi, Fundano et Casertano comitibus, cum viribus suis castrum Sexti, ubi Landus de Montelongo comestabulus[e] erat cum quibusdam Campanis militibus pro parte regis Tancredi, vi cepit, ipsoque castro bonis propriis spoliato, ipsum Landum cum sociis suis captivum duxit; quorum libertati post multa supplicia pietatis causa non profuit, nisi redimi profuisset. Roccam etiam Ravenule aggredi a bellatoribus faciens, per insultum cepit. Vayranum acriter inpugnans, ubi quidam erat Roggerius de Theate pro rege statutus, in nullo profecit. Demum succrescentibus ei viribus et ad eum undique concurrentibus qui regis partem oderant, regnum imperiali nititur subicere servituti.

Rex vero Tancredus de Sicilia in Apuliam veniens, exercitum congregat copiosum, volens Bertoldi vires oppositis viribus impedire. Cui dictus Bertoldus cum suis et aliis de regno imperialem partem foventibus, utpote vir magnanimus, viriliter se opponit; et rege ipso se cum suo exercitu aput montem Fusculum conferente, ipse contra eum vadens, apud Batticanum posuit castra sua, cupiens cum ipso rege habere congressum: id ipsum pars regis, ad quem vires undique confluebant, optabat. Set conspiciens rex ipse et in consilio habens, quod honor sibi non erat cum Bertoldo congredi, et Bertoldus cernens debiliorem partem suam, prelium sapienter declinavit uterque, et discedente inde Bertoldo, qui Laquedomum[f] hospitatus est, rex ipse movit a monte Fusculo castra sua. Tunc Bertoldus per Capitinatam rediens, in comitatu Molisii castrum montis Rodonis, quod se pro rege tenebat, circumposita obsidione coartat; ibique die quodam, dum illud aggredi faceret a pugnatoribus suis, lapide manganelli contritus occubuit, eique Muscancervellus in ducem successit exercitus; qui tandem castrum ipsum obsidione firmata, per sitim capiens, non per vim, quos cepit incolas variis cruciatibus sine spe venie interemit.

Rex vero Tancredus tunc castrum Sabiniani vi cepit, et quendam ibi Sarolum capiens ipsius castri dominum, qui de rege ipso multum fuerat oblocutus[g], suspendi iussit. Vi cepit etiam roccam Sancte Agathe, quam quidam Robbertus de Calagio dicti comitis Andrie filius

a) Ma͞lg *c.* b) Galina͞r *c.* c) Theodi͞c *c.* d) Magenu͞l *c.* e) Comes͞t *c.* f) Laquedo͞m *c. M.*; Laquedonium *G.* g) *vox ob rasuram obscura.*

contra eum tenebat. Aput Lariciam cepit quendam Robbertum filium Ryzardi, et tamquam sibi rebellem punivit. Exinde veniens in terram Laboris, comitem Caserte recipit et Aversam. Sancta Agathensis quoque civitas et Telesia, que tota postmodum combusta est, venerunt ad mandatum ipsius. Tunc accersito ad se Robberto de Apolita, abstulit ei roccam Guilielmi, et quendam in ea Andream de Teano posuit castellanum; sicque, relictis in pace Apulie finibus et terra Laboris, rex ipse in Siciliam remeavit, ubi ordine nature prepostero Rog- cf. Ann. Casin. gerius filius eius, qui coronatus in regem fuerat, viam est universe carnis ingressus, et frater eius Guilielmus in regem successit eidem. Ipse quoque rex doloris punctus aculeo, brevi post tractu temporis infirmitate correptus obiit.

1194.

cf. Ann. Casin. Dictus vero Henricus imperator parato navali et terrestri exercitu regnum intrat. Illum Roffridus Casinensis abbas magnifice recipit[a], nec non Fundanus comes et alii omnes Teutonici et Latini suum prestolantes adventum; cum quibus terram Laboris ingrediens Neapolym recipit, Salernum sibi renitens vi cepit, et suis dedit in direptionem et predam. Tunc dictus Adenulfus Casinensis decanus procurationem abbatie Venusii ab imperatore recepit.

Imperator vero Apulie fines nullo obstante ingrediens, omnes[b] Apulye recipit civitates ad mandatum et fidelitatem suam convertens, dicto Casinensi abbate preeunte, cuius fidei puritas satis erat ipsi imperatori experta, cui certam procuram auctoritatem et potestatem contulerat, ut venire ad suam fidelitatem volentes ipsius[c] opera possent redimere[d] offensam, et per eum veniam mererentur. Tunc ipsi abbati castrum Malveti ad opus contulit monasterii Casinensis; et Farum preteriens navigio, Messanam recipit totamque Siciliam; et Panormum properans, recipit civitatem ipsam, et cunctum palatii diripuit apparatum. Tunc uxor regis, soror dicti comitis Acerrarum, cum filio suo parvulo Guilielmo prephato propter metum imperatoris ad locum tutiorem se contulit Panormum deserens, cum qua facta compositione, cum per vim locum in quo erat optinere non posset, imperator ipse, securitate prestita, recipit eam et filium ad manus suas; quos Muscancervelli custodie tradi- Ann. Cas. dit, et ex eis fecit sue beneplacitum voluntatis. Tunc dictus Casinensis abbas concessionem ab ipso imperatore de Atino recipit et de rocca Guilielmi, et filium Roggerii de Foresta in Atino castellani ab ipso imperatore recipiens, et mandatum per litteras ad Andream de Teano castellanum rocce Guilielmi, ut sibi roccam ipsam assignare deberet, dictus abbas ib. in sua reversus est. Imperator[e] ipse in die natalis Domini regens Panormi curiam generalem, prephatam reginam et filium eius, nec non et alios quam plures presules et comites regni, quibus ipse proditionis notam imponebat, iudicio Petri Celani comitis capi fecit, et ex ipsis quosdam orbavit, quosdam incendio, quosdam suspendio, et quosdam in Ala- mense Decembri in festo sancti Stephani. manniam exilio destinavit. Tunc imperatrix in Aesia[f] [17] in Marchia filium parit nomine Fredericum.

1195.

Roffridus Casinensis abbas tractatu quorumdam de Atino nocturno tempore introductus Atinum recipit, dictum Roggerium de Foresta castellanum intus arctat et obsidet; qui cum non haberet victui necessaria, recepta de persona et rebus suis securitate ab abbate predicto, et compositione facta cum eo de castro Sancti Petri in fine, quod recepit ab ipso, et fidelitatem iuravit eidem, castrum Atini in manus resignavit eiusdem; roccam Guilielmi ab Andrea de Teano recipiens, fidelitate quoque ab eo recepta ei castrum Cucurutii concessit; illum tamen postea de imperiali mandato cuidam Tancredo de Venafro commisit, fidelitatis ab eo iuramento recepto. Hoc anno dictus Casinensis abbas castrum Turelli[g] vi capiens igne cremavit.

1196.

Imperator in Alamanniam redit; qui Muscancervello Molisii comitatum concedit. Et tunc Roggerium Molisii comitem, qui se ob metum imperatoris in rocca Magenulfi[h] receperat, idem Muscancervellus arctat et obsidet; cum quo facta compositione, et data sibi securitate

a) excipit *M.* b) *hinc multa atramento recenti illita sunt.* c) *vocem iam erasam restitui.* d) *vocem iam erasam restitui.* e) Impr *c.* f) *vox obscura c.* g) *vocem littera* T *excepta atramento recentiori illitam Gattula* Terelli *legit; Muratorius* Tirelli *habet, cf. Ann. Cas. a.* 1127. h) Magenul̄ *c.* 17) Iesi.

et suis, roccam ipsam recipit, eumque extra regnum abire permisit, ubi processu temporis mortuus est. Dictus Casinensis abbas castrum Fractarum recuperat et Castellum novum castrumque Sancti Angeli Theodici, quorum habitatores mala innumera per se fecerant in terram sancti Benedicti, et per servientes, quos ad solidos retinuerant, castrum combusserant Pignatarii[a], per proditionem optinuit et recepit ad fidelitatem suam et monasterii Casinensis; quibus tamen dignas pro meritis penas rependit, et sub pretextu quorumdam versuum quos ibidem invenit, quos hic annectere otiosum non censui, muros ipsius castri sterni ad solum fecit et aggeres illius repleri. Versus enim tales sunt:

Pessimus Alboinus, Landulfus, Servus Aquinus,
Petrus Roggerus, Philippus valde severus,
Symon et Andreas, Adenulfus ut alter Egeas,
Sunt hii rectores per quos servantur honores.
Hii dictant bella, cedes, inmensa flagella,
Dantes edictum; veneremurne Benedictum?

Eo tempore dictus Riccardus Acerrarum comes regnum exire occulte volens et a facie fugere imperatoris, relictis Campania et Burgentia munitionibus quas tenebat, proditus a quodam albo monacho cui se crediderat, captus a iam dicto Dyopuldo est et custodie traditus carcerali, cesari assignandus. Qui de Alamannia Guarmaciensem episcopum misit legatum in regnum, qui Neapolym veniens cum iam dictis Casinensi abbate Latinis etiam aliis et Teutonicis, imperiale implens mandatum Neapolis muros et Capue funditus fecit everti.

1197.

Imperator ipse de Alamannia rediens, assignatum sibi a Dyopuldo rocce Arcis castellano dictum Acerrarum comitem, cum aput Capuam curiam regeret generalem, trahi primum ab equo per plateas Capue, et demum verso deorsum capite vivum suspendi iubet. 1196.
Quem viventem post biduum quidam imperatoris ystrio Teutonicus cognomine Follis, ut ipsi imperatori placeret, ligato ad guttur eius non parvo lapidis pondere, ipsum turpiter exalare coegit. Tunc imperator ipse generalem toti regno collectam imponit. Tunc ipse 1197.
Dyopuldus per imperatorem comes factus est Acerrarum. Tunc etiam Oddo frater ipsius ad expugnandum roccam Siccam, in qua se Raynaldus et Landulfus de Aquino fratres contra imperatorem receperant, ab ipso imperatore dirigitur; et ipse se confert in Siciliam imperator, ubi ad se duci imperatricem iubet. Qua in Panormi palatio constituta, quidam Guilielmus monachus, qui castellanus erat castri Iohannis, rebellavit imperatori; ad quam obsidendam cum ipse personaliter accederet imperator, superveniente egritudine abinde infirmus discedens, sicut Domino placuit, diem clausit extremum. Et tunc fama discurrente Sept. 28.
per regnum, dictus Oddo frater Dyopuldi comitis rupta obsidione rocce Sicce discedit, et se contulit ad roccam Arcis.

Imperatrix Panormi remanens in veste lugubri de nece imperatoris viri sui, regnique paci consulens et quieti, Marcualdum imperii senescalcum cum Teutonicis omnibus de regno exclusit, ipsumque ne amodo regnum ingredi absque suo iussu presumeret, neve remaneret in regno, iuramento coegit. Qui cum ipsius imperatricis litteris et ducatu ad comitatum Molisii veniens, qui tunc Marchia vocabatur et sibi favebat, cum illum sibi Muscancervello mortuo concesserit imperator, sub securo cardinalium conductu et securitate supra dicti Petri Celani comitis, cui propterea Vayranum tradidit, relictis in ipso Molisii comitatu castellanis suis et baiulis, ad Ancone marchiam suo pro parte dominio subditam se contulit, ubi cum suis sequacibus innumera mala commisit.

Celestinus papa obiit, et Lotharius cardinalis in papam Innocentium substitutus est 1198.
illi. Imperatrix filium suum in Marchia apud Hesym civitatem relictum, sub ducatu dicti Ian. 8.
Celani comitis et Berardi Laureti comitis et Cupersani ad se duci iubet in regnum, et de Apulia in Siciliam transmeare. Tunc quidam in Calabria Teutonicus nomine Fredericus cum nollet imperatrici favere, se in Malveti castro recipiens, quod furto sustulerat cuidam Mauro de Mira ibidem castellano statuto pro monasterio Casinensi, iussu imperatricis ipsius a comite Amphuso de Rotis ceterisque Calabrie nobilibus in ipso castro obsessus est et arctatus. Qui dum aliter evadere se non posse conspiceret, dolo cogitavit capere

a) c. c. P. *in margine.*

obsidentes obsessus, et vocatos eos die quadam semotim ab aliis, cum eis fidem dedisset quod redire vellet ad imperatricis mandatum, captos capitaneos cepit, eosque de personis punivit ut voluit.

1198.

Imperatrix ipsa processu[a] temporis in Sicilia obiit, que filium unicum Fredericum et regni ballium Innocentio pape ex testamento reliquit. Dictus vero Marcualdus cognito de morte imperatricis, congregato malignorum exercitu quos prece vel pretio conduxerat, regnum non sine illorum qui erant de regno auxilio et ducatu intravit. Et veniens in comitatum Molisii, in quo fidei sue reliquie servabantur, ad dictum Casinensem abbatem pro pace legatos misit, per quos etiam ipsum, ut sibi regni iuraret ballium, quod sibi imperator reliquerat ut dicebat[b], requisivit; quia vero a predicto abbate hoc optinere non potuit — nam primo regni ipsius ballium dicto Innocentio pape iuraverat, qui contra ipsum Marcualdum ad iam dictum abbatem duos miserat cardinales cum exfortio militum Campanorum et auxilium terre sue, eundemque Marcualdum excommunicationis vinculo innodaverat et sequaces illius —, ipse sui furoris impatiens, cepit more Teutonico in terram monasterii desevire.

1199.

1198. Mense Ianuario hic per Venafrum veniens maledictus cum maledictis terram sancti ingressus est Benedicti; et primo castrum Sancti Petri in fine, desertum ab incolis causa metus nullo obstante occupans, igne cremavit; castrum Sancti Victoris vi capiens, bonis propriis spoliavit; et movens exinde castra sua, Cervarium et Toroclum, duo scilicet castra ab
Ian. 7. habitatoribus derelicta, combussit, et septimo intrante Ianuarii ante Sanctum Germanum in campis castra metatus est. Et cum ad capiendam terram ipsam daret frequentes insultus, capere vi eam non potuit, hominibus civitatis ac militibus Campanie, qui in ea convenerant, ea die[c] resistentibus illi.

Tunc Dyopuldus iam dictus, qui ad ipsum venerat Marcualdum, montem quendam qui Maio dicitur cum suis occupans, sua ibi tentoria fixit; quod tanti causa timoris fuit omnibus de terra ipsa, cum supereminens esset mons civitati et posset de supernis montibus ab hostibus facile occupari, quod idem abbas nocte conscendens occasione muniendi vallum monasterii, nonnulli de civitate cum suppellectili sua se ad vallum contulerint memoratum, cardinalibus ipsis mane sequenti se recipientibus in ipso monasterio causa metus;
Ian. 8. sicque die ipso, octavo scilicet Ianuarii, relictam ab incolis civitatem Marcualdus intravit, bonis propriis spoliavit, et quos in ea invenit penis addixit variisque tormentis, quibus pietatis causa non profuit, nisi redimi profuisset; nec contentus eo quod terram occupaverat monasterii, ad obsidendum illud et capiendum, cum in eo cum multis Campanie militibus et gente civitatis non modica se concluserint cardinales, ascendere voluit. Qui cum per dies aliquot, posita in viridario obsidione, ipsum monasterium teneret obsessum, et vallum ipsum per frequentes insultus hostiliter impugnaret, capere per vim illud non potuit, Campanis et aliis qui erant in vallo constituti militibus resistentibus illi. Cumque firmata obsidione ad capiendum monasterium vehementer instaret, quod cum per vim non posset, credebat fame sitive facile occu-
Ian. 15. pare, in die festo beati Mauri mutata subito serenitate aeris, temporis inclementia facta est, et tanta inundatio pluviarum ammixta grandinibus et imbribus multis, quod hostium tentoria stravit ad solum; propter quod qui erant obsessi, et iam arescere ceperant aquis deficientibus in cisternis, Deo et sancto Mauro debitas gratias retulerunt, et ab obsidione ipsa coacti sunt recedere obsidentes. Tunc in descensu montis castrum Plumbareole idem Marcualdus igne combussit; et rediens in Sancto Germano, ira commotus, intus et extra civitatem domorum et tuguriorum vastitatem fieri mandans, castrum Sancti Helye affidatum combussit, portas Sancti Germani et menia eiusdem in plerisque locis everti fecit ad solum. Illis diebus cum viri nequam, qui erant cum ipso Marcualdo, facerent in ceteris ecclesiis sicut in aliis terre domibus stationem, et sua in eis ludicra exercerent, ipsi Deo et sanctis eius non verebantur iniurias irrogare. Nam cum de ceteris altaribus certas extraxissent reliquias, unus ex predictis violare aram beate Virginis attemptavit; qui statim aridam ad se manum retraxit. Alter cum crucifixo qui est in ecclesia Sancti Germani, primo per lapidis ictum,

a) p. t. in Sicilia o. q. f. u. et r. *atramento recenti illita.* b) u. d. *in margine.* c) e. d. *in margine.*

demum per urine iniectionem in ipsum iniurias graves inferret, rosa prius dentibus lingua, arefactus infelix, vitam statim cum morte finivit; quod tantum ipsi Marcualdo terrorem incussit, quod facta compositione cum abbate predicto, terram exiens monasterii nono stante [Febr 9.] Februarii, habuit malo omine in anteriora progressum.

Eo tempore Ryccardus de Aquila Fundanus comes, ut salvam faceret terram suam, Sifrido fratri comitis Dyopuldi filiam suam dedit in coniugem. Tunc ipse Marcualdus [1198.] castrum Pontiscurvi, Teramum[a], Sanctum Angelum et Castellum novum ipsi comiti Dyopuldo et suis servanda comisit.

Dyopuldus vero, qui ipsum Marcualdum antecedebat, et predicabat ut omnes de regno se ad Marcualdum converterent et regni ballium iurarent eidem, a Guilielmo Caserte comite captus est, et quandiu vixit eum tenuit vinculatum; set eo mortuo, Guilielmus filius eius accepta filia eius in uxorem, liberum dimisit illum. Marcualdus vero ad Apulie partes se conferens, Avellinum obsedit, et cum incolis civitatis componens, discessit ab obsidione; et procedens inde Vallatam, quoddam casale Apulie, vi cepit et suis dedit in direptionem et predam. Tunc Petrus Celani comes de Marsia venit in terram Laboris. Marcualdus vero de Apulia per Capitinatam rediens in comitatu Molisii, Sernie[17] civitatem, cum exer- [17] citum tenere non posset, bonis propriis spoliavit, et procedens versus terram Laboris, et Teanum oppugnans, capere vi non potuit illam. Exinde Salernum se contulit, què tunc comiti Dyopuldo favebat; et inde parato navigio, in Siciliam transfretat, et Panormum properans, facta compositione cum comite Gentili de Palearia quem Gualterius regni Sicilie cancellarius custodem regis et palatii reliquerat, palatium Panormi recipit ad manus suas, et sic totam postea Siciliam suis nisus est viribus subiugare. Roffridus Casinensis abbas castrum Sancti Angeli recuperat[b].

Contra ipsum Marcualdum, et regis tunc pupilli auxilium dictus Innocentius papa quendam dirigit Iacobum Andrie postea comitem, consobrinum suum, cum militari exercitu, cum quo unum misit de cardinalibus, quem ipsi consobrino suo et exercitui militum prefecit; qui ipsum Marcualdum campestri bello devicit et fugavit[c], et toto tunc regno optento, dictus cardinalis in Sicilia transivit.

1200.

Dyopuldus comes cum aliquibus cum quibus ipse[d] remanserat Marcualdus, cum quibus [cf. Ann. Casin. a. 1198] per regnum ubique discurrens mala innumera committebat, prestito aput Venafrum corporaliter sacramento de non offendendo amplius terra sancti Benedicti, propter quod homines Sancti Germani sibi non cavebant ab eo, ipse Dyopuldus cum perditorum gente nocturno tempore hostiliter terram Sancti Germani intravit nono Martii, eamque dans in direptionem [Mart. 9.] et predam, miseros quos invenit in ea homines multis adiecit periculis et tormentis, postque se redimere sunt coacti. Abbas vero qui erat in civitate ipsa, fuga media cum Gregorio fratre suo in Atinum se recipit, et exinde se in Marsiam contulit, gentis auxilium a Celani comite petiturus. Qui cum illud dare denegaret eidem, ad Raynaldum Senebaldum fiducialiter ivit, qui totum argentum suum sibi liberaliter tradidit, cum quo aliquot retinuit servientes et balistarios; cum quibus rediens per montana, intravit nocturno tempore monasterium. Quo cognito Dyopuldus, cum ipsum abbatem cum magnis crederet viribus rediisse, metus causa depopulatam linquens terram Sancti Germani exivit, et secum captivos quosdam de terra ipsa ad roccam Arcis deduxit.

Eo anno dictus abbas roccam Iani super Sanctum Germanum firmavit, et providens [1199.] indempnitati terre eiusdem, eam per circuitum muris firmavit, et turribus et aggeribus communivit.

Dyopuldus vero iam dictus mense Iunii aput Venafrum cum comite Celani congreditur, [Iun.] eumque campestri bello fugavit, cepitque tunc Berardum filium suum, quem apud roccam Arcis captivum duxit.

1201.

Gualterius Brennensis comes in odium Teutonicorum in regnum mittitur ab Innocen- [Ann. Casin.] tio papa; qui apud Capuam congrediens cum ipso Dyopuldo, vicit et fugavit eundem

a) Teram̄ c. b) Roffridus — recuperat *secunda manu.* c) *exstant tantum reliquiae litterarum:* fugauit ..... R.. .... C. . . S. *reliqua supplere conatus sum.* d) m aliquibus cum quibus ipse *iam desiderantur.*

17) i. q. Iserniae.

Iun. 10. decimo mensis Iunii. Et exinde Teanum veniens que sibi favebat una cum Raynaldo tunc Capuano archiepiscopo, filio Celani comitis, Presentianum se contulit cum eodem; ubi occurrens ei prefatus Casinensis abbas, pariter processerunt et petierunt Venafrum, quam civitatem idem Dyopuldus tenebat. Ille predictus Celani comes timens cum ipso Brennensi comite confederatus est, et tandem civitas ipsa, procurantibus ipso Casinensi abbate et Malgerio[a] Sorello, in vigilia beati Iohannis baptiste igne cremata est, arce superiori se pro Dyopuldo tenente. Exinde Aquinum se conferunt, ubi quidam erat in castello castellanus nomine Iencus, qui se pro Dyopuldo tenebat; qui captus in ipso castello est, et Aquini civitas reddita ad mandatum dicti comitis Gualterii, qui eam dominis Aquini per quendam Finagranum, Ann. Casin. domini Raynaldi de Aquino filium naturalem, restituendam providit. Eo anno dictus abbas Castellum novum et Fractas recuperat.

1202.

Dictus comes Gualterius cum iam dicto Casinensi abbate in Apuliam vadit, qui abbas, una cum Petro Galloze Portuensi episcopo legationis officio fungebatur. Cumque ad dictum comitem expugnandum memoratus Gualterius de Palearia cancellarius cum comite Manerio fratre suo, Dyopuldo et Oddone de Laviano comitibus, congregatis undique viribus sub pretextu quo ipsum comitem regis hostem dicebat et regni, cum ipso campestre bellum inierit apud Cannas, dictus cancellarius cum Dyopuldo prefato per ipsum comitem sexto Oct. 6. stante Octobris devicti sunt et fugati, multis ex eis captis et nonnullis gladio interemptis. Sunt etiam in prima qui steterant acie capti, Syfridus frater Dyopuldi, dictus Oddo de Laviano et Petrus de Celano, qui comes dicebatur Civitatensis; qui autem fuga media evaserunt, cancellarius et comes Manerius frater eius, receperunt se in Salpitana civitate, que favebat eidem. Dyopuldus vero in rocca Sancte Agathe receptavit[b]. Dictus Casinensis abbas in Apulia vadit; habita de Dyopuldo victoria, legatus in Siciliam vadit, ubi dictus Ann. Casin. Marcualdus superveniente dissinteria miserabiliter expiravit. Fames valida per totum regnum exorta est. Dyopuldus sepefatus iratus, cum[c] Finagrana, qui ei adheserat[d], discors a comite Gualterio recessit, cum gente sua properat super Sanctum Germanum; ubi idem Finagrana et quidam ipsius Dyopuldi castellanus capti sunt et gladio perempti.

1203.

cf A. Casin. Dyopuldus ipse a castellano Sancte Agathe vi est captus, sed[e] postea liberatus.

Eo anno Franci foedus[e] cum Venetis componentes et adversus[f] Iaderam navigantes[f], civitatem Iadere ipsis rebellem Venetis vi ceperunt, et bonis propriis spoliarunt; nobilissimam Constantinopolitanam urbem aggredientes, viriliter et potenter, sicut Domino placuit optinuerunt, et potestati Romane ecclesie, cui antea non intenderat, subiecerunt illam.

1204.

Ann. Casin. Comes Gualterius cum comite Iacobo Tricaricensi et comite Roggerio de Theate con-18 federatus, ipse tunc temporis Terracinam[18] occupat de Salerno, ubi ab ipso Dyopuldo et gente sua et civibus Salerni, qui favebant eidem, arcte satis obsessus est, et sagitte ictu altero oculorum privatus; et tandem ipsorum comitum auxilio liberatus est, ipso Dyopuldo et suis de Salerno satis ignominiose fugatis.

1205.

Ann. Casin. Dictus comes Gualterius cum ipsum Dyopuldum dure satis et dire persequeretur, ipsum tenens in Sarno obsessum, dum sibi male ab hoste caveret, ipso Dyopuldo in eum cum suis diluculo irruente, captus ab eo est et custodie traditus carcerali; ubi modicum post diem clausit extremum. Tunc enim memoratus Celani comes, qui civitatem intraverat Aliphie[g], et castrum civitatis viriliter inpugnabat, quod se ad opus Dyopuldi tenebat, audito de captione comitis Gualterii, combusta civitate Aliphie discessit. Dictus vero Dyopuldus Salernum cum victoria rediens, quia turrim maiorem ipse tenebat, multos de Salerno cepit, et ut proditores punivit ut voluit.

a) Malger̄ *c.* b) *hinc inde usque ad finem anni* 1203 *omnia atramento sunt obducta.* c) *in codice lacuna; vocem supplevi.* d) q. ei a. *a me suppleta.* e) *lacunae vocem inserui.* f) et a. I. n. *lacunae inserui; Gattula litteram* I *vidit; hodie nonnisi* V F C I *eminent.* g) aliphię *c.* 18) castellum prope Salernum; cf. a. 1226.

1206.

Innocentius papa Romam vocat Dyopuldum ad se, ipsumque et suos a vinculo excommunicationis absolvit; tunc cum ipsius licentia Salernum reversus est. Ann. Casin. 1205

1207.

Hic parato Salerni navigio, in Siciliam transfretat, Panormum vadit, et tam palatium quam regem recipit Fredericum ad manus suas, set arctatus et obsessus in ipso palatio a Gualterio de Palearia cancellario, captus ab eo est; et tandem nocturno tempore fuge presidio liberatus, veniensque per mare Salernum, exinde in terram Laboris se confert; ubi cum Neapolitanis iniens pugnam, devicit et fugavit eosdem, strage magna facta ex eis et Giffrido[g] de Monte Fuscolo, quem sibi capitaneum prefecerant, capto et vinculis mancipato. cf. A. Casin.

1208.

Mense Ianuarii in vigilia epyphanie Roffridus Casinensis abbas superius memoratus, congregatis militibus et servientibus terre sue et baronum circumpositorum, qui sibi ex gratia libenter obsequebantur, una cum dominis Aquini et Malgerio[h] Sorello civitatem Sore procurantibus hoc quibusdam ipsius abbatis consanguineis qui de Sora erant, nocturno tempore intrat, eamque ad opus recipit et fidelitatem Innocentii pape. Qui in succursum abbatis ipsius mittit Stephanum de Fossanova camerarium suum cum exfortio militum Campanorum; qui Conradum tunc Sore comitem se in Sorella recipientem arctat et obsidet, et male sibi caventem intus Sorellam cepit, qui pro sua redemptione roccam Arcis in manus dicti camerarii resignavit. Tunc etiam Broccum et Pesclum Solidum amisit. Eo anno Innocentius papa in vigilia sancti Iohannis baptiste mense Iunii venit ab Urbe ad Sanctum Germanum, ubi ab ipso abbate Roffrido magnifice receptus est, et tam ipse quam fratres sui domni cardinales in necessariis omnibus honorifice procurati. Tunc venientes ad ipsum Petrus de Celano et Riccardus Fundanus comites, cum eis de succursu regis statuit Frederici et de defensione regni, in hunc modum videlicet: Ann. Casin.

Ut ipsi comites sint magistri capitanei, quibus super hiis omnes intendant a Salerno usque Ceperanum, sicut a mari usque ad mare protenditur tractus terre, salvo statuto regio, quo Celanensis comes, et magister iustitiarius Apulie et terre Laboris, et salvo mandato regio quod factum est comiti Fundano de civitate Neapolitana ut sit specialis rector ipsius, intelligentes hoc quantum ad propria negotia civitatis; sed quantum ad succursum regis, et ad defensionem et ad pacem regni omnes communiter intendent hiis duobus. Quicumque ordinationem istam receperint, ad invicem sibi pacem observent, et si quisquam ab aliquo fuerit offensus, non statim reoffendat eundem, sed apud predictos comites querelam deponat, qui eam secundum rationem et regni consuetudinem faciant emendari. Qui autem ordinationem istam recipere noluerint vel recusaverint, tanquam hostes publici habeantur, et a ceteris impugnentur. Ducenti milites dirigantur in succursum regis usque ad Kalendas Septembris moraturos per annum sub illorum expensis, a quibus fuerint destinati. Distribuantur autem secundum extimatorum arbitrium, quos ad hoc specialiter deputabimus, pensatis debitis servitiis et facultatibus comitum et baronum ac etiam civitatum. Quia vero propter estatis fervorem descendere in Apuliam personaliter non potuimus, statutum istud mandabimus exequendum per legatum nostrum qui est in Apulia, per comitem Iacobum consobrinum et marescalcum nostrum, et per alium quem a nostro latere dirigemus. In omnibus autem reservamus nobis plenam potestatem addendi, minuendi, mutandi et declarandi, prout viderimus expedire.

Tunc eidem pape Philippus rex Alamannie, patruus dicti regis, a suis nunciatur occisus. Tunc etiam rogatu Petri cognomine Comitis decani Casinensis, ipse papa aput Sanctum Petrum monasterii, in cappella sancti Nycolai, aram quandam in honorem beate Marie Magdalene consecravit. Dictus papa relicta sub deposito parte thesauri sui non modica in monasterio, dictis comitibus in sua cum ipsius licentia redeuntibus, ipse de Sancto Germano discessit, et per Atinum iter faciens, quod dictus abbas Roffridus tenebat, Soram se contulit, indeque in Campaniam reversus est. Eo anno comes Fundanus supra memoratus actoritate fretus et vi comitis Dyopuldi Capuam recipit, a Capuanis vocatus in odium dicti Celani comitis, cuius filius Raynaldus ipsius civitatis archiepiscopus erat.

g) Giffr̄ *c.* h) Malgeī *c.*

1209.

Fredericus rex Sicilie uxorem duxit Constantiam sororem regis Arragonum. Ann. Casin. 1208. Dictus Celani comes castellum Capue recipit a Leone de Andria castellano, hoc filio ipsius dicto archiepiscopo procurante; et dictus Fundanus comes, qui castellum ipsum tenebat obsessum, metus causa Capuam exiit.

Ann. Casin. Oct. 4. Otto dux Saxonie ab Innocentio papa vocatus, apud Sanctum Petrum in Romanum imperatorem coronatur, non sine strage magna suorum; qui prestito iuramento de conservando regalibus sancti Petri et de non offendendo regem Sicilie Fredericum, in Marchiam secedens et in partes Thuscie, ibi per annum continuum moram fecit.

Hoc anno mense Madii, penultimo mensis eiusdem, dictus Roffridus Casinensis abbas apud Sanctum Germanum obiit, cui Petrus dictus Conte, qui antea officio functus fuerat decanatus, electus a fratribus[a] et a papa Innocentio approbatus, in regimine monasterii successit eidem. Huic rocca Bantre, que usque tunc monasterio suberat Casinensi, rebellavit. Cui quendam prefecerat monachum nepotem suum nomine Seniorectum, qui sibi ab hominibus rocce ipsius non precavens, cum de rocca ipsa fecisset ad villam descensum, hoc ipsis de villa proditorie procurantibus, cum redire in roccam vellet, non est amodo eam intrare permissus.

1210.

Ann. Casin. Otto dictus imperator, tractus[19] a Dyopuldo et Petro Celanensi comite, qui cum ipso Dyopuldo contraxerat, quorum alter Capuam, alter vero sibi Salernum tradidit, spreto iuramento quod Romane ecclesie fecerat regnum intrat per Reatinas partes, sub illorum ducatu qui fidelitatem ei prestiterant per Marsiam, et exinde per Cominum venit; ad quem dictus Casinensis abbas, cui cura erat de terra et populo, cum ad ingressum ipsius Oddonis essent omnes exterriti, ita quod in Sancto Germano pauci admodum remanserint, qui ad loca tutiora sua suppellectilia non tulissent, suos pro pace legatos misit, et ipse etiam exivit in occursum eius, contra fratrum omnium voluntatem. A quo satis benigne receptus, terram monasterii servavit indempnem.

Ann. Casin. 1209. Tunc idem Otto se Capuam confert, ubi receptis a Dyopuldo ceteris munitionibus quas habebat in regno, ducem Spoleti efficit illum. Hic cum gente ipsius Ottonis ivit ad debellandum civitatem Aquini, in qua Landulfus Thomas Pandulfus et Robbertus domini Aquini, qui regis fidem servabant, se receperant cum gente sua; et cum non prevaleret in eam, viribus resistentibus predictorum, confusus et non sine dampno recessit.

Civitas Neapolis in odium Averse ipsi Ottoni se reddidit; qui ad instinctum Neapolitanorum Aversam obsidet, que, facta cum eo compositione, remansit indempnis.

Dictus Otto Apulie fines ingreditur, ceteris sibi colla flectentibus, tum voluntarie tum causa metus.

Innocentius papa illum excommunicat, et ecclesiam Capuanam sub interdicto ponit, pro eo quod celebrare ausi sunt ipso presente. Excommunicat etiam omnes fautores illius Nov. 18. in octavis beati Martini.

1211.

Ann. Casin. Ian. 28. Petrus Casinensis abbas mense Ianuarii, quinto videlicet Kal. Februarii in monasterio obiit.

Mart. 31. Innocentius papa in die sancto Iovis excommunicationem latam in Ottonem et eius sequaces confirmat.

Hoc anno Adenulfus cognomine Casertanus in abbatem Casinensem eligitur.

Dictus Otto cum totam fere sibi Apuliam subiugasset, audito quod quidam Alamannie principes sibi rebellaverant mandato apostolico, regnum festinus egreditur mense Novem-1212. bris, et mense Martii in Alamanniam remeavit.

Eodem mense Martii Fredericus rex Sicilie ab Innocentio papa vocatus, navigio vectus a Gaietanis, relictis Panormi uxore et filio, Gaietam venit. Ad quem dictus Riccardus de Aquila Fundanus comes, et prephati domini de Aquino vadunt. Tunc rex ipse ad petitionem

a) in nativitate S. Iohannis Baptistae *add. manus saec. XVII vel XVIII.; v. supra A. Casin.*

19) i. q. attractus.

hominum rocce Bantre, qui accesserunt ad eum, castellanum mittit Iohannem Russum civem Gagetanum militem suum; et a Gaieta discedens, per mare ad Urbem vadit, ubi a papa Innocentio et a ceteris cardinalibus senatu populoque Romano ingenti cum honore receptus est. Ad quem missus ex parte conventus Stephanus cognomento de Marsia tunc camerarius Casinensis, mandato pape Innocentii litteras et mandatum impetravit a rege ad castellanum rocche predicte, ut eam restitueret monasterio Casinensi. Et post dies paucos ab Urbe discedens cum licentia pape et cardinalium, se navigio recipit Ianuam feliciter applicans; inde per Cremonam et Veronam invitis Mediolanensibus, qui eius impedire transitum crediderunt, transalpinavit cum paucis.

Hunc dicti Ottonis emuli benigne recipientes, gressus et iter eius contra eum in viam rectam, et non in invium, direxerunt. Qualiter igitur rex ipse in imperii acquisitione profecerit, qualiterve optinuerit contra eundem Ottonem, locis relinquo propriis[20] aptius re- 20
ferendum.

1212.

Mense Iunii Innocentius papa Urbem exiens venit Signiam, ubi per estatem moram faciens mense Septembri remeavit ad Urbem.

Petrus Celani comes languore correptus obiit.

Hoc anno christiani principes, videlicet rex Castelle, rex Navarre et rex Arragonum, cum Miramammolino Sarracenorum principe prelium ineuntes, Dei favente virtute contra eum optinuerunt. Quod ad omnium orientalium gaudium et exultationem; idem rex Castelle de tanta christianis principibus celitus concessa victoria dicto Innocentio pape litteras mittit. Mittit etiam de acceptis Sarracenorum spoliis eidem honorabilia exenia, tentorium videlicet totum sericum et vexillum auro contextum. Quod in principis apostolorum basilica in laudem nominis Christi appensum est.

Mense Madii Adenulfus, Casinensis electus, roccam Bantre occasione mandati regii, cui parere noluit castellanus, artat et obsidet; set cum roccam ipsam optinere non posset, data quadam nepte sua in coniugem filio ipsius castellani cum certa pecunie quantitate, recuperavit roccam ipsam monasterio Casinensi.

Innocentius papa per generales quas ad orbis prelatos dirigit litteras sanctam synodum ad Urbem vocat. Mense Iunii autem Signiam; ubi propter urgentem necessitatem dictum Adenulfum Casertanum, Casinensem electum, in Casinensem abbatem promovit. Fredericus rex auxilio principum totam Alamannie planitiem optinuit, solis ipsi Ottoni munitionibus remanentibus.

Hoc anno fames in Apulia exorta est.

1213.

Innocentius papa Urbem exiens mense Iunii ivit Viterbium, ubi per generales, quas ubique terrarum dirigit, litteras omnes Christi fideles ad terre sancte subsidium exhortatur, per quas etiam excommunicationis innodat vinculo cursarios et pyratas, qui capiunt et spoliant transeuntes, sicque subsidium impediunt terre eiusdem, et qui scienter communicant cum eisdem in aliquo venditionis vel emptionis contractu. Innovat preterea excommunicationem latam adversus eos, qui Sarracenis arma, ferrum, lignamina deferunt galearum, quique cum pyratis Sarracenorum navibus curam gubernationis exercent, precipiens huiusmodi sententiam per omnes urbes maritimas publicari diebus dominicis et festivis.

1214.

Hoc anno dictus Otto cum rege Francie bellum committens, ab ipso rege devictus est Iul. 27.
et fugatus[a].

Innocentius papa has mittit litteras ad soldanum: *Innocentius etc. Nobili viro Sephedino*[b] *soldano Damasci et Babilonie, timorem divini nominis et amorem. Danihele propheta testante didicimus, quod est Deus in celo, qui revelat misteria, mutat tempora et transfert regna, ut universi cognoscant, quod Dominus excelsus in regno hominum, et cui voluerit dabit illud. Hoc autem evidenter ostendit, quando Ierusalem et fines eius tradi permisit in manus*

a) *haec sententia errore ante anni numerum scripta est.* b) *ita hic quoque legendum, voce iam atramento illita.*

20) i. e. scriptoribus rerum in Germania gestarum. Haec igitur anno 1214 vel 1215 scripta sunt.

fratris tui, non tam propter eius virtutem quam propter offensam populi christiani, Deum ipsum ad iracundiam provocantis; qui secundum prophetas, cum irascitur, non obliviscitur misereri. Unde illum imitari volentes qui de se ipso ait: „Discite a me, quia mitis sum et humilis corde", magnitudinem tuam humiliter obsecramus, quatenus ne propter violentam detentionem prefate terre plus adhuc effundatur humani sanguinis quam hactenus est effusus, restituas eam nobis, usus consilio saniori, de qua forte detentione plus tibi difficultatis quam utilitatis accrescit, et dimissis utrimque captivis quiescamus a mutuis impugnationum offensis, ita quod aput te non sit deterior condicio gentis nostre, quam aput nos est condicio gentis tue. Latores presentium ad tuam presentiam destinatos rogamus benigne recipias, dignum eis responsum tribuens cum effectu. Datum Laterani 6. Kalendas Maii, pontificatus nostri anno 16.

Item scire volens ipse papa terras mores et vires Agarenorum, contra quos de ipsius mandato christianorum exercitus parabatur, scripsit patriarche Iherosolimitano, magistris domorum Hospitalis et Templi, ut super hiis eum per suas redderent litteras certiorem. Qui per quasdam naves Venetum inde huc transmeantium, tam detentores quam terras et mores eorum exposuerunt ei certissime in hunc modum:

„Saladinus et Sephedinus duo fratres fuerunt. Mortuo Saladino, qui habuit undecim filios, regnavit Sephedinus, qui occidit omnes nepotes suos, preter unum qui vocatur Melchisedech, qui tenet terram istam cum omnibus civitatibus, castris et villis et aliis munitionibus, que sunt plus de ducentis. Sephedinus vero habuit filios 15, de quibus hereditavit septem. Silicet Melkekemme, qui primus est et maior natu omnibus, hic tenet Alexandriam, Babiloniam Cayrum, et totam terram Egipti in meridie et septentrione; qui post mortem patris sui Sephedini de generali constitutione patris et fratrum debet esse dominus omnium et totius terre. Secundus filius est nomine Coradinus, qui habet Damascum, sanctam Iherusalem et totam terram que fuit christianorum, preter modicam quam adhuc tenent christiani, que[a] *sunt inter civitates munitiones et castra plus de trecentis. Tertius filius est nomine Melkafays, id est grandis, qui tenet terram que dicitur de Iamella cum tota alia provincia, que sunt inter munitiones villas et castra plus de quadringentis. Quartus filius est nomine Melkemodán, id est magnus dominus, qui tenet regnum Doasie cum omni potentatu suo, que sunt plus de quadringentis inter civitates munitiones et castra. Quintus filius est nomine Melkisalaphat, qui regnat et tenet terram de Sarco, ubi fuit occisus Abel a Cayn fratre suo, in quo regno sunt octingente inter civitates munitiones et castra plana. Sextus filius est Machometus, qui tenet regnum de Baldach, ubi est papa Sarracenorum Caliphius, qui colitur timetur et adoratur tamquam Romanus pontifex in lege eorum, qui non potest videri nisi bis in mense, quando cum suis vadit ad Magometh deum Sarracenorum, et inclinato capite et oratione facta suo more Sarracenico, antequam templum exeant, splendide comedunt et bibunt, et sic coronatus revertitur in domum suam cum gente sua. Iste deus Magometh visitatur cotidie et adoratur, sicut visitatur et adoratur Dominus crucifixus a populo christiano. In ista civitate Baldach est papa Caliphius; civitas ista caput est totius legis Agarenorum. Septimus filius est nomine Salaphat. Hic non habet specialem terram, set semper est cum patre suo Sephedino. Iste portat vexillum coram patre suo, quando equitat. Cui unusquisque fratrum singulis annis pro certo censu dignitatis sue transmittit mille sarracenatos et duos dextrarios bene paratos. Sephedinus quando equitat terram et visitat filios suos prephatos, incedit velato capite de uno examito rubeo. Cui omnes filii inclinant quater ad terram, et exeunt ei obviam per sex miliaria, ac osculato pede, cum ipse sit super equum, recipit eos ad osculum et ad manum. Qui cum unoquoque moratur per triduum, semel in anno, et sic a primo usque ad septimum filios visitat memoratos, et quilibet omni anno pro certo tributo mittit in fisco patris 20 milia sarracenatos; et sic a primo usque ad septimum dat unicuique filiorum unum de anulis suis, in quo ymago sua sculpitur.*

Volunt isti libenter reddere in manus domini pape terram sanctam, quam tenent ad opus christianorum, et ut certi sint et securi de alia terra a populo christiano, singulis annis volunt esse sub certo tributo patriarche Iherosolimitano, et dabunt inde cautelam Romane ecclesie de non impedienda amplius terra sancta, qua dominus noster Iesus Christus suis pedibus ambulavit.

Predictus vero Sephedinus de more predecessorum suorum faciem suam non ostendit omnibus nisi decies in anno, quando nuncios recipit Pisanorum, Ianuensium, Venetum, civitatum, regum vel principum christianorum, astantibus centum armatis. Primo die recipit ipsos in prima sala de Cayro, ubi semper est status eius. Tunc recipit litteras a nunciis, sed

a) *ita codex, scilicet* civitates *etc. Non autem* qui, *ut anteriores editores dederunt, scilicet* christiani.

non audit eos; in secunda die audit eos in secunda sala, astantibus ducentis Turkis suis bene armatis. In tertio quidem die per turcimannum suum, videlicet per interpretem, dat eisdem responsum secundum quod est modus in causa. Qui post tertium diem non habent amplius ad illum accessum. Habet Sephedinus uxores 15 in lege sua, que sunt in uno palatio, insimul dormiunt comedunt et bibunt. Si aliqua earum habet ex eo filium, Sephedinus vadit ad eam quando vult, et dormit cum ea videntibus aliis; illam vero que non habet ex eo filium, ad se quando vult per eunuchos suos vocari facit in vesperis, et detinet eam per noctem et diem, et sic facit de singulis. Quando aliqua istarum moritur, inducit aliam inter alias.

In secretiori camera, ubi ludit et dormit, nullus habet accessum, nisi unus tantum senex. In cuius camere ostio semper existunt armati quinquaginta. Quinquagenarius est Sephedinus, potens multum in armis et gente, eloquens valde in lingua sua, qui precellit hodie omnes qui vivunt paganos excepto Maximuto in auro. Iam enim munivit totam terram suam et filiorum, et exercitus congregat infinitos; set in omnibus ipse cum filiis in predictum modum cum Romana ecclesia vult componere pacem.

Octo alii filii Sephedini de patris constitutione sic vivunt. Duo ex ipsis custodiunt sepulchrum Domini; ad quos quicquid datur pervenit, et dividunt inter se. Quatuor alii habent redditus de Calyce fluvio, qui irrigat totam terram Egypti; et istis quatuor melius valent isti redditus de viginti millibus sarracenatis. Duo alii fratres minores sunt cotidie in conspectu Dei sui Magomet pro castitate quam habent, et totum, quod datur ad pedes eius, est de ipsis minoribus fratribus. Hec, sanctissime pater, ita esse in veritate sciatis.

Hoc[a] anno Roggerius de Aquila Fundanus comes cepit castrum Motule, et illud bonis omnibus spoliavit.

1215.

Innocentius papa Urbem exiens venit Ferentinum in Campaniam, ad quem Roggerius de Aquila Fundanus comes accedens, regi Frederico fidelitatis prestitit iuramentum.

Idem papa mense Augusti inquisitionem de persona abbatis Casinensis Adenulfi prefati fieri mandat per Nycolaum cappellanum suum, qui in Tusculanum est assumptus, et per magistrum Rainerium tunc notarium, qui in cardinalem postea est promotus. Qui de statu monasterii et de persona dicti abbatis per monachos sub iuramento veritatem certius inquirentes, et que didicerunt redigentes in scriptis, ipsi summo pontifici retulerunt. Illis autem abeuntibus, idem abbas pravo usus consilio monasterium munire curavit militibus et servientibus, suis consanguineis et propinquis. Similiter et roccam Ianule, Atinum, roccam Bantrae et castrum Fractarum; qui tandem a papa vocatus apud Anagniam, vadit ad ipsum. Qui prestito sacramento, quod monasterium decastellaret et roccas predictas, easque in manus eorum traderet quibus ipse mandabat, correptus ab eo dimissus est. Et rediens ad monasterium, illud tantum decastellavit, reliquis sibi castellis retentis; et propterea vocatus a papa iterum, inconsulte vadit ad ipsum, a quo redargutus de fide mentita cum in eum publice vellet ferre depositionis sententiam, persuadentibus sibi nonnullis, renuntiavit et cessit invitus. Quem ipse papa apud Larianum mandat custodiri, donec roccas predictas resignari faciat ad mandatum suum. Hoc itaque cum innotesceret in terra monasterii, Miraddo nepos dicti abbatis consulens vite sue, cum esset in Sancto Germano et multas nonnullis intulisset offensas, nocte fugiens relictis uxore et filiis, in rocca Bantre, in qua quidam erat monachus consobrinus suus, se recepit; cum quo postmodum facti ecclesie rebelles, terram ipsius hostiliter infestabant. Interea iussu apostolico de substitutione abbatis tractatur in monasterio; set quia non poterant conventus in unius electione inveniri concordes, hoc ipsi pape per octo de fratribus, quos ad ipsum mittunt, denuntiant. Inter quos cum unus esset eorum notus pontifici Stephanus cognomento de Marsia, cuius superius feci memoriam, illum, postquam per eos sibi constitit de electione divisa, de gratia prout placuit in abbatem concessit eisdem. Hic ad monasterium rediens, a fratribus et populo cum honore receptus est.

Eo[b] anno rex Fredericus in rependium collati sibi celitus beneficii et triumphi de Ot- Iun. 25.
tone dicto imperatore, apud Aquisgranum sponte se crucis caractere insignivit.

Dictus papa Rome apud Lateranum in ecclesia Salvatoris que Constantiniana dicitur

a) Hoc — spoliavit *postea addidit manus fortasse eadem, loco qui potius ad annum 1215 pertinet.* b) Eo — insignivit *atramento illita.*

sanctam synodum celebravit, in qua cum fuerint patres circiter quadringenti, de reformatione ecclesie in suo sermone proposuit, et liberatione potissimum terre sancte; interfuerunt autem regum et principum totius orbis nuntii, legatus quoque regis Frederici Panormitanus archiepiscopus Berardus nomine, et Mediolanensis quidam pro parte Ottonis ad mandatum ecclesie redire volentis. Quibus marchio Montisferrati, qui erat pro parte regis ipsius, adversarium se opponens, quod pro Ottone ipso non deberent audiri, sex in medium capitula protulit. Primum quia iuramentum quod Romane ecclesie fecerat non servavit, ut debuit. Secundum quia propter que fuit excommunicatus adhuc detinet, nec reddidit, ut iuravit. Tertium quia episcopum quendam excommunicatum tamquam ipsius fautorem nititur confovere. Quartum quia legatum episcopum alium capere et in maioris iniquitatis cumulum incarcerare presumpsit. Quintum quia in contemptum Romane ecclesie regem Fredericum regem appellavit presbyterorum. Sextum quia quoddam monialium monasterium destruxit, et erexit in arcem. Adiecit etiam, quod cum ipsi Mediolanenses simili essent excommunicatione notati, tamquam ipsius Ottonis complices et fautores, et quia eorum civitas Paterenos fovebat, nulla prorsus debebant ratione audiri. Quod cum moleste satis ferrent Mediolanenses ipsi, et vellent marchioni ipsi in contrarium respondere, quia pars utraque in contumelias prorumpebat, de solio suo dominus papa manu innuit, et egredientibus ceteris ipse ecclesiam est egressus. Sedit autem usque tertio ipse dominus papa a festo beati Martini usque ad festum sancti Andree, et tunc electionem factam per principes de rege Frederico in imperatorem Romanum approbans confirmavit, et sancta synodus 70 capitula promulgavit: dampnavit librum Ioachim Florensis abbatis, quem contra magistrum Petrum Lombardum ediderat de unitate vel essentia Trinitatis.

1216.

Stephanus Casinensis abbas, facta compositione cum Miraddo, recipit roccam Bantre. Adenolfus quondam abbas a papa dimittitur, cui ab ipso pro vita conceditur ecclesia sancti Benedicti in Capua, et de gratia ecclesia sancti Angeli in Formis additur illi. Hoc anno dictus Stephanus Casinensis abbas Rome aput Lateranum in sacerdotem per manus Ostiensis episcopi promovetur. Dyopuldus de ducatu Spoleti in regnum occulte rediens, super asinum sedens proditus, et cognitus apud Tyberam captus est, et senatori Urbis in custodiam traditus, et tandem interventu pecunie liberatus. Henricus regis Frederici filius vocatus a patre, et Gaietam a Panormo navigio veniens, in Alamanniam vadit. Mense Iunii Innocentius papa Urbem exiens Perusium vadit, ubi mense Iulii 17. Kal. Augusti languore correptus feliciter expiravit. Cuius obitum quidam metrice sic deflevit:

Nox accede, quia cessit sol, lugeat Orbis,
In medio lucis lumen obisse suum.
Lumen obit mundi, quia decessit pater Inno-
centius; iste pater Urbis et Orbis erat
Nomen utrumque tenens versum, notat hoc quod habebat,
Quid mundo posset, reddere quidve Deo.
Si speciem, si mentis opes, si munera lingue
Attendes, cedet lingua cadetque stilus.

Hic honore debito ad Perusium tumulatus est, et Cencius sanctorum Iohannis et Pauli presbyter cardinalis, in papam Honorium substitutus est illi. Qui de tanti patris obitu et sua promotione ubique terrarum litteras dirigit generales. Hic mense Septembris de Perusio ad Urbem redit, ubi cum multo honore a Romanis omnibus receptus est. Hoc anno fertilitas magna fuit. Filius regis Francie cum exercitu suo intravit Angliam, et ex ea non modicam partem optinuit; propter quod per totam Angliam excommunicatus est, papa mandante. Rex Anglie obiit, et filius eius coronatur in regem.

1217.

Petrus Altisiodorensis comes in Constantinopolitanum imperatorem electus, Romam veniens cum consorte sua ab Honorio papa apud Sanctum Laurentium extra muros Urbis in imperatorem et imperatricem coronantur. Qui regnum intrantes, et se Brundusium conferentes cum honesto militari exercitu, ibi dominum Iohannem de Columpna cardinalem in Constantinopolim legatum venturum expectant, cum quo infausto satis omine navigio

transfretantes, ad portum Durachii pervenerunt. Qui pravo ducti consilio, imperatrice eos per mare preeunte ad civitatem Bizanteam, obsidere et expugnare previderunt Durachium; et cum viris non proficerent aut viribus suis, ab obsidione civitatis ipsius digressi sunt. Qui errantes per devia et condensa sylvarum, a Grecis intercepti sunt, de quibus nonnulli in ore gladii perierunt, nonnulli vero capti sunt, et carcerali squalore una cum ipso imperatore consumpti. Ipse etiam cardinalis captus est et detentus.

Hoc anno navalis Frisonum exercitus Gaietam veniens, Iherosolimam vadit in subsidium terre sancte. Ianuensium quoque, Venetum, Pisanorum et aliorum de diversis mundi partibus signatorum[21] apud Accon multitudo convenit. Qui cum rege, patriarcha 21 Iherosolimitano, magistris domuum Hospitalis et Templi consilium ineuntes, cum Iherusalem propter aquarum defectum commode adire non possent, versus Damiatam Sarracenorum civitatem nobilem et munitam suarum navium carbasa direxerunt. Quo prospere applicantes, eo favente qui mari et ventis imperat, cum fluvius ingens et turris in eo precelsa constructa transitum ad civitatem penitus prohiberent, coacti sunt sua figere tentoria circa litus. Quod illi de Damiata videntes, suos mox nuncios dirigunt ad soldanum, per quos se a christianis obsessos significant, et petunt ut suum ad eos veniat in succursum. Qui statim collectis undique viribus, Damiatam se contulit sine mora, quam viris munivit et viribus, nec non et turrim predictam; et ne christiani possent in partem alteram navigio transmeare, secus ampnis ripam acies balistariorum et arcariorum innumeras ordinavit. Tunc christiani de regis et aliorum consilio et consensu qui preerant exercitui, ut liberior eis pateret ad civitatem accessus, expugnare turrem primitus previderunt, et pretio a Frisonibus, una conducta cochone[22], quam propter ignem, quem illi qui erant in turri sepius iaciebant, coriis morticinis[23] et aliis necessariis undique munierunt, viros audaces et bellicosos, qui per scalam ligneam satis artificiose compositam deberent conscendere turrem ipsam, ordinaverunt et posuerunt in ea. Quam cum per fluvium ducerent aliquo non obstante, hinc Sarracenis hinc christianis alta voce clamantibus, seque vicissim ferientibus iaculis et sagittis, volentes qui erant in cochone scalam in turris ponere summitate, et per illam conscendere prout fuerat ordinatum, dum niterentur in ascendendo viri cordati alter alterum prevenire, mox in partes scala confracta, loricati milites, proh dolor! ceciderunt, quorum haud dubium est in celum anime avolarunt. Et nostri tunc imperfecto negotio tristes sunt, letantibus e contrario Sarracenis, ad castra reversi; nec tamen destiterunt a ceptis, quin immo ad capiendam turrem ipsam vehementius animantur. Ad quam cum per aquas accederent, navibus et scalarum ingeniis geminatis, et per terram darent ut poterant frequentes insultus, divina dextera faciente, mense Augusti in festo beati Bartholomei apostoli, turrem ipsam optinuerunt, et qui in ea inventi sunt gladiis occubuere nostrorum, quibusdam nobilioribus reservatis ad vitam, quos rex Iherosolimitanus vinctos Accon dirigit in victorie signum.

1218.

Hoc anno mense Martii domnus Iohannes de Columpna dudum aput Durachium captus, ad preces pape liberatur a vinculis, et legatus Constantinopolym vadit.

Otto dictus imperator apud Brunsvych naturali morte defungitur.

Pelagius Albanensis episcopus a Brundusio cum Iacobo comite Andrie Romani exercitus principe in Syriam transfretat. Et tunc nonnulli cruce signati de terra Sancti Benedicti et aliarum partium a Gaieta navigio Iherosolimam petunt; et prospere pervenientes Accon, audito de captione turris, vadunt sine more periculo Damiatam.

Dyopuldus prefatus de mandato regis Frederici in Romanum imperatorem electi a comite Iacobo de Sancto Severino genero suo capitur.

Constantia uxor dicti regis in Romanum imperatorem electi, vocata a viro suo in Alamanniam, vadit ad ipsum.

1219.

Hoc anno Honorius papa mense Iunii Urbem exiens, ivit Reate, ibique moram faciens usque ad mensem Octobris, inde ivit Viterbium, et tandem Romam reversus est. Set cum propter Romanorum molestias esse Rome non posset, coactus est Viterbium remeare.

21) scilicet cruce. 22) navis magna. 23) pellibus animalium mortuorum.

Christi exercitus fluvium transmeat Damiate, et posita civitati obsidione, cum soldanus fugiens metus causa relictis tentoriis in partem alteram secesserit, post strages plurimas, Nov. 5. post sumptus multiplices, post labores et damna innumera mense Novembris in vigilia beati confessoris Leonardi, optinuit tandem faciente Domino Damiatam, hoc ipso Albanensi episcopo procurante. Civitas autem ipsa auro, lapidibus pretiosis, pannis sericis rebusque opimis plena inventa est, de quibus ditatus Christi exercitus est et Egiptii spoliati. De Sarracenis vero tanta facta est strages, quod christianis ipsis displicuit. Tunc soldanus ipse furore accensus, muros terre sancte Iherusalem sterni ad solum fecit et a Sarracenis incolis deseri, paucis in ea christicolis remanentibus. Interim christiani civitatem Damiate tenent et possident, et ab omni spurcitia paganorum mundantes eandem, construunt in ea ecclesias ad laudem et gloriam nominis Iesu Christi. Soldanus vero animo viribusque resumptis, christianos non cessat usque ad aggeres cotidie impugnare, nostris tamen se viriliter tuentibus et tenentibus contra illos.

1220.

Honorius papa mense Iunii a Viterbio ad Urbem veterem vadit, et circa finem Septembris Viterbium rediens, exinde Romam reversus est.

Fredericus rex vocatus a papa, venit cum consorte sua Constantia ad coronam, relicto in Alamannia Henrico filio suo, et ambo in principis apostolorum basilica mense Novembris in festo beate Cecilie magnifice satis cum omni Romanorum gratia et honore sunt imperii diademate insigniti; quorum coronationi dictus Stephanus Casinensis abbas, nec non comes Roggerius de Aquila, comes Iacobus de Sancto Severino, comes Riccardus de Celano, et nonnulli de regno barones interfuerunt, occurrentes ipsi imperatori ut ipsius sibi gratiam compararent, eidemque dederunt liberaliter dextrarios quos habebant, quos redeuntibus in Alamanniam Teutonicis ipse largitus est imperator.

Tunc etiam Thomas Molisii comes ad ipsum imperatorem pro illius gratia optinenda misit filium suum. Set cum optinere eam non posset, contra ipsum imperatorem se in roccam recipit Magenulfi, comitissa uxore sua in rocca Boiani constituta et relicta cum suis.

Tunc ipse imperator per manus Ostiensis episcopi, qui postmodum in papam Gregorium est promotus, resumpsit crucem, votum publice innovavit, multosque qui intererant nobiles idem facere animavit. Tunc etiam dictus abbas Stephanus ad petitionem imperatoris sibi roccam Bantre mandat restitui, et Atinum que usque tunc ex concessione imperatoris Henrici patris ipsius tenuerat ecclesia Casinensis.

Imperator ipse Rome in sua coronatione quasdam edidit sanctiones pro libertate ecclesiarum et clericorum, confusione Paterenorum, testamentis peregrinorum et securitate agricultorum; et tunc Romanos fines deserens et per Campaniam iter habens venit in regnum, et apud Sanctum Germanum magnifice a predicto abbate receptus, mensam campsorum et ius sanguinis que usque tunc habuerat ex concessione imperatoris Henrici, ecclesia Casinensis recipit ab eodem; Suessam Teanum et roccam Draconis in demanium revocat, quas dictus comes Roggerius de Aquila tunc tenebat; et se recto tramite Capuam conferens, et regens ibi curiam generalem pro bono statu regni suas ascisias promulgavit, que sub viginti capitulis continentur.

1221.

Tunc imperatrix Suessam vadit.

Sora, quam comes Ryccardus, frater olim Innocentii pape, tenebat, ipsi imperatori se reddidit.

Roggerius de Aquila comes, mandato imperatoris roccam Arcis arctat et obsidet, quam Stephanus cardinalis Sancti Adriani, qui eam tenebat, ipsi imperatori resignari mandavit.

Tunc Dyopuldus, quem comes Iacobus de Sancto Severino imperatori tradidit, olim de mandato ipsius captus, ad preces Teutonicorum dimissus est liber, datis tamen a Syfrido fratre suo et resignatis imperatori Alphia et Caiatia, quas tenebat.

Tunc etiam Thomas de Aquino, factus Acerrarum comes, magister iustitiarius factus est Apuliae et terre Laboris.

Boianum imperatori se reddidit; ubi cum barones comitatus qui imperatori manum dederant contra Thomam Celani et Molisii comitem convenissent, comes ipse super eos

irruens, in fugam vertit eosdem, Boianum combussit, et de illius victualibus roccam Boiani munivit, uxorem suam comitissam secum ducens ad roccam Maienulfi.

Dictus Acerrarum comes cum imperiali exercitu roccam Boiani adiens, illam arctat et obsidet, qui eam per compositionem obtinet pro ipso imperatore; deinde rocce Maienulfi, in qua dictus comes Thomas se receperat, obsidionem parat.

Illis diebus rocca Ianule super Sanctum Germanum de novo firmata diruitur, iuxta editam Capue constitutionem de novis edificiis diruendis.

Celanum imperatori se reddidit, quibusdam in turri Celani et in Obinulo se ad fidelitatem comitis Molisii recipientibus; propter quod Celanenses imperatoris gentem in suum succursum vocant, cum qua turrim ipsam aggredientes viriliter, eam capere nequiverunt.

Imperator ceteris de regno sibi colla flectentibus, per Apuliam et Calabriam iter habens, feliciter in Siciliam transfretat, et Messane regens curiam generalem, quasdam ibi statuit ascisias observandas contra lusores taxillorum et alearum nomen Domini blasphemantes, contra Iudeos, ut in differentia vestium et gestorum a christianis discernantur, contra meretrices ut cum honestis mulieribus ad balnea non accedant et ut earum habitatio non sit infra menia civitatum, contra ioculatores obloquentes ut qui in personis aut rebus illos offenderit, pacem non teneatur imperialem infringere.

Hoc anno vicesima a personis ecclesiasticis, a laycis vero decima pro subsidio terre sancte per totum regnum colligitur, et per Gualterium de Palearia regni cancellarium, et per Henricum de Malta comitem, marini stolii ammiratum, ipsam Damiatam transmittit, licet tunc temporis ammissa fuerit culpis exigentibus Damiata. Propter quod ipse cancellarius iram imperatoris metuens, se Venetias contulit, et dictus comes redit in regnum, qui ab imperatore captus est, et terram quam tenebat, ammisit, rex vero, patriarcha Iherosolimitanus, Albanensis episcopus, et ceteri qui in bello fuerant christiani, sub securo soldani conductu ad Acconitanam redeunt civitatem. Hanc igitur tantam et tam gravem christianorum iniuriam et Damiate ammissionem, duxi ego notarius Ryccardus huius operis actor rithmice deplorandam:

Diro satis percussus vulnere,
Diro cogor singultu luere
Veh, lamentum et carmen dicere
Nostre gentis de casu misere,
Que signata crucis signaculo
Crucis hosti cedit allophilo;
Non fit pugna ense vel baculo,
Set premente famis periculo;
Quantus dolor, quanta calamitas,
O quis pudor, qualis anxietas!
Quod succubuit christianitas,
Inpiorum gaudet inpietas.
Iesu bone, si fas est dicere,
Cur sic placuit nos deicere;
Mori malo quam ultra vivere,
Vinci videns debentes vincere!
Quis in tanto dolore positus,
Sui diem non optet obitus?
Christi victus iacet exercitus;
Unde pudor, dolor et gemitus!
Quis non meret hoc infortunium?
Luctus ora conclusit omnium;
Roma, caput et mater urbium,
Omne tibi defecit gaudium.
Per te venit hec tribulatio,
Mundi plorat quam omnis natio;
Christiane cedis occasio
Tu fuisti; sis relevatio!

In te forma facta concilii
Causam dedit huius exilii.
Agar nobis insultant filii,
Tui spernunt vires auxilii.
Damiata, que tot laboribus
Tot effusis empta cruoribus,
Christianis olim principibus,
Paruisti, nunc pares hostibus!
De te fame sonus exierat:
Damiata non est que fuerat;
In te Christi fides floruerat,
Quam ancille nunc stirps dedecorat.
Hysmahelite te detitulant,
Aras evertunt, templa violant;
Quod tibi tot penas accumulant,
Peccata nostra sunt que pullulant.
Ubi nunc decus est ecclesie,
Christiane flos et militie?
Legatus, rex, et dux Bawarie
Victi cedunt viris perfidie.
O quam pravo ducti consilio
Exierunt duces in prelio!
Damiata, tu das exilio,
Quos fovisti fere biennio.
Maledicta fatorum series,
Qua fit tanti mali congeries.
Cunctos tangit ista miseries,
Cunctis datur flendi materies

Mundus totus et mundi principes
Sunt doloris huius participes;
Tuam ergo causam ut vindices,
Te nos, Christe, precamur supplices.

Igitur, quod dicere nequeo non dolendo, per compositionem reddita Damiata soldano, liberati sunt utrimque captivi, et christiani principes, qui contra soldanum inconsulte processerant, liberati.

Mense Septembris in festo nativitatis beate Virginis tareni novi cuduntur Amalfitani[a].

1222.

Honorius papa mense Februarii Urbem exiens venit Anagniam, ad quem imperator vocatus vadit, et apud Verulas cum ipso papa conveniens, per dies 15 sollempne insimul colloquium habuere, statuentes apud Veronam cum aliis orbis principibus pro succursu terre sancte curiam regere generalem: et tunc data fide, quod in certo termino tamquam imperator in terre sancte subsidium transfretaret, in regnum rediens, roccam adiit Magenulfi, quam iussit arctius obsideri a Thoma Acerrarum comite et hiis qui cum eo erant; et ipse festinus in Siciliam reversus est propter Myrabettum Sarracenorum ducem, qui eam pro viribus infestabat.

Honorius papa Romam revertitur, quam postmodum exiens venit Alatrum.

Romani super Viterbium vadunt.

Imperatrix in Sicilia obiit.

Comes Thomas de Celano, licet satis arctatus, nocturno tempore roccam exiens Magenulfi, sub fido ducatu iter faciens per montana ad castrum se contulit[b], quod Raynerius[c] de Aversa sororius eius tenebat; a quo acceptis equis et sociis paucis, clanculo intrat Obinulum, et deinde cum suis super Celanum veniens, spe ductus eorum de Celano, qui assistebant eidem et noverant illius adventum, imperiales, qui erant intus Celanum et turrim pro viribus impugnabant, diluculo aggressus est, eosque in fugam vertit, multos cepit et carceribus deputavit; et tunc totam Marsiam equitat, predatur[d], Paternum comburit, et que potest in Celano victui necessaria congregat. Quo cognito dictus Acerrarum comes paucis in obsidione rocce Maienulfi relictis, una cum Stephano Casinensi abbate et Raynaldo Capuano archiepiscopo contra ipsum comitem super Celanum vadit; dictus tamen archiepiscopus subita infirmitate correptus in via mortuus est. Dictus comes Molisii ab Acerrarum comite arctatus est, et Celanum extra obsessum.

Imperator in Sicilia de Mirabetto triumphat, et de ipso et suis fecit quod eorum meruerat exigentia commissorum.

Servientes de Neapoly et Gaieta loricati et cum scutis super Celanum vadunt.

Dictus Acerrarum comes in obsidionem rocce Magenulfi revertitur. Tunc comitissa cum se diutius tenere non posset, accepta a prefato Acerrarum comite pro se et suis securitate personarum et rerum, roccam Magenulfi ipsi comiti ad opus imperatoris restituit; que funditus postea est eversa.

Hoc anno mense Augusti Fundana civitas pro maiori parte[e] casu accidente igne cremata est.

Mense Septembris stella cometes apparuit.

Imperator sua statuta per regnum dirigit, qualiter in singulis civitatibus castellis et villis singula mercimonia vendi debeant ad denarios novos Brundisii, cassatis tarenis novis Amalphie[f] iuxta arbitrium sex bonorum hominum uniuscuiusque terre ad hoc iuratorum; et super hoc generales litteras mittit.

1223.

Iohannes rex Iherosolimorum qui postmodum de filia sua cum imperatore contraxit, veniens de partibus transmarinis cum magistro domus Hospitalis Iherosolimitani, Romam vadunt ad Honorium papam, qui tunc graviter patiebatur in crure.

Imperator de Sicilia in Apuliam venit, inde in terram Laboris, et exinde ad Sanctum Germanum, ubi fieri cum cardinalibus colloquium sperabatur, cum ipse papa propter suam infirmitatem colloquio interesse non posset. Tunc tractus a cardinalibus est in Campaniam imperator, ubi etiam hortatu regis Iherosolimitani et magistri domus Hospitalis se contulit

a) Amalf *c.* b) Caspium *addunt* 2. 3. c) *ita* 2. 3; Raẏ *c.*; Rayn 1. d) Civitam *addunt* 1. 2. e) p. m. p. *a scriba postea addita.* f) amal. *c.*

ipse papa, et apud Ferentinum habens cum imperatore colloquium, promisit publice usque ad biennium in terre sancte subsidium transfretare, et filiam dicti regis ducere in uxorem iuravit. Qui accepta a papa licentia in regnum rediens et iter per Soram habens, Celanum vadit, ubi ad se comitissam Molisii, que adhuc in rocca Magenulfi remanserat, venire faciens, nec non et filium eius, alloqui per eam fecit ipsum comitem, ut imperatori se redderet. Set cum hoc optinere non posset, muniri optime iubet et custodiri collem Sancti Flaviani, et ipse se in Apuliam confert exinde in Siciliam rediturus, relictis tunc in manus Henrici de Morra[a] magistri iustitiarii comitissa predicta et filio eius. Post discessum vero imperatoris ipso agente adhuc circa fines Apulie, inter cesarem et comitem Molisii compositum est mediante Romana ecclesia in hunc modum: Quod ipse comes securus cum rebus et personis, que ipsum sequi voluerint, regnum exibit, Celano Obinolo et aliis que tenebat, pro cesare resignatis, et comitisse uxori eius comitatus est Molisii reservatus ex pacto. Tunc hiis ita gestis, dictus comes cum suis ad Urbem se contulit, comitissa comitatum Molisii recipit, Celanensibus precipitur, ut exeuntes de domiciliis cum suppellectilibus suis, facere in clausuris habitacula deberent. Quibus exeuntibus, Celanum totum est dirutum et combustum, sola ecclesia sancti Iohannis superstite remanente; sicque mutato nomine, que Celanum antea vocabatur, est Cesarea postmodum appellata. Unde metrice quidam dixit:

Vires et nomen Celanum perdit et omen,
Fertur Cesarea, cesaque facta rea.

Serra super Celanum firmatur, et ex tunc Celanenses a finibus propriis discesserunt; nec eis habitare concessum est in eisdem, quare ad loca alia eos oportuit demigrare.

Hoc anno rex Francie obiit, et filius eius coronatur in regem.

Mense Martii in festo sancti Benedicti celum totum visum est igneum, et pluit eo die terra et cinis.

In Gaieta Neapoly Aversa et Fogia iussu cesaris castella firmantur. Sernie menia diruuntur, cuius civitatis fere medietas igne comburitur, castellum Carpenonis et alia quam plura de novo castra firmata in comitatu Molisii et per loca alia secundum statuta imperialia dudum Capue edita evertuntur. Pro implendis statutis ipsis quidam Roggerius de Pesclolanzano[b] executor ab imperatore dirigitur.

Imperator in Sicilia Sarracenos arctat et obsidet, quorum partem non modicam sibi subiectam ad partes mittit Apulie moraturam aput Lucerium[c], reliquis se in montanis tenentibus contra eum. Propter quod Roggerium de Aquila, Thomam de Caserta, Iacobum de Sancto Severino, et filium comitis Tricaricensis, regni comites, vocat ad servitium suum in Sicilia. Qui in comitatu et manu brevi euntes ad ipsum, capi eos et teneri precepit, et eorum terras per Henricum de Morra[a] magistrum iustitiarium recipi ad opus suum.

Inquisitiones fiunt in regno iussu imperatoris sub prestito iuramento, ut dicat[d] quid pro decimis, et cui, quid pro conredis[24] imperialibus, et cui, quid pro facto Boiani rocce Magenulfi, que hoc anno eversa est, et pro Cesarea dedisset.

Hoc anno Danorum et Norweie reges, pater et filius, a quodam[e] principe Alamannie capti sunt, et Henrico regi filio imperatoris traditi.

Imperator comitatum Molisii in demanium revocat, pro eo quod comes Molisii vocatus ab Henrico de Morra magistro iustitiario, venire coram eo noluit ad iustitiam faciendam. Item pro stipendiis militum et servientium, quos ad debellandos sibi rebelles Sarracenos Sicilie statuerat, certam pecunie summam per totum regnum mandat colligi imperator; et tunc per quendam iudicem Urbanum de Teano collecte fuerunt de terra Sancti Benedicti uncie auri 300.

1224.

Dicti Fundanus Casertanus Avellini et Tricarici comites in Sicilia ab imperatore detenti ad interventum Honorii pape dimissi sunt liberi, et regnum exeunt, suis tamen filiis et nepotibus pro se obsidibus datis.

a) Morr̄ *c. saepius.* b) Pesclolanzañ *c.* c) a. L. *secunda manu.* d) quilibet *addunt* 1. 2. 3; *deest in c.* e) *Murator.* quondam.

24) Conredum est procuratio, pastus.

Hoc anno Pandulfus Verracel.[25], Norwicensis episcopus, duo nova palatia que sunt in curia Sancti Germani suis sumptibus ad opus mandat construi monasterii Casinensis.

Henricus de Morra iussu imperiali Celanenses revocat ubique dispersos, ut ad propria redeant, et redeuntes capit et in Siciliam mittit, quos apud Maltam dirigit imperator.

Mense Madii inquisitiones fiunt imperatore mandante, de collectis et talleis, de rupturis domorum, de arma portantibus, de lusoribus taxillorum.

Mense Iunii summitates murorum Sancti Germani noviter reparate solo sternuntur.

Mense Iulii pro ordinando studio Neapolitano imperator ubique per regnum mittit lit-
2c teras generales[26].

Hoc anno imperator Minianum in demanium recipit.

Muri Sancti Germani optentu magistri Petri et magistri Roffridi de Sancto Germano, imperialis curie iudicum, integri remanent, imperatore mandante.

Imperator ipse pro libertatibus ecclesiarum et clericorum, iustitiario terre Laboris suas litteras mittit, in quibus mandat, ut ecclesias omnes, clericos, obedientias, possessiones, et homines eorum, contra libertates, quas habuerant temporibus regum in collectis et talleis, datis[a] et aliis publicis servitiis ammisceri cum aliis non permittant, et nihil cum laycis participent in eisdem, nisi probetur, quod tempore regis Guilielmi secundi cum eis in huiusmodi servitiis contulissent.

Mense Septembris pro facto Sarracenorum Sicilie tantumdem colligi mandat de terra Casinensis ecclesie imperator, quantum collectum fuit in prope preterito mense Ianuarii.

Marchio Montisferrati cum electis nonnullis militibus quos in Lombardiam et Tusciam retinuerat, venit Brundusium, profecturus in Romaniam in succursum civitatis Thessalonicensis, quam Commiano tenebat obsessam; et relicta gente sua Brundusii, ipse ad imperatorem in Siciliam vadit, consilium ab eo et auxilium petiturus. Interea tamen ipse Commiano optinet civitatem ipsam, diu eam obsidendo, et dictus marchio nihilominus a Brundusio in Romaniam transfretat.

1225.

Iohannes Iherosolimitanus rex de partibus rediens ultramontanis, cum uxore sua pregnante filia regis Hyspanie, quam duxit ibidem, apud Capuam morari elegit, ubi imperatore mandante honorifice receptus est, ibique mense Aprilis filiam peperit uxor eius, cum qua postmodum in Apuliam descendit, et aput Melphiam imperatorem de Sicilia venturum expectat.

Tunc imperator ipse barones omnes et milites infeudatos ad Sarracenorum confusionem in Siciliam vocat, et tunc ipse in Apuliam venit.

Honorius papa Urbe exiens propter seditiones et bella que in ea fiunt sub Parentio senatore, apud Tybur se contulit, ad quem pro dilatione passagii optinenda imperator[b] mittit regem predictum et patriarcham; qui tamen apud Reate accepere responsum.

Interea imperator omnes regni prelatos ad se in Apuliam vocat, et eos quamquam invitos tamdiu secum detinuit, donec per ipsos regem et patriarcham sibi pro certo innotuit, quod a papa benignum receperant responsum super hiis ad que fuerant missi; quibus ad cesarem redeuntibus, ad Sanctum Germanum 22. Iulii cum eis se contulit imperator, ibique ad eum missi a papa duo veniunt cardinales, Pelagius scilicet Albanensis episcopus et Gualo tituli Sancti Martini presbyter cardinalis. Et tunc in ipsa ecclesia Sancti Germani dictus imperator capitula hec servare iuravit, videlicet: quod hinc ad duos annos in Augusto complendos personaliter transfretabit in subsidium terre sancte, ibique tenebit mille milites per biennium ad servitium suum, et ducet secum centum chelandros, et tenebit ibi quinquaginta galeas bene armatas. Interim dabit passagium duobus millibus militum et familiis eorumdem in tribus passagiis, et pro milite tribus equis. Hec et alia capitula in eius presentia lecta, presentibus quibusdam Alamannie principibus, nonnullis etiam prelatis et regni nobilibus, promisit imperator se publice servaturum excommunicatione adiecta in se et terram suam, si hoc non fuerit observatum, et hoc ipsum Raynaldus[c] dictus

a) *ita c.;* datiis *et* daciis *add.* b) *secunda manu c.* c) Ray *c.*

25) natione Romanus Honorii III. legatus in Angliam et ab eo episcopus Norwicensis constitutus; v. Bartholomaei Cotton monachi Norwicensis historia de episcopis Norwicensibus ab a. 1142—1295.

26) Petri de Vinea Epp. III, 10—12.

dux Spoleti iuravit in anima sua. Actum predicto mense Iulii in festo sancti Iacobi. Et tunc Iul. 25. per cardinales ipsos iam dictus imperator a iuramento, quod apud Verulas fecerat, denuntiatus est absolutus. Et eo celeriter in Apuliam recedente, cardinales ipsi Reate se ad summum pontificem contulerunt.

Tunc imperator ipse principibus Alamannie, ducibus, comitibus et potestatibus Lombardie per suas mandat litteras, ut in futuro pascha resurrectionis Domini apud Cremonam ad eum convenire deberent.

Mense Augusti mutuum ab imperatore per totum regnum exigitur, et tunc loco mutui collecte sunt de terra monasterii Casinensis uncie 1300 per Petrum dominum Ebuli et Nycolaum de Cicala, tunc iustitiarios[a] terre Laboris.

Mense Septembris marchio Moutisferrati in Romania naturali morte defungitur.

Eodem mense quinque vacantibus in regno ecclesiis, quinque dominus papa Honorius prefecit motu proprie voluntatis, inscio et irrequisito imperatore, videlicet quendam Casinensem monachum Iohannem, cognomento de Sancto Liberatore, ecclesie sancti Vincentii de Vulturno; Consane priorem quendam Sancte Marie nove de Urbe; Salernitane Famagustanum quondam episcopum; Aversane cantorem Amalfitanum, et Capuane Pactensem quondam episcopum; quos tanquam in suum preiudicium promotos, recipi imperator in ipsis ecclesiis non permisit. Euntem etiam in Siciliam tunc ad eum cum litteris apostolicis quendam Casinensem monachum Nycolaum de Colle Petri, in abbatem Sancti Laurentii de Aversa promotum, non admisit.

Mense Novembris imperator ipse apud Brundusium Ysabellam filiam dicti regis Iherosolimitani magnifice desponsavit.

Inquisitiones de facto mutui fiunt per terram monasterii.

Pax reformata est in Urbe, senatorie dignitati cedente Parentio, et Angelo de Benencasa substituto eidem.

Denarii novi qui imperiales vocantur, cuduntur Brundusii, et veteres cassati sunt.

Imperator apud Troiam natalem Domini celebrat.

Coloniensis archiepiscopus in Alamannia a quodam consanguineo suo interfectus est.

Imperator pro facto prelatorum quos papa creaverat, suos ad eum nuntios mittit.

Hoc anno rex Alamannie Henricus filius imperatoris filiam ducis Austrie duxit uxorem.

Honorius papa pro facto crucis predicatores mittit, et in Alamanniam dirigit Portuensem episcopum cum litteris suis, quas ipsis predicatoribus simili modo concedit.

Hoc anno rex Francie monitus per domnum Romanum apostolice sedis legatum, contra Albigenses cum copioso Francorum exercitu in Provinciam vadit[b].

Reges Hyspani terram Miramammolini intrant.

Honorius papa indulgentiam saracenisci, que ex longiturnitate temporis satis inoleverat, tanquam falsam cassavit, et irritam per suas litteras denuntiavit pariter et inanem, pro eo quod clerici loci eiusdem dabant accedentibus ad ipsam ecclesiam remissionem omnium peccatorum, facientes eis intelligi, quod ita de peccatis omnibus emundati recederent, sicut pertica quedam quam ostendebant eis cortice emundatam.

1226.

Mense Ianuario Honorius papa quendam[c] Oliverium natione ...... ad[d] ecclesiam sancti Vincentii[d] assumptum[d] electum[d] ad imperatorem in Apulia mittit.

Imperator ipse baronibus et militibus infeudatis ceteris mandat, ut omnes se preparent ad eundum secum in Lombardiam, et ut omnes apud Piscaram, ubi octavo intrante Martii esse[e] imperator ipse disponit, debeant convenire.

Eo tempore Iohannes dictus rex Iherosolimitanus discors ab imperatore discedit.

Imperator de Apulia venit in terram Laboris, et relicta aput Salernum in castello Terracine imperatrice consorte sua[27], ipse in Apuliam redit celer, ubi Henricum de Morra 27 magistrum iustitiarium, capitaneum statuit regni sui, et ipse Piscaram se contulit; ac exinde in ducatu Spoleti perveniens, hominibus ducatus ipsius per suas precipit litteras, ut secum in Lombardiam debeant proficisci; quod cum facere ipsi renuerent, preter pape mandatum,

a) Iusī c. b) *reliqua anni plurima atramento obducta sunt.* c) *ita legi coniicio; iam locus vacat.* d) *haec apud Ughellium extant, iam non amplius leguntur.* e) praeesse 1.

27) cf. Chron. Turonense Bouquet XV, 311 et Ricordano Malespina Murat. IX, 959.

cui tenebantur, imperator ad eos litteras iterat graviores, quas illi de ducatu ad papam remittunt. Quas ipse papa moleste ferens, quod homines ecclesie sub certa pena vocabat cesar ad expeditionem, suas ad eum litteras dirigit; quas ipse imperator graves reputans, rescribit ei quasi de pari, et quia in rescripto suam voluntatem satis imperator voluit declarare, duxit ipse papa sibi asperius rescribendum, propter quod imperator ut ipsius placaret animum, rescribit humiliter in omni subiectione.

Tunc mittit a Ravenna, ubi pascha Domini celebrat, Henrico Alamannie regi filio suo, ut sibi in Lombardiam occurrat. Deinde a Ravenna discedens, extra Faventiam, que sibi adversa erat, iter habens, aput castrum Sancti Iohannis in territorio Bononiensi posuit castra sua, ipsum parte sui exercitus per civitatem Bononie preeunte. Exinde vero se Ymolam contulit, ubi tamdiu moram fecit, donec sicut prius fuerat eam fecit aggeribus communiri, et procedens inde versus Parmam dirigit iter suum.

Tunc Henricus rex Alamannie cum copioso exercitu suo venit usque Veronam, set Lombardis impedientibus, ultra procedere non est permissus.

Imperator Cremonam vadit, ibique diebus paucis faciens moram, cum se civitas Veronensis cum Mediolano et aliis subscriptis civitatibus ipsi imperatori contrariis confederasset, ad Burgum sancti Dompnini se contulit; ibique sibi coadsistentibus quibusdam prelatis et principibus Alamannie ac proceribus regni sui, contra civitates istas sibi contrarias, videlicet Mediolanum, Veronam, Placentiam, Vercellum, Laudam, Alexandriam, Tervisium, Paduam, Vicentiam, Torinum, Novariam, Mantuam, Brexiam, Bononiam et Faventiam, diffidationis promulgavit edictum, quod ceteris sibi faventibus civitatibus precipit observari.

Tunc predictus Alamannie rex, combusta civitate Tridenti, in Alamanniam redit cum suis; et imperator pater eius per Tuscie partes in regnum reversus est, et in Apuliam veniens, convocatis ad se iustitiariis omnibus regni sui, ab eis de acceptis omnibus exigit rationem.

Tunc prelati omnes quos papa creaverat, scilicet Brundusinus, Consanus, Salernitanus archiepiscopi, Aversanus episcopus, et abbas Sancti Laurentii de Aversa in suis ecclesiis recipiuntur.

Rex Francie Avignonum obsessam cepit, et exinde cum legato apostolice sedis ad expugnandam Tolosam vadit, ubi venenatus, ut dicitur, obiit.

Imperator certum numerum militum dirigit ultra mare.

Nycolaus de Cicala et Petrus dominus[a] Ebuli cedunt officio iustitiariatus, et Roggerius de Galluccio et Marius Rapistrus[b] de Neapoly substituuntur eisdem.

Nov 17. Mense Novembris Reginus et Tyrensis archiepiscopi cum magistro domus Alamannorum a cesare mittuntur ad papam pro compositione inter ipsum et Lombardos facienda. Inter quos, mediante papa, facta est in hunc modum: quod imperator generaliter remittit omnibus predictis civitatibus, legatis presentibus ibidem, et ipsi pro parte civitatum iuraverunt pacem inter se invicem observare, et denuo committere cum domno[c] imperatore milites 400 ad subsidium terre sancte in transfretatione sua.

Imperator mense Decembris cum imperatrice consorte sua in Siciliam transfretat, et tunc Stephano abbati Casinensi has indulgentie litteras mittit:

Fredericus etc. Stephano venerabili Casinensi abbati, fideli suo etc. Fidelitati tue presentibus volumus esse notum, quod ad supplicationem tuam, quam per iudicem Petrum de Sancto Germano fidelem nostrum nostro culmini porrexisti, petitiones tuas clementer admisimus, super eo videlicet, quod antiqua iura et rationes, quibus tempore regis Guilielmi recolende memorie tuum monasterium est provisum, tibi et ipsi monasterio conservare de nostra gratia dignaremur. Verum quia de ipsis iuribus et rationibus non constabat, per Petrum de Ebulo et Nycolaum de Cicala iustitiarios terre Laboris inquisitionem fieri fecimus diligenter. Qua clementer inspecta, et per iudices curie nostre diligenti previsione discussa, capitula que inferius continentur, sicut legitime sunt probata, videlicet:

Quod tempore regis Guilielmi secundi, dum ipse rex causa orationis venisset ad monasterium Casinense, et pro causa[d] *procuratie*[28] *pro ipso domno rege Petrus de Insula, tunc Casinensis abbas, fecit colligi collectam*[e] *per totam abbatiam per ordinatos baiulos suos, et ipse procuravit*

a) domini *c., sed cf. a.* 1225. b) rapistrus *c.* c) et d. c. c. domno *manu recentiori in loco vacuo.* d) *ita vocem paene erasam lego.* e) *ita* 1. 2. 3; *hodie parte vocum erasa* collig ..... per, *manu recenti* colligere etiam *legitur* 1.

28) procuratia i. q. procuratio, exceptio domini per vasallum.

eum. Item quod cum aliquis condempnabatur in mercede curie regis, iustitiarii faciebant de persona velle suum, terra remanebat ecclesie, et omnia bona sua recipiebat monasterium Casinense; et si persona que erat condempnata volebat se redimere, licebat ei vendere de rebus suis. Item quod cum imperator Henricus mandasset redemptionem colligi per totum regnum, abbas fecit colligi partem contingentem ipsam abbatiam. Item quod precatio, que prestabatur regi Guilielmo, per abbatem fiebat, et ministri abbatis colligebant per terram monasterii precationem ipsam, et baiuli regis nunquam visi sunt ibi ad hoc. Item quod si quando aliqua servitia iniungebantur a domino rege abbati vel etiam hominibus abbatie, quod expediebantur per abbatem, monachos et ministros eius. Item quod si que iniungebantur abbatie, expediebantur per abbatem et per homines suos. Item quod quando rex misit stolium in Romaniam, abbas Casinensis dedit milites domino regi, et ipse collegit per abbatiam solidos[a],

tibi et monasterio tuo duximus confirmanda. Quare mandamus fidelitati tue, quatenus dictis iuribus et rationibus per te et officiatos tuos uti debeas, sicut per inquisitionem ipsam legitime sunt probata. Datum Fogie etc.

Indulxit tunc etiam imperator ipsi Casinensi abbati, ut homines terre sue ipse mitteret ad opus castelli Gaiete, sicut per Pandulfum et Robbertum, dominos Aquini, hactenus mittebantur.

Honorius papa Iohanni regi quondam Iherosolimitano pro vite sue sustentatione terram committit ecclesie a Viterbo usque ad montem Flasconem.

Henricus de Morra magister iustitiarius actoritate[b] imperiali, contra forbannitos et lusores taxillorum, et euntes nocturnis horis post tertium campane sonitum, sua statuta edidit in Sancto Germano; et contra tabernarios etiam, ut ad secundum campane sonitum claudant tabernas suas, ita quod ad tertium campane sonitum nulla earum aperta valeat inveniri. Et super hiis inquirendis certum statuit numerum iuratorum, qui penas statutas a transgressoribus recipiant pro diversa criminum qualitate. Quod si aliquis iuratorum in dolo seu fraude vel negligentia fuerit deprehensus, penam recipiat quam recipere deberent predicti, salvo in omnibus mandato et ordinatione imperiali.

Idem magister iustitiarius per apertas litteras suas concessit dicto abbati Stephano, ut sibi liceret iuxta recordum bonorum hominum Sancti Germani generales nundinas per annum, quo tempore vellet, ordinare in ipsa terra Sancti Germani.

Comes Raynaldus[c] filius Raynaldi[c] de Bareto se contra imperatorem in Introduco recipit; quem Bertoldus frater Raynaldi[c] dicti ducis Spoleti congregato imperiali exercitu obsidet et expugnat.

Hoc anno lacus Marsie, qui Fucinum dicitur, usque adeo obriguit et congelavit, quod homines in eo desuper ambulantes, boves trahebant cum trabibus et aliis lignaminibus necessariis ad coquinam.

1227.

Mense Ianuarii carestia frumenti tanta in urbe Roma facta est, ut rublus[29] tritici pro viginti solidis denariorum senatus haberi vix posset. 29

Honorius papa suos ad imperatorem in Siciliam nuntios mittit, ut sibi et Romane curie in victualio[30] subveniret; qui per Henricum de Morra magistrum iustitiarium hoc fieri mandat.

Mense Martii dictus Honorius papa obiit 15. Kalendas Aprilis, et Hugolinus Ostiensis episcopus in papam Gregorium substitutus est illi; qui per universum orbem de sua promotione et obitu predecessoris sui mittit litteras generales.

Mense Iunii dictus papa Urbem exiens venit Anagniam, et suos tunc ad imperatorem nuntios dirigit, ut sibi fodrum faciat ab hominibus regni deferri; qui Henrico de Morra magistro iustitiario hoc faciendum delegat.

Imperator ipse iustitiarios omnes regni sui ad se in Siciliam vocat, reddituros sibi de acceptis omnibus rationem.

Interea per totum regnum pro felici transitu suo generalem collectam imponit, et tunc collecte sunt de terra monasterii uncie 450. Imperator ipse de Sicilia in Apuliam venit, qui ad papam Reginum archiepiscopum et magistrum domus Teutonicorum legatos mittit.

a) *sic forte legendum? in codice* et ipse pro eis collegit per abbatem. b) *ita* 1. c) Raȳ. *c.*

29) hodie *rubbio*, modius. 30) res frumentaria.

Thomas de Aquino Acerrarum comes in Syriam transfretat mense Iulii. Celanenses omnes, qui captivi in Sicilia tenebantur liberi dimittuntur, imperatore mandante. Eodem mense lancravius cum cruce signatorum exercitu de Alamannia in Apuliam venit, transiturus in subsidium terre sancte.

Tunc in Anagnia ducente ferme domus, papa ibidem presente, combuste sunt. Fodrum portatur ibidem iussu imperiali, ad quod recipiendum et assignandum quidam de Sancto Germano Guilielmus Fallocio nomine per imperatorem constitutus est ibi.

Stephanus Casinensis abbas 11. stante Iulii in festo sancte Praxedis in Casino obiit. Cuius obitus tam pape quam imperatori per quosdam de fratribus nuntiatur, a quibus de electione facienda recipiunt in mandatis.

Imperator cum imperatrice consorte sua mense Augusti Ydrontum vadit; ubi relicta imperatrice consorte sua, inde vadit Brundusium, ubi totus convenerat cruce signatorum exercitus, et ubi omnia vascella ad transfretandum fecerat congregari.

Interea de tota Marsia obsides capiuntur. In castello Gaiete castellanus et servientes ponuntur.

Eodem mense quidam in Urbe vicarium pape se faciens, papa inscio et absente, dum favore fretus Romanorum quorumdam qui hoc fieri tolerabant, gratia questus, stans aput porticum sancti Petri, et potestate utens apostolica, cruce signatis omnibus absolutionis beneficium impendebat, et per Romanos, fautores tanti criminis, crucem ab eis quam assumpserant deponebat. Qui a senatore Urbis captus, post denuntiationem sibi a papa factam, tunc apud Anagniam existente, captus est et debita persone pena mulctatus.

Interea pars cruce signatorum non modica in Apulia, superveniente infirmitate cecidit per mortis occasum. Imperator tamen cum lancravio et reliquis cruce signatis se parat ad transitum, ita quod in die nativitatis beate Virginis a Brundusio transfretans venit Ydrontum, et spem faciens hiis quos premiserat de transitu suo, morari apud Ydrontum ex causa necessaria voluit; ubi casu accidente dictus lancravius obiit, et ipse tunc etiam imperator, sicut disposuerat, superveniente egritudine non transivit. Quam ob rem papa motus
Sept. 29. contra eum, aput Anagniam penultimo mensis Septembris in festo dedicationis archangeli sine cause cognitione denuntiavit ipsum imperatorem in latam dudum aput Sanctum Germanum excommunicationis sententiam incidisse. Imperator de Apulia tunc venit ad balnea Puteoli. Gregorius papa, de Anagnia per Velletrum iter habens, redit ad Urbem. Ad quem ad suam excusationem suos dirigit nuntios imperator, Reginum scilicet et Barensem archiepiscopos, Raynaldum dictum ducem Spoleti, et comitem Henricum de Malta; quibus non plus credens quam nuntiis suis de invalitudine imperatoris, vocatis ad Urbem prelatis
Nov. 18. cis montes et de regno quos potuit, in octavis beati Martini publice excommunicat ipsum, et per totum Occidentem litteras super hoc dirigit generales.

Electio, licet diversa, abbatis in monasterio Casinensi celebrata est, inter quos Landulfus Senebaldus[a] unus de electis, representata pape electione de gratia concessus est abbas, suum in eum imperatore dante assensum, et aliorum per papam electione cassata.

Tunc imperator ipse mense Novembris venit Suessam, et inde Gaietam se confert, et de eisdem gressibus Capuam redit, ubi, ad suam excusationem, ad orbis principes et in Alamanniam litteras mittit, quibus significat eis, quod ad transitum paratus cum esset, superveniente egritudine transire non potuit; quod cum domino pape ipse per suos nuntios intimaret, cum nollet super hoc eius nuntiis fidem dare, contra se processerat pro motu proprie voluntatis. Interim omnes regni sui comites Capuam convocat, ibique rexit curiam generalem, statuens ut singuli feudatarii darent de unoquoque feudo octo uncias auri, et de singulis octo feudis militem unum in proximo futuro mense Maii, in quo ad terre sancte subsidium transfretare disponit. Solempnem vero curiam apud Ravennam statuit mense Martii celebrandam. Tunc prudentem virum magistrum Roffridum de Benevento mittit ad Urbem cum excusatoriis suis, quas idem magister publice legi fecit in Capitolio, de voluntate senatus populique Romani.

Mense Decembris Landulfus Senebaldus in abbatem Casinensem electus ad papam vadit, et in quatuor temporibus natalis Domini ab eo sacerdotii munus accepit. Et cum eo quidam Gregorius de Carboncello Casinensis monachus in abbatem Terremaioris promotus est, cum quibus duo ex parte pape nuncii veniunt ad cesarem cardinales, magister

a) senebal. c.

scilicet Thomas tituli Sancte Sabine presbyter, et magister Oddo Sancti Nycolai in carcere Tulliano dyaconus cardinales. Et tunc cum eis celebrato natali apud Sanctum Germanum, ad imperatorem vadit abbas Casinensis predictus, ipsos preeunte dicto abbate Terremaioris; qui a cesare prohibitus, ad suam tunc ecclesiam non accessit.

1228.

Mense Ianuarii denarii novi Brundusini per Ursonem castaldum in Sancto Germano dati sunt, quorum summa fuit 160 uncie, quos magister Fredericus et Fredericus Landus de Malacucclare, procuratores ab abbate relicti, distribui particulariter per terram monasterii preceperunt.

Eodem mense clericorum focarie filii et filie iussu imperatoris capiuntur ubique per regnum.

Dicto Casinensi abbati ab imperatore in mandatis datur, ut centum servientes bene paratos inveniat, cum expensis et armis per annum necessariis ad servitium terre sancte.

Dictus magister Fredericus et Fredericus Berardus de Celano vocati ad papam vadunt, quorum alter, scilicet Fredericus Berardus, procurationem recipit Sancti Gregorii in Urbe; alteri vero Farfensis ecclesie rennuit abbatiam.

Archiepiscopus Panormitanus nuntius a soldano ad cesarem rediens, elephantem unum, mulos et pretiosa quedam alia munera ipsi imperatori detulit ex parte soldani.

Mense Februarii Odorisius de Aversa Casinensis monachus a Gregorio papa in abbatem Sancti Vincentii promotus est.

Mense Martii pro centum predictis servientibus collecte sunt de terra monasterii uncie 1200.

Eodem mense Landulfus Casinensis abbas vocatus est a cesare, ut ad ipsum vadat apud Tarentum. Et quibusdam de regno prelatis iniungitur, ut se ad transfretandum debeant preparare.

Imperator apud Barolum pascha Domini magnifice celebrat in omni gaudio et exultatione, quia sicut ex litteris tunc didicerat Thome de Aquino Acerrarum comitis ad suum servitium in Syria existentis, illis diebus Coradinus soldanus Damasci mortuus fuerat. Quam ob rem in subsidium terre sancte dirigit Ryccardum de principatu marescalcum suum cum quingentis militibus, qui a Brundusio felici omine transfretavit.

Gregorius papa, celebrato pascha apud Lateranum, post tertium diem ad Sanctum Petrum se contulit, ubi Romani accedentes ad ipsum, cum illum crederent Urbem velle occulte exire, tum propter factum imperatoris, tum pro facto Viterbii, iniuriis multis et contumeliis affecerunt ipsum, et seditio magna contra eum facta est a popularibus.

Mense Aprilis Romanorum exercitus super Viterbium vadit.

Imperator pro subsidio terre sancte ab ecclesiis et personis ecclesiasticis ubique per regnum certam exigit pecunie quantitatem, et tunc de mille ducentis unciis propter hoc impositis terre monasterii, remisit imperator de gratia uncias auri centum.

Gregorius papa Urbem exiens sub fido ducatu, vadit Reate mense Aprilis.

Eodem mense Gregorius papa per suas mandat litteras universis ecclesiarum prelatis et clericis per regnum Sicilie constitutis, sub interminatione ultionis canonice, ne quis eorum imperatori aut baiulis suis dare aliquid pro redemptione, data vel collecta presumat.

Imperatrix apud Andriam filium parit nomine Chunradum; que non multo post, sicut Domino placuit, ibidem in fata concessit.

Imperator regni prelatis et magnatibus coram se apud Barolum congregatis, parato sibi tribunali sub divo propter gentis multitudinem que copiosa erat, proponi fecit et legi subscripta capitula in modum testamenti: ut videlicet omnes de regno, tam prelati quam domini et eorum subditi omnes, in ea pace et tranquillitate viverent et manerent, qua esse et vivere soliti erant tempore regis Guilielmi secundi, relicto tunc regni ballio Raynaldo duce Spoleti, et si deficere imperatorem contingeret, sibi in imperio et regno succederet Henricus filius eius maior; quod si illum absque liberis mori contingeret, Chunradus filius eius minor succederet illi; quod si ambo decederent filiis non extantibus, filii ipsius superstites quos de legitima uxore susceperit, in eodem regno suo succedant; et precipit, ut omnes homines regni sui que statuit debeant iuramento servare; que tamen sic observari mandavit, si in presenti passagio humanitus de ipso aliquid contingeret, nisi aliud

testamentum ab eo editum compareret. Hec coram se iurari fecit imperator a duce predicto et Henrico de Morro magistro iustitiario et aliis nonnullis de regno qui interfuerunt. Disposuit etiam, quod nullus de regno pro data vel collecta aliquid daret, nisi pro utilitatibus regni et necessitatibus expediret.

Mense Maii casale quoddam in Apulia, quod Gaudianum dicitur, Melfiensis dyocesis, ob culpe meritum imperatore mandante destruitur.

Domini de Pupplito rebelles facti sunt imperatori.

Romani facta in extrinsecis destructione Viterbii, et optento per vim castro quodam quod Raspampanum dicitur ipsis Viterbiensibus subdito, leti ad Urbem redeunt; quibus recedentibus, Viterbienses in campis castra ponentes, que possunt mala irrogant circumadiacentibus castellis fautoribus Romanorum.

Mense Iunii imperialis exercitus super dominos de Pupplito vadit, quibus Pupplitum auferunt et nonnulla alia castra.

Gregorius papa a Reate discedens, vadit Spoletum et exinde Perusium.

Imperator apud Brundusium se conferens, mare intrat, et apud Sanctum Andream de insula iussit omnia navigia parata ad transitum convenire; ac exinde Ydrontum navigans, feliciter ultra mare ad crucis obsequium transfretavit; ubi quid egerit et qualiter in terre sancte recuperatione profecerit, sequens lectio declarabit.

Gregorius papa mense Iulii de Perusio vadit Ascisium, ubi fratrem Franciscum, Minorum fratrum ordinis inventorem, propter duo que fecerat miracula in aperto, in ceco videlicet uno et claudo, quibus visum et gressum reddiderat, canonizavit; et Perusium rediens, ibi anniversarium magnifice celebrat Innocentii pape predecessoris sui.

Eodem mense Iulii mons Iscle subversus est, et operuit in casalibus sub eo degentes fere septingentos homines inter viros et mulieres.

Mense Augusti Marius Rapistrus cessit officio iustitiariatus, et Stephanus de Anglone et Pandulfus de Aquino substituti sunt illi de mandato ducis Spoleti. Qui de Apulia Introducum vadit, et omnes de regno sollicitat infeudatos, ut ad eum vadant cum exfortio suo ad dominorum Popliti rebellium confusionem, qui se contra imperatorem in Capitinnano[a] receperant. Interea imperialis exercitus capit turrem de Renaria et terram quamdam de novo contra imperatorem firmatam, quam totam destruxerunt. Raynaldus dux Spoleti cum imperiali gente dominos Popliti in Capitinnano obsidet; qui cum se tenere non possent, accepta ab eo securitate de personis et rebus suis, se apud Reate contulerunt. Tunc dux ipse Marchiam intrat, ac Bertoldus frater eius circa Nursie provinciam remanet. Qui castrum quoddam quod Brusa dicitur sibi rebelle destruxit, eiusque incolas penis addixit variis et tormentis; et Sarracenorum traditos potestati, quos secum de Apulia duxerat, in ipsis cruciatibus exalare coegit.

Gregorius papa in ducem ipsum, pro eo quod Marchiam intraverat et ammonitus sepius, ut ipsam exiens in pace dimitteret et hoc facere noluit, excommunicationis sententiam promulgavit, eiusdem excommunicationis innodans vinculo omnes sequaces illius. Cumque nec sic revocare posset eundem, vim vi repellere licitum putans, ad Marchie defensionem, que ecclesie suberat, materiali gladio nisus est contra ipsum, qui iam pro parte Marchiam ad opus imperii ceperat occupare; et tunc Iohannem quondam Iherosolimitanum regem, et Iohannem de Columpna cardinalem, cum copioso militari et pedestri exercitu dirigit contra eum. At cum nec sic dux ipse desisteret ab inceptis, arbitratus est ipse papa contra regni filios acies dirigere bellatorum, ut regni statu et pacis quiete turbata, quod dux ipse voluntarius noluit, sic facere cogeretur invitus, et Marchiam dimitteret, quam usque Maceratam cesaris imperio subiugarat. Nam collectis undique Campanie ac maritime viribus, congregavit exercitum, cui quendam Pandulfum de Anagnia cappellanum suum, qui legationis officio fungebatur, et exclusos de regno comites Thomam de Celano et Roggerium de Aquila prefecit capitaneos et ductores.

1229.

Hii mense Ianuarii 18° mensis eiusdem per Ceperanum venientes in regnum clave signati, insulam Pontis Solarati que regni erat ostium, quam quidam Adenulfus Balzanus pro imperatore tenebat, primitus expugnantes, cum se tenere non posset, per vim ceperunt.

a) Capitinnañ c.

Bartholomeus quoque de Supino, qui castrum tenebat Sancti Iohannis de Incarica, et Ryccardus filius domini Robberti de Aquila, qui dominus erat Pastine, metus causa sponte ad mandatum venerunt ecclesie. Et preteriens exercitus flumen Telerii, versus Fundos dirigit castra sua; et cum civitatem ipsam, quam quidam Iohannes de Poli civis urbis Rome pro imperatore tenebat, acriter impugnaret, vi eam obtinere non potuit; sicque confusus nec sine gravi dampno Ceperanum reversus est. Venerat tunc temporis ad Sanctum Germanum Nycolaus de Cicala pro parte imperatoris, et Henricus de Morro magister iustitiarius superius nominatus cum regni filiis, Raone de Balbano comite, Landulfo de Aquino et Stephano de Anglone iustitiario; Adenulfo de Aquino filio nobilis viri Thome de Aquino Acerrarum comitis, Roggerio de Galluccio, aliisque undique congregatis imperatoris fidelibus, ad resistendum hostibus prompta voluntate paratis; domini etiam de Aquino Pandulfus et Robbertus Aquinum pro fide cesaris laudabiliter munierunt. Tunc Landulfus Casinensis abbas Casinum et roccam Iani necessariis omnibus sufficienter munivit, et roccam ipsam dudum iussu cesaris dirutam a parte Sancti Germani, in menibus reparavit. Tunc et homines Sancti Germani mandato iustitiarii summitatem murorum Sancti Germani cesaris dudum imperio dirutam repararunt; seque inermes, armis necessariis ad resistendum hostibus decenter armarunt.

Papalis exercitus, qui clavium signa gerebat, roccam Arcis, in qua quidam Rao de Azia erat pro cesare castellanus, impugnare previdit, set cum in nullo proficerent, non absque lesione gravi, villa ipsius rocce combusta, Ceperanum reversus est. Et tunc quidam de exercitu discurrentes per terram Sancti Benedicti, villas Rivi, Vitellati, et ecclesias sancti Petri et sancti Pauli de Foresta, Dei metu postposito bonis omnibus spoliarunt.

Mense Martii, tertio intrante eodem mense qui dies erat sabbati, papalis exercitus pretermissa civitate Aquini, cum predictis exclusis comitibus terram intrat Sancti Benedicti; qui castrum Pedemontis per vim capientes, licet qui erant in eo, pro viribus restitissent, quadraginta servientes ad ipsius castri custodiam deputarunt. Hii sequenti dominica versus Sanctum Germanum suas acies dirigentes, venerunt usque ubi dicitur Monumentum. Et exinde discedentes, cum nullus de imperiali exercitu hoc magistro iustitiario prohibente, egrederetur ad illos, per Plumbareolam, que metus causa fuerat ab incolis derelicta, iter habentes, et per castrum Pignatarii, quod desertum similiter fuerat, versus Sanctum Angelum Theodici dirigunt gressus suos. Set cum nihil proficerent quia bene munitum erat castrum, et illuc Roggerius de Gallucio cum 40 servientibus missis a magistro iustitiario venerat, abinde recesserunt et versus castrum Teramum[a] profecti sunt; quod vi capientes, quanquam ipsius habitatores optime se pro fide cesaris defendissent, bona diripientes eorum, illud incendio tradiderunt; sicque onerati spoliis in Campaniam sunt reversi. Quibus recedentibus, magister iustitiarius cum imperiali exercitu exiens de Sancto Germano, una cum dominis Aquini super castrum Pedemontis vadit, illud dare destructioni disponens, nisi abbatis et conventus precibus destitisset, sicque in sua reversi sunt. Tunc ad ipsum iustitiarium vires fidelium cesaris undique confluentes, cum eis resistere hostibus se parabat. Mense igitur Martii, 17. mensis eiusdem qui dies erat Veneris, rediens papalis exercitus ad castrum Pedemontis, sequenti die sabbati se in duas dividens acies, per montes et plana milites et pedites iter habentes, eorum quidam versus monasterium et quidam versus Sanctum Germanum dirigunt gressus suos. Quibus cum idem magister iustitiarius, cuius ducebant animum diversorum consilia in diversum, vellet obstare, ne per montium aditus liber pateret hostibus ad Sanctum Germanum accessus, ipsis per vires oppositas obsistere previdit in monte, mittens ad observandos montium transitus quosdam de nocte milites et balistas. Qui ascendentes hostes pro viribus repellentes, bellum inire cum eis pro fide cesaris minime timuerunt. Cumque in loco ubi est ecclesia sancti Matthei servorum Dei conflictus fieret, rumor ad ipsum iustitiarium, quod sui cum hostibus dimicarent ad Sanctum Germanum pervenit. Qui mox licet inconsulte montem subiens, nec metuens mortis occasum, hostium in medio se obiecit cum suis; quem secutus Adenulfus filius Acerrarum comitis memoratus et nonnulli milites et pedites, qui mori pro fide cesaris non timebant, hostium ictus repellere suis ictibus conabantur. Set cum locus non esset ydoneus ad pugnandum, et viam illam qua itur ad Sanctam Mariam de Albaneto, fugatis imperialibus de supernis papalis iam acies occupasset, cum ex adverso ascendentibus ipse iustitiarius obstare non posset, retrocedere non sine suorum clade coactus est; et tunc

a) Teram c.

cum ipso Adenulfo Acerrarum comitis filio in brachio vulnerato et ex suis admodum paucis in vallo Casinensis monasterii se recepit, ubi per ipsum iustitiarium Iacobus Sinibaldus custos fuerat institutus; reliquos versus Sanctum Germanum ad fugam cogentibus qui habuerant de Marte triumphum. Quos cives Sancti Germani qui cesaris fidem servabant unanimiter receptantes, cum suis omnibus salvos fecerunt, et ea die, quamquam diros et duros paterentur insultus ab hostibus, ita quod enses ignem et iacula non timerent, turribus et menibus insistentes, hostium viribus non cessere. Sic ergo die ipsa, novercante fortuna, de imperialibus optenta victoria, Pandulfus apostolice sedis legatus ab ea parte que dicitur Porta vetus cum nonnullis de maioribus exercitus veniens, sub comminatione depositionis et destructionis perpetue monasterii abbatem prefatum ut sibi ad mandatum pape monasterium redderet et ipsum iustitiarium traderet in manus suas inducere procuravit. Quod cum facere omnino renueret, dicens quod absque gravi et grandi periculo fieri hoc non posset, longo super hoc tractatu habito, quem ego nescio Deus scit, a legato et suis pro magistro iustitiario et hiis qui secum erant prestito iuramento, quod salvi essent, ipsi legato patuit monasterium. Qui statutis in eo militibus et servientibus ultra centum, cum abbate et magistro iustitiario mox ad Sanctum Germanum descendit. Quos cum homines Sancti Germani, quamquam sepius requisiti, non recepissent nisi scirent in vero ipsum iustitiarium liberatum et suos, ea nocte in burgo exteriori eos oportuit pernoctare. Ea vero nocte comes Rao de Balbano cum nonnullis de exercitu imperiali, qui se in Sancto Germano receperant, et plus de morte quam de vita sperabant — metuebant enim, ne a civibus hostibus traderentur — ab hiis qui noctis vigilias custodiebant, de Sancto Germano per posterulas civitatis dimissi sunt liberi, et abierunt in sua, et nihil de suo harnesio ammiserunt. Igitur mane sequenti papalis exercitus terram intrat Sancti Germani, rocca Iani se prius reddente legato; cui homines Sancti Germani iurant ad opus pape, licet inviti. Quo audito et cognito, tremuit omnis terra, que se non poterat ab hoste tueri. Tunc magister iustitiarius liber dimissus est, et se Capuam contulit. Adenulfus etiam de Aquino Acerrarum comitis filius, necnon et Iacobus Senebaldi predictus redierunt in sua.

Post dies vero decem se movens de Sancto Germano exercitus, facta compositione cum iis qui erant in palatio Miniani, Minianum recipiunt, quod heredibus quondam Malgerii Sorelli restituunt; et procedentes inde, Presentianum optinent, Venafrum et Sernia per nuntios se sibi reddunt. Pretam quoque per vim optinent et Vayranum, ac totam terram filiorum Pandulfi usque Calvum, quod similiter recipiunt ad opus ecclesie. Teani necnon civitas et Calenum veniunt ad mandatum pape. Tunc per Francolisium iter habens exercitus, Suessam se contulit sibi pro fide cesaris resistentem; quam longa satis obsidione arctatam cum iam cives inciperent sitis squalore deficere, non curantes arborum et vitium incisiones, — illuc enim venerat apostolice sedis legatus Pelagius Albanensis episcopus — civitatem ipsam recipiunt ad opus pape, necnon et castellum, quod munire servientibus curaverunt; et procedentes inde, versus roccam Draconis dirigunt gressus suos. Quam circumposita obsidione arctantes, villa prius inferiori optenta, et una de turribus per vim capta et[a] diros insultus, facta cum castellano compositione roccam ipsam obtinuerunt. Tunc Gaietani cum castellano castelli componentes, castellum recipiunt ad manus suas. Et tunc per Albanensem episcopum Gaietanorum civitas, quia parere nolunt ecclesie, supponitur interdicto. Tunc etiam, ipso legato mandante, dicto Casinensi abbati castrum restituitur Pedemontis.

Predicti Aquini domini Pandulfus et Robbertus, civitate Aquini relicta se Capuam conferunt, ibidem una cum magistro iustitiario et Nycolao de Cicala, qui erant in ea, ad cesaris servitium moraturi.

Aquinum ipsis recedentibus dominis venit ad mandatum ecclesie. Pontecurvum etiam et tota terra monasterii. Roccam Bantre, in qua quidam erat castellanus Apulus, quidam ipsius legati clericus Oddo de Machilone nomine recipit ad opus pape, data eidem castellano quadam pecunie quantitate. Tunc quidam Guilielmus de Sora, qui pro imperatore Traiectum tenebat et Sugium, ea legato reddidit ad opus ecclesie.

Gaiete civitas multis inducta suasionibus et promissis in partem cedit ecclesie, et castellum, quod cesar in ea fieri fecerat multis laboribus et expensis, diruitur, et omnis eius structura in mare proicitur. Quidam tamen Gaietanorum, in fide cesaris radicati, de

a) et post d. i. 2. 3. *sed vox non legitur in c.*

civitate relictis propriis abierunt. Tunc Roggerio de Aquila comiti Sugium restituitur et Traiectum.

Illis diebus predictus Guilielmus de Sora a quodam Taffuro, cive Capue castellano rocce Guilielmi, capitur et custodie traditur carcerali.

Beneventani, qui Romane ecclesie suberant, audito quod papali exercitui sic prospere cederet, in Apuliam discurrentes, predam boum et animalium aliorum magnam ceperunt. Quibus cum predictus comes Rao de Balbano in reditu se opponeret, ab eis devictus est et fugatus: propterea magister iustitiarius, collectis undique viribus et hiis qui imperatoris fidem servabant, ab ea parte que dicitur Porta summa divastat in exterioribus Beneventum.

Fratres Minores ubique per regnum iussu Raynaldi ducis Spoleti expelluntur de regno, cum diceretur quod ipsi ad prelatos civitatum apostolicas tulerint litteras, ut homines inducerent, quod se deberent reddere domino pape. Tunc et monachi Casinenses de suis obedientiis captis omnibus que habebant, expelluntur ipso duce mandante, et metus causa multi ex ipsis mutare habitum sunt coacti.

Papalis exercitus consilio inito versus Capuam vadit, et a parte Anglene per triduum moram fecit; erat enim civitas Capue viris munita et viribus, que fidem imperatori integre conservabat. Post triduum vero inde se movens papalis exercitus, versus Aylanum dirigit castra sua, quod castellum predictus Acerrarum comes tenebat; set qui erant intus, cum se posse defendere desperarent, nepote ipsius comitis abbate Casinense partes suas interponente aput legatum, castrum ipsum recipit ad manus suas. Indeque procedens exercitus vadit Aliphiam, quam licet pro viribus renitentem, post diros insultus factos in eam per vim optinet, et ad opus illam recipit ecclesie: similiter et castrum Pedemontis, quod erat comitis memorati; turris tamen castri ipsius est ad fidem ipsius comitis conservata. Tunc et civitas Telesie legato se reddit causa metus.

Papalis exercitus per terram Iohannis San Fraymundi, quam sibi pro parte subegit, transiens, occurrentibus illis de Benevento, se contulit Beneventum; et tunc ipsi Beneventani cum papali exercitu et cum viribus suis vicinos adversarios vehementer impugnant, Padulem et Apicem, cum se tenere non possent, recipiunt. Cippalonum comburunt, munitione superstite remanente. Casalia Montis Fusculi igne cremant; ubi adveniente rumore, quod cesar de Syria in Apuliam venerat, papalis exercitus causa metus cepit dissolvi. Dominus Iohannes de Columpna cardinalis et Iohannes rex quondam Iherosolimitanus et Lombardorum copiosus exercitus Raynaldum ducem Spoleti velut hostem ecclesie persequentes, illum exire Marchiam et in regnum redire compellunt, et receptantem se in Sulmona tenent obsessum. Tunc castrum Pectorani recipiunt.

Romani super Viterbium vadunt, et civitatem ac castrum quoddam ad eam pertinens devastantes, quod Monasterium dicitur, ad Urbem reversi sunt.

Tunc Pelagius legatus predictus nuntios ad Iohannem de Columpna cardinalem et Iohannem regem quondam Iherosolimitanum sub celeritate transmittit, ut ad se venire festinent. Qui ad vocationem legati ab obsidione recedentes civitatis Sulmone, per vallem Sangri in comitatum Molisii veniunt, Alphidenam vi capiunt, et castellum eius, in quo se quidam Vinciguerra de Aversa receperat cum gente sua, et ipsum et suos duxerunt captivos. Skintronem recipiunt, villam castelli de Sangro comburunt.

Comes Campanie cum militari et pedestri exercitu super Soram vadit, illam ad opus pape recipit, munitione superiori se pro cesare tenente; recipit etiam Arpinum et Fontanam, vallem quoque Soranam et totam Marsiam. Rex vero quondam Iherosolimitanus cum Iohanne de Columpna cardinale flumen Vulturni transiens, Campanorum exercitui, qui ob metum imperatoris, de quo fama erat quod in Apuliam advenisset, apud Telesiam repedaverat, se coniungit, et inde progrediens totus exercitus, supra Caiatiam vadunt.

At imperator de Siria in Apuliam veniens, aput Brundusium ad expugnandos Lombardorum et Campanorum hostiles cuneos gentem congregat, litteras de felici adventu suo in Siciliam et Calabriam mittit, fideles suos de Capua hortatur et animat ad fidelitatem suam, mittens ad illorum auxilium dictum Thomam de Aquino Acerrarum comitem, et celerem succursum suum promittens eisdem.

Tunc ad eum vadit dux prephatus cum suis liber exiens de Sulmona, magister iustitiarius, et alii qui fidem servaverant incorruptam.

Illis diebus milites nonnulli strenui Teutonici de Siria venientes ad portum Brundusii applicuerunt; quorum fretus auxilio imperator qualiter cum eis et regni fidelibus in recuperatione terre profecerit, premisso tamen quod in terra sancta egerit ipse, quod silentio pretereundum non est, sequens lectio declarabit.

Igitur cum adhuc esset in Siria imperator, hec in regnum de ipso fama pervenit: quod 15. Novembris primo preteriti Ioppen veniens cum christianorum exercitu, ad rehedificationem castri ipsius intendit, ut facilior fieret in Iherusalem processus, et dum exercitus
31 per terram necessaria cum sameriis[31] sufficienter mittere nequivisset, quilibet pro facultate sua barcas in portu Acconitano oneraverat. Set mutato aere et turbato mari, tanta subito tempestas inhorruit, ut vascella cum victualibus nullatenus ad exercitum ferri possent: et cum Christi exercitus in multa anxietate tunc esset, fere omne consilium exercitus iam desperabiliter murmurantes, nil aliud superesse videbant, quam in Acon redeundum. Qui dum in tali essent discrimine positi, misericors et miserator Dominus, qui facit post
Tob. 3, 22. tempestatem tranquillum et prope est omnibus invocantibus ipsum, serenato mox aere, mare tumidum pacavit, tantaque navium et barcarum multitudo venit Ioppen, ut omnis defectus prius habitus in plenitudinem omnium necessariorum et habundantiam mutaretur. Ab illo tempore ulterius tantam fecit Deus aeris temperiem, ut indifferenter et magna et minima vascella irent et redirent per mare, ita quod omnis copia necessariorum in terra semper est habita. Tunc de communi omnium consilio cepta sunt edificia castri Ioppen in fossatis et muris erigendis, quod erit memoriale in evum omni christianitati, quia per Dei gratiam ex nimia devotione et affectu quem imperator et omnis populus circa idem opus habebat, et laborabat incessanter tota die, ante dominicam caput quadragesime usque adeo fuit promotum, quod a principio sue inchoationis nunquam extitit adeo forte et bene factum. Interea vero dum hec sollicite agerentur, nuntii soldani et imperatoris indifferenter ibant hinc inde, tractantes de bono pacis et concordie. Soldanus vero idem et frater eius, qui vocabatur Sarech, cum innumerabili exercitu iuxta Gazeram iacebant ad unam dietam, et soldanus Damasci cum suo magno exercitu erat aput Neapolym, per unam similiter dietam distans ab exercitu christiano; et dum de restitutione tractaretur terre sancte, dominus Iesus Christus, qui est sapientia Patris, sua solita providentia sic ordinavit, quod
Febr. 18. soldanus restituit[32] sanctam Iherusalem ipsi imperatori et christianis cum omnibus tenimentis suis, excepto quod templum Domini deberet esse in custodia Sarracenorum, quia diu consueverant orare ibidem, et ut liberum introitum et exitum habeant illuc accedentes orationis causa, et christianis similiter orationis causa sit expositum. Villam etiam que dicitur ad Sanctum Georgium et casalia que sunt ex utraque parte vie usque Iherusalem reddidit. Bethleem quoque et casalia que sunt inter ipsam et Iherusalem restituit. Nazareth etiam cum suis tenimentis, et cum casalibus que sunt inter Accon et Nazareth, reddidit in manus christianorum. Redditum est etiam castrum Zorontis cum suis tenimentis pertinentiis et villis. Nec non civitatem Guidonis[a] cum tota planitie que sibi attinet reddidit, set[b] omnes terras, quas christiani tempore pacis habebant et in pace tenebant. Licebit autem ex pacto imperatori et christianis rehedificare civitatem sanctam Iherusalem in muris et turribus, castrum Ioppen et castrum Cesaree, Montem Fortem et castrum novum, quod firmari hoc anno inceptum est in montanis. Verisimile enim videtur, quod si tunc imperator cum gratia et pace Romane ecclesie transisset, longe melius et efficacius prosperatum fuisset negotium terre sancte. Set quantam in ipsa sua peregrinatione persecutionem pertulerit ab ecclesia, cum non solum quod pro velle ipsum dominus papa excommunicaverit, verum etiam quod ipsum excommunicatum scirent et tamquam excommunicatum vitarent eundem patriarche Iherosolimitano mandavit, magistris domorum Hospitalis et Templi: propter quod non absque sui culminis gravi iniuria suum in exercitu christiano iussit preconium subticeri, et ne terre sancte dissolveretur negotium, ad quod ipse imperator pro viribus incumbebat et intendebat, ipsi exercitui super Teutonicos et Longobardos magistrum domus Teutonicorum et super homines regnorum Iherusalem et Cipri Ryccardum Filangerium marescalcum suum et quendam Oddonem de Monte Beliardo prefecit capitaneos et ductores; et ob hanc causam soldanus ipse cum sciret ipsum imperatorem tali odio ab ecclesia persecutum, vix cum eo componere inductus est. Composuit tamen sic: quod usque ad finem treuguarum pacem sibi ad invicem observarent,

a) Sydonis 2. 3. b) sed et 2. 3. 31) i. q. sagmeriis, equis clitellariis. 32) v. Legg. II, 260.

captivi omnes hinc inde sue libertati restituerentur; et sic receptis ab ipso soldano terra sancta et locis predictis, de consilio omnium peregrinorum ipse in Iherusalem profectus est, ubi eo die, quo civitatem sanctam ingressus est imperator, archiepiscopus Cesaree nuncius patriarche adveniens, civitatem ipsam et specialiter sepulchrum Domini supposuit interdicto de mandato patriarche ipsius, primitias recuperationis ipsius non benedictione sed anathemate prosecutus. Preterea qualiter contra ipsum imperatorem aput Accon postmodum redeuntem predicti patriarcha, magistri domuum Hospitalis et Templi se gesserunt, utpote qui contra ipsum intestina bella moverunt in civitate predicta, hiis, qui interfuerunt, luce clarius extitit manifestum.

Ceterum quia ad regni subsidium, quod ut superius diximus Romana sic ceperat ecclesia occupare, necessario de Siria rediit imperator, statim nuntios suos misit ad papam quosdam fratres de domo Teutonicorum, per quos ipsius habere gratiam supplicat, et esse velle ad suum et ecclesie mandatum exponit.

Papalis exercitus firmata obsidione super Caiatiam, machinis et viribus suis illam vehementer impugnat; et licet occupaverint civitatem, arcem tamen vi capere nequiverunt, hiis qui erant in ea se pro cesare tuentibus contra eos.

Mense Iunii Gregorius papa predictus fratrem Franciscum, innocentis vite virum, qui institutor ordinis fuit fratrum Minorum, aput Perusium de fratrum suorum consilio duxit sanctorum catalogo ascribendum, mandans ubique terrarum diem quo solo carnem et celo spiritum reddidit, quarto silicet Nonas Octobris[a], annis singulis sollempniter excolendum.

Item imperator ipse moram in Apulia faciens, et congregans ad hostium regni repulsam exercitum copiosum, suos pro pace ad papam legatos misit, Reginum videlicet et Barensem archiepiscopos, nec non et magistrum domus Teutonicorum. Qui Caiatiam venientes, que a papali exercitu tenebatur obsessa, cum litteris Albanensis episcopi et cardinalis Sancte Praxedis ad Romanam curiam sunt profecti. Qui cum in nullo profecerint, redierunt. Tunc in Gaieta per papam potestas constituitur Iohannes de Iudice civis Anagninus ad petitionem Gaietanorum. Tunc etiam Adenulfus de Aquino filius Acerrarum comitis Atinum recipit imperatore mandante, et Philippus de Aquino recipit castrum Celii.

Imperator cum crucesignatorum exercitu contra clavigeros hostes properat in terram Laboris. Tunc dominus Iohannes de Columpna cardinalis sub specie afferende pecunie pro stipendiis exercitus ad papam vadit.

Pelagius Albanensis episcopus et rex quondam Iherosolimitanus, cognito quod venturus erat Capuam imperator, rupta obsidione et combusta machina que vulgo dicitur trebuccettum, quod multis sumptibus fecerant, Teanum se conferunt, ubi non absque timore suas acies ponunt a Caiatia discedentes.

Tunc Roffridus archipresbyter Sancti Germani per Albanensem episcopum, papa mandante, in Teanensem episcopum est assumptus.

In Apulia illis diebus quidam Paulus de Logotheta imperialis iustitiarius membratim trucidatus est ab hiis, qui odio imperatorem habebant.

Imperator cum fortunato crucesignatorum exercitu venit Capuam mense Septembris, et ab ista parte Capue Sarracenorum cuneos ordinavit, seque Neapolym contulit eris et gentis a civibus auxilium petiturus.

Tunc civitas Sanctagathensis sponte venit ad mandatum ecclesie, et se reddidit domino pape.

Comes Roggerius de Aquila filium suum recipit, quem in Sicilia obsidem tenuerat imperator.

Pelagius Albanensis episcopus pro defectu solidorum, quos habere non poterat, capi iubet thesaurum ecclesie Casinensis et ecclesie Sancti Germani per Calinensem episcopum, cum quo clerici Sancti Germani in certa quantitate pecunie convenerunt, ne thesaurum ecclesie asportaret.

Imperator a Neapoly Capuam rediens, movet exinde castra sua, et veniens Calvum, ubi nonnulli de papali exercitu convenerant ad defensam, illam fecit undique impugnari, et tunc captos quosdam de Campania suspendi iubet. Et tandem Calvum recipit ad mandatum et fidelitatem suam. Indeque non obstantibus hostibus per Ryardum habens

a) Octobr *c.*

transitum ad Sanctam Mariam de Ferraria venit indempnis; ubi per triduum moram faciens Vayranum recipit, Aliphiam et Venafrum et totam terram filiorum Pandulfi.

Dictus vero Pelagius Albanensis episcopus, et rex quondam Iherosolimitanus per Mefinum iter habentes, cum toto exercitu Minianum venerunt, et inde celeri fuga petierunt Sanctum Germanum.

Illis diebus homines Sancti Germani timentes, ne papalis exercitus aut imperiali cederet aut victus succumberet, suppellectilem suam et queque pretiosa ad loca transtulerant tutiora. Tunc per biduum in Sancto Germano moram protrahens papalis exercitus, frumento vino et aliis necessariis munire roccam Iani et Casinense monasterium cogitabat; set acceleratus per nuntios Sancti Germani ad terram ipsam properat imperator; moxque papalis exercitus dissolutus, de Sancto Germano exiens, gressu prepete in Campaniam est reversus.

Et tunc metus causa qui in Casino statuti fuerant et in rocca Ianule servientes, dimissis ipsis munitionibus recesserunt. Set in Casino se recipiens Albanensis episcopus, redire ad monasterium milites et servientes coegit.

Tunc cum ipso legato Aquini et Aliphie episcopi ascenderunt Casinum, et in Sancto Germano per ipsum legatum prohibitum est celebrari divina. Ceteri vero prelati qui cesserant in partem ecclesie, Romam se contulerunt.

Imperator ipse aput Sanctum Thomam de Strata sua castra ponens tertio Non. Octobris, villam Pedemontis que dicitur Sancte Lucie, suis dedit in direptionem et predam. Castrum Pedemontis dominis Aquini concessit.

Tunc ecclesia sancti Matthei servorum Dei a Sarracenis qui erant in exercitu imperiali, bonis est propriis spoliata, pre timore paucis aut nullis remanentibus in eadem.

Tunc etiam vallum Casinensis monasterii est mandato cesaris hinc inde fortiter impugnatum, set pugnatores nec in aliquo profecerunt. Illuc venientes ex parte civitatis Suesse iudex Taddeus et alii, civitatem ipsam cesari reddiderunt, ad quam recipiendam, concesso eis privilegio quod pro universitate petierant, continuo dirigit imperator.

Tunc Presentianum rocca Bantre Sernia et Aliphia ad mandatum cesaris redierunt. Similiter et tota terra monasterii, Arpinum quoque et Fontana. Cumque ad recipiendam Soram dictum Acerrarum comitem mitteret imperator, ipsum Sorani recipere contempserunt.

Tunc quidam comes Maio de Romania cum nonnullis Grecis militibus de Romania ex parte Commiano ad imperatorem cum magnis muneribus nuntius venit.

Tunc in rocca Ianule quidam de Calabria castellanus constitutus. In Sancto Germano per imperatorem baiuli ordinantur Guilielmus de Bantra et Matheus Dionisius[a]. In tota terra sancti Benedicti Raynerius Belegrimi et Bartholomeus de Bantra camerarii ordinantur. In rocca Bantre Thomas de Magistro castellanus ponitur.

Imperator suas in Lombardiam et Tusciam et Romanniolam[b] litteras dirigit in hac forma:

Fredericus etc. potestatibus consulibus et consilio civitatum Lombardie, fidelibus suis etc. Ut de nostrorum felicitate successuum certa vos nova letificent, vestris duximus desideriis presentibus intimandum, quod nos de ultramarinis partibus prospere per Dei gratiam redeuntes, de inimicis nostris qui regnum nostrum invaserant feliciter triumphavimus, dum audientes nos contra eos in manu valida et potenti venturos, non expectatis aut expertis viribus nostris, in Campanie finibus fuge sibi presidium elegerunt. Sicque Domino cooperante, et nos comitante iustitia que de celo prospexit, quod ipsi de regno nostro, nobis absentibus, per anni dimidium occupaverant, nos brevi dierum spatio recuperaverimus et revocavimus ad demanium et dominium nostrum. Volentes igitur imperii et regni nostri quietem et pacem cum consilio vestro disponere, ac in Teutoniam e vestigio properare, fidelitatem vestram monemus et hortamur attentius, firmiter ac districte precipiendo mandantes, quatinus hiis receptis litteris, in equis et armis decenter armati vestrum ad nos festinetis accessum, quoniam nos universis et singulis pro sui qualitate servitii curabimus respondere. Datum aput Sanctum Germanum 3. *Non. Octobris* 3. *indictionis.*

Civitas Teani imperatori se reddidit, data optione episcopo remanendi in regno et episcopatu suo, vel exeundi si vellet.

Demanium curie Casinensis per dictos camerarios totum applicatur fisco imperiali.

Ad roccam Ianule vinum et victualia deferuntur.

a) dionis. c. b) Romanolam c.

Quidam Leo Crinutus Gaietam vadens ex parte imperatoris ut se redderet imperatori, ab ipsis Gaietanis interfectus est.

Imperator mutato castellano in rocca Ianule, eam Pandulfo et Robberto dominis Aquini, nec non castellum Pontiscurvi et castellum Novum committit. Item ducentos milites mittit in Marsiam, que tota rediit ad fidelitatem suam excepta turre de Foce.

Bertoldus frater ducis Spoleti se in Marsiam contulit, imperatore mandante.

Imperator a Sancto Thoma movens castra sua 14. mensis Octobris, pluvia ingruente reversus est ad Sanctum Germanum; ibique per dies septem moram faciens, inde digressus est, iter faciens versus Aquinum, suas orbis principibus dirigens excusatorias super facto terre sancte, super quo ipsum falso detulerat patriarcha Iherosolimitanus ad dominum papam, quod cum soldano treuguas firmaverit in ignominiam nominis christiani; super quo testimonium invocat venerabilium Wintoniensis et Cicestrensis episcoporum, magistrorum domus sancti Iohannis et Teutonicorum, marescalci domus Hospitalis, et fratris Aymarii, fratrum quoque Predicatorum, qui treuguis initis interfuerant.

Illis diebus antemurale cecidit portarum monasterii Casinensis.

Tunc nobiles quidam Romani ad imperatorem aput Aquinum veniunt ex parte senatus populique Romani; cum quo moram per triduum facientes, ad Urbem reversi sunt.

Tunc etiam iussu imperatoris pro munienda terra Sancti Germani, quod homines terre ipsius ab imperatore petierunt, domus nonnulle hinc inde ex parte Corarie et Vallis funditus diruuntur.

Imperator de Aquino Soram se contulit, quam suis licet imparem viribus renitentem, vi cepit 4. stante Octobris in festo apostolorum Symonis et Iude, et facta est cibus ignis, Campanis militibus, qui ad civitatis ipsius defensam congregati fuerant, in Campaniam fugientibus per montana, nonnullis civium igne ferroque peremptis. Sora[a] vi capitur et concrematur. Versus:

Vi caperis, vi capta peris, merito peritura.
Sora ruis, tua dampna luis, sero reditura.

Arx tamen Sorelle se ad opus tenet domini pape.

Tunc a Taffuro castellano rocce Guilielmi traditus in manus imperatoris Guilielmus de Sora cum quibusdam aliis, suspensus est extra Soram.

Imperator mense Novembris per Insulam filiorum Petri redit Aquinum, ubi diem festum celebrat beati Martini.

Magister domus Alamannorum a papa rediens, letos ad imperatorem rumores defert de compositione inter papam et ipsum. Idem quoque domno Thome de Capua tituli Sancte Sabine presbytero cardinali obviam in Campania vadit, cum quo ad imperatorem venit Aquinum cum forma concordie, 4. stante mense Novembris, et eodem die cum ipso cardinale se contulit aput Sanctum Germanum.

De Romania quidam Greci cum dextrariis in sellis et frenis aureis et cum pannis sericis auro textis, et cum innumeris aureis nummis, que ipsi imperatori representant, pridie ante exitum mensis Novembris ad ipsum imperatorem venerunt.

Tunc etiam littere facte sunt per imperatorem de remissione offense, si quam abbas fecerat vel monachi Casinenses post inter ipsum et papam ortam discordiam. Et littere alie ad homines abbatie, ut sicut prius abbati et monachis Casinensibus respondeant et intendant. Terram totam et loca monasterii ubicumque per regnum posita Deo et beato[b] Benedicto restituit.

Dictus Albanensis episcopus consilio et suasione dictorum cardinalis et magistri domus Hospitalis Teutonicorum, permittente imperatore, cum Aquinate et Aliphanense episcopis, et cum Campanis militibus qui se cum ipso Albanensi episcopo in Casino receperant, salvi exeunt; et tunc reddidit ipsis episcopis suam gratiam imperator, et monasterium ac tota terra sua cure committitur magistri domus Alamannorum predicti; qui quendam de domo sua fratrem Leonardum procuratorem constituit nomine suo usque ad reditum suum ab Urbe. Ad quam ipse magister domus Teutonicorum iterum vadit iussu imperatoris una cum Albanensi episcopo pro quibusdam capitulis, pro quibus inter ipsum et dominum papam discordia erat.

Tunc in Venafro Sernia et Teano pecuniarie exactiones fiunt, imperatore mandante.

a) *haec scriptoris manu in margine habentur codicis.* b) D. 1.

In Sancto Germano et per totam abbatiam annona pro equis imperatoris exigitur a camerariis ordinatis ab eo, superius nominatis, ab universis clericis terre sancti Benedicti.

Magister Thomas cardinalis de Sancto Germano se movens, vadit Suessam. Imperator contendit Capuam, ubi cum ingenti gaudio natale Domini celebrat. Et tunc multos de Sora, qui captivi tenebantur ibidem, sue reddidit libertati.

1230.

Mense Ianuarii imperator per quendam fratrem Senbottum de domo Teutonicorum mandat dicto fratri Leonardo procuratori Casinensi, relicto a magistro domus Teutonicorum, ut de Sancto Germano et alia terra monasterii 40 eligeret homines ad custodiam monasterii Casinensis. Qui iussu imperatoris eos elegit, sacramento ab eis prestito sub hac forma:

Ego talis iuro ad hec sancta Dei euangelia, quod ab hodie in antea fideliter custodiam et salvum faciam monasterium Casinense, personas monachorum et aliorum, qui pro parte magistri domus Alamannorum in ea fuerint constituti, et res eorum et monasterii. Non ero in facto consilio vel consensu, qualiter in alterius deveniat manus, nec ego illud reddam, quamdiu custodie deputatum est magistri domus Teutonicorum, et ego ibi mansero.

Imperator de Capua se movens versus Apuliam, aput Melphiam vadit, ubi ad eum vadunt Reginus archiepiscopus et dictus Teutonicorum magister a Romana curia redeuntes, qui et iterum missi a cesare, ad papam vadunt mense Ianuarii.

Mense Februarii, primo die mensis eiusdem, Rome Tyberis fluvius per alluvionem usque adeo inundavit, quod occupavit de domibus Urbis usque ad Sanctum Petrum et usque ad Sanctum Paulum; quod tanti causa timoris Romanis omnibus extitit, ut mox de communi consilio, metu mortis, dominum papam ad Urbem de Perusio revocarent. Qui rediens, a senatu populoque Romano ingenti cum gaudio est receptus.

Reginus archiepiscopus et magister domus Teutonicorum ab Urbe ad cesarem revertuntur, quem apud Precinam inveniunt.

Eodem mense quidam magister Guilielmus de Capua imperatoris notarius, venit ad Sanctum Germanum cum litteris imperialibus, ut si quis esset vel esse vellet in apparatu militari ad servitium imperatoris, ipse imperator immunem eum ab omni servitio faceret,
33 et de armis et equis suis esset ad redditum suum[33].

Mense Martii dictus cardinalis Sancte Sabine de Suessa discedens Gaietam se contulit, ubi tunc episcopus venerat Tusculanus, qui vocaverat ipsum.

Iterum autem predicti Reginus archiepiscopus et magister domus Teutonicorum ad papam redeunt; et alter eorum silicet magister domus Teutonicorum Gaietam vadit, cum quo dictus cardinalis redit ad Urbem. Tusculanus autem tunc venit Pontemcurvum cum dicto fratre Leonardo. Quique a Pontecurvo Ceperanum vadit, per quos transitum habens Reginus archiepiscopus, ad Urbem profectus est; ubi pro compositione inter papam et cesarem facienda dux Austrie dux Carinthie et dux Moravie[34] venerant simul cum patriarcha Aquilegensi et Salseburgensi archiepiscopo.

Tunc frater Leonardus in rocca Draconis castellanum ponit Anneum de Rivo Matricio.

Dictus Tusculanus revocatur ad Urbem; qui cum tribus aliis cardinalibus et cum principibus Alamannie supradictis pacis bonum inter papam et cesarem electi specialiter tractaverunt.

Quedam Apulie civitates, silicet Civitate, Alarinum, Sanctus Severus, Casale novum et Fogia, veniunt ad mandatum imperatoris, que sibi antea rebelles extiterant, et redeunt ad mercedem suam.

Mense Aprilis duces predicti cum Regino archiepiscopo ac magistro domus Teutonicorum redeuntes a papa cum tractatu et forma concordie, in Apuliam ad cesarem vadunt; ubi cum eo aput Fogiam pascha Domini celebrant.

Decimo die mensis eiusdem Philippus de Citro comestabulus Capue magister est operis Sancti Germani per cesarem institutus, et litteras imperiales ad homines terre ipsius et ad alios omnes de terra monasterii detulit et mandatum, quatinus super facto munitionis terre Sancti Germani sibi intendere et respondere deberent in faciendis muris, ubi opus esset turribus et fossatis; exceptis hominibus Sancti Angeli Theodici, quod castrum muniri precipit imperator.

33) i. e. ad expensam imperatoris. 34) i. e. Meranie.

Gregorius papa in die sancto Iovis Raynaldum dictum ducem Spoleti excommunicat, et Bertoldum fratrem eius. Apr. 4.

Stephanus de Anglone terre Laboris iustitiarius, imperatore mandante utramque Insulam filiorum Petri et Solaratam Castellucium et Pastinam recipit, et custodiri facit ad opus imperatoris, Broccum et Pesclum Soldulum destrui et everti fecit, illorum cogens incolas ad loca alia demigrare, muros evertens Pastine, nec non turres ipsius et predictam Insulam similiter, tamque ipsam Insulam quam castrum Pastine igne combussit.

Dux Austrie Lympuldus nomine cum patriarcha Aquilegensi et aliis supradictis ab imperatore de Apulia rediens, et ad papam vadens cum eis, ad Landulfum Casinensem abbatem et conventum eiusdem ex parte imperatoris litteras detulit in hac forma:

Fredericus etc. venerabili abbati Casinensi, et conventui eiusdem etc. Ecce quod ad supplicationem dilecti principis nostri ducis Austrie et Stirie, ac venerabilis magistri domus Alamannorum devoti nostri, recepimus vos de habundantia pietatis nostre in gratiam magestatis nostre, omnem offensam quam contra nostram excellentiam pro presenti discordia inter nos et domnum papam habita a principio dissentionis usque in hodiernum diem decimum octavum Aprilis tertia indictione visi estis commisisse, penitus relinquentes. Ceterum ea que vobis predictus dux et magister Teutonicorum retulerint ex parte culminis nostri, indubitanter credatis. Datum Fogie etc.

Eodem mense Aprilis in Grecorum imperio factum est prelium inter Grecos, in quo Commiano captus est, et utroque lumine orbatus.

Mense Madii Alamannie principes a papa ad cesarem redeunt, relicto Regino archiepiscopo, cum quo Sabinensis episcopus et Thomas Sancte Sabine cardinalis pro absolutione imperatoris in regnum veniunt. Et premittentes ad ipsum imperatorem magistrum domus Alamannorum, qui venisse cardinales annuntiat, ipsumque imperatorem ut veniat versus Capuam accelerare debeat, cardinales ipsi cum regni prelatis, qui a facie imperatoris fugerant, et in regnum sub spe compositionis inter ecclesiam et ipsum redierant, cum eisdem elegerunt aput Sanctum Germanum facere stationem.

Tunc imperatoris iussu fossata et muri Fogie Casalis novi et Sancti Severi replentur et sternuntur ad solum. Quod cum ipsis cardinalibus innotesceret, qui prevenire imperatorem voluerant, versus Capuam properantes, a Teano ad Sanctum Germanum reversi, prelatos omnes excepto abbate Casinense redire Ceperanum iusserunt, et ipsi se mox cum predicto Casinense abbate qui eos est e vestigio subsecutus Capuam contulerunt. Ubi penultimo Madii ad eos veniens imperator, cum formam non acceptaret concordie, quia Sanctam Agathen et Gaietam retinere volebat ecclesia, recedentes a Capua, Suessam se conferunt cardinales. Ubi cum Gaietanis loquentes, quos sub securo ducatu abbatis Casemarii, magistri Petri de Vinea, et Philippi de Citro comestabuli Capue ad se venire fecerant, cum ipsos ad imperatoris vota flectere nequivissent, ad Sanctum Germanum reversi sunt. Ubi cum diu esset de concordie forma tractatum, nec posset, actore faciente discordie, consummari, oportuit iterum magistrum domus Teutonicorum ad domnum papam simul cum Regino de Lombardia episcopo laborare, qui serio ad imperatorem venerat pro pace inter ipsum et ecclesiam reformanda. Qui cum sine effectu rediret, consequenter ad papam redeunt, et tunc cum eis quidam frater Gualo mittitur de ordine Predicatorum, forma concordie acceptata; et ipse papa Urbem exiens, venit aput Criptam ferratam. Imperator vero de Capua iam venerat ad Sanctum Germanum, ubi dictus frater Gualo in hora serotina allocutus est ipsum; et ad verbum illius satisfacere ecclesie annuit imperator, propter quod in signum letitie in Sancto Germano sunt per omnes ecclesias signa pulsata, et item frater Gualo ad papam, quem aput Anagniam repperit, sub festinantia remeavit.

Igitur die Martis, nono stante Iulii, in festo sancti Appollinaris predicti Sabinensis episcopus et Sancte Sabine cardinalis in maiori ecclesia Sancti Germani, — presentibus patriarcha Aquilegensi, Salseburgensi archiepiscopo, Ratysponensi et Regino episcopis, Carinthie et Moravie[35] ducibus, principibus Alamannie (tunc enim dux Austrie graviter infirmabatur) astantibus quoque ibidem regni prelatis, Panormitano Regino et Barensi archiepiscopis, nec non Casinensi Casemarii et Sancti Vincentii[a] abbatibus et prelatis aliis, qui causa metus de regno secesserant, Raynaldo dicto duce Spoleti, et Thoma de Aquino Acerrarum comite, Henrico de Morra magistro iustitiario aliisque regni iustitiariis et

a) de Vulturno *inserunt* 2. 3.

35) i. e. Meranie.

baronibus ac plebeis, — de satisfaciendo sancte Romane ecclesie pro hiis, quibus excommunicatus fuerat, recipiunt ab imperatore publice iuramentum, tunc in anima sua iurante pro eo Thoma de Aquino Acerrarum comite, et prelatis ac principibus Alamannie iurantibus cum eo subscripta capitula. Tunc Salseburgensis archiepiscopus ad imperatoris excusationem longo tenuit sermone diem, cui dictus Sancte Sabine cardinalis luculenta non minus oratione respondit.

36 *Privilegium principum Alamannie* [36].

Iul. 23. *In nomine Domini. Amen. Nos Bertoldus Aquilegensis patriarcha, et . . archiepiscopus Salseburgensis, . . episcopus Ratysponensis, Lympuldus Austrie ac Stirie, . . Carinthie, et Octo Moravie*[37] *duces, Dei gratia principes imperii, per presens scriptum notum fieri volumus universis, quod inter sacrosanctam Romanam ecclesiam matrem nostram et dominam, et serenissimum dominum nostrum Fredericum Romanorum imperatorem semper augustum, Iherusalem et Sicilie regem, convenit, quod de communi eorum voluntate tractabitur de via invenienda, qualiter ad ipsum domnum imperatorem cum honore ecclesie, Gaietana et Sancte Agathe civitates, et omnes cum bonis suis de regno Sicilie quos in fide sua recepit ecclesia et in ecclesie devotione perdurant, revertantur. Ad quem tractatum datus est annus, nisi ante via valeat inveniri, ad quam inveniendam dicta mater ecclesia curam et sollicitudinem adhibere promisit, nec ultra terminus nisi de consensu partium prorogabitur. Set si, quod absit, infra ipsum terminum via inveniri non possit, ex tunc per arbitros communiter eligendos procedetur in via, ut dictum est, eligenda, quorum sint duo ex parte ecclesie et duo ex parte imperatoris. Qui si concordare non poterint, quintum eligent, et dicto maioris partis stabitur. Prestitit autem dominus imperator iuramentum per Thomam de Aquino Acerrarum comitem de mandato suo in anima sua iurantem, quod interim predictas terras et homines non offendet nec permittet offendi a suis, et viam, que invenietur per communem tractatum sancte Romane ecclesie et eiusdem domini imperatoris, vel per arbitros, ipse domnus imperator observabit.*

Notum quoque facimus, quod dominus imperator remittit omnem offensam Teutonicis Lombardis Tuscis et hominibus Sicilie generaliter, et Gallicis, qui contra eum Romane ecclesie adheserunt, et dictum Acerrarum comitem fecit iurare, quod nullo unquam tempore predictos offendet nec permittet offendi pro eo, quod contra eum, orta discordia, Romane ecclesie astiterunt, set pacem eis et ecclesie observabit. Remittit etiam ipse domnus imperator sententias constitutiones et banna, si qua per eum vel per alios lata vel edita sunt occasione huiusmodi contra eos. Promittit etiam, quod terras ecclesie in ducatu et marchia seu alio patrimonio ecclesie non invadet nec devastabit per se vel per alios, sicut in scriptis ab ipso domno imperatore factis super predictis omnibus, bullis aureis impressis et typariis sue magestatis munitis plenarie continetur. Nos autem nichilominus tactis sacrosanctis euangeliis, iuravimus procurare bona fide, quod predictus domnus imperator predicta servabit, et contra ea non veniet. Quod si fieret, nisi infra tres menses in regnum, infra quatuor in Italiam, infra quinque extra Italiam duxerit emendandum, potenter ac patenter ad requisitionem ecclesie assistemus ei contra eundem domnum imperatorem, donec satisfecerit. Quod si per domnum imperatorem steterit, quod arbitros non elegerit, vel arbitros impediverit ne procedant, nos ecclesie tenebimur, ut est scriptum. Si autem ecclesia arbitros dare noluerit, vel datos impediverit ne procedant, nos ex tunc quantum ad hunc articulum non tenebimur iuramento. Ad cuius rei memoriam presens scriptum fieri fecimus sigillis nostris communitum. Actum apud Sanctum Germanum anno 1230. mense Iulio, 23. die mensis eiusdem, indictione 3.

Iul. Igitur eodem die predicti cardinales vice domni pape dederunt domno imperatori sub debito prestiti iuramenti firmiter in mandatis, ut restituat quicquid occupatum est per ipsum vel alios ministros suos in marchia vel ducatu, seu in alio patrimonio ecclesie, et quicquid occupatum est per ipsum vel ministros vel baiulos de castris seu de possessionibus monasteriorum, et specialiter monasterii sancti Quirici de Introduco, ecclesiarum, Templariorum, Hospitalariorum, baronum et aliorum nobilium de regno vel undecunque, necnon et ceterorum, qui in hoc negotio contra se Romane ecclesie adheserunt; et quod restituet Tarentinum archiepiscopum, omnes episcopos et prelatos, qui sunt exclusi, ad sedes et loca sua et ad omnia bona sua extantia. Item sub eodem iuramento mandarunt, ut de cetero nullus clericus in civili vel criminali causa conveniatur sub iudice seculari, nisi

36) Authenticam eius formam ex regesto Gregorii IX. dedi Legum T. II. pag. 270. 37) i. e. Meranie.

super feudis civiliter conveniatur; et quod nullus talleas vel collectas imponat ecclesiis monasteriis clericis et viris ecclesiasticis seu rebus eorum, et quod electiones postulationes et confirmationes ecclesiarum et monasteriorum libere fiant in regno secundum statuta concilii generalis.

Die Mercurii, octavo stante Iulii, in vigilia sancti Iacobi rediens a domno papa ad Sanctum Germanum frater Gualo de actoritate apostolica restitui iussit a cardinalibus in Sancto Germano et tota terra monasterii divina officia, que per Albanensem episcopum fuerant interdicta; ubique etiam per regnum mandatum est celebrari divina, illis exclusis qui in marchia fuerant cum Raynaldo duce Spoleti.

Traiectum et Sugium cum comitatu Fundano comiti Roggerio de Aquila restituitur, imperatore mandante.

Landulfo Casinensi abbati monasterium libere restituitur et rocca Ianule, quam sicut in pactum venerat, custodiendam commisit fratri Leonardo sepe fato de domo Teutonicorum, qui eam servandam commisit Raynerio Belegrimi de Sancto Helya, de quo tanquam de fideli cesaris confidebat, recepto ab eo iuramento, ut fideliter illam custodiat, donec imperator ipse sit ab excommunicationis vinculo absolutus.

Tunc Teanensis Aliphanus Venafranus episcopi, et prelati alii de regno exclusi, ad sedes proprias libere revertuntur.

Imperator ultimo die mensis Iulii de Sancto Germano exiens in hora vespertina, Aquinum se contulit.

Ea die pestis quedam que brucus[38] dicitur totam terram monasterii occupavit, que [38]
milia omnia et quidquid viride rodendo vastavit.

Lympuldus dux Austrie et Stirie die dominico in festo sanctorum Nazarii et Celsi aput Iul 28.
Sanctum Germanum naturali morte defecit; cuius ossa delata sunt more Teutonico in Teutoniam, et caro aput Casinum cum honorificentia tumulata.

Mense Augusti die prima imperator ad roccam Arcis se contulit. Qui tunc castrum Pontiscurvi et Pedemontis et Castellum Novum restitui mandat abbati Casinensi a dominis Aquini, qui ea servabant ad opus suum.

Eodem mense littere in Sancto Germano venerunt, quas quidam magister Iohannes de civitate Toleti omnibus per orbem christicolis vulgandas transmisit, quarum tenor talis est:

Epistola missa a magistro Iohanne Toletano.

Anno a nativitate Domini 1229. *usque ad annos* 7. *mense Septembris, sole existente in libra et cauda draconis, ibidem erit ammirabilis res rerum mirabilium, et mutationis temporum significantia. In mense illo fiet terre motus mirabilis, et destruet multa loca per Saturnum et Martem manentes in signis aeris, et erit infirmitas et mortalitas valida. Ostendet etiam eadem coniunctio ventum validum denigrantem aera et obscurum reddentem, et venenis infectum et repletum; et in vento voces terribiles corda hominum obstruentes, et a regionibus harenosis sablonem sublevans, et supra civitates sitas proximas plagam deducens, et cooperiens eas, ita etiam quod eas suffocabit. Et primo destruet civitates orientales, et nominatim Thetam, Baldach, Capolym, Babiloniam, et omnes civitates harenosis locis sitas vel proximas, ita quod nulla earum evadet quin harenis tota operiatur. Erit iterum eodem anno, prius quam planete conveniant in libra, enclypsis solis, que totum corpus illius obscurabit, et hac operatione precedente, luna tota patietur enclypsin. Erit enclypsis solis ignei coloris et deformis, ostendens maximum futurum bellum cum effusione sanguinis prope fluvium in terra Orientis, et similiter in terra Occidentis, et erit dubietas et ignorantia inter Sarracenos, ita quod penitus synagogas maumerias et secreta eorum relinquent. Verumtamen notum sit omnibus qui enclypsim solis videbitis, cum omnibus vestris a terra exeatis, et ut hec firmiora et certiora teneatis, antequam enclypsis solis et lune fiat, erit terre motus mortalitas fames valida prelia et carestia fere per totum orbem, et tunc quidam maximus imperator morietur. Et mense Septembris post enclypsim solis et lune mare ultra solitum crescet, ac omnes fere venti flabunt, ita quod nulla navis in mari evadet, arbores evellent, edificia subvertent venti et terre motus. Unde si vultis evadere, in planis circumdatis montibus facite cooperturas trabium, et terram superponite, que sint longe a plagiis et montanis locis, et ubi non sint arbores prope quibus os caverne possit operiri; et in eis introite cum familia vestra et rebus necessariis per triginta dies et plus habundanter vobis et familie vestre.*

38) i. q. bruchus.

Et hec ad redemptionem animarum vestrarum ignorantibus denuntiate. In hiis enim nobiscum concordes sunt omnes astrologi et geomantici Toleti Hyspanie, Ethiopie, et aliarum provinciarum diversarum gentium, christianorum Sarracenorum et Hebreorum, et omnes philosophi hoc affirmant. Et hoc unum in veritate scimus, quod rex Mathemelinus turrem facit cum fabrica eminentiorem omnibus fabricis et crossiorem et ampliorem, ad instar maximi montis, ita quod omnes sui habent expensas in ipsa fabrica. Et idem audimus de rege Siclo, que periculosa videntur.

Aug. 5. Sabinensis episcopus et cardinalis Sancte Sabine die lune quinto intrante Augusti recedentes de Sancto Germano, Ceperanum se conferunt; ad quos vadit ipse imperator, et exterius castra metatus est, precepitque militibus suis ostentationem facere in equis et armis.

Ipso mense Augusti in festo beati apostoli Bartholomei fulgur de celo veniens, campanile Casinense percussit, et totam eius summitatem proiecit in terram, salvis tamen campanis que erant in eo. Interea laborantibus hinc inde nuntiis ex parte pape et imperatoris, magistro domus Teutonicorum et principibus Alamannie supradictis, pax est inter ipsum papam et cesarem reformata, et quedam arces regni tradite sunt servande magistro domus Teutonicorum usque ad certum tempus pro maiori ecclesie firmitate; et tunc imperator ipse in castris ante Ceperanum, in cappella sancte Iuste, die Mercurii in
Aug. 28. festo beati Augustini, per Sabinensem est episcopum ab excommunicationis vinculo abso-
Aug. 31. lutus[39]. Similiter et omnes sui. Et ultimo mensis Augusti vadit Anagniam, locuturus cum papa. Interea suas per totum regnum generaliter litteras pro libertatibus monasteriorum ecclesiarum personarum ecclesiasticarum et rerum illarum dirigit in hac forma:

Epistola.

Aug. 24. *Fredericus etc. comitibus, baronibus, iustitiariis, camerariis et baiulis in regno Sicilie constitutis etc. Fidelitati vestre per presentium scripta mandantes precipimus firmiter, ut nullus vestrum monasteriis, ecclesiis, personis ecclesiasticis aut rebus eorum talleas vel collectas presumat imponere, salvis illis servitiis ad que certe ecclesie vel persone tenentur nobis specialiter obbligate. Dat.*[a] *in castris ante Ceperanum* 24. *mensis Augusti ind.* 3.

Mittit etiam suos nuntios et litteras ad omnes civitates et castra de marchia que sibi fidelitatem fecerant, sub comminatione diffidationis, ut ad fidem redeant Romane ecclesie et mandatum eiusdem.

Sept. 1. Mense Septembris, prima die mensis eiusdem, qui fuit dies dominicus, cesar invitatus a papa, cum esset in castris in pede Anagnie, magnifice comitatus a cardinalibus et nobilioribus civitatis intravit Anagniam, et eo die cum papa sedit in mensa, et solus cum solo, magistro tamen Teutonicorum presente, in papali camera, consilio longo se tenuere diu; et die lune sequenti cum gratia pape et cardinalium ad castra reversus est. Tunc Iohanni de Poli concessit comitatum de Albe propter civitatem Fundanam, quam abstulit ei, et reddidit eam Roggerio de Aquila, cum toto Fundano comitatu. Tunc etiam abbas Sancti Vincentii et prelati qui imperatori adherentes excommunicati fuerant, ad preces imperatoris a papa absoluti sunt. Imperator a papa discedens die Mercurii, applicuit die Iovis aput Sanctum Germanum, indeque discedens post prandium, sub celeritate se Capuam contulit, exinde versus Melphiam profecturus. Rex Thessalonicensis obiit Melphie. Prelati et principes Alamannie in sua recedunt.

Belvacensis episcopus, qui de Gallia venerat in auxilium ecclesie, per papam dux Spoleti efficitur.

Raynaldus dux Spoleti vadit Introducum, ubi aliquamdiu moram faciens, in Apuliam ad imperatorem redit.

Mense Novembris Gregorius papa revocatus a senatore redit ad Urbem. Eodem mense magister Guilielmus de Sancto Germano domni pape cappellanus canonice electus in archipresbyterum Sancti Germani assumptus est.

In Apulia imperatoris iussu capiuntur Matheus Marckafaber magister camerarius, iudex Philippus de Magdalone, iudex Guilielmus de Salerno, notarius Adam et notarius Iohannes.

Tunc pro correctione et honestate vite clericorum generales idem papa per totum regnum ad metropolitas et eorum suffraganeos litteras dirigit in hac forma:

a) Daī *c.*

39) v. Legum T. II, 273.

Epistola.

Gregorius etc. venerabilibus in Christo fratribus, archiepiscopis et episcopis per regnum Sicilie constitutis etc. Si cavendum est vobis, ne sanguis subditorum de vestris manibus requiratur, clericorum culpas, que periculose sunt, propter officii dignitatem non debetis relinquere incorrectas. Horum enim quanto est gradus altior, tanto gravior casus existit, et excessus ipsorum vehementer in exemplum extenditur dum in excusationem illorum dicitur: „Sufficit discipulo si sit sicut magister eius", sicque per eos facientes delinquere populum, nomen Domini blasphematur, cum non soleant facere qui sequuntur, nisi quod eos, qui precedunt, viderint facientes. Licet autem corrigendi sint omnes clericorum excessus, et mores eorum et actus in melius reformandi, specialius est tamen in eis incontinentie vitium exprobrandum, cum non deceat per inmundos sancta tractari, et fedatos libidine mense Domini ministrare. Unde Abimelech sacerdos Davit legitur respondisse, se ad manus panes laycos non habere, set solummodo panem sanctum, quem mundis pueris, maxime a mulieribus, optulit manducandum. Ut igitur iudicium de domo Domini prodeat, presentium vobis actoritate mandamus et in virtute obedientie districte precipimus, quatinus usque ad tres menses clericorum vestrorum tam incontinentie vitium, quam excessus alios corrigentes, presertim super cohabitatione mulierum eos diligenter et sollicite corrigere studeatis; taliter circa vos ipsos invigilare curantes, quod commendatione magis quam correctione dignum in vobis valeat inveniri: alioquin si qui vestrum, quod non credimus, precepti nostri fuerint contemptores, ex tunc infra mensem responsuri, nobis de contemptu personaliter ad sedem apostolicam accedere non postponant, attentius precaventes, ne in commisso vobis negotio, que sunt vestra, non que Iesu Christi queratis, si proprium vultis periculum evitare. Ceterum vos archiepiscopi contra prelatos vestre provincie, et alios qui sunt infecti vitio symonie, cum tales Dominus facto flagello de resticulis de templo eiecisse legatur, ac eos qui ultramontanos sine commendaticiis litteris episcoporum suorum ausi sunt ad ordines promovere, ac eos qui dicuntur incontinentie vitio laborare, inquiratis sollicite veritatem; et quod inveneritis, nobis infra predictum tempus rescribere procuretis, ut per vestram relationem instructi procedamus, prout viderimus expedire. Datum[a] Anagnie 5. Kal. Novembris, pontificatus nostri anno 4.

Mense Decembris imperator aput Precinam natale Domini celebrat.

1231.

Mense Ianuarii suas imperator litteras mittit ad Stephanum de Anglone terre Laboris iustitiarium, ut diligenter inquirat de promissis imperiali curie factis, et si qua post transfretationem suam facta sunt concessionum privilegia per Raynaldum ducem Spoleti, sive suo sive ipsius ducis sigillo signata, aliquibus personis, ea imperiali curie usque ad festum purificationis beate Virginis precipiat presentari; alioquin ex tunc in antea nullam habeant firmitatem. Precipiat etiam omnibus Ravellensibus, ut uxores et familias suas usque ad festum pentecostes remittant Ravellum sub pena personarum et rerum. Inhibeat etiam omnibus illis, quibus licentia data fuit edificandi occasione orte discordie inter imperium et ecclesiam sub pena predicta, ne in terris aut castris suis edificare presumant. Item mandat generaliter universis, qui de feudis servire tenentur, tam prelatis quam ceteris aliis, ut ana decem feuda conferant, de quibus comes vel baro qui decem feudis preerit et pluribus, melior nec non et ditior qui inter participes et possessores invenietur, eligi debeat, et taxari et preparari se debeat in duobus equis, somerio uno et armis, ac ceteris proportionaliter, et habeat pro corredo unius anni uncias 50 prefixo termino proximi passagii mensis Martii in portu Brundusii presentandus, ut ab inde secundum suam dispositionem debeat transfretare.

Item ad inquirendum, si qui fuerint a talleis et collectis exempti, sive potentia, prece, pretio, amore, vel timore cuiusquam, mittit iudicem Roggerium de Asculo et I. comestabulum[b] Corneti, ut universis et singulis predictorum collectam imponant.

Mense Februarii imperator versus Tarentum properat, ubi disponit curiam regere generalem.

Eodem mense nonnulli Paterenorum in Urbe inventi sunt, quorum alii sunt igne cremati, cum inconvertibiles essent, alii, donec peniteant, sunt ad Casinensem ecclesiam et aput Cavas directi.

Imperator pro capiendis Paterenis apud Neapolim mittit Reginum archiepiscopum, et

a) Daī c. b) Comest c.

Ryccardum de Principatu marescalcum suum, de quibus aliqui sunt inventi et vinculis mancipati.

Collecta ubique per regnum iussu imperiali a iudicibus et tabellionibus demanii exigitur.

Rex quondam Iherosolimitanus de Francia rediens et de partibus ultramontanis venit Perusium, ubi venturum expectat domnum papam, cum quo loqui desiderat, quia non vult se conferre ad Urbem.

Mense Aprilis magister domus Alamannorum de Alamannia ad imperatorem redit.

Eodem mense Romanorum exercitus super Viterbium vadit.

In civitate Constantinopolitana terre motus magni fuere, per quos ecclesiarum et domorum vastitas magna fuit.

In Apulie finibus et aliis regni partibus ad destruendam pestem brucorum innumeram generale a cesare edictum exiit, ut singuli de singulis terris, in quibus invaluerat pestis illa, summo mane ante solis ortum deberent capere quatuor tuminos de brucis ipsis, et assignare quatuor iuratis de terra qualibet ad comburendum sub pena unius uncie auri unicuique, si ad hoc negligens fuerit vel remissus; ac hoc singulis terris precipi mandavit sub pena centum unciarum auri ad opus fisci imperialis.

Mense Maii Raynaldus dictus dux Spoleti, cum non posset imperatori sufficientem ponere rationem aut fideiussoriam cautionem prestare, aput Fogiam, iussu imperatoris captus est, et custodie traditus, ac bonorum omnium ammissione mulctatus; quare Bertoldus frater ipsius ducis contra imperatorem in Introduco se recipit.

Eodem mense Romanorum exercitus super Viterbium vadit, ab hiis de Monte Flascone iuratoria cautione recepta, ne subsidium aliquod illis de Viterbio conferre deberent.

Reginus archiepiscopus ab imperatore nuntius ad papam vadit, et veniens ad Sanctum Germanum, inquisitionem facit fieri de infamibus et suspectis.

Mense Iunii primo die mensis eiusdem circa meridiem, qui erat dies dominicus, terre motus magnus factus est subito in Sancto Germano et per vicina loca, qui die ipso nonnulla ecclesiarum campanilia, ipsas etiam ecclesias, firmas turres et domos plurimas in civitatibus et castellis evertit; qui quod dictu et auditu mirabile est, terre fundamentis concussis limpidos aquarum fontes de Sancto Germano in fecis fetulente colorem mutavit, et talis color aquarum per duas ferme horas duravit, saxa disrupit[a], propter quod homines timentes vivos a terra sorberi, in multa contritione et luctu penitentiam agentes, suas Domino pre timore mortis animas commendabant. Terre motus iste intonuit die illo et hora predicta, a Capua usque Romam, et terra mota est. Et tunc de Coliseo concussus lapis ingens eversus est; et quia duravit ultra mensem terre motus huiusmodi, interdum plus interdum minus, attoniti homines, dimissis laribus et locis propriis, ne domorum illos ruina contereret, ad agros exibant. Tunc iussu Landulfi Casinensis abbatis fit ad Casinense monasterium de singulis terris suis processio generalis discalciatis pedibus in fletu et planctu.

Ea die qua terre motus iste fuit, Gregorius papa Urbem exiens vadit Reate; ad quem Barensis archiepiscopus et magister domus Alamannorum ex parte imperatoris vadunt, et Mutinensis episcopus a papa ad imperatorem nuntius destinatur.

Rex quondam Iherosolimitanus aput Reate ad papam vadit, de cuius assensu, ut cum filio imperatoris Constantinopolitani de filia sua contrahat, et ipse sit curator imperii, donec in minori constitutus etate perveniat ad legitimam, mare aput Venetias intrans vadit collecto exercitu in Constantinopolim.

Tunc imperator domorum omnium Hospitalis et Templi possessiones, que in regno sunt, et earum fructus capi iubet ad opus suum.

Ryccardus de Principatu marescalcus domni imperatoris, ipso imperatore mandante, ut in Syriam transfretet, quos vult de regno sibi ascivit in socios.

Constitutiones nove, que augustales dicuntur, aput Melfiam augusto mandante conduntur. Mense Iulii inquisitiones fiunt in Sancto Germano et per totam terram Sancti Benedicti per Robbertum de Busso iussu magistri iustitiarii, de compangiis, falsariis, aleatoribus, tabernariis, homicidis, vitam sumptuosam ducentibus, prohibita arma portantibus, et de violentiis mulierum.

Exercitus imperialis Introducum, in quo Bertoldus se contra imperatorem receperat, obsidet et divastat.

a) dirupit *c.*

Gregorius papa requisitiones solidorum a militibus et servientibus Campanie fieri mandat, qui eos in fraudem retinuerunt tempore orte discordie inter ecclesiam et imperium.

Beluacensis episcopus, cui ducatus Spoleti ab ecclesia est commissus, congregato exercitu super Spoletum vadit, illam in exterioribus devastat, nec per hoc Spoletanos ad suam habere potuit voluntatem; et sic inde discedens, super Mirandam vadit, ubi monete et bulle papalis esse falsarii dicebantur.

Exercitus imperialis ab Introduco discedit.

Reatini iussu pape super Mirandam vadunt.

Mense Augusti de mandato imperiali per totum regnum seta cruda emi prohibetur, similiter sal, ferrum et aes emi nonnisi a doana imperiali mandatur.

Serra super Celanum firmata iussu imperiali diruitur.

Eodem mense magister domus Alamannorum in Lombardiam vadit.

Constitutiones imperiales Melphie publicantur.

Mense Septembris apud Sanctum Germanum sicut per totum regnum, pondera et mensure mutantur, ponuntur rotuli et tumini. Tinctorias omnes de regno ad opus fisci imperialis recipi precipit imperator, et super hoc suas mittit litteras generales. Quas cum duo Iudei pro iudeca Sancti Germani recipienda detulerint, ipsam Reginus archiepiscopus capi prohibuit, mandans ipsis Iudeis, ut ipsam in pace dimittant monasterio Casinensi.

Mense Octobris Marinus Carazulus miles Neapolitanus cum filio Annei de Rivo Matricio venientes ad Sanctum Germanum cum litteris imperialibus et mandato pro reparatione castrorum imperialium, requirebant Casinensem abbatem ex parte cesaris, ut homines terre monasterii mittere deberet ad muniendum Atinum, castrum Celii, roccam Bantre, et roccam Guilielmi.

Mense Novembris Romani, comperto quod imperator in eorum odium Viterbium receperat, et ad ipsius civitatis auxilium miserat quendam Raynaldum de Aquaviva capitaneum, et de gente sua cum eo, pro tuenda re publica magnam pecunie quantitatem ecclesiis Urbis in odium pape imponunt.

Mense Decembris imperator aput Ravennam natale Domini magnifice celebrat, et eo die licentiam dedit omnibus de regno, qui secum iverant, in propria revertendi.

Nummi aurei, qui augustales vocantur, de mandato imperatoris in utraque sycla[40], Brundusii et Messane, cuduntur.

1232.

Mense Ianuarii Prenestinus episcopus et domnus Oddo cardinalis ex parte pape legati ad imperatorem vadunt; et eo mense Thomas de Aquino, qui cum imperatore iverat, ipso imperatore mandante, redit in regnum, regni capitaneus institutus. Qui ad Sanctum Germanum veniens, Taffurum quendam civem Capue in rocca Ianule, quam usque tunc Ryccardus de Guerra per fratrem Leonardum de domo Teutonicorum servaverat, posuit castellanum.

Henricus de Morra magister iustitiarius ad Sanctum Germanum veniens, inquisitiones dudum ibidem factas iussu imperiali per Robbertum de Busso, baronem de comitatu Molisii, aperiri iussit et publicari, unicuique infamatorum exhibens libellum sue infamie et nomina infamantium illos; quod causa fuit magne discordie inter ipsos, et odii magni fomitem ministravit. Tunc de mandato ipsius Acerrarum comitis sex electi sunt in Sancto Germano, qui iuraverunt dare Philippo de Citro comestabili Capue fidele consilium et auxilium, qualiter munitio terre Sancti Germani celeriter compleatur. Qui habito consilio providerunt munitionem ipsam per homines Sancti Germani et alterius terre monasterii in partes debere distribui; sicque factum est, et pars operis quibuslibet assignata.

Tunc etiam mandato dicti comitis et magistri iustitiarii, baiuli imperiales, qui Cavarrecti vocantur, per domnum Hectorem de Monte Fusculo, tunc terre Laboris iustitiarium, de Sancto Germano et tota terra monasterii amoventur.

Mense Februarii in Sancto Germano constitutiones imperiales, que augustales vocantur, publicate sunt, quarum initium est: *Post mundi machinam providentia divina firmatam;* de quibus has inter alias elegi huic operi inserendas:

40) i. e. *zecca*, officina monetaria.

Fredericus augustus de fide mercatorum[41]: *Magistros mechanicarum artium, quorum operis et operibus homines carere non possunt, legaliter et fideliter sua opera exercere debere iubemus. Aurifices scilicet qui in auro et argento laborant, sellarios, scutarios, frenarios atque lormerios, caldararios, fabros, qui eris et ferri quecumque opera faciunt. Balistas etiam facientes ac arcus, et generaliter omnes artifices, cum fide et studio, prout unusquisque artificium melius noverit, volumus operari. Specialiter autem scutariis et sellariis iniungimus, ut emptores certiorare fideliter debeant, utrum argento vel stanno superposite sint picture, et quod sellas et scuta munire debeant necessariis guarnimentis. Boccerios autem et piscium venditores, qui vite hominum necessaria sumministrant, et ex quorum fraudibus posset non tantummodo rebus sed et personis etiam maximum dampnum inferri in eorum mercibus et mercationibus, volumus esse fideles, videlicet ut scrofas pro porcis, vel carnes morticinas, vel ab uno die in alium reservatas, si hec emptoribus non predixerint, seu qualitercumque corruptas vel infectas, in dampnum et deceptionem emptorum vendere non presumant. Venditores etiam piscium in corruptis piscibus non vendendis aut ab uno die in alium reservatis, sine predictione similiter reservatis calefactos, similiter fidem precipimus observari; et ut predicti omnes et singuli superius nominati, rerum vitium vendendarum ex fide predicant; et ut cibos pridie preparatos et in die altera calefactos, similiter sine predictione non vendant. Venditores etiam candelarum eas fideliter faciant, nec in eis in emptorum dispendium aliquid cere ammisceant, nec in eis nisi bombicinum papirum apponant, vel si aliter fecerint exinde emptores cohercere[a] curabunt.*

Tabernariis autem et venditoribus vini quibuslibet prohibemus, ne vendere presumant vinum lymphatum pro puro. Nullus in regno nostro laboret aurum, quod per libram de puro teneat minus quam octo uncias; similiter et argentum, quod minus undecim unciarum puri argenti per libram tenere noscatur. Quod optinet, sive venale opus huiusmodi aurifices pro se faciant,
42 *sive ab alio recepta materia opus fingant, ut anulos, fibulas, parapsydes[42] vel cuppas aureas sive argenteas, in quibus aliquid ultra predictam quantitatem et formam a predictis dominis ammisceri petatur. Et ut omnis artificibus ipsis committendarum fraudium via et materia precludatur, per loca quelibet duos eligi volumus fide dignos, per terre baiulos ordinandos, quibus imminentibus predicta omnia in statu conservari debeant et debite executioni contradi, ac per eos artificum fraudes nostre curie nuntientur; quorum officialium nomina per litteras sub sigillo, et subscriptionibus eligentium eos, et eorum, qui in hiis consilium dederint, eligendis, ad nos vel locorum dominos volumus destinari, ut ex approbatione nostra et aliorum quorum intererit retineantur ydonei, et non ydonei refutentur, in eorum locum qui minus ydonei fuerint in subscripta forma ydoneis subrogandis. Quos officiales, ut officium sibi creditum fideliter et diligenter exerceant, tactis sacrosanctis euangeliis sacramenti religione volumus obligari. Electorum etiam nomina predictorum in quaternionibus nostre curie volumus contineri, ut de eis dubitatio in posterum oriri non possit. Statuimus etiam constitutione presenti, ut baiuli nostri, qui pro tempore fuerint, operariorum operas, messorum et vindemiatorum et similium, sub certa mercede constituant, cuius constitutionis metam transgredi operariis non licebit; quam si transgressi fuerint, et acceptam mercedem ammittant, et quadruplum curie nostre solvent. Et ut fraudes artificum singulorum pena non careant, si contra prohibitionem et ordinationem nostram in eorum artificiis inventi fuerint dolose versari, prima vice deprehensus in dolo falsa opera faciens, vel cibaria prohibita seu corrupta, vel vinum lymphatum pro puro vendendo, libram auri purissimi fisco nostro componat; quam si propter inopiam dare non poterit, fustigetur. Iterato deprensus in simili, manum perdat; tertio deprehensus talia perpetrare, in furcis mortis periculum subeat, quod iusto iudicio meruit illicita committendo, et non corrigendo commissa. Eadem pena prefectis officialibus imminente, si prece vel pretio, aut amore seu timore corrupti, delinquentium mercatorum vel artificum magne curie nostre vel regionum iustitiariis commissa neglexerint nuntiare.*

Idem augustus[43]: *Mercatores quoslibet regni nostri, sub eisdem ponderibus et mensuris magnis vel minimis, et sub eisdem cannis, que ipsis curia nostra dederit, vendere volumus merces suas; ita tamen, ut ex mensuris maioribus in iure, quod ex eis curie nostre vel cuilibet loci domino debebatur, nullum collatoribus dampnum vel preiudicium afferatur, et pro portione prioris minoris mensure diligenter attenta, non plus solvatur, nisi quantum primitus solvebatur. Illud etiam presenti constitutioni nostre coniungimus, ut vendentes pannos in posterum ipsos ultra non abstrahant, nisi quantum et quatenus canna protenditur, set sine abstractionis aliqua*

a) *lege* certiorare. 41) lib. 3, tit. 49. 42) i. e. discos, scutellas. 43) lib. 3, tit. 50.

violentia, sicut melius cum emptore convenire poterunt, nulla alia fraude vel machinatione adhibita, pannos ipsos vendere procurabunt.

Idem augustus[44]: *Ad legitima pondera et mensuras merces quaslibet vendere volumus* 44 *venditores. Quicumque autem falsitatem et fraudem aliam in mensuris atque ponderibus vel cannis inventus fuerit commisisse, aut qui pannos abstraxerit, unam libram auri purissimi fisco nostro componat; quam si dare non poterit, condempnatus cum pondere seu mensura ad collum eius appensis in sui penam aliorumque exemplum per terram, in qua fraudem commisit, publice fustigetur, manu ei si secundo deprehensus fuerit amputanda; et si tertio iteraverit perpetrata, ipsum suspendi iubemns.*

Idem augustus[45]: *Penam contra mercatores corruptas merces vendentes et vetitas, seu ad falsas mensuras et cannas et pondera distrahentes nostris constitutionibus prestitutas, in peregrinis deceptis ab eis volumus duplicari; defensionem etenim et scientiam nostram succedere volumus loco imbecillitatis et ignorantie predictorum.*

De medicis et medicinis[46]: *Utilitati speciali prospicimus, cum communi saluti fidelium providemus. Attendentes igitur grave dispendium et irreparabile dampnum, quod posset contingere ex imperitia medicorum, iubemus in posterum nullum medici titulum pretendentem audere practicari aliter vel mederi, nisi Salerni primo in conventu publico magistrorum iudicio comprobatus cum testimonialibus*[a] *de fide et sufficienti scientia litteris tam magistrorum quam ordinatorum nostrorum, ad presentiam nostram vel alterius qui nobis a regno absentibus in regno remanserit vice nostra, ordinatus accedens, a nobis vel ab eo medendi licentiam consequatur, pena bonorum suorum et annalis carceris imminente hiis, qui contra hoc nostre serenitatis edictum ausi fuerint in posterum practicari.*

In[47] *terra qualibet regni nostre dicioni subiecta duos circumspectos et fide dignos volumus ordinari, et corporali ab eis prestito sacramento teneri, quorum nomina ad curiam nostram mittentur, sub quorum testificatione electuaria sciroppi et medicine legaliter fiant, et sic facta vendantur; Salerni maxime per magistros in phisica hec volumus approbari. Presenti etiam lege statuimus, ut nullus in medicina vel cyrurgia nisi aput Salernum regat in regno, nec magistri nomen assumat, nisi diligenter examinatus in presentia fidelium et magistrorum artis eiusdem. Conficientes etiam medicinas, sacramento corporaliter prestito volumus obligari, ut ipsas iuxta artis et hominum qualitates in presentia iuratorum conficiant; qui si contravenerint, bonorum suorum mobilium sententia condempnentur. Ordinati vero, quorum fidei sunt predicta commissa, si fraudem in credito ipsis officio commisisse probentur, ultimo supplicio feriendos censemus.*

De aleatoribus[48]: *Mores dissolute viventium imposite pene formidine ad frugem melioris vite reducere cupientes, statuimus, eos qui ad datios ex quadam consuetudine ludunt, et in ludo ipso continue conversantur, ut nulli alii vacent officio de quo vivant, tabernarios etiam qui tabernas velut natales lares et proprios elegerunt, eos etiam qui aleas et datios tenent ut ea predictis ludentibus commodent, volumus inter infames haberi, ita ut nec ad testimonium nec ad officium aliquod publicum admittantur. Iudices etiam et advocatos et notarios publicos, qui huiusmodi vilem et sordidam vitam ducunt, infamia predicta notatos a susceptis etiam iam officiis in perpetuum volumus amoveri. Postremo etiam milites, quos saltem equestris dignitatis decus deberet a talibus cohercere, si fame sue prodigi et pudoris ignari ad vilitatem huiusmodi deduxerint vitam suam, in perpetuum a testimonio summovemus, ab eis etiam iudicia, que viris militaribus sunt concessa, in perpetuum abdicantes.*

De dampnis[49]: *Animalia in vineis et possessionibus cuiuslibet dampnum facientia intercepta, locorum baiulis seu dominis, ut per eos illati dampni restauratio subsequatur, sufficiat assignari; constitutione regia, que ipsa regionum iustitiariis assignari mandabat, in hac parte remota, cum dispendium esset forte non modicum provinciam circuire, nec iustitiarii de talibus, etiam prout predecessorum nostrorum et nostris constitutionibus est expressum, intromittere se deberent.*

Idem augustus[50]: *Constitutione presenti in posterum valitura sancimus, ut amodo ad militarem honorem nullus accedat qui non sit de genere militari sine nostre celsitudinis licentia*

a) eorum *primum additum, tum deletum.*

44) l. 3, tit. 51. 45) l. 3, tit. 52. 46) l. 3, tit. 45. 47) l. 3, tit. 47. 48) l. 3, tit. 90. 49) l. 3, tit 56. 50) l. 3, tit. 60.

speciali: militibus, qui hactenus post prohibitionem dive memorie regis Roggerii avi nostri dignitatem fuerunt militarem adepti, ex serenitatis nostre gratia suam retinentibus dignitatem, dummodo vivant militariter, ut est dictum. Presenti etiam edicto illud adiungimus, ut iudex vel notarius publicus aliquis qui vilis conditionis sit, villanus aut angararius forsitan, itemque filii clericorum spurii, vel modo quolibet naturales, in posterum creari non possunt, nec aliquatenus promoveri.

51 Idem[51]: *Instrumentorum robur et sollempnitatem augentes, ut de ipsorum fide nulla in posterum dubitatio possit oriri, statuimus, si quantitas que in contractu deducitur infra libram auri subsistat de mobilibus et immobilibus rebus, aut quibuslibet causis, in instrumento duo testes bone et probate opinionis subscribant preter iudicem et notarium; si vero libram auri excedat, tres testes probate fidei preter iudicem et notarium, ut est dictum, in eodem instrumento subscribant; qui debent, ut dictum est, esse omni exceptione maiores, et scientes litteras in locis in quibus litterati poterunt inveniri. Alioquin alii etiam assumantur. Contra predictam autem formam instrumenta confecta in posterum nullam habeant firmitatem. Illa tenaciter observando, ut in aliquo locorum nostri demanii clerici cuiuscumque ordinis, iudices et notarii nullatenus assumantur.*

Mense Martii imperator a Ravenna in Aquilegiam per mare vadit, ubi filium suum Henricum Alamannie regem venturum expectat.

Munitio terre Sancti Germani ut citius fiat, per Philippum de Citro cum consilio iuratorum terre eiusdem per homines terre monasterii distribuitur.

Inquisitiones ab archiepiscopis fiunt de suffraganeis episcopis, papa mandante, et ab episcopis de clericis suis, si caste vivunt et continenter, et ut cessent prorsus a cohabitatione mulierum.

Domus quedam in Coraria et Valle redimuntur, ut non diruantur, prout statuerat imperator, et date sunt Philippo de Citro uncie auri 200, de quibus partem misit pro solidis obsidentium Introducum, et partem reliquam curie imperiali persolvit.

Soldanus Damasci pretiosa mittit exenia imperatori per quosdam nuntios suos in Apuliam venientes.

Mense Aprilis Thomas Acerrarum comes apud Sanctum Vitum de Melfa baronum et militum exercitum congregat, quos Introducum mittit contra Bertoldum fratrem Raynaldi dicti ducis Spoleti, qui se in eo contra imperatorem receperat.

Romani super Viterbium vadunt

Gregorius papa de Reate aput Interampnes vadit, et inde vadit Spoletum; qui generales ad regni prelatos litteras dirigit, ne quis eorum officialibus imperatoris, occasione defendendi patrimonium ecclesie ipsos gravare volentibus, respondeant et intendant.

Landus Reginus archiepiscopus in Messanensem eligitur.

Iohannes de Baruch civitatem Acconitanam recipit in odium imperatoris. Mense Madii Romani de Viterbio ad Urbem redeunt.

Imperator ab Aquilegia per mare redit in Apuliam, seque aput Melfiam contulit; ad quem mox magister iustitiarius et dictus Acerrarum comes accedunt. Ad papam nuntius ex parte imperatoris magister Petrus de Sancto Germano dirigitur.

Eodem mense Iohannes de Baruch cum marescalco imperatoris congrediens in partibus Sirie, ipsum devicit in campo et multos cepit ex suis.

Apud Spoletum Gregorius papa quendam fratrem Antonium de ordine fratrum Minorum canonizavit, et sanctorum catalogo mandavit ascribi.

Mense Iunii quidam Thomas de Pando civis Scalensis novam monetam auri que augustalis dicitur ad Sanctum Germanum detulit distribuendam per totam abbatiam et per Sanctum Germanum, ut ipsa moneta utantur homines in emptionibus et venditionibus suis, iuxta valorem ei ab imperiali providentia constitutum, ut quilibet nummus aureus recipiatur et expendatur pro quarta uncie, sub pena personarum et rerum in imperialibus litteris, quas idem Thomas detulit, annotata. Figura augustalis erat habens ab uno latere caput hominis cum media facie, et ab alio aquilam.

Viterbienses castrum quoddam quod Vetorclanum dicitur, quod Romani tenebant, proditorie occupant et evertunt, quibusdam qui evaserant de castro ipso conferentibus se ad Urbem, aliis Viterbium secedentibus.

51) l. 1, tit. 82.

Mense Iulii Gregorius papa redit Reate. Romani in odium pape veniunt usque ad Montem Fortinum intrare Campaniam disponentes; ad quos tres ex parte pape venientes cardinales, facta cum eis compositione per interventum pecunie, Romam reversi sunt.

Roggerius de Aquila Fundanus comes obiit, qui habitum suscipiens monachalem, apud Fossam novam sepeliri elegit. Terram ipsius, videlicet Fundos Traiectum et Sugium, recipi ad opus suum precipit imperator per Hectorem de Monte Fuscolo iustitiarium et per Philippum de Citro. Gyffredus filius comitis ipsius ad papam se contulit, turre Ytri se tenente pro ipso, que tandem studio Philippi de Citro ad opus imperatoris recepta est. Imperator pro succursu civitatis Acconitane, quam Iohannes de Baruch occupatam tenebat, parte civitatis se pro imperatore tenente, exercitum congregat militum et baronum.

Mense Augusti Gregorius papa in Campaniam redit, et aput Anagniam festum celebrat assumptionis beate Virginis.

Imperator congregatum Brundusii exercitum revocat, et ipso mandante quilibet sunt in sua reversi.

In Sicilia aput Messanam contra imperatorem seditio orta est occasione Ryccardi de Montenigro per imperatorem iustitiarii in Sicilia constituti, quem cives dicebant contra eorum facere libertatem.

Decretales corriguntur a Gregorio papa, resecando superflua et utilia retinendo.

Bartholomeus de Sancto Germano domni pape cappellanus, papa mandante Gaietam vadit pro compositione inter imperatorem et Gaietanos facienda, ut redeant ad fidelitatem ipsius; quod cum facere non posset, aput Sanctum Herasmum secessit, et ibi usque ad mandatum pape elegit facere stationem.

Mense Septembris imperator a Melfia venit Fogiam, et generales per totum regnum litteras dirigit, ut de qualibet civitate vel castro duo de melioribus accedant ad ipsum pro utilitate regni et commodo generali, ad quem pro terra Sancti Germani ivit Roffridus de Monte miles.

Fodrum de regno iussu imperatoris aput Anagniam mittitur ad domnum papam.

Mense Octobris in Sancto Germano huiusmodi sunt imperiales ascisie publicate:

Cives in terris eorum pro mercibus suis quas intromittent vel extrahent nihil solvent, nisi quod olim solvebant. De pomis, castaneis, nucibus, avellanis, et aliis fructibus in iure curie servabitur forma antiqua. Ius coriorum pro conzatura dimittitur in forma antiqua. Factum canapis omnino remittitur; vendentibus vinum, sive ad minutum sive ad crossum, nihil requiritur, set in eis servabitur forma antiqua. Statera erit in fundicis, et nihil recipietur pro ea, nec amplius pro cantaro, quam grana 5. *Pro herbatico animalium, venditione equorum et aliorum animalium similiter servabitur forma antiqua. A piscatoribus nihil requiritur, nisi secundum formam antiquam. Pro iure mensurarum victualii tam in sauma quam in tuminis servabitur forma antiqua. De iure casatici remissa sunt grana*[a] 3 *pro uncia, ita quod mercatoribus qui erunt pro eis providebitur a custodibus fundici in lectis, luminaribus, palea et lignis. De iure bucceriorum*[52] *pro bove vel vacca remittuntur grana tria, pro ariete grana* 2, *pro agno* 52 *grana* 2. *De tuminis et sardellis*[b] *servabitur forma antiqua. De iure lini idem, de iure cannarum idem, de lana Syrie idem, de bambace similiter, de arcu coctonis idem.*

Eodem mense Egidius Verracclus domni pape subdiaconus et cappellanus pro facto Gaiete a papa ad imperatorem nuntius in Apuliam vadit.

Mense Novembris de communitatibus Lombardie pro compositione cum imperatore facienda legati apud Anagniam veniunt ad domnum papam.

Mense Decembris pro facto Lombardorum Henricus de Morro[c] magister iustitiarius ab imperatore ad papam nuntius mittitur, cum quo vadunt magister Petrus de Vinea, magister Petrus de Sancto Germano et magister Benedictus de Sernia, ut cum magistro iustitiario, coram papa pro parte imperatoris ius ipsius ostenderent.

1233.

Mense Ianuarii Henricus de Morro magister iustitiarius a papa ad imperatorem in Apuliam redit, quem subsecuti sunt Landus Messanensis archiepiscopus cum Regino episcopo, nuntii ad imperatorem directi a papa. Imperator omnibus generaliter prelatis, comitibus, baronibus, militibus tam feudatis quam non feudatis mandat, ut ad se cum toto servitio

a) g̃ c. b) sãdellis c. c) morr̄ c. 52) macellarium.

quod facere tenentur apud Policorum[a], in futuris Kalendis Februarii accedere sint parati. Tunc iussu imperatoris Lucerium civitas Sarracenorum firmatur. Troie menia diruuntur.

Imperator mense Februarii se de Apulia in Calabriam confert.

Magister Iohannes de Sancto Germano, Guilielmo eiusdem ecclesie archipresbytero sponte cedente, in archipresbyterum Sancti Germani assumitur.

Castella in Trano, Baro, Neapoly et Brundusio iussu imperatoris firmantur.

Mense Martii senator cum nonnullis de maioribus Urbis ad papam aput Anagniam vadunt, quorum inductus precibus, cum quibusdam ex cardinalibus ad Urbem redit, ubi cum honore maximo Romanorum receptus est, et pars reliqua cardinalium aput Anagniam remansit.

Magister Thomas cardinalis de mandato pape cum .... aput Viterbium vadit pro compositione inter Romanos et Viterbienses facienda.

Mense Aprilis die lune 25. mensis eiusdem circa meridiem, in festo scilicet beati Marci euangeliste, aeris serenitate mutata, que multa erat, tanta subito tempestas inhorruit et inundacio facta est pluviarum de supernis veniens montibus, ammixta grandinibus, ad Sanctum Germanum, quod domos nonnullas in valle replevit alluvio et domorum utensilia, oleum et victualia multa secum fluendo deduxit. Saxa etiam de montibus tam grandia movit, quod ea trahere multa paria bovum non valerent.

Raynaldus dictus Spoleti dux mandato imperatoris ducitur aput Introducum sub custodia ab Henrico de Morro magistro iustitiario, ut idem dux castrum ipsum reddi faciat imperatori a Bertoldo fratre suo qui illud tenebat; quod facere idem Bertoldus ad interventum Messanensis archiepiscopi repromisit.

Pax inter Romanos et Viterbienses reformata est.

Imperator Messanam intrat, et de quodam Martino Mallone, qui caput fuerat mote seditionis in populo, et eius complicibus sumpsit debitam ultionem, de quibus quosdam suspendio et quosdam incendio condempnavit.

Mense Madii pro servitio militum 60 et servientibus ducentis, in quibus ab abbate Casinensi sibi serviri debere imperator dicebat, collecte sunt de terra monasterii uncie 400.

Florentinates super Senas vadunt post prohibitionem pape, propter quod eorum civitas sub interdicto posita est, et ipsi excommunicationis sunt vinculo innodati.

Mense Iunii de quodam sancto Virgilio miracula multa in scriptis redacta de Alamannia missa sunt ad domnum papam.

Eodem mense quidam frater I. vili contectus tegmine, tamquam de ordine fratrum Minorum, ad Sanctum Germanum veniens cum cornu quodam convocabat populum, et alta voce cantabat tertio *Alleluia*, et omnes respondebant *Alleluia;* et ipse consequenter dicebat: *Benedictu laudatu et glorificatu lu Patre; benedictu laudatu et glorificatu lu Fillu; benedictu laudatu et glorificatu lu Spiritu sanctu, Alleluia. Gloriosa Donna;* hoc idem alta voce respondentibus pueris, qui erant presentes.

Imperator castrum quoddam in Sicilia quod Centurbium dicitur, sibi rebelle vi cepit et destruxit, et incolas ad loca compulit alia demigrare.

Mense Iulii Bertoldus Introducum magistro iustitiario resignavit, et ipse cum duce fratre suo assecuratus abiit extra regnum, quo voluit.

Civitas Gaiete ad mandatum redit imperatoris, et iuramentum fidelitatis sibi prestat et Conrado filio eius. Ad quam Hector de Monte Fuscolo iustitiarius terre Laboris accedens iussu imperatoris, doanam instituit in ea, et consulatu privavit eandem.

Imperator de Sicilia suas ad eundem iustitiarium et alios iustitiarios regni litteras dirigit super molestiis et iniuriis prelatorum, ut ipsi statuto die et loco prelatos ad se convocent regionum, audiant eorum clamores, et que iuste poterunt expedire, expediant, reliqua vero per suos nuntios sibi significent fideliter et distincte, ut de ipsorum correctionibus provide ipse disponat. Item alias ad Casertanum episcopum litteras mittit pro inquisitione facienda heretice pravitatis, ut tam paterenos quam eorum fautores quos invenerit huius criminis reos, sub suo et iustitiarii terre Laboris testimonio sibi debeat intimare.

Gregorius papa Urbem exiens, venit Anagniam.

Mense Augusti ad mandatum Hectoris de Monte Fusculo iustitiarii terre Laboris aput Teanum prelati isti conveniunt in die ab eodem iustitiario constituto, scilicet Casertanus,

a) Policor̄ c.

Calvensis, Calinensis, Venafranus, Aliphanus et Nolanus; set nullus eorum se molestiam vel iniuriam passum fuisse ab aliquo officialium conquestus est.

Eodem mense mandatum de diruendo burgo Capue ad magistrum iustitiarium a cesare emanavit.

Hector de Monte Fusculo per imperatorem a iustitiariatu amovetur, et Stephanus de Anglone substituitur illi.

Iudex Petrus de Telesia inquisitionem facit in abbatia de hominibus demanii imperialis, quorum parentes et avi de terris demanii originem duxerant, et eorum nomina redegit in scriptis, ut de illis, quod sibi beneplacitum fuerit, faciat imperator.

Mense Septembris Thomas de Aquino Acerrarum comes mandato imperatoris in Lombardiam vadit ad civitatem Cremone, que favet imperatori.

Mense Octobris cardinales qui se Reate contulerant, revocati a papa ad Urbem redeunt.

Mense Novembris Gregorius papa de Anagnia redit ad Urbem.

Imperator diem natalis sui per totum regnum suum mandat in festo beati protomartyris Stephani magnifice celebrandum; qui mense Decembris fuit ab hominibus Sancti Germani ad ipsius imperatoris honorem magnifice celebratus, ita quod pauperes ultra quingentos manducaverunt, et saturati sunt nimis pane vino et carnibus in platea publica.

Imperator aput Syracusiam statuit in curia generali, ut nulli amodo liceat de filiis et filiabus regni matrimonia cum exteris et adventitiis, qui vel que non sint de regno, absque ipsius speciali requisitione mandato seu consensu curie sue contrahere, videlicet ut nec alique de regno nubere alienigenis audeant, nec aliqui alienigenarum filias ducere in uxores, pena apposita omnium rerum suarum.

1234.[a]

Mense Ianuarii apud Messanam ipse imperator regens curiam generalem, statuit in septem regni partibus per annum generales nundinas celebrandas, mandans ut in singulis provinciis in quibus erunt nundine constitute, quamdiu nundine ipse duraverint, nullus mercator vel ministerialis alibi cum mercibus et rebus venalibus quam in loco nundinarum inveniri presumat. Prime nundine erunt aput Sulmonam, et durabunt a festo sancti Georgii usque ad festum inventionis archangeli. Secunde erunt Capue, et durabunt a 22. Madii usque ad octavam Iunii. Tertie erunt Lucerii, et durabunt a festo beati Iohannis baptiste usque ad octo dies. Quarte erunt aput Barum, et durabunt a festo Magdalene usque ad festum sancti Laurentii. Quinte erunt Tarenti, et durabunt a festo sancti Bartholomei usque ad festum nativitatis beate Virginis. Sexte erunt Cusentie, et durabunt a festo beati Matthei usque ad festum beati Dyonisii[b]. Septime erunt Regii, et durabunt a festo sancti Luce usque ad festum omnium sanctorum in Kalendis Novembribus. Statuit etiam ipse imperator aput Messanam, bis in anno in certis regni provinciis generales curias celebrandas, in quibus licebit quibuslibet contra magistrum iustitiarium iustitiarios et quamcumque aliam personam suam querimoniam instituere, ut omnes suam iustitiam assequantur; et ibi erit pro parte imperatoris nuntius specialis, qui omnium querelas in scriptis rediget, et eas imperiali curie presentabit sub suo et quatuor bonorum virorum ecclesiasticorum sigillis signatas. Clamores tamen contra eos factos, qui officiales non sunt, decident iustitiarii regionum. Hiis curiis, bis in anno ut dictum est celebrandis, intererunt quatuor de qualibet magna civitate, de melioribus terre, bone fidei et bone opinionis, et qui non sint de parte; de aliis vero non magnis et de castellis duo intererunt curiis ipsis. Prelati vero locorum, nisi certam habeant excusationem quod interesse non possint, similiter intererunt eisdem curiis, et durabit curia per octo dies, in quibus nisi expediri negotia ipsa poterunt, prorogabitur in dies quindecim. Qui autem intererunt, loco prelatorum qui interesse non poterunt denuntiabunt, si qui sunt in eorum provincia patereni vel heretica pravitate infecti, ut severitate debita puniantur. Loca autem in quibus sunt statute curie, sunt hec: In Sicilia aput Platiam, in Calabria terra Iordani et Vallis grate, aput Cusentiam. In Apulia Capitinata et Basilicata, aput Gravinam. In Principatu terra Laboris et comitatu Molisii usque Soram, aput Salernum. In iustitiariatu Aprutii, aput Sulmonam. Tempus autem quando congregande sunt curie, erit in Kalendis Madii, et finient in[c] Kalendis Novembris;

a) *Mur.* 1233. b) Dyons *c.* c) f. i. *in margine eadem manu.*

in quibus magister iustitiarius, iustitiarii, magistri camerarii, camerarii, baiuli et alii officiales curie, prelati, comites, barones, cives et aliorum locorum habitatores quilibet in sua provincia, tempore et locis prefixis, in presentia legati imperialis convenire tenentur, super universis et singulis que constitutio continet processuri.

Mense Februarii de Sicilia in Calabriam transfretat imperator, et exinde in Apuliam venit. Hoc mense et mense Ianuario preterito tanta fuit habundantia pruine et nivis, quod pre tempestate famis multa millia ovium in Apulia morerentur, silvestres etiam bestie et ipse volucres pre fame deficerent, et quo se verterent ignorarent, cum ubique terrarum nix esset, et ipsa etiam flumina fuerint congelata; et etiam quod olive et alie arbores fructifere arefacte essent ex gelu nimio, homines desperabiliter murmurarent.

Castellum super pontem Capue fit.

Imperator de Apulia venit in terram Laboris, et tunc ab ista parte Capue fieri super pontem castellum iubet, quod ipse manu propria consignavit. In Neapoly etiam munitionem factam precipit ampliari. Operi castelli de Capua, ut citius fiat, preponit Nycolaum de Cicala, cui omnes iubet intendere a Miniano usque Capuam. In Gaieta pro imperatore per Hectorem de Monte Fuscolo fere 30 turres custodiuntur.

Mense Madii imperator per Sanctum Germanum habens transitum, aput Reate ad papam vadit, ducens secum Conradum filium suum, et se ad servitium ecclesie exponens contra Romanos. Inquisitio fit imperatore mandante de opere Sancti Germani per totam abbatiam per iudicem Adenulfum de Suessa et iudicem Thomam de Caserta.

Tunc imperator aput Reate faciens moram, revocavit ad opus suum quicquid turbationis tempore de regni pertinentiis occupaverant Reatini, et ipse cum gente sua una cum magistro Raynerio cardinale se Viterbium confert, predicto Chonrado filio suo, et qui cum eo usque Reate iverant, redeuntibus in regnum, imperatore mandante. Et tunc aput Raspanpanum, quod Romani custodiebant, obsidionem ponit de cardinalis consilio imperator; ubi per duos menses faciens moram cum in capiendo castro ipso non proficeret, mense Septembris in regnum reversus est imperator.

Illis diebus dum imperator esset Reate, quidam Gualterus[a] de Aversa, credens imperatori placere, infestare cepit eos qui in odium imperatoris ecclesie adheserant; propter quod ad pape verbum, quia castrum Sancte Marie de Oliveto, quod Roggerius de Gallucio tenebat qui in partem ecclesie cesserat, ipse Gualterus ceperat, ipso imperatore mandante per magistrum iustitiarium captus est et custodie traditus; quem tamen ad preces Odorisii abbatis Sancti Vincentii liberavit. Imperator in regnum rediens, casalia quedam Apulie depopulari iubet: casale Castellionis ad Casinense monasterium pertinens recipi mandat, et inhabitari ad opus suum.

Mense Septembris studium quod in Neapoly per imperatorem statutum fuerat, quod extitit turbatione inter ecclesiam et imperium secuta penitus dissolutum, per imperatorem in Neapoly reformatur.

Romani statim post discessum imperatoris a Raspanpano, cum suis viribus Raspanpanum muniunt victui necessariis, et procedentes inde, super Viterbium vadunt minus provide equitantes usque ad portas civitatis; propter quod ipsos in reditu penituit equitasse. Nam intercepti a Teutonicis militibus et hominibus civitatis ipsius, multi ex ipsis in ore gladii ceciderunt, et multi in captionem sunt ducti, ipsis nihilominus strenue se defendentibus contra illos et nonnullos de nobilioribus Teutonicis trucidantibus, cum eos nollent reservare ad vitam.

Hoc anno, quod Henricus rex contra imperatorem patrem suum seditionem in Alamannia fecerit, fama fuit.

1235.

Mense Ianuarii imperator generalem collectam toti regno imponit, et tunc collecte
53 fuerunt de terra monasterii uncie 400 pro adoamento[53] per Stephanum de Anglone iustitiarium terre Laboris, et pro mutuo uncie 200.

Mense Februarii inquisitiones fiunt per totum regnum de hominibus demanii, quos in locis statutis transfert imperator cum familiis suis; propter quod de Sancto Germano et de tota terra monasterii nonnulli qui inventi sunt de demanio extitisse, aput Cumas ire cum suis familiis compelluntur.

a) Gualtēr *c. semper.*

53) servitium militare.

Mense Martii captivi de Apulia qui tenebantur aput Canusium, per interventum pecunie liberantur, et ex eis quidam digna sunt pena mulctati.

Mense Aprilis imperator aput Precinam pascha Domini celebrat, et consequenter post Apr. 8. pascham iter arripuit, in Alamanniam profecturus, ducens secum Conradum filium suum. Quem magister domus Teutonicorum ipso mandante precessit ad papam, et Thomas de Aquino Acerrarum comes magister iustitiarius, et iustitiarii alii de regno, necnon et Capuanus Ydrontinus et Panormitanus archiepiscopi, cum nonnullis de regno usque Fanum secuti Apr. 25. sunt, et de imperatoris licentia sunt in regnum reversi.

Turres in Gaieta exceptis quatuor diruuntur mandato imperatoris. Rocca Ianule super Sanctum Germanum firmatur. Stephanus de Anglone cedit officio iustitiariatus, et Guilielmus de Sancto Fraymundo succedit eidem. Imperator cum Conrado filio suo et de regno admodum paucis mense Madii apud Ariminum mare intrat, et in Aquilegiam vadit, exinde in Alamanniam profecturus. Pax inter papam et Romanos reformata est; captivi Romani qui aput Viterbium tenebantur, per papam liberati sunt, et qui tenebantur a Romanis, liberi dimittuntur. Robertus de Busso a iustitiariatu Aprutii amovetur, et Hector comestabulus Montis Fusculi substitutus est illi.

Mense Iunii Panormitanus et Capuanus archiepiscopi, Thomas de Aquino Acerrarum comes et Henricus de Morro magister iustitiarius, qui pro imperatore in regno remanserant, se Capuam conferentes statuerunt ibidem, qualiter rocca Iani super Sanctum Germanum muniri turribus et muris deberet. Ad quod faciendum quatuor elegerunt de terra Sancti Benedicti, qui homines deputatos ad opus rocce ipsius assignare suis vicibus[a] domno Philippo de Citro deberent comestabulo Capue, magistro operis rocce predicte, et ter in die ipsos requirere quemlibet predictorum, quorum nomina hec sunt: Tacconus miles de Pontecurvo, Raynaldus Belegrimi de Sancto Helya, Roggerius de Landenulfo et Raynaldus de Paterno de Sancto Germano. Et ut rocca ipsa citius muniretur, per ipsos dominos in terra Fundana certa singulis mensibus pecunie quantitas est statuta; et demum se aput Melphiam in Apuliam contulerunt.

Eodem mense Iunii de felicibus imperatoris auspiciis littere venerunt in regnum, quomodo apud Sibidatum a principibus imperii magno fuerat cum honore receptus. Ipso mense nullo obstante Alamanniam intrans, Henricum regem filium suum redeuntem ad mandatum suum recepit; quem duci Bawarie custodiendum commisit. Philippus de Citro amotus est a magistratu operis rocce Ianule, et Iacobus de Molino substitutus est illi.

Mense Iulii imperator filiam regis Anglie duxit uxorem, quam apud Guarmaciam magnifice desponsavit[b].

1236.

Mense Ianuarii imperator ipse filium suum Henricum sub fida custodia per marchionem Lancee mittit in regnum, et in Apulia in rocca que dicitur Sanctus Felix servandus traditur. Hoc anno iussu imperatoris Brundusii novi imperiales cuduntur, et veteres cassati sunt. Generalis collecta in regno ponitur, et tunc pro adoamento imperiali collecte sunt de terra monasterii Casinensis uncie 101.

Mense Iunii in vigilia apostolorum Petri et Pauli capta est Corduba, nobilissima Sarracenorum civitas, qua preter Romam Constantinopolim et Hispalym nulla maior in orbe dicitur, a Ferrando christianissimo rege Toleti et Castelle.

Corduba[c] *victa iaces, te vicit ut Deo vaces*
Victor Ferrandus, Hyspanie rex memorandus.

Mense Iulii in festo sanctorum Nazarii et Celsi Landulfus Senebaldus Casinensis abbas feliciter aput Casinum obiit; cuius obitus per fratrem Iulianum monachum Casinensem dominis curie imperialis qui sunt in Apulia nuntiatur; a quibus eligendi licentiam conventus accepit.

Eodem mense imperiale mandatum ad Urbem et generaliter per Tusciam et Lombardiam et per totam Marchiam mittitur, ut tam de Urbe quam de singulis ipsarum provinciarum communitatibus in Lombardiam legati vadant, postquam illuc sciverint imperatorem venisse.

a) viribus 2. b) *in fine huius anni, sed erasa fortasse a scriba ipso, haec leguntur verba:* Eodem mense Landulfus Casinensis abbas in festo sanctorum Nazarii et ....., *quod postea ad annum* 1236. *enarravit.* c) *hi versus in margine.*

Mense Augusti frater Iulianus, frater Robbertus de Foresta et frater Iohannes Cazolus de voluntate Henrici de Morro magistri iustitiarii per vicedecanum et conventum rectores terre monasterii sunt electi.

Imperator cum honesto militum comitatu relictis imperatrice uxore sua et Conrado filio suo in Alamannia, transalpinavit, et venit Veronam, que suo favebat imperio; et inde prospere usque Cremonam processit in Lombardiam, licet Mediolanenses cum suis viribus se sibi opponerent ne transiret. Domini curie qui in regno remanserant pro parte imperatoris, cognito de adventu imperatoris in Lombardiam, prohibuerunt vicedecanum et conventum Casinensem, ne in electione abbatis facienda procederent. Legati Urbis et totius Lombardie et Tuscie ad imperatorem vadunt. Mense Octobris ex parte Casinensis conventus ad eum quoque duo vadunt, frater videlicet Simon de Presentiano et frater Amicus; qui tamen cum aliarum nuntiis civitatum usque Cremonam procedentes et ultra, ipsum videre non potuerunt, cum mense Novembris capta civitate Vincentie propere in Alamaniam[a] redivisset; quam civitatem ignis pro parte cremavit:

Pro[b] meritis dignis Vincentia te cremat ignis;
Subderis imperio cesaris ingenio.

Thomas Acerrarum comes et Henricus de Morro magister iustitiarius vocati ab imperatore vadunt ad ipsum mense Decembris, set ipsum in Lombardia non invenerunt, cum in Alamanniam, ut dictum est, remeasset ad edomandam ducis Austrie nequitiam, qui rebellaverat contra ipsum. Propterea iidem comes et magister iustitiarius in Alamaniam[a] properarunt.

Hoc anno Petrus Frayapane in urbe Roma pro parte imperatoris guerram movet contra papam et senatorem, et seditio facta est multa in populo.

1237.

Mense Ianuarii octavo stante eodem, electio abbatis Casinensis canonice celebrata est de fratre Pandulfo de Sancto Stephano, et quasi per inspirationem ab omnibus approbata.

Mense Februarii littere imperiales lecte sunt in Sancto Germano de captione Vincentie, et de nova imperatoris prole feminea de nova consorte suscepta. Inquisitio fit de opere Sancti Germani per iudicem Adenulfum de Suessa.

Mense Martii frater Simon de Presentiano et frater Stephanus de Corvario ad imperatorem in Alamanniam vadunt cum litteris conventus factis ad eum, quibus denuntiant electionem canonice celebratam de fratre Pandulfo de Sancto Stephano in abbatem Casinensem. Eodem mense imperatore mandante generalis collecta per totum regnum exigitur.

Mense Aprelis magister domus Teutonicorum et magister Petrus de Vinea missi ab imperatore, ad papam veniunt pro facto Lombardie. Eodem mense pax in Urbe reformata est.

Mense Madii Acerrarum comes et magister iustitiarius ab imperatore de Alamannia redeunt in regnum. Frater Simon de Presentiano et frater Stephanus similiter de Alamannia redeunt cum litteris imperatoris super facto electionis facte de fratre Pandulfo, ad archiepiscopos Panormitanum et Capuanum nec non et Ravellensem episcopum missis, per quos certiorari desiderat de sufficientia ipsius electi. Eodem mense Iohannes de Poly senator Urbis factus est; et iterum in eius odium seditio in Urbe orta est. Magister domus Teutonicorum a papa ad imperatorem revertitur. Episcopus Ostiensis et Thomas Capuanus tituli Sancte Sabine presbiter cardinalis legati ad imperatorem vadunt ex parte pape.

Mense Iunii dictus frater Simon per domnum Guilielmum de Sancto Fraymundo terre Laboris iustitiarium, remanente secum in rectoria fratre Iohanne Cazolo et duobus aliis cassatis rectoribus, scilicet fratre Iuliano et fratre Robberto de Foresta, rector Casinensis institutus est. Qui frater Simon aput Avellinum vadens ad dominos curie supradictos, qui ibidem convenerant, optinuit ab eis, ut pro inquisitione facienda de persona Casinensis electi mittere, quem vellent, deberent; qui ad hoc faciendum virum providum iudicem Taddeum de Suessa magne imperialis curie iudicem elegerunt.

Mense Iulii veniens idem iudex ad Sanctum Germanum de mandato predictorum dominorum, tam de fide quam sufficientia iam dicti Casinensis electi per singulos de castris singulis ad se sub certo numero vocatos homines, necnon et de Atino, ubi se tempore

a) *ita hoc loco scribitur.* b) *versus in margine habentur.*

discordie inter ecclesiam et imperatorem receperat, inquisitionem facere studuit diligentem; quam in scriptis redactam, ad eosdem dominos per magistrum Terrisium de Atino remisit, ad quos etiam frater Iohannes de Sancto Germano et magister Raymundus iudex et advocatus Casinensis vadunt ex parte conventus; et approbata per ipsos dominos inquisitione ipsa, electionem factam de predicto fratre Pandulfo iuxta mandatum cesaris acceptarunt.

Eodem mense Iacobus de Molino captus a magistro iustitiario propter arma prohibita et seditionem factam, custodiendus traditur in castello Neapoly, et nonnulli alii seditiosi capiuntur, et ad castra alia in captione mittuntur.

Hoc anno Iohannes rex quondam Iherosolimitanus aput Constantinopolim nature concessit. Mense Iulii[a] Romani plebei populum concitantes contra Iohannem de Poly senatorem Urbis, ipsum senatorie dignitati cedere compulerunt, et Iohannem de Cencio substituerunt eidem; propter quod seditio et cedes multa facta est populi, cum idem Iohannes de Poly se in turri sua receperit contra Romanos et senatorem sibi substitutum, et bellum contra eos moverit intestinum; tandemque pax reformata est inter eos, in senatu de consensu iam dicti Iohannis de Poly Iohanne de Cencio remanente.

Mense Augusti pro confirmatione electionis iam dicti fratris Pandulfi optinenda a papa, vadunt frater Berardus de Babuco, frater Iohannes de Sancto Germano, frater Gregorius de Sancto Stephano, frater Stephanus de Corvario et magister Raynaldus de Cayra iudex et advocatus Casinensis aput Viterbium; qui quoniam optinere illam non potuerunt a papa iam dicto, quia in electione non fuerat rite processum, optinuerunt ad multam instantiam ne monasterium in deterius vergeret, ut electus ipse amministraret usque ad beneplacitum pape.

Eodem mense Augusti de mandato imperatoris de Lucerio aput Ravennam vadunt decem millia Sarracenorum in subsidium eius, cum civitatem ipsam in odium imperatoris, cuius partem fovebat, Faventini, qui erant ex parte Mediolanensium, graviter infestarent; ad cuius etiam defensam accesserat Simon comes Theatinus de mandato imperiali cum quingentis militibus.

Mense Septembris Henricus de Morra magister iustitiarius venit ad Sanctum Germanum, et occasione inquisitionis olim facte ibidem de subtractis hominibus tempore Philippi de Citro ab opere munitionis terre ipsius, generaliter pro hiis qui eos subtraxerant per totam abbatiam, composuit cum eis ad maiorem penam vitandam in 300 uncias auri, cum predicto vero Philippo de Citro in centum; et tunc vocatus a cesare, ad ipsum in Lombardiam vadit.

Mense Octobris imperator cepit Marcariam in Lombardia; et cum nollet habita Mantua alloqui cardinales, ipsi Romam reversi sunt; ubi etiam biduo ante Gregorius papa de Viterbio redierat, et cum honore multo receptus fuerat a Romanis.

Mense Novembris embassatores Romani ad imperatorem in Lombardiam vadunt. Imperator cum fortunato exercitu suo cepit Montem clarum in episcopatu Brexie, quod bonis omnibus spoliatum comburi iubet; propter quod Brexienses in suum auxilium Mediolanenses vocant, qui in manu valida militum et peditum congregato exercitu, versus Brexiam in eius auxilium profecti sunt, contra imperatorem se temere opponentes. Quos imperator ipse 4. stante eodem mense Novembris, cum apud Curtem novam sua tentoria defixissent ab ipsius facie fugientes, audacter non minus quam potenter invadens, devicit in campo, et ex ipsis stragem non modicam fecit, et nonnullos cepit et captivos Cremonam duxit, ita quod inter vivos et mortuos ad decem fere millium numerum computantur. Tunc etiam Mediolani potestas filius ducis Venetum captus est. Similiter et carrochium cepit et Cremonam duxit.

Mense Decembris Lauda ipsi imperatori se reddidit, et ibi natale Domini cum omni tripudio celebravit.

1238.

Mense Ianuarii Henricus de Morro magister iustitiarius de Lombardia redit in regnum, et tunc generalis collecta per totum regnum imponitur et colligitur. Imperator in Alamanniam remeat, et ibi pro facto Lombardie exercitum congregat, magistrum domus Alamannorum ultra montes dirigit pro soldariis retinendis.

Mense Aprelis ipse imperator in Lombardiam redit, et aput Veronam Conradum filium

a) m. 1. *in margine.*

suum cum principibus imperii et copioso exercitu prestolatur. Carrochium captum Romam dirigit imperator in signum victorie.

Mense Madii imperator ipse vocat ad se Thomam de Aquino Acerrarum comitem, et Henricum de Morro magistrum iustitiarium, et omnes barones et milites infeudatos; quorum nonnullos, iuxta ipsius mandatum euntes ad eius obsequium, civitatibus que venerant ad mandatum suum potestates prefecit, et aliis custodiam captivorum commisit.

Mense Iunii dictus Acerrarum comes et Henricus de Morro magister iustitiarius[a] ad imperatorem in Lombardiam vadunt cum militibus regni decenter paratis in equis et armis et cum pecunia de regno collecta. Gregorius papa Urbem exiens, venit Anagniam. Hoc mense in Casino celebratur electio, et quia in eligendo monachi convenire non poterant, vota sua dederunt omnes in archiepiscopum Messanensem, ut ipse unum quem vellet de gremio assumeret monasterii.

Mense Iulii Conradus rex filius imperatoris aput Veronam venit ad patrem cum principibus et exercitu copioso; cum quo se Cremonam conferens, inde feliciter in obsidionem Brexie properavit: aput Veronam etiam magistrum domus Teutonicorum, infirmum redeuntem de partibus Ultramontis, recipit imperator. Hoc mense frater Iohannes Capuanus, Casinensis monachus, in abbatem Sancti Salvatoris de Telesia per papam Gregorium aput Anagniam consecratus est.

Mense Augusti Henricus de Morro magister iustitiarius de Lombardia redit in regnum. Hoc etiam mense dictus abbas Sancti Salvatoris infirmitate correptus obiit. Panormitanus archiepiscopus, episcopus Reginus, iudex Taddeus de Suessa et magister Roggerius Porcastrella de Lombardia ab imperatore ad papam aput Anagniam nuntii veniunt pro pace inter ecclesiam et imperium reformanda; cum quibus pro parte ecclesie Messanensis archiepiscopus ad imperatorem dirigitur responsalis a papa.

Magister domus Alamannorum Salernum se confert pro sanitate recuperanda.

Mense Septembris imperatrix de Lombardia venit in regnum, et aput Adriam eligit iussu imperatoris facere stationem.

Mense Octobris Gregorius papa de Anagnia redit ad Urbem, ubi novi constituti sunt senatores, silicet Iohannes de Poly et .... Imperator, vastata in exterioribus Brexia, ab eius obsidione recedit. Conradus filius eius in Alamanniam redit, et licentia data est omnibus in propria revertendi; ipse tamen in Lombardia remansit. Henricus naturalis filius imperatoris in Sardinia duxit uxorem.

Mense Novembris Landus Messanensis archiepiscopus, in quem conventus Casinensis eligendi quem vellet in abbatem de gremio monasterii sua vota dederunt, fratrem Stephanum de Corvario, cum illum ydoneum invenisset, in abbatem Casinensem elegit; quem idem conventus pariter acceptavit, et propter hoc ad representandam ipsius electionem domno imperatori, duos ex fratribus scilicet fratrem Robbertum de Foresta et fratrem Iohannem de Pontecurvo ad eius presentiam direxerunt, ut suum in eum dare dignaretur assensum. Idem Messanensis archiepiscopus cum Berardo Panormitano archiepiscopo et Thoma de Aquino Acerrarum comite et cum magistro Roggerio Porcastrella ab imperatore remissus ad papam, Romam veniunt pro pace et forma concordie hinc inde tractata. Guido Soranus episcopus legatus a papa in Provinciam mittitur.

Mense Decembris imperator imperatricem uxorem suam de regno in Lombardiam reduci iubet ad se per Berardum Panormitanum archiepiscopum. Messanensis archiepiscopus et dictus Acerrarum comes et magister Roggerius Porcastrella de Urbe a papa digressi sunt; quorum duo, scilicet comes et magister Roggerius, in regnum redeunt; Messanensis vero archiepiscopus se Anagniam confert. Imperator aput Parmam natale Domini celebrat, ibique representate sibi electioni a predictis fratribus facte de fratre Stephano ab archiepiscopo Messanensi in abbatem Casinensem, suum dedit assensum. Dictus magister Roggerius cum responso pape ad imperatorem redit.

1239.

Mense Ianuarii generalis collecta per regnum ponitur. Frater Raynaldus de Carci et frater Berardus de Babuco electionem fratris Stephani in abbatem Casinensem representant domno Gregorio pape in Urbe. Imperiales novi cuduntur Brundusii.

a) Henr de Morr̄ Magr̄l ust *c*.

Mense Februarii Gregorius papa electionem fratris Stephani confirmat, eumque per manus Ostiensis episcopi facit in sacerdotem promoveri in festo sancti Barbati, et die altera benedictionis sibi munus impendi. Qui in Casinensi monasterio in festo beati Matthie honorifice receptus est et cum gloria cathedratus.

Mense Martii idem abbas ad imperatorem in Lombardiam vadit, a quo benigne satis receptus est, et ibidem fidelitatis sibi prestitit sacramentum. Et eo mense idem abbas priusquam iret, vicedecanum instituit fratrem Ryccardum de Septem fratribus. Eodem mense in die sancto Iovis Gregorius papa imperatorem publice excommunicat; cui ex- Mart. 24.
communicationi tamquam iniuste imperator non paret, set suas excusatorias mittit ad orbis Apr. 20.
principes, quomodo papa perperam contra se processit.

Mense Aprilis monasterium Casinense imperatore mandante, servientibus et aliis ad custodiam necessariis communitur, quibusdam monachis ex eo exclusis. Similiter et Pontem curvum[a] per Taffurum castellanum rocce Ianule.

Mense Madii in Marsia aput Tallacozum quidam sanctus Oddo revelatur, qui miraculis multis claruit. Thomas de Aquino Acerrarum comes vocatus ad imperatorem in Lombardiam vadit. Omnes de regno qui sunt in Romana curia, revocantur. Denarii novi dati sunt per terram Sancti Benedicti, pro quibus datum est aurum ad summam 170 unciarum.

Teanensis, Calinensis, Venafranus, Aquinensis episcopi de regno exeunt, imperatore mandante.

Mense Iunii, tertio intrante eodem mense, qui fuit Veneris dies, circa horam nonam sol eclypsim est passus. Eodem mense a monasterio Casinensi sicut a ceteris aliis de regno cathedralibus ecclesiis, necnon et a subditis eidem monasterio cellis, adiutorium pro imperatore exigitur. Similiter et a clericis abbatie pro beneficiis suis. Obedientiales monachi vocati a Taffuro castellano rocce Ianule, sicut et ipsi clerici, dare convenerunt medietatem omnium proventuum obedientiarum suarum, et exinde respondere Roggerio de Landenulfo et Iacobo Cazolo ad hoc constitutis per iustitiarium terre Laboris pro victu servientum, qui deputati sunt ad custodiam monasterii et Pontiscurvi.

Eo tempore subscripta capitula edita sunt in regno, que pro parte imperiali observari iubentur: *In primis, ut fratres Predicatores et Minores, qui sunt oriundi de terris infidelium Lombardie, expellantur de regno; et ab aliis habeatur cautela, quod non offendant imperatorem. Idem fiat de aliis personis religiosis. Item ut barones et milites, qui foverunt aliquando partem pape contra cesarem, et precipue qui sunt in confinio regni, inducantur, potentes, quod vadant ad servitium curie in Lombardiam cum equis et armis, impotentes similiter a curia imperiali stipendia recepturi. Item a cathedralibus ecclesiis per se exigatur et imponatur pro imperiali curia adiutorium, secundum modum et potentiam divitiarum suarum. Nihilominus et a canonicis earum dyocesum sibi subditis presbiteris et clericis secundum facultates eorum. Illud idem exigatur ab abbatibus, monachis nigris et albis. Item quod hii qui sunt in Romana curia, preter exclusos et suspectos, revertantur in regnum; sin autem, bona eorum infiscentur, nec permittantur post citationem reverti. Excipiuntur qui sunt cum cardinali Thoma et cum Iohanne de Capua notario pape. Item illorum clericorum, qui de regno non sunt, bona et beneficia que habeant in regno infiscanda sunt. Item quod nulli permittatur ad Romanam ecclesiam accedere sine speciali mandato magistri iustitiarii; et qui accesserint, non permittantur redire sine mandato curie. Item quod statuantur exploratores, ne quis masculus vel femina intrando regnum portet papales litteras contra cesarem; item, ut qui inventus fuerit contra cesarem illas portans[b], ultimo supplicio puniatur suspensus; et si portaverit litteras de credentia, cogatur confiteri modum et tenorem credentie. Et si confessio ledit principem, eodem iudicio puniatur, sive clericus sive laycus fuerit.*

Ipso mense Iunii Sanctagathensis et Calvensis episcopi Romam vadunt, missi ab imperatore ad cardinales; set a papa repulsi, in regnum sine effectu redeunt. Civitas Tervisii per Albericum de Romano et Ezolinum de Camino rebellat imperatori. Eodem mense iterum alii qui remanserant monachi de monasterio excluduntur; quibus simul cum primis exclusis morari aput Vallem luci provisum est, paucis admodum in monasterio remanentibus.

Mense Iulii Ravenna rebellat imperatori, quam Veneti recipiunt et tuentur eo mense.

Homines terre monasterii mandante imperatore absenti Casinensi abbati et secum in

a) *ita c.* b) portantem *c.*

suo servitio commoranti per sacramentum vitam assecurant et menbra. Gregorius papa de Urbe venit Anagniam. Imperator de gratia concessit dicto Casinensi abbati, ut tam monasterium Casinense quam omnes monachi et celle eius a generali, quod ab aliis exigitur ecclesiis regni, adiutorio essent immunes. Eodem mense Iulii tertia fit exclusio monachorum de monasterio Casinensi, quorum quidam aput Vallem luci, quidam aput Sanctum Petrum monasterii, et quidam moram facere in parentum domibus elegerunt; et in ipso monasterio non nisi octo tantum monachi ad celebrandum in eo divina officia remanserunt, quorum nomina sunt hec: frater Ryccardus de Septem fratribus vicedecanus, frater Seniorectus, frater Robbertus de Ota, frater Iohannes Cazolus, frater Guilielmus de Pignataro, frater Iohannes de Marocta et frater Mattheus de Miniano. Rome apud Lateranum obiit R.[54] episcopus Venafranus.

Eodem mense Iulii imperator cum suo fortunato exercitu cepit in episcopatu Bononiensi castrum quoddam fossatis et aquis munitum, quod Plumacium vocabatur, quod totum igne crematum est, et quam plures eorum qui intus steterant cremavit ignis; et fere quingenti qui evaserunt ignis incendium, imperator duxit captivos. Rome occidit[a] turris Cartolariorum[b].

Mense Augusti rex Navarre cum copioso cruce signatorum exercitu de Marsilia in terram sanctam navigio transfretat.

Item imperator ipso mense Augusti in vigilia assumptionis beate Virginis in episcopatu Bononiensi cepit castrum quod dicebatur Crepacore[c], quod igne crematum est; et nonnulli eorum qui intus steterant evaserunt, et pro maiori parte sunt ducti captivi.

Aput Anagniam Thomas Capuanus Sancte Sabine presbyter cardinalis 15. Kal. Septembris obiit. Versus[d]:

In festo Magni festum Thomas perit Agni.
Donatur Magno caro marcida, spiritus Agno.

Eodem mense Augusti Henricus de Morro magister iustitiarius vocatus ab imperatore, ad ipsum in Lombardiam per mare vadit. Imperator revocatus a civitatibus et magnatibus Lombardie partem suam foventibus, divertit ab episcopatu et depopulatione Bonome, et ad depopulandum in exterioribus Mediolanum accedit; cui Mediolanenses extra civitatem per octo fere milliaria obvios se opponunt. Imperator tamen, cum invadere ipsos non posset aut facere in eos insultum, moram protrahens in episcopatu Mediolanensi per duos fere menses, Septembris silicet et Octobris, et depopulatione facta non modica in extrinsecis, discessit ab inde et ad devastationem pontis Placentie cum exercitu suo accedit.

Eodem mense Septembris iustitiarii omnes et castellani de regno mutantur; et amoto Taffuro de Capua de rocca Ianule, qui etiam curam agebat montis Casini et Pontis curvi, substituitur illi quidam Guilielmus de Spinosa in rocca Ianule castellanus, et in Casino quidam Iordanus de Calabria ordinatur. Eodem mense amoto a iustitiariatu terre Laboris Guilielmo de Sancto Fraymundo, Ryccardus de Monte nigro substitutus est illi. Barones et milites infeudati de regno per iustitiarios singulos, ut se in equis et armis preparent, summonentur.

Bononienses post discessum imperatoris ab episcopatu Bononie, euntes temere super Mutinam, que imperatori favebat, a comite Simone Theatino et Parmensibus devicti sunt in campo, et nonnulli eorum capti sunt, nonnulli gladiis interempti, et nonnulli ampne summersi.

Henricus rex Gallure[e], naturalis filius imperatoris, in marchiam Anconitanam venit; contra quem mittitur a Gregorio papa Iohannes de Columpna cardinalis.

55 Mense Octobris Prenestinus episcopus[55] legatus a papa ad principes mittitur occidentis, qui[f] in specie peregrini cum uno tantum socio per terram usque Ianuam vadit, et inde navigio transfretavit. Mense eodem quidam Andreas de Cicala a Porta Roseti usque ad fines regni per imperatorem capitaneus constituitur. Ingenia que bidde[56] dicuntur et anganelli fiunt, imperatore mandante, ad defensam rocce Ianule et Casini; propter quod et homines terre monasterii ad incidenda lignamina ipsis machinis opportuna, et boves ad ea deferenda non modice sunt gravati. Roffridus Teanensis episcopus aput Cornetum obiit.

a) *ita c.*; cecidit *edd.* b) Cartolar̄ *c.* c) Crepacor̄ *c.* d) *in margine c.* e) Gallur̄ *c.* f) qui cum uno tantum comite in *c.*

54) nomen ignoratur. 55) Iacobus. 56) i. q. blidae esse videntur.

Mense Novembris Gregorius papa de Anagnia redit ad Urbem, ubi a Romanis omnibus honorifice receptus est. Qui in octavis beati Martini sententiam latam in imperatorem confirmat, et excommunicat Henricum naturalem filium eius et omnes sequaces eorum pro eo, quod marchiam, quam iuris esse dicebat ecclesie, hostiliter est ingressus. Nov 18.

Mense Decembris imperator apud Pisas natale Domini celebrat. Quidam frater Helyas qui in ecclesia sancti Francisci apud Ascisium magister ordinis fratrum Minorum extiterat, pro eo, quod apud Gregorium papam delatus a fratribus quod male amministrasset, eum ipse papa ab amministratione removit, in odium papė imperatori adhesit. Vigiles de nocte per Ryccardum de Monte nigro iustitiarium in principatu Capue statuti sunt.

1240.

Mense Ianuarii per predictum capitaneum generalis collecta exigitur, imperatore mandante; et tunc visitatores castrorum per regnum constituuntur, per quos de fidelibus deputati sunt aliqui, qui castra imperialia visitent semel in hebdomada, et tam de factis castellanorum quam de numero servientium diligenter inquirant, similiter et de defectu eorum.

Mense Februarii per eundem capitaneum per totum regnum fit inquisitio generalis contra impositores et collectores collecte imperialis anni preteriti, ut de sua malitia pro meritis puniantur. Imperator venit Fulignum, ubi magnifice a civibus receptus est. Aspellum et Coccoionum[a] venerunt ad mandatum suum, recipit tunc etiam Viterbium eodem mense Februarii, Ortam, Civitam Castellanam, Cornetum, Sutrum, Montem Flasconem et Tuscanellam. Imperatrix cum Berardo Panormitano archiepiscopo in regnum venit. Stella cometes apparuit.

Mense Martii imperator relicto capitaneo apud Viterbium comite Simone Teatino cum exercitu suo, et in Marchia naturali filio suo Henrico rege Gallure, cum hiis qui de regno secum in Lombardia fuerant, redit in regnum, tunc Stephano Casinensi abbate ad terram monasterii redeunte.

Mense Aprilis imperator apud Fogiam colloquium celebrat generale. Specialis collecta a clericis regni pro beneficiis ecclesiasticis exigitur.

Eodem mense filius regis Castelle ad imperatorem aput Fogiam venit.

In Sancto Germano magister Iohannes archipresbyter terre eiusdem, et magister Petrus frater eius, iussu imperatoris per Philippum de Surrento militem Capuanum et per quendam iudicem maiorem capti sunt, et eorum sunt mobilia infiscata, immobilia vero omnia annotata. Civitas Ferrarie a civitatibus Lombardie imperatori contrariis nec non et a Venetis impugnatur, et obsidetur per terram et aquam; in qua pro imperatore erat quidam Azolinus. Imperator a suis officialibus certam exigit pecunie quantitatem.

Mense Madii imperator congregato exercitu de Apulia venit Capuam, et ipso mandante, Beneventum in exterioribus divastatur.

Mense Iunii imperator cum exercitu suo quem de regno collegerat, venit ad Sanctum Germanum, ubi per sex dies moram protrahens, e vestigio per Aquinum transitum faciens, et secum ducens Pandulfum dominum Aquini, apud Insulam pontis solarati posuit castra sua, Campaniam intrare disponens. Quam non intravit, usus consilio saniori, set per Soram et Marsiam direxit in Ancone marchiam gressus suos.

Eo mense Thomas dictus Molisii comes apud Spoletum, que se pro papa tenebat, cum ducentis militibus a papa dirigitur. Henricus rex imperatoris filius, tentus in rocca Sancti Felicis in Apulia, in Calabriam custodiendus apud Neocastrum iussu patris dirigitur, et exinde aput Martoranum missus est.

Mense Iulii per totum regnum iussu imperatoris ab hiis omnibus quibus per officiales suos aliqua fuere commissa officia, certa exigitur pecunie quantitas; et tunc quidam de Sancto Germano per quendam Octavianum Siculum taxati fuerunt in 200 uncias auri.

Stephanus Casinensis abbas movens de Sancto Germano ad imperatorem, qui erat in obsidione Asculi, in Marchiam vadit.

Eodem mense iussu capitanei in Sancto Germano certus militum numerus congregatur. Tunc amoto de rocca Ianule Guilielmo de Spinosa castellano, quidam Iohannes de Trentenaria[b] per imperatorem est statutus in ea. Imperator castra sua movens ab Asculo,

a) Coccoioñ c. b) Trentenar̄ c.

processit versus civitatem Firmanam, a quo Stephanus Casinensis abbas cum ipsius licentia discedens, infirmus ad ecclesiam suam sancti Liberatoris se contulit, ubi donec convaluit moram fecit. Eo mense captus est iussu imperatoris magister Raynaldus de Cayra.

Mense Augusti civitas Beneventana obsidetur iussu imperatoris. Imperator ipse civitatem Faventie arctat et obsidet.

Mense Septembris galee Venetie discurrentes per regnum in odium imperatoris, Termulas Vestam et quasdam alias Apulie terras capientes, destruxerunt et bonis omnibus spoliarunt. Aput Brundusium euntes predicte galee, navem quandam redeuntem ab Iherosolimis, cum non possent vi capere, igne cremarunt. Milites qui steterant in Sancto Germano ad imperatorem vadunt apud Faventiam, ex eis quibusdam in propria recedentibus.

Mense Octobris galee ipse multis onuste spoliis in sua redeunt.

Mense Novembris fratres Predicatores et Minores omnes de regno exeunt, imperatore mandante, duobus tantum relictis, qui sint de regno nativi, in singulis quibusque illorum domibus ad custodiam earundem.

Mense Decembris .....[a]

1241.

Mense Ianuarii per totum regnum generalis collecta exigitur. Iohannes de Columpna cardinalis discors factus cum Gregorio papa, in partem cedit imperatoris, et Lagustam in Urbe, et extra Urbem alia castra sua firmari iubet.

Mense Februarii imperatore mandante, per totam regni maritimam iuxta numerum galee armantur.

Mense Martii milites et pedites ad defensam et custodiam maritime ubique per regnum ire iubentur.

Eodem mense galee predicte versus Pisas vadunt.

Mense Aprilis civitas Beneventana, que Romane ecclesie suberat, arctata et necessitate compulsa imperatori se reddit; cuius menia imperatoris iussu funditus evertuntur, et turres civitatis eiusdem usque ad solarium. Arma hominum civitatis ipsius ad opus recipiuntur imperatoris.

Eodem mense Faventia per annum obsessa et arctata ab imperatore, venit ad mandatum ipsius, salvis personis et rebus hominum civitatis eiusdem, in qua postea imperator ipse fieri munitionem mandat.

Mense Madii in festo inventionis sancte crucis galee imperiales cum galeis Ianuensium conflictum habentes, nonnullos prelatos occidentales qui erant in eis, habita victoria de Ianuensibus, ceperunt, et duxerunt apud Pisas captivos cum duobus legatis, Prenestino scilicet episcopo et Oddone Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali, de quorum mandato veniebant ad papam. Inter quos fuerunt Cisterciensis et Clarevallensis abbates, nec non Rothomagensis archiepiscopus, et alii quos ignoro. De galeis quoque Ianuensium capte sunt ultra 20, et nonnulli Ianuensium in eis, et quam plures sunt sponte ob metus causam in mari submersi; qui omnes postea, imperatore mandante, tam prelati quam alii, cum legatis ipsis in regnum apud Neapolym per mare in captionem ducti sunt, et in custodiam per regni castella transmissi. Milites et pedites nonnulli apud Aquinum et apud Sanctum Germanum conveniunt ad regni custodiam.

Mense Iunii prelati de regno vocati ab Andrea de Cicala capitaneo et magistro iustitiario, apud Melphiam ad eum vadunt; a quibus thesauri ecclesiarum suarum, tam in auro, argento, quam vestibus sericis et lapidibus pretiosis, in commodato pro principe exiguntur.

Imperator discedens a Faventia venit Fanum, quam, circumposita obsidione, cum flectere ad sua vota non posset, in exterioribus vastat, et discedens inde vadit Spoletum, quod recipit ad mandatum suum. Ascisii civitatem sibi renitentem similiter vastat exterius.

Eodem mense fama de Tartaris ad imperatorem pervenit, quod iam devicto rege Ungarie essent in foribus Alamannie, et hoc ipse rex Ungarie significavit eidem imperatori per Guaciensem[57] episcopum legatum suum, et per litteras suas, per quas se ipsum et regnum Ungarie sue promittit subicere dicioni, dummodo per ipsum imperatorem ab ipsis Tartaris protectionis sue munimine defendatur. Et ob hanc causam imperator ipse metuens christianitatis excidium, ut componat cum papa Gregorio, versus Urbem dirigit cum

a) *locus textui post recipiendo vacuus relictus. Annus proximus in proxima pagina orditur.*

57) Waitzen.

festinantia gressus suos, et tunc propter hoc generales mittit litteras ad universos principes occidentis, quarum tenor talis est[58]: *Illustri regi Francorum, tamquam fratri suo, Fredericus etc. Perfecte sollicitudinis zelus, quo sicut pater imperii statum eiusdem diligere cogimur et tueri, propensius nos inducit, non tam manifesta pericula quam suspecta vereri etc.*, per quas litteras principes ipsos animat et hortatur ad fidei christiane defensionem et ecclesie sancte succursum. 1241. Iun. 20.

Eodem mense imperator ipse veniens aput Interampnes, civitatem ipsam recipit ad mandatum suum.

Mense Iulii imperator venit Narniam, quam sibi renitentem invenit; propter quod, facta in exterioribus vastitate, inde discessit, et versus Reate concito vadit, quam sibi similiter resistentem invenit; et tunc vocatus imperator ipse a Iohanne de Columpna cardinali, festinat ad Urbem.

Eodem mense Andreas de Cicala capitaneus iussu imperatoris captivos legatos et alios transferri de Neapoly Salernum facit per Ryccardum de Monte nigro iustitiarium terre Laboris; et ipse capitaneus vocatus ad imperatorem vadit. A quo rediens, per totum regnum certum exigit numerum militum et servientum, et omnes thesauros ecclesiarum sue iurisdictionis aput Sanctum Germanum congregari iubet.

Iohannes de Columpna cardinalis discors a papa discedit, seque confert in Prenestino. Monticellum et Pontem Lucanum contra Romanos recipit in odium pape. Ad quem[59] imperator milites et servientes de regno mittit.

Mattheus Russus per Gregorium papam senator efficitur; qui apud Lagustam, quam Iohannes de Columpna firmaverat et tenebat per suos, obsidionem ponit.

Mense Augusti imperator recipit civitatem Tyburtinam, et exinde versus Urbem vadit; et tunc castrum quoddam quod dicitur Mons Albanus, quod erat Sancti Pauli de Urbe, vi cepit et igne consumpsit; castra etiam quedam Farfensis monasterii occupat et divastat. Burgum novum desertum incolis igne crematur. Imperator ipse apud Criptam ferratam ponit castra sua, et in exterioribus Urbem divastat, et tunc de Gregorio papa quod obierit Rome 21. Augusti, pro certo accepit, de cuius[60] licentia cardinales omnes qui extra Urbem fuerant, pro electione pape facienda ad Urbem redeunt.

Eodem mense Augusti iussu imperatoris vastatores de regno aput Insulam pontis solarati et aput Sanctum Iohannem de Incarico, ut intrent Campaniam congregantur. Cardinales qui in Urbe ad pape electionem convenerant, per senatorem et Romanos apud Septisolium includuntur, ut ad creandum papam inviti procedant.

Mattheus Russus Urbis senator Lagustam vi Romanorum optinuit. Thesauri omnes ecclesiarum regni a porta Roseti usque ad fines regni iussu Andree[a] de Cicala capitanei aput Sanctum Germanum in ecclesia sancte Marie terre eiusdem congregantur et reponuntur; quorum custodie deputati sunt duodecim de ditioribus et melioribus hominibus ipsius terre. Et tunc tabula aurea que ante altare beati Benedicti ad ornatum diu steterat, et alia tabula argentea altaris beate Marie, et ycona cum smaltis que super altare fuerat sancti Benedicti, et omnis alius thesaurus ipsius monasterii in auro argento pannis sericis et lapidibus pretiosis, nec non et aliarum ecclesiarum terre ipsius monasterii ad Sanctum Germanum in predicta ecclesia sancte Marie portatur et deponitur; cuius thesauri capti ab ecclesiis regni pars pretio redimitur, et pars reliqua aput Sanctam Mariam de Cripta ferrata ad principem deportatur.

Prenestinus episcopus et Oddo cardinalis cum magistro Iohanne Toletano sub ducatu Tybboldi de Dragone[b] aput Tybur ducuntur.

Mense Septembris vastatores aput Insulam congregati, mandato cesaris in propria revertuntur.

Imperator ipse, relictis apud Tybur sub custodia suorum, quos ad tuitionem et defensam civitatis ipsius reliquerat, episcopo et cardinali predictis, per Campaniam redit in regnum; et veniens aput Insulam Solaratam, civitatem novam in fronte Ceperani construi iubet. Ad cuius civitatis fundationem statuit domnum Ryccardum de Monte nigro terre Laboris iustitiarium, et mandat ut homines Arcis, Sancti Iohannis de Incarico, Insule pontis

a) Andr c. b) drag c. cf. a. 1242.

58) Petri de Vinea dictamina I, 30. 59) scilicet Iohannem de Columpna. 60) imperatoris.

solarati et Pastine illuc ire ad habitandum cogantur. Statuit insuper, ut ad opus civitatis eiusdem venire deberet certa quantitas hominum de abbatia Casinensi, abbatia sancti Vincentii, comitatu Fundano, Comino et comitatu Molisii per ebdomadam. Et tunc recto tramite per Sanctum Germanum Aliphiam et Beneventum in Apuliam vadit, mandans ut thesauri ecclesiarum ad ipsum aput Fogiam deferantur.

Mense Octobris Gyffridus Mediolanensis in Celestinum papam eligitur.

Eo mense thesauri ecclesiarum aput Fogiam per eos de Sancto Germano qui eorum fuerant custodie deputati, mandante cesare deferuntur, excepta tabula altaris sancti Benedicti, et ut redimi debeant a prelatis singulis et ecclesiis, quarum erant, pro certa pecunie quantitate, ab imperatore mandatur. Eodem mense iubetur a cesare, ut nullus de regno equos aut arma vendere vel trahere extra regnum presumat.

Inquisitio aput Sanctum Germanum fit de medicis qui mederi ausi sunt, et in tota abbatia, nisi de licentia imperialis curie et per eam fuerint approbati.

Civitas Accon rebellat imperatori.

Mense Novembris Celestinus papa Rome aput Sanctum Petrum obiit; et de cardinalibus quidam, eo insepulto, de Urbe fugerunt, et contulerunt se Anagniam.

Mense Decembris imperatrix aput Fogiam obiit, et aput Andriam sepelitur.

1242.

Mense Ianuarii generalis collecta per totum regnum exigitur, de qua tertia pars remittitur, sicut fuit anno preterito. Inquisitiones fiunt ubique per regnum contra infideles inventos tempore turbationis, contra forbannitos et foriudicatos, contra aleatores et prohibita arma portantes, et super multis aliis articulis.

Mense Februarii[a] Richardus de Montenigro a iustitiariatu terre Laboris amovetur, et Gysulfus de Mannia substituitur illi. Turres civitatis Bari que erant in civitate imperator dirui iubet. Biscoctum fieri facit per loca maritima et etiam per loca alia pro fodro 150 galearum et 20 navium, quas armari mandat super Pisanos et Venetos: ad Romanam curiam magistrum domus Teutonicorum creatum noviter, archiepiscopum Barensem, et magistrum Roggerium Porcastrellum pro pace legatos mittit.

Patriarcha Aquilegensis pro facto Tartarorum ad eum venit.

Eodem mense Henricus primogenitus imperatoris tentus apud Martoranum naturali morte defungitur; pro cuius exequiis celebrandis imperator ipse ad omnes regni prelatos
61 suas dirigit litteras in hac forma[61]: *Fredericus etc. abbati Casinensi etc. Misericordia pii patris severi iudicis exuperante iudicium*[b], *Henrici primogeniti nostri fatum lugere compellimur, lacrimarum ab intimis educente natura diluvium, quas offense dolor et iustitie rigor intrinsecus obfirmabant. Mirabuntur forsitan diri patres, invictum publicis hostibus cesarem dolore domestico potuisse convinci. Subiectus est tamen cuiuslibet principis animus quantumvis rigidus nature dominantis imperio, que dum vires suas exercet in quemlibet, leges et cesares non agnoscit. Fatemur, quod qui vivi regis superbia flecti nequivimus, sumus eiusdem filii nostri casu convicti. Sumus tamen eorum nec primi nec ultimi, qui detrimenta pertulerunt transgredientium filiorum, et nihilominus illorum funera deplorarunt. Luxit namque Davit triduo primogenitum Absalonem, et in Pompeii generi sui cineres, fortunam et animam soceri persequentis, magnificus ille Iulius primus Cesar paterne pietatis affectum et lacrimas non negavit: nec dolor acerrimus ex transgressione conceptus, est efficax parentibus medicina doloris, quod in obitu filiorum natura pungente non doleant, contra naturam a filiis licet irreverenter offensi. Nolentes igitur nos et non valentes circa predicti filii nostri funus omittere, que sunt patris, fidelitati*[c] *precipiendo mandamus, quatinus per totam abbatiam cunctis clericis et ceteris fidelibus nostris iniungas, ut eius exequias omni cum devotione sollempniter celebrantes, animam eius cum decantatione missarum et aliis ecclesiasticis sacramentis divine misericordie recommendent, manifestis indiciis ostendentes*[d], *quod sicut in gaudiorum nostrorum tripudiis exultant hylariter, sic et doloribus nostris condolere fideliter videantur. Dat.* etc.

a) *duae columnae rasae fortasse a scriba ipso, adhuc legendum est:* .. p p̄ ... qu.. fuit in ecclesia sancti Petri et a......; imperat̄ ...... in Urbe. b) iucium *c.* c) tue *insertum recenti manu.* d) *ita recte Petrus a Vinea*, ostendatis *c.*

61) etiam in Petri de Vinea dict. IV, 1.

Mense Martii iustitiarii remoti a suis officiis aput Fogiam ab imperatore vocantur; et tunc Ryccardus de Monte Fusculo, qui fuerat iustitiarius Capitinate, cogitur reddere rationem, et tam contra ipsum quam contra alios fit inquisitio, imperatore mandante.

Eo mense Thomas de Montenigro ab imperatore capitaneus aput Tybur dirigitur.

Mense Aprilis Prenestinus episcopus et Oddo cardinalis de regno aput Tybur sub ducatu Dybboldi[a] de Dragune mittuntur.

Brexiensis episcopus et Bergamensis electus vocati ab imperatore de Lombardia in regnum veniunt, qui aput Sanctum Germanum moram facere elegerunt, expectantes ibidem imperatoris adventum.

Mense Madii Andreas de Cicala regni capitaneus, iussu cesaris congregato exercitu tam militum quam servientum de regno, super Reate vadit, quam exterius totam devastat. Dux Spoleti pro parte imperatoris super Narniam vadit, et quam potest facit in exterioribus vastitatem. Denarii novi dantur in Sancto Germano.

Romani super Tybur vadunt, et illam in olivis vitibus et aliis crudeliter devastant.

Ipso mense Madii exercitus imperialis de Marchia vadit super Asculum, et ipsam civitatem obsidet exterius et divastat.

Mediolanenses et Brexienses cum eorum complicibus eos qui sunt eis adversarii et qui partem fovent imperatoris hostiliter impugnant; qui castrum quoddam quod Yseum dicitur de episcopatu Brexiensi vi optinent et recipiunt ad mandatum suum.

Reginus et Taurinus episcopi de Lombardia ad imperatorem in Apuliam vadunt. Homines demanii ubicumque inventi per abbatiam Casinensem revocantur, et compelluntur de mandato principis ire ad habitandum ad Civitatem novam.

Mense Iunii Asculum se reddit et venit ad mandatum imperatoris. Thomas Acerrarum comes capitaneus in Syriam transfretat. Berardus comes Manuplelli iussu principis in Sardiniam vadit. Patriarcha Aquilegensis qui pro facto Tartarorum ad imperatorem venerat, licentiatus ab eo in sua recedit. Imperator ipse de Apulia tunc venit Capuam, et inde per Sanctum Germanum et per Aquinum transiens, vadit ad Civitatem novam, ubi per dies aliquot moram faciens, versus Soram vadit, et inde procedit in Marsiam, ubi aput Avezanum per totum ipsum mensem Iunii moratus est.

Mense Iulii imperator congregato exercitu copioso super Urbem vadit, et hostilem faciens in exterioribus vastitatem

mense Augusti in regnum reversus est.

Eo mense Oddo cardinalis liberatur, et episcopus Prenestinus cum magistro Iohanne Toletano reducti a Tybure, in rocca Iani, que est super Sanctum Germanum, servandi traduntur Philippo de Sancto Magno tunc castellano, duobus postmodum baronibus ad eorum custodiam deputatis.

Ipso mense Augusti imperator ante recessum ab obsidione Urbis statuam hominis eream et vaccam eream similiter, que diu steterant apud Sanctam Mariam de Cripta ferrata et aquam per sua foramina artificiose fundebant, in regnum apud Lucerium, Apulie civitatem, ubi Sarraceni degebant, portari iubet.

Mense Septembris comes Tolosanus aput Melfiam in Apulia ad imperatorem venit, qui per totam hyemem fuit in regno. Hoc anno Henricus de Morro[b], magister quondam iustitiarius, in Apulia naturali morte defecit.

1243.

Mense Ianuarii generalis collecta per totum regnum exigitur.

Mense Februarii milites omnes qui servire tenentur, iubentur ex parte cesaris in equis et armis bene parari, ut esse debeant in Kalendis Aprilis primo futuris ad servitium suum.

Mense Martii.

Mense Aprilis imperator de Apulia congregato exercitu, venit in terram Laboris, ad quem summoniti milites in equis et armis omnes conveniunt, nec non et certus numerus servientum de qualibet terra de regno.

Mense Madii imperator ipse de Capua movens, et per Sanctum Germanum transitum habens et per Aquinum, aput Flagellam se contulit; ubi faciens aliquandiu moram, inde

a) D *nondum in cod. pictum.* b) *hic vox ita scribitur.*

per Campaniam, facto ponte super flumen Ceperani, transitum habens, super Urbem vadit, ubi turres nonnullas funditus fecit everti, faciens in aliis etiam quam potuit vastitatem; et tunc ad preces cardinalium ab Urbe discedens, est reversus in regnum. Item mense Madii Prenestinus episcopus imperatore mandante liberatus est, et aput Anagniam ad cardinales cum honore remissus.

Mense Iunii Sinibaldus tituli Sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis aput Anagniam in papam Innocentium IV. creatus est de voluntate et consensu omnium cardinalium; quo audito domnus imperator, qui tunc erat Melfie, ubique per regnum laudes iussit Domino debitas decantari.

Mense Iulii imperator ad papam mittit aput Anagniam Berardum Panormitanum archiepiscopum, magistrum Petrum de Vinea et magistrum Taddeum de Suessa pro bono pacis; a quo benigne satis recepti sunt, et benignum ad principem retulerunt responsum.

Eodem mense Iulii discursus syderum de nocte visus est in festo sancti Iacobi, ita ut unum contra alterum quasi hostes insurgerent, et inter se hostiliter dimicarent. Tunc civitas Viterbii procurante magistro Raynerio cardinali venit

mense Augusti ad mandatum ecclesie, comite Simone Theatino pro imperatore se tenente in ea. Quo audito imperator mox sine more periculo se personaliter contulit

mense Septembris ad succursum predicti comitis, et ad recuperationem civitatis ipsius, et congregato exercitu copioso obsedit eam, et statutis [a] machinis, tam viris quam viribus dire satis inpugnavit eandem. Qui cum in nullo proficeret, recepto et libero dimisso ex pacto comite predicto et suis qui cum eo erant, ab obsidione recessit, et inde Grossetum se contulit, ubi quasdam edidit sanctiones contra iudices advocatos et notarios, quas per totum regnum publicari precepit et tenaciter observari, quarum initium tale est: *Nichil veterum actoritati detrahitur.* Ipso mense Septembris comes Tolosanus de Apulia venit ad Sanctum Germanum, ibique moram protrahens, inde versus Aquinum, et postea aput Sanctum Vitum de Melfa se contulit, ibique suam per dies aliquot venationem exercuit.

Mense Octobris circa festum omnium sanctorum Innocentius papa Urbem intrat cum honore senatus populique Romani magno receptus; ad quem dictus comes vadit, tractans inter ipsum et imperatorem bonum pacis [b].

RYCCARDI EPISTOLA AD CASINENSES IN FINE VITAE MISSA

ex codice Casinensi numero 342 signato a Gattula edita.

Dominis sanctis et patribus reverendis sacro conventui Casinensi, singulorum et omnium fidelis et subditus notarius Riccardus de Sancto Germano eorum sanctis orationibus adiuvari.

Qui visitavit nos dudum oriens ex alto, visitans nuper visitavit me, et visitatio sua custodivit spiritum meum. Castigans castigavit me, et morti non tradidit, qui peccatoris mortem non diligit, sed salutem. Ecce arcum contra me, arcum suum tetendit, et paravit illum, et in ipso paravit vasa mortis, sagitta acuta vulneravit me. Set vulneri meo post vinum austeritatis, misericordiae oleum Samaritanus infudit, qui aegritudinis meae dispendia in salutis animae compendia commutavit. Ecce quam bonus est Dominus, quam pius est et misericors; qui pietatis non immemor, cum iratus fuerit non obliviscitur misereri, ipse enim mei misertus est; misertus est et pepercit; nec accendit in me omnem iram suam, eripuit animam meam de morte, percussit et sanavit me, vulnus intulit adhibuit et medelam, ut vivens adhuc emendem in melius, quod gessi perperam vel commisi. Pro me quaeso igitur, patres mei et domini, ei gratias agite, qui me de morte reduxit ad vitam, quoniam terribilis ipse est, qui aufert spiritum principum, terribilis est apud reges terrae; meque vestra semper comitetur oratio, ut quod possibilitas mea non optinet, vestra mihi intercessione donetur. Ecce mitto vobis rithmos quos feci de egritudine mea concinna satis oratione descriptos:

a) statitis *c.* b) *recentiori manu in fine codicis adest haec adnotatio, videlicet:* Anno Domini 1414. die sexta mensis Augusti septimae indictionis, rex Ladislaus recessit ab hac vita hora prima diei, et corpus eius tulerunt de sero in Sancto Iohanne a Carbonaria in uno tabuto de tabulis, et ibi posuerunt eum nulla facta obsequia; et subcessit in regno D. Iohanna II. regina de voluntate regniculorum, et homines de regno, et terras de demanio et comites et barones accesserunt Neapolim, et omnes iuraverunt homagium voluntarie. GATTULA.

Quantum sit vilis hominis dignitas,
Et quam caduca sit eius sanitas,
Docet qui dicit, hoc dedit vitas,
Nam omnis homo vivens est vanitas.
Vana est salus et status hominis,
Vanus est decor et pulchritudinis,
Filius enim est Ade seminis,
Qui nunquam sistit eisdem terminis.
In die Iovis ultimo Iulii,
Quo celsa poli vise ambit Cinthii
Post sumptum modicum quod edulii
Hoc mihi accidit infortunii.
Sanus ut eram et sine vitio,
Calami vacans in exercitio,
Mox alteratur sana conditio,
Et fit infirma, quod ita sentio.
Rigor per membra se cepit fundere,
Qui me compellit invitum tremere,
Cuius ut possem vim vi repellere
Corpus decrevi pellibus tegere.
Sub tegumento iacebam abditus,
Meque fovebat senilis alitus;
Sic tremebundus et totus hispidus,
Duro plus eram lapide frigidus.
Sequitur calor, et rigor praeterit,
Omnia senis ossa qui conterit;
Non tamen ipse me prius deserit,
Donec adversus se sudor ingerit.
Hoc eo die sequenti abstinui,
Et luce tertia mihi minui,
Regulam tamen in cibis tenui,
Sed non peccavi dieta tenui.
Nil mihi confert illa minutio,
Sed fit humorum maior solutio,
Et tunc non fui ultra in otio,
Quo sic est facta sanguinis motio.
Nam in me iugis calor exuberat,
Fit febris duplex, quae simplex fuerat,
Miserum senem, ut magis conterat
Quidquid praecedit vix frigus tolerat.
Ad dividendam morbi discursiam
In omni mane summo oxizaccaris[62]
Amigdalatam pinello squalidam[63]
Edo vel farra et bibo qualidam.
Me visitare veniunt medici,
Amici mei layci clerici,
Qui me confortant, et dicunt singuli,
Ut non deberem sic mente deici.
Urinam cernunt, pulsum considerant,
Et signa vident, quae nunquam viderant;
Valere tamen qui me desiderant,
Inter se ipsos de me deliberant.
Iuvemus, aiunt, amicum debilem
Amicum verum et favorabilem,
Et adhuc nobis et multis utilem,
Ne forte vergat ad casum flebilem.
Fiat nunc ergo quidem[a] purgatio,
Ut phisicalis exigit ratio;
Fiet humorum extenuatio,
Et liber erit in brevi spatio.
Hoc isti dicunt, alii veniunt,
Sed qualem credunt, me non inveniunt,
De me diffidunt et male sentiunt;
Sicque dolentes in sua redeunt.
Septimus dies advenit creticus,
Indicativum quem dicit medicus;
Spiritus meus valde fit modicus,
Et ego fio totus encleticus.
Sed et leviat Mars egritudinis,
Spes redit et valitudinis,
Secretum exigo poenitudinis,
Confessionis, et pulchritudinis.
Ad me sacerdos accedit illico,
Cui vix confessus sum, et me iudico.
Virtus tamen de mortis lubrico
Communioni Christi communico.
Sic recreatus ex carne Domini,
Particeps factus et eius sanguini[64],
Eger ut eram, divino nomini
Gratias egi Deo et homini.
Inde testatus sum non ut volui
De bonis meis, sed sicut potui,
Mox consternatus lecto recubui,
Et nec in totum cuncta disposui.
Hoc intuentes omnes qui aderant,
Quod mihi ita vires defecerant,
De me diffidunt, et satis esitant[65],
Tuncque debere me mori autumant.
Tunc qui sum visus fore deterior,
In illa die factus sum melior;
Fit quoque morbus validus levior,
Me visitanti de quo regratior.
Die paratur nono elleborum,
Dulce quod non est ut mel aut zuccarum,
Quod magistrorum propter ministerium
Mihi confertur in refrigerium.
In tanti mihi causa periculi
Satis id contulit adminiculi;
Nam tunc egressi vi sumpti poculi
Mox leviantur et frons et oculi.
Est quae tunc erat naturae filia
Carior mihi quam campi lilia,
Quam ad carorum sana consilia
Legitimavi ad optabilia.
Et desponsavi matrem realiter
Et coram multis praesentialiter
Anulum dedi, osculum pariter,
Voluit Deus sic, et non aliter.
Oh Dei mei omnipotentia!
Erga me fuit quanta clementia,
Qui morbi mutas haec accidentia
Insanae mentis convalescentia.
Haec tua mihi fuit indignatio,
Non aegritudo sed visitatio,
Utinam per te sit emendatio,
Quam decet christianus et collaudatio.
Qui relevavit lapsum qui cecidit,
Me castigavit nec morti tradidit;
Illi Riccardus, quem vitae reddidit,
Regratiatur, qui metra condidit.
Illi sit honor, virtus et gloria,
Summa potestas, summa victoria;
Cui mors et vita favent, et omnia
Vivit et regnat Deus in saecula.

a) quidam *c.*

62) oxysaccharum potio ex saccharo et aceto composita. 63) i. q. penicello. 64) nota communionem laici sub utraque. 65) i. q. haesitant.

Gregorius. Sequentium rerum certitudo est praeteritarum exhibitio: coelum et terra transibunt, verba autem mea non praeteribunt. Nil in rerum corporalium natura coelo et terra durabilius, et nil in rerum natura tam velociter quam sermo transit. Verba eius quousque imperfecta sunt, verba non sunt, cum vero perfecta fuerint, omnino iam non sunt, quia nec perfici nisi transeundo possunt; ait ergo coelum et terra transibunt, verba autem mea non transient, ac si aperte dicat: omne quod apud vos durabile est, sine mutatione durabile ad aeternitatem non est, et omne quod apud me transire cernitur, fixum et sine transitu tenetur, quia sine mutabilitate; manentes sententias exprimit meus sermo qui transit, sic in iuventute viget corpus forte, et incolume manet pectus, torosa cervix, plena sunt brachia; in annis autem senilibus statura curvatur, cervix exiccata deponitur, frequentibus suspiriis pectus urgetur, virtus deficit, loquentis verba anhelitus intercidit, nam et si languor desit plerumque senibus, ipsa sua salus egritudo est. Ita mundus in annis prioribus velut in iuventute viguit, ad propagandam humani generis prolem robustus fuit, salute corporis viridis, opulentia rerum pinguis; at nunc ipse sua senectute deprimitur, sicque ad vicinam mortem molestiis crescentibus urgetur.

ROMOALDI II.
ARCHIEPISCOPI SALERNITANI ANNALES

EDENTE WILHELMO ARNDT PH. D.

Magnum sibi inter ceteras Italiae inferioris relationes historicas vindicant locum Romoaldi II. archiepiscopi Salernitani annales, quippe qui non solum de regibus Siciliae aeque ac de certamine inter papam et imperatorem copiosissime agant, immo vero in se receptis aliorum nunc deperditorum fontium fragmentis multam afferant lucem rebus saeculi undecimi in Italia gestis. Speramus igitur fore ut nostra horum annalium editio, prima quidem quae codicum antiquissimorum ope est perfecta, omnibus historiam illorum temporum amplectentibus grata sit utilisque. Nunc autem praefationem sic instituere liceat, ut primum de Romoaldo ipso breviter agamus, deinde de scriptis eius, demum de annalibus, quomodo et quibus subsidiis sint ab eo confecti.

Romoaldus[1] *principio saeculi XII. Salerni, ut videtur, natus est, ex familia Guarna, cuius propagines hac in urbe tum prospere floruerunt. Cum regibus Siciliae, utroque Wilhelmo, coniunctus erat affinitate*[2]. *Patris nomen nescitur, neque melius est quod dicamus de primitiis nostri. Frater eius nominatur Robertus archidiaconus Salernitanus, qui anno* 1162 *Salerni ecclesiam in honorem sancti Georgii fecit construi*[3]. *Idem Robertus inter clericos archiepiscopi fratris sui erat, quum anno* 1163 *mense Maio*[4] *moniales coenobii sanctae Mariae in civitate Salernitana constructi post obitum abbatissae suae peterent a Romoaldo novam abbatissam, quibus tunc annuens archiepiscopus ab eis electam coenobii sancti Georgii*[5] *sororem, Algaytam nomine, ex huius coenobii vinculis relaxavit eandemque hoc munere perfrui posse concedebat; neque minus testis munere una cum fratribus suis sc. Philippo Guarna domino castelli Sancti Magni, Luca Guarna et consobrino Alfano Principe fungebatur a.* 1176 *mense Decembri, quum Romoaldus litteras a Matthaeo regni Siciliae cancellario acceptas coram Landulpho iudice recitari faceret, quae erant confectae in gratiam „Philippi quondam Ioannis de Richardo iudicis eiusdem Matthaei cognati, pro*

1) Sic esse nomen eius scribendum et codices docent et diplomata ab eo data. Consentiunt inscriptiones de quibus postea. Perraro invenimus scriptum esse *Romualdum*, idque potius editoribus esse tribuendum puto.
2) v. epist. 10. Petri Blesensis, cuius verba infra dabimus.
3) C. V. Schulz in libro praestantissimo *Denkmäler der Kunst in Unteritalien,* T. II. p. 301 inscriptionem profert, quam Mazza in meridionali ecclesiae muro incisam esse dicit: *Anno dominicae incarnationis MCLXII (?) regnante domino Wilhelmo II. gloriosissimo rege Siciliae ducatus Apuliae ac principatus Capuae anno septimo Robertus Goarna frater Romualdi II. venerabilis Salernitani archiepiscopi fecit construi hanc ecclesiam ad honorem beati Georgii.*
4) Chartam hac de re confectam ex tabulario eccl. Salern. dedit Ughellius in Italiae sacrae Tom. VII, p. 401 (ed. secunda).
5) Sunt verba diplomatis: *de monasterio sancti Georgii quod constructum est intus hanc civitatem prope Iudaicam istius civitatis, quod cum omnibus rebus suis eidem archiepiscopio pertinens et subiectum est.*

recuperatione quorundam bonorum ecclesiae Salernitanae obnoxiorum"[6]. *Hac in re commemoratur quoque Iohannes Guarna iudex Salernitanus, frater archiepiscopi. Catalogus baronum regni Siciliae commemorat fratrem Iacobum Guarnam, quo in libello et plures alii de familia Guarna laudantur, scilicet Petrus Guarna, Philippus Guarna, Lucas Guarna, duo ultimi sine dubio fratres nostri Romoaldi sunt habendi*[6*].

Litterarum studiis vacasse Romoaldum magno cum fructu annalibus elucet, neque medicinae artis erat imperitus, quod non valde mireris, quum Salernum per totum fere medium aevum floruerit medicorum suorum fama. Ipse Romo- 7 *aldus testatur*[7] *se fuisse in arte medicinae valde peritum, atque Hugo Falcandus nominat eum „virum in physica probatissimum"*[8]. *Anno 1153 electus est archiepiscopus Salernitanus*[9]. *Anno 1156 mense Iunio una cum Maione amirato et Hugone archiepiscopo Panormitano et Wilhelmo episcopo Troiano et Marino abbate Cavensi ex partibus regis Wilhelmi I. cum legatis papae Hadriani IV. pacem Beneventanam est meditatus*[10]. *Nec minus eodem anno inter distributores a Roberto domino castri Trentenariae in testamento constitutos nominatur*[11]. *Anno 1160 „Romoaldus ecclesiam aedificavit in honorem sancti Cataldi in pago Campagnae cui addidit coenobium et magnifice dotavit"*[12] *„Hoc eodem anno 1160 die 15. Ianuarii, indictione 9, archipresulatus sui 7, omnia bona iuraque Ebulensis monasterii Ioanni abbati (scilicet fundatori) eiusque successoribus confirmasse Romoaldum habet eiusdem documentum hoc anno scriptum"*[13]. *Anno 1161 die 11. mensis Martii Panormi commoratus, populum adhortatus est ut regem Wilhelmum I. contra quem rebellaverant, quem captivum tenebant, liberum dimitterent et pristinae obedientiae se addicerent. Quae verba non fefellit eventus, rex enim liberatus est, plerique comitum ac baronum rebellium sponte paruerunt, ad reliquos pacificandos missus est archiepiscopus* 14 *noster in Apuliam, ibique eorum animos maxima ex parte mitigavit*[14]. *Romoaldum hoc anno post mortem Hugonis archiepiscopi Panormitani promotum esse in locum huius viri refert Rocchus Pirri in libro suo,* Chronologia regum Siciliae, Panormi 1643, *p. 32, sed ipse assensu non dato munus atque officium recusavit*[14*]. *Anno 1163 mense Maio dat monialibus coenobii Salernitani sanctae Mariae virginis licentiam sibi abbatissam eligendi electamque confirmat. Qua de re iam supra est disputatum. Mense Novembri anni 1165 papam Alexandrum III. e Francia redeuntem suscepit Salerni*[15]. *Quum Wilhelmus I. rex anno 1166 morbo detentus iam vitae finem adesse videret, Romoaldum accersivit Panormum eumque ut virum medicinae haud ignarum consuluit*[16], *sed quum nihil profuissent medicamenta, ultimam voluntatem suam declaravit, praesentibus magnatibus curiae aeque ac Romoaldo et Rogerio archiepiscopo Rhegiensi*[17]. *Post mortem regis novum regem Wilhelmum II. in ecclesia sanctae Mariae Panormitana coronat*[18]. *Eum deinde continuo in aula regia versatum esse*

6) Exstant hae litterae apud Ughellium l. c. p. 403. 6*) v. Catalog. bar. apud del Re, Scrittori etc. I. p. 583 et 585. 7) ad annum 1166. 8) ap. Murat. SS. VII, 319. 9) Electionis annum habemus ex vetusto donationis documento tabularii monialium Sancti Laurentii Amalphiae anno 1179 scripto, qui fuit annus 25. sui praesulatus. Cuius initium: *In nomine dom. nostri I. C. anno incarn. eius* 1179 *et* 14. *anno regni domni nostri Guillelmi Siciliae et Italiae regis et* 25. *anno pontificatus domni nostri Romualdi Dei gratia Salernitani archiepiscopi, mense Nov. ind.* 13. etc. Ughellius l. c. p. 399. Consentit temporis momentum, quod aliud praebet diploma in archivio archiepiscopali Salernitano adhuc exstans, quod cl. v. Bethmannus noster inspexit. Datum est a. 1160 die 21. m. Febr. anno 7. archiepiscopatus. Videas quoque chartam pro monasterio Ebulensi datam ap. Ughell. VII, 401. 10) Vide instrumentum pacis a v. cl. Watterich ex codice Cencii autographo editum in libro suo: Pontificum Romanorum vitae II. p. 352 sqq. 11) Ughell. l. c. p. 400. 12) l. c. p. 401. et Schulz Denkmäler etc. II. 305. 13) Ughell. l. c. p. 401. 14) cf. Romoaldum ipsum de hac re ad ann. 1161 agentem. 14*) Unde huius facti notitiam assumserit Pirri nescio. 15) v. ipsum ad hunc annum. 16) v. ipsum Rom. ad a. 1166. 17) v. Hug. Falc. l. c. 302. 18) v. ipsum Rom. ad a. 1166.

suspicor, etenim aemulationes et varia honoris et potentiae hominum cupidorum studia non cessabant, sed versutias agentes et episcopi et magnates novum regem puerum in suas partes unusquisque trahere studebat. Testes oculati Hugo Falcandus et Petrus Blesensis suis relationibus id egerunt, ut de hac re certiores efficeremur, ita ut nobis licitum sit persequi gradatim omnes illas fraudulentias ac clandestina consilia. Sed hoc loco omnia narrare supervacaneum est, Romoaldum tantum nostrum inter hos agentem nobis ante oculos ponamus; qui cognoscere velit rerum seriem, legat Hugonis Falcandi historiam, quem potissimum in his rebus enarrandis sumus secuti. Quum enim post mortem Wilhelmi I. summa rerum potestas a regina Margarita concessa esset Petro eunucho, Matthaeo notario et Richardo electo Syracusano, Richardus operam quam maximam navavit, ut sedem Panormitanam tunc vacantem obtineret. Sed et Gentilis episcopus Agrigentinus eodem studio vexabatur, quam ob causam sibi devinciebat Romoaldum nostrum, Petrum et Matthaeum praedictos. Non solum amicitiae inimicitiaeque commercium eos coniunxerat, sed partis Siculae, quae in curia vigebat, gubernatores exstiterant, quum Richardus patria Anglus originis causa ab eis odio haberetur. „Aiebant enim Transalpinae gentis superbiam, quae hactenus potestate praedita curiae fretaque regum amicitia, Longobardos impune multis exacerbasset iniuriis, deinceps a curia penitus excludendam, si prius electum amoveri contigerit. Eo namque semel expulso nec eius gentis quempiam in curia remansurum, ipsumque regem cum ad aetatem discretam pervenerit, eos habiturum familiares inter quos nutritus fuerit et quos eum usus longaevus consuetudoque docuerit, neque peregrinis et advenis quorum mores ut ignotos abhorreat, dignitates curiae collaturum.“[19] Coniurabant igitur in vitam Richardi, sed quum Petrus abhorreret a tanto facinore, illum prorsus amovendum esse a curia et loco eius substituendum Romoaldum censuerunt. Neque minus regina et Iohannes Neapolitanus cardinalis hac de re consentiebant, qui vir ipse ecclesiam Panormitanam regendam sibi fore sperabat. His temporibus contigit ut Gilbertus comes Gravinensis nunciis de morte regis acceptis Apuliam relinqueret et Panormum se verteret, ubi mox summa rerum est potitus. Petrus timore coactus fugam iniit, et episcopi qui multo magis abhorrebant Gilbertum, quem totius regni magistrum capitaneum futurum sciebant, pro tempore cessantes a machinationibus suis, summopere illum amovere studebant. Litterae falsae confectae sunt, Fredericum imperatorem invasisse fines regni Siciliae, populus falsis rumoribus exagitatus est, ita ut regina comiti Gilberto in Apuliam redeundi daret praeceptum et contra imperatorem exercitum congregaret. Cui praecepto Gilbertus etsi invitus cessit. Cuius in locum subrogatur Richardus Molisii comes, Petri eunuchi amicus. Interea episcopi de novo instaurant litem adversus electum Syracusanum et efficere student ut cogeretur Romam proficisci ad pallium ibidem a papa obtinendum. Regina autem mox mutato consilio eum in rebus curiae agendis esse necessarium contendit itaque nullo modo eum esse nunc dimittendum. Quae quum omnia ita essent, evenit ut frater naturalis reginae Rodericus, vel a Siculis Heinricus nominatus, ab Hispania redux in Siciliam, Montis Caveosi comitatum sibi arriperet; qui autem immoderate atque sumptuose pro sua natura vivens, mox ut in Apuliam se conferret a regina est coactus. Quo amoto restaurat regina curiae officia atque munera, Rogerium comitem Avellini, avunculum regis tunc exulem, revocat, eique una cum electo Syracusano et Matthaeo notario summam commisit potestatem.

19) Hugo Falc. l. c. 304.

Quid mirum si Richardus electus Syracusanus aeque ac Gentilis episcopus Agrigentinus uterque sibi persuaderet, fieri non posse quin archiepiscopatum Panormitanum obtinerent. Regina autem alia movens consilia a. 1167 *Stephanum comitis Perticensis filium, Gilberti comitis Gravinensis consanguineum, una cum triginta et septem sociis*[20], *inter quos Petrus Blesensis non ultimum obtinebat locum, accersivit, eumque quam citissime cancellarium institui atque universa curiae negotia deinceps ad eum principaliter referri iussit. Paucis post diebus Romoaldus eum subdiaconum ordinat, canonici autem Panormitani iussu regis et reginae eligunt in archiepiscopum. Qui vir pro iustitiae atque aequanimitatis indole duabus regni maximis dignitatibus egregie fungebatur, ita „ut omnes assererent eum velut consolatorem angelum a Deo missum, qui curiae statu in melius immutato aurea saecula revexisset."*[21] *Quae quum ita essent, naturae humanae accidit temperatione, quod omnes qui prius honoribus atque muneribus erant functi summo zelo ac livore contra Stephanum eiusque socios exagitarentur, atque quocumque modo eos amovere conarentur*[22]. *Nec abhorrebant a venenis, ita ut quidam medicus Salernitanus, amicus Matthaei notarii, Roberto Bellisinensi, socio Stephani, aegrotanti, inter medicamina letiferum potum porrigeret. Quum rumor de huius morte invaluisset et ad cancellarii aures pervenisset, misit viros quosdam doctos ad causam mortis investigandam, inter quos et Romoaldus noster erat, quippe qui esset in physica probatissimus*[23]; *nec defuit quum ille Salernitanus medicus in praesentia cancellarii aliorumque accusaretur commissi facinoris. Quid Romoaldus postea fecerit, nescimus. Gentilis episcopus Agrigentinus, spe adipiscendi archiepiscopatus Panormitani delusus, omni odio in cancellarium converso, cum aliis insidias ei paravit, immo vero milites conduxit, qui cancellarium, si una cum rege die dominica palmarum anni* 1168[24] *e palatio egrederetur, interficerent. Cuius coniurationis cancellarius quum certior factus esset, Matthaeum notarium vinculis tradidit, ac Richardum magistrum palatii aequa sorte constrinxisset, si regina consensisset, qua nolente aliter insidias praecavere nequibat quam iussu coercendi eum intra muros palatii. Gentilis autem sociis suis captis, curia clam relicta Agrigentum perfugit, ibique populum contra Stephanum excitare est conatus. „Rex autem ac regina fugam episcopi cognoscentes, Burgundium iustitiarium cum litteris regiis Agrigentum miserunt, praecipientes Agrigentinis ut episcopum tamquam proditorem sub eiusdem Burgundii custodia Panormum transmitterent. Qui quum ad curiam veniens, ea quae palam gesserat quibusdam niteretur ambagibus excusare, multorum convictus testimonio ductus est in castellum Sancti Marci, quod in valle Demeniae situm est, ibidem interim servandus, donec operum series ad Romanum pontificem perferretur."*[25] *Romoaldus num his clandestinis consiliis annuerit, non satis constat, sed eum quodammodo gratia regis perdita praesentiam eius declinasse, videtur hac ex re elucere, quod vacante sede Agrigentina dum Gentilis captus tenebatur, nullius erat momenti Romoaldi auctoritas in eligendo novo episcopo, immo vero videbatur fore ut frater Gilberti comitis Gravinae et Lorotelli hanc sedem obtineret. Petrus Blesensis enim his temporibus ad capellanum regis direxit epistolam*[26] *haec continentem:* „Duorum mihi nomina expressisti, qui familiares et domestici eius sunt, quorum amicitias, licet ignobiles sint mente et genere, gratantissime acceptavit; hi ipsum in hanc temeritatem excitant et incendunt. Sed certe inimici hominis domestici eius. Proditoria istorum consilia praetulit

20) v. Petri Bles. ep. 46. 21) v. Hug. Falc. p. 315. 22) v. Petri Bles. ep. 72 et 90. 23) Hug. Falc. p. 319. 24) Erat d. 24. Martii. 25) Hug. Falc. p. 332. 26) epist. 10.

inconsultissimus adolescens domino Salernitano[27] et comiti Avelini avunculis suis, quorum fidem et prudentiam necessitas regni frequenter experta est; qui dedecus pueri sua morte redimerent, nec regni humiliationi usque ad effusionem sanguinis et perpetuitatem exilii consentirent. Sed populi peccatis exigentibus, elongavit a se amicos et proximos, incedensque per viam Roboam consilium venerandae maturitatis abiecit. *Verisimilius hoc habebis, si Romoaldum huius anni res gestas referentem legeris, Matthaeum notarium virum sapientem, discretum, probatae fidelitatis nominat, eum sine causa captum refert, Gilbertum comitem non sine rigore commemorat. Nec silentio perseverabat populus Panormitanus, sed (Romoaldi sunt verba) „in seditionem versus insultum in cancellarium fecit et eum cum omnibus suis in turri campanarum per diem unum obsedit, altera autem die mandato regis et reginae cum quibusdam de suis galeam intravit.“ Optime congruit haec relatio cum iis quae Hugo Falcandus*[28] *hac de re refert. Quum enim timerent ne obsidio turris longius tra-* 28 *heretur, cancellario libere abeundi data promissione Siculis, qui eius parti addicti cum eo ibidem morabantur, iure iurando Richardus Syracusanus electus, Matthaeus notarius, gaytus Richardus, Romoaldus, Iohannes episcopus Maltensis affirmabant, ut terras suas libere ac secure possiderent, et militibus stipendiariis licentia indulgeretur vel in curia vel in alio quolibet loco commorandi. Gentilis e vinculis liberatus Panormum rediit et cum aliis novem viris, inter quos et Romoaldus noster commemoratur, ab Henrico comite Montis Caveosi et Richardo comite Molisii, quibus redeuntibus summa auctoritas statum curiae innovandi est data, f a m i l i a r i s gradum est adeptus. Petrus Blesensis hoc tempore morbo detentus non abiit, sed morabatur in Sicilia donec convaluisset. En habes ipsius verba*[29]: Quam atrociter coniuraverint in exitum domini Stephani Panormitani electi et regii cancellarii Siculi proditores, relatione non indiget. His enim et aliis durioribus, quae frequenter auditis, tinnierunt aures vestrae. Ego autem quum in illa turbatione et egressu domini mei medio hemitritaeo laborarem, de mandato domini regis curae et custodiae Salernitani archiepiscopi commissus sum, qui non minorem circa me diligentiam exhibuit, quam si dominus aut filius eius essem. Ex quo autem convalui, accessi ad dominum regem petens ab eo et magnatibus curiae licentiam recedendi. Rex autem per dominum Salernitanum me solicitari multipliciter fecit ut in curia eius et in sigilli officio remanerem, sed non potui ad hoc precibus aut promissis aut muneribus inclinari.

Valde dolendum Hugonem Falcandum non longius historiam suam protraxisse, nobis tum certe intellecturis Romoaldi fata posteriora. Ita fit ut nonnisi ipsius relationem secuti certiores efficiamur de ipsius persona. Nihilominus peroptime hac in re instructi sumus, quum non ignoremus Romoaldum una cum Rogerio comite Andrensi legatum a rege Wilhelmo missum esse Venetias, ubi per totam anni 1177 *aestatem commorantes, omnium rerum erant testes aeque ac pacis inter imperatorem et regem Siciliae mediatores. Prorsus supervacaneum est hoc loco uberiorem harum rerum enarrationem proponere, quum Romoaldus ipse copiosissime eas referat. Omnibus peractis, pacis conditionibus scriptis et iuratis, Romoaldus cum Rogerio comite die* 16. *mensis Augusti anno* 1177 *vela dedit et die* 23. *eiusdem mensis Barolum applicuit. Inde uterque nunciis ad regem directis ad sua remeavit, et mense Novembri a rege vocatus Panormum festinavit, ubi ambo sexto die mensis Novembris suscepti sunt cum gaudio atque honore. Tum referentes regi quid egissent Venetiis, iussi sunt*

27) supplendum *archiepiscopo;* v. Gloss. Du Cange sub voce *dominus.* 28) l. c. p. 340. 29) Ep. 90.

morari donec legati imperatoris pro confirmanda pace in Siciliam se contulissent. Ita factum est ut Romoaldus noster usque in mediam quadragesimam Panormi moraretur, et legatis etiam tum venire cunctantibus licentiam redeundi sibi a rege pararet.

Romoaldum in concilio illo Lateranensi quod Alexander III. papa anno 1179 *mense Martio celebravit praesentem fuisse scimus eiusque actis subscripsisse nomen suum*[30]. *Decretales epistolas, quas Alexander III. ad Romoaldum scripsit, enumerat ex Corpore iuris canonici et Ughellius (VII,* 405.*) et Ioffeus in suis Pontif. Rom. Regestis.*

In tabulario archiepiscopali Salernitano adhuc diploma mense Maio anni 1179 *datum exstat, ut Bethmannus v. d. adnotavit, quo Fulco prior et fratres hospitalis Capuani profitentur Romoaldum archiepiscopum ecclesiam sancti Thomae dono dedisse hospitali Ierosolimitano.*

Anno 1181, *Kalendis Aprilis hac ex vita decessit*[31].

Vides igitur Romoaldum virum genere nobilissimum, et tam in rebus ecclesiasticis quam in medicinae scientia instructum, in rebus publicis agendis versatissimum, talem, quali non semel sint negotiationes et mediationes pacis commissae. Eum et litteris et artibus operam navasse, statim elucebit. Praesertim ecclesiae suae archiepiscopali consuluit eamque variis operibus ornavit, quae adhuc exstantia nomen Romoaldi omnibus videntibus clarius reddant. Altare maius enim condidit, ut eius inscriptio docet[32]: HOC OPVS FIERI FECIT DOMINVS PRESVL ROMOALDVS SECVNDVS. *Ac cathedram sacram variis operibus musivis ornatam construxit, ut verba ei insculpta docent*[33]: ROMOALD9 SECVND9 SALERNITAN9 ARCHIEPISCOPVS PRECEPIT FIERI HOC OP9. *Nec minus pavimentum chori tessellatum construi fecit, in quo litterae, ut Bethmannus v. d. adnotavit, leguntur:* ROMOALDVS ARCHIEPS.

Sed transeamus nunc ad scripta eius. Praemittendum est praeter annales nobis fuisse non licitum ipsis oculis illa videre, sed nonnisi confidere scriptoribus Neapolitanis, qui de totius patriae litteris bene instructi ea enumerant. Praesertim hac de re meriti sunt Ughellius[34], *Tafurius*[35], *Soria*[36]. *Scripsit autem Romoaldus secundum hos viros:*

1) *Opusculum de annunciatione beatae Mariae virginis.*
2) *Breviarium Salernitanae ecclesiae. De hoc Ughellii verba*[37] *laudentur:* Auctorque fuit breviarii Salernitanae ecclesiae, quo quidem officio usi sunt canonici eiusdem ecclesiae ad annum usque 1587, quo tempore archiepiscopus Marsilius ad capituli postulationem a Sixto V. impetravit, ut in Salernitana ecclesia ad communem Romanae ecclesiae morem celebraretur, suo tamen et successorum arbitrio veteres eiusdem ecclesiae ceremonias ritusque nec non singularia aliquot sanctorum, quorum ibi corpora requiescunt, officia reservare ipsi liceret.
3) *Vitas aliquot sanctorum*[38].
4) *Opus laudatur a Tafurio cuius titulus est:* Semestria seu scrupularii vel ceremoniale pro recitatione horarum divinarum et pro peculiaribus functionibus ecclesiae Salernitanae. *Huius libri in charta membranacea scripti duo tomi in tabulario capituli Salernitani tempore Tafurii asservabantur, ubi ipse eos vidit*[39]. *Num idem ac breviarium?*
5) *Annales, de quibus nunc agendum.*

30) v. Acta concilii ap. Mansi XXII, 460. 31) v. Necrol. Cass. apud Murat. VII, 941. 32) v. Schulz l. c. p. 288. 33) v. Schulz l. p. 290. 34) in Italia sacra l. c. p. 404. 35) Storia degli scrittori nati nel regno di Napoli scritta da Gio. Bernadino Tafuri. Napoli 1748. Tom. II. p. 335—340. 36) Memorie storio-critiche degli storici Napoletani di Francescantonio Soria. Napoli 1781. Tom. I. sub voce *Guarna*. p. 319—323. 37) l. c. p. 404. 38) Ughellius l. c. p. 405. 39) Tafur. l. c. p. 337.

More medii aevi Romoaldus ab exordio mundi scribere incipit, ita ut primum Bedam sequens de sex mundi aetatibus disserat, tum autem delineatis et descriptis illis historiam compilet. Ab anno Domini 839 modum scribendi mutans annales contexuit, quos ad sua deduxit tempora, ita ut primum aliis saeculi IX. X. XI. et XII. ineuntis fontibus receptis, res quas ipse viderat partimque gesserat nobis poneret ante oculos. Supervacaneum videtur priorem partem denuo typis dare; annales tantum ab anno 893 usque in finem operis, quippe qui fontes nunc deperditos fere usque ad annum 1125 continent, praelo denuo subiicimus. Prima pars tota composita est subsidiis adhuc exstantibus. Adhibuit enim Romoaldus scripturam sacram, Hieronymi chronicon et commentarios in prophetas, Bedam de sex aetatibus, librum pontificalem, Pauli Diaconi historiam Langobardicam, historiam miscellam, catalogos pontificum et imperatorum, Einhardi vitam Karoli Magni, eiusdem annales, chronicon Salernitanum[40], Aimoinum Floriacensem. — In annalibus porro contexendis usus est aliis subsidiis, quorum multa ex parte deperdita esse dolemus, sed fortuna fautrice vestigia satis superque remanserunt, quibus ducentibus ad cognoscendam eorum naturam et vim pervenire possumus.

Catalogum principum Salernitanorum primo loco affero, quem diversum fuisse ab aliis adhuc existentibus quisque exempli gratia annos 893, 933, alios inspiciens videbit. Falsos numeros et nomina saepe exhibet. Tum Romoaldum annales Italiae inferioris in usum suum convertisse, persuasum mihi habeo. Videas anni 902 de captione urbis Tauromenii relationem, quae eisdem verbis in chronico Vulturnensi est legenda, ut ad hunc annum adnotavimus. Nec minus anni 926 res gestae ex annalibus illis deperditis desumptae esse mihi videntur. Velim ut conferas annos 954, 967, 981 ubi enarratur clades Ottonis II. apud Stilum, 987, 990 ubi, ut adnotavimus, mira quaedam convenientia cum Leonis Cassinensis verbis (II, 11) intercedit, annos 994, 1001, 1012, 1022, 1025, 1045, 1046, 1049 aliosque sequentes. Qui annales deperditi num illas notas quoque continuerint, quas in Romoaldo exstantes de annalibus Casinatibus, Cavensibus et Beneventanis desumptas esse in margine quotiescumque occurrebant, adnotavimus, nescimus, sed verisimile esse putamus. — Nec historiae Francorum Romoaldo erant ignotae. De his suspicari licet, eum usum fuisse quodam codice in quo illa notissima Historia Francorum Senonensis[41] coniuncta fuit aliis eiusdem generis relationibus, quae multis in locis Hugonis Flaviniacensis historiam denuo reddebant. Catalogus imperatorum Constantinopolitanorum etiam adhibitus est a nostro, sed mendis chronologicis valde foedatus, ut quisque ex eo desumptas adnotationes inspecturus videbit. Quod attinet ad catalogum pontificum Romanorum, quem Romoaldus in usum sibi vindicavit, notandum, et eum pluribus locis falsum et depravatum exstitisse, certe cum catalogo illo qui et in annalibus Ceccanensibus supra datis, et in chronico Vulturnensi est receptus, cuiusque vestigia quoque in historiis Farfensibus (M. G. SS. XI, 573) invenimus, consentit plerumque. Videas praesertim relationem de Iohanne Placentino. Plerumque coniunxit Romoaldus cum catalogi pontificum relationibus quandam brevem paparum historiam, qua Bonizo episcopus Sutriensis est usus. Sed audiamus hac de re Angelum Maium disputantem[42]: Exstat in miscello Vaticano codice epitome quaedam historica Romanorum pontificum, quam Bonizo Sutrinus episcopus collectionis suae canonicae

40) v. Bethmannum in annal. nostris X. p. 251. 41) Mon. Germ. SS. IX. p. 364—369. 42) in Spicilegio Rom. T. VI. p. 273.

adhuc ineditae libro quarto praeposuit. *Hoc Bonizonis opus luci dedit idem* 43 *vir beatae memoriae*[43], *denuo v. d. Watterich ex duobus codicibus correctum in libro suo saepius a nobis laudato* Vitae Pontificum Romanorum, *T. I. p.* 618. — *An notae quaedam ex chronico Troiano*[44] *ipso ab Romoaldo receptae sint, non satis constat, certe ad annum* 1120 *huius verba plerumque consentiunt cum verbis chronici*[45]. — *Sed ultimo loco dicendum est de fonte Romoaldi principali, ut ita dicam, quem ille aeque ac chronicon Amalphitanum*[46] *totum receperunt. Liceat quum alio loco*[47] *fusius hac de re disputemus breviter et succincte summam rei proponere. Romoaldus nempe et chronicon Amalphitanum servaverunt nobis historiam de rebus gestis Roberti Guiscardi, quae ab anno* 999 *incipiens certe usque ad iter a Roberto anno* 1081 *in Graeciam susceptum erat continuata, quamquam equidem eam longius esse protractam crediderim, fortasse usque ad mortem Roberti. Quae sententia nostra argumentis certis non nititur, quia chronicon Amalphitanum mediis in verbis de expeditione illa Graeca prolatis abrumpitur, codicibus eiusdem chronici qui exstant foedatis et mutilatis. Certe illam morum atque formae Roberti Guiscardi adumbrationem, quam Romoaldus morte ducis relata profert, ex illa historia desumptam esse puto. Rogerius Wilmans v. cl. ad Latinum Barensem suum vindicandum certioremque reddendum et haec Romoaldi verba vocavit in certa-* 48 *men*[48] *ductus falsa doctissimi viri Wilken opinione*[49], *qui miram quandam convenientiam inter Annae Comnenae et Romoaldi relationes adesse putabat*[50]. *Si autem quis obiiciat ex chronico Amalphitano non solum hanc historiam Roberti Guiscardi depromsisse Romoaldum, immo vero exstare in chronici laudati capite* 20. *locum quendam de morte Guaimarii IV. principis Salernitani, quem a Romoaldo, eisdem verbis esse in annalibus suis receptum*[51], *monemus hunc locum defluxisse ex catalogo principum Salernitanorum in chronicon Amalphitanum aeque atque in Romoaldum. Nam Chronicon Amalphitanum principio saeculi XIII esse redactum statuere debemus. Quae res ad confirmandam nostram de principum Salernitanorum catalogo sententiam, inter ceteros nostri fontes in usum vocato, non parvi est momenti. Quae quum omnia ita sint, gaudio affecti sumus quod illis Romoaldi de Roberti Guiscardi enarrationibus pretium auctoritatemque vindicare potuimus, quibus ex causis haec omnia litteris obliquis exprimenda curavimus.*

Restat inquirendum, quo ab anno Romoaldus compilandi finem fecerit et res a se ipso visas vel auditas litteris mandaverit. Codex Parisinus, de quo mox agemus, in medio anno 1125 *haec habet verba:* Ab hoc loco adiunctum est huic chronice per Romoaldum secundum Salernitanum archiepiscopum, *et in margine manus paululum recentior rubris litteris adscripsit:* Additio cronice[52]. *Quibus verbis viri doctissimi Martène et Durand (Collect. ampl. IV. praef. p. III) adducti sunt ut statuerent Romoaldum I. archiepiscopum Salernitanum*[53] *usque ad annum* 1125 *annales scripsisse, Romoaldo II. autem deberi continuationem usque ad finem. Assensit eis Fabricius in Bibl. med. et infim. Latinitatis, VI. p.* 124.

43) l. c. p. 279. 44) editum in Raccolta di varie croniche del regno di Napoli apud B. Perger T. V. p. 129 sqq. 45) v. Romoaldum ad a. 1120. 46) editum apud Muratori Antiqq. Ital. I. 213 sqq. et in libro Raccolta di varie croniche etc. T. V. p. 143—161. 47) Vid. commentationem nostram de chronico Amalphitano in annalibus nostris T. XII. 48) in annal. nostris T. X. p. 110. 49) in libro suo „Rerum ab Alexio I, Joanne, Manuele et Alexio II. gestarum libri IV. Heidelbergae 1811. pag. 126. 50) v. nostram ad hunc locum notam. Errorem Wilkenianum denuo instaurabat v. d. Büdinger in commentatione sua „Die Entstehung des Königreiches beider Sicilien“, edita in v. Sybel histor. Zeitschrift VIII. p. 368. 51) ad a. 1052. 52) V. scripturae specimen. 53) Sedit ab a. 1121 usque ad a. 1138.

Quum autem haec verba codici Vaticano, qui solum genuinam annalium formam nobis praebet, desint, ea vero legantur in hoc codice Parisino interpolato, valde dubito, num sint trahenda ad Romoaldum auctorem diiudicandum. Si autem eis confidimus, magis ex eis est evincendum ad hunc usque locum Romoaldum tantum compilatoris munere functum esse. Supra iam demonstravimus in anno 1120 *verba esse legenda qaae in chronico Troiano quoque inveniantur. Ita fit ut sententia illa de annalibus usque ad annum* 1125 *compilatis fortasse habenda sit vera, quum et in praecedentibus partibus multa offendamus, quae aliunde desumpta esse suspicamur, sed fontibus illis deperditis, unde sint desumpta non possumus dicere.*

Quibus ita se habentibus negari non potest Romoaldum in referendis factis eorum temporum, quae ipse vidit, auctorem esse haud parva fide dignum, quamquam dolendum est eum acutissima aulici et hominis in rebus gerendis periti versutia instructum multa silentio praeteriisse, quae si litteris mandasset, optimam certe lucem historiae, sit venia verbo, secretae praebuissent.

Annales Romoaldi quum hoc modo ab ipso auctore litteris essent mandati, non defuerunt quibus operae pretium esse videbatur eos adnotationibus historicis aliunde petitis et locupletare et augmentare. Primum quidem Lupum Protospatarium vel totum exscripsit vel excerpsit interpolator, ex codice ab iis quorum subsidiis effecta est G. H. Pertzii editio[54] *in paucis tantummodo locis diverso. Inde ab anno* 1100 *adnotationes invenimus quas Lupus qui in editionibus cum anno* 1102 *desinit, non complectitur. Omnibus autem bene perpensis ego statuere velim ab interpolatore adhibitum fuisse exemplar Lupi continuatum usque ad annum* 1131. *Certe usque ad hunc annum interpolator officium sibimet impositum implevit. Sed inde ab hoc anno secundam invenimus interpolationem. Postquam enim primus interpolator ad annum* 1127 *post verba:* Dehinc Regium veniens ibidem in ducem Apulie est promotus et sic in Siciliam rediit, *narrationem brevem de Boamundo II. eiusque itinere in terram sanctam et de excommunicatione ducis Rogerii inseruit, et enarratis a Romoaldo variis a Rogerio* 1131 *et* 1132 *rebus gestis nec minus nuncio de morte Honorii II. addito, his coniunxit de morte Boamundi iam dicti adnotationem.* ***Statim iisdem fere verbis ut supra, iterum*** *narratur iter Boamundi anno* 1126 *peractum. Pergit autem interpolator novus res hoc et sequentibus temporibus gestas enarrans, ita quidem ut usque ad annum* 1132 *referat praesertim Rogerii ducis bella. Ad annum* 1131 *habet adnotationem de morte Boamundi,* ***quam supra iam eisdem fere verbis a primo interpolatore propositam legimus.*** *Post annum* 1132 *sequitur anni* 1129 *relatio, quam primo interpolatori adscribimus. Res enim ita se habet. Primus interpolator in annis adnotandis usus est calculo Graeco, secundum quem annus a mense Septembri praecedente computabatur, atque indictionum pontificiarum vel Romanarum numeros adposuit. Secundus autem interpolator in numerandis annis sequitur rationem Pisanorum, qui annum ab die* 25. *mensis Martii anni praecedentis sunt auspicati, indictione utitur Constantinopolitana. Ceterum uterque interpolator nobis servavit adnotationes de rebus a Rogerio gestis haud spernendas. Ego quidem statuerim utramque interpolationem fuisse continuationem diversam Lupi Protospatarii; hoc enim statuto intelligi potest quomodo factum sit quod easdem res eisdem verbis bis prolatas legamus. Cuinam sit interpolatio*[55] *de Philippo eunucho, falso christiano, adscribenda, non elucet.*

54) M. G. SS. V, 52—63. 55) legitur post a. 1153. res enarratas.

His praemissis de genuino operis Romoaldi textu eiusque interpolationibus, quas sub textu typis exprimendas curavimus, restat ut de codicibus, quibus in hac nova editione paranda sumus usi, breviter faciamus verba.

Codex autographus deperditus esse videtur. De hoc legas Nicolaum Toppium in „Bibliotheca Napoletana“ p. 273 *ita referentem:* Romualdo secondo, arcivescovo di Salerno scrisse una cronica Latina che comincia dal 814 per tutto il 1178, che originalmente si tiene esser quella, che si conserva nella famosa biblioteca de m. s. de Cher. Reg. di SS. Apostoli in Napoli. *Quod coenobium quum ex longo iam tempore sit sublatum, de codicis fatis notum est nihil.*

Felicius contigit ut de ceteris annalium codicibus simus instructi. Ad primam textum genuinum reddentem classem spectat

A. 1) *Codex bibl. Vaticanae Nr.* 3973 *insignitus, littera Langobardica, charta membranacea, ut videtur circa finem s. XII. exaratus*[56]. *Olim erat ecclesiae metropolitanae Salernitanae unde missus est Romam; in fronte eiusdem enim leguntur haec*[57]: Asservabatur codex hic in ecclesia | Salernitana eiusque exemplum tantum | erat in bibliotheca Vaticana, perfectum | est . . . . . nobis auctoritate S. D. . . . . | . . . . . . Archiepiscopum eius ecclesiae, ut capitulum cum exemplo autographum | permutarit. Anno MDCXIX mense Aprili. | S. Card. S. Susannae S. | R. E. Bibliothecarius. |[58] *Quocum consentit inscriptio codicis bibliothecae nationalis Neapolitanae* V. G. 30, *de quo infra disputabimus. Sed videtur codex iste iam prius fuisse transmissus Romam ut Baronius eo uteretur*[59], *et tabulario Salernitano copia pro originali reddita. Exstat enim adhuc in archivio capituli illius codex, quem anno* 1605 *e codice Vaticano exscriptum esse, Bethmannus adnotavit. — In codice continentur a) Catalogus pontificum Romanorum, variis manibus in duobus foliis membranaceis non numeratis conscriptus, quarum prima seriem ad Calixtum III.*[60] *usque deduxit. b) fol.* 1—14′ Mirabilia urbis Romae. *c) fol.* 15—282 Annales Romoaldi *eadem manu ac Mirabilia scripti. Ultimus quaternio deperditus est, quum folium* 282 *ultimum quaternionis desinat his verbis:* Sol in signo virginis circa horam . . . . . . *Post folium* 112 *duo folia perierunt. Collationem huius codicis ab anno* 893 *usque in finem, ante hos quadraginta fere annos curavit cl. v. Roestell hodie professor publicus Marburgensis, qua quidem quantum licuit in emendatione textus usus sum. — Ex hoc codice fluxerunt:*

1*a) Codex Carusii.*

1*b) Codex bibliothecae nationalis Neapolitanae* V. G. 30, *chartaceus S. XVII. Incipit ab anno Domini* 814, *aeque ac codex Vaticanus in fine est mutilatus. Alia sed coaeva manus in fine addidit haec:* Cronica haec originalis anno Domini 1619 mense Aprilis fuit missa a Lucio archiepiscopo Salernitano ex mandato papae in Vaticanum Romae cum esset bibliothecarius cardinalis . . . . .

1*c) Codex bibl. nationalis Neapolitanae fol.* II. B 21. *chartaceus, foliorum* 148. *Quorum* 105 *prima fine s. XVI. sunt exarata, cetera manu Camilli Iustini sunt scripta, quem anno* 1667 *ex hac vita decessisse est notum. Praecedit in codice descriptio urbis Romae. Annales iam in textu anni* 1178 *cum verbis* abbatem fuisse occisum *desinunt. Certiores nos fecit hoc de codice v. p. abbas Paulus Garzillius, quem v. d. Paulus Hinschius, antecessor Hallensis,*

56) v. Baronii Ann. eccl. ed. Roman. a. 1607. T. XII. p. 720. 57) Debemus hanc et de codice V. G. 30. bibl. nation. Neapol. notitiam viro d. Reifferscheid Ph. D. 58) Bibliothecarius tum erat Scipio Cobellutius. 59) v. huius Ann. eccl. T. XII. ed. Rom. a. 1607. p. 720. 60) Sedit ab a. 1191. usque ad a. 1198.

a nobis rogatus hac de re adiit. Quibus viris pro hac liberalitate hoc loco gratias agimus quam maximas.

1*d) Codex capituli Salernitani, Bethmanno nostro teste, anno* 1605 *e codice Vaticano exscriptus. Apographum huius Salernitani codicis ultimus Romoaldi editor Del Re accepit ab amico suo Matthéo Camera. Videas praefationem eius p. IV.*

1*e) Codex bibl. Barberinae Romanae Nr.* 2531 *insignitus, de quo videas annalium nostrorum T. III. p.* 158 *et T. IV. p.* 540.

1*f) Codex bibl. Chisianae s. XVI. exaratus, v. Archiv etc. T. IV. p.* 534.

1*g) Codex Bruxellensis* 3924 *anno* 1763 *e codice Vaticano exscriptus, anni* 1177 *tantum narrationem exhibet. Vid. Archiv etc. T. VIII. p.* 492.

B. Secundae classis, interpolatae quidem, exstant codices hi:

2*) Codex capituli Sancti Petri Romani* E. 22, *membranaceus s. XIV. in folio minori. Continet folia* 111. *Codex hic Baronio iam erat notus, Pertzium vero de eo certiorem fecit vir praeclarissimus atque doctissimus Augustinus Theiner, tabularii Vaticani praefectus, qui pro summa liberalitate qua omne historiae studium prosequitur, et Monumenta Germaniae historica adiuvit benignissimeque auxit. Transmisit enim nobis collationem multorum locorum inde ab anno* 1100 *usque ad finem codicis, scripturae specimen adiunxit. Codex Sancti Petri enim cum verbis desinit ad annum* 1177 *spectantibus:* Fredericus autem imperator, quid apud Cesenas morabatur, cum adventum pape in Veneciis cognovisset, Magdeburgensem archiepiscopum et electum Guarmaciensem . . . .

3*) Codex bibl. imperialis Parisinae, Nr.* 4933 *signatus, membr. s. XIII. in fol., manu Itala nitidissime scriptus et variis coloribus exornatus. Constat ex* 18 *quaternionibus, quorum decimus quintus septem tantum continet folia, textu autem propterea non mutilato existente. Recentiore manu folia sunt numerata, sed erravit qui hoc munere est functus, eo quod a numero* 29 *statim transiluit ad numerum* 60, *quam ob rem* 143 *tantum exstantibus, folia* 174 *computavit. In fronte codicis leguntur verba rubro colore sed manu recentiore quam codex scripta haec:* Inperialis liber de vita moribus et actis omnium principum nostrorum de bibliotheca sive canzelaria Rome extractus et per concilium aprobatus, nec non et ystoriae Longobardorum et Ytalicorum, Ungarorum ac Tartarorum. *In fine codicis fol.* 174′ *pulchra saeculi XV. manu scriptum est:* Cronica mei Iacobi, quam emi a filio scilicet Bernardi de Casalorcio quinque ducatis[61]. *Tum paulo infra alia manu exeuntis saeculi XV:* Ista cronicha est Bene- 61
duxii condam domini Zuliani de Verona[62]. *In secunda columna eiusdem paginae, vacua relicta, leguntur verba alia manu saeculi XV. exeuntis scripta:* Cronica solemnis abbreviata de cancellarie Romane biblioteca. — *Codex ut codex Sancti Petri cum verbis* et electum Guarmaciensem *desinit, unde eos ex communi quodam fonte derivatos esse elucet. Celerum codex hic textum annalium optimum praebet, quamvis menda quaedam occurrant quae scribae potissimum sunt adscribenda. Alia recentior manus pallido atramento multis in locis falsam lectionem correxit. Textum ab anno* 893 *usque ad annum* 1011 *Karolus Pertzius v. d. quum autumno anni* 1863 *esset Parisiis versatus contulit cum editione Muratoriana, sequentes annos ego quam accuratissime fieri poterat ipse contuli, quum codex mense Septembri anni* 1862 *Parisiis huc esset transmissus.*

Codici Vaticano ex codice Sancti Petri vel in marginibus vel foliis chartaceis

61) đnc vel *denariis* legendum? 62) Haec verba et verba *Iacobi quam emi,* illito ammoniaco hydrosulphurato apparuerunt.

adpositis omnia addita sunt[63] *quibus hic erat amplior. Ex hoc codice taliter quasi in integrum restituto emanavit codex bibliothecae Ambrosianae, anno* 1606 *confectus*[64], *quo usus est Iosephus Antonius Saxius, editionem novam inter Scriptores rerum Italicarum a Muratorio editos paraturus. Ita effectum est ut in textu Muratoriano plerumque variorum annorum relationes a iusto rerum ordine aberrent, quare fieri non potuit quin in eo genuini operis atque additamentorum genus et naturam secernere esset nobis licitum.*

Codex bibliothecae imperialis Parisiensis 4996. *continet Romoaldi annales a Baluzio usque ad annum* 1177 *ex codice* 3. *exscriptos, ab loco ubi iste desinit imperfectus, usque ad finem, ut videtur, ex codice* 1. *desumptos. Hoc quoque codice Berolinum transmisso uti nobis licuit.*

Editiones annalium laudandae sunt hae:

I. Baronius anni 1177 *enarrationem fere totam in Annales suos eccles. recepit (T. XII.).*

II. Contelorius in libro: Concordiae inter Alexandrum III. summum pontificem et Fridericum I. imperatorem Venetiis confirmatae narratio. Parisiis 1632. *p.* 199—237 *ab anno* 1173 *usque ad finem e codice Vaticano edidit Romoaldum*[65].

III. Carusius in Tom. II. Bibliothecae historicae regni Siciliae, Panormi 1723. *p.* 865—904. *postremam annalium partem ab anno* 1159 *usque ad finem edidit.*

IV. Iosephus Antonius Saxius ope codicis bibliothecae Ambrosianae totum opus in Muratorii SS. rerum Ital. T. VII. p. 1—244 *luci dedit.*

V. Cl. v. Del Re in collectionis suae Cronisti e scrittori sincroni Napoletani, *Vol. I. p.* 5—71 *annales ab a.* 1121 *usque ad finem edidit, Muratorianam sequens editionem versione Itala adiecta.*

Ego quidem novam editionem sic institui ut genuinum Romoaldi opus secernerem duce codice Vaticano ab interpolationibus in calce ex codice 3 *edendis. Textum ex codice* 3 *praesertim emendavi, eoque desinente coactus fugi ad codicem Vaticanum. Maximam navavi operam ut chronologiam ubivis rectam in margine adnotarem, quod quum Romoaldus secundum calculum Graecorum, annum a mense Septembri anni praecedentis incipientem computaret, lectoribus nostris non ingratum fore spero. Indictione utitur Romoaldus pontificali.*

Scribebam Berolini die 25. *m. Februarii a.* 1864.

W. ARNDT.

893. Anno[a] Domini 893.[b] primus Guaymarius suscepit principatum in Salerno et regnavit annis 39[66].

902. cf. Chron. Vulturn. Oct. 13. Anno Domini 902.[c] indictione 5.[d] urps Tauromenis[67] a Sarracenis capta est. Eodem anno in nocte visi sunt igniculi in modum stellarum per aera discurrentes, qua nocte rex Africe[68] residens super Cosenciam[69] Calabrie civitatem Dei iudicio mortuus est[70].

a) Anni 1. b) 894. 1. c) 893. 3. d) ind. 5; *des.* 1.

63) ut videtur a Luca Holstenio. 64) v. Archiv V, 472. 65) Contelorius librum suum contra Fortunatum Ulmum scripserat, qui in libro suo *Historia della Venuta à Venetia occultamente nel* 1177 *di papa Alessandro III. e delle vittoria ottenuta da Sebastiano Ziani doge* inter ceteras fatuitates stultitiasque contendit non Romoaldum sed Obonem Ravennatem quendam annales nostros scripsisse. Iam a Contelorio prorsus est devictus, ita ut hoc loco disputationem de hac re renovare fuisset occasio oleum et operam perdendi. 66) Stemma principum Salerni Langobardorum ap. de Blasio, Series principum qui Langobardorum aetate Salerni imperarunt p. 115: *Guaimarius I. cum patre ab anno* 877; *solus ab anno* 880, *cum filio Guaimario II. ab anno* 893 *ad annum* 901. 67) hodie Taormina, in orientali insulae Siciliae littore. 68) Habraam vel Abrami. 69) Cosenza. 70) ictu fulguris percussus est. Omnia quae hoc anno a Romoaldo narrata sunt eisdem fere verbis Chronicon Vulturnense apud Murat. SS. II, 2. p. 415 habet. Fusius de his rebus agit notitia quaedam historica, quam ex codice Bambergensi saec. XI. edidit Pertzius M. G. SS. III. p. 548. n. 53.

Anno dominice incarnationis 906. Carolus Francorum rex qui Simplex est dictus, obiit anno [929.] regni eius 27, post cuius mortem quidam Rodulfus annitente Robberto principe regnum Fran- [922–936] corum arripuit iniuste tenuitque annis 13. Sub hoc itaque Rodulfo Ugo Robberti filius post patris obitum nomen Abbatis sumpsit. Mortuo autem rege Rodulfo Ludovicus Caroli Simplicis [936.] filius transactis puerilibus annis est iure unctus in regem. Post hec Francorum proceres instinctu Ugonis [945.] Abbatis rebellaverunt contra regem Ludovicum. Et ipso anno facta est fames valida per totum regnum Francorum [cf. Hist. Franc. Sen.] ita ut modius frumenti venumdaretur 24 solidos. Eodem quoque anno mense Maio sanguis pluit super operarios. [954.] Hac itaque tempestate Otto[71] non tam suggestione Saxonum quam et quorumdam factione [Mai 6.] Francorum, maxime quidem Ugonis Abbatis, unctus est in regem Saxonie. Interea apud [Catal. Impp. 73] Constantinopolim mortuis[a] Leone[72] et Alexandro[73] imperatoribus Constantinus eiusdem Leonis filius suscepit imperium, regnavitque[b] annis sex

Anno[b] Domini 913 defuncto Constantino imperatore Romano[74, c] Heliopolitanus Constantinopolitanum suscepit imperium tenuitque annis 25. Inter hec Formosus Romane sedis episcopus moritur et successit ei Bonifacius, sedit annis 12. [Catal. Pont. cf. Ann. Ceccan.] Quo defuncto Stephanus ei successit in sede pontificali; qui post anno uno et mensibus 2 vita decedens sedem reliquid[d] Romano episcopo qui sedit mensibus 3 Defuncto autem Romano Theodorus sedit dies 20. Post hec vero Iohannes sedit annis 2. Cui successit Benedictus papa qui sedit annis 3. Huic successit Leo et sedit mense uno. Post quem Christoforus mensibus 6 sedit. Hic eiectus de papatu monachus factus est, et Sergius in sede pontificali constitutus qui sedit annis 7 mensibus tribus. Post cuius obitum Anastasius sedit annis 2 mensibus 2. Eodem anno Landulfus [921. Apr.] princeps Beneventi praeliatus est cum Ursileone patricio Grecorum in Apulia eumque vicit[75]. At vero in Gallia Ludovicus Francorum rex captus est a Normannis dolo Ugonis Abbatis qui postea dictus est Magnus, [954] multis Francorum interfectis, qui rex totum tempus vite sue plenum ducens angustiarum et tribulationum diem clausit [cf. Hist. Franc. Sen.] extremum anno[e] Domini 922. sepultusque Remis in basilica sancti Remigii. Hic autem duos liberos superstites reliquid, [954. Sept.] Lotharium atque Carolum, quos ex Giberga Ottonis Saxonum regis sorore genuerat. Defuncto igitur Ludovico Lotharius [cf. Hug. Flav. cf. H. Fr. Sen.] filius eius adhuc iuvenis unctus est in regem Remis et Ugo Magnus dux eius factus est. [954. N. 12]

Anno Domini 923. Anastasio papa defuncto, Dando Romanum suscepit pontificatum seditque mensibus 6. Quo [Catal. Pont.] defuncto Iohannes sedem papalem sedit annis 14 mensibus 2.

Anno Domini 926. venerunt Sclavi in Apuliam et civitatem Sipontum hostili direptione [926. Iul. 10.] et gladio vastaverunt[77]. Non post multum vero temporis Ungri venerunt in Apuliam et capta Aerea[78] civitate ceperunt Tarentum. Deinc[79] Campaniam ingressi non modicam[f] ipsius provincie partem igni ac direptioni dederunt[80].

Anno ab incarnatione Domini[g] 933. alius Gisolfus factus est princeps in Salerno vixitque in principatu annis 48[81]. [933.]

Anno dominice incarnationis[h] 939. Constantinus cum filio Constantino apud Constantinopolim post Romano Eliopolitanum[i] cepit imperare, regnaveruntque annis 16. Post quos filius eiusdem Constantini Romano cum filio suo Basilio annis tribus imperavit, et post eos Niceforus imperavit annis 6. His autem temporibus Ungri secundo in- [947.] gressi sunt in Apuliam eamque optinuerunt annis 9[82].

Inter hec[k] Iohanne papa defuncto Leo papa sedit mensibus 6. Cui successit Stephanus qui sedit annis 2 mense [Catal. Pont.] uno. Huic vero Iohannes successit et sedit annis 4 mensibus 10. Hic autem fuit filius Sergii pape. Igitur Iohanni successit Leo qui sedit annis 4 mensibus 6. Post quem Stephanus sedit annis 3 mensibus 4. Cui Marinus successit seditque in pontificatu Romano[l] annis 3 mensibus 6. Quo vita decedente Agapitus sedit annis 10 mensibus 7. Huic itaque Iohannes successit, sedit annis novem mensibus tribus.

Anno Domini[m] 954. corpus beati Mathei apostoli et evangeliste de Pestana civitate Bri- [954.] cie[n] in Salernum translatum[o] est, principante tunc in eadem civitate Gisulpho[83]. At vero in [cf. Hug. Flav. cf. H. Fr. Sen.] Gallia Carolus frater Lotharii Francorum regis evo iunior privatis in rebus senuit. Fuerant autem Ugoni Magno filii Otto et Ugo atque Henricus, nati ex filia Ottonis regis Saxonum. Defuncto itaque Ugone Magno, successit ei filius eius [956.] Otto qui non post multum temporis mortuus est, et Ugo frater eius effectus est dux Francorum regis, Henricus[p] quoque effectus est regis Burgundionum. Non post multos vero dies Lotharius rex Francorum congregans exercitum valde co- [978.] piosum renovavit in dicione sua Lotharium regnum. Quod audiens Otto Saxonum rex qui Aquisgrani tunc commanebat, relicto palatio quod sibi vendicaverat, fugiit. Post hec Otto rex congregans exercitum suum venit Parisius, ubi interfectus est nepos illius cum aliis quam pluribus ad portam civitatis, incenso suburbio illius. Lotharius igitur rex tribus diebus et tribus noctibus constanter persequens illos usque ad fluvium qui fluit iuxta Ardennam, interfecta hostium multitudine cum

a) *sic corr. ex* mortuus *puncto subposito* 3. b) que *atramento pallido supra lin. add.* 3. c) *deest* 3. d) dereliquit 1. e) anni 1. f) modicum 3. g) anno ab Domini 3; Anni Domini 1. h) Anni Domini 1. i) Heliop. 1. k) quoque *add.* 1. l) in pont. Rom. *des.* 3. m) A. Domin. incarn. 1. n) *atramento recentiore delet.* 1. o) translatus 3. p) Enricus 1.

71) De Henrico I. an de Ottone I. agatur non elucet. 72) a. 911. 73) a. 912. 74) Regnavit inde ab a. 959. usque ad a. 963. 75) apud Asculum; v. Lupum ad hunc ann. 77) v. Köpke in Archiv IX, 98. 78) in provincia Hydruntina, hodie Oria dicta. 79) i. e. dehinc. 80) Ungari intrant Italiam secundum Lupum et Anonym. Barensem (Mur. SS. V, 147) a. 920, secundum Ann. Benev. (M. G. III, 175) a. 922. mense Februario. Sarraceni ceperunt Oriam mense Iulio anni 924, ut Lupus testatur, Tarentum die 15. Aug. a. 927. secundum Lupum et Anon. Barens. Annales Bar. annum 929. exhibent. Campania ab Ungaris vastata est a. 937, ut testantur et Ann. Benev. et Leo Cass. I, 55 (M. G. VII, 619); Lupus et Ann. Bar. haec ad a. 936. referunt. V. quoque Köpke in Annal. nostris IX, 102. 81) Diserte de hoc loco disputat Köpke l. c. p. 100 sqq. Quum anno 933. principes se sacramento fidei obstrinxissent Gisulfo, patre adhuc vivente, Romoaldus ab hoc anno computare principatus eius annos videtur. 82) cf. Ann. Benev., Lupum et Anon. Bar. ad a. 947. 83) v. Köpke in Archiv IX, 106. 107.

980. victoria in Franciam[a] reversus est. Post hec non apposuit ultra Otto rex ut veniret in Franciam. In ipso autem[b] anno Lotharius rex consilio Ugonis ducis sui pacificatus est cum Ottone rege Remis civitate, deditque Lotharius rex Ottoni regi in beneficio Lotharium regnum in anno dominice incarnationis 963[c], indictione 6.

962. Sequente vero anno idem Otto Saxonum rex Romam venit nobiliter cum exercitu et a
Febr. 2. Iohanne papa coronatus est, accipiens ab eo tocius Italie vexillum cum imperii dignitate,
[illegible]4 professus iureiurando servare fidem Romane ecclesie[84]. Ex tunc itaque Otto rex appellatus est imperator.

968. Anno ab incarnatione Domini[d] 967. hic in Apuliam[e] venit cum exercitu et oppidum
969. Barum expugnando cepit, cepitque civitatem Bibinum[85] atque Asculum[86], Grecos expellens.
Catal Imp. Interea apud Constantinopolim defuncto imperatore Niceforo[87], Iohannes cognomento Simiski[f, 88] tenuit imperium annis 6
Quo defuncto Basilius et Constantinus filii eius ceperunt imperare ab anno dominice incarnationis[g] 970, regnaveruntque[89]
cf Catal Pontif Annal. Ceccan. annis 55. At vero Rome Iohanne papa defuncto, Benedictus papa sedit annis 2, et post eum Leo sedit anno[h] uno mensibus 2. Deinde vero Iohannes sedit[h] annis 6 mensibus 11. Hic a Petro prefecto Romane urbis[i] comprehensus et in castello Sancti Angeli retrusus, deinde in Campaniam in exilium missus et post menses decem Romam reversus est, et
967. de persecutoribus eius ab Ottone imperatore in urbe Roma supplicium sumptum est. Iste quoque papa Iohannes[90] coronam posuit imperii Ottoni imperatori[91], quique accepta corona Aquisgranum reversus
968. est. Hic etiam papa Iohannes nobilitavit Capuam archiepiscopatu[92], in qua civitate tunc principabatur Pandulfus cognomento Caputferreus. Eodem tempore Sarraceni venerunt
976. in Apuliam et expugnaverunt civitatem Gravinam eamque ceperunt. Hinc[k] quoque secundo anno post hec ceperunt civitatem Bibinum ignique combusserunt[l].

986. Anno incarnationis verbi[m] 976. Lotharius Francorum rex senex plenus dierum obiit postquam regnavit annis 54,
cf H. Fr Sen et Cont Aim sepultusque in basilica sancti Remigii Remis. Cui successit Ludovicus filius eius adhuc iuvenis.

972. Anno ab incarnatione Domini[n] 981. defuncto Iohanne papa Benedictus ei in pontificatus honorem successit.
973. Eodem anno Otto maior imperator obiit anno decimo octavo ex quo imperator appellatus est. Successit autem ei Otto imperator qui dictus est minor, qui postquam imperii coronam
981. Dec. accepit, veniens civitatem[e] Salernum obsedit cepitque illam expugnans[94]. Dehinc per
982. Briciam et Lucaniam in Calabriam perrexit et apud Stilum Calabrie oppidum cum Sarra-
983. cenis pugnavit eosque devicit, Regium quoque cepit[95]. Regnavit autem annis 2. Eo itaque
983. defuncto successit illi tercius Otto. Quo tempore Iohannes[96] factus est princeps Salerni.
Catal Pont. Interea papa Benedictus postquam annum unum[o] sedit, diem obiit, et successit ei Bonus qui sedit anno uno mensibus 6. Quo vita decedente Bonifacius sedit mense uno. Cui expulso Benedictus successit in pontificatus honore qui sedit annis novem.

987. Anno Domini 985. obiit[p] Ludovicus Francorum rex iuvenis, postquam regnavit annis novem, sepultusque est in
cf Hist. Fr. Sen et Cont. Aimoini basilica beati Cornelii Compendio. Cui successit Carolus frater eius filius Lotharii regis. Eodem anno quo Carolus hic cepit regnare, Ugo dux eius cognomento Chafiet rebellavit contra Carolum regem consilioque habito cum Ascelino
991. qui erat episcopus Laudunensis[q] et consiliarius Caroli quatenus eum sibi traderet. Qui dolis acquiescens tradidit eum[r] Ugoni duci quadam nocte cunctis quiescentibus. Vinctus est itaque Carolus rex cum uxore sua et positus in custodia Aurelianis civitate in turri, in qua vitam finivit. Habuit autem[s] ex eadem uxore filios duos Ludovicum et Carolum Ugo itaque dux regnum sibi Francorum arripuit, constituitque regem filium suum nomine Robbertum. Sicque defecit prosapia regum a Carolo imperatore descendencium et ex tunc Francorum reges regali tantum honore contenti imperii dignitatem amiserunt. In illis diebus in Remensium civitate erat archiepiscopus, vir bonus et modestus, iam senex, frater Lotharii regis ex concubina nomine Arnulfus. Ugo autem dux invidebat ei volens exterminare proieniem[97]

a) Francia 3. b) autem *bis est scriptum in* 3. c) Anno — 963. *rubro colore,* anno *bis script., prima vice atramento nigro* 1. 3; ind. VI. *des.* 1; *in* 3 *rubro colore script.* d) anno ab Domini 3; anno dominice incarn. 1. e) Apulia 3. f) Simishci 1. g) anno incar. dni. 1. h) anno uno — sedit *des.* 1. i) *post urbis add.* 1 prefectus. k) Hic 3. l) combuserunt 3. m) *v. cl. Röstell adnotat ab hoc anno apud Muratorium legi* Anno, *dum codex* 1 *semper fere verba* Anno dominice incarnationis *exhibere videatur.* n) Anno ab Domini 3. o) *deest* 1. p) abiit 3. q) laudû 3; *sic fortasse et* 1, *ubi Röstell v. cl. scripsit* Laudum. r) *deest* 3. s) tamen 1.

84) Iuramentum invenies in Mon. Germ. Legg. II, 29; cf. Jahrbücher des Deutschen Reichs unter dem Sächsischen Hause ed. L. Ranke I, 3. p. 203 sqq. et W. Giesebrecht, Deutsche Kaisergesch. I (ed. 2) p. 820. Romoaldus sui aevi morem respiciens iuramentum hoc tanquam hominium ligium refert. 85) Bovino urbs Apuliae. Ibi erat Otto imp. Kal. Mai. ut docet instrumentum monasterio Casauriensi datum Kal. Maias a. d. i. 969. *Actum in Apulia in suburbio Bivino* ap. Murat. SS. II, 2. p. 829. 86) Ascoli in Apulia; v. Chron. Salern. c. 173. M. G. III, 556. 87) a. 969. 88) Iohannes Tzimisces 969—975. 89) regnaverunt inde ab a. 975. usque ad a. 1028. 90) Iohannes XIII. 91) Ottoni II. a. 967. Dec. 25. v. Widukind. III. 70: *Filius noster in nativitate Domini coronam a beato apostolico in imperii dignitatem suscepit.* cf. Annalista Saxo ad. a. 967. M. G. V, 620. 92) De anno vide Köpke l. c. p. 112 et Wattenbachii notam ad Leon. Cass. II, 9. 94) Chronicon Vulturnense (Murat. SS. I, 2, p. 470) exhibet instrumentum placiti coram Ottone II. de quibusdam monasterii Vulturnensis iurisdictionibus habiti, cuius finis est hic: *Factum est placito ipso die Lunae quinto die intrante mense Decembrio, indict.* 10. *super Salernitanam civitatem in qua residebat supradictum imperatorem cum suis honoralibus hostiliter, anni Domini* 981. 95) Fusius de hoc loco disputat Köpke l. c. 121 et 122. Hic docet Briciam sitam esse prope Capaccio, Stilum autem esse Stilo vel Scilum apud Caput Cocintum (Capo Stilo) situm. 96) II. 97) i. e. progeniem.

Lotharii regis. Congregansque in eadem civitate sinodum, fecit degradare domnum Arnulfum, in loco vero eius con-
secrare fecit domnum Gibbertum monachum philosophum[a]. Seguinus autem archiepiscopus Senonum non consensit in 991.
degradatione Arnulfi neque in ordinatione Giberti, sed plus timens Dominum quam terrenum regem, regem ipsum in
quantum potuit redarguit. Rex itaque cum magno dedecore expelli iussit Arnulfum de ecclesia et sic alligatum retrudi
in carcere, ubi nepos eius Carolus detinebatur, mansitque ibi annis 3. Nunciantur[b] hec presuli Romano qui valde in-
dignans super hoc facto interdixit omnes episcopos qui iam dicto facinori consenserant, misitque Leonem abbatem a sede
apostolica[c] ad domnum Seguinum archiepiscopum Senonum qui vice sua in urbe Remensi[d] sinodum congregaret, mandans
illi ut sine dilatione in pristino gradu revocaret domnum Arnulfum[e] et degradaret Gibertum. Quod et[f] fecit. Gibertus
itaque intelligens quod iniuste pontificalem suscepisset dignitatem[g] penituit. Post hec domnus Gibertus electus est pontifex
in urbe Ravenna a populo eiusdem urbis et ab Ottone imperatore, reseditque in eadem urbe pontifex quam plurimos annos.
Defuncto vero papa urbis Rome statim omnis populus Romanus sibi dari acclamabat[h] domnum Gibertum. Assumptus
autem de urbe Ravenna ordinatus est pontifex in urbe Roma. 999.

Anno Domini 987. Sarraceni depopulati sunt Calabriam[1], a quibus postea sequenti anno 987.
Cosencia[i] obsessa est atque destructa.

Anno Domini 990. stella a parte septemtrionis apparuit habens splendorem qui tenebat 990.
contra meridiem quasi unum passum. Et post paucos dies iterum apparuit eadem stella a
parte occidentis et splendor eius ad orientem tendebat. Et[2] non post multos fuit terre Oct. 25. cf. Leo II, 11.
motus magnus qui plures evertit domos in Benevento et in[k] Capua multosque homines
occidit et in civitate Apriano[l, 3] plures ecclesias subvertit. Civitas quoque Frequentus[4] pene 4
media cecidit, civitatem vero Consanam[5] prope mediam cum episcopo[m] subvertit, multos-
que homines oppressit. Ronsem totam cum eius hominibus submersit.

Preterea Rome defuncto papa Benedicto, Iohannes papa sedit mensibus 9. Hic autem in castello Sancti Angeli Catal. Pont
retrusus et per menses quatuor fame afflictus mortuus est. Et iterum superior Bonifacius qui expulsus fuerat sedit men-
sibus 11. Quo vita decedente Iohannes sedit mensibus 4. Post quem alius Iohannes sedit annis 10, mensibus 6. Cuius Bonizo
temporibus Romani capitanei patriciatus sibi tirannidem vendicavere.

Anno ab incarnatione Domini[n] 994. in Apulia civitas[o] Matere[7] a Sarracenis de- 994. Dec
structa est.

Anno dominice incarnationis 998.[p] Ugo dux Francorum obiit sepultusque est in basilica beati Dionisii martiris 998.
Parisius. Cui successit filius eius Robbertus rex qui pius fuit et[q] modestus. Hic autem post mortem patris cf. Hist. Franc. Sen
regnavit annis 23. *Per[8] idem tempus Mel catipanus primum in Apuliam[r] conduxit Normannos,* cf. Chr. Amalf
quos secum habens bellum in Apulia cum Grecis[s] apud Basentellum[9] commisit, et non multo 999?
post temporis ipse Mel civitatem Ascolum cepit. Non post multum vero temporis Henricus Burgundie dux 1001
qui Burgundionum quoque regnum sibi vendicaverat, mortuus est sine filiis, et rebellaverunt Burgundiones in regem Rob- cf. Hist. Franc. Sen.
bertum nolentes eum recipere. Post tercium itaque annum Robbertus rex assumptis Normannis cum duce suo Riccardo 1003.
et exercitu vastavit Burgundiam. Rainaldus comes Senonum post multa mala defunctus est, cui successit Fromundus filius
eius. Mortuo quoque[t] Fromundo comite Senonum successit ei Rainaldus filius eius nequissimus; hic persecucionem in-
tulit ecclesiis Christi eiusque fidelibus quanta non est audita tempore paganorum usque in hodiernum diem. Post aliquot
vero annos capta est civitas Senonum ab archiepiscopo Leotherico qui successit venerabili Saguino, et regi tradita Rob- 1015 Apr. 22.
berto. Preter hec autem Rome defuncto Iohanne papa successit[u] ei Gregorius seditque anno uno, mensibus quinque. Catal. Pont
Cui Iohannes papa successit seditque mensibus decem. Hic turpiter vitam suam finivit. Successit autem huic Silvester, Bonizo.
vir omnium arcium[10] liberalium peritissimus, qui primitus abbas Bobiensis, postea archiepiscopus Ravennas, post vero Ro-
manus papa effectus est, seditque annis quatuor, mense uno. Cuius temporibus ingens in Campania per quindecim dies 1005.
terre motus factus est multa diruens edificia. Silvestro autem obeunte Iohannes qui vocatur Sigo papalem sedit cathe- cf. Ann. Cas. M.G. III, 172
dram mensibus quinque. Quo defuncto Iohannes papa[v] qui vocatur Fanassus sedit anno uno. Hic Ottonem regem Catal. Pont Bonizo

a) philophum 3. b) nunciatur 1. c) ad sedem apostolicam 3. d) Ramensi 3. e) Arnufum 3. f) hec 3. g) *post* dign. *add.* 3. et. h) acclamat 1. i) Cosentia 1. k) i. 3. l) Apiano 1. m) *sic prius scriptum erat, sed alia manus recentior quidem corr. pallidiore atramento* episcopio 3. n) Anno ab Domini 3. o) civitatis 3. p) 997. 1. q) ac 1. r) Apulia 1. s) bellum cum G. in Ap. 1. t) itaque 1. u) succesit 3 v) *supra lineam pallido atramento additum* 3.

1) v. Lupum ad a. 986: *Sarraceni comprehenderunt sanctam Chiriachi civitatem et dissipaverunt Calabriam.* 2) Quae sequuntur usque *cum eius hominibus submersit*, apud Leonem II, 11 eisdem fere verbis leguntur. Sic enim habet (M. G. VII, 636): *ingens terrae motus factus est tam in Capua quam in Benevento: ita ut in Capua plurimas domos everteret et campanas eiusdem civitatis per se sonari faceret. In Benevento autem Viperam deiecit et subiecit quindecim turres, in quibus videlicet centum quinquaginta homines mortui sunt. De Ariano et Frecento magnam partem destruxit. Compsanam civitatem prope mediam evertit eiusque episcopum cum aliis multis occidit. Ronsam vero cum universis fere in ea manentibus summersit.* 3) Ariano. 4) Frigento. 5) Conza. 7) Urbs non procul ab Tarento. Annales Barenses urbis destructionem ad annum 996. referunt, Lupus ad annum 994. 8) Chron. Amalf. (Murat. Antiq. I, 211) cap. XXIII: *Heic admonet locus ut aliquid ex gentibus ducis Roberti Guiscardi et prosapia generis sui interponatur; nec non quando Normanni primum in Apuliam venerunt. Anno vero dominicae incarnationis* 999. *quidam nomine Melh catipanus primitus in Apuliam conduxit Normannos, quos secum habens bellum cum Graecis in Apulia apud Basantellum commisit. Et non multum post temporis intervallum ipse Melh catipanus civitatem Asculanam cepit et multas alias civitates et castra non desistens pugnare.* 9) Fortasse idem locus qui in Chron. Salern. c. 158 (M. G. III, 549) Vasintellus dicitur, ubi a. 902 Guaimarius princeps Salernitanus cum Graecis pugnavit. 10) i. e. artium.

Saxonum coronavit imperatorem. Post Iohannem vero Silvester Tiburtinus, qui vocatur Osporco[a], Romanum suscepit
1011 cf. Ann Cassin. Bonizo. pontificatum qui sedit annis quatuor. Suo quidem tempore fuit pessima fames. Hic autem mortuo Alberico qui
patriciatus sibi nomen vendicaverat a Crescencio Numentano, qui patricius dicebatur, papa ordinatus est, quique etiam Otto-
nem coronavit imperatorem. Postea vero cum magno dedecore ab eodem Crescencio a papatu expulsus est, et quidam
997. Iohannes Placentinus episcopus, Grecus genere, legatione functus Ottonis imperatoris a Constantinopolim rediens dum Romam
causa orationis veniret, a prephato Crescencio et a Romanis capitur tenetur et, licet invitus, papa tamen infelix ordinatur
Romanus. Quod[b] audiens rex mente efferus[c] Romam veniens, ipsum Crescencium diu obsessum cepit et capite truncavit,
ipsum pontificem cecavit ceterisque membris debilitavit et ad dedecus et ignominiam sacerdotalis ordinis per plateas Leo-
nine civitatis circumduci iussit. Sed antequam triginta dies implerentur[d] anima et corpore rex impius mortuus est
anno videlicet ab incarnatione Domini 1001.[e] indictione 14. Hic autem tercius Otto impe-
1001. rator anno superiori obsederat Beneventum in anno scilicet incarnationis Domini 1000.
1002. per indictionem 13.[f] et acriter ipsam civitatem expugnans vi ceperat. Eo itaque mortuo
frater eius Henricus maioris imperatoris Ottonis nepos[11] fit rex, quique regnavit annis 25.
1002? Cuius imperii anno secundo Sarraceni Campaniam ingressi Capuam obsederunt[12].
1011? *Anno ab incarnatione*[g] *Domini* 1011. *indictione* 14. *fames valida Italiam optinuit. Quo*
cf Chron. Amalf. *tempore Mel catipanus cum Normanis Apuliam expugnabat*[13].
Catal Pont. Anno dominice incarnationis 1012. indictione 15. Silvester[14] papa defunctus est et Benedictus[15] frater Alberici
1014. papalem suscepit cathedram. Eodem anno Henricus Alamannorum rex Romam venit et ab eodem
Febr 14. Benedicto[h] papa coronam accepit imperii et imperator appellatus est. Sedit autem ipse Benedictus
Catal. Pont cf Chr. Am. annis undecim mense uno. *Per idem tempus Basilius et Constantinus frater eius Constantino-*
1012. *politani catholici imperatores catipanum suum nomine Bugano magna cum thesauri*
pecunia direxerunt ut Apuliam cum circumquaque regionibus sibi vendicaret ac imperiali iuri
componeret. Qui veniens cepit omnia tranquille agere atque strenue ordinare.
1018. *Anno Domini* 1013. *indictione* 1. *Hic in Apulie finibus rehedificavit civitatem diu dirutam*
nuncupavitque[i] *eam Troiam, que antiquitus Ecana vocabatur*[16], et iussu imperatorum
17 fines per statutum privilegium eidem stabilivit civitati[17]. In hanc civitatem olim tempore
Adriani imperatoris, qui Traiano successerat, fuit ab apostolica sede missus Eleutherius[18]
episcopus qui post duos annos iussu ipsius[k] Adriani Rome ductus ac passus est. Tempore
quoque Diocliciani[l] et Maximiniani imperatorum extitit in hac Ecana urbe[l] Marchus[19]
episcopus qui[n] martyrio vitam finivit. Et post aliquantorum annorum curricula fuit in
eadem urbe Secundinus[20] episcopus qui confessor et sanctus multas sanctorum ecclesias
cf Chron. Amalf renovavit. *Ipse etiam prenominatus catipanus in finibus Samnii*[o] *et Apulie hedificavit ac con-*
stituit plures urbes et oppida; ipsaque regio usque hodie Catipania ex suo nomine[p] *dicitur*[21].

a) Osporeo 1. b) Quo 3. c) effrenus *Bonizo.* d) impleretur 3. e) anno v. ab Domini. 3; anno M per indict. XII. 1. f) in anno scilicet anno videlicet incar. M̊I°. Ind. XIV. 1. anno videlicet — XIV *rubris litteris.* g) ann ab d 3; anno dominice incarnationis 1. h) *litteras* to *alia manu alioque atramento additae sunt* 3. i) que *alia manu alioque atramento supra lineam add.* 3. k) ipīo *prius scriptum, radendo corr.* 3. l) Dioclitiani 1. m) civitate 1. n) quique 1. o) in fimnii 3. p) ex suo nom. *des.* 1.

11) cf. Bonizonis brevem Pontif. Rom. historiam (ap. Watterich Vitae Pontif. I, 618): *Et de Benedicto Tusculano qui Henricum maioris Othonis nepotem regem Teutonicorum ordinavit imperatorem.* 12) cf. Ann. Cavens. breves 1002: *Sarraceni venerunt super Capuam* et Lupum 1003: *obsederunt Sarraceni Montem Caveosum mense Martii.* 13) V. Cl. R. Wilmans in annalibus nostris X. pagg. 111 sqq. contendit Normannos Melo duce iam a. 1011. Apuliam expugnasse, non ut omnes ceteri tradunt fontes a. 1017. 14) Sergius IV. 15) Benedictus VIII. 16) De fundatione copiose disputat Di Meo ad ann. 1018 (T. VII. pagg. 62 sqq.). Chron. Troianum (Raccolta di varie croniche del regno di Napoli ap. B. Perger Tom. V. p. 129) habet haec: *Henricus* — — *Bubaganum Graecorum ducem* — *adeo bello insectatus est, ut eum Troyae eiecerit, quam ille in Apulia condiderat anno* 1008, *Graecis coloniis inductis, ubi Annibalis castra fuerant.* 17) anno 1024. mense Ianuario. Privilegium exhibet Ughelli, ed. Coleti I, 1334. Ex quo repetere libet haec: *Illis qui sunt de potestate et dominatu comitum Arianensium voluntate praedictorum comitum a Francis se dividentibus et ad partem victoriosi et sanctissimi imperatoris currentibus hec civitas per multos et innumerabiles annos destructa a nobis baiulis domni imperatoris restaurata ac bene munita est. Quae civitas Troia vocatur et cum magno studio et velocitate eam habitare fecimus. Tunc vero rogati a concivibus civitatis sumus, ut fines et terminos tantae civitati terrarum stabiliremus et praefiguraremus. Quorum petitionibus fidelissimis nostras aures applicantes etc. Ita nos baiuli domni imperatoris divisimus fines civitatis Troiae in praesentia supradictorum dominorum principum et Basilii prothospatarii Italiae de Buiano ut inter hos fines et diversa habitatores Troiae dominentur.* 18) v. Act. SS. 18. Apr. II, p. 530 sqq. 19) v. Act. SS. 28. Apr. III, p. 551 sqq. 20) v. Act. SS. 11. Febr. II, p. 531 sqq. 21) Leo Cassinensis II, 51 (M. G. VII, 661): *Ea tempestate supradictus Boianô catapanus cum iam dudum Troiam in capite Apulie construxisset, Draconariam quoque et Florentinum ac Civitatem et reliqua municipia quae vulgo Capitinata dicuntur edificavit; et ex circumpositis terris habitatores convocans deinceps habitari constituit. Sane sciendum quoniam corrupta vulgaritate Capitinata vocatur, cum pro certo ab officio catapani qui eam fecit Catapanata debeat appellari.*

Quarto autem anno post predicte civitatis Troie rehedificationem, in anno videlicet incarnationis Domini 1022. indictione 5. Henricus Alamannorum imperator ingenti cum exercitu, simul et cum Benedicto papa venit super ipsam civitatem[22] obseditque eam per quatuor menses machinis illam fortiter expugnans. Imperator itaque videns quod eam non sine mora capere posset, — dixerat enim iratus quod si eam vi cepisset statim destrueret — timuit sibi[a] suisque estivum Apulie calorem, et sic composita pace cum civibus, obsidibusque ab eis receptis ad propria est reversus. Pandulfum autem[b] Capuanum principem secum in Alamanniam deduxit. 1022.

Anno Domini 1024. indictione 7. Basilius imperator Constantinopolitanus[c] diem obiit. 1025. Catal. Impp. 1025. Iul. 13.

Anno Domini 1025. indictione 8. Henricus Alamannorum imperator defunctus est, cui successit Chunradus[d] qui dux eius fuerat[23]. Eodem anno papa Benedictus obiit et successit ei Iohannes frater eius, qui uno eodemque die et laicus fuit et pontifex, seditque annos novem et dies novem Catal. Pont. Benzo

Anno ab Domino 1028.[e] indictione 10. apud Constantinopolim Constantinus imperator obiit et successit ei Romano gener eius una cum eius uxore Zoi imperatrice, regnavitque annos 5 1028. Nov. 9. Catal. Imp.

Anno Domini 1030. indictione 13. Iohannes[24] princeps Salerni defunctus est anno principatus sui 57, et successit ei Guaimarius[25] filius eius. 1030?

Anno Domini 1031. indictione 14 Romano imperator Constantinopolitanus mortuus est, et successit ei in imperium Michael qui dicitur Catalactus cum Zoi imperatrice. Ipso quoque anno defunctus est Robbertus Francorum rex cui successit filius eius Henricus. Cuius in tercio anno urbs Parisii flagravit incendio, regnavit autem hic Henricus annis 29. 1034. Catal. Imp. cf. Hist. Franc. Sen.

Anno ab Domino 1034. indictione 2. fuit eclipsis solis in festivitate sancti Petri. Quo anno Iohannes papa defunctus est et successit ei Benedictus qui vocabatur[f] Theofilatus, seditque annis 13. Iste quidem de pontificatu eiectus est et suscepit papatum Iohannes Sabinensis episcopus cui nomen Silvester. Et iste quoque[g] eiectus est. Post dies 57[h] recuperatus est papa Benedictus qui post mensem unum et dies viginti vendidit papatum Iohanni Ravennati[i] archipresbytero Sancti Iohannis ante portam Latinam, cui nomen positum est Gregorius, qui sedit anno uno et mensibus sex. 1033. Iun. 29. cf. Ann. Ben. et Ann. Cav. Catal. Pont.

Anno Domini 1037. indictione 5. mense Ianuarii mons Vesubius eructavit incendium ita ut quasi flumen usque ad mare discurreret. 1037. Ian. 27. cf. Ann. Cav.

Anno Domini 1039. indictione 7. apud Constantinopolim Michael imperator cognomento Catalactus diem obiit anno septimo eius imperii. Cui Michael qui Etheriarchis[k] dicebatur successit cum Zoi imperatrice. *Eodem anno mense* Februarii[l] *Normanni ingressi iam in Apuliam, ter uno die*[26] *cum Grecis gravi prelio dimicarunt inter Aufidum amnem* et Oliventem[27], *et Normanni victores extiterunt. In ipso quidem prelio fuit Drogo Normannorum comes et quattuor ex fratribus eius.* In ipso quoque anno Chunradus imperator defunctus est anno eius imperii decimo quinto, et successit ei Henricus filius eius. 1041. Catal. Imp. cf. Chr. Am. 1041. Mart. 17. 1039. Iun. 4. Cat. Impp.?

Anno Domini 1040. indictione 9.[m] defunctus est Michael Eterachis imperator Constantinopolitanus anno secundo postquam imperare ceperat. Et successit ei[n] Michael Archontopanthiu cum Zoi imperatrice. Quo vita[o] ipso eodem anno decedente[28] successit[o] ei Constantinus Monomachus in imperium cum Zoi imperatrice, qui regnavit annis duodecim. Quo tempore fames valida fuit[29] in Italia atque in Gallia per septem continuos annos. 1041. 1042.

Anno Domini 1042. indictione 10. luna passa est eclipsim 5. Idus Ianuarii per quinque horas noctis.* 1042. Ian. 9. cf. Ann. Cav.

* Anno ab incarnatione Domini[p] 1044. indictione 12. hoc autem tempore Guilelmus[q] filius Tancredi[r] descendit cum Guaimario principe feceruntque[s] ipsam Stridulam castellum. 1044. Lupus

a) ibi 3. b) *deest* 1. c) Constantinnopolitanus 1. d) Churradus 1. e) anni dñi MXXVIII 1; anno ab đ 3. f) vocatur 1. g) quidem 1. h) LVI. 1. i) I. Ravennanti 1; I. vero R. 3. k) ettheriarchis 1. l) mense Iulii *Chron. Amalf.* m) VIII 1. n) imperator *add.* 1. o) vita dec. eod. anno succ. 1. p) ab dñi 3. q) Guidelmus 3. r) Tancrede 3. s) *prima manus scripsit* Guaimari fecceruntque, *alio atramento, pallido quidem, superscribendo effecta est vera lectio* 3.

22) sc. Troiam. 23) cf. Leo Cass. II, 56 (M. G. VII, 665): *Defuncto igitur augustae memoriae imperatore Heinrico anno Domini* 1025. *et Chuonrado duce qui Cono dictus est, eiusdem Heinrici electione in regem levato* etc. 24) immo vero Guaimarius III. Annus quo Guaimarius III. mortuus sit admodum varie exhibetur in fontibus. Lupus habet a. 1029. Ann. Bar. a. 1030. Nec Blasio (Series princip. Salern. p. 28 sqq.) nec Köpkio (Archiv IX, 148. 149) consentire velim, qui diplomatibus quibusdam, quibus anni regiminis Guaimarii IV. et matris suae Gaitelgrime indicantur, conducti anno 1027. eum mortuum fuisse statuunt. Diplomata ap. de Blas. CII et CIII. sic enim habent: *In nom. Dom. nono anno principatus* (i. e. 1027.) *dom. nostri Guaimari et primo anno principatus domine Gaitelgrime genitrice eius gloriosi principis.* 25) IV. 26) v. Guill. Apul. II, 401 (M. G. IX, 250): *Ter Gallis anno victoria contigit illo.* Annales Barenses sic habent ad ann. 1041: *Mense Martio decimo septimo intrante factum est proelium Normannorum et Graecorum iuxta fluvium Dulibentis. — Deinde collectis mense Maii in unum omnibus Graecis apud Montem Maiorem iuxta fluenta Aufidi, initiatum est proelium quarto die intrante* — a. 1042. *Hoc anno tertia die intrante mense Septembri Graecorum exercitus descenderunt ex Monte Piloso et Normanni ex castro Siricolo; inter duos montes inierunt conflictum maximum.* Cedrenus l. c. p. 546 et 547 tradit primum apud Cannas prope Aufidum fluvium, deinde apud Horas, denique apud Monopolin pugnatum esse. 27) Olivento rivus Aufidum influit prope Venusiam. Chron. Amalf. habet tantum: *iuxta Aufidum.* 28) minime, de regno tollitur et oculis orbatus in monasterium religatur die 21. April.; cf. Cedrenus II, p. 540; Lup. 1042. 29) v. Ann. Benev. cod. Vatican. ad ann. 1048: *Fuit fames valida.*

1045. Anno Domini 1045. indictione 13. Drogo Normannorum comes cepit civitatem[a] Bibinum[29*] eamque depopulatus est; sequenti vero anno, postquam eadem civitas rehedificata est, flagravit incendio.

1046. Anno Domini 1046. indictione 14. Henricus imperator venit Romam invenitque sedem[b] apostolicam valde turbatam, nam uno eodemque tempore supradicti Theophilus qui et Benedictus, et Silvester qui et Iohannes Sabinianus[c], et Gregorius qui et Iohannes Ravennas, Romanum non regebant set vastabant pontificatum. Tunc imperator ipse[d] con- [Dec. 20.] vocatis episcopis atque ordinis utriusque viris religiosis ac catholicis, sinodum congregari fecit[e] [30], in qua statim canonibus exquisitis, hii[f] tres dampnati et exilio religati[g] sunt, nullus enim eorum amplius iure poterat episcopari. Et tunc a clero et populo canonice Clemens[31] electus est, ipso imperatore — quemadmodum in canonibus statutum est — assensum prebente. Qui consecratus sedit papalem cathedram mensibus novem; iste [Dec. 25.] quoque Henricum coronavit imperatorem. Defuncto[32] itaque Clemente Damasus[33] electus [1047. Catal Pont.?] et consecratus est, cuius electioni predictus imperator assensum prebuit, seditque Damasus [Febr. init.] dies viginti. Imperator autem[h] ipse usque Capuam venit terram pro tempore sibi componens, et sic reversus est[34] anno Domini 1047. indictione 15.[i] *

Lupus * Hoc anno comprehensum est oppidum Stuni[k] a Garangis in mense Octubris et in mense Decembris depopulaverunt Liccie[l]. Et in mense Iunii Benedictus papa per poculum veneni occidit papam Clementem.

1050 Anno Domini 1048. indictione 1. Zoi imperatrix obiit.

1048. Anno Domini 1049. indictione 2. Damaso papa vita decedente[35], Leo sanctissimus qui [Dec.] vocatur Brunus[36], a populo Romano expetitus[m], a clero electus, ab imperatore quoque [1049. Febr. 12.] commendatus, et ab episcopis, quibus[n] auctoritas est attributa, consecratus est in pontificatus honore, seditque annis[o] quinque, mensibus duobus.

1051. *Anno Domini* 1050. *indictione* 3. mense Augusti[p] *Drogo Normannorum comes de-* [Aug. 11. cf. Chron. Amalf.] *functus est.* Fuitque[q] vir egregius, pius, strenuus atque famosus, qui propter animi man- [cf. Chron. Amalf.] suetudinem et iusticie servatam equitatem a cunctis est dilectus[q]. *Cui Unfridus frater eius Normannorum comes successit, tenuitque*[r] *potestatem ipsius honoris per annos septem.*

1052. [Iun. 2.] *Anno dominice incarnationis* 1052. indictione quinta *Guaimarius*[38] *princeps Salerni* a suis[39] [cf. Chr. Am.] *interfectus est anno principatus sui vicesimo tercio. Cui successit*[s] *Gisolfus*[40] *filius eius.*

1053. *Anno ab incarnatione Domini*[t] 1053. indictione 6.[u] *Leo papa multis precibus ab Enrico* [cf. Chron. Amalf.] *monitus imperatore per quorundam Sampnitum suggestionem venit in Beneventum ut Normannos Apulia expelleret. Inde movens gressum simul cum Alamannis quos imperator* cum [Iun. 18.] eo direxerat, *apud urbem* nomine *Civitatem*[41], *que in confinibus Sampnii*[v] *est et Apulie, cum Normanis acriter pugnavit. Commisso itaque bello Normanni totum Alamannorum exercitum in ore gladii percusserunt. In ipso quidem belli apparatu defecerunt Alamannis hi*[w] *quorum venerant suggestione,* quique *in auxilium eorum venerunt*[42]. *Leo autem papa minime propter quod venerat perficere valens reversus est*[43]. *Iste primus Romanorum*

a) *deest* 1. b) *bis* 3. c) Silvester qui et Sabinianus *prima manu, tum* et *erasum est et alia manu alioque atramento, pallido quidem, supra lineam additum est* et Iohannes 3. d) inse 3. e) iussit 1. f) hit 3; ii 1. g) relegati 1. h) *hoc loco in* 1 *duo folia exciderunt, quae lacuna ex codice S. Petri* (2.) *duobus foliis chartaceis expleta est.* i) *codex S. Petri habet* MXLII. indict. XV; 3 *habet* Anñ d. MXLVII *rubris litteris, atramento nigro additum est* I *ut legatur* MXLVIII. k) Stira *Lupus.* l) Licce *Lupus.* m) expeditus *Cod. S. Petri.* n) cuius 3; quibus officii huius auct. *Muratori; in voce* auctoritas, s *ultimum additum est pallido atramento* 3. o) annos 3. p) mense Aug. *des. Chr. Amalf.* q) Fuit — dilectus *des. Chr. Amalf.* r) tenuúq; 3. s) sucessit *cod. S. Petri.* t) Anñ ab dñi 2. u) *cod. S. Petri et Chr. Amalf. add.* mense Iulii. v) Salerni *Chron. Amalf.* w) *sic prima manu erat scriptum, alia manu, radendo quoque, effecit* Alamanni hi 3. *Locus videtur esse corruptus, quum Chr. Amalf. sic eum exhibeat:* defecerunt Alemanni et ii quorum suggestione in ipsorum auxilium venerant.

29*) Bovino. 30) Sutrii. 31) Clemens II, antea Suidgerus ep. Babenbergensis. 32) a. 1047. Oct. 9. 33) II. 34) Henricus Capuae erat 3. die Febr. secundum dipl. monasterio Casinensi hoc die datum (Gattula Acc. p. 148). De rebus ab Henrico Capuae gestis v. Amat. III, 2. 3; Leonem Cass. II, 78. 35) Damasus II. die 9. Aug. mortuus est. 36) Leo IX, Bruno episcopus Tullensis. 38) IV. 39) v. Guill. Apul. II, 76: — *a civibus alter Et consanguineis occisus fraude Salerni;* v. Köpke l. c. 40) II. 41) Copiosissime de situ oppidi nunc prorsus deleti disputat V. Cl. W. Giesebrecht Deutsche Kaisergesch. II, 652. 653. 42) cf. Amatum III, 37. *et li Todeschi se reguardent derrière pour veoir lor compaingnie; mès nul Longobart venoit après eauz, quar tuit s'en estoient foui.* 43) Ita pergit Chron. Amalfitanum: *reversus est praedictus pontifex Romam, unde cum manu armatorum in bellum processerat; quamque sanctus fuisset. Hoc autem egit quod non eius id erat officium, neque hoc illi permissum fuerat a domino, qui pati venerat, suosque ut ab aliis magis paterentur quam ut alios perse-*

pontificum a beato Petro ad se usque cum manu armatorum in bellum processit,
qui quamvis sanctus fuerit et pio hoc animo egerit, tamen quia id eius non erat
officii[a] *neque hoc illi permissum fuerat a Domino qui pati venerat, suosque ut ab aliis magis*
paterentur quam ut alios persequerentur premonuerat, ideo exercitus sui multitudo cesa est,
ipso perspiciente[b]. *Non enim Dominus discipulis suis, neque idem apostoli suis suc-*
cessoribus preceperunt ut curis secularibus velud principes seculi mate-
riali gladio Dei populum tuerentur, sed verbo doctrine monerent et pie con-
versationis exemplo instruerent. Eodem anno Constantinus Monomachus imperator 1054.
Constantinopolitanus obiit, post quem Theodora, soror Zoi imperatricis virgo existens, Cat. Impp.?
imperium Constantinopolitanum viriliter biennio tenuit. Qua defuncta Michael Novicius[44] 1056.
imperii honorem adeptus est, qui eodem anno fuit invitus monachus factus. Cui Isa-
clius Commiano[45] imperator successit, qui post annos quattuor ex quo imperavit imperio 1057.
eiectus ac monachus factus est. Cui Constantinus cognomento Dioclici[46] in imperium suc- 1059.
cessit. At vero Leo papa sequenti anno postquam cum Normannis preliatus est diem obiit 1054.
mense Aprilis. Et successit ei Victor[47] qui Gebeardus vocabatur seditque[c] annis duobus, Apr. 19.
mensibus[d] duobus. Post cuius obitum Stephanus[48] Gondifridi ducis[e] germanus qui dictus
est Ferderichus, sedit mensibus septem. Quo defuncto Benedictus[49] Belliternensis episcopus
Romanum invasit pontificatum, qui sedit mensibus novem. Quibus temporibus Paterea[f] apud Medio- Bonizo
lanum exorta est.

Anno Domini 1057.[50] indictione 10. *Onfridus comes Normannorum diem clausit extre-* 1057. cf. Chron. Amalf.
mum, relinquens sibi successorem Bagelardum[g] *filium eius militem strenuum. Set Robbertus*
cognomento Viscardus, eiusdem Unfridi[h] *comitis frater, natus ex patre Tancredo, Norman-*
norum comitatus honorem sibi arripuit, ipsum Baielardum suum nepotem expellens. Tan-
credus autem fuit timoris Dei non immemor[i], *qui bissenos habuit filios*[51]. *Quorum primus* 51
quidem fuit Sarnus, qui miles insignis extitit. Secundus autem comes Coffridus pater Robberti
comitis de Lauritello[k]. *Tercius vero Drogo comes, de quo superius scriptum est. Quartus*
autem Guillelmus[l], *et ipse comes, qui propter fortitudinis sue prudenciam Brachifer-*
reus est prenomine dictus[m]; *erat enim astutissimus et ferox fortisque viribus. Quintus*
extitit comes Unfridus. Sextus quoque Malgerius comes, probus atque famosus. Septimus ita-
que fuit Robbertus Guiscardus. Hic autem propter animi astuciam ingeniique prudenciam[n]
primus ex Gallorum[o] *genere in Apulia ducatus honorem adeptus est. Qui non multo post*
sibi subegit Apuliam et *Calabriam, Lucaniam atque Siciliam*[52], *militarem namque disciplinam*
gloriosissime rexit. Octavus autem Alberedus armis strenuus. Nonus Tancredus. Decimus
Wilhelmus[p] *de Sancto Nicandro, pater Robberti comitis de Principatu. Fuit ipse Wil-*
helmus[p] *acer ingenio, inconstans animo, sevusque natura. Undecimus Frumentinus. Duo-*
decimus Rogerius Sicilie comes, qui miles insignis extitit, iusticie tenax, suis suorumque opi-
bus[q] *studens, ecclesiarum Dei atque sacerdotum consulens*[q]. *Habuit quoque Tancredus*
horum pater et filias tres.

Anno dominice incarnationis 1058. indictione 11. Benedictus papa defunctus est et 1058.

a) *post* officii *una littera erasa est* 3. b) prospiciente *codd.* c) sedit *cod. S. Petri.* d) menses 3. e) duci 3. f) *alia manu mutatum in* patarea 3. g) *sic eadem manu corr. ex* Baielardum *quod prius scriptum erat* 3. h) *prius* Unfridus; *radendo corr.* 3. i) imemor *prima manu, alia manus pallido atramento fecit* imemor 3. k) de Lavello *Chr. Amalf.* l) Huctinus *Chr. Amalf.* m) prudentiam grandia faciens pronomine appellatus fuit *Chr. Amalf.* n) prudencia 3. o) Normannorum *Chr. Amalf.* p) W. 3; Humbinus *Chr. Amalf.* q) op. succedens ecclesiam Dei atque sacerdotum consolans *Chr. Amalf.*

querentur praemonuerat. Exercitus sui multitudo copiosa caesa est ipso perspiciente. Non enim dominus discipulis suis et successoribus suis praeceperat, ut seculares veluti principes sequuti materiales gradus populum corruerent sed verbo et dicto monerent pie et conversationis exemplo instruerent. 44) Michael Stratioticus. 45) Isaac Comnenus. 46) Constantinus Ducas. 47) II. antea episcop. Eichstetensis. 48) X. frater Gotifredi, ducis Lotharingiae, antea abbas monasterii Montis Cassinensis. 49) X. Iohannes episc. Velletrensis. 50) Quem annum et Anonym. Barensis praebet, econtra Lupus et Chron. breve Nortmann. (Murator. SS. V, 278, V.) ann. 1056; cf. Di Meo VII, 376. 51) Secundum Gaufred. Malat. I, 4 (Murat. SS. V, 550) ex prima uxore suscepit filios: Guilielmum cognomine Ferrea-brachia, Drogonem, Hunifredum, Gaufredum et Serlonem, ex altera Frasendi: Robertum Guiscardum, Malgerium, Guilielmum, Alveredum, Humbertum, Tancredum, Rogerium. Cf. Les familles Normandes par Dufresne Ducange, edit. in appendice Amati pag. 333 sqq. 52) Apuliam, Calabriam, Lucaniam a. 1057, Siciliam a. 1061 subegit.

cf. Chron. Amalf. successit ei Nicolaus qui et Ierardus[53]. *Eqdem anno Riccardus cum Iordano filio eius effectus est Capue princeps*[54].

1060. Anno Domini 1060. indictione 13. Henricus rex Francorum obiit, cui Philippus filius
1059. cf. Chron. Amalf. eius successit in regnum. *Ipso quoque anno comes Robbertus Guiscardus vocatus est a Troianis civibus, ipsam eorum civitatem in sua potestate ab eis accepit, qui non post multos dies*[a] *cum exercitu in Calabriam profectus,* Regium[55] *civitatem cepit atque omnium Norman-*
56 *norum dux effectus est. Hic accepit*[56] *uxorem nomine Sikelgaitam Guaimarii*[b] *principis filiam,* que sexu quidem mulier pudica fuit atque[c] honesta, animum vero virilem et in[d] consilium providum gerebat[57]. *Ex qua habuit filios Rogerium et Robbertum atque Guidonem et filias quinque. Ex alia quoque uxore*[e] *nomine Alberada*[58] *prius habuit filium nomine Boamundum.* Set Robbertus Guiscardus instituit sibi heredem suum filium Rogerium[59]. Interea
1059. Iul. Robbertus dux ad Nicolaum papam perrexit eiusque liggius homo effectus est, promittens se iureiurando[60] fidem servaturum Romane ecclesie et eidem pape[f] eiusque successoribus canonice intrantibus. Ipse autem papa Nicolaus statim per vexillum investivit eundem Robbertum Guiscardum de honore ducatus sui cum tota terra.

1061. Iul. 27. Anno Domini 1062. indictione 15.[g] Nicolaus papa defungitur anno ordinationis sue
1062. Mai. 21. secundo, mense octavo. Et Alexander[62] qui vocatus est Anselmus papa ordinatur. *Quo*
cf. Chron. Amalf. *anno*[h] *princeps Riccardus Capuam cepit sibique ordinavit. His autem diebus Robbertus dux ad*[i] *Alexandrum papam proficissens*[k] liggius eius homo *devenit*[61], et sicut Nicolao pape ita et huic iusiurandum fecit et per vexillum ab eo terram cum honore ducatus accepit. Seditque Alexander papa annis undecim, mensibus sex.*

Lupus ad a. 1066 * Hoc anno Riccardus[l] princeps Capue intravit terram Campanie obseditque Cipparanum et cepit eam et usque Romam devastando pervenit.

Lupus 1063. Anno Domini 1063. Hoc anno comprehensa est Tarentum a Normannis.

1064. Anno Domini 1064. Hoc anno comprehensa est Matera a Normannis mense Aprilis.

1065. Anno Domini 1065. indictione 3. Hoc anno Robbertus dux intravit Siciliam[m] et interfecit Agarenorum multitudinem et tulit obsides de civitate Panormo.

1066. Apr. 16. Anno Domini 1066. indictione 4. mense Aprilis[n] stella cometis apparuit a parte orientis, cuius fumus per aliquot dies[o] tendebat ad meridiem. Ipso quoque mense hec eadem stella apparuit a parte occidentis, cuius fumus ad meridiem similiter per aliquot dies
1067. tendebat. Quo anno apud Constantinopolim Constantinus Dioclicii[p] imperator, anno eius imperii sexto, defunctus est, cui Romano Diogenes[63] in imperium successit. *Eodem anno*

a) *hic desiit lacuna in* 1. b) Sigelgaytam Guaymarii 1. c) atq 3. d) *deest* 1. e) uxore *deest* 1. f) p̄p̄ 3. g) V. 3. h) tempore 1. i) *deest* 3. k) *Chr. Amalf. pergit*· prof. devenit sicut fecit ad Nicolaum papam. l) Ricc̄ 3. m) Sicilie 3. n) indict. IV. mense Aprilis *des.* 3. o) *deest* 3. p) Dioclizii 1.

53) Benedictus X. depositus est 1059. mense Aprilis, Nicolaus II. (antea episcopus Florentinus) ut videtur iam a. 1058. electus, a. 1059. die 24. Ian. consecratur. 54) Eum inde a m. Iun. a. 1058. principis nomen sibi vindicasse docet Di Meo VII, 388; v. quoque Köpke l. c. p. 163. 55) *Cusentiam* habet Chr. Amalf. — Gaufred. Malaterra I, 35 Rhegium a. 1060. captam esse dicit. Sed Amatus IV, 3 docet eam captam esse antequam ducis nomen assumpserit Robertus. Tum demum Troia oppugnata est. Velim cum chron. Amalf. pro *Regium* legi *Cusentiam,* assentiente Guill. Apul., qui postquam ducatum a papa Roberto datum esse narravit, habet haec II, 413: *Tunc Rossana potens, Cossentia fortis in armis, Tum quoque dives apum Geratia subditur illi.* 56) Gauf. Malat. I, 31 ad ann. 1058. refert nuptias, Leo Ost. III, 15 post captionem Troiae, Guill. Apul. II, 416 sqq. post iuramentum anno 1059. papae praestitum hoc factum fuisse videtur indicare. 57) Anna Comn. I, 15 (ed. Bonn. I, 71) de ea cum marito ad proelium proficiscente ait: καὶ γὰρ καὶ αὐτὴ ξυνεστράτευε τῷ ἀνδρὶ καὶ χρῆμα ἦν ἡ γυνὴ φοβερὸν ἐπειδὰν ἐξοπλίσαιτο. 58) Ex Amato III, 11 apparet Alberadam fuisse amitam cuiusdam Girardi (Aimé l. c. *qui se clamoit de Bone Herberge.* Leo Ost. III, 15 *de bono alipergo*), Normanni fortasse, qui tum Roberto ad invadendum Calabriam auxilium promisit. Teste Anon. Bar. a. 1048. Normanni iverunt contra Graecos in Calabriam. Quum Amatus nobis quoque referat Drogonem fratrem principio prohibuisse nuptias, hicque a. 1046. comes Apuliae factus sit, elucet Robertum in coniugium duxisse Alberadam a. 1047. vel 1048. 59) Instituit Rogerium heredem in Graeciam a. 1081. profecturus, teste Guil. Apul. IV, 186:

Egregiam sobolem multo spectante Rogerum
Accersit populo, cunctisque videntibus illum
Haeredem statuit, praeponit et omnibus illum
Ipse quibus praelatus erat. —

60) Iuramentum invenies apud Baronium ad a. 1059. (ed. Rom. XI. p. 268). Sic incipit: *Ego Robertus Dei gratia et sancti Petri dux Apuliae et Calabriae et utroque subveniente futurus Siciliae.* 61) II, antea Anselmus ep. Luccensis. 62) Robertum a papa Alexandro II. esse investitum, affirmat Gregorius VII. die 29. m. Iun. 1080. Mansi XX, 313. 63) 1068 -1071.

dux Robbertus cepit civitatem Vestis[63*] *apprehenditque ibi catipanum nomine* Curiacum[64]. *Hinc* cf. Chr. Am. (ad a. 1067.)
etiam ipse dux Barum obsedit[65] *Apulie civitatem et triennio*[66] *eam incessanter*[a] *oppugnavit terra* 1068.
marique.[*]

* pontem quoque ibi in mari fecit. Lupus. a. 1071.

Anno 1067. indictione 5. Guillelmus dux Normannie pugnavit cum Araldo rege Anglorum et vicit 1067.
eum, qui et[b] factus est rex super gentem Anglorum. Lupus

Anno Domini 1068. indictione 6. Hoc anno in sexto[c] die mense Februarii Robbertus dux obsedit Lupus. 1068.
civitatem Montem-pilosum et dimissa ibi obsidione cum paucis abiit[d] Abianum[e] et cepit eam, et tradicione
cuiusdam Gothifrede intravit ipse dux in prephatam Montem-pilosum civitatem.

Anno Domini 1069. Hoc anno mense Ianuarii magnum homicidium actum est in Brundisii civitate. Lupus ad a. 1070.
Nam Normanni volentes eam comprehendere, tenti sunt ab eis quadraginta cum aliis eorum ministris 43
et capita omnium predictorum ad imperatorem deportata sunt.

Anno 1070. indictione 8. apud Constantinopolim Romano Diogenes imperator trans- 1071.
acto quarto imperii eius anno defunctus est. Cui in imperio Michael[67] filius Constantini
Dioclizi successit. *Eodem anno Robbertus dux cepit*[68] *Barum civitatem longa obsidione fati-* Apr. 16. cf. Chron. Amalf.
gatam, indeque movit[f] *exercitum, Siciliam properavit obseditque Panormum*[**] *ditissimam*
Sicilie civitatem, viriliter eam expugnans, cepitque eam[***] anno ab incarnatione Domini[g]
1071. indictione 9. *Et exinde portas ferreas et columpnas marmoreas quam plures cum capitibus*
fecit afferri in Troiam causa victorie sue. Anno autem subsequente ordinatis ibi in Panormo
municipiis[h. 69], *ipse dux in Apuliam veniens cepit Tranum*[70] *Apulie civitatem.*[****] 1073. Febr. 2.

** per terram et per mare, duxitque ante eam naves 58. Lupus.

*** mense Ianuarii[71].

**** Eodem anno Robbertus dux fecit fieri pontem in mari quatinus concluderet portum prephate urbis Bari, et Lupus.
in quintadecima die mensis Aprilis cepit Robbertus dux predictam civitatem, et in sequenti predictus dux
cepit civitatem Panormum in mense Ianuarii.

Anno ab incarnatione Domini[i] 1075. indictione 13. Alexander papa diem obiit, et archi- 1073. Apr. 21.
diaconus eius nomine Ildeprandus ipsa eadem die in ordine pontificali electus et papa Gre- Apr. 22.
gorius[72] est nuncupatus, seditque annis duodecim, mense uno. Hic autem pontifex ammi-
nistrationem regni sibi primus ut rex assumpsit.

Anno ab incarnatione Domini 1076. *dux Robbertus Sanctam Severinam Calabrie civi-* 1076. cf. Chron. Amalf.
tatem loco[k] *munitissimam tercio anno postquam illam obsederat, cepit*[l]. *Hic quoque cepit civi-*
tatem Comsanam[74] *obsesso castello Sancte Agathe*[75], *quod incessabili oppugnatione*
cepit. His etiam diebus cum exercitu dux proficiscens obsedit Salernum[m], *civitatem medicine*
utique artis diu famosam atque precipuam. Gisolphus[n] *autem frater uxoris*[76] *eiusdem ducis*
tunc in eadem civitate[o] morabatur. *Hanc incessanter terra*[p] *marique expugnavit, nec destitit*
donec post septem menses obsidionis sue cepit illam mense Decembris[77. *****] *anno incarnati* Dec. 13.

***** Hoc anno Robbertus dux dedit filiam[78] suam nurum ad imperatorem Constantinopolitano. Lupus ad a. 1076.

a) incensanter 1. b) et qui 3. c) XVI. *Lupus.* d) *deest* 3, *addidi ex Lupo.* e) Obianum *Lupus.* f) movens 1. g) añ ab ð. 3. h) mancipiis 1. i) Anno dominice incarnationis 1. k) loce 3. l) *deest* 3. m) Salernam 3. n) Gisolfus 1. o) civitatem 1. p) terram 3.

63*) Viesti. 64) Bennatum eum nominat Chron. Amalf. 65) Anon. Bar. 1068: *Et die quinto astante Augusti venit dux Robberto et obsedit Bari per terra et mare.* 66) Amatus V, 27 (p. 163) quatuor annos computare videtur. *Il estoit passé, petit s'en failloit, quatre ans que continuelment avoient esté en ceste pestilence, et maintenant par l'operation de cestui Arigitie furent délivré.* 67) Michael Ducas 1071—1078. 68) Aimé V, 27 (p. 164): *Lo samedi devant lo dyemenche de Palme* (est dies 16. Aprilis a. 1071) *lo glorioux duc entra en la cité de Bar.* 69) cf. Aimé VI, 21 (p. 182): *Et adont lo duc donna à son frère lo conte Rogier toute la Sycille, senon que pour lui réserva la moitié de Palerme et la moitié de Messine et la moitié de Démède, et li conferma la part de Calabre laquelle avoit avant que Sycille.* 70) Trani. 71) De tempore dissentiunt Amatus et Barensium relationes (Lupus, Anon Bar.). Amatus VI, 22 (p. 183) dicit: *Mès lo duc Robert, liquel estoit si glorioz en tous ses faiz en V moiz veinchi Palerme; quar de lo mois de Agouste passa la mer, et en la nativité de Ishu-Christ et par la grâce de Dieu tint ce que il veinchi et acquesteta continuelment.* Econtra Lupus ad a. 1071: *et in mense Iulii dux praedictus transmeavit Adriatici maris pelagus perrexitque Siciliam cum* 58 *navibus;* a. 1072: *mense Ianuarii* (*mense Iunio* Chr. breve; v. Di Meo VIII, 111) *die 10. introivit Robertus dux in Panhormum civitatem Sicilie.* Chronicon Amalfitanum captionem ad ann. 1073. refert, desunt eidem quoque verba *cepitque mense Ianuarii.* 72) VII. 74) *civitatem Cusentiae* Chr. Amalf. 75) S. Agata, non longe a flumine Volturno sita. 76) Sikelgaitae. 77) De tempore expugnationis multum inter se differunt fontes. V. Köpke in Ann. nostr. IX, 171. Optime Annal. Cavenses ad a. 1076. habent (M. G. III, 190): *Robbertus dux venit super Salernum pridie Non. Magias, et obsedit eam terra marique et cepit eam die Idibus Decembris.* 78) Haec Helena nomine Constantino Ducae filio Michaelis imperatoris desponsata est. Sed nuptiae factae non sunt. WILMANS ad Guil. Apul. III, 502.

1077. verbi 1077. indictione 15.[a]; cepitque Gisulfum principem qui fame coactus se eidem
duci dedidit[b], atque Turrim maiorem[79] in qua se[c] tutabatur. In eadem vero civitate ipse
dux construxit ecclesiam in honore beati Mathei apostoli et euangeliste[80]. In Panormo quoque
fecit ecclesiam in honore Dei genetricis semperque virginis Marie, anno primo postquam cepit
1076. Dec. 19. Salernum. Robbertus dux obsedit Beneventum, acriter eam expugnans. Et nisi Romanus
— 1077 Apr. 8. pontifex, cuius precepto parebat, hoc idem duci prohibuisset, nequaquam ab incepto desisteret
1077 Mai. donec eam caperet. Simili modo et Riccardus princeps[81] Neapolim obsedit ipso eodem anno,
1078. Apr. 5. fortiter illam civitatem expugnans undique ut eam vi caperet. Set eodem anno in eadem[d]
obsidione princeps ipse mortuus est anno principatus sui vigesimo indictione 1. Fuit autem hic statura procerus, forti animo, ingenio astutus, largitate famosus, circa benivolos et sibi fideles mansuetus atque benignus, rebellibus autem ac perfidis valde terribilis. Cui Iordanus filius eius successit. Hic autem in matrimonio accepit filiam[82] Guaimarii principis Salernitani, ex qua habuit filios Riccardum et Robbertum atque Iordanum.*

Lupus 1077 * Hoc anno obsessa est Salernum[e] a Roberto duce et comprehensa est ab eo.

1078. Anno ab incarnatione Domini[f] 1079. indictione 2. apud Constantinopolim Michael filius
Constantini imperatoris anno eius imperii octavo ipse cum filiis suis Michael, Andronico et
1079. Constantino expulsus est. Et Niceforus Butanioth[83] imperium sibi arripuit. Ipso anno dux
cf. Chr. Amalf. Robbertus obsidens Vicum[84] cepit ipsam civitatem, ibique[g] Gradelonem[h] [85] nepotem suum
capiens[g] utroque statim privari lumine fecit, eo quod ipse et alii plerique baronum rebelles ei extiterant. Ceteri vero metu perculsi ei se subdiderunt.**

** Eodem anno corpus beati Canionis a loco, in quo olim positus fuerat, ab Arnaldo levatur archiepiscopo et in sancte Dei genetricis Marie ecclesia noviter inchoata honorifice collocatur[86].

1080. Anno incarnati verbi 1080. indictione 3.[i] dux Robbertus Guiscardus cepit Spina-
cf. Chr. Am. Apr. zolam[87]. Paucis eciam evolutis diebus ipse dux cepit Idrontum[k] cepitque Tarentum[88]. His[89]
autem diebus venit ad eum vir quidam dicens se Michaelem imperatorem fuisse, conquerens se male tractatum a suis et expulsum popossitque[90] auxilium sibi dari. Dux itaque, ut ei mos erat, diligenter illum excipiens hac[91] honorabiliter circa se habens secum duxit eum usque
Iun. 29. Salernum. Inde movens gressum dux ipse perrexit ad Gregorium papam[l] eiusque liggius
homo iureiurando effectus apud Ciparanum[91*], accipiens ab eo vexillum sancti Petri mense Iunio[92].
1081. Anno ab incarnatione Domini 1081. indictione 4. dux Robbertus magnum apud
Mai. Idrontum assumpsit[m] exercitum[93], super Constantinopolim ire cupiens. Qui mare transiens
cum Boamundo filio suo aplicuit Avelone[94] et eduxit exercitum suum necnon et predictum Michaelem[n], qui se imperatorem fuisse conquerebatur[n.]***, Rogerium vero[o] filium suum

Lupus *** Et mense Iulio ante Durracchium obsidionem posuit per terram et per mare, set stolus Veneticorum veniens discipavit maris obsidionem apcruitque Dirrachenis mare.

a) Anno dominice incarnationis MLXXVI. ind. XV. 1. b) tradidit 1. c) deest 3. d) in hac voce a supra lineam pallido atramento additum est 3. e) Salenum 3. f) Anno dominice incarnationis 1. g) ibidem grandia facientem fratrem suum capiens Chr. Amalf. h) Grandelonem 1. i) indict III. deest 3. k) Ydrontum 1. l) p̄p̄ 3. m) assupsit 3. n) verba Michaelem — conquerebatur des. 1; habet ea Chron. Amalf. hunc locum sic exhibens: ducens secum cum exercitu suo etiam uxorem suam, necnon praedictum Michaelem qui se imperatorem deiectum fuisse conquerebatur, et dimisit Rogerium filium suum cum omnibus sibi commissis in Apuliam. o) deest 1.

79) De hac turri cf. Guil. Apul. III, 445 sqq. (M. G. IX, 274.) 80) V. H. W. Schulz Denkmäler der Kunst des Mittelalters in Unteritalien II, 281 sqq. Ibi quoque variae ecclesiae inscriptiones exhibentur. 81) Capuanus. 82) Guaitelgrimam. 83) Nicephorus Botaniotes 1078—1081. 84) hodie Trivico; apud Petrum Cass. III, 45 (M. G. VII, 735) Montem de Vico. 85) cf. Guil. Apul. III, 612: — Castellum nomine Vicum Vi capit; hic Gradilo privatur lumine captus. Hic Gradilo sororem Abagelardi in uxorem duxit; v. Aimé VII, 25; Guil. Apul. III, 519. 86) cf. Lupus ad a. 1080: Inventum est corpus beati Canionis in Acheruntia ab Arnaldo archiepiscopo, et idem archiepiscopus construere coepit novum episcopium, id est ecclesiam sanctae Dei matris Mariae. 87) hodie Spinazzola. 88) mense Aprilis secundum Lupum 1080. 89) Inter verba sequentia et Guil. Apul. relationem quaedam versatur similitudo. Liceat afferre versus laudatos IV, 162—170:

— — — Mentitus se Michaelem
Venerat a Danais quidam seductor ad illum
Inmerito raptum ius imperiale reposcens,
Se profugum lacrimans. Lacrimantem dux et honeste
Suscipit et tractat, placidoque favore benignum
Exhibet obsequium; populus quoque credulus omnis
Assurgebat ei flexa cervice salutans.
Hunc adhibens socium sibi dux, ut iustior esset
Causa viae, secum, dum transfretat ipse, reducit.

90) i. e. poposcitque. 91) i. e. ac. 91*) Ceprano. 92) Iuramentum Roberti et investiturae instrumentum leguntur apud Baron. ad a. 1080 (ed. Rom. XI, 546); v. quoque infra ad a. 1114. 93) v. Ann. Comn. I, 16. 94) Αὐλών apud Ann. Comn. I, 14. Hac teste (p. 70) praemiserat dux Boamundum filium ut regionem circa Aulonem vexaret, ipse (I, 16. p. 75) Dyrrhachium applicuit.

omnibus sibi conmissis in Apulia dimisit[1]. *Inter hec*[a] *autem Niceforus Butanioth*[b] *Constantinopolitanus imperator adventum Robberti ducis audiens, direxit Alexium megadomesticum suum cui* equo animo *miliciam totam conmiserat, deditque sibi permaximam thesauri copiam, ut non solum christianorum verum etiam paganorum exercitum congregaret, quatenus duci Robberto viriliter resistere posset. Alexius civitatem Andropolim*[2] *pergens, quoscumque poterat suscipiebat, susceptos cotidie singulos seducens fidelitatis sacramentum occulte sibi facere* 2 *studebat, quibus unicuique privatim multa tribuebat et plurima iurando promittebat. Ceteris autem militibus quibus adhuc animum suum aperire timebat nil interim tribuebat, set eos sepe sic alloquebatur dicens: „Libenter vobis ego darem si imperator, velud ipse promisit*[c], *mihi thesauros mitteret*[d], *sepe enim propter hoc ad eum direxi et quia non misit valde doleo." Qui ut se suis auditoribus quasi veridicum redderet, vasa propria et vestes quibus utebatur quibusdam largiebatur dicens: „Si esset mihi posse, tam prudentes viros veluti estis, de meis*[e] *vobis ego largiendo ditissimos facerem." Et hec incessanter*[f] *machinabatur ut omnium ad se militum voluntates subtraheret. Quibus etiam locutus est: „Ibo ad imperatorem ego pro vobis loquens, ut vestra vobis omnibus donativa transmittat." Qui dum Constantinopolim perrexisset, quoscumque potuit simili modo donis ac promissionibus sibi illexit, subtrahens animos eorum ab imperatoris amore. Set quia infidelitas numquam de se secura est, Alexius itaque*[g] *postquam cum imperatore tamquam cum domino fidelis, ut eum securum redderet simpliciter est locutus, de se timens, noctu a Constantinopolim fugiit, et ad exercitum quem sibi preparaverat, reversus est dicens*[h]: *„Imperator pro eo quod vestra sibi donativa pecii, minatus est me capi et male tractari. Et quia mihi credidistis ideo reversus sum, vobis omnino consulturus, ita ut si vestra voluntas mihi non defuerit, beneficiis et honoribus vos omnes ditabo."* Quorum omnium voluntates dum sue voluntati vidit concordes, statim cum omni exercitu armato super Constantinopolim perrexit. Imperator quippe supra quam credi potest stupefactus, se et civitatem, prout potuit munivit. Alexius autem quendam imperatoris magistrum militum, Arnonem[3] nomine, ex genere Alamannorum, promissionibus magnis seduxit ut sibi civitatem proderet. Qui dolis acquiescens per noctem aperuit sibi portam, que Vulgarorum[4] dicitur. Alexius igitur cum omni christianorum et paganorum exercitu civitatem ingressus nocte die Iovis, que cena Apr. 1.
Domini dicitur[5], totam exercitui suo predam civitatis triduo, quemadmodum[i] spoponderat, dono tribuit. Qui nulli indulgendo hostiliter queque invenire poterant vastantes, depredati sunt. Non solum autem, verum etiam ecclesias rebus omnibus spoliabant. Sacerdotes quoque divina misteria celebrantes capite truncabant, pedibusque sacrificia conculcabant plerisque sanctimonialibus ac Deo dicatis ab eis stupratis. Imperator autem Butanioth, ut civitatem proditam vidit, statim e palatio fugiit et in ecclesia sancte Sophie[6] monachum se fieri iussit. Alexius itaque palacium ingressus, Constantinopolitanum imperium arripuit. Ut autem dominice resurrectionis die coronatus est, exercitum a preda et rapinis revocari Apr. 4.
iussit. Qui ut se non quasi cupidum imperii magnatibus ostenderet, constituit secum in imperio Michaelem filium predicti Michaelis imperatoris, dicens omnibus: *Non propter me set propter hunc qui iure in solio residere debet hoc quod factum est peregi*[k]. Postquam Alexius, qui et Commiano[l, 7] dictus est, imperialia sibi iura composuit, statim cum ingenti copia exercitus undique collecta una cum imperatore quem sibi quasi socium statuerat, contra ducem Robbertum properavit. Ordinatis itaque non longe a Dirrachio[m] suis ad dimicandum, Oct. 18.
ipse imperator tuto in loco positus premisit in prima acie eum quem secum imperatorem fecerat, ut in[n] bello interiret, nam diu socium eum habere nolebat, solus enim imperare cupiebat. Quid multa? Commisso prelio dux Robbertus Guiscardus imperatorem fugavit

a) *deest* 3. b) Butanio 3. c) promiserat 1. d) mitte 3. e) mi 3. f) incensanter 1. g) ipse 1. h) *Chron. Amalf. pergit:* Imperator propterea quod vestra stipendia efflagito, mihi vult mortem dare. *Tum deest Chron. Amalf. lacuna foedatum.* i) quemammodum 1. k) peregit 3. l) Comiano 1. m) Dirachio 1. n) *deest* 1.

1) Anna Comnena testante I, 16 (p. 75) attamen socium itineris sibi adiunxit. Οὐ μέντοι οὐδὲ τὸν υἱὸν 'Ρογέρην κατόπιν ἀπέλιπε, καθάπερ βεβούλητο πρότερον, 'Απουλητίας αὐτὸν κεχειροτονηκὼς κύριον, ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως μεταδόξαν αὐτὸν πάλιν συνεφεπόμενον εἶχε. 2) cf. Wilken Res ab Alexio I. etc. p. 80 not. 100. 3) v. Wilken l. c. 92. 4) Charsiae portam nominat eam Anna Comn. II, 10 (ed. Bonn. I, 124). 5) Consentit Anna II, 10 (p. 123): ἡ δὲ ἡμέρα πέμπτη ἦν ἡ μεγάλη, καθ' ἣν τὸ μυστικὸν πάσχα θύομεν ἅμα καὶ ἑστιώμεθα, ἐπινεμήσεως τετάρτης ἔτους ͵ςφπθ' μηνὸς 'Απριλλίου. 6) Secundum Annam III, 1 in monasterio Peribleptae. 7) Alexius Comnenus 1081—1118.

ac devicit. Filius autem Michaelis imperatoris, non diu imperator, statim in primo con-
8 flictu[a] interiit[8]. In ipsa namque pugna imperator sexaginta milia milites et decem milia
sagittarios Turchos habuit. Dux vero Robertus[b] habuit milites 700. Alexius itaque imperator
paucis secum assumptis usque Constantinopolim fugiendi moram non habuit. Qui cum
solus imperaret, quoscumque ex imperatorum genere potuit invenire aut eos lumine privari
fecit, aut ipsi tirannidem[c] eius evadere cupientes exilium ceperunt. Interea Robbertus
1082. dux cepit[9] Dirrachium civitatem[d] et maximam partem regionis illius.
1081. Mai. Eodem anno Henricus Alamannorum imperator venit Romam cum exercitu, obsedit-
que[e] Gregorium papam, qui excomunicaverat eum, eo quod imperator ipse investituram
episcopatus per anulum et virgam tradebat electis episcopis in civitatibus sue[f] potestatis.
Dicebat enim imperator ipse hanc sibi actenus suisque predecessoribus imperatoribus[g] in-
vestituram a Romanis pontificibus esse permissam ut episcopali electioni[h] taliter ascensum
1080. Mart. 7 preberet. Gregorius papa ex preceptione sui mandavit, ut quicumque eidem imperatori ius-
iurandum fecerat, nullus ei fidem nisi Romane ecclesie sibique observaret[10], ut pariter rex
et pontifex ipse et regni dominaretur et ecclesiam procuraret. Quamobrem[i] ipse imperator
Iun. 25. una cum clero et populo Romano Gibertum archiepiscopum Ravenne fecit eligi atque con-
stitui in ordine summi pontificis, nuncupans eum Clementem[11]. Quo audito dux Robbertus
1082 in ultramarinis partibus sibi[k] rebus ordinatis, dimittens Boamundum filium suum ut ean-
dem[l] terram custodiret, ipse cum uxore Apuliam repetiit. Dehinc assumens[m] exercitum
una cum filio suo Rogerio Gregorium papam adiit, hostes eius ab Urbe propulit ac civitatem
12 Tiberin[12. n] obsedit, acriter eam expugnans[13], illuc enim magna pars militum imperatoris
1083. simul cum falso papa Clemente se receptaverat. Tunc etiam ipse dux ostiliter Capuam[14]
Iul. obsedit, et acriter ipsam civitatem expugnavit mense Iulio, indictione 6. Tamdem ipse dux
1083. in Apuliam regressus[o] est, obseditque Cannas Apulie civitatem eo quod cives ipsius rebelles
Iul. 10. 1082. ei extiterant, cepitque eam igne[p] incendens[15]. Superiori quoque anno priusquam dux Rob-
bertus de ultramarinis esset reversus, Rogerius eiusdem ducis filius destruxit Asculum com-
bussitque eam igni.[16. *]

Lupus. * Anno Domini 1083. hoc anno ....[q] intraverunt Longobardi Italiam et dux in mense Maio posuit ante Cannas civitatem Apulie obsidionem et mense Iulio comprehendit eam.

1084. Anno ab incarnatione Domini 1084. indictione 7. dux Robbertus una cum filio suo Ro-
gerio iterum ingenti cum exercitu Romam profectus est super Henricum imperatorem, qui
Mai. 21. obsederat Gregorium papam. Imperator autem adventum eius audiens, timore[r] coactus
Mai 29. fugam iniit[17]. Dux itaque Romam ingressus[18] cepit maximam partem Urbis, ostiliter

a) afflictu 1. b) Robt9 3. c) tirannide 3. d) mense Ianuarii *addit* 3, *fortasse ex Lupo.* e) obsediq; *prima manus, atramento pallido* t *superscriptum est* 3. f) suis *prius, sed eadem prima manu corr.* 3. g) *deest* 1. h) electione 3. i) *in margine recentiori manu et pallido atramento scriptum est:* Hic vivente papa Gregorio Clemens precepto imperatoris ordinatur. 3. k) sib; 3. l) eadem 3. m) assumens 3. n) Tyberim 1. o) reversus 1. p) igne 3. q) *lacunam hoc loco necessariam non praebet* 3. *Lupus a.* 1083 *habet:* Hoc anno complentur 517 anni ex quo intraverunt *etc.* r) timor 3.

8) Errat Romoaldus, nam Constantinus morbo interceptus est, in proelio decumbit alter Constantinus Porphyrogenitus, filius Constantini Ducae; cf. Anna Comn. IV, 6 (p. 212). Errorem Romoaldi adnotat Wilken l. c. p. 116. 175. 9) De mense ac die discordant Lupus et Anon. Bar. Hic ad ann. 1082. habet haec: *Et octabo die stante Febr. ipse dux cepit in Durachi.* Lupus ad a. 1082: *Et in mense Ianuarii Robertus dux cepit civitatem Durachii traditione quorumdam Veneticorum.* 10) v. excommunicationis instrumentum ap. Mansi XX, 531: — *omnem potestatem et dignitatem illi regiam tollo; et ut nullus christianus ei sicut regi obediat interdico, omnesque qui ei iuraverunt vel iurabunt de regni dominatione, a iuramenti promissione absolvo.* 11) III. 12) Tibur. 13) cf. Ann. Benev. ad a. 1080: *Heinricus imperator venit Romam. Et in eodem anno Robertus dux perrexit super civitatem Tiburtinam.* Elucet falsum annum praeberi ab Ann. Benev. 14) cf. Gaufr. Malat. III, 35. 15) cf. Lupus a. 1083: *Dux in mense Maii posuit ante Cannas civitatem Apuleae obsidionem, et in mense Iunii* (*Iulii* cod. Paris. et edit.; v. quoque infra) *comprehendit eam.* Anon. Bar. 1083: *perrexit super civitatem Canni et pugnavit eam et* 10. *die intrante Iulii compraehendit eam per vim.* Velim praeferre Anon. Bar. relationem. 16) cf. Guil. Apul. IV, 506. 17) Ann. Cavens. 1084: *Henricus rex Romam a Romanis intromissus* 12. *Kal. Aprilis* (Mart. 21.) *stetit ibi usque* 12. *Kal. Iunii* (Mai. 21.). 18) V. C. Watterich (Vitae pontif. I, 293, n. 1) ex cod. arch. Vatic. haec affert: *Normanni intraverunt Romam mense Madii die XXVIII. Hoc etiam tempore magna fuit fames unde multi mortui sunt.* Sed vid. Montfaucon Diar. Ital. p. 336, qui notam codici cuidam s. XI per monachum Cryptae ferratae inscriptam in lucem edidit hanc: „ἔτους ,ϛφϟβ' ἰνδ.' ζ'. Μαΐου μηνὸς κθ'. ἡμέρᾳ γ'. ὥρᾳ γ'. ἐςέβη ὁ δοὺξ εἰς τὴν Ῥώμην καὶ ἐπόρθησεν αὐτήν." *i. e. Anno mundi* 6592. *i. e. Christi* 1084. *indictione* 7. *mensis Maii* 29. *feria* 3. *hora* 3. *ingressus dux Romam*

incendens et vastans a palatio Laterani usque castellum Sancti Angeli, ubi papa Gregorius oppugnabatur. Romani enim simul cum imperatore erant insidiantes eidem Gregorio pape. Tunc dux extraxit eundem papam de ipso castello, duxitque eum secum usque Salernum. Inter hec Boamundus filius ducis absente patre duo[19] cum Alexio imperatore prelia gessit, [1082.] quorum unum Boamundus ipse viriliter vicit, alterum vero imperator vicit, non tamen vi set insidiose agens.

Anno dominice incarnationis 1085. indictione 8.[a] dux Robbertus collecto agmine iterato [1084. Oct.] in ultramarinas partes statuit proficissi[20]. Quod dum imperatori Alexio compertum esset, suum direxit exercitum cum multitudine navium simul cum exercitu Venecianorum, ut maris iter duci prohiberetur. Contra quos dux Robbertus una cum filio suo Rogerio cum navibus suis non segniter progressus, cum eis acriter conflixit mense Novembris[21], et navili bello [Nov.] commisso dux Robbertus una cum filio suo Rogerio victoriam capiens, maxima cede prostravit eos. Quorum quidem multi in mare demersi, plurimi autem capti, nonnulli vero vix per fugam elapsi sunt. Sicque prostratis hostibus dux ipse simul cum Rogerio filio exultans tripudio adiit Boamundum filium suum[b], quem in terris quas ibi acquisierat, cum suo reliquid exercitu[c], Constantinopolitanum imperium invadere cupiens. Sed mense Magio [1085. Mai. 25.] eodem anno papa Gregorius obiit, mense vero Iulio Robbertus Guiscardus magnificus dux [Iul. 17.] apud insulam Cassiopam[d] [22] existens obiit morte comuni, maior sexagenario, anno ducatus eius 26. Fuit[23] autem Robbertus Guiscardus vir strenuus, in bello potens et fortis, corpore insignis, animo constans, moderator civilis, providus, callidus moribus et admodum astuti et prudentis ingenii[e], paululum inpaciens morum correptor et diligens coercitor discipline militaris, dominandi supra quam estimari[f] potest ambitiosus. Urbes vero quas cepit castellis turribusque munivit, cuius oppinio insignis ubique preferebatur. Fuitque[g] non minus consilio quam viribus decoratus, quo nullus in bellis felicior aut in pace moderatior. Privatos autem contubernio, pecunia, beneficiis atque honoribus ditavit.

Huic itaque successit Rogerius filius eius dux anno ab incarnatione Domini 1086. in- [1086.] dictione 9. Hic autem post mortem patris ducatum nobiliter tenuit et ampliavit; adauxit enim sibi Capuanum principatum et usque Romam, magis beneficii munificencia quam potencie austeritate. Eodem anno stella clarissima 13. Kal. Marcii ingressa est in circuitu prime lune. [Febr 17. cf Ann Cav et Ann Cas]

Anni Domini 1087. indictione 10. mense Maio corpus beati Nicolai confessoris[h] de [1087. Mai 9.] Mirrea translatum in Barum Apulie civitatem, fuitque virtus Domini ad sanandum multos infirmos[24]. Eodem mense Victor[25] qui et Desiderius, Casinensis abbas, genere Samnis, post duos annos ex quo Gregorius papa obiit, papa est ipse ordinatus, qui post menses quattuor et dies sex ordinationis sue diem obiit. Cui Hostiensis episcopus nomine Otto ex [1088. Mart. 12.] genere[26] Francorum successit in Romanum pontificatum et Urbanus[27] est papa dictus, seditque annis[i] 12, mensibus 8.*

* Hoc anno terre motus magnus factus est per totam Apuliam, ut in quibusdam locis turres ac domos subruisse feratur. [Sept. 10. Lupus ad a. 1088.]

Anno Domini 1088. indictione 11. Boamundus frater duci[k] Rogerio[l] ex inproviso in- [1088.] tulit bellum aput Farnitum[28] in Beneventi territorio, et commisso bello dux Rogerius[m] viriliter eum vicit. In quo siquidem bello, mirum dictu, quamvis plurimi ex parte Boamundi milites

a) VII 3. b) suum *deest* 3. c) dereliquit cum suo exercitu 1. d) Cassiapam 1. e) astutissimus et prudens ingenio 1. f) credi 1. g) futq; 3. h) *deest* 1. i) annos 3. k) ducis 1. l) Rogerii 1. 3. m) Roggerius 1.

ipsam depopulatus est. Annus 1084 quum fuisset bissextilis, necesse est feriam tertiam, i. e. diem Martis, incidere in diem 29. Maii. Errat Watterich diem 28. Maii vindicans. 19) tria; in primo et secundo proelio victor extitit; cf. Anna Comn. V, 4. 20) Mense Sept. naves apud Hydruntum convenerunt teste Gauf. Malat. III, 40. 21) Guil. Apul. V, 152:

Exegere fere menses in littore binos
Tempestate gravi bellum differre coacti.

Quum naves mense Sept. vel Oct. transvectos esse constet, proelium mense Nov. initum esse verisimile est. Obstat tamen Anon. Bar. 1085: *In mense Ianuarii commisit bellum in mare cum ipsi Benetici et vicit.* 22) Cassiopa est oppidum insulae Corcyrae. 23) Miram illam convenientiam inter Annae VI, 7. et Romoaldi de moribus Roberti Guiscardi relationes quam V. C. Wilken l. c. p. 126. adesse putavit, ego non repperi, neque V. D. Wilmans in Annalibus nostris X, 110. assentire possum, qui hac ficta similitudine ductus ad Latinum suum Barensem vindicandum in certamen vocavit verba Romoaldi. 24) cf. Lupus et Anon. Bar., Ann. Elnon. maior. M. G. V, 13. 25) III. electus iam a. 1086. die 24. Maii, consecratur die 9. Maii a. 1087; cf. Jaffé Regesta Pont. p. 448. 26) Catal. Pont. Vatican. 629 (ap. Watterich Vitae Pont. p. 571): *Urbanus natione Francigena ex parte Milione de opido Castilionis, sed. a. XI. m. IV. d. XV.* 27) II. 28) Fargnito, a Benevento ad septentr.

capti essent, nullus tamen hominum ex utraque parte ibi fuit interfectus preter unum. Postea vero ipse dux amore fraterno ductus dedit, eidem Boamundo quandam partem terre sue in Apulie regionibus[28], cum pater eius nil sibi reliquid.*

Lupus * Eodem anno comprehensa est Siracusa, Sicilie quondam caput a Rogerio comite, in qua fertur homines comesos ac infantes ob diurnitatem obsidionis.

Anno ab incarnatione Domini 1089. indictione 12. luna in ortu suo passa est eclipsin.**

Lupus ** Eodem anno papa Urbanus venit in civitatem[a] Barum et sacravit illic confessionem sancti Nicholai[29] et Bandusianam[30] ecclesiam.

1089. Anno Domini 1090. indictione 13. mense Septembris Urbanus papa sinodum in civitate
Sept. 10 11. Melfia celebravit[b], in qua Rogerius dux liggius homo eius effectus, promittens se iure-
iurando fidem servaturum Romane ecclesie et eidem pape eiusque successoribus canonice
1090. intrantibus, accepit per vexillum ab eo terram cum ducatus honore. Eodem anno Sikel-
Apr. 16. gaita[c] ducissa, mater Rogerii ducis, defuncta est mense Aprilis. Eodem anno Acheroncia[30*]
Aug. civitas cremata est mense Augusti, in tantum[d] enim eodem vastata est igne, ut nulla domus,
nullum inveniretur edificium quod non ab igne consumptum deperierit. Homines etiam 25
eodem incendio mortui sunt.

1091 Anno ab incarnatione Domini 1091. indictione 14. mense Februario[31] [e] Iordanus Capue defunctus est anno 13. principatus eius. Hic autem fuit vir egregius, consilio sagax, virtute in bello prevalidus. Cui successit Riccardus filius eius princeps.***

Lupus ad a. 1092 *** Eodem anno dum obsideretur Oria civitas a Boamundo, auxilio Roberti[f] de Anse, Oritani dissipaverunt obsidionem eius, et ipso Boamundo fugam petente cunctum eius apparatum et signa ceperunt.

1091. Anno dominice incarnacionis 1092. indictione 15. Rogerius dux duxit uxorem reginam Danorum nomine Alam, filiam Robberti Frisonis comitis Flandrensium[32] et ex ea dux habuit filios Ludovicum et Guiscardum, qui in puerilibus annis mundo mortui Deo vixerunt. Habuitque ex ea alium[g] filium nomine Guilielmum[h], qui postea eidem duci in honore ducatus[i] successit.

1093. Anno Domini 1093. indictione 1. mense Martio[k] Urbanus papa Troie sinodum cele-
Mart. 11. 12. bravit[33]. Eodem anno 9. Kal. Octubris fuit solis eclipsis circa horam terciam diei, feria
Sept. 23 sexta, indictione 2.
1095. Anno dominice incarnationis 1094. indictione 2. mense Aprilis Urbanus papa Placencie
Mart. 1-7. Apr. 10. sinodum celebravit, et 4. Nonas eiusdem mensis[l] [34] fuit terribile signum in stellis, ita quod
a medie noctis tempore usque mane vise sunt innumere stelle mixtim ex omni parte celi
Nov. 18-28. decurrisse et in terram decidisse[m]. Sequenti vero anno[n] indictione 4. Urbanus papa apud
Clarum-montem Arvornie sinodum fecit, et tunc multitudo christianorum innumera ex-
ortatione Urbani pape commota est ex[o] omni Europa proficiscencium ad sanctum sepul-
1096. chrum Domini in Ierusalem. Eodem anno 7. Idus Augusti indictione 4. luna passa est
Aug. 7. eclipsin a prima hora noctis usque in terciam horam eiusdem noctis.****

1096. Lupus **** Anno Domini 1096. Rogerius comes Sicilie cum viginti milibus Agarenorum et cum innumera multitudine aliarum gencium et universis comitibus Apulie obsedit Amalfim, ibique subito inspiratione Dei Boamundus cum aliis comitibus et militibus Rogerii comitis sumpserunt signum sancte crucis in umeribus suis et in frontibus et sic reliquerunt obsidionem. Videns hec comes Rogerius cum dedecore reversus est in Siciliam.

a) civitate 3. b) celebavit 3. c) Sihcelgayta 1. d) it'm 3. e) febr̄ua 3. f) Robt⁹ 3. g) *deest* 3. h) Wil'elmum 1. i) ducatū 3. k) ind. I. mense Martio *des.* 3. l) Aprilis *add.* 1. m) decedisse 3. n) ano 3. o) cum 3.

28) cf. Gauf. Malat. IV, 4: *partem paternae hereditatis contulit, annuens ei ipsam Oriam urbem, quam pervaserat, adiiciens Tarentum et Hydruntum sive Galipolim cum omnibus appendiciis et quidquid Gaufridus de Conversana sub ipsa habebat cum famulatu eiusdem.* Ex diplomate quodam nunc deperdito videtur Gaufredus hausisse. 29) Kal. Oct. 30) i. e. Brundusinam. 30*) Acerenza, urbs Apuliae, a Melfi ad merid. 31) Necrol. Cass. (Mur. VII, 946): 12. *Kal. Dec. Iordanus princeps.* Ambigendum num noster an Iordanus II. sit. De anno v. Murat. Ann. 1091. 32) v. Lamberti genealogiam comit. Flandriae M. G. SS. IX, 311: *Quo* (sc. Balduino VII. comite) *sine herede defuncto Karolus ei successit. Karolus iste et Francorum rex filius Philippi Ludowicus de duabus sororibus orti sunt, de Bertrada Ludowicus, et de Athela Karolus a Cuthone genitus. Quo a Danis perfidis interfecto* (a. 1086) *Athela venerabilis regina cum filio Karolo reversa est ad patrem suum Rotbertum in Flandriam. Deinde transacto quinquennio, accepit Rotgerum filium Rotberti Wiscardi ducem Apulie.* 33) v. Chron. Troian. l. c. p. 130. 34) Lup. ad a. 1095: *de mense Aprilis in nocte quinta feria subito visi sunt igniculi cadere de coelo quasi stellae per totam Apuliam qui repleverunt universam superficiem terrae.* Ann. Ben. 1094: — *et* 4. *die intrante mense Aprili stelle a multis vise sunt de celo cecidisse hora matutinali.* Sigeb. a. 1095. pridie Non. April.

Anno incarnati verbi 1097. indictione 5. mense Aprilis[a, 35] Boamundus frater Rogerii[b] 1097.
ducis et Robbertus Normannorum comes et Robbertus Flandrensium comes et comes Sancti
Egidii[36] et Eustasius comes et dux Godifridus et Balduinus frater eius et Ugo Magnus et
Tancredus Marcisi filius, hii omnes unanimiter cum multitudine christianorum ultra mare
perrexerunt ad aperiendum iter sancti sepulchri. Et gravi bello apud Niceam civitatem Iun. 20.
preliati sunt cum Arabis et Turkis ac Persis, qui ipsam christianorum terram occupaverant,
et vicerunt eos.* Capta quippe Nicea, Antiochiam obsederunt, ibique cum maximo paga-
norum ab orientali parte undique populo collecto preliati sunt, quorum erat innumera
multitudo, eisque divino auxilio devictis ceperunt Antiochiam civitatem famosissimam in
anno incarnati verbi 1098, indictione 6. Ipsam vero civitatem Boamundus ex omnibus sibi 1098.
quidem vendicavit. Alii autem iam dicti magnates simul cum ceteris cum omni devocione Iul. 3.
euntes, obsederunt Ierusalem civitatem sanctam et acriter atque incessanter expugnando
cum machinis, undique eam aggressi sunt et viriliter eam ceperunt mense Iulii. Interfecta 1099.
est ibi Sarracenorum multitudo, qui civitatem ipsam possidebant. Capta itaque Ierusalem, Iul. 15.
christiani statuerunt sibi Godifridum ducem ac protectorem. Ipso quoque anno eadem in- 1097.
dictione Rogerius dux una cum Rogerio Sicilie comite urbem Capuam obsedit, et quadra- Mai.
gesimo die[c] eius obsidionis acquisitam eam Riccardo principi reddidit[37]. Eodem anno Kal. Aug. 1.
Augusti Troia flagravit incendio[38].**

* fertur enim fuisse paganos centum quadraginta milia. Lupus

** Hoc eodem anno papa Urbanus congregavit universalem sinodum in civitate Baro, in qua affuerunt ex diversis 1098.
partibus episcopi 130. Oct. 3.

Anno dominice incarnationis 1099. indictione 7. Kal. Decembris fuit eclipsis lune sero Lupus. 1099. Nov. 25.
Eodem anno 4. Kal. Augusti Urbanus papa Rome defunctus est. Cui Rainerius presbyter Iul. 29
cardinalis[d] natione Tuscus succedens, sublimatus est honore pontificali et Paschalis[39] est Aug. 13.
papa nuncupatus, seditque annis 19, mensibus 6 ***

*** Hoc anno in mense Iulio Boamundus exiens ab Antiochia cum 300 equitibus, cum Turcis 1100.
bellum commisit ceciditque et comprehensus est et vinctus catenis. Equites vero eius omnes Iul.
illic mortui sunt. Fertur autem fuisse paganos 123 milia.

Anno Domini 1100. indictione 8. dux Rogerius Canusiam obsedit, cepitque illam civi- 1100.
tatem retibus circum circa extensis. Eodem anno dux Godifridus in Ierusalem mortuus est Aug. 17.
et Balduinus frater eius rex est constitutus.

Anno ab incarnatione Domini 1101. indictione 9.[e] mense Iunii[f], Rogerius Sicilie comes 1101.
defunctus est[40] anno vite sue quinquagesimo primo, comitatus autem eius anno 41[g]. Hic Iun. 22.
autem fuit miles egregius, moribus insignis atque famosus, iusticie tenax, suis suorumque
opibus studens, suos enim ditabat. Fuitque pauperum nutritor, pius, in elemosinis largus,
ecclesiarum Dei atque sacerdotum consulens. Huic autem successit filius[h] eius Symon,
qui paucis transactis annis mortuus est. Cui frater eius, predicti Rogerii comitis filius, Ro-
gerius comes successit ****

**** Hoc anno a Mul Machabeo[i] Mons Caveosus[40*] mutatur.

Anno[k] Domini 1102. indictione 10. Rogerius dux simul cum papa Paschali obsedit Bene- 1101.
ventum maximo cum exercitu, nec destitit donec eo qui tunc in eadem civitate[l] principa- Sept. 22.
batur expulso[41], cepit ipsam civitatem et ipsius pape iuri ac potestati eam dimisit.***** Sept. 23.

***** Hoc tempore Boamundus dimissus est et rediit in Antiochiam. 1104. Mai.

Anno Domini 1105. indictione 13.[m] dux Rogerius obsedit montem Sancti Angeli cepit- 1104.
que ipsam civitatem et castellum eius mense Octubris[42]. Mense vero Decembris Boamundus Oct. 1104.
a civitate Antiochia in Apuliam rediit profectusque, in Galliam anno sequenti duxit uxorem 1106.

a) Octobris 1. b) Roggerii 1. c) dies 3. d) cardinalis presbiter 1. e) *in* 1 *prius scriptum erat* VIII, *tum corr. alia recentiore manu* VIIII. f) mense Iun. *des.* 3. g) anno ab incarnatione Domini MCI. indictione VIII. *addit* 1; indictione VIII. *et* 3 *habet, sed haec verba ex textu amovenda esse quis est qui non intelligat? Fortasse rubricator erroris causa est.* h) *verba* successit filius *alia manu paululum tantum recentiore in* 1 *addita sunt.* i) Amulm Machabeo 2. k) Anni 3. l) eandem civitatem 1. m) Anno dominice incarnationis MCV. ind. XIII. 1. *qui codex semper exhibet* ann. dom. inc.; 2 *habet hoc loco:* An. MCVI. ind. XIV.

35) Hic mensis ex Lupo videtur desumptus esse, ubi ad a. 1097. haec leguntur: *Boamundus cum comite Sancti Egidii et cum comite Normanniae et aliis comitibus cum innumera multitudine in mense Aprilis a regia urbe (i. e. Constantinopoli) se moventes transfretaverunt.* 36) Raimundus. 37) v. Gauf. Malaterr. IV, 26. 28. Iisdem fere verbis ac Romoaldus de hac re agunt Ann. Cavens. 38) Chron. Troian. ad. a. 1097. p. 130: *Eodem anno nova civitas Troya passa fuit incendium prima nocte Augusti.* 39) II. 40) v. Di Meo IX, 90 sqq. 40*) Monte Scaglioso. 41) Ansone filio Dathmari; cf. Ann. Benev. ad a. 1101. 42) Monte S. Angelo, a Manfredonia ad septentr.; v. Di Meo IX, 119, qui haec ad a. 1104 refert.

filiam Philippi[43] Francorum regis nomine Constanciam, ex qua Boamundus ipse duos filios
habuit; quorum quidem unus nominatus est Iohannes, qui puer mortuus est, alter vero dictus
est Boamundus, qui patri suo successit.
1106. Anno Domini 1106. indictione 14. Riccardus[44] princeps Capuanus defunctus est mense
Ian. Ianuarii anno sui principatus 14.[45] Cui princeps successit frater eius Robbertus. Eodem
anno apparuit stella cometis magna a parte occidentis sero per totum mensem[a] Februarii.
1105. Ipso quoque anno mense Iulii corpora sanctorum Ponciani pape et[b] martyris et Eleutherii
Iul. 19. episcopi et martyris et Anastasii confessoris[c] de Roma in Troiam[d] Apulie civitatem translata sunt, quorum meritis virtus Domini fuit ad sanandum multos infirmos[46].
1107. Anno dominice incarnationis 1107 indictione 15. dux Rogerius obsedit Luceriam[46*]
Aug. Apulie civitatem cepitque eam mense Augusto.
1108. Anno Domini 1108. indictione 1.[e] Philippus Francorum rex obiit anno ex quo cepit
regnare 48.[f]; cui Ludovicus[47] filius eius successit in regnum. Eodem anno obiit Guido
Aug. frater Rogerii ducis[48]. Obiit quoque Guiscardus filius ipsius Rogerii ducis mense Augusti.
1118. Eo tempore Alexius Constantinopolitanus imperator mortuus est, et Calo-Iohannes filius
Catalog. Impp.? eius illi in imperio successit. His[49] autem temporibus Henricus filius Henrici imperatoris
1106. Alamanorum, monitus per legatos a Paschali papa, persecutus est eundem patrem suum,
auferens ei omnem imperii potestatem. Quem postquam expulit obsedit. Non post multum
vero temporis idem Henricus imperator mortuus est obsessus anno imperii sui sexagesimo
septimo, et ipse filius eius regnum sibi suscepit.
1110. Anno Domini 1110. indictione 3.[g] stella cometis a parte septemtrionali circa polum
Iun. visa est tota nocte a sero usque mane per totum mensem Iunii. Eodem anno mense
Sept. Septembris domnus Alexander[50] comes fecit Miliolongum hedificare castellum.
1110. Anno incarnati verbi 1111. indictione 4. Henricus filius Henrici imperatoris, Alamannorum rex, ingenti cum exercitu Alamannorum et Suavorum Italiam venit, plurisque
Octbr. Dec. rebus sibi compositis Novariam civitatem sibi resistentem cepit eamque depopulatus est.
1111. Febr. 11. Similiter et Ariciam[51]. Cumque[52] velud pacificus Romam veniret, Pascalis papa simul
Febr. 12. cum clero et populo Romano honorabiliter illum excepit in ecclesia beati Petri. Rex
autem suorum militum caterva stipatus, post pacis osculum benedictionemque ab eo acceptam, dum ab eodem papa quod ipse per legatos sibi promiserat, optinere se non
posse videret, cepit ipsum papam cum omnibus qui cum eo illic erant, atque per duos
53 menses in custodia haberi fecit[53], propter investituram episcopatus per anulum et virgam quam rex petebat. Et papa predecessoris sui Gregorii cognomento Ildeprandi, qui
hoc inchoaverat negocium, statura[h] tenens, concedere sibi nullo modo volebat. Tandem vero Pascalis, non tam terrore sui coactus, quam etiam suorum, eorum maxime
qui sibi fideliores quidem esse videbantur, suasu deceptus, set et pro liberatione illorum
qui cum ipso tenebantur, flexus, timens ne propter hoc rex ipse tirannice potestatis occasione inventa et illos quos tenebat perimeret et plerumque Italie populum devastaret, eandem[i] investituram regi concessit[54] et pariter cum eo comunicans imperii coronam capiti
Apr. 12. Apr. 13. eius imposuit. Rex itaque dimisso papa cum omnibus qui cum[k] illo erant capti[k], statim
Febr. 22. accepta ab eo corona reversus est. Eodem mense quo papa captus est, Rogerius dux
morbo detentus Salerni diem clausit extremum mense Februarii anno ducatus sui 25.[l]
mense 6, etatis vero sue 50, sepultusque est in ecclesia beati Mathei apostoli, quam pater
eius in eadem civitate construxerat. Fuit autem Rogerius dux[m] corpore insignis, moribus
illustris, moderata gloria, civilis[n], affabilis, ecclesiarum gubernator, Christi sacerdotibus[o]
se[p] humilem prebens, clericos veementer honorans, omnes[p] ad se venientes honorabiliter

a) mense 3. b) et *deest* 1. c) et Anast. conf. *des.* 2. d) Troia 3. e) *desunt numeri* 2. f) XLIX. 1. g) An. MCIX. ind. IV. 2. h) statuta 2. i) eam 2. k) cum eo et pro eo capti erant 1. 2. l) XXVI. 1. m) *deest* 3. n) civili 3. o) sacerdotes 2. p) se humilem — omnes *des.* 2.

43) I. 44) II. 45) v. Di Meo IX, 132. 46) v. Di Meo IX, 127 et Chron. Troian. l. c. p. 130. 46*) Lucera, a Troia ad septentr. 47) VI. 48) v. Di Meo IX, 151. 49) De certamine inter Henricum IV. et filium inito v. librum V. C. de Druffel Kaiser Heinrich IV. und seine Söhne. 1863. 50) Secundum Di Meo IX, 164 filius fuit Roberti comitis de Matera. Miliolongum est *Miglionico*, non longe a Matera. 51) cf. Cornelii Mon. eccl. Venet. T. IX, p. 371. 52) cf. Ann. Roman. M. G. V, 474. 53) v. Ann. Seligenstadenses, M. G. XVII, 31. ad a. 1111, qui quamquam ad verbum fere cum Ann. Cass. consentiunt, hoc loco tamen sinceram relationem exhibent: — *captus et in vinculis retentus diebus sexaginta novem.* 54) v. M. G. Legg. II, 72.

excipiens ac letos a se remittens, nutritor gentis[a], pacis amator, delinquentibus clemens, suis benevolus[b], pacatus externis[c] et cunctis amabilis atque largus in donis plurimis. Omnibus namque[d] gratus ac commodus, et tam suis quam extraneis magis dilectioni quam timori se exhibere studebat. Eo quippe mortuo tantus luctus publicus fuit, ut omnes doluerint tamquam in propria orbitate. Cui Guillelmus filius eius in honore ducatus eius[e] successit. Post obitum vero ducis Rogerii die quarta decima Boamundus frater ipsius Rogerii 1110. Mart. 7. ducis simili infirmitate in Apulia mortuus est sepultusque iuxta ecclesiam beati Sabini confessoris in civitate Canusia[55]. Fuit autem Boamundus miles strenuus, corpore deducto, 55 honorabili, animo constans, cautus eloquio, ingenio astutus, bellicosus, inquietus, semper inpossibilia appetens, pericia atque virtute in bello prevalidus. Huic autem Boamundus filius eius una cum matre sua domna[f] Constancia successit.*

* Anno Domini 1112. Hoc anno mense Augusti Agerenum[55*] iterum ignis combustione vastatur. 1112. Aug. Anno Domini 1113. indictione 6. Hoc anno mense Ianuarii comprehensa est a Barensibus 1113. Ian. equitibus mater Robberti comitis et in custodiam[g] missa. Unde[h] iratus comes Robertus fecit incidi olivas et arbores et vineas Barenorum. Tunc Barenses fecerunt sibi caput et dominum Risonum archiepiscopum, et ceperunt habere guerram cum predicto Roberto comite.

Anno Domini 1114.[i] indictione 7. Tancredus Marcisi filius cui Boamundus commendaverat 1112. Dec. 6. Antiochiam mortuus est, et Rogerius filius Riccardi accepit Antiochie procurationem.

Anno ab incarnatione Domini 1115.[k] indictione 8. apud Ciparanum in ecclesia sancti 1114. Oct. 17. Paterni Guilielmus dux devenit liggius homo pape Paschalis qui tunc sinodum celebrabat, et ipse papa statim per vexillum tradidit eidem duci totam terram cum honore ducatus, quemadmodum Gregorius papa concessit et tradidit eam duci Robberto Guiscardo apud ipsum Ciparanum, et quemadmodum Urbanus papa concessit Rogerio duci in[l] civitate Melfia, et sicut idem[m] Pascalis papa concessit et tradidit eidem duci[n] Rogerio apud Sanctum Trophimenem per illud[o] idem[n] donum atque consensum. In predicta quidem sinodo Landulfus Oct. 19. Beneventanus archiepiscopus ab ordine pontificali depositus[p] est eo quod inobediens pape fuit, quique non post multum temporis largito munere in sede sua ab eodem papa restitutus est[56]. Eodem anno mense Decembris in Siria ante natalem Domini terre motus Dec. ita fuit magnus, quod Manistra et Marais ad solum usque et alie quam plures civitates et castella attritis hominibus, set et pars civitatis Antiochie ac usque Ierusalem prostrate[q] ceciderunt. Eodem anno mense Aprilis Hala[r] ducissa mater Guillelmi ducis defuncta est.

Anno incarnati verbi 1116. indictione 9. Guillelmus dux accepit uxorem nomine[s] Gaitelgrimam 1116. [t] filiam comitis Robberti de Airola.**

** Eodem anno regina[57] et Tancredus cum aliis multis, id est Goffrido Britton[u] et Unfredo Gravina[v], dominio et equitibus ut fertur usus[w] ad 120 peditumque non exigua manu, audacter pergebant iuxta flumen Bradanum[57*]. Quibus comes occurrens[x] Alexander[58] cum suis ita detrivit ac debellavit eos, ut Tancredus fuge liberaretur presidio et Britto Gofredus[y], regina vero et[z] Unfredus cum multis aliis caperentur equitibus, omniaque eorum direpcioni predeque data sunt. Regina vero ducta sub custodia est in Materam civitatem, in qua aliquanto peracto tempore retenta, dimissa est sub iureiurando ut reverteretur in Materam et in Alexandri[*] comitis custodia; set minime hoc implevit. Insuper mense Maio cum 200 equitibus et pe- Mai. ditum turba terram vastavit Alexandri[*] comitis Barensis[a].

Anno ab incarnatione Domini 1117. indictione 10.[b] mense Aprilis[59] in Venecia, Liguria, 1117. Apr. Emilia atque Flamminia Italie provinciis, in Gallia quoque Transalpina[c], multorum domus contritis hominibus pluraque hedificia simul et ecclesie ingenti terre motu concusse ceciderunt. Eodem anno mense Iulio, 17. Kal. Augusti, feria secunda, luna in signo aquarii Iul. 16. passa est eclipsim ab hora octava noctis usque in matutinum.

Anno ab incarnatione Domini 1118. indictione 11. tercio Idus Decembris, feria quarta, Dec. 11.

a) getis 3. b) benivolus 1. c) extraneis 1. 2. d) nanque 1. e) ei 2. f) *deest* 1. g) custodia 3. h) Inde 2. i) MCXIII. 3; Ann. incarnationis verbi MCXIV. 2. k) MCX. 2. l) i *prius, pallido atramento effectum est* ī 3. m) *deest* 3. n) duci — idem *des.* 2. o) illum 3. p) deiectus 1. q) prostare 3. r) Ala 1. 2. s) *deest* 1. 2. t) Gatelgrimam 1; Gatelgrinam 2. u) brittoñ 3. v) ūfredi graviñ 3. w) ńs; 3. x) cocurens 2. y) Goffredus 2. z) vero et *des.* 2. *) Alexander 3. a) Barensem 3. b) *numeri des.* 2. c) Transalpinam 1. 3.

55) Sepulcri inscriptionem exhibet Di Meo IX, 178. 55*) Acerenza; v. supra p. 412. 56) die 11. Aug. 1117; cf. Falconem Benev. (Murat. SS. V, 90) et Petrum Cassin. IV, 61 (M. G. VII, 791). 57) Constancia, uxor Boamundi. 57*) Bradano fluv. 58) comes Barensis. De facto v. Di Meo IX, 217. 59) per totum fere annum prodigia hominum animos terrebant. V. Anselmi Cont. Sigeb. 1117, M. G. VI, 376.

1117. luna in signo geminorum passa est eclipsin a quinta hora noctis usque in nonam horam
Dec. 11. noctis eiusdem. Eodem mense Decembris[a] post solis occasum usque in terciam horam
noctis celum rubeum quasi ignis apparuit a septentrionali[b] parte usque ad arcton[c], se-
1118. quenti vero mense Ianuarii Pascalis papa Rome defunctus est. Et Iohannes natione Gaie-
Ian. 21. tanus qui Romane[d] ecclesie diaconus[60] et cancellarius fuerat, statim a clero et populo Ro-
Ian. 24. mano in Romani pontificatus honorem[e] electus et Gelasius[61] est papa nuncupatus[f]. Qui
Mart. 1. prius quam ordinaretur, propter Henrici Alamannorum imperatoris adventum, qui tunc
Romam festinus advenerat[62], ipse Gelasius in civitate Gaieta[g] secessit, ibique a cardinalibus
qui eum secuti sunt ordinatus est et consecratus; spreverat enim predicti imperatoris as-
sensum eiusque communionem. Imperator autem hoc videns, convocato populo Romano
Mart. 8. cum quibusdam clericis, iussit eligi in ordine[h] summi pontificis quendam Burdinum nomine,
cui nomen impositum est Gregorius papa seditque in ecclesia beati Petri. Hic autem Bur-
dinus prius in Toletana ecclesia Ispanie archidiaconus fuit, de qua postea assumptus fuit
64 episcopus in civitate Conimbro[63], et imposuit sibi nomen Mauricius[64]; dehinc mortuo Braca-
rensi[65] archiepiscopo, effectus est ipse civitatis eiusdem archiepiscopus, Pascali papa in hoc
assensum prebente, non parvi muneris gratia ab eo sibi collati. Hinc etiam nonnullis de-
cursis temporibus defuncto[i] Toletano archiepiscopo, Burdinus ipse largita prephato Ro-
mano pontifici thesauri[k] copia peciit ab eo sibi eundem Tolettanum archiepiscopatum.
Pascalis autem accepta pecunia in[l] honore petito assensum non prebuit. Unde Burdinus
ipse Bracarensem archiepiscopatum omnino dimittens, imperatori Alamannorum adhesit.
Pascalis itaque, postquam ei mandavit ut in archiepiscopatum sibi commissum rediret et
ipse eius iussioni acquiescere nollet, eum ab omni sacerdotali ordine deposuit. Postea vero
idem papa Paschalis excommunicavit[66] eum pro eo quod contra suam iussionem in ecclesia
beati Petri missam celebravit. Eodem anno quo papa Gelasius ordinatus est mense
Mart 9. Marcii[67] indictione 11. in civitate Gaieta ipso Gelasio cum cardinalibus residente in episco-
pali ecclesia eiusdem civitatis, Guillelmus dux liggius eius homo iure devenit, et statim
ipse papa per vexillum tradidit eidem duci totam terram suam cum honore sui[m] ducatus
dicens: *Quemadmodum Gregorius papa tradidit illam Robberto Guiscardo avo tuo et sicut
Urbanus papa eam Rogerio patri tuo tradidit et sicut Paschalis papa eidem Rogerio patri tuo
prius illam et postea tibi tradidit, sic et ego trado tibi eandem terram cum honore ducatus per
Apr. illud idem donum atque consensum.* Eodem anno mense Aprilis Balduinus rex Ierusalem
obiit, cui successit in regnum Balduinus cognomento de Rubaia[68]. Ipso quoque anno
mense Augusti[n] mortuus est Alexius imperator[o] Constantinopolitanus, successitque ei in
imperium Galo[p]-Iohannes filius eius.
Nov. 30. Anno[q] Domini 1119. indictione 12. pridie Kal. Decembris luna passa est eclipsin a
1119. media nocte usque in matutinum. Eodem anno mense Ianuarii Gelasius papa postquam
Ian. 29. per annum unum[r] Romanam gubernavit ecclesiam, cum esset in Gallie partibus[69] de-
Febr. 2. functus est. Tunc cardinales qui cum eo ibi fuerant, elegerunt in ordine Romani pontificis
archiepiscopum Viennensem nomine Guidonem, virum utique nobilem, quem Calixtum[70]
1120. papam nuncupaverunt. Qui Romano pontificio sublimatus, post annum unum Romam venit
Iun. 3. et papalem in Lateranensi palatio cathedram sedit[s]. Anno quo Gelasius papa defunctus est
1119. mense Augusto Sarraceni invaserunt Antiochiam. Contra quos Rogerius Riccardi filius
Antiochie procurator cum militibus et peditibus quos tunc habere poterat exiens, atque

a) *deest* 2. 3. b) a tota septent. 2. c) usque ad miridiem 2. d) Rome 3. e) honore 3. f) dictus 1. 2. g) civitatem Gaietam 2. h) hordine 3. i) mortuo 1. 2. k) auri 1. l) *deest* 3. m) suo 3. n) Augusto 3. o) *deest* 3. p) Calo 2. q) Anni 3. r) *deest* 1. s) tenuit 2.

60) diaconus cardinalis S. Mariae in Cosmedin. 61) II. 62) Falco Benev. (Murat. SS. V, 91): *Rex praefatus Henricus instructis insidiis noctis silentio Romam ingreditur mensis Martii secundo die ingrediente.* Ipsa nocte fugit papa, ut testatur Pandulfus Pisan. 63) Coimbra. 64) Ipse teste Landulfo iun. cap. 32 (Mur. SS. V, 502) ante suam in pontificem electionem dicit de suo nomine interrogatus: *Meum nomen est Burdinus, sed quando papa Urbanus ordinavit me episcopum, nominavit me Mauritium.* 65) Braga. 66) a. 1117. mense April. in synodo Beneventana; cf. Gelasii II epistolam apud Baronium ad a. 1118 (ed. Rom. XII, 125): *Ille* (sc. imperator) *statim die post electionem nostram quadragesimo quarto Mauritium Bracharensem episcopum, anno praeterito a domino praedecessore nostro Paschali papa in concilio Beneventi excommunicatum in matris ecclesiae gremium ingessit.* 67) Presbiter ordinatur die 9. Mart., papa consecratur die 10. eiusd. mensis. 68) comes de Roaxia; v. Cafarum, Mon. Germ. XVIII, 49. Roaxia vel Ragas est Edessa. 69) Cluniaci. 70) II.

cum Sarracenis dimicans propter inpacienciam suam victus ac mortuus est. Multitudo [1119.] quoque christianorum cum eo occisa[a] est[b], [Iun. 27.] noluit enim expectare Balduinum regem Ierusalem qui cum maxima militum manu veniebat in auxilium christianorum. Non post multos[c] vero dies ipse rex cum suis venit in Antiochiam[d] et cum predictis Sarracenis qui terram ipsam occupaverant, bellum commisit eosque devicit[e, 71] et Antiochiam in sua manu [Iul. 1.] accepit.*

* Hoc tempore mense Augusti regina Constancia comprehensa[72] est a comite Alexandro et [Aug.] Grimoaldo Barense in Umenatia civitate et cum ea equites 50 tradicione quorumdam civium.

Anno ab incarnatione Domini 1120. indictione 13. mense Iunio[f] Robbertus Capuanorum [1120.] princeps defunctus est cui Iordanus frater eius successit in honore principatus ipsius. [Iun. 3. cf. Chr. Troian. p. 132.] Mense Octubris[73] indictione 14. in Beneventi[74] palatio Guillelmus dux devenit liggius homo [Oct.] pape Calixti per directum contra omnes homines. Et ipse papa statim eidem duci donavit et concessit ac per vexillum tradidit omnem terram ipsius ducis cum toto honore ducatus ipsius dicens: *Ad honorem Dei et beati Petri apostolorum principis nec non et Pauli, fidelitatem quoque Romani pontificatus et nostram nostrorumque successorum canonice intrancium, donamus et concedimus tibi terram et omnem honorem, quemcunque nostri predecessores, videlicet papa Nicolaus et Alexander atque Gregorius, donaverunt olim Robberto Guiscardo avo tuo ac deinde Urbanus papa et Paschalis eius successor donaverunt duci Rogerio patri tuo, idemque Paschalis postea atque Gelasius papa donaverunt tibi*[g]. Eodem vero mense idem papa Calixtus Troiam venit. Audiens itaque Guillelmus dux eiusdem pontificis adventum obvius festinanter extra civitatem advenit cum primatibus suis. Cui vice stratoris ipse pedes iuxta sellam usque ad ecclesiam episcopatus eiusdem civitatis ingenti cum honore deduxit.**

** Hoc tempore dux Guillelmus una cum Constancia regina et Tancredo obsederunt castellum [1121.] Sancte Trinitatis, quod situm est super flumen Basantur[75, h], et ceperunt illud in die dominica [Apr. 3.] in palmis mense Aprilis.

Anni incarnati verbi 1121. indictione 14.[i] Calixtus papa cum multitudine armatorum [1121.] obsedit Gregorium papam, cognomento Burdinum, qui secesserat in civitatem[k] Sutri; [Apr.] nec ab obsidione Callixtus papa destitit, donec Burdinum cepit, captumque direxit in monasterium Sancte Trinitatis de Cava.*** Hic autem Calixtus papatum Romanum in pace et tranquillitate possedit et urbem Romam pro sua voluntate disposuit. Sedit autem in episcopatu Romano annis 7. Rome mortuus est et honorifice sepultus. [1124. Dec.]

*** Anno Domini 1122. indictione 15. Hoc tempore Calixtus papa pervenit usque Calabriam [Dec.] causa componende pacis inter ducem Wilhelmum et comitem Rogerium Sicilie, quod minime facere potuit[76]. Set mense Februarii dux et predictus Rogerius comes inter se paciscuntur, [1122. Febr.] et acceptis a comite Rogerio septingentis equitibus exeredavit comitem Iordanum[77]. [Iul.?]

Anno Domini 1123. in mense Aprilis Balduinus[78] rex Ierosolime capitur a paganis dum [1123.] rediret de Antiochia, set brevi tempore dimittitur. [Apr.]

Hoc tempore in mense Iunio Rogerius comes Sicilie cum turba non exigua equitum et peditum transfretavit in Calabriam et castellum Sancti Mauri[79] nomine cepit et cremavit.

Anno Domini 1125. indictione 4. Huic successit Honorius secundus natione Lombardus, prius archidiaconus Bononiensis, post cardinalis, deinde episcopus Hostiensis, qui et Lambertus dictus est. Hic ducem Wilhelmum, secundum statuta predecessorum suorum, per vexillum de ducatu Apulie investivit, et ab eo liggium[l] hominium et iuramentum

a) *prius script. erat* occisi *sed ead. manu corr.* 3. b) sunt 3. c) *sic eadem manu corr. ex* multum 3. d) Atiochiam 3. e) deiecit 2. f) mense Iunio *des.* 3. g) sibi 3. h) basant' 3. i) mense Iunii *add.* 1. k) civitate 3. l) liogium 3.

71) Die 1. mens. Iulii devicit Balduinus rex Turcomannos apud Hab; cf. Wilken Gesch. der Kreuzzüge II, 446 sqq. 72) Liberata est anno 1120. mense Octob. vel Nov. Calixto papa; cf. Ann. Ceccanenses supra p. 282: *et perrexit Bari et liberavit de captivitate reginam Boamundi.* 73) cf. Ann. Cavens. ad a. 1120. Falco Benev. l. c. p. 95. 74) vide epist. papae ad Widonem episc. Curiensem apud Borgia, breve istor. del domin. temp. append. p. 47. 75) Basentum. 76) Falco Benev. ad a. 1121. scribit papam die 5. Sept. Salernum ivisse ut pacem inter ducem Guillelmum et comitem Rogerium componeret. Sed videas ipsius papae epistolam apud Ughelli IX, 367, cuius initium est: *Calixtus ep. s. s. D.* etc. *Notum sit omnibus etc. quod nos praesentia nostra, quarto episcopatus nostri anno, anno vero ab inc. D.* 1122, *ind.* 15. *reformandae pacis causa inter Guglielmum ducem Italiae et Rogerium Siciliae comitem, partes Calabriae adventasse et Neocastrum praefata causa per* 15 *dies moram fecisse, et inde per Catanzarium reditum habuisse* etc. Ex aliis diplomatibus constat papam die 9. Dec. Neocastri, iam die 23. eiusd. m. Catanzarii fuisse. 77) comitem Arianensem. De hac re cf. copiosam Falcon. Benev. relationem l. c. p. 98. 99. 78) II. 79) S. Mauro, non multum a Cotrone ad occid. distans.

accepit.* Dux autem Wilhelmus, licet a baronibus et hominibus suis multum diligeretur,
tamen propter benignitatem et pacienciam suam ab eis quodammodo habebatur con-
temptui, qui inter ipsum et Rogerium comitem Sicilie liggium hominem eius et patruum
consobrinum, discordie materiam ministrabant. Cumque inter[a] predictum ducem et
comitem sepe esset pax et concordia reformata, ipsi inter eos guerram[b] et discordiam
innovabant. Et quia predictus dux homo erat liberalis et largus et quecumque habere
poterat militibus erogabat, necessitate coactus primo Calabriam pro sexaginta milibus
bisantiorum prephato comiti in pignore posuit. Postea mediam civitatem Panormi, que[c] ei
iure hereditario pertinebat, illi vendidit. Postremo cum de uxore sua[d. 78] filium habere non
79 poscet[79], recepta a prenominato comite multa pecunia, eum apud Messanam de ducatu
Apulie et tota terra sua heredem instituit. Hic Salernitane ecclesie omnia, que Robbertus[e]
dux avus eius[f], et Rogerius dux pater eius donaverat, confirmavit, et Iudaicam pro magna
parte adiunxit. Castrum Olibani reddidit, et totam Pastinam ecclesie[g] moriens dereliquid.
Mortuus est autem apud Salernum morte communi maior triginta annis, anno ducatus sui
1127. octavo decimo, anno ab incarnatione Domini 1127.[h] mense Iulio, in festo beati Nazarii, in-
Iul. 28. dictione 5, sepultus est autem apud Salernum in tumulo patris sui in ecclesia[i] beati Ma-
thei[k] apostoli, quam Robbertus dux avus eius a fundamentis edificaverat. Fuit autem
Guillelmus dux statura mediocris, corpore gracilis, miles audax et strenuus, et in militari
arte peritus, largus, humilis, benignus et paciens, affabilis omnibus, pius et misericors,
et a suis hominibus multum dilectus, ecclesias Dei et ministros eius vehementer honorans.
Comes vero Rogerius, audita morte Guillelmi ducis, qui eum heredem instituerat, statim
cum galeis Salernum venit, et a Salernitanis civibus receptus est honorifice, quibus teni-
menta et possessiones et antiquas consuetudines confirmavit, et eos in suo recepit hominio.
Turrim tamen maiorem in eorum potestate reliquid[80]. Qui in eadem civitate ab Alfano
Caputaquensi episcopo est unctus in principem. Dehinc Regium veniens ibidem in ducem
1128. Apulie est promotus et sic in Siciliam rediit[81].** Altero vero anno cum magno exercitu
Apuliam intravit. Papa autem Honorius, cognito quod prephatus dux auctoritate sua vellet
sibi ducatum Apulie usurpare, cuius investitura et dominium sibi predecessorum suorum
Iul. iure legitimo pertinebat, Apuliam ingressus cum Robberto Capuano principe[l], Raydulfo
comite Ayrole cognato predicti ducis, cum Conversanensibus, Grimoaldo principe Barensi,
et aliis baronibus Apulie, contra eum venit, ut eum de Apulia expelleret. Dux vero Ro-
gerius vir eruditus et sapiens, pugnandi copiam eis prebere noluit, set in tutis et munitis
locis cum suo exercitu se recipiens, tamdiu eos immorari fecit, quousque affecti tedio et
necessitate compulsi se dividerent et unusquisque ad propria remearet[m]. Papa vero videns
Aug. 19. se a baronibus derelictum[82], Beneventum rediit, quem dux Rogerius e vestigio prosecutus
est, et missis nunciis cum eo concordatus est, cui liggium hominium[n] fecit, et iuramentum
Aug. 22. prestitit, et ab eo in ponte qui est super Sabbatum[82*], per vexillum de ducatu Apulie in-
vestitus est. Quo facto Honorius papa Romam rediit, et dux Rogerius in Siciliam reversus
1129. est. Alio iterum anno in Apuliam venit, et cum predictis baronibus et Robberto[o] Capuano
principe concordatus est, et Turrim maiorem que est Salerni in sua potestate recepit.

* Ab[p] hoc loco adiunctum est huic chronice per Romoaldum secundum Salernitanum archi-episcopum.

1126. Sept. ** Anno Domini 1127. indictione 6. mense Septembris Boamundus iuvenis transfretavit in Antiochiam, et factus est princeps in loco patris sui, et omnes civitates suas Apulie comiti
1127. domno Alexandro consanguineo suo reliquid, ut vice sua eis uteretur. Hoc anno Rogerius comes Sicilie excommunicatur ab Honorio papa quia non permittebat ut episcopi Sicilie
Nov. venirent[q] Romam. Denuo excommunicatur ab eodem papa eo quod indebitum sibi nomen ducis inconsulto Romano pontifice[r] arripuit[83].

a) in 3. b) ğrrã 3. c) qui 3. d) *deest* 3. e) Robberto 3. f) suus 1. 2. g) Pastinam terram ecclesie 2. h) *sic recent. manu corr. ex* MCXXVI. 1; MCXXVI. 3. i) ecclia 3. k) *post* Mathei *littera una erasa est, videtur primum scriptum fuisse* MatKia 3. l) *inter* principe *et* Raydulfo *codex S. Petri verba* Hoc anno Rogerius — pontifice arripuit *posuit, quae in 3 iam supra leguntur.* m) remea remearet 3. n) hominũ 3. o) Robbertus 3. p) *in margine codicis 3 rubris litteris sed manu recentiori scriptum est:* Additio cronice, *vid. scripturae specimen.* q) venire 3. r) pontifici 3.

78) Gaitelgrima. 79) i. e. posset. 80) cf. Falc. Ben. l. c. p. 102: *Iuravit statim comes ille Rogerius, quod sine iudicio et sine culpa eos non capiat neque capi permittat, neque extra dies duos in expeditione illos perducat, et castellum Turris maioris de illorum potestate non auferat, et si quis abstulerit eius auxilio sub eorum potestate restituat.* 81) cf. Falc. Ben. l. c. p. 103. 82) v. Alex. Telesinum I, 14. (Murat. SS. V, 619.) 82*) Sabbato fl. 83) Et Alex. Teles. I, 10. Rogerium bis excommunicatum fuisse tradit.

Postmodum baronum et populi consilio apud Panormum se in regem[a] Sicilie inungi et coro- 1130.
nari fecit. Qui regni solio potitus cum navali exercitu et magna milicia Salernum venit, Dec. 25. 1131.
et Amalfiam, Ravellum et Scalam potenter obsedit et longa obsidione cepit, et tam castra
eorum quam civitates suo dominio subdidit. Post hec Apuliam rediens obsedit Barum, que 1132.
se ei reddit, et tunc Grimoaldum eiusdem civitatis principem et nobiles cives et potentes
qui ei repugnaverant secum in Siciliam transportavit. Interea Honorius papa mortuus 1136.
est anno pontificatus sui sexto, anno vero[b] dominice incarnationis 1130. indictione 8.* Febr. 14.

* Hoc tempore Boamundus filius principis Boamundi in bello iusta Damascum occubuit, cuius 1131.
corpus sine capite fertur esse sepultum. Febr.

Anno ab incarnatione Domini 1127. *indictione* 6. *Hoc anno mense Septembris Boamundus* 1126.
filius Boamundi principis accersitus ab Anteochenis ut[c] *in loco patris optineret regnum An-* Sept.
tiochenum, reliquid omnes civitates Apulie, quas tenebat, domno Alexandro comiti, ut vice sua
eis uteretur, et ipse cum triremis navibus 14 *absque aliis sex honerariis, et cum iuvenum electa*
multitudine pontica sulcans equora perrexit Antiochiam. Mense Iunii eadem indictione, dum 1126.
castellum Obmanum,[d]*, iussione Rogerii*[e] *comitis Siciliensis a comitibus Calabrie, id est Alexan-* Iun.
dro[f] *Senesii et a Robberto Grandi-Maruli*[g] *et aliis multis, adventante etiam ab eodem Rogerio*
comite militum peditum Sarracenorumque non minima multitudine, obsideretur, Rogerius vir
Iudith de intus cum militum eque strenuissime agone illis resisteret, subito oriente sole quadam
die Rogerius Terlizus[h] *et Robertus Ricinnus*[i] *cum electa militum caterva super eos irruentes,*
ita illos protriverunt ut nullus ex eis esset, qui non aut fuge presidio liberaretur aut capcionis
nevo innodaretur, seu victoris gladio perimeretur. Sarracenorum vero, aliorumque peditum nec
referendus est numerus occisorum, qui, ut fertur, tota castra sanguine ut aqua maduerunt.
Eorum vero omnia direptioni et prede data sunt.

Anno dominice incarnationis 1128. *indictione* 7.[k] *Hoc anno mense Maii comes Rogerius* 1127.
congregata militum peditumque multitudine Siculum transmeans fretum venit in partes Apulie. Mai.
Fuisse autem in eius exercitu duo milia equitum et triginta milia peditum, sagitarios mille
quingentos fertur, boum autem, ovium, porcorum aliorumque animalium[l] *multitudo nullo clau-*
ditur numero Qui veniens cepit omnes terras quas Iudith cum viro suo tenebat Rogerio, id est
Tursium, Obmanum, Pistiquinum[m]*, Cracum*[83]*, omniaque oppida ac villas circumquaque positas,*
posuitque obsidionem circa castellum Sancti Archangeli[83*]*, quod videns Goffridus filius domni*
Alexandri[n] *comitis, exiit ad eum veniam querens, cui et gratanter concessa est. Eodem anno,* Nov. c. 11.
eadem indictione mense Novembris venit papa Honorius in civitatem[o] *Troiam et sinodalem*
agens conventum una cum episcopis et abbatibus atque comitibus Apulie, iterum excommuni-
catur comes Rogerius omnesque sue arrogancie fautores cum eo.

Anno Domini 1129. *indictione* 8. *mense Iunii dum ducis Rogerii, a quadraginta usque*[p] *ad* 1128.
sexaginta ut fertur veloces galee erant, velocissime circumdederunt civitatem Barum ita ut nec Iun.
intrandi nec egrediendi in urbem esset aliquibus locus[q] *caupolis*[84] *vel*[r] *lintribus*[s] *Barinorum.*
Dux itaque cum exercitu suo veniens apprehendit Salpim in mense Augusti, etiam et civitatem Aug.
Rubum[84*] *ut fertur tradicione civium. Cumque domnus Tancredus*[85] *et corporali molestaretur*
infirmitate et ducis Rogerii molestaretur oppressione, tandem cum domno Alexandro comite
fratre suo, et cum domno Grimoaldo Barensi in Principatu[t]*, medio estatis, id est decima die* Aug. 10.
Augusti, facta est pax cum dicto duce Rogerio, reddentes etiam terras ab eisdem compre-
hensas, id est Gravinum Roberto, Aquamvivam Cornulo[u] *........ prioribus domus sancti*
Guillelmi[v]*.*

Anno ab incarnatione Domini 1130. *indictione* 9. *mense Septembris dux itaque Rogerius* 1129.
postquam omnes Apulie civitates suo subiugavit dominio, id est Troiam, Sipontum et Montem Sept.
Garganum et Tranem cum omnibus castellis et villis circumquaque positis, venit Melfim[86] *fecitque*
ibidem congregari omnes comites Calabrie, Apulie, Salentine, Brizie et Lucanie, Campanie,
etiam episcopos et abbates; iussitque omnibus comitibus ut sibi filiisque suis id est Rogerio et
Tancredo omni tempore fideles essent et obedirent suis preceptis, nec in terris eorum furta et
latrocinia sinerent esse nec consentirent. Et his omnibus prescriptis sacramento firmatis mense
Octubris reversus est in Siciliam. Oct.

Anno ab incarnatione Domini 1131. *indictione* 11. *mense Decembris die natali Domini pre-* 1130.
phatus dux Rogerius precepit congregare in Sicilie provinciam omnes episcopos diversarum Dec. 25.
provinciarum[w] *Calabrie,. Apulie, Campanie qui iussione Calixti pape*[87] *unxerunt eum in regem*

a) *in margine recentiori manu scriptum est* de rege rogerio 3. b) *deest* 3. c) ab ante .... ut 3. d) obmañ 3. e) Rogerius 2; roḡ. 3. f) Alexander 3. g) Manilia *vel* Mamlia 3. h) terliĵ 3. i) ricinñ 3. k) VI. 3. l) aialiũ 3. m) Tursiũ obinañ. pistiquų 3. n) Alex̃ 3. o) civitate 3. p) usq;, *sed* q; *in loco litterae erasae positum est eadem manu, fortasse prius scriptum erat* uu 3. q) esset aliquibus locus *des.* 3. r) caupolis vel *des.* 2. s) luntribus 3. t) principati 3. u) Cornulo *deest* 3. v) dñs. f. Guilł. 3. w) a *add.* 3.

83) Tursi, Omignano, Pisticcio, Craco. 83*) S. Arcangelo. 84) *caupolus, caupulus* navis cavata. 84*) Ruvo. 85) comes de Conversano. 86) cf. Alex. Teles. I, 21. 87) Anacleti II. antipapae, qui 27. die Sept. Rogerio concesserat coronam regni Siciliae et Calabriae et Apuliae; cf. instrumentum apud Baron. ad a. 1130 (ed. Rom. XII, 207). Coronatus est rex teste Falcone l. c. 106 a Comite presb. card. tit. S. Sabinae.

Quo defuncto** scisma in Romana ecclesia exortum est, nam maior et sanior pars cardinalium
Gregorium nacione Romanum diaconum cardinalem Sancti Angeli in pontificem elegerunt qui
et Innocencius secundus est appellatus. Alia vero pars cardinalium Petrum filium Petri Leonis
[illegible] nobilem civem Romanum diaconum cardinalem Sancti Nicolai de Carcere[88] in pontificem
levaverunt, qui ab eis Anacletus[89] est appellatus. Hic autem parentum suorum quorum habe-
bat copiam, auxilio et fortitudine pene totam Urbem suo dominio subdidit. Innocencius vero
Frangencium-panem usus consilio et auxilio, cum in Urbe morari non posset, privatim per
Iun. Tyberim in mare descendens cum galea[a] Pisanorum Pisas venit et a Pisanis honorifice sus-
ceptus est; et in ea civitate aliquantulum commoratus sollempne ibidem concilium celebravit.
Dehinc in Galliam venit et a Ludovico[90] rege Francie et tota occidentali ecclesia est receptus.
Anacletus vero Urbis dominio potitus nuncium ad Rogerium[b] regem Sycilie misit. A quo et
receptus est. Cuius auctoritate Apuliam intravit et apud Melfiam[91] concilium celebravit.
Qui cum per nuncios suos prephatum regem sepe rogasset ut cum eo haberet colloquium
et ei de more hominium faceret, ipse utpote vir astutus et sapiens et precavens in futu-
rum ab eius se colloquio et aspectu subtraxit. Anacletus autem aliquandiu in Apulia com-
1132. moratus Romam rediit et ibi usque ad vite sue terminum mansit[92]. Interea Robbertus
Capuanus princeps et Raidulfus comes Airole cum aliis comitibus et baronibus Apulie regi
Rogerio sunt rebelles effecti. Quo cognito rex Rogerius congregato navali exercitu et

ac super caput eius coronam regiam posuerunt et ab omnibus vocari regem iusserunt. Hoc
1131. Febr. *tempore Boamundus filius principis Boamundi in bello iuxta Damascum occubuit cuius corpus*
sine capite inventum est, et sepultum in monasterio sancte Marie quod est iuxta sepulcrum
nostri redemptoris, in dextera parte eiusdem sepulcri, mense Februarii.

1131. Sept. *Anno Domini* 1132. *indictione* 8. *mense Septembris dum Rogerius dux Brundusium hac*[93]
turrem in eo constructam sue subdidit potestati ipseque reversus Sicilie fuisset, comes Tan-
credus ad obsidendam turrem perrexit, ubi tota ingenii arte decertavit ut caperet eam, set ut
vidit inexpugnabilem eius esse municionem accensus[c] *ira fertur iurasse quod nulli qui in eadem*
erat turre parceret set alios patibulis alios ignibus daret, alios vero vivos[d] *sepeliret si capere*
illos aliquando posset. Set hoc iuramento magis nocuit quam profuit, nam custodes et defen-
sores turris contra se hoc iuramentum factum cognoscentes invicem coartantur magis se mori
viriliter pugnando quam se prodere eligentes. Cum eius obsidio nichil proficeret, iram suam
ad consilium revocat ut Barensis princeps Grimoaldus veniret et dulci alloquio eos moneret ut
eandem turrim seseque ipsi Grimoaldo darent[e], *ipse autem Tancredus cum suis Gallipolim*[f] *ad*
Dec. *obsidendum pergeret. Quod et factum est. Mense autem Decembris predictus princeps plus*
mansuetudine quam ferocitate cepit prephatam turrem, nulli malum faciens cum suis rebus abire
permisit.

Anno Domini 1129. indictione 8. Rogerius dux transfretavit a Sicilia, venit in Apuliam
94 ac perrexit Tarentum. Deinde habiit[94] Nerito[g] cum grandi exercitu, fertur enim tria milia
habuisse equites, pedites vero ac sagittarios et Sarracenos usque ad sex milia, quam vacue
factam inveniens cepit, prede ac direptione cuncta permiscendo[h], quin[i] etiam et christia-
norum sanguinem[k] a Sarracenis crudeliter fundi precipiendo, nam senes interficiebant, pueros
de sinu auferentes matrum allidebant gladiisque findebant, sacerdotes iuxta crucem et altare
stantes interimebant, sacramenta ecclesie id est sanctum crisma in suis peronibus deridendo
seu culponibus fundebant, mulieres coram maritis adulterantes, reliquos vero qui superfuerunt
Iun. vinculatos Sicilie asportare precepit. Et exinde amaro exercitu adhiit Brundusium, posuitque
sibi obsidionem in mense Iunii per terram et mare, fecitque ante eam turrem fieri ex tra-
bibus proceris et altissimis, ferreisque nexibus, coriis viminibusque[l] munivit, cuius altitudo
predicte urbis muros precelleret. Set nichil huiusmodi infermentum machine profuit sibi nec
obfuit Brundusinis; Gofredus enim domni Alandri comitis filius, et Riccardus Clerimonti
dominus[m] qui de intus erant simili modo confecerunt[n] balistas et machinas que[o] totam subito
destruxerunt turrem. Dux vero nullo modo suum prevalere ingenium videns, omnem[o*] exer-
citum fame afflictum[p], ignem in turrem missum suam[q] Tarenti revertitur[r].

** papa Honorius.

a) galeas *prius, rad. corr. in* galeis 3. b) Roggerium 1. c) accessus 3. d) umos 3. e) daret 3. f) Gallipolí 3. g) *prius* Neritũ *erat scriptum, ead. manu corr.* 3. h) permiscenda 3. i) qui 3. k) sanguine 3. l) niminibusque 3. m) dnō 3. n) modo cēfecerunt 3. o) quem 3. o*) *quae sequuntur sunt accusativi absoluti.* p) afflicti 3. q) sua 3. r) 3 *pergit:* Anno vero dominice incar. 1130. ind. 8. *Quae verba ad textum genuinum spectantia ex interpolationibus removi ad locum iustum.*

88) sec. Bosonem presb. card. tit. S. Callixti. 89) II. p. 107. 90) VI. 91) Beneventi concilium celebravit ante d. 13. m. Ian. a. 1131; cf. Falc. Ben. 1130. l. c. 92) Mortuus est 25. d. Ian. a. 1138. 93) i. e. ac. 94) i. e. abiit.

Postmodum baronum et populi consilio apud Panormum se in regem[a] Sicilie inungi et coro- 1130. Dec. 25.
nari fecit. Qui regni solio potitus cum navali exercitu et magna milicia Salernum venit, 1131.
et Amalfiam, Ravellum et Scalam potenter obsedit et longa obsidione cepit, et tam castra
eorum quam civitates suo dominio subdidit. Post hec Apuliam rediens obsedit Barum, que 1132.
se ei reddit, et tunc Grimoaldum eiusdem civitatis principem et nobiles cives et potentes
qui ei repugnaverant secum in Siciliam transportavit. Interea Honorius papa mortuus 1136. Febr. 14.
est anno pontificatus sui sexto, anno vero[b] dominice incarnationis 1130. indictione 8.*

* Hoc tempore Boamundus filius principis Boamundi in bello iusta Damascum occubuit, cuius 1131. Febr.
corpus sine capite fertur esse sepultum.

Anno ab incarnatione Domini 1127. *indictione* 6. *Hoc anno mense Septembris Boamundus* 1126. Sept.
filius Boamundi principis accersitus ab Anteochenis ut[c] *in loco patris optineret regnum An-*
tiochenum, reliquid omnes civitates Apulie, quas tenebat, domno Alexandro comiti, ut vice sua
eis uteretur, et ipse cum triremis navibus 14 *absque aliis sex honerariis, et cum iuvenum electa*
multitudine pontica sulcans equora perrexit Antiochiam. Mense Iunii eadem indictione, dum 1126. Iun.
castellum Obmanum[d]*, iussione Rogerii*[e] *comitis Siciliensis a comitibus Calabrie, id est Alexan-*
dro[f] *Senesii et a Robberto Grandi-Maruli*[g] *et aliis multis, adventante etiam ab eodem Rogerio*
comite militum peditum Sarracenorumque non minima multitudine, obsideretur, Rogerius vir
Iudith de intus cum militum eque strenuissime agone illis resisteret, subito oriente sole quadam
die Rogerius Terlizus[h] *et Robertus Ricinnus*[i] *cum electa militum caterva super eos irruentes,*
ita illos protriverunt ut nullus ex eis esset, qui non aut fuge presidio liberaretur aut capcionis
nevo innodaretur, seu victoris gladio perimeretur. Sarracenorum vero, aliorumque peditum nec
referendus est numerus occisorum, qui, ut fertur, tota castra sanguine ut aqua maduerunt.
Eorum vero omnia direptioni et prede data sunt.

Anno dominice incarnationis 1128. *indictione* 7.[k] *Hoc anno mense Maii comes Rogerius* 1127. Mai.
congregata militum peditumque multitudine Siculum transmeans fretum venit in partes Apulie.
Fuisse autem in eius exercitu duo milia equitum et triginta milia peditum, sagitarios mille
quingentos fertur, boum autem, ovium, porcorum aliorumque animalium[l] *multitudo nullo clau-*
ditur numero Qui veniens cepit omnes terras quas Iudith cum viro suo tenebat Rogerio, id est
Tursium, Obmanum, Pistiquinum[m]*, Cracum*[83]*, omniaque oppida ac villas circumquaque positas,*
posuitque obsidionem circa castellum Sancti Archangeli[83*]*, quod videns Goffridus filius domni*
Alexandri[n] *comitis, exiit ad eum veniam querens, cui et gratanter concessa est. Eodem anno,* Nov. c. 11.
eadem indictione mense Novembris venit papa Honorius in civitatem[o] *Troiam et sinodalem*
agens conventum una cum episcopis et abbatibus atque comitibus Apulie, iterum excommuni-
catur comes Rogerius omnesque sue arrogancie fautores cum eo.

Anno Domini 1129. *indictione* 8. *mense Iunii dum ducis Rogerii, a quadraginta usque*[p] *ad* 1128. Iun.
sexaginta ut fertur veloces galee erant, velocissime circumdederunt civitatem Barum ita ut nec
intrandi nec egrediendi in urbem esset aliquibus locus[q] *caupolis*[84] *vel*[r] *lintribus*[s] *Barinorum.*
Dux itaque cum exercitu suo veniens apprehendit Salpim in mense Augusti, etiam et civitatem Aug.
Rubum[84*] *ut fertur tradicione civium. Cumque domnus Tancredus*[85] *et corporali molestaretur*
infirmitate et ducis Rogerii molestaretur oppressione, tandem cum domno Alexandro comite
fratre suo, et cum domno Grimoaldo Barensi in Principatu[t]*, medio estatis, id est decima die* Aug. 10.
Augusti, facta est pax cum dicto duce Rogerio, reddentes etiam terras ab eisdem compre-
hensas, id est Gravinum Roberto, Aquamvivam Cornulo[u] .... *prioribus domus sancti*
Guillelmi[v].

Anno ab incarnatione Domini 1130. *indictione* 9. *mense Septembris dux itaque Rogerius* 1129. Sept.
postquam omnes Apulie civitates suo subiugavit dominio, id est Troiam, Sipontum et Montem
Garganum et Tranem cum omnibus castellis et villis circumquaque positis, venit Melfim[86] *fecitque*
ibidem congregari omnes comites Calabrie, Apulie, Salentine, Brizie et Lucanie, Campanie,
etiam episcopos et abbates; iussitque omnibus comitibus ut sibi filiisque suis id est Rogerio et
Tancredo omni tempore fideles essent et obedirent suis preceptis, nec in terris eorum furta et
latrocinia sinerent esse nec consentirent. Et his omnibus prescriptis sacramento firmatis mense
Octubris reversus est in Siciliam. Oct.

Anno ab incarnatione Domini 1131. *indictione* 11. *mense Decembris die natali Domini pre-* 1130. Dec. 25.
phatus dux Rogerius precepit congregare in Sicilie provinciam omnes episcopos diversarum
provinciarum[w] *Calabrie, Apulie, Campanie qui iussione Calixti pape*[87] *unxerunt eum in regem*

a) *in margine recentiori manu scriptum est* de rege rogerio 3. b) *deest* 3. c) ab ante .... ut 3. d) obmañ 3. e) Rogerius 2; rog̃. 3. f) Alexander 3. g) Manilia *vel* Mamlia 3. h) terlij 3. i) ricinñ 3. k) VI. 3. l) aialiũ 3. m) Tursiũ obinañ. pistiquþ 3. n) Alex̃ 3. o) civitate 3. p) usq;, *sed* q; *in loco litterae erasae positum est eadem manu, fortasse prius scriptum erat* uu 3. q) esset aliquibus locus *des.* 3. r) caupolis vel *des.* 2. s) luntribus 3. t) principati 3. u) Cornulo *deest* 3. v) dñs. f. Guilŀ. 3. w) a *add.* 3.

83) Tursi, Omignano, Pisticcio, Craco. 83*) S. Arcangelo. 84) *caupolus, caupulus* navis cavata. 84*) Ruvo. 85) comes de Conversano. 86) cf. Alex. Teles. I, 21. 87) Anacleti II. antipapae, qui 27. die Sept. Rogerio concesserat coronam regni Siciliae et Calabriae et Apuliae; cf. instrumentum apud Baron. ad a. 1130 (ed. Rom. XII, 207). Coronatus est rex teste Falcone l. c. 106 a Comite presb. card. tit. S. Sabinae.

1137. exercitu suo una dieta aut multum duabus post imperatorem veniens civitates et castella que imperator ceperat expugnabat et frequentes nuncios in exercitum[a] imperatoris mittens, principes eius promissionibus et muneribus ad suum amorem et gratiam attrahebat. Ca- Iul. puanus vero princeps cum comite Raidulfo[b] Terram Laboris ingressus, eam et ducatum Amalfie potenter optinuit et cum magno exercitu militum et galeis Pisanorum Salernum Iul. 18. veniens eam obsedit. Salernitani autem cives qui de antiquo suis dominis fideles extiterant, in fidelitate solita perdurantes firmiter[c], eis viriliter restiterunt. Erat tunc Salerni[d] regis Rogerii[d] cancellarius cum milicia regia et baronibus plurimis, qui simul cum Salerni[e] civibus in exercitu principis et Pisanorum insultum sepius facientes eos viriliter inpugnabant. Cumque civitas ab eis fere unius mensis spacio esset obsessa et ab eis non posset modo aliquo expugnari, novissime imperator ab Apulia vocatus cum apostolico et suo Aug. exercitu super eam venit. Robbertus autem cancellarius, vir magni consilii et discretus, metuens ne si forte civitas per violenciam ab imperatore caperetur, regi Rogerio inrecuperabile dampnum accideret, habito baronum consilio, Salernitanis civibus ex parte regis precepit ut cum imperatore concordiam facerent et se et regis miliciam que in civitate erat a periculo liberarent. Cives vero eius preceptis obtemperantes pacem cum imperatore 10 fecerunt[10] et data de suis imperatori magna pecunia, quadringentos milites qui in civitate fuerant, ad regem Rogerium cum rebus suis illesos abire fecerunt. Cancellarius autem cum baronibus et quibusdam militibus se in Turrim maiorem recepit[11]. Facta autem pace, Pisani utpote superbi et elati ceperunt iniurias et molestias civibus Salernitanis inferre. Qui eorum superbiam non ferentes, accipientes arma in eos irruerunt, et maximum castrum ligneum, quod ad expugnationem civitatis fecerant, eis presentibus, combusserunt[12]. Unde Pisani in iram commoti ab imperatore, qui eis super hoc auxilium non prestiterat, recesserunt et postmodum sunt cum rege Rogerio concordati. Imperator vero civitate potitus, acceptis ab eis pro pecunia obsidibus, a civitate recedens, apud Sanctum Aug. exeunt. Severinum[13] sua castra locavit, ibique habito apostolici et baronum consilio, comitem Raydulfum ducem Apulie ordinare disposuit. Propter quod[f] inter apostolicum[f] et imperatorem magna[g] contentio est oborta[g*]. Apostolicus enim ascerebat investituram ducatus Apulie ad ius Romani pontificis pertinere et hoc a suis predecessoribus fuisse iam longo tempore firmiter observatum. Imperator e contrario affirmabat[h], hoc ad ius pertinere imperii, et ducatum Apulie debere auctoritate imperatoria ordinari. Set quia uterque in procinctu erat itineris, et deficientibus ad presens utriusque partis instrumentis et rationibus, controversia hec ad plenum difiniri non poterat, communi consensu ad hunc finem concordie devenerunt: ut apostolicus et imperator per vexillum comitem Raidulfum de ducatu Apulie investirent, et postmodum habita oportunitate loci et temporis, utriusque partis allegationibus plenius exhibitis et ostensis[i], hec controversia mediante iustitia finiretur. Quod et factum est, nam apostolicus accepto vexillo a superiori parte, imperator ab inferiori, comitem Raidulfum de ducatu Apulie investierunt[14]. Quo facto imperator in Nov. Alamaniam rediit. Innocencius vero Romam intravit et a Frangentibus-panem et quibusdam Oct. aliis nobilibus honorifice susceptus[k] est. Anacletus vero non multo post diem clausit extremum[15]. Rex autem Rogerius audiens apostolicum et imperatorem recessisce, receptis eciam suis quadringentis militibus qui a Salerno[l] venerant, forcior effectus festinus Salernum venit et a Salernitanis civibus cum summa est devocione susceptus. Nec moram, Nuceriam obsedit expugnavit et destruxit, totam Terram Laboris potenter optinuit, Capuam in ore gladii cepit et concremavit. Tunc cum Sergio magistro militum Neapolitanorum concordatus est et eum secum in expedicionem[m] duxit. Dehinc acies suas versus Apuliam dirigens totam terram Beneventanam et Capitinatam recuperavit. Quo audito, comes

a) exercitu 3. b) Raydulfo 1. c) firm. perdur. 1. d) Salernum Robertus regis Rogerii 1. e) Salernitanis 1. f) quod imperatore et apostolicum 3. g) maxima 1. g*) aborta *codd.* h) afirmabat 3. i) hostensis 3. k) receptus 1. 2. l) *prius scriptum erat* ad Salernum *partim radendo partim supplendo pallido atramento corr.* 3. m) expeditione 1.

10) Ante diem 15. Aug., quam diem sc. assumptionem sanctae Mariae imperator illic teste Annal. Sax. ad a. 1137. (M. G. VI, 775) celebrabat. 11) v. Falc. Ben. ad a. 1137. l. c. p. 122: *Quidam vero militum eorum, securitate accepta, licentiam exeundi impetrarunt, quidam vero et praedicti Rogerii proceres ad turrem maiorem, quae super civitatem erat confugerunt.* 12) v. Falc. Ben. ad a. 1137. l. c. p. 122. 13) S. Severino. Consentit Annal. Sax. ad a. 1137. M. G. SS. VI, 775. 14) cf. Otto Fris. VII, 20. 15) d. 11. m. Ianuar. 1138. Beneventi.

magna multitudine militum et peditum Salernum venit et apud Scafatim[a] fluvium[1] in territorio Nucerie cum Robberto Capuano principe et Raidulfo comite pugnavit et devictus est.
Qui fugiens Salernum se recepit. Postmodum vero resumptis viribus iterum in Apuliam 1133.
rediit, Conversanes obsedit, eorum civitates et castella viriliter expugnavit et quosdam de
eis captos in Siciliam misit[2]. Transacto vero aliquanto spacio temporis cum magno exer- 1134.
citu in Terram Laboris venit, Nuceriam[3] cepit et diruit, Aversiam destruxit, Capuam et pene totam Terram Laboris occupavit. Princeps vero Capuanus[b] simul cum comite Raidulfo Neapolim se receptavit[c], set quia civitas illa partim situ loci partim milicia munita erat, eam expugnare non potuit, set miliciam suam apud Aversam et in aliis vicinis locis relinquens eam continuo inpugnari et divastari fecit. Robbertus vero Capuanus princeps Pisas ad implorandum Pisanorum auxilium ivit[4], relictis apud Neapolim Sergio magistro
militum et duce[d] eiusdem civitatis et comite Raydulfo. Qui postmodum cum magno navali 1135.
exercitu Pisanorum Neapolim venit et maximam audaciam et fortitudinem baronibus qui Apr. 7.
Neapolim erant prebuit. Galee[e] vero Pisanorum super Amalfiam venientes eam inmunitam[5] et huius rei insciam ceperunt et expoliaverunt. Quod audiens[f] rex Rogerius qui tunc temporis in Terra[g] Laboris erat, misso exercitu suo Pisanos qui adhuc in Amalfie partibus morabantur fugavit et multos eorum in ore gladii perdidit et[h] sic civitatem liberavit. Pisani vero devicti et confusi primo Neapolim postea Pisas redierunt. Rex autem Rogerius vir discretus et providus qui in agendis suis negociis magis consilio quam viribus utebatur, nunc in Terra Laboris nunc in Apulia inimicos suos viriliter inpugnabat et quosdam[i] eorum minis et terroribus, quosdam vero beneficiis et promissis ad suam amiciciam attraebat[k]. Robbertus vero Capuanus princeps et comes Raydulfus et quidam alii[l] de baronibus cognoscentes quod regi Rogerio resistere non valerent, ad Lotharii imperatoris Teutonici auxilium confugerunt[m] [6] ipsum humiliter[n] postulantes ut eis ammissas terras restitueret ascerentes[o] Apuliam et Siciliam ad ius sui imperii pertinere. Rex autem Rogerius postquam inimicos et rebelles suos a regno repulit[p] et fugavit, totam terram in pace et tranquillitate
poscedit preter Neapolim quam expugnare non potuit[7]. Hic autem cum esset comes et 7
iuvenis Albiriam[q] filiam regis Yspanie[r] duxit uxorem ex qua plures liberos habuit, Rogerium quem Apulie ducem instituit, Tancredum quem Tarenti principem fecit, Anfusium quem Capue principem ordinavit, Guillelmum et Henricum. Habuit etiam de predicta uxore filiam unam.

Interea Innocencius papa in Francia aliquantulum demoratus Alamanniam venit et ab 1131.
imperatore Lothario et ab universis principibus eius cum summa est gloria et devocione Mart 22.
susceptus[8]. Imperator autem tum[s] predicti pape suggestione et ammonicione continua,
tum exulum Apulie precibus et miseratione commotus cum magno exercitu Italiam intravit 1136.
et per partes Ancone simul cum papa Innocencio in Apuliam venit, Robbertum vero Ca- 1137.
puanum principem cum comite Raydulfo et aliis exulibus et quadam[t] parte sui exercitus Mai.
Terram Laboris intrare iussit, galeas eciam Pisanorum in eorum auxilio venire precepit. Imperator autem totam Apuliam, resistente sibi nemine, occupavit. Rex vero Rogerius cognoscens quod imperatori resistere non valeret, eo quod barones eius et civitates pro maiori parte ab ipso recesserant[u], civitates et castra sua forcia premunivit; ipse vero cum

a) Cafalim 3. b) vero Cap. *in loco raso* 3. c) receptart 3. d) ducem 1. e) *in margine recentiore manu scriptum est* quo tempore fuerat capta amalfia a pisanis 3. f) Q. a. *bis in* 3. *scripta.* g) tr̄a 1. 3. h) multos — perdidit et *desunt* 3. i) quodam *prima manus, altera supra lineam addidit* s 3. k) attrahebat 1. l) *prius* aliis, *rad. corr.* 3; *deest* 1. m) confugerū *prius, pallido atramento* t *add.* 3. n) hmilit' *prius, pallido atramento* u *superscript.* 3. o) asserentes 1. p) expulit 1. q) Albyriam 1. r) Hispanie 1. s) tam 1. t) et cum quadam 1. u) parte recess. ab ipso 1.

1) Falc. Ben. l. c. 112: *Rogerius praecepit pontem ligneum frangi, qui super flumen Sarnum positus antiquitus erat, ubi Scafati nominatur.* Ann. Cavens. 1132: *apud Scifatum flumen.* 2) Falc. Ben. ad a. 1133. l. c. p. 116: *Tancredum de Conversano virum mirabilem custodiri mandavit, et sicut audivimus apud Siciliam captivus perducitur.* 3) v. Ann. Cav. 1134: *Cepit idem Capuam, Aversam, Nuceriam.* 4) Falc. Ben. ad a. 1134. p. 119: *Unde princeps ipse dolore commotus, Neapolim properans Pisas transfretavit.* — — *Princeps praeterea Capuae a papa Innocentio qui Pisis aderat honorifice suscipitur et ibi usque ad mensem Martium permansit.* 5) Consentit Alex. Teles. III, 24. 6) Falc. Ben. ad a. 1135. p. 120: *Cumque Robertus princeps Pisas reverteretur, consilio domini papae Innocentii simul cum domino Girardo cardinali et Riccardo comitis Rainulphi germano ad gloriosum Lotharium imperatorem festinavit.* 7) v. Falc. Ben. ad a. 1136. p. 120. 8) Leodii.

1137. exercitu suo una dieta aut multum duabus post imperatorem veniens civitates et castella que imperator ceperat expugnabat et frequentes nuncios in exercitum[a] imperatoris mittens, principes eius promissionibus et muneribus ad suum amorem et gratiam attrahebat. Ca-
Iul. puanus vero princeps cum comite Raidulfo[b] Terram Laboris ingressus, eam et ducatum Amalfie potenter optinuit et cum magno exercitu militum et galeis Pisanorum Salernum
Iul. 18. veniens eam obsedit. Salernitani autem cives qui de antiquo suis dominis fideles extiterant, in fidelitate solita perdurantes firmiter[c], eis viriliter restiterunt. Erat tunc Salerni[d] regis Rogerii[d] cancellarius cum milicia regia et baronibus plurimis, qui simul cum Salerni[e] civibus in exercitu principis et Pisanorum insultum sepius facientes eos viriliter inpugnabant. Cumque civitas ab eis fere unius mensis spacio esset obsessa et ab eis non posset modo aliquo expugnari, novissime imperator ab Apulia vocatus cum apostolico et suo
Aug. exercitu super eam venit. Robbertus autem cancellarius, vir magni consilii et discretus, metuens ne si forte civitas per violenciam ab imperatore caperetur, regi Rogerio inrecuperabile dampnum accideret, habito baronum consilio, Salernitanis civibus ex parte regis precepit ut cum imperatore concordiam facerent et se et regis miliciam que in civitate erat a periculo liberarent. Cives vero eius preceptis obtemperantes pacem cum imperatore
10 fecerunt[10] et data de suis imperatori magna pecunia, quadringentos milites qui in civitate fuerant, ad regem Rogerium cum rebus suis illesos abire fecerunt. Cancellarius autem cum baronibus et quibusdam militibus se in Turrim maiorem recepit[11]. Facta autem pace, Pisani utpote superbi et elati ceperunt iniurias et molestias civibus Salernitanis inferre. Qui eorum superbiam non ferentes, accipientes arma in eos irruerunt, et maximum castrum ligneum, quod ad expugnationem civitatis fecerant, eis presentibus, combusserunt[12]. Unde Pisani in iram commoti ab imperatore, qui eis super hoc auxilium non prestiterat, recesserunt et postmodum sunt cum rege Rogerio concordati. Imperator vero civitate potitus, acceptis ab eis pro pecunia obsidibus, a civitate recedens, apud Sanctum
Aug. exeunt. Severinum[13] sua castra locavit, ibique habito apostolici et baronum consilio, comitem Raydulfum ducem Apulie ordinare disposuit. Propter quod[f] inter apostolicum[f] et imperatorem magna[g] contentio est oborta[g*]. Apostolicus enim ascerebat investituram ducatus Apulie ad ius Romani pontificis pertinere et hoc a suis predecessoribus fuisse iam longo tempore firmiter observatum. Imperator e contrario affirmabat[h], hoc ad ius pertinere imperii, et ducatum Apulie debere auctoritate imperatoria ordinari. Set quia uterque in procinctu erat itineris, et deficientibus ad presens utriusque partis instrumentis et rationibus, controversia hec ad plenum difiniri non poterat, communi consensu ad hunc finem concordie devenerunt: ut apostolicus et imperator per vexillum comitem Raidulfum de ducatu Apulie investirent, et postmodum habita oportunitate loci et temporis, utriusque partis allegationibus plenius exhibitis et ostensis[i], hec controversia mediante iustitia finiretur. Quod et factum est, nam apostolicus accepto vexillo a superiori parte, imperator ab inferiori, comitem Raidulfum de ducatu Apulie investierunt[14]. Quo facto imperator in
Nov. Alamaniam rediit. Innocencius vero Romam intravit et a Frangentibus-panem et quibusdam
Oct. aliis nobilibus honorifice susceptus[k] est. Anacletus vero non multo post diem clausit extremum[15]. Rex autem Rogerius audiens apostolicum et imperatorem recessisce, receptis eciam suis quadringentis militibus qui a Salerno[l] venerant, forcior effectus festinus Salernum venit et a Salernitanis civibus cum summa est devocione susceptus. Nec moram, Nuceriam obsedit expugnavit et destruxit, totam Terram Laboris potenter optinuit, Capuam in ore gladii cepit et concremavit. Tunc cum Sergio magistro militum Neapolitanorum concordatus est et eum secum in expedicionem[m] duxit. Dehinc acies suas versus Apuliam dirigens totam terram Beneventanam et Capitinatam recuperavit. Quo audito, comes

a) exercitu 3. b) Raydulfo 1. c) firm. perdur. 1. d) Salernum Robertus regis Rogerii 1. e) Salernitanis 1. f) quod imperatore et apostolicum 3. g) maxima 1. g*) aborta *codd.* h) afirmabat 3. i) hostensis 3. k) receptus 1. 2. l) *prius scriptum erat* ad Salernum *partim radendo partim supplendo pallido atramento corr.* 3. m) expeditione 1.

10) Ante diem 15. Aug., quam diem sc. assumptionem sanctae Mariae imperator illic teste Annal. Sax. ad a. 1137. (M. G. VI, 775) celebrabat. 11) v. Falc. Ben. ad a. 1137. l. c. p. 122: *Quidam vero militum eorum, securitate accepta, licentiam exeundi impetrarunt, quidam vero et praedicti Rogerii proceres ad turrem maiorem, quae super civitatem erat confugerunt.* 12) v. Falc. Ben. ad a. 1137. l. c. p. 122. 13) S. Severino. Consentit Annal. Sax. ad a. 1137. M. G. SS. VI, 775. 14) cf. Otto Fris. VII, 20. 15) d. 11. m. Ianuar. 1138. Beneventi.

Raydulfus, qui se ducem vocari faciebat, congregato exercitu militum, cum infinita multi- 1137.
tudine maritimarum civitatum apud Ranianum ei potenter occurrit. Cumque de pace inter
eos componenda, mediante Bernardo[a] Clarevallensi abbate, diucius esset[b] tractatum nec
potuisset, peccatis exigentibus, consumari, bellum inter eos validum est exortum. Dux Oct. 30.
autem Rogerius filius[c] predicti regis, qui in acie[d] percussoria fuerat, oppositas sibi acies
viriliter expugnavit et Sipontum usque fugavit. Rex vero, qui in magna et[e] postrema acie
fuerat, lassescentibus militibus, in fugam conversus est, et tunc multa milia hominum
capta sunt et occisa. Sergius quoque magister militum Neapolitanorum gladio[f] percussus
occubuit. Rex vero tota nocte[g] equitans Salernum venit et ab eiusdem urbis civibus more
solito est reverenter exceptus. Qui in ea civitate aliquantulum demoratus[h], civitates suas
et castella militibus et peditibus premunivit. Tunc Guillelmus natione Ravennas et electus
Capue, in Salernitana ecclesia est electus. Deinde recepta Neapolim et dispositis et ordi-
natis partibus regionis illius, cum Rogerio duce et Tancredo principe filiis suis in Siciliam
est reversus. Adveniente autem estate per mare et per terram cum magno exercitu in 1138
Terram Laboris venit. Papa vero Innocencius, mortuo Anacleto dominio Urbis potitus,
magnum exercitum de Romanis et Campaninis[i] congregavit, et terram regis ingressus, 1139.
Sanctum Germanum et pene totam terram sancti Benedicti occupavit, et Gallucium[k] Iun. 2. 6.
castrum obsedit. Quod audiens rex Rogerius Rogerium filium suum ducem Apulie contra
eum cum magno exercitu misit. Qui veniens castrum[l] obsidione liberavit, Romanos de-
vicit, domnum papam et multos cum eo nobiles Romanos cepit. Quem rex e vestigio pro- Iul. 22.
secutus, ad pedes domni pape voluit humiliter[m] satis accedere. Set ipse utpote vir con-
stans et rigidus eum primo recipere noluit. Tandem discurrentibus inter eos nunciis et de
pace componenda tractantibus, domnus papa habito consilio cardinalium propter multos
cives Romanos, qui cum eo capti fuerant, regem in gracia sua[n] recepit, et recepto ab eo Iul. 25.
sacramento et hominio, ipsum per vexillum de regno Sicilie et ducatu Apulie investivit[16].
Eo tempore comes Raidulfus, qui dux dicebatur, occasione flebotomie[o], Troie mortuus est. Apr. 30.
Tunc etiam Vesevus mons emisit pulverem ferruginei coloris et subrubei in tanta[p] copia, Mai. 29.
quod usque Neapolim et Capuam et Salernum pervenit. Rex autem Innocencium papam satis
honorifice Beneventum usque deduxit, et accepta ab[q] eo licencia, Troiam venit et eam recepit. Aug. 1.
Postmodum Barum obsedit, que post longam[r] obsidionem[17] se ei reddidit. Et tunc Iaquin- Aug. Sept.
tum, qui se principem Barensium vocari faciebat et multos alios suspendi fecit[s]. Riccardus
etiam de Claromonte ibi occisus est, Alexander vero frater eius in Romaniam recessit.
Sicque potentissimus rex Rogerius, inimicis et proditoribus suis superatis pariter et de-
structis, cum triumpho et gloria in Siciliam rediit, et regnum suum in summa pace et Nov. 5.
tranquillitate possedit. Papa vero Innocencius Romam rediit[18] et eam in pace et tranquilli- 18
tate tenuit. Non multo post tempore Lotharius Theotonicorum imperator obiit et ei Cor- Dec. 3. 1137.
radus in imperio successit. Similiter et Lodovicus rex Francorum mortuus est et ei Lodo-
vicus[19] filius eius in regno successit. Rex autem Rogerius in regno suo perfecte pacis
tranquillitate potitus, pro conservanda pace camerarios et iusticiarios per totam terram
instituit, leges a se noviter conditas promulgavit[20], malas consuetudines de medio abstulit.
Et quia cor magnificum et dominandi animum semper habuit, dominio Sicilie et Apulie
nequaquam contentus, maximum navalem preparavit exercitum, quem cum multis mili-
tibus in Africam[t] mittens, ipsam cepit et tenuit. Susas Bonam Capsim Sfaxim[21] et 1146

a) bernaldo 1. b) esse 3. c) *in loco raso* 3. d) qui nacie 3. e) ac 1. 2. f) *huius verbi litterae* dio *in loco raso* 3. g) *huius verbi littera* e *alia manu in loco raso est posita* 3. h) moratus 1. 2. i) Campanulis 2. k) Galluzum 1. 2. l) *add.* 1. 2. ab. m) humit' 3. n) gratiam suam 2. o) flebothomie 1. p) tantum 3. q) hab 3. r) longa 3. s) suspendio fecit mori 2. t) *in margine recentiore manu scriptum est:* quas terras habuit rex Rogerius in Africa 3.

16) Epistolam papae ad Rogerium de investitura eiusque inde susceptis officiis die 27. Iul. in territorio Marianensi directam exhibet Baronius Annal. eccl. ad a. 1139 (ed. Rom. XII, 284). 17) v. Annal. Seligenstad. M. G. XVII, 32: *Barim vero per duos et eo amplius menses obsidens, tandem pacto recepit eam.* 18) cf. Falc. Benev. ad a. 1139 l. c. p. 130: *praedictus apostolicus a Romanis saepe vocatus, secundo die stante mensis Septembris* (i. e. 29. Sept.) *iter arripuit et Domino favente Romam repedavit.* Die 3. m. Oct. iam Romae est. 19) VII. 20) Leges a Rogerio promulgatas Iohannes Merkel vir beatae memoriae in cod. Vaticano invenit atque edidit in libro suo: *Iohannis Merkelii i. u. doctoris, antecessoris Halensis Commentatio qua iuris Siculi sive assisarum regum regni Siciliae fragmenta ex codd. mss. proponuntur. Halis* 1856. 21) Susa, Bona, Cabes, Sfax.

1146. Tripolim[22] expugnavit et sibi tributarias reddidit. Cum rege Babilonie pacem ad honorem
suum et comodum fecit. Eo tempore Caloiohannes imperator Constantinopolitanus sagitta
1143. Apr. tossicata lesus apud Antiochiam obiit, cui Emanuel[a] filius eius in imperio successit. Hic
autem ad regem Rogerium legatos[23] de parentela inter eos componenda mandavit. Rex
autem pro hac causa perficienda honorabiles legatos ad imperatorem misit, qui eos verbis
suis more solito diucius detinuit, et postmodum in carcere retrudi fecit. Unde rex in-
1147. dignatus apud Idrontum[b] galeas et naves plurimas preparari fecit et eas cum comitibus et
multa milicia[c] in Romaniam misit. Qui venientes Corpho et multas alias insulas depopu-
24 lati sunt, Corinthum vero et Stipham[24] ceperunt in ore[d] gladii, et eos expoliantes pecuniam
multam et pannos sericos inde asportaverunt. Alio quoque tempore predictus rex Rogerius
misit Salernum ammiratum suum cum stolio suo in Romaniam, qui invenit maximum stolium
imperatoris apud Capud Malee, et ibi viriliter pugnavit, Grecos devicit, et Angelum De-
spoti, magistrum stolii et consanguineum imperatoris, cum multis aliis captivos in Siciliam
duxit. Interea Innocencius papa Rome mortuus est et sepultus est[e] apud Lateranum anno
1143. Sept. 24. pontificatus sui decimoquarto, anno vero[f] dominice incarnationis 1144. indictione 9.[g] Huic
Sept. 26. successit Guido natione Tuscus, prius presbiter cardinalis[25], qui et Celestinus secundus
vocatus est. Hic concordiam que inter Innocencium papam et regem Rogerium facta est,
ratam habere noluit, set eam revocavit in dubium. Mortuus est autem sexto mense ponti-
1144. Mart. 8. ficatus sui. Cui successit Gyrardus[h] natione Bononiensis prius presbyter cardinalis Sancte
Crucis et cancellarius, qui et Lucius secundus appellatus est. Audiens autem rex Rogerius
promocionem Lucii pape, gavisus est valde, eo quod compater et amicus eius extiterat.
Qui statim missis nunciis suis predicto pape per mare usque Gaietam veniens, ei apud
Iun. Ceperanum[i] occurrit. Cumque de pace inter eos componenda diu tractatum esset, re-
pugnantibus cardinalibus concordari non potuerunt[26]. Quare rex indignatus in Siciliam
rediit. Rogerius vero dux Apulie filius eius ex mandato regis[k] cum magno exercitu Cam-
paniam ingressus, eam usque Ferentum depopulatus est et cepit, et sic in Apuliam rediit.
Lucius autem papa ad Urbem regressus est. Non multo autem post populus Romanus
contra voluntatem eiusdem papae Iordanum filium Petri Leonis in patricium promovit et
senatores de novo in Urbe creavit[27]. Mortuus est autem Lucius papa mense pontificatus
1145. Febr. 15. sui undecimo, anno ab incarnatione Domini 1145. indictione 10. Huic successit Bernardus
natione Pisanus, prius monachus Clarevallensis et abbas Sancti Anastasii, deinde presbyter
cardinalis, qui Eugenius tercius est appellatus. Hic propter tumultum senatorum et populi
Febr. 18. de Urbe egrediens apud Farfense monasterium sollempniter est consecratus. Dehinc in[l]
1147. Galliam proficiscens a Lodovico[m] iuniore rege Francorum et tota Gallicana ecclesia hono-
1148. Mart. 21. rifice est receptus. Hic Remis generale concilium celebravit. Eo autem tempore Corradus
1147. rex Teutonicorum cum magna multitudine militum et peditum Ierusolimam[n] proficiscens
Constantinopolim venit, et ab Emanuele imperatore tum timore, tum quia cognatam eius
in uxorem duxerat[28], honorifice est receptus. Imperator autem[o] predicto regi Corrado
more Greco se satis humanum et benignum exhibuit, munera multa contulit, promittens
se illi ducatum itineris et victui necessaria prebiturum. Postquam vero rex Corradus Bra-
chium sancti Georgii cum suo exercitu transfretavit, ut dicitur suggestione et mandato
imperatoris, illi et exercitui eius victualia sunt subtracta. Quare deficiente alimonia exer-
citus cepit deficere et lassescere[p]. Turchi autem hoc comperto super eos viriliter irruerunt,
et debilitatos fame et labore itineris Theotonicos expugnaverunt, multos eorum in hore[29]
gladii trucidantes, multos in servitutem miseram redigentes. Imperator autem ammissa
maiori parte exercitus[q], vix cum paucis Ierusolimam venit. Lodovicus autem[r] rex Francorum

a) emanuhel 1. b) Ydrontum 1. c) *prius script. erat:* multas milicias, *radendo corr.* 3. d) hore 3. e) est *deest* 1. 2. f) *deest* 1. g) VIII 2. h) Girardus 1. i) Cepparanum 1. k) regi 3. l) *bis in cod. scriptum* 3. m) llodovico 3. n) *sic prima manu, tum corr. alio atramento in* Ierosolimam 3. o) *deest* 2. p) lascessere 1. q) exercitus *recentiori manu et pallido atramento supra lin. add.* 3. r) vero 1.

22) Consentiunt Roberti de Monte Chron. Mon. Germ. SS. V, 497, v. Di Meo X, 145, et Ann. Cass. supra p. 310. 23) Basilium Sclerum; v. Wilken l. c. p. 555. 24) Annal. Cavens. *Estivam.* 25) tit. S. Marci. 26) vide epist. papae ad Petrum abbat. Cluniacensem, apud Mansi XXI, 608, ubi leguntur haec: *Ad colloquium regis Siciliae condescendimus et, quia ad honorem Dei et ecclesiae suae firmam pacem cum eo facere non potuimus, instanti tamen ipsius violentia nos cogente, treugam cum eo composuimus.* 27) v. Otton. Frising. chron. VII, 31. 28) Bertham de Sulzbach (Irenem dictam), sororem imperatricis Gertrudis. 29) i. e. ore.

cum magno exercitu militum et peditum predictum regem Corradum eodem anno et eodem
itinere prosecutus, ab Emanuele imperatore simili modo receptus est et deceptus. Nam
postquam Brachium sancti Georgii pertransiit, cum ex larga promissione[a] imperatoris cre-
deret sibi et exercitui suo victui necessaria reperturum, deficiente alimonia[b], magnam
partem sui exercitus partim fame partim bello ammisit, et Ierusolimam cum pauco[c] exer-
citu vix pervenit. Sicque factum est, quod peccatis exigentibus suggestione Graecorum et
malicia, duo adeo potentes et nobiles principes, amisso exercitu parum boni ad honorem
nominis christiani perficere potuerunt. Qui Ierusolimam causa orationis aliquantulum sunt
demorati; dehinc Corradus per Constantinopolim in Alamanniam rediit, rex autem Francie 1148.
per Apuliam ad propria remeavit. Quem rex Rogerius satis officiose suscepit[30], equitaturas
multas et munera plurima contulit, et eum per terram suam honorifice conduci precepit.
Papa vero[d] Eugenius postquam in Francia aliquantulum est demoratus, Ytaliam repetens 1149.
apud Tusculanum se recepit, et congregata milicia, Romanos sibi inobedientes iussit con- Apr.
stringere et expugnare. Rex autem Rogerius, cognito predicti pape adventu, legatos suos Nov.
ad eum misit, et partem militum suorum ad eius servicium delegavit. Cum autem pre-
dictus papa apud Tusculanum moraretur, rex Francie ab Ierusolimis rediens ad eum venit.
Qui memor beneficii et honoris sibi in Francia ab illo collati, eum prout decuit cum reverencia
magna et honore suscepit, dona multa optulit, et in pace ad propria redire permisit. Rex
autem Rogerius archiepiscopos et episcopos terre sue iussit consecrari a papa Eugenio;
frequenter legatos ad eum de pace componenda transmisit, sed impetrare non potuit. Sed
quia, ut ait scriptura, *quem diligit Dominus, corripit et flagellat omnem filium quem recipit*,
postquam Deus omnipotens regem Rogerium[e] multis prosperis[f] successibus extulit et ex-
altavit, ne succedencia prospera animum eius plus iusto extollerent et in superbiam ele-
varent, eum quarumdam adversitatum flagellis paterna miseratione corripuit. Nam primo
Albidia illustris regina uxor eius, ex qua tot filios habuerat, mortua est, et filia eius. Post
hec Tarentinus princeps[31] et[g] Anfusus Capuanorum princeps[g 32] et Henricus mortui sunt. 36
Novissime autem Rogerius dux Apulie, primogenitus eius, mortuus est anno Domini 1149. 1148. Mai. 2.
indictione 12, vir quidem speciosus et miles strenuus, pius benignus misericors et a suo
populo multum dilectus. Rex autem Rogerius tot flagellis aflictus[h] constanti animo pii
patris flagella sustinuit, et sic se medium inter prospera et adversa exhibuit, ut[h*] nec eum
prospera plus iusto erigerent nec adversa penitus inclinarent. Nam licet multiplici dolorum
stimulo perurgeretur in animo, foris tamen consolatoriam speciem et doloris temperanciam
pretendebat in vultu, et in sua consolatione regno suo consolationem tribuit et inimicis suis
insultandi materiam denegavit[i]. Et quia solum Guillelmum Capuanorum principem habebat
superstitem, veritus ne eundem condicione humane fragilitatis ammitteret, Sibiliam soro-
rem ducis[33] Burgundie duxit uxorem, que non multo post Salerni[k] mortua est, et apud
Caveam est sepulta. Tercio Beatricem filiam comitis de Reteste in uxorem accepit, de 1150.
qua filiam habuit, quam Constantiam appellavit. Biennio autem antequam moreretur, Guil-
lelmum filium suum Capuanorum principem in regem Sicilie fecit inungi et secum iussit
pariter conregnare. — Interea Eugenius papa apud Tusculanum aliquanto tempore de-
moratus, pacem cum Romanis fecit, et a senatoribus et ab[l] universo populo Romano cum 1152.
summo est honore susceptus[34]. Hic autem adeo universum populum sibi[m] beneficiis et Dec. 9.
elemosinis alligavit, quod bene pro maiori parte Urbem poterat pro sua voluntate dispo-
nere; et nisi esset mors emula, que illum cito de medio rapuit, senatores noviter procreatos
populi amminiculo usurpata dignitate privasset. Eo tempore Corradus Teothonicorum rex 1152. Febr. 15.
mortuus est, et ei Fredericus nepos eius in regno successit. Non multo vero post Eugenius 1153.
papa Rome mortuus est, et apud[n] Sanctum Petrum est sepultus, anno pontificatus sui .....[o] Iul. 8.
Huic successit Corradus natione Romanus, senex et plenus dierum, prius presbiter

a) promissionem 3. b) alimoniam 3. c) paulo 1. d) *in loco raso alia manu* 3. e) rex Rog̃ 3. f) p̱ꝓpis 3. g) et — princeps *des.* 2. h) fflagett 3. h*) *excidit in c.* i) *prima manu scripsit ut videtur* debegavit, *radendo et pallido atramento supplendo corr.* 3. k) Saler 3; Salernum 1. l) *deest* 2. 3. m) populum Romanum sibi 2. n) ad 1. o) *locus vacuus relictus* 3. *et* 1. *et* 2. *annorum numeri desunt.*

30) apud Potentiam v. Ann. Cassin. 31) Tancredus. 32) Sec. Ann. Cass. a. 1144. mortuus est. 33) Ottonis II. filiam Hugonis II. 34) Ann. Cass. ad a. 1152. supra pag. 310. Eugenius papa cum Romanis paciscens Romam reversus est 5. Id. Dec. Ann. Ceccan. 1152. supra pag. 284. Eugenius papa reversus est Romam 8. Id. Septembr.

cardinalis deinde episcopus Savinensis et vicarius Romane ecclesie, qui et Anastasius[35] est appellatus, anno dominice incarnationis millesimo ......[a].

Interea rex Rogerius, qui tempore pacis et belli ociosus esse nescivit, regni sui pace et tranquillitate potitus, Panormi palacium satis pulcrum iussit edificari, in quo fecit capellam miro lapide tabulatam, quam etiam deaurata testudine cooperuit, et ornamentis variis ditavit pariter et ornavit. Et ne tanto viro aquarum et terre delicie tempore ullo deessent, in loco, qui[b] Fabara dicitur, terra multa fossa pariter et effossa, pulcrum fecit bivarium, 36 in quo pisses[36] diversorum generum de variis regionibus adductos iussit inmitti. Fecit etiam iuxta ipsum bivarium, pulcrum satis et speciosum edificari palacium[c]. Quosdam[d] autem montes et nemora, que sunt circa Panormum, muro fecit lapideo circumcludi et parcum deliciosum satis et amenum diversis arboribus insitum et plantatum construi iussit, et in eo damas capreeolos porcos silvestres iussit includi. Fecit et in hoc parco palatium ad quod aquam de fonte lucidissimo per conductus subterraneos iussit adduci.

Sic vir sapiens et discretus predictis deliciis, prout temporis expetebat qualitas, utebatur; nam in hyeme et quadragesimali tempore pro copia piscium in Fabare palatio morabatur; in estate vero apud parcum estivi caloris temperabat incendium, et animum diversis curis et sollicitudinibus fatigatum, venationis usu mediocri quodammodo[e] relevabat. Quamvis autem predictus rex, sapiencia ingenio et plurima discrecione polleret, tamen sapientes viros diversorum ordinum et e diversis mundi partibus evocatos, suo faciebat consilio interesse. Nam Georgium virum utique maturum sapientem providum et discretum, ab Antiochia adductum, magnum constituit ammiratum, cuius consilio et prudencia[f] in[g] mari et terra victorias multas optinuit. Guarinum et Robbertum clericos litteratos et providos per successionem temporum cancellarios ordinavit. Et si quos probos et sapientes viros, sive de terra sua sive aliunde genitos, laicos seu clericos invenire poterat, sibi adherere iubebat, et prout cuiusque exigebat condicio, eos diversis[h] honoribus et diviciis exaltabat. Novissime Maionem iuvenem de Baro oriundum, virum utique facundum satis providum et discretum, primo scriniarium, dehinc vicecancellarium, postremo cancellarium fecit. De novo multos in regno suo comites ordinavit, civitatem Cephaludium ipse fecit edificari, in qua ecclesiam sancti Salvatoris pulcram satis et speciosam suis sumptibus fecit construi, cui civitatem optulit et eius servicio deputavit.*

* Ut[i] autem universus mundus evidenter agnoscat, qualiter rex Rogerius tota fuerit intencione catholicus, qualiter christiane fidei zelo et fervore succensus, subsequentis operis testimonium declarabit. Rex Rogerius quendam eunuchum habuit Philippum[k] nomine, qui pro sui probitate servicii ei gratus[l] erat admodum et acceptus. Et quia ipsum in agendis suis fidelem et negociorum suorum idoneum exsecutorem invenerat, universo hunc prefecit palatio, et totius domus sue statuit esse magistrum. Qui sic per incrementa temporum in eius gratia et 1146. amore profecit, quod illum stolii sui ammiratum esse disposuit et cum eodem Bonam misit, quam[m] in ore gladii cepit et spoliavit, et cum triumpho et gloria in Siciliam rediit. Sed quia conditori suo de collatis beneficiis ingratus extitit, et regi celesti malum pro bono rependit, merito terreni regis iram et indignationem incurrit. Hic enim sub clamide christiani nominis diaboli militem gerebat absconditum, et cum specie[n] tenus se esse christianum ostenderet, totus erat mente et opere Sarracenus; christianos oderat, paganos plurimum diligebat, Dei ecclesias invitus intrabat, sinagogas malignancium visitabat frequencius, et eis oleum ad concinnanda luminaria et que erant necessaria ministrabat. Christianas tradiciones penitus respuens, in diebus Veneris et quadragesime carnes comedere non cessabat; nuncios suos cum oblationibus ad sepulcrum Magumeth miserat, et se sacerdotum loci illius orationibus plurimum commendaverat. Cum autem hec et alia illius scelera, que sub umbra christiani nominis palliabat, ad aures regis Rogerii pervenissent, usus zelo Dei, set[o] secundum suam scienciam fecit illum de prenominatis criminibus in sua curia conveniri. Cumque ille de regis gratia et amore confisus, accusatoribus suis viriliter responderet et que sibi obiecta fuerant, tamquam falsa penitus denegaret, operante divina iusticia, accusatores ea, que dixerant vera esse fidelium hominum testimonio comprobarunt. Philippus autem convictum se esse considerans, regis iusticiam metuens, cepit veniam petere et regis misericordiam postulare, et de cetero futurum se esse christianum catholicum repromittere. Tunc rex fidei flamma succensus, prorumpens in lacrimas, ait: *Noscat vestra fidelitas*[p]*, dilectissimi, quod animus meus maximo*

a) Anno — ... *des.* 3, *ubi locus rubricatori vacuus est relictus.* b) qua 1. c) pulcrum satis edificare palatium et speciosum *prius, sed signis superpositis vera lectio restituta est* 3. d) quodam 3. e) quem ammodo 3. f) *prius* puidencia, *eadem manu corr.* 3. g) *deest* 3. h) eos ex diversis 3. i) Unde 3. k) phit̄ 3. l) gracius 3. m) *pallido atramento supra lineam add.* 3. n) spē 3. o) sic 2. p) s *pallido atramento supra lineam add.* 3.

35) IV. 36) i. e. pisces.

Circa finem autem vitae suae secularibus negociis aliquantulum postpositis et ommissis, Iudeos et Sarracenos ad fidem Christi convertere modis omnibus laborabat, et conversis dona plurima et necessaria[a] conferebat. Ecclesiam etiam sancti Nicolay de Messana cum maiori parte suorum sumptuum edificari iussit, licet suo tempore non potuerit consumari. Hic etiam ad memoriam nominis sui in Salerno tabulam argenteam suis expensis factam, ante altare beati Mathei fecit apponi, et quociens Salernum a Sicilia veniebat, de more Salernitane ecclesie unum vel duo pallia offerebat. Set quia[b] negatum est summis stare diu, [cf Lucan Phars. I, 70] tocius regni sui peccatis exigentibus, gloriosissimus rex Rogerius post tot victorias et triumphos apud Panormum febre mortuus est, et sepultus in archiepiscopatu eiusdem civitatis, anno vite sue quinquagesimo octavo, mensibus duobus, diebus quinque, 27. die mensis Februarii, anno regni sui 24, anni Domini 1152.[c] [1154. Febr. 27.] Fuit autem rex Rogerius statura grandis, corpulentus, facie leonina, voce subrauca, sapiens, providus, discretus, subtilis ingenio, magnus[d] consilio, magis utens racione quam viribus. In acquirenda peccunia multum sollicitus, in expendenda non plurimum largus, in publico ferus, in privato benignus, fidelibus suis honores et premia largiens, infidelibus contumelias et supplicia inferens. Erat suis subditis plus terribilis quam dilectus, Grecis et Sarracenis formidini et timori.

Defuncto autem rege Rogerio, Wilhelmus filius eius, qui cum patre duobus annis et mensibus decem regnaverat, illi in regni amministratione successit. Hic autem post mortem patris convocatis magnatibus regni sui, proximo pascha est sollempniter coronatus, [Apr. 4.] cui curie Robbertus de Basavilla comes de Conversano consobrinus frater eiusdem regis[e] interfuit. Huic rex Wilhelmus comitatum de Lauritello concessit et eum in Apuliam[f] cum honore emisit. Postmodum Maionem cancellarium magnum ammiratum constituit, cuius consilio et providencia regni sui negocia precipue pertractabat[37].

Interea circa nativitatem Domini Anastasius papa mortuus est anno millesimo ......[g] [Dec. 3.] Cui[h] successit Nicolaus natione Anglicus, prius canonicus regularis et abbas Sancti Rufi[38], et post[i] Albanensis episcopus, qui et Adrianus quartus est appellatus. Quo audito, rex Wilhelmus nuncios ad eum de pace componenda transmisit, set optinere non potuit. [1155. Febr. Mart.] Postmodum circa quadragesimam rex Salernum venit et ibi[k] usque ad pascha est demoratus[k].

dolore compungitur, et magnis iracundie[l] *stimulis agitatur, quia hic minister meus, quem a puero enutrieram ut catholicum, peccatis suis exigentibus, inventus est Sarracenus, et Sarracenus et sub nomine fidei opera infidelitatis exercuit. Et quidem si maiestatem nostram in rebus aliis offendisset, si thesauri nostri partem licet maxima exportasset, servicii sui recolenda memoria pro certo apud nos promereretur veniam, et gratiam impetrasset. Set quia in facto suo principaliter*[m] *offendit Deum, et aliis peccandi materiam prebuit et exemplum, nostre*[n] *fidei iniuriam et christiane religionis offensam proprio filio non remitterem nec cuilibet proximo relaxarem. In hoc facto totus mundus addiscat, quod christianam fidem tota*[o] *affectione diligo et eius iniuriam etiam in ministros meos vindicare non cesso. Exurgant igitur leges, et nostra iura ense equitatis armentur, et inimicum fidei iusticie gladio feriant, et per hoc infidelibus laqueum terroris inducant.* Tunc comites iusticiarii barones et iudices qui ibi aderant, iustum regis animum adtendentes, tracti in partem, diu comunicato consilio, sententiam dictavere dicentes[p]: *Philippum, christiani nominis delusorem et sub velamento fidei opera infidelitatis agentem*[q], *flammis ultricibus decrevimus concremandum, ut qui ignem caritatis habere noluit, ignem combustionis incurrat, et nequissimi hominis reliquie nulle remaneant, sed conversus in cineres ab igne temporali ad ignem eternum perpetuo arsurus accedat.* Tunc maudantibus iusticiariis, equi indomiti pedibus alligatus usque ad calcariam, que ante palatium erat, est violenter attractus, dehinc ab equi pedibus dissolutus in flammarum medio iactatus est et repente combustus. Alii autem sue iniquitatis complices et consortes capitalem subiere[r] sentenciam. In hoc igitur facto manifestius elucessit, quod rex Rogerius fuit princeps christianissimus et catholicus, qui pro iniuria fidei vindicanda camerario et nutrito proprio non pepercit, set pro eius honore et gloria incendio tradidit illum.

a) et necess. *des.* 3. b) *in margine recentiori manu* Ut ait Lucanus 3. c) Anni Dom. 1152. *rubro colore scriptum* 3, 1 *habet* Anno dominice incarnationis MCLII. ind. I, *quae verba etiam rubro colore scripta sunt.* d) s *pallido atramento supra lineam add.* 3. e) regi 3. f) Apulia 3. g) *sic* 1; *totus numerus deest* 2 *et* 3, *in* 3 *tamen duae lineae rubricatori vacuae relictae sunt.* h) Hui 1. i) pos 3. k) ibi usque est demoratus ad pascha 1. l) *prima manus scripsit* racundie, *tum pallido atramento* i *supra lineam add. est* 3. m) ꝑcipaliter *prius*, n *pallido atramento add.* 3. n) exempl. ac nostre 2. o) totam 3. p) *alia manu et pallido atramento supra lineam add.* 3. q) agentes 3. r) *prima manu* subire, *alio atramento superscript. est* e, *ut legendum sit* subiere, 3.

37) v. Di Meo X, 205, ubi diplomata quaedam per Maionis manus data exhibentur. Mores eius perversos fusius describit Hugo Falcandus, Murat. SS. VII, 261. 262. 38) Arelate.

1155. Quo cognito, Adrianus papa Henricum cardinalem Sanctorum Nerei et Acillei ad eum misit, quem rex recipere noluit set Romam redire precepit, eo quod in literis apostolicis, quas regi portabat, papa ipsum non regem, set Wilhelmum dominum Sicilie nominabat. Pro quo facto Adrianus papa et tota Romana curia contra regem turbata est et commota. Rex autem
Mart. 27. celebrata festivitate paschali, Ascittino[a] Catheniensi archidiacono, quem cancelarium fecerat, Apulie amministrationem commisit, et ipse cum ammirato in Siciliam rediit. Cancellarius autem ex mandato eiusdem regis, congregato magno exercitu Beneventum obsedit et eum usque ad menia devastavit. Cives autem eiusdem civitatis eidem viriliter restiterunt et Petrum archiepiscopum, quem pro parte regis suspectum habebant, interfecerunt. Cumque civitas illa aliquanto tempore fuisset obsessa, quidam de baronibus rebelles effecti[b], civitatem ingressi hostibus adheserunt. Alii vero sine licencia relicto exercitu ad propria redierunt. Sicque exercitus divisus est et civitas ab obsidione liberata. Comes autem Robbertus de Lauritello timens ne suggestione ammirati, qui eum habebat odio, a rege caperetur, dolens et invitus a rege recessit. Multi etiam de baronibus Apulie rebelles effecti guerram maximam in Apulia excitaverunt. Quo audito barones Sicilie et ipsi similiter guerram contra regem in Sicilia[c] commoverunt. Rex autem congregato exercitu contra eos venit, qui eum expectare timentes, in Buteria se receperunt, et cum aliquanto tempore eos[d] obsedisset[e], mediante Maione amirato, eis condonavit et in suam gratiam illos re-
39 cepit[39]. Interea estate proxima Fredericus rex Theotonicorum Romam venit, et ab Adriano papa facto illi sacramento, ut moris est in ecclesia beati Petri sollempniter est
Iun. 18. coronatus. Qui cum ante receptam coronam pape promisisset, quod senatores noviter creatos deponeret, Urbem et regalia beati Petri in illius potestate redigeret, post percepcionem coronae circa Urbem aliquantulum demoratus, in Alamanniam rediit[f]. Papa vero sua promissione frustratus, congregato exercitu cum Robberto Capuano principe et Andrea de Rupe-canina Terram Laboris ingressus[40], eam violenter optinuit, et a Bene-
Nov. ex. ventanis[41] est cum honore susceptus[g]. Interea Emanuel Constantinopolitanus imperator, inventa oportunitate, quod de iniuriis sibi a rege Rogerio illatis vindicaret in filium, Paliologo virum quendam nobilem cum multa pecunia ad comitem Robbertum et barones Apulie transmisit, ut de ea milites retinerent, et Guillelmo regi[h] guerram inferrent[42]. Misit eciam Cominiano Sebasto et alios potentes viros cum suo stolio, qui venientes Brundusium ceperunt preter castrum in quo regis milicia se recepit. Barum autem et relique civitates maritime Grecis et comiti Robberto adheserunt. Sicque factum est, quod partim a Robberto Capuano principe, partim a comite Robberto tota terra occupata est preter Neapolim Amalfiam Salernum Troiam et Melfiam et quasdam[i] alias civitates et castra munita. Quo
1156. cognito rex Wilhelmus, prout melius potuit per mare et terram congregavit exercitum, et
Mai. recto itinere Brundusium venit. In quo Sebasto et Cominiano et reliquos potentes Grecorum cum multo exercitu et stolio congregatos invenit, qui castrum Brundusii et gentem regis vehementer inpugnabant. Comes autem Robbertus, adventu regis[k] cognito, Brundusium reliquid et Beneventum se contulit. Rex vero Wilhelmus per mare et per terram
Mai 28. Brundusium potenter obsedit, et per mare et terram viriliter impugnando, in hore gladii debellavit, cepit Grecorum nobiles, et stolium ac[l] pecuniam multam[m], et plures de baronibus et hominibus Apulie[n], qui ei rebelles extiterant, de quibus multos suspendi et excecari fecit. Quo facto Barum venit et eam cepit, et quia Barenses castrum regis destruxerant, rex ira commotus civitatem a fundamentis subvertit. Dehinc per maritimam Apulie veniens[o], omnes civitates maritime[43] cepit, et totam terram quam perdiderat, sine bello recuperavit. Ipse autem recto tramite Beneventum venit, quo inimici et rebelles eius

a) Assitino 1; Ascitinio 2. b) *recentiori manu supra lineam add* 3. c) Siciliam 3. d) seos *prius, rad. corr.* 3. e) obsessisset 1. f) rediit *recentiori manu supra lineam add.* 3. g) receptus 1. h) regis *prius, rad. corr.* 3. i) quasdas 1. k) regi *prius*, s *alia manu supra lineam add.* 3. l) ac *deest* 3. m) pecunia multa 3; *sed supra* pe *recentiori manu posit. est* cũ 3. n) baron. Ap. et hom. 1. o) rediens 1.

39) cf. Hug. Falc. l. c. p. 268. 40) v. Hadriani vitam a Bosone conscriptam (Watterich II. p. 332): *circa festum beati Michaelis* (Sept. 29.) *descendit ad Sanctum Germanum ibique recepta fidelitate et homagio a Roberto principe Capuano et Andrea comite aliisque nobilium illarum partium, praemisit eos ante faciem suam ut praepararent ei viam et prava in directa facerent et aspera in vias planas.* 41) Die 21. m. Nov. Beneventi erat. 42) Praeter ea quae Ioannes Cinnamus l. IV. cap. 2 sqq. his de rebus narrat, cf. Otto Frising. de gestis Frid. I. II, 24 et Hadriani vita auct. Bosone. 43) Secundum Ann. Cas. ceperat totam maritimam a. 1155. comes Robertus de Loritello.

ad auxilium domni pape confugerant. Robbertus vero Capuanorum princeps, dum pre 1156
timore regis vellet aufugere et iam Garilianum fluvium pertransiret, Riccardus de Aquila
comes Fundanus, qui homo eiusdem principis erat, positis insidiis ipsum cepit et regis
baiulis asignavit, sicque sub hoc tempore[a], prodicionis genere, gratiam regis, quam per-
diderat, recuperavit. Rex autem predictum principem incarcerandum in Siciliam trans-
misit. Comitem Robbertum, Andream de Rupe-canina et reliquos inimicos suos, qui Bene-
ventum ad domnum papam confugerant, eiusdem pape precibus liberos et illesos cum
rebus suis de regno exire permisit. Ipse autem multis nunciis intercurrentibus et capitulis
pacis hinc inde dispositis, cum papa concordatus est. Nam Adrianus papa cum cardinalibus Iun.
suis ad ecclesiam sancti Marciani, que prope Calorem fluvium sita est[44], veniens, regem 44
Wilhelmum ad pedes suos humiliter accedentem benigne recepit. Qui facto iuramento, ut
moris erat, liggius homo pape devenit, et papa ipsum[b] per unum vexillum de regno Sicilie,
per aliud de ducatu Apulie, per tercium de principatu Capue investivit[45] Hic autem amore Iul. 10.
regis Wilhelmi, precibus etiam et studio Maionis amirati et Ugonis Panormitani archi-
episcopi interveniente, Agrigentinam et Mazariensem ecclesias, que ad ius Romane ec-
clesie specialiter pertinebant, ecclesie Panormitane subiecit, et earumdem ecclesiarum
episcopos eiusdem ecclesie suffraganeos in perpetuum esse concessit[46]. Quo facto Adrianus
papa in Campaniam rediit. Rex autem plures de inimicis suis de regno expulit, quosdam
in carcere posuit, quosdam in sua gracia et amore recepit. Dehinc Symonem senescalcum,
cognatum Maionis amirati, magistrum capitanium Apulie constituit, ipse vero tanta potitus
victoria, cum ammirato in Siciliam rediit. Non multo post tempore magnum stolium prepa- 1158.
ravit[47], et ipsum cum Stephano ammirato in Romaniam misit. Qui ad Egripum veniens, Iun.
maximum stolium Emanuelis imperatoris ibidem preparatum invenit. Cum quo viriliter
decertavit et ipsum devicit, multos de Grecis cepit, stolium combussit, Egripum et vicinas
civitates expoliavit et sic victor in Siciliam rediit. Imperator autem cognoscens multos de Sept.
suis a rege Sicilie captos, nec posce[c] cum eo de pari contendere, missis frequentibus nun-
ciis, cum rege concordatus est, et pacis federa sunt hinc inde iurata[48]. Eodem tempore
Mesemuti a Morrocho[d] venientes, totam terram usque in Africam in ore gladii ceperunt.
Africana vero civitas adhuc sub potestate regis Wilhelmi erat, et multos in ea milites et
pedites ad eius custodiam et defensionem posuerat. Mesemuti autem eam undique per ter-
ram et mare obsederunt, christiani vero, qui in ea erant, illis viriliter resistebant, nec in
aliquo[e] eos formidabant, nisi quod victualium maximam inopiam paciebantur. Quo cognito,
rex Guillelmus stolium suum, quod in Ispaniam miserat, festinanter revocari fecit, precipiens,
ut ad liberationem Africe quantocius festinarent. Veniens autem gaytus Petrus eunuchus
regis, qui stolio preerat, ad Africam, cum stolio Mesemutorum pugnavit, et pugnando in
fugam conversus est, et multas de galeis suis amisit. Christiani[f] autem, qui in Africa re-
manserant, cum nullum possent habere subsidium et victualia eis penitus defecissent,
facta pace cum Mesemutis, relicta eis Africe civitate, ipsi cum rebus suis[g] in Siciliam sunt[h]
reversi. Rex autem Guillelmus, adhuc vivente patre cum esset princeps Capuanorum,
Margaritam filiam Garsie regis Navarre duxit uxorem, de qua plures liberos habuit: Ro-
gerium quem ducem Apulie constituit, Robbertum quem Capuanorum principem ordinavit,
Guillelmum et Henricum. Audiens autem Fredericus imperator, Adrianum papam cum
rege Guillelmo concordatum et quod eum de regno Sicilie et ducatu[i] Apulie investisset,
molestissime tulit.

Eodem[k] tempore Mediolanenses super Lombardos equitantes, pene totam Lombar- 1157.
diam suo dominio subdiderunt, unde Lombardi ira et dolore commoti, nuncios ad impera-
torem miserunt, humiliter postulantes, ut veniret et eos de Mediolanensium potestate

a) tempori 3. b) ipse 3. c) possce *prius, nunc radendo effect. est* posse 3. d) Marrocho 1. e) aliq *prima manus, altera superscripsit* o 3. f) *post hoc verbum locus unius litterae rasus est* 3. g) *ultimum* s *alia manus pallido atramento supra lineam addidit in* 3. h) *deest* 3. i) ducatus 3. k) Eo 1. *Ante* Eodem *habet* 1: Anni Domini M. *Codex* 3 *in margine manu recentiore haec praebet:* Totuȝ istud cap^ra tractat de Mediolano Cremonē̄ et Crema.

44) iuxta Beneventum. 45) Pacis instrumenta exhibet V. C. Watterich l. c. II. pag. 352 sqq. Romoaldus ipse inter legatos regis erat. 46) v. bullam papae apud Pirri Sicil. sacra I, 94. 47) v. Marangonis Chron. Pisan. ad a. 1158: *Guilielmus rex Ciciliae a Kal. Aprilis usque ad Kal. Octubris magnum fecit stolum* 140 *galearum et* 24 *dermonum, qui dermones portaverunt* 400 *milites.* 48) v. Ann. Cas. ad a. 1158: *Imperator Constantinopolitanus fecit pacem cum rege Sicilie usque ad triginta annos.*

1158. eriperet. Imperator autem eorum peticionibus annuens, congregato maximo exercitu, cum
rege Boemie[49], duce Saxonie[50] et aliis suis principibus in manu valida Italiam intravit, et
Aug 6. sociatis sibi pene omnibus Lombardis, Mediolanum potenter obsedit. Mediolanenses
utpote viri bellicosi et strenui, civitatem suam magnis fossis circumdederunt, et imperatori
audacter et viriliter restiterunt. Cumque imperator aliquanto tempore esset in obsidione
moratus, et nichil civitati per violenciam posset inferre, habito consilio, receptis obsidibus,
Sept. 7. 8. cum eis ad pacem et concordiam devenit. Non multo post cum imperator vellet in civitate
1159. baiulum[51] constituere, et eam[a] pro suo arbitrio ordinare, Mediolanenses Theutonicorum
Apr superbiam[b] pati nequeuntes, ceperunt resistere et pacis federa violare. Qui super
52 castrum[52], in quo eorum obsides tenebantur venientes, ipsum ceperunt, et recuperatis
obsidibus sunt in suam civitatem[c] reversi. Quo cognito, imperator[d] plurimum indignatus,
cum non posset eos in campo facili[e] expugnare, cepit casalia et castra[f] eorum destruere,
et terram eorum iuridicioni pertinentem[g] pro posce[h] vastare et Lombardos alios, qui illis
Iul. 2. prestabant auxilium, ab eorum adiutorio revocare. Suasione autem Cremonensium[i],
castrum Creme, quod Mediolanenses pro posse iuvabat[k], et Cremonensibus viriliter re-
1160. sistebat, potenter obsedit, nec prius ab obsidione cessavit, quousque ipsum caperet et a
Ian. 26. fundamentis everteret[l, 53].

1159. Interea Adrianus papa apud Anagniam mortuus est, anno pontificatus sui quinto,
Sept. 1. mense octavo, diebus sex, anno ab incarnatione Domini 1159.[m], indictione 8, prima die
Sept. 4. Septembris[n]. Corpus vero eius Rome ductum est et in ecclesia beati Petri cum honore
Sept. 5. sepultum[54]. Omnes autem cardinales cum episcopis in eadem ecclesia congregati, primo
unanimiter convenerunt in electione Rolandi Romane ecclesie cancellarii et cardinalis Sancti
Marci, qui vir religiosus et timens Deum, considerans tanti honoris sarcinam, pro posse resti-
tit[o] et repugnavit. Episcopi vero et cardinales adtendentes[p] indignum fore sacerdocio, nisi
fuerit ordinatus invitus, predictum cancellarium humiliter repugnantem elegerunt et papam
Sept. 7. Alexandrum tercium nominarunt. Episcopus vero Tusculanus[55] cum Iohanne Pisano cardi-
nali Sancti Martini, et Guidone Cremense[56], auxilio quorumdam laicorum et falsagravi[57] et
comitis[q] Blandacensis[58] nunciorum imperatoris, qui tunc Rome erant, Octavianum cardi-
59 nalem Sancte Cecilie elegerunt et eum papam Victorem[59] vocaverunt. Alexander autem
cum reliquis cardinalibus et episcopis in turri beati Petri se recepit. Octavianus interim
cepit pecuniam multam per Urbem expendere, et senatores et populum ad suum auxilium
provocare. Alexander vero auxilio Ocdonis Fraiapane et aliorum nobilium cum cardi-
Sept. 19. nalibus et episcopis Urbem egressus, Nimphas venit, et ibi ab Hubaldo[r] Hostiensi episcopo
Sept. 20. et reliquis episcopis et cardinalibus est sollempniter consecratus, et postea Terracenam[s]
Sept. 26. venit. Octavianus vero in Urbe aliquantulum demoratus, cum in ea parum posset pro-
Oct ficere[t], Campaniam venit, et apud Segniam mansit[60]. Rex autem Wilhelmus, audita pro-
mocione pape Alexandri, nuncios ad eum misit, et eum in patrem[u] et dominum cum suo
regno recepit[61].

1160. Eo tempore Ionathas comes Consie, et Gilbertus comes Gravine, et Boamundus comes
Monopelli, et Rogerius comes Acerre, et Philippus comes de Sangro, et Rogerius comes
Tricarici[v], et multi barones cum Melfiensibus et Neapolitanis et quibusdam aliis contra
Maionem ammiratum coniurationem fecerunt, asserentes eum regis esse proditorem et
ad regni dominium aspirare. Quod audiens rex Wilhelmus, quia amiratum tenere[w] dili-
gebat et de eo plurimum confidebat, contra eos[x] vehementer est indignatus, et per

a) ea 3. b) *in margine scripta sunt:* No. superbiam Theothonicorum 3. c) sua civitate 1. 3. d) *prius script. erat* imperatori *rad. corr.* 3. e) campo de facili 1. f) et castra *des.* 1. g) pertinente 3. h) *sic prima manus, alia recentior fecit* posse 3. i) *in margine recentiori manu:* No. de Cremonensibus et castro Creme 3. k) *alia recentior manus falso fecit* iuvabant 3. l) *in margine recentiori manu:* Castrum Creme destruitur 3. m) *sic* 3; MCLX. 1; MCLV. 2. n) Februarii 1. o) restituit 3. p) *supra lineam alia manu et pallido atramento* 3. q) comiti 3. r) Ubaldo 1. s) Tarracenam 3. t) parum pro posse perficere 3, *ubi* perfecicere *eadem manu ex* pficere *est factum; legendum fortasse* parum pro posse perficeret? u) patre 3. v) Tricari 3. w) temere 1. x) s *altera manu supra lineam add.* 3.

49) Wladislao I. 50) Heinrico Leone. 51) potestatem; v. Ottonem Morenam, supra Tom. XVIII, 609. et Ann. Mediol. maior. l. c. p. 367. 52) Tricium. 53) v. Ann. Mediol. maior. l. c. p. 368. 54) v. epistolam papae Alexandri III. Ianuensibus datam, in Cafari Annal. M. G. XVIII, 28. 55) Imarus, v. epistolam cardinalium Victorianorum apud Radevicum II, 52. 56) presb. card. tit. S. Calixti. 57) Ottonis VI. comitis palatini de Wittelsbach. 58) Guidonis. 59) IV. 60) Die 4. Oct. Farfae consecratur, die 28. eiusd. m. Signiae erat. 61) v. Alex. III. vitam apud Watterich l. c. II, 386.

frequentes nuncios et litteras eis precipiendo mandavit, ut ab hoc proposito desisterent, 1160 quia ipse[a] ammiratum pro fideli et legali viro habebat. Quod ipsi[b] facere neglexerunt dicentes, se ammirati dominium et amministrationem nolle ulterius sustinere. Qua de causa in tota Apulia guerra maxima et divisio est exorta[c]. Matheus autem Bonella, qui filiam ammirati in uxorem dixerat[d] se ducturum, cum quibusdam aliis baronibus Sicilie huic coniurationi, licet occulte, favebat. Promissum enim illi erat a comitibus, quod si ammiratum occideret, Clemenciam comitissam Catanzarii illi darent in uxorem[62]. Qua spe et promissione ille succensus, sub occasione fidelitatis regie, de occidendo amirato cepit esse sollicitus. Cumque amiratus ab amicis suis super hoc esset sepe premonitus[e], tum pro parentela[f] que inter eos contracta erat, tum pro[g] multis beneficiis que illi contulerat, hoc credere recusavit. Dum autem in vigilia beati Martini amiratus[h] Nov. 10 a visitando Panormitano archiepiscopo inchoata iam nocte reverteretur, Matheus Bonella positis insidiis in via, que est iusta portam[i] beate Agathe, ei obviam venit, et illum ense percuciens interfecit, et eadem nocte a Panormo exiens ad suam terram[63] confugit. Quo 62 agnito[k], rex Wilhelmus multum turbatus est, et condoluit, sed quia tumultus propter hoc erat[l] in civitate, et Matheus Bonella habebat sociam multitudinem, dissimulavit dolorem et visus est mortem ammirati equanimiter tolerasse[m]. Unde uxorem eius et filios, sorores et fratrem, et omnes res eorum capi precepit. Post hec rogatus a multis, Matheum Bonellam quodammodo in suo amore recepit. Barones autem et multi de populo, qui in hoc facto socii Mathei fuerant, cognoscentes hoc regi manifestum esse[n] pariter et molestum, ceperunt valde timere ne rex temporis oportunitate inventa in eos de hoc facto acriter vindicaret[o]. Quare ceperunt secum et cum quibusdam aliis privatim deliberare, qualiter regem caperent vel morte dampnarent; quod et[p] factum est. Nam adveniente prima 1161. quinta feria quadragesime, dum rex vellet ad audiendam missam pergere, consenciente Mart. 9. castellano et servientibus, carceres sunt aperti, et comes Wilhelmus de Principatu et Riccardus de Mandra et Alexander Monachus et multi alii prisones subito exeuntes carcerem, arreptis armis, ceperunt insilire[q] palacium. Multi etiam de solidariis et de populo huius coniurationis socii[r] prisonibus sunt adiuncti, et ceperunt eos in expugnando palatio adiuvare. Rex autem huius rei nescius et ignarus et de tam repentino casu attonitus, ad fenestram turris Pisane venit, et quosque transeuntes cepit ad suum auxilium convocare. Sed cum nullus esset qui succurreret, captum est palacium nemine repugnante, et ex magna parte expoliatum. Set et rex ipse[s] captus[t] est et in carcere positus, regina quoque cum filiis suis in quadam camera honeste est[u] custodita. Prisones vero Rogerium ducem Apulie, filium regis, inponentes equo per totam civitatem Panormi circumduxerunt, volentes per hoc populi sedare tumultum. Quo facto, adveniente nocte, prisones clausere palacium nec aliquem absque suo consensu illuc ingredi permiserunt. Facto vero mane, die Veneris, Mart. 10 iterum Rogerium ducem per civitatem equitare fecerunt. Interea inter Sarracenos et christianos eiusdem civitatis bellum maximum est exortum, et multi de Sarracenis[v] mortui sunt et expoliati. Adveniente autem nocte sabbati, Wilhelmus comes de Principatu et Tancredus comes de Lictia[w] cum quibusdam aliis ad Matheum Bunellam[x], qui huius coniurationis capud extiterat et tunc erat apud Mestrectam, velociter iverunt, et ipsum cum sua milicia Panormum festinanter[y] adducerunt[z]; timebant enim, quod evenit, ne si diu moram facerent, rex, qui iniuste captus fuerat, auxilio populi de eorum manibus tolleretur. Die vero sabbati Romoaldus Salernitanus et Robbertus Messanensis archiepiscopi, et Ric- Mart. 11 cardus Siracusanus electus, et Tustinus Mazariensis episcopus, videntes regem iniuste captum et palacium expoliatum, deteriora his in posterum expectantes, ceperunt admonere

a) ipsum 1. b) ipse *prima manus, alia manu corr.* 3. c) exhorta 1. d) *prius* duxerat, *sed radendo et lineolam i indicantem supra ponendo ead. manu corr.* 3; iuraverat 1. 2. e) pmonitus 3. f) *huius vocis litterae ente deletae ac recentiori atramento, nigro quidem, restitutae sunt* 3. g) *et haec vox deleta et iam restituta est nigro atramento* 3 h) amirato 3. *sed recentiori manu supra primum a lineola m indicans addita est.* i) *voces* iusta portam *in loco raso* 3. k) cognito 1. l) *verbi* erat *littera* a *in loco raso* 3. m) *prius* tollerasse, *rad. corr.* 3. n) esset 3. o) acri vindicare 1. 3, *sed in* 3 *superscribendo ut videtur eodem atramento effectum est* acriter deseviret. p) et *deest* 1. q) *in loco raso* 3. r) *deest* 1. s) Set ipse rex 1. t) captū *prius, alia manus radendo et superscribendo corr.* 3. u) *deest* 1. v) s *in fine verbi pallido atramento addit* 3. w) Liccia 1. x) Bonellam 1. y) *deest* 3. z) adducerent 1.

62) v. Hugon. Falc. apud Muratori SS. VII, 274: *Is autem cuiusdam filiae regis Rogerii spuriae, quae Hugonis comitis Molisini uxor fuerat, forma captus, desponsatae sibi puellulae, eo quod ignobilis esset, coeperat nuptias abhorrere.* 63) Cacabum, oppidum quoddam suum.

1161. populum, ut ad regis[a] liberationem intenderent, quod et factum est; nam populus eorum ammonitione arma arripiens insultum fecit in palacium, comminantes prisonibus et his qui erant in palacio, quod nisi regem liberarent, omnes in ore gladii interficerent[b]. Illi vero timore adtoniti, quia nullum poterant habere succursum, et populo resistere non valebant, ad pedes regis humiliter cucurrerunt eius gratiam et misericordiam postulantes. Qua impetrata, simul cum rege ad fenestram turris Pisane venerunt. Tunc rex universo populo de sua liberatione gratias egit, mandans eis ut singuli reverterentur ad propria et in pace quiescerent. Archiepiscopopi vero et episcopi cum aliis fidelibus palacium ascenderunt, et regem de infortuno, quod acciderat, pro posse sunt consolati. Huic autem dolori regio dolor alius non mediocris supervenit; dum enim pro liberando rege insultus in palacio fieret, Rogerius dux Apulie, filius eius, sagitta iusta oculum est percussus, qui non post 64 multos dies huius vulneris occasione interiit[64]. Matheus vero Bonella, audiens regis liberationem, plurimum doluit, set dissimulavit, et per nuncios suos regi mandavit, se de eius captione plurimum doluisse et quod pro eo liberando cum sua milicia veniebat. Rex autem maliciam eius agnoscens et conscienciam[c] suam, condicione temporis exigente, abscondens, legatis illius benigne respondit et eos cum gratiarum accione remisit. Illi autem, qui regem ceperant et palacium expoliaverunt, timore regis[d] ad Matheum Bonellam pariter confugerunt. Matheus autem cum Guillelmo et Symone et Tancredo comitibus et multis aliis usque Fabaram venit, et frequentibus nunciis inter eos et regem discurrentibus, ad hunc modum concordie devenerunt. Rex liberalitate sua et gratia omnibus eis offensam, quam in eum fecerant, remisit, Matheo Bonelle[e] et aliis baronibus Sicilie gratiam et terras suas restituit, Guillelmum Symonem et Tancredum comites cum multis aliis, qui in terra remanere nolebant, salvos et illesos cum rebus suis usque Terracenam cum galea fecit conduci, alios vero Iherosolimam ire permisit. Metuens autem rex, ne comites Apulie, qui cum eo occasione ammirati fuerant discordati, rebelles fierent, Romoaldum Salernitanum archiepiscopum[f] cum litteris suis in Apuliam misit, et per eum predictis comitibus gratiam suam et amorem restituit. Qui veniens tam civium quam baronum et comitum turbatos animos mitigavit et eos ad amorem et fidelitatem regiam vehementer adtraxit, adeo quod unanimiter volebant in Siciliam pergere et regis iniuriam vindicare.
Apr. 16. Adveniente autem pascha rex per litteras suas predictis comitibus mandavit, ut sacramenta, que fecerant, abiurarent, quod ipsi nullatenus facere voluerunt. Sed de regis[g] recuperanda gratia desperantes, omnes preter comitem Gilbertum et comitem Boamundum ad[h] Robertum comitem de Lauritello iverunt, et facto ei hominio simul cum ipso terram regis invadere et occupare ceperunt. Roggerius autem Sclavo simul cum Lombardis capit sedicionem in Sicilia excitare, terram de domanio regis invadere[i] et Sarracenos ubicumque invenire poterat trucidare. Quo cognito, rex Wilhelmus primo Matheum[k] Bonellam cepit[l] et in carcerem retrudi fecit, dehinc congregato exercitu Plazzam venit et eam destruxit et Lombardos in fugam vertit. Rogerius autem Sclavo cum multis Lombardis a facie regis fugiens, in Buteria se recepit. Quo rex eos persecutus Buteriam undique cum suo exercitu obsedit, et quia rex Wilhelmus guerram in Terra Laboris et Apulia[m] exortam audivit, Aquinum de Moac in Terram Laboris misit, ut milites retineret et inimicis suis resisteret — iam enim Andreas de Rupe-canina eandem terram ex parte invaserat — comes etiam Robbertus terram Apulie, resistente nemine, occupabat. Qui Salernum veniens, eam habere credidit. Set Salernitani regi de more fideles existentes, ipsum recipere noluerunt. Dehinc Beneventum veniens a Beneventanis est cum honore receptus. Post hec in Apuliam regressus Tarentum usque pervenit[65]. Rex autem Wilhelmus pene per totam estatem in obsidione Buterie est moratus. Sed cum eam[n] situ loci et forcium virorum numerositate munitam expugnare non posset, facta concordia, Rogerium Sclavonem cum Lombardis ultra mare illesos ire permisit. Ipse autem Buteriam dextruens, totam Siciliam pacificavit et Panormum est cum triumpho reversus.

a) regi *prius, alia manus pallido atramento adiecit* s 3. b) interficerentur 1. c) consienciam 3. d) regi *prius,* s *alia manus pallido atramento superscribendo corr.* 3. e) Bonella 3. f) *huius vocis littera* h *in loco raso* 3. g) rege 3. h) et 3. i) terram — invadere *des.* 3. k) Matheo 3. l) capi 1. m) Apuliam 3. n) ea 1. 3. *Carus.*

64) Epitaphium eius exhibet Di Meo X, 264. 65) Consentiunt Ann. Ceccan. ad a. 1161; v. supra p. 285.

Interea Alexander papa cum apud Anangliam[a] et Terracenam fuisset aliquanto tempore 1160. demoratus, suggestione Villani Pisani archiepiscopi, qui ad eum cum una galea venerat[b, 66], 1161. acceptis etiam galeis regiis, cum cardinalibus Ianuam venit, et a Ianuensibus[c] cum summa Ian. 21. est devocione susceptus[67]. Dehinc cum galeis eorum usque Provinciam perrexit. Octavianus Mart. 25. autem[d], qui apud Segniam moratus fuerat, cognito recessu Alexandri, in Lombardiam ad 1160. imperatorem venit, a quo satis honorifice est receptus. Dehinc imperator, episcoporum Feb. 5–11. conventu apud Papiam sollempniter[e] congregato, Octavianum, qui Victor[f] dicebatur, in Febr. 12. catholicum papam recepit, promittens publice et legaliter, quod nec ipse nec successores eius Alexandro vel successoribus eius ulterius obedirent[68]. Imperator vero, cum per quinquennium Mediolanum inpugnasset, et civitatem resistentibus bellicosis civibus expugnare 1162. non potuisset, tandem cum eis ad concordiam devenit, promittens civitatem integram et Mart. 7. cives cum rebus suis permanere illesos. Qui postmodum sue promissionis oblitus; civitatem destruxit et cives ab ea expulsos in casalibus manere precepit. Qua victoria potitus, imperator Lombardiam cepit pro sua voluntate disponere, ministros et baiulos in castellis et civitatibus ordinare[69], regalia et tributa exquirere et magnam partem Lombardie in demanio suo convertere. Sicque factum est, quod Lombardi[g], qui inter[h] alias naciones libertatis[i] singularitate gaudebant, pro Mediolani invidia cum Mediolano pariter corruerunt et se Teutonicorum servituti misere subdiderunt. Audiens autem imperator Alexandrum papam perrexisse in Gallias, metuens ne a Francorum rege reciperetur, nuncios ad eum festinanter mandavit, rogans ut apud Diionem pariter convenirent, et quicquid de papa Alexandro et Victore[k] eis esset faciendum, ecclesiasticarum personarum iudicio difinirent[l]. Quod verbum[m] Lodovico regi Francorum admodum placuit, qui in prefixo die et termino cum paucis Aug. 28. militibus ad locum constitutum venit, sed imperatorem minime invenit ibidem[n]. Altera autem die imperator cum magna[o] manu militum et peditum et cum Octaviano ad eumdem Aug. 29. locum venire curavit[70]. Quod rex Francie cognoscens, eius versucias metuens, venire ad illius colloquium recusavit. Quare imperator indignatus, cum Octaviano in Alamanniam rediit. Octavianus autem aliquantulum in Alamannia[p] demoratus, nec ab Alamannis reverenter exceptus, intravit Italiam, et post hec Luccam veniens, ibidem usque ad vite sue terminum[71] mansit.

Interea dum Alexander papa apud Salviniacum moraretur, primo rex Anglie[72] ad eum veniens, ipsum cum universo regno suo in dominum et patrem recepit[73]. Post hec rex Sept. 18. 1163. Francie cum tota Gallicana ecclesia eum pro universali papa recipiens, honorifice Parisius usque deduxit. Papa autem Alexander regem Francie et Anglie conveniens, pacem inter c. Febr. 6. eos et concordiam reformavit. Qui non multo post Turonis universale concilium celebravit, Mai. 19. in quo archiepiscopi episcopi abbates Anglie, Scozzie, Hybernie, Hyspaniarum et tocius Gallie convenerunt. Eo tempore Corradus quidam nobilis clericus Alamannie et imperatoris consanguineus, qui in Maguntina ecclesia erat electus, nolens Octaviani[q] et imperatoris scismati consentire, ecclesiam suam deserens, ignorante imperatore, ad Alexandrum[r] papam in Franciam festinus advenit, quem papa satis[s] benigne recipiens, postmodum secum Romam usque deduxit; dehinc in cardinalem et Sabinensium[t] episcopum promovit, postremo in Maguntinum archiepiscopum sublimavit. Quo audito imperator ira commotus, Christianum cancellarium in Maguntina ecclesia fecit eligi, et a suis suffraganeis consecrari.

a) Anagliam 1. b) venerăt 3. c) *in hac voce a pallido atramento scriptum est, in loco a prima manu vacuo relicto* 3. d) *huius vocis litterae* tē *in loco raso* 3. e) *de vocibus* apud Papiam sollempniter *litterae* đ papiā sol *in loco raso sunt* 3. f) Victori *prima manu, ultimum* i *partim erasum est nunc* 3. g) Lombardis 3. h) in *prima manu,* ter *additum alia manu et pallido atramento* 3. i) libatis 3. k) Victores *scrips. prima manus,* s *erasum est* 3. l) diffinirent 1. m) verbo 3. n) imp. ibidem minime invenit 1. o) magna *bis scriptum* 1. p) Alamanniam 1. 3. q) Octaviano 1? r) Alexander *prima manus, altera atramento pallido corr. superscribendo* 3. s) satis *bis erat scriptum, sed secundum eadem prima manu deletum* 3. t) Sabinensem 1.

66) v. Bern. Marangonis chron. Pis. ad a 1162 (supra p. 247): *Anno Dom.* 1162. *decimoquinto Kal. Ian.* (i. e. Dec. 18.) *Villanus Pisanus archiepiscopus cum una galea armata ad papam Alexandrum usque Terracinam navigavit. Videns hoc Alexander cum gaudio archiepiscopum recepit et nativitatem Domini ibidem una celebraverunt.* 67) v. Cafari Ann. Ian. supra Tom. XVIII. p. 31. 68) v. epistolam concilii Papiensis, Mon. Germ. Legg. II, 126. 69) Nomina eorum refert Acerbus Morena, supra Tom. XVIII. p. 638. 70) v. Ann. Colon. max. ad a. 1162. M. G. XVII, 777, quo ex loco apparet Romoaldum minus veritati studuisse quam aequum esset. 71) Moritur a 1164. d. 20. Apr. 72) Henricus II. 73) apud Dolense monasterium. V. Alex. vitam ap. Watterich II, 393 et epistolam ad Ludovicum regem apud Mansi XXI, 1015.

Dum autem Alexander papa demoraretur in Francia et in ecclesiis Dei ecclesiastica iura 1164. Apr. 20. disponeret, Octavianus Lucce[a] mortuus est. Cui Guido Cremensis auctoritate Rainaldi cancellarii imperatoris successit, et a suis Paschalis[74] est appellatus[b].

1162. Mart. Interea rex Wilhelmus, sedata Sicilia, congregato per mare et per terram[c] exercitu, in Apuliam venit, et primo Tabernas in ore gladii cepit atque dextruxit. Dehinc Tarentum veniens ipsum obsedit et habuit, in quo vindictam magnam[d] de suis proditoribus fecit. Post hec exercitum suum versus maritimam Apulie direxit. Quod audiens comes Robbertus, qui tunc apud Salpas cum suo exercitu morabatur, metuens ne barones Apulie ipsum solito more relinquerent, in Abrucium[e] est reversus. Quo cognito, rex Wilhelmus Riccardum de Saya cum magno exercitu post eum misit. Set comes Robbertus, utpote[f] vir astutus et sapiens, ante adventum illius regnum exire curavit. Rex autem Wilhelmus usque Sanctum Germanum cum suo exercitu venit, comitem Riccardum de Aquila a regno expulit, et Montem Archanum, quem ipse de novo edificaverat, a galiotis suis capi fecit et dextrui, in quo uxorem eius et filium comprehendit. Et sic recuperata tota terra, Salernum venit. Et quia indignatus erat Salernitanis civibus, urbem intrare noluit set iuxta eam[g] tentoria fixit. Cepit autem a civibus magnam pecuniam petere, quam cum illi statim solvere non possent, inventa occasione plurimum indignatus, quosdam ex eis suspendi fecit, cominatus aliis[h], quod nisi pecuniam cito solverent, urbem dextrueret. Beatus autem apostolus Matheus, qui Salernitane civitati a Deo patronus datus est et defensor, civitatem suam in tanto discrimine non reliquid. Nam cum rex in eo esset proposito, quod multa mala Salerno[i] inferret, media die cum tanta esset celi serenitas, quod nulla in aere nubes apareret, subito a septemtrione ventus validus cum ingenti pluvia et turbo impetuosus erupit, qui tocius exercitus tentoria universa deiecit et tentorium regium in eminenti positum sic a loco, in quo fixum fuerat, impulit et commovit, quod regem dormientem pene prostravit. Expergefactus rex et tanta inundatione attonitus cepit fugere et apostoli auxilium invocare, et vix in quodam parvo tentorio fugiens[k] se recepit. Et licet rex animi sui timorem super hoc facto dissimularet, magnates[l] tamen curie et viri prudentes manifeste noverunt, hoc miraculum virtute apostolica perpetratum; apostolus enim in hoc facto et commisso sibi populo et regi manifeste consuluit, dum et commissum sibi populum a periculo eruit, et regem ne propositum malum perficeret inpedivit. Rex ergo quod factum fuerat secum recogitans et indignationem apostolicam pertimescens, cum se moraturum circa Salernum aliquantulum disposuisset, mutato proposito, altera die galeas intravit et festinanter in Siciliam rediit.

1164. Interea Romani, morte Octaviani cognita, nuncios suos ad Alexandrum in Franciam transmiserunt, affectuose rogantes ut ad Urbem rediret et commissum sibi populum visitaret, quia ipsi eum cum honore et devocione reciperent. Alexander autem credens hoc sibi 1165. et ecclesie profuturum, Magalonem venit, et preparata quadam magna navi, que erat Hospi- c. Aug. 22. talis, cum eam[m] pene omnes cardinales[m] intrassent, et papa cum paucis cardinalibus cum galea Nerbonensium eamdem navim ascensurus veniret, galee Pisanorum, que illi paraverant insidias, repente apparuerunt[75]. Quibus visis papa cum galea sua festinus Magalonem rediit, galee autem Pisanorum navim, in qua erant cardinales, circumdederunt, et non invento ibi apostolico, eam in pace abire liberam permiserunt, que vento flante secundo, primo Panormum dehinc Messanam applicuit. Non multo post Alexander papa cum cardinalibus qui remanserant et Maguntino[n] archiepiscopo quandam minorem navim intravit, et alto se committens pelago, licet multis exagittatus procellis, salvus tamen cum omnibus suis Messa- Nov. nam, Domino ducente, pervenit. Quo cognito rex Wilhelmus, qui tunc erat Panormi, nuncios suos cum muneribus ad papam transmisit, et eum cum quinque galeis usque Romam conduci precepit. Qui Salernum veniens, a Romoaldo Salernitano archiepiscopo et toto Nov. 22. populo civitatis cum debita est reverencia et honore susceptus. Qui postmodum cum eis- Nov. 23. dem galeis usque Tyberim, et per[o] Tyberim usque ad Sanctum Paulum cum omnibus cardinalibus venit. Cui clerus et Romanus populus obviantes, ipsum cum magno honore et gloria usque Lateranum unanimiter conduxerunt. Eo tempore rex Wilhelmus palatium quod-

a) Iuzze 1. b) ordinatus 1. c) terra 3. d) maximam 1. e) Abrutium 1. f) ut potens 3. g) ea 3. h) illis 2. 3. i) prius Salerni, *radendo et suppl. corr.* 3; Sater 1. k) fugiens *deest* 1. l) *verborum* dissimularet, magnates *litterae* ret mag *in loco raso* 3. m) eam pene omnes car *in loco raso* 3. n) Magunontino 3. o) *deest* 1 *et Carusio.*

74) III. 75) v. Alexandri III. epist. ad Henricum archiep. Remensem ap. Martene et Durand Coll. ampl. II, 718.

dam altum satis et miro artificio laboratum prope Panormum hedificari fecit, quod Sisam[76] appellavit, et ipsum pulchris pomiferis et amenis viridariis circumdedit, et diversis aquarum conductibus et piscariis satis delectabile reddidit.

Rex autem Wilhelmus circa quadragesimam fluxu ventris et molestia cepit affligi, quam 1166. c. Febr. ex. passionem cum aliquo[a] tempore occultasset, circa mediam quadragesimam, eadem passione Mart. med. crescente, credens[b] se moriturum, penitenciam et confessionem accepit, quosdam de captivis liberavit, redempcionem pecunie, quam Apulie imposuerat, condonavit, testamentum fecit, in quo Wilhelmum filium suum maiorem tocius regni heredem instituit, Henrico alteri filio principatum Capue, quem concesserat, confirmavit, pecuniam magnam expendendam pro salute sue anime dereliquid; Margaritam reginam uxorem suam, tocius regni et filiorum suorum tutricem et gubernatricem pariter ordinavit, Riccardum[c] vero Siracusanum electum et Matheum suorum notariorum magistrum, viros utique legales et[d] providos et discretos, illius et filiorum suorum consiliarios et familiares esse disposuit. Sed cum predicta passio ingravesceret, rex Wilhelmus Romualdum secundum[e] Salernitanum archiepiscopum, qui in arte erat medicine valde peritus, ad se vocari precepit. Qui ad eum circa pascha veniens, ab ipso honorifice est susceptus, cui multa salutaria medicine consilia tribuit. Set ipse sui ingenii auctoritate confisus[f], sibi nonnisi que ei oportuna videbantur medicamina adhibebat. Unde accidit quod sabbato ante octavas pasche emitritea[g, 76*] illum febris invasit, et invalescente Mart. 27. passione mortuus est et sepultus est in capella beati Petri in palatio suo. Defunctus est[h] autem rex Wilhelmus anno vite sue quadragesimo sexto, anno autem regni sui, quo cum patre suo et per se regnaverat, decimo quinto, mense[i] decimo, anno[k] autem ab incarnatione Domini 1166, indictione 14, mense Madii, septimo die[77] intrantis eiusdem mensis circa Mai. 15. horam nonam[k]. Fuit autem rex Wilhelmus pulchra facie et decorus aspectu, corpore pinguis, statura sublimis, honoris cupidus et elatus, in preliis per mare et terram victoriosus, regno suo hodibilis et plus formidini quam amori, in congreganda pecunia multum sollicitus, in expendenda non adeo largus, fideles suos diviciis et honoribus extulit, infidelibus supplicia intulit et de regno exulare coegit. Divino officio extitit multum intentus et personas est ecclesiasticas plurimum veneratus. Cappellam sancti Petri, que erat in palatio, mirabili[k*] musidii fecit pictura depingi, et eius parietes preciosi marmoris varietate vestivit et eam ornamentis aureis et argenteis et vestimentis preciosis ditavit plurimum et ornavit. Clericos in ea multos et prebendas[l] instituit, et divinum in illa officium decenter et tractari[m] et cum Dei reverencia et timore celebrari[n] disposuit[o].

Quo defuncto, Wilhelmus filius eius maior, natus annos duodecim, illi in regno successit. Hic autem secundo die post mortem patris, ex mandato regine, consilio archiepiscoporum et[p] episcoporum et baronum et populi in regem est promotus. Nam eo die cum maxima Mai. 17. gloria et apparatu regio ad ecclesiam beate Marie de Panormo veniens, assistentibus plurimis archiepiscopis et episcopis et baronibus, a Romoaldo secundo Salernitano archiepiscopo in regem unctus est et coronatus[78]. Postmodum vero cum magno honore et tocius populi gaudio et leticia ad palacium rediit coronatus. Regina vero, utpote mulier sapiens et discreta, manifeste cognoscens, animos[q] populi sui, propter molestias quas a rege Wilhelmo passi fuerant, plurimum esse turbatos, illos ad amorem et fidelitatem filii sui beneficiis credidit provocandos. Inde est, quod salutari usa consilio, carceres aperuit, captivos plurimos liberavit, liberatis terras restituit, debita relaxavit, comites et barones, qui de regno exulaverant, revocavit in regnum, et eis terras sublatas reddidit. Ecclesiis, comitibus, baronibus, militibus terras multas regia liberalitate concessit. His autem et plurimis aliis beneficiis tocius populi sui animos in fidelitatem et dilectionem filii sui vehementer accendit, ita quod de fidelibus fideliores et de devotis devociores effecit. Eodem tempore gaytus Petrus

a) aliquanto 1 ? b) s *in fine pallido atramento additum est* 3. c) Riccardum — disposuit *desunt* 2. d) et *deest* 1. e) secundum *deest* 1. f) confixus 1. g) emitricea 2. h) Defunctus — horam nonam *des.* 2, *sequuntur in fine.* i) mensibus 3. k) anno autem — horam nonam *des.* 3, *sed sequuntur post in fine huius loci.* k*) *sic* 1, mirabit 3. l) prebendos 3. *an* prebendarios? m) tractatim 1. n) celebrare 1. o) 3 *habet hoc loco anni et dierum numerum, quem* 1 *supra recto loco exhibuit*: Anno ab incarnatione Domini 1166, indictione 14, septimo die mensis Madii circa hora nona. 2 *habet:* Anno autem ab incarnatione Domini, indictione 14. Defunctus est autem rex Villelmus anno vite sue 46, anno autem regni sui quo cum patre suo et per se regnaverat 15, mensibus decem. Quo defuncto *etc.* p) *deest* 3. q) *huius verbi litterae* ios *recentiori manu in loco raso scriptae sunt* 3.

76) hodie Cisa. 76*) i. e. ἡμιτριταῖος, semitertiana. 77) Errat Romoaldus, nam ex Ann. Cas. et necrologiis constat regem fuisse mortuum Id. Maii. 78) Ann. Cas. ad. a. 1166. referunt, eum esse mense Iulio coronatum.

eunuchus et magister camerarius palacii cum quibusdam aliis fugam peciit, et ad regem de Morrocho veniens multam secum pecuniam transportavit[79].

Emanuel autem imperator Constantinopolitanus, cognita morte regis Wilhelmi, nuncios suos ad regem Wilhelmum iuniorem in Siciliam misit, mandans quod libenter pacem[a] cum eo innovaret, et filiam suam unicam[80] et heredem sui imperii simul cum imperio illi in uxorem traderet. Rex autem et regina, habito consilio, frequentes pro hoc negocio legatos ad imperatorem misit et recepit, pacem cum eo pristinam innovavit, negocio parentele propter multa capitula, que interveniebant, indiscusso manente. Rex autem Wilhelmus propter multa beneficia, que ipse et regina suo populo contulerunt, multum cepit a suis hominibus [c. 1167.] diligi et regnum suum in pace et tranquillitate tenere. Eo tempore Henricus naturalis frater regine in Sicilia ad regem venit, cui rex comitatum Montis Caveosi[81] et unam de filiabus regis Rogerii in uxorem concessit. His etiam diebus Stephanus filius comitis de Percia, clericus et consanguineus regine, in Sicilia ad regem venit, quem rex et regina primo cancellarium[82], post hec in Panormitana ecclesia eligi fecerunt. Qui in brevi spacio temporis tantam regis et regine gratiam et familiaritatem optinuit, quod totum regnum pro suo arbitrio disponebat.

[1166.Nov.] Hoc autem tempore Fredericus imperator Teutonicorum iterum Italiam intravit, et per [1167 Apr.] partes Marchie usque Anconam venit et eam obsedit. Misit etiam Rainaldum cancellarium et Andream de Rupe-canina cum quadam parte sui exercitus usque Tusculanum, ut pape[b] [Mai. 29.] Alexandro et Romanis guerram inferrent. Romani vero superbi et elati, plus iusto de suis viribus presumentes, inconsiderate et inordinate super Teutonicos irruerunt. Teutonici[c] vero positis insidiis ex adverso, Romanos expugnaverunt, et multi ex eis capti sunt et occisi. Reliqui vero fugientes vix in Urbem se recipere potuerunt[83]. Quod factum Alexandrum papam et omnes cives Romanos plurimum perturbavit, et eis timorem vehementer incussit. Cancellarius autem nuncios ad imperatorem misit, mandans ut cito ad Urbem veniret, quia eam posset pro sua voluntate disponere. Qui licet Anconam iam expugnasset, et in eo esset, [Iul. 24.] ut terram Wilhelmi regis invaderet, festinus tamen in Augusto ad Urbem rediit, et iusta ecclesiam beati Petri sua castra locavit[84]. Romani vero tum pro morte parentum suorum, tum quia multi[d] ex eis ab imperatore capti detinebantur, ei resistere non potuerunt. Unde imperator, hac occasione inventa, armata[e] manu ecclesiam beati Petri violenter invasit. [Iul. 29.] Porticum, que erat ante ecclesiam, comburi fecit, Guidonem Cremensem in ecclesiam in- [Iul. 30.] duxit et eum ibidem missam canere fecit. Quo cognito, Alexander papa, qui tunc in turri [Aug.] Cartularie morabatur, in habitu peregrini cum paucis Urbem exiit, et Gaietam usque pervenit, et ibi assumpto pontificali habitu, Beneventum veniens a civibus eiusdem civitatis honorifice est susceptus[f]. Deus autem iniuriam apostolo Petro illatam et ecclesie sue violationem condigna pena multavit, nam incontinenti mortalitas maxima exercitum imperatoris invasit, ita quod cancellarius[85], et Carolus Corradi[g] filius[86], et multi nobiles, et maxima pars exercitus sui in brevi spacio temporis interiit. Quod imperator videns et Dei vindictam manifeste cognoscens, relicto apud Urbem prefecto, vix cum paucis tristis et merens in Alamanniam[h] rediit.

Rex autem Wilhelmus, ut prediximus, propter multa beneficia, que ipse cum matre sua regno suo contulit, ab hominibus suis cepit multum diligi, et regnum suum viriliter[i] in pace tenere. Stephanus autem cancellarius primo quidem omnibus se humilem et benignum exibuit, postmodum vero in superbiam elatus, consilio pravorum hominum, indigenas terre cepit habere odiosos pariter et suspectos. Qui circa nativitatem Domini cum rege et regina [post Nov. 15] et magnatibus curie Messanam venit[87]. Gilbertus etiam comes Gravine, regine et cancellarii consanguineus, qui tunc capitaneus erat totius Apulie, cum magna manu militum Messanam

a) pace 3. b) papa 3. c) Teutonicis 3. d) multis 3. e) *prima manus tantum scripsit* arm, *altera adiecit supra lineam* ata 3. f) receptus 1. g) Conradi f. 3. h) Alamā *prima manu, altera pallido atramento adiecit* niā 3. i) virit' *prima manu, pallido atramento et alia manu superscr. est* li 3.

79) v. Hug. Falc. l. c. p. 308. 80) Mariam. 81) v. Hug. Falc. l. c. 312. 82) Romoaldus ipse eum subdiaconum consecravit, v. Hug. Falc. l. c. p. 314. 83) v. Raynaldi epistolam ad Colonienses, edit. a V. C. Sudendorf, Registrum etc. II, 146. n. 62. 84) v. Anon. Laudens. M. G. SS. XVIII. p. 653. 85) Raynaldus archiep. Colon. obiit die 14. Aug. 86) immo dux Fridericus de Rotenburg, regis Conradi filius, qui obiit die 19. Aug. V. Stälin Wirtemb. Gesch. II, 101. 87) Ab Hugone Falcando l. c. p. 323 docemur, regem die 15. m. Nov. Messanam profectum fuisse.

accessit. Cancellarius autem, habito cum eo consilio[a], comitem Henricum fratrem regine capi 1168.
fecit, et apud Regium custodiri, imponens ei, quod ipse cum multis[b] mortem cancellarii et comi-
tis Gilberti iurasscet. Pro qua occasione Riccardus comes de Mulisio[c], Bartholomeus de Parisio,
Iohannes de Sinopolim et multi alii capti sunt et in custodia positi. Quod factum[d] animos homi-
num regni non modicum perturbavit. Post hec consilio et auxilio cancellarii, Gilbertus comes
Gravine comitatum Lauritelli[e] cum omnibus suis pertinenciis a rege optinuit et in Apuliam cum
honore recessit. Cancellarius vero cum rege et regina circa pascha Panormum rediit[88], dehinc Mart. 20.
non multis transactis diebus Matheum civem Salerni[f] magistrum notarium domni regis et fami-
liarem sine causa capi fecit. Quod factum grave resedit omnibus et molestum, quia predictus
Matheus homo erat sapiens et discretus, et in aula regia a puero enutritus, et in agendis
regiis probate fidelitatis inventus. Infra octavas autem[g] pasche populus Messane in tumul- Mart. 25 31
tum conversus Regium ivit, et comitem Henricum de carcere eduxit, comitem eciam Riccar-
dum qui apud Taurimenium tenebatur in carcere liberavit, et Oddonem Quarellam clericum
cancellarii et eius familiarissimum, qui tunc erat Messane, occidit. Quo audito populus
Panormi similiter in sedicionem versus, insultum in cancellarium fecit, et eum cum omni-
bus suis in turri Campanarum per diem unum obsedit, altera autem die ex mandato regis
et regine cum quibusdam de suis galeam intravit[89]. Set cum venisset apud[h] Lecatam, galea
fracta est. Qui postmodum navim ingressus in Iherusolimam[i] venit, et ibi non multo tem-
pore demoratus interiit. Gylbertus etiam comes Loritelli cum Berteraimo[k] filio suo comite
Andrie cum omnibus suis terram abiuravit, et Ierusolimam perrexit. Comes vero Henricus
et comes Riccardus, postquam de carcere exierunt, simul cum Messanensibus cum viginti
galeis Panormum venerunt. Quibus rex gratiam suam reddidit[l] et sublatas terras restituit.
Postquam autem cancellarius et comes Gilbertus de terra exierunt, terra in pace et tran-
quillitate remansit. Recedente[m] autem cancellario, clerus Panormitane ecclesie Gualterium
eiusdem ecclesie canonicum et Agrigentinum[n] decanum atque[o] regis magistrum sibi[p] in
pastorem unanimiter elegerunt. Qui cum regni esset negociis occupatus[q] et ob hoc a regis
latere non facile posset discedere, Alexander papa a rege satis affectuose rogatus, illius amore
et gratia predictum electum concessit[r] a suis suffraganeis consecrari, et per Iohan-
nem Neapolitanum cardinalem suum pallium illi transmisit. Qui recepto ab eo iuramento[s]
obediencie, pallium illi de more concessit. Robbertus vero comes de Loritello qui frequenter 1169.
regis Wilhelmi gratiam postulaverat nec potuerat impetrare, novissime frequentes litteras
et nuncios regi Wilhelmo iuniori transmisit, humiliter postulans ut ei amorem suum et
gratiam restitueret. Rex autem et regina solita pietate eius miserti illum in suam gratiam
receperunt, cui etiam rex liberalitate solita[t] comitatum Loritelli, sicut pater suus illi con-
cesserat, reddidit, et de habundancia gratie plenioris comitatum Conversani illi adiecit.

Eo tempore in Sicilia terre motus factus est maximus, ita quod castrum Syracusanum Febr. 4.
pro maxima parte cecidit. Civitas etiam Catheniensium a fundamentis eversa ruit. Ecclesia
etiam sancte Agathes corruens, episcopum cum 45 monachis occidit. Lentinum etiam, Mo-
hec, et multa alia castra Sicilie pro[u] terre motu corruerunt. Apud Messanam etiam maxi-
mus et manifestus[v] terre motus fuit. Hoc autem factum est anno Domini 1168, ind. 1, mense
Februarii, in vigilia beate Agathes[w, 90].

Interea Guido Cremensis, qui et Paschalis dictus est, mortuus est. Cui successit intru- 1168. Sept. 20.
sus quidam Tusculanensis episcopus Iohannes de Struma nomine, qui et Calixtus[91] a suis
appellatus est. Papa autem Alexander, vir catholicus et honestus, cum suis cardinalibus
apud Beneventum morabatur[92], et ibi ab imperatore Grecorum, a rege Francie et Anglie, et
a prelatis ecclesiarum nuncios recipiens, negocia ecclesiastica sapienter et provide dispone-

a) consilio cum eo *prius scriptum, sed signis superpositis ab eadem manu ordo rectus indicatur* 3. b) mltis *prima manu, lineam per litteram* l *ductam addidit altera manus pallido atramento* 3. c) Milisio 3. d) Quo facto 3. e) Lori-telli 1? f) civem Salerni *desunt* 1. g) *alia manu et pallido atramento supra lineam add* 3. h) apud *deest* 1. i) Ierosolymam 1. k) Berterano 2. l) reddit 3. m) *omnia quae sequuntur usque ad verba* pallium illi de more concessit *desunt* 2. n) canonicum et gentinum 3. o) et 1. p) mag. et sibi 3. q) applicatus 1. r) elect. tantum concessit 3. s) sacramento 1? t) sua 1. u) per 3. v) manifest *prima manus, signum* ° *alia manu pallido atramento add.* 3. w) Agathe 3.

88) cf. Falc. l. c. p. 331: *His itaque dispositis, 12. die Martii rex iter arripiens 20. die eiusdem Panormum pervenit.* 89) Hoc tempore Romoaldus ipse Panormi morabatur; v. Hug. Falc. l. c. p. 340. 90) v. quoque Petri Blesensis epist. 46 et Hug. Falcand. l. c. p. 342. 91) III. 92) Aug. 1167 — Febr. 1170.

1170. bat. Post hec Campaniam rediit, et rogante Ionatha[93] domino Tusculani et eiusdem loci
civibus, eandem civitatem in sua protectione recepit, et ad illam cum cardinalibus et tota
Oct. 17. curia sua perrexit, et prenominato Ionathe de eadem civitate concambium tribuit. Quod
factum Romanis multum displicuit, recolentes[a] enim dampna, iniurias et mortes suorum
civium, quas Tusculanenses[a] cum Rainaldo imperatoris cancellario eis intulerant, indignati
sunt[b] plurimum et turbati, quod Alexander papa Tusculanum, quam ipsi dextruere niteban-
tur[c], in sua defensione[d] receperat; et ob[e] hoc inter eos et predictum papam guerra maxima
1172. est exorta. Que cum aliquanto tempore perdurassed, Romani utpote callidi et dolosi, benig-
nitatem Alexandri pape circumvenientes promiserunt, quod eum tamquam patrem et domi-
num in Urbe reciperent, et mandatis suis libenter obedirent, si prenominate civitatis muros
dextrui pateretur. Alexander autem papa eorum promissionibus et verbis fidem adhibens,
Nov. muros predicte civitatis passus est dirui. Quo facto[94] Romani voto suo potiti, quod[f] pape
promiserant adimplere noluerunt. Papa vero a Romanis se circumventum plurimum con-
dolens, turrim Tusculanorum[g] fossis et muris circumvallari fecit, et relicta ibi militum et
1173. peditum competenti custodia, Anagniam rediit, et ibi multo est tempore demoratus.
Mart. ex. Illis autem diebus Thomas Cantuariensis archiepiscopus, vir religiosus et Deum
metuens, dum pro libertate et ecclesiarum iusticiis Henrico regi Anglie viriliter repugnaret,
de Anglia exire compulsus ad regem Lodoycum[h] venit in Franciam, qui eum ob sue religio-
1165. nis reverenciam satis officiose recepit, et per aliquos annos in terra sua honeste[i] detinuit,
et que erant illi necessaria, liberalitate regia ministravit[95]. Tandem Alexandri pape preci-
1170. bus, et eiusdem regis interveniente gratia[96], ad pacem regis Anglie Thomas Cantuariensis
Dec. archiepiscopus rediit, et ad ecclesiam suam eo est permittente reversus. Transacto autem
aliquanto tempore, rex Anglie suggestione pravorum hominum cepit personas ecclesiasti-
cas molestare et ecclesiis sua iura subtrahere. Quod ubi archiepiscopus comperit, ab equi-
tatis tramite non declinans, omni timore postposito, cepit se ei pro iusticia recto[k] fronte
opponere, et tamquam bonus pastor pro liberando grege regi verbo et opere contrahire[l].
Cumque hec discordia de die in diem cresceret, et Cantuariensis archiepiscopi dicta simul
et facta regem plurimum pregravarent, quidam milites Anglie, videlicet Hugo de Morville,
Guillelmus[m] de Trachi[n], Renaldus filius Ursi, Riccardus Britto, Robbertus de Borroch[o], regi
in hoc placere credentes, sacerdotalis reverentie et divini timoris obliti, altera die post
Dec. 29. festum Innocentium Thomam Cantuariensem archiepiscopum ante altare maioris ecclesie
stantem pariter et orantem, ensibus percucientes in capite, occiderunt. Moxque nemine
persequente, set sola illos commissi homicidii conscientia remordente, sunt in fugam con-
versi. Cum autem monasterium et civitatem tanti sceleris fama replesset, catervatim
monachi clerici et laici[p] ad maiorem ecclesiam concurrentes, quod dictu nefas[q] est, pasto-
rem suum[r] iuxta altare occisum crudeliter repererunt[s]. Tandem copiosas lacrimas profun-
dentes, dantes[t] ex alto corde gemitus et suspiria, Christi pontificem in eadem ecclesia cum
ymnis[u] et laudibus sepulture honorifice tradiderunt. Iustus autem et misericors[v] Dominus,
qui sanctos suos non solum in futuro set etiam in hoc seculo sepe remunerare consuevit,
Thomam archiepiscopum, qui pro testimonio veritatis occisus fuerat, et quem pena simul
et causa martirem fecerat, multis signorum indiciis et novis miraculorum argumentis toti
1173. mundo celebrem reddit[w] et famosum. Cumque ad aures pape Alexandri[x] miraculorum eius
Mart. 13. certa fama et veridica pervenisset, communicato fratrum suorum consilio, prenominatum

a) recolentes ei magnas iniurias et mortes quas Tusculanenses 3. *sed in voce* magnas *littera* s *alia manu pallidoque atramento superscriptum est, eodem modo est etiam* quas *in margine add.* b) *inter* indignati *et* sunt *alia manus pallido atramento superscripsit* etiam 3. c) nitebatur 3. d) protectione 1? potestate *Carusius.* e) per 3; ab *Carus.* f) que 2. 3. g) Tusculanarum 3. h) Lodovicum 1. i) *deest* 1. k) recta 3; lęto *Carus.* l) *i. e.* contraire. m) Guilfo 3. n) Traci 1. o) de broch 1. p) clerici layci 1. q) nefandum 2. r) suu 3. s) reppererunt 1. t) dantes ex alto suspiria corde et gemitus, Christi 1. u) hymnis 1. v) miserator 1. w) reddidit 1. x) papo Alex. 3.

93) Immo Raynone, qui die 8. m. Augusti civitatem cum omnibus pertinentiis tradidit Alexandro III. successoribusque eius. *Ipse vero* (sc. papa) *celebrata nativitate beate Marie cum fratribus suis de Verulano exiens et versus Tusculanum procedens, in vigilia sancti Luce* (i. e. Oct. 17.) *cum gloria et honore civitatem ipsam intravit et in palatio ipsius arcis tanquam dominus per 26 menses resedit.* Vita Alexandri III. ap. Watterich II. p. 416. Videas quoque notam V. Cl. Wattenbachii ad Petrum Cass. M. G. VII, 791. n. 12. 94) V. Ann. Ceccan. ad a. 1172. supra p. 286: *Alexander papa fecit finem cum Romanis, qui destruxerunt muros civitatis Tusculanae mense Novembri.* 95) v. S. Thomae vitam auct. Edwardo Grim ap. Giles, S. Thomae Cantuar. Opp. Vol. I, 57. 96) De pace inter archiepiscop. Thomam et Henricum regem reformata v. Vitam S. Thomae auct. Wilhelmo, apud Giles, l. c. p. 272.

archiepiscopum auctoritate apostolica canonizavit in martirem, et ipsum in cathalogo martirum scribi et eius martirium in die sui anniversarii per omnes ecclesias precepit annis singulis sollempniter celebrari[1]. Rex autem Anglie audiens, quod sceleris in archiepisco- 1171. pum perpetrati, tamquam illius rei fuisset conscius, opinio eum quodammodo vulgaris attingeret, et mendax illum sine culpa fama morderet, de sue innocentie puritate confisus, quosdam de episcopis suis et clericis Anangliam ad Alexandrum papam direxit. Qui coram eo et suis cardinalibus, tactis sacrosanctis euangeliis, publice iuraverunt, quod prenomina- Mart. 25. tus rex ab efusione iusti sanguinis erat innoxius et a comunione commissi criminis prorsus extiterat alienus[2]. Milites autem illi, qui in Christi pontificem cruentas manus inicere non timuerunt, redeuntes ad cor, et reatum suum et nequiciam[a] recolentes, ad pedes Alexandri pape humiliter advenerunt, et se reos, se esse impios publice proclamantes, penitenciam de commisso scelere postulabant. Quos papa de admissa nequicia vehementer redarguit, et venturum super eos Dei iudicium, nisi digne penituissent, comminando promisit. Quibus etiam dedit in mandatis, ut discalciati et ciliciis[b] induti, Ierusolimam pergerent, et sacra loca cum dolore et gemitu visitarent, dehinc ad Montem-nigrum, qui Antiocene civitati adiacet, festinanter accederent, ibique solitarii in ieiuniis, vigiliis, orationibus et lamentis, omni vite sue tempore perdurantes, de tam immani scelere penitenciam agerent et Dei misericordiam iugiter postularent.

Eo tempore cum Emmanuel[c] imperator Constantinopolitanus frequentibus nunciis de- 1172. legatis filiam suam Zura[d] Mariam Wilhelmo regi Sicilie in uxorem tradere promisisset, tandem ex convencione utriusque partis factum est, quod imperator, presentibus legatis eiusdem regis, in anima sua iurare fecit, et iuramentum suum magnatum suorum iureiurando firmare[e], quod in termino et loco ab utraque parte prefixo[f] filiam suam regi pro uxore transmitteret. Et simile iuramentum ex parte regis et suorum familiarium de filia imperatoris recipienda prestitum est et iuratum. Quo facto, rex Wilhelmus, utpote vir legalis et Deum metuens, iuramentum suum observare desiderans, simul cum Henrico fratre suo Capuanorum principe Tarentum venit, et ibi nuncios imperatoris cum eius filia in prefixo loco et termino aliquandiu expectavit. Dehinc ad Sanctum Angelum in Montem Garganum[g] orationis studio devotus princeps accessit, et post hec Barolum rediit, et ibi aliquantis diebus demoratus est. Sed imperator iuramenti sui et promissionis oblitus, filiam suam regi statuto loco et termino non transmisit. Quo rex cognito per terram Beneventanam transiens, Henricum[h] Capuanorum principem fratrem suum, quia infirmus erat, Salernum misit, et ipse primo Capuam dehinc Salernum venit. Prenominatus autem princeps galeam ingressus Panormum rediit, et ibi corporis invalescente molestia, anno vite sue tercio decimo mortuus est, Iun. 16. et in ecclesia sancte Marie de Panormo[i] iuxta sepulcrum regis Rogerii avi sui honorifice est sepultus anni[k] Domini 1172 et medio mense Iunii, indictione 5.[k] Rex autem cum aliquantis diebus Salerni moram fecisset, simul cum Gualterio venerabili[l] Panormitano archiepiscopo, et Matheo[m] vicecancellario galeas ingressus Panormum rediit, ubi principis fratris[n] sui morte cognita, primo, sicut debuit, carni[o] et nature compassus multum doluit, dehinc, sicut decuit, rationi et suorum fidelium consiliis acquiescens, sui meroris in Domino consolationem accepit.

Anno Domini millesimo . . . .[p] Fredericus autem Romanorum imperator recolens et alta mente revolvens iniurias sibi a Lombardis frequenter illatas, et quod[q] pene contra eum omnes coniurassent, et quod Mediolanenses, eo prohibente, Mediolanum rehedificassent, et Alexandrini civitatem suam de novo hedificare cepiscent, primo Christianum cancellarium suum et Maguntinum archiepiscopum, virum utique providum et discretum et in 1172. negociis bellicis aprime eruditum, per montana[r] Lombardie et Ianuam usque in Thusciam et marciam Ancone[s] direxit. Dehinc[t] markione[u] Montisferrati[3] et Papiensibus et quibus-

a) malitiam 1? b) cilicii 3. c) Emmanuhel 1. d) Hura 2. e) firmari 1? f) profixo 1. g) Monte Gargano 1; monte Garganum 3. h) Henricus 3. i) Panormum 3. k) anni — ind. 5. *des.* 2. 3, *habet* 1. l) venerabilis 1; *in* 3 *prima manus omisit, alia manus pallido atramento supra lineam scripsit* uenerabil. m) *in hac voce* o *pallido atramento add. est* 3. n) fratri 3. o) carnis 3. p) Anno — . . . *des.* 2. 3. q) quo 3. r) montanam 3. s) aucone 3. t) *deest* 1. u) marcone *prima manu, alia pallido atramento supra lineam addidit* hi, *ita ut efficeret* marchione 3.

1) v. epistolam papae apud Wilkins, Concil. Magn. Brit. et Hib. I, 475. 2) v. Vitam Alex. III. ap. Watterich l. c. p. 418 420. Anno 1172 die 21. m. Maii rex Henricus »se *in propria persona purgavit iuramento.* 3) Wilhelmo.

dam aliis Lombardis ipsum affectuose rogantibus, collecta magna multitudine Brebicionum[4]
1174. et aliorum conductitiorum[5] militum, Italiam potenter intravit.
Sept. Oct. Anno millesimo ....[a]. Primo autem ingressu suo Astensem[b] civitatem[6], Tau-
rinum et vicinas civitates, ipsis se sponte reddentibus, occupavit. Dehinc markionis Montis-
ferrati et Papiensium suggestione Alexandriam civitatem[c] obsedit. Multi enim nobiles et
1168. populares viri de terra prenominati markionis oriundi, plures iniurias et molestias ab eo[d]
perpessi, illius insolenciam perpeti non valentes, relictis habitationibus suis in quadam pla-
nicie[e] pariter convenerunt, et adiuvantibus eos Mediolanensibus et aliis Lombardis, in eadem
planicie civitatem de novo edificare ceperunt, et eam ob reverenciam pape Alexandri Alexan-
driam vocaverunt. Cum autem hec civitas ab imperatore fuisset obsessa, propter sui novi-
tatem necdum erat tota[f] fossatis circumdata et domus eius erant palea cooperte, unde et
a Theothonicis in contemptum et ironiam[g], Palearum civitas[7] est appellata, que postmodum
1174. in conflictu bellico ferrea est inventa. Imperator autem, animantibus eum Papiensibus et
Oct. 27. markione[h], cepit civitatem viriliter inpugnare, machinas circumquaque instruere, fossata
diruere et replere, et eam frequentibus insultibus molestare, credens illam in brevi tempore
pro suo arbitrio optinere. Set Alexandrini, utpote viri fortes et ad bella doctissimi et pro
libertate[i] pugnantes, ceperunt imperatori[k] animose resistere, fossas suas defendere et illius
machinas suis machinis oppugnare. Superveniente[l] autem hyeme[m], que solito asperior[n]
inorruerat, adeo quod pro inundatione valida et algore nimio de equis et hominibus exerci-
tus[o] plures extingueret, imperator tamen in suo proposito firmus[p] perseverans, noluit ab
obsidione recedere, set eam frequentibus preliis et insultibus variis non destitit inpugnare.
1175. Apr. Adveniente autem pascha, in die parasceue et sabbati sancti propter dierum reverenciam
11. 12. imperator eis ymaginariam[q] treguam[r] concessit; cumque Alexandrini[s] sub occasione tregue
sue civitatis custodiam aliquantulum neglexissent, imperator, nacta oportunitate, nescienti-
bus Alexandrinis, fossas et cuniculos sub terra fieri iussit, et per eos armatos milites intrare
fecit[8], ut ex inproviso de cuniculis repente erumperent et civitatem huius fraudis[t] nesciam
occuparent. Set mox ut Alexandrini hoc perceperunt, arreptis armis ceperunt ad fossata[u]
currere, et introeuntibus Teothonicis viriliter repugnare. Set operante divina potencia, que-
dam pars fossati subito corruit[u], et eos, qui in cuniculis et foveis[v] erant, oppressit pariter
et extinxit[w]. Quo cognito, Alexandrini foras egressi, castrum ligneum armatis militibus
plenum, quod imperator credebat in civitatem inducere, inmisso igne simul cum[x] militi-
bus combusserunt. Imperator autem sua spe et intencione frustratus, et de morte suorum
vehementer afflictus, non valens ultra progredi, se intra castra recepit. Lombardi autem
et alii, qui cum Alexandrinis coniuraverant, oppressione civitatis cognita, magna militum et
peditum multitudine congregata, ad eius liberacionem festinare ceperunt, et secundo die
Apr. 15. post pascha circa Alexandriam castra metati sunt. Quo cognito, imperator eis obviam, re-
licta civitatis obsidione[y], perrexit. Cumque hinc et inde acies forent militares[z] disposite et
in eo essent ut pariter dimicarent, religiose quedam persone et viri sapientes inter impera-
Apr. torem et Lombardos hunc modum concordie[*] tractaverunt: ut Lombardi[a], dimissis armis,
16. et 17. imperatoris tamquam domini sui gratiam humiliter postularent, dehinc tres prudentes viri
ex parte imperatoris et tres ex parte Lombardorum eligerentur, quorum disposicione et
arbitrio eorum deberet pax et concordia terminari[9]. Cumque hoc pactum et imperatori et
Lombardis non modicum placuisset, imperator Papiam rediit, et Lombardi ad propria sunt
reversi. Imperator interim nuncios ad Alexandrum papam apud Anagniam direxit, rogans

a) *desunt* 3. b) Astenses 3. c) *deest* 2. d) ab eo *des.* 1. e) *in margine recentiori manu scriptum est:* de edificatione alexandrie civitatis lombardie 3. f) tota erat 1. g) inromam 3. h) markyone 1. i) liberalitate 1. k) *prius* imperatore *rad. corr.* 3. l) super, *ultimum paginae verbum* 1. m) yeme 1. n) asperiore *prius, rad. corr.* 3. o) *deest* 1. p) firmus *deest* 1. q) imaginariam 1. r) tegruam 1. s) Alexandrinis 3. t) huius fraudis *pallido atramento supra lineam add.* 3. u) fossata superiora cucurrere et terram dirumpere, propter quod terra desuper subito corruit 2. *et Carusius.* v) foveveis 3. w) extincxit 1. x) *deest* 3. y) obsione 3. z) *in hac voce* s *littera in loco raso* 3. *) cotidie 3. a) Lombardis 1.

4) Brabantinorum, *Brabançons*; v. Ann. Maurimonasterienses M. G. XVII, 181. et Ann. Plac. ad a. 1174. M. G. XVIII. p. 413. 462. 5) mercede conductorum. 6) Ann. Brix. ad a. 1175. supra T. XVIII, 814: *circa festum sancti Mikaelis capta est civitas Asti a Federico.* 7) Non sine cavillatione Sicardus Cremonensis ait (Murat. SS. VII, 601): *Imperator — Paleam obsedit, sed non messuit nec quidquam in horrea reportavit.* 8) nocte inter diem 11. et 12. m. Apr. 9) Instrumentum compromissionis inter imperatorem et Lombardos dieb. 16. et 17. m. April. *in territorio Papie in campo subtus Montebellum inter exercitum imperatoris et Lombardie* factae v. M. G. Legg. II, 145.

ut aliquos de fratribus suis ad eum in Lombardiam mitteret, qui simul cum Lombardis
tractande pacis colloquio interessent. Papa vero, consilio habito, Hubaldum[a] Hostiensem
et Bernardum Portuensem episcopos, et Guillelmum Papiensem cardinalem Sancti Petri
ad Vincula in Lombardiam misit, ut simul cum Lombardis pacem ecclesie et Italie per-
tractarent. Qui venientes, habito Lombardorum consilio, diu cum imperatore pacis col-
loquium habuerunt. Set cum neque cardinales neque Lombardi aliquem fructum pacis
ab imperatore consequi potuissent, cardinales et Lombardi infectis negociis ad propria
redierunt[10]. Imperator autem spe pacis consequende frustratus, de novo guerram
Lombardis facere cepit et Alexandriam modis quibus poterat infestare. Lombardi autem
e converso ceperunt illi[b] pro posse resistere et Alexandrinis opem et auxilium pro viribus
ministrare. Et quia imperator multos de suis et fame et bello ammiserat, et repugnante
horrore yemis, in Alexandrie obsidione stare non poterat, se cum suis intra Papiam recepit, **Apr. ex.**
et nacta oportunitate temporis, frequenter circa Alexandriam discurrebat, eius labores et
vineas devastabat, capiebat cives, et dampna eis quantacumque poterat inferebat. Alexan-
drini autem tum per[c] se tum Lombardorum auxilio ei viriliter resistebant, et vicina loca,
que imperatori[d] favebant, inpugnare et destruere non cessabant. Imperator vero[e] vires
suas debilitatas et miliciam suam pro maiori parte defecisse considerans, frequentes nuncios
principibus suis in Alamanniam direxit, rogans atque precipiens, ut ei, misso militari
auxilio, proxima estate succurrerent, quo se posset ab iniuria illi a Lombardis illata viri-
liter vindicare. Christianus autem prenominati imperatoris cancellarius[f], quem ipse in **1172.**
Tuscia premiserat, sicut vir providus et discretus, partim viribus[g], partim precibus Tusciam
pacificavit, et imperatoris preceptum iurare fecit. Dehinc ad[h] ducatum Spolitinum et ad **1173.**
Marchiam[i] veniens, multa castra regionis illius depopulatus est et cepit, Asisiam[k] civi-
tatem et Spolitinam[l] suo dominio subdidit. Anconam cum Venetis tempore longo obsedit, **1174.**
credebat enim Grecum quemdam Constantinopolitani imperatoris nuncium[m], qui in eadem **Apr.–Oct.**
civitate erat, cum sua pecunia capere; set quia cives eiusdem civitatis ei viriliter resiste-
bant, et comitissa de Berthenora[11] cum Guillelmo de Markysella nobili Ferrariensi catanio,
cum magna multitudine militum et peditum ad sucursum eiusdem civitatis veniebat, non
potuit quod intendebat perficere, set recepta ab Anconitanis magna[n] pecunia, ab obsidione
recessit. Interea predictus cancellarius ex mandato imperatoris nuncios ad Guillelmum **1176.**
Sicilie regem transmisit, suadens et postulans, ut ipse, imperatoris filia in uxorem accepta,
cum eo pacem perpetuam faceret et ipsi se amicabiliter couniret. Sed rex Wilhelmus, ut-
pote christianissimus et religiosus princeps, sciens hoc matrimonium Alexandro pape pluri-
mum displicere et Romane ecclesie non modicam iacturam inferre, Deum et Alexandrum
papam in hac parte reveritus, imperatoris filiam in uxorem et eius pacem recipere noluit.
Quod factum imperator egre tulit et multum ad animum revocavit. Set non multo post
imperatoris filia est defuncta.

Adveniente autem estate, Philippus Coloniensis archiepiscopus cum quibusdam prin- **1176.**
cipibus Alamannie et magna multitudine strenuorum militum per montana Cumarum[12] **Mai.**
Ytaliam[o] intrantes, imperatori succurrere festinabant. Quo cognito, imperator eis obviam
perrexit, et simul cum illis versus partes Mediolani ad divastandum eorum segetes ire
disponebat. Quo audito Lombardi, licet omnes suos nullatenus expectassent, imperatori
obviam ire ceperunt. Cumque exeuntes quoddam nemus, ex insperato imperatori, qui **Mai. 29.**
militares acies iam ad bella paraverat, subito ocurrissent, cum illo ceperunt habere con-
flictum. Set quia non multi adhuc de Lombardis convenerant, primo sunt ab imperatore
in fugam conversi. Pedites vero[p] Mediolanenses cum paucis militibus, qui circa car-
ruciam[q, 13] erant, fugere non valentes, simul conglomêrati stare ceperunt. Imperator autem
videns Lombardos milites aufugisse, pedestrem multitudinem, que remanserat, credidit
facile superare. Cumque congregata sua milicia super eos vellet irrumpere, illi oppositis
clipeis[r] et porrectis astis ceperunt eorum furori resistere, et ad se venientes animose re-
pellere. Cumque conflictus iste inter imperatorem et Lombardos pedites[s] aliquandiu

a) Hybaldum 1. b) illis *prius, rad. corr. in* illi 3. c) pro 3. d) ei 1 *et Contelorius.* e) *deest* 1. f) *in hac voce littera* e *pallido atramento postea add. est* 3. g) *prius* uuribus, *radendo corr.* 3. h) ad *deest* 3. i) markyam 1. k) Assisiam 1. l) Spolitinum 3. m) *huius vocis litteras* um *in loco raso, recentior manus nigro atramento scripsit* 3. n) magna *deest* 3. o) Italiam 1. p) autem 1. q) *sic* 3; carrucam 1. r) clippeis 1. s) peditos *prius, rad. corr.* 3.

10) v. Roberti de Monte chron. ad a. 1175. M. G. SS. VI, 524. 11) Aldruda. 12) v. Ann. Colon. max. supra Tom. XVII, 788. 13) i. e. caroccium, Ital. *caroccio.*

perdurasset, Lombardi[a], qui fugerant, resumptis viribus, et aliis, qui de novo venerant, sociati, ad pugnam sunt animose reversi, et simul cum suis peditibus super imperatoris
14 exercitum impetum facientes, ipsum in fugam unanimiter converterunt[14]. Lombardi autem fugientes Theutonicos[b] usque ad vicinum fluvium[15] insecuti, multos eorum cedentes gladio, plurimos in flumine submerserunt. Deinde reddeuntes ad castra, magnam imperatoris et exercitus eius suppellectilem occupaverunt[c], et sic tanta potiti victoria, circa Papiam castra metati sunt. Set quia victoria solet elationis spiritum victoribus[d] ministrare, in eodem loco moram facere negligentes, ad propria sunt reversi. Imperator autem cum in prenominata pugna viriliter dimicasset, et fugiencium pene ultimus extitisset, superveniente nocte delituit[e], et cum aliquantis diebus fuisset absconditus et quo divertisset esset incognitum, nocte cum paucis Papiam intravit. Tunc vero manifeste cognoscens[f] Dei sibi repugnare potenciam, cuius ecclesiam[g] et ministros persequi non cessabat, ad cor rediens, habito saniori consilio Madeburgensem[h] archiepiscopum[16], electum Guarmaciensem[i, 17] et protonotarium[18] suum cum Christiano cancellario, qui in partibus illis erat,
Oct. ad Alexandrum papam pro consequenda pace Anagniam direxit[19]. Qui cum aliquantis diebus circa[k] papam et eius curiam moram fecissent, habito cum eo et[l] paucis cardinalibus secreto nimis et privato de modo et forma pacis consilio, hac lege et condicione proposita dissesserunt. Papa quidem Alexander, utpote vir religiosus et sanctus, pacem ecclesie affectuose desiderans, imitatus eum, qui ea, que in celis et que in terris sunt, sui sanguinis effusione pacavit[m], dignitatem sui officii et laborem sui corporis pro bono pacis et commodo non attendens, promisit per mare usque Ravennam vel Veneciam pergere, et habito Lombardorum consilio, colloquium cum imperatore de bono pacis habere.

1175. Eo tempore Hemmanuel imperator Constantinopolitanus, congregato christianorum et paganorum militum et peditum, sagittariorum et balistarum[n] infinito exercitu, brachium sancti Georgii transiens, terram soldani Yconii[20] violenter invasit, et partem eius non modicam occupavit. Soldanus autem de sua virtute diffidens, per internuncios suos imperatoris amorem et gratiam satis humiliter postulavit, nec eam potuit impetrare. Cumque de recuperanda[o] imperatoris gratia[p] esset penitus desperatus nec ei posset in campo resistere, congregata suorum multitudine, in angustis locis, unde erat imperatoris exercitus transiturus, paravit insidias, et super eundem ex improviso irruens, exercitum in fugam convertit. Cepit ex eis multos Latinos, qui noluerunt fugere, fere omnes in ore gladii interemit, multos de consanguineis imperatoris retinuit pariter et occidit. Crucem dominicam, quam imperator secum detulerat, et sanctorum reliquias et spolia plurima atque thesaurum maximum occupavit. Tunc imperator, ammisso tanto exercitu, nullam viam evadendi inveniens, cum soldano treuguas quales potuit fecit, et sic in terram suam, rebus et hominibus perditis, humilis et inglorius rediit, quod ex[q] iusto Dei iudicio credimus provenisse. Iustus enim iudex considerans, quod imperator, neglecta religione fidei, de filia sua illustri regi[r] Sicilie tradenda in matrimonio, periuraverat, per inimicos fidei de eo voluit vindicari, et indignum reputans[s] crucem suam ab infideli principe debere servari, passus est eam in ulcionem imperatoris et iniuriam ab infidelibus occupari. Qui tamen eam[t] cum magna reverencia detinentes, facta treugua, imperatori[u] honorifice remiserunt.

1176. Interea rex Wilhelmus consilio pape Alexandri Heliam Troianum[v] electum et Arnulfum Capudaquensem episcopum et Florium de Camerota regium iusticiarium ad regem Henricum in Angliam[w] misit, ut ei Iohannam minorem filiam suam in uxorem daret. Rex autem Henricus[w] pape Alexandri[x] et principum suorum consiliis acquiescens, peticioni regie prebuit gratanter ascensum, et filiam suam cum nunciis eiusdem regis et principibus suis usque ad Sanctum Egidium honeste transmisit. Quo cognito, rex Wilhelmus

a) Lombardis *prius, rad. corr.* 3. b) teotonicos 1. c) occuparunt 1. d) victoribus *deest* 1 *et Carusio.* e) delicuit 1. f) *deest* 1; noscens *Contelorius.* g) ecclesias 3. h) madeburgensis 3. i) guarnariensem 1; guamaciensem 2. k) fuisset 1. l) eo et *alia manu alioque atramento in loco raso* 3. m) *sic* 1; placuit 3. n) balistarium 3. o) recuperandi 1. p) gratiam 1. q) et 3. r) regis 3. s) deputans 3 t) ea 3. u) imperatoris 3. v) traianum 1. w) in Angliam — Henricus *desunt* 2. 3. x) *huius vocis litterae* ri *alia manu in loco raso scriptae sunt* 3.

14) apud Legnanum. 15) Ticinum. 16) Wichmannum. 17) Conradum. 18) Wortwinum. 19) quo venerunt die 21. Oct. test. Annal. Ceccan. supra pag. 286. Pactum Anagninum v. in M. G. Legg. II, 147 sqq. Secundum vitam Alex. III. (Watterich II, 433.) *ultra quindecim dies tractatus ipse duravit.* Itaque circa diem 4. m. Nov. statutum fuisse pactum necesse est. 20) Kilidsch-Arslan.

Alfanum Capuanum archiepiscopum et Riccardum[a] Siracusanum episcopum et comitem Robbertum[b] de Caserta cum viginti quinque galeis ei obviam misit. Qui venientes ad Sanctum Egidium, prenominatam regis filiam intra galeas[c] recipientes[d], eam usque Neapolim deduxerunt. Set quia puella, navigationis insolita, fluctus maris pati non poterat, celebrato Neapolim dominice nativitatis festo, per Salernum et Calabriam Panormum venit, [Dec. 25.] ibique a rege Wilhelmo et magnatibus suis, sicut decuit, satis est honeste suscepta. Con- [1177.] gregatis[e] autem[f] rex Wilhelmus proceribus Sicilie et magna populi multitudine, prenominatam filiam regis[g] Anglie in capella sua desponsavit, et se et eam gloriose coronari fecit, et sollempnes de illa nupcias celebravit anno dominice incarnationis 1176, mense [Febr.] Februarii, indictione 10.[h]

Papa autem Alexander in Lombardiam iturus, ante festum nativitatis Hubaldum [1176. Dec.] Hostiensem[i] episcopum et Raynerium[k] cardinalem[21] in Lombardiam premisit, ut Lombardorum consilio securitatem ab imperatore reciperent, ut ipse cum omnibus suis et quicumque ad eum ire vellent, secure et sine dampno aliquo pergere possent. Venientes autem[l] ad imperatorem, ab eo honorifice sunt recepti, et presentibus eis et Lombardis, tregue et securitates hinc inde sunt prestite, et ut colloquium tractande pacis[m] apud Boloniam fieret, utriusque partis ascensu ordinatum est et dispositum. Cremonenses autem et Terdonenses[n], audito quod papa venturus esset in Lombardiam, ut inter imperatorem[o] et Lombardos pacem componeret, credentes anticipare alios et ob hoc maiorem imperatoris gratiam impetrare, obliti promissionibus iuramenti[p], quod aliis civitatibus fecerant, eis nolentibus et contradicentibus, cum imperatore sunt concordati. Unde postmodum a papa et ab omnibus, qui hoc audierunt, viles et proditores sunt habiti. Papa vero antequam iter arriperet, nuncios suos ad regem Wilhelmum in Siciliam misit, ut aliquos de magnatibus suis a latere suo ad eum transmitteret, qui cum illo et pro parte eius tractande pacis colloquio interessent; papa enim firmiter in suo habebat proposito, nequaquam cum imperatore sine rege Wilhelmo pacem facere, ut qui adiutor ecclesie et defensor in tribulatione fuerat, in composicione pacis ecclesiastice socius et particeps fieret. Rex autem Wilhelmus Romoaldo secundo Salernitano archiepiscopo et Rogerio comiti Andrie magno[q] comestabulo et magistro iusticiario[r] tocius Apulie et Terre Laboris per litteras suas dedit in mandatis, ut honorifice preparati simul cum papa[22] in Lombardiam pergerent, et pro [22] parte regia componende pacis cum imperatore tractatui interessent.

Alexander igitur papa ab Anagnia movens[s] et per Terram Laboris Beneventum veniens, [Dec. 6.] a festo nativitatis usque in epiphaniam ibidem est demoratus. Dehinc per Troiam et [Dec. 25. — 1177. Ian. 6.] Sipontum Vestam venit, et Guillelmum Portuensem episcopum[t] et Iacinthum cardinalem Sancte Marie de Scola Greca et quosdam alios cardinales per terram premisit, quia mare [Febr. ineunte.] propter eius procellas et inundationes intrare metuebant. Quos exeuntes de terra Aprucii et de finibus regni, Christianus cancellarius per Marchiam[u] [23] satis honeste ad imperatorem et[v] Ravennam usque deduxit. Imperator autem eos officiose recepit, et sicut decuit, multum honoris et reverencie illis exhibuit. Alexander vero papa simul cum Malfredo Palestrino[w] episcopo et Iohanne Neapolitano et Hugone[x] de Bononia et Busone[y] et Cencio[z] Capello cardinalibus et prenominatis regis nunciis, impediente tempestate, apud Vestam usque in quartam feriam, quando ieiunium inchoabatur, nono scilicet die intrante mensis [Mart. 9.] Marcii demoratus, cum undecim galeis mare Adriaticum[*] est ingressus, et dominico die [Mart. 13.] primo venturo Iadaram applicuit, ubi ab[a] archiepiscopo et episcopis regionis illius et comite et populo civitatis satis honorifice est receptus. Dehinc per insulas Dalmacie navigans, nono die stante[b] mensis Marcii ad portum Venecie aura flante secunda pervenit. [Mart. 23.]

a) *prius* Riccardus, *tum eadem manus erasit* s *et superduxit lineolam* m *indicantem* 3. b) comite Robberto *prius, alia manus rasuram quoque adhibens corr.* comite Robbertu 3. c) galea *prima manu,* s *postea supra addit.* 3. d) recipientes 3. e) convocatis 1. f) autem *deest* 1. g) s *in fine in loco raso* 3. h) *data desunt* 2 *et* 3, *in* 3 *post* celebravit *unius lineae spatium rubricatori vacuum est relictum.* i) Hostiensis 3. k) Rayñ 1; Rayneř 3. l) *prima manus* aut, *alia manus pallido atramento supraduxit lineolam* 3. m) *ante* pacis *locus unius litterae rasus* 3. n) Terdonensē 3. o) *post* imp. *locus unius litterae rasus* 3. p) promissionibus iuramenti 3, *prius inter haec duo verba* et *scriptum erat, sed nunc erasum est;* promissionis et iuramenti 1. q) et magistro 1, *Carus. et Contel.* r) iusticitrio 1. s) A. se movens 1. t) archiepiscopum 3. u) markyam 1. v) et *deest* 1. w) Palestino 1. x) Hugonē 3. y) Busoñ 3; Bosone 1? z) Cenci 3. *) andriaticum 1. a) *altera manu et pallido atramento supra lineam add.* 3. b) instante 2.

21) diaconum cardinalem S. Georgii. 22) Testante auctore vitae Alex. III. (Watterich II, 434) Romoaldus et comes Rogerius a rege Wilhelmo Vestam destinati sunt ad papam Alexandrum mense Febr. a. 1177. 23) Anconitanam.

1177. Et ibidem cum omnibus suis de galea descendens, in monasterio sancti Nicolay, quod dicitur
Mart. 23. Mart. 24. Ad litus, ipso die quievit. Altera autem die dux Venetie cum magna navium et populi
multitudine, et patriarcha Venetie simul cum patriarcha Aquileie et omnibus suis suffraganeis ad pedes Alexandri pape humiliter accedentes, ipsum processionaliter cum summo honore et gloria usque ad sancti Marci ecclesiam deduxerunt, in qua facta oratione populum benedixit. Dehinc navem ducis cum ipso simul ingressus, usque[a] ad palacium patriarche veniens, in ipso ospicio se recepit. Episcopi autem et abbates vicinarum parcium, adventu pape cognito, omnes cum suis clericis ad eius vestigia devote et[b] humiliter acces-
Mart. 25. serunt. In festo autem annuntiationis[c] Virginis[d, 24] papa a duce Venecie et magnatibus eius
affectuose rogatus ad ecclesiam sancti Marci cum cardinalibus suis accessit, et in ea missam publice decantavit.

Fredericus autem imperator, qui apud Cesenas morabatur, cum adventum pape in Veneciis cognovisset, Madeburgensem archiepiscopum et electum Guarmaciensem[e] et protonotarium suum ad eum transmisit, affectuose postulans, ut, si ei placeret, locum futuri colloquii a Bononia transmutaret; non enim sibi tutum fore arbitrabatur, Christianum cancellarium suum cum aliis nunciis illuc dirigere, eo quod eiusdem loci civibus odiosus esset pariter et offensus, quia eos in bello devicerat et iniurias plurimas et dampna intulerat. Quibus papa respondit: *Imperator legatorum nostrorum et Lombardorum consilio communi pariter et assensu, tractatum pacis apud Bononiam habere disposuit, quod ergo de eorum communi voluntate est dispositum, non debet sine communi consilio immutari.* Qua de causa Alexander papa cardinalibus, qui erant Ravenne, archiepiscopis, episcopis et abbatibus, potestatibus, consulibus et rectoribus Lombardie mandavit, ut ei Ferrariam occurrerent, quatinus, communicato eorum consilio, imperatori de loco, in quo habendum esset pacis colloquium, et de aliis suis petitionibus responderet. Ipse vero cum Venetiis diebus esset
Apr. 9. 15 demoratus, per mare Lauretum venit, dehinc per Padum Ferrariam cum galeis unde-
Apr. 10. cim in dominica passionis ascendit. Ubi ab episcopis multis et eiusdem urbis civibus et
magna populi multitudine, que illuc propter feriam[25], que illuc celebrabatur, convenerat,
Apr. 11. satis est magnifice et honeste susceptus. Proxima vero septimana Ravennas archiepiscopus
cum suis suffraganeis, Mediolanensis archiepiscopus cum episcopis et abbatibus Lombardie, potestates, rectores, consules et multi prudentes de civitatibus Lombardie Ferrariam ad Alexandrum papam festino gressu letabundi venerunt, quos papa paterno affectu, prout decuit, benigne satis et iocunde suscepit[26].

Apr. 12. Altera vero die cum eis in maiori ecclesia sancti Georgii, congregata populi multitudine magna, convenit, quos facto silentio tamquam filios taliter est allocutus: *Novit vestra discretio, filii dilectissimi, quod, peccatis nostris exigentibus, navis ecclesie, que in portu placido et tranquillo deberet consistere, adeo persecutionis valide procellas sustinuit, adeo iniquorum hominum turbines et fluctus incurrit, quod pene est in profundo pelagi cum suo gubernatore demersa. Imperator enim Romanus, qui ecclesiam tamquam illius advocatus gubernare et defensare debuit, impugnavit, et sue voluntatis non rationis sequens arbitrium, eam a sua unitate divisit, altare contra altare extulit, et inconsutilem Dei tunicam, quantum in eo fuit, dividere non expavit. Unde ecclesiastica virtute[f] divisa, et pacis vinculo dissoluto, Romane ecclesie dignitas pene deperiit, et que domina gentium et princeps provinciarum fuerat, facta est sub tributo. Et quia, imminente valide persecutionis articulo, Romane ecclesie quodammodo est debilitata auctoritas, cum non esset qui[g] delinquentium errores et peccata corrigeret, sanctorum patrum statuta et canones de suo ordine sunt et iure mutata. Sicque factum est, quod occasione huius schismatis et discordie multe ecclesie et monasteria sunt destructa, honestas ex parte perdita et religio violata, adulteria plurima, fornicationes, furta et homicidia sine vindice perpetrata, castella et urbes sunt dirute et incendio concremate, res viduarum et pauperum prede sunt et direptioni exposite. Set licet iustus iudex et patiens retributor, culpa humani generis exigente, iam per decem et octo annos virgam peccatorum super sortem iustorum iusto iudicio, set occulto, reliquerit, et ecclesiam suam persecutione valida passus sit vehementer affligi; tamdem motus ad veniam pio compassionis oculo afflictionem sui populi*

a) usque *prius, rad. corr.* 3. b) *deest* 1. c) annunciationis 3. d) virginee 3. e) Wamarciensem *pallido atramento script.* 3; *hic desinunt codices* 2 *et* 3. f) unitate *coniecit Watterich.* g) *deest* 1.

24) Auctor vitae Alex. III. papam die 3. m. April. missam celebrasse refert. 25) Messe. 26) Secundum relationem vitae Alex. omnes iam die 11. April. ante papam convenerunt.

miseratus asperit et navem ecclesie sue cum Petri vicario et suis fratribus persecutionis unda pene demersam noctis medio visitavit, et de salute propria et futura tranquillitate penitus desperantes voce salutifera confortavit dicens: „Confidite, ego sum, nolite timere.“ Ad cuius vocis imperium ventus tribulationis siluit et unda persecutionis quievit. Operante enim illo, qui voluntates principum pro suo beneplacito dirigit et corda regum, sicut vult, trutinat et disponit, imperator Romanus, qui verbum pacis audire non poterat, mutatus in virum alterum, pacem modo requirit et ecclesie concordiam, quam despexerat, nunc affectuose deposcit. Benedicta sit gloria Domini de loco sancto suo. Ecce enim lapis, quem edificantes reprobaverant, factus est in caput anguli, et in summitate ecclesie collocatus. Non ab homine set a Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris quod senex presbyter et inermis furori Theutonico potuit propugnare et sine bello imperatoris potentiam potuit debellare. Quod ex manifesto Dei iudicio credimus provenisse, ut humana superbia manifeste recolat et totus mundus evidenter agnoscat, quod pugnare contra Deum sit impossibile, et nemo illius potentie audeat contraire. Solus enim Altissimus dominatur in regno hominum, et cui voluerit dabit illud. Et licet imperator nos de pace ecclesie et dilecti in Christo filii et illustris regis Sicilie apud Anagniam per suos nuncios requisierit, et eam vobis absentibus perpetrare voluerit: nos tamen ardorem vestre fidei et devotionis firmiter recolentes, considerantes etiam, qualiter vos murum pro domo Hierusalem[a] *opponere studuistis, et qualiter pro statu ecclesie et libertate Italie viriliter decertastis, oblatam nobis imperatoris pacem recipere sine vobis nolumus, ut sicut fuistis socii tribulationis, participes sitis et gaudii. Inde est, quod non attendentes honoris proprii dignitatem, nec causati corporis fatiscentis etatem, nec maris veriti tempestatem, nos et fratres nostros labori et periculo exponere non timuimus, set ad vos per ignem et aquam indubitanter accessimus, ut vestro communicato consilio, oblatam imperatoris pacem, si ecclesie et illustri regi Sicilie et vobis conveniens fuerit et idonea, suscipere debeamus.*

Postquam Alexander papa suo sermoni finem imposuit, Lombardi in utraque militia diligenter instructi — sunt enim in bello strenui et ad concionandum populo mirabiliter eruditi — per sapientes suos taliter apostolico responderunt: *Venerande pater et domine, universa Italia pedibus se vestre dominationis inclinat et sue devotionis obsequia cum gratiarum actione multiplici vestre beatitudini representat. Letatur autem plurimum et exultat, quod pater ad filios, prelatus ad subditos, dominus ad subiectos est dignatus accedere, ut errantes oves a luporum morsibus potenter eripere et ad caulas ecclesie prudenter valeat revocare. Persecutionem, quam vobis et ecclesie imperator intulit, magis opere quam sermone cognoscimus, et persecutionis eius molestias, quas mundus auditu didicit, nos in nostris tribulationibus experimento sentimus. Primo enim nos eius impetum sustinuimus, primo nos illius furori obiecimus, et ne ad destruendam Italiam et libertatem ecclesie opprimendam propius posset accedere, nostrorum corporum et armorum obice prohibuimus. Nos pro honore et libertate Italie et Romane ecclesie dignitate servanda imperatorem cum suis schismaticis nec recipere nec audire voluimus. Et ob hoc expensas non modicas, labores plurimos et angustias, dampna rerum, pericula mortis et corporum subire non refutavimus. Et ideo, reverende pater, satis est conveniens et rationi plurimum consentaneum, ut oblatam vobis imperatoris pacem non solum sine nobis non recipere set etiam*[b] *audire debeatis. Ipse namque sepe nobis pacem sine ecclesia obtulit, nec recepimus; concordiam nobiscum sine vobis facere voluit, nec admisimus; magis enim volumus guerram illius cum ecclesie unitate incurrere, quam pacem eius cum ecclesie divisione servare. Quod autem personam vestram et fratrum vestrorum exposuistis periculo et labori, paternitati vestre super hoc de abundanti respondemus. Nam pro paucis laboribus multos rependimus, pro parvis periculis maiora recepimus, dum pro honoris vestri et ecclesie gloria nostra indifferenter expendimus, et pro liberanda ecclesia nos et nostros filios morti exponere non renuimus. Sciat autem vestra sanctitas et imperialis potentia evidenter agnoscat, quod nos gratanter imperatoris pacem, salvo Italie honore, recipimus et eius gratiam, libertate nostra integra remanente, preoptamus. Quod ei de antiquo debet Italia, libenter exsolvimus, et veteres illi iustitias non negamus; libertatem autem nostram, quam a patribus nostris avis et proavis hereditario iure contraximus, nequaquam relinquimus, quam amittere nisi cum vita timemus; magis enim volumus gloriosam mortem cum libertate incurrere, quam vitam miseram cum servitute servare. Quod autem illustrem regem Sicilie ad consortium nostre pacis adsciscitis, gratum nobis residet plurimum et acceptum, quia eum*

a) Israel *corr命it Watterich.* b) set nec etiam *Contelorius.*

amatorem pacis et cultorem iustitie recognoscimus. Ipse namque pre ceteris mundi principibus, suis et extraneis pacem tribuit et securitatem impendit, quod viatores nostri per opera sentiunt et peregrini experimento testantur, qui in viis et campis sine custode dormiunt et in nemoribus absque suarum rerum amissione quiescunt. Et ut brevi concludamus, in summa maior pax et securitas in regni eius nemoribus, quam in aliorum regnorum urbibus invenitur. Et ideo talem ac tantum principem et nostre pacis socium et nostre societatis esse volumus dominum et amicum.

Postquam Lombardi finem fecere dicendi, papa eos de more benedixit et ad hospitia Apr. 13. singulos abire permisit. Post diem autem tertium Christianus cancellarius, Coloniensis, Madeburgensis et Treverensis archiepiscopi, Guarmaciensis electus, Gotifridus alius cancellarius et protonotarius ex parte imperatoris Ferrariam ad papam venientes, residentibus cum eo regis nunciis et Lombardis, in consistorio publice protestati sunt, et dixerunt: *Venerande pater et domine, sicut imperator Romanus vobis per suos nuncios apud Anagniam repromisit, paratus est vobiscum et cum ecclesia, cum illustri rege Sicilie et cum Lombardis per nos pacem facere* 27 *et servare. Et ideo nobis septem*[27] *faciende pacis auctoritatem contulit. Et quidquid de bono pacis coram vestra presentia statuerimus, hoc totum imperialis dignitas ratihabitione firmabit.*

Hoc autem verbum pape admodum placuit, et habito consilio, alios septem, Hubaldum videlicet Hostiensem, Guillelmum Portuensem et Malfridum Penestrinum episcopos, Iohannem Neapolitanum, Theodinum de[a] Arrone et Petrum de Bona presbyteros cardinales et Iaquintum diaconum cardinalem pro parte ecclesie pacis arbitros et mediatores instituit. Lombardi autem totidem personas, Taurinensem videlicet, Bergamensem et Cumanum episcopos et Astensem electum, Girardum de Pesta Mediolanensem et Coczo Veronensem iudices et Albertum de Gammera Bresciensem civem, ad sue pacis compositionem unanimiter statuerunt. Precepit etiam papa nuncios regis Sicilie huic pacis tractatui interesse. Prius autem quam pacis capitula hinc et inde essent in medium producta, de loco colloquii non modica inter eos est obhorta contentio. Lombardi enim volebant hunc pacis tractatum apud Bononiam fieri, sicut per imperatorem atque Hostiensem episcopum et eos fuerat ordinatum. E contrario autem imperatoris nuncii reclamabant, se nequaquam pro tali causa Bononiam profecturos, eo quod Christianus cancellarius Bononiensibus odiosus esset plurimum et infestus, set cum illis pro hoc negotio libenter Venetiis convenirent, ubi utreque partes possent sine timore pergere et cum securitate manere. Lombardi autem e diverso suspectos habebant Venetos, asserentes, illos pacis cum eis inite federa violasse, et sepe imperatoris nuncios contra hoc, quod statutum inter eos fuerat, recepisse[b]. Cumque hec contentio aliquantis diebus de loco colloquii perdurasset, tamdem suadentibus regis nunciis, voluntati domni pape prebuere consensum, et se ituros Venetias, prestitis tamen prius securitatibus, promiserunt. Qua de causa papa Hugonem Bononiensem et Rainerium cardinales cum quibusdam Lombardis Venetias misit, ut a duce et populo Venetie securitatem reciperent, quod ipse cum iis, qui essent ad colloquium profecturi, secure possent intrare Venetias et exire, et in eis cum rebus suis salvi et sine timore persistere, et quod imperatorem sine mandato pape intrare fines Venetiarum ullatenus non permitterent.

Iis autem abeuntibus, Christianus cancellarius, qui Ferrarienses, quos in bello offen- Apr. 21. derat, plurimum metuebat, quinta feria maioris hebdomade a Ferraria movens, Venetias festinus advenit. Papa autem Alexander cum magno conventu archiepiscoporum, episco- Apr. 24. porum et abbatum paschalem festivitatem, que 24. die mensis Aprilis eo tempore occur- Mai. 1. rebat, usque ad octavas, ut moris est, Ferrarie sollempniter celebravit. Cumque a cardinalibus, quos Venetias miserat, de securitate a duce et populo prestita responsum idoneum Mai. 9. accepisset, nono die intrante mensis Madii cum regis nunciis galeas ingressus, sequentibus eum cardinalibus et Lombardis, eo die per Padum Lauretum descendit.

Mai. 10. Altera vero die per mare ad Sanctum Nicolaum, qui dicitur Ad litus, applicuit. Tertia Mai. 11. autem die a duce et populo Venetie, a patriarcha et universo clero, primo ad Sanctum Marcum, dehinc ad patriarche palatium cum magna gloria est et honore deductus. Postquam autem cardinales et Lombardi, qui papam fuerant subsecuti, Venetias applicuerunt, papa mediatoribus pacis iniunxit, ut in cappella, que erat in palatio patriarche, convenientes,

a) *sic Contelorius;* cl (clericum?) 1; dictum *Carusius.* b) recepissent 1.

27) Septem archiepiscopi et episcopi pro parte imperatoris convenerunt Ferrariae, scilicet Maguntinus, Coloniensis, Treverensis, Bisuntinus, Magdeburgensis, Salzburgensis et Wormatiensis electus. V. Vitam Alex. III. l. c. p. 439.

primo de pace Lombardorum, que prolixiori indigebat tractatu, haberent colloquium, de pace regis et ecclesie, que quasi una est, postmodum tractaturi.

Cum autem hoc factum esset, et rationes multiplices fuissent hinc inde prolate, tamdem Christianus cancellarius pro parte imperatoris disiunctam triplicem[a] proposuit, dicens: *Petit a vobis imperator et postulat, ut aut de regalibus et his, que ad eum pertinent, que vos detinetis, illi iustitiam faciatis, aut sententiam a iudicibus Bononie apud Roncaliam contra vos pronunciatam executioni mandetis, vel ea, que antecessores vestri seniori Henrico reddere consueverunt, illi faciatis.*

Quo audito, Girardus Pesta Mediolanensis iudex pro parte Lombardorum respondit: *Nos quidem imperatori, undecumque nos appellaverit, parati sumus sicut domino iustitiam facere, set quia hec iustitia non est unius hominis set multorum, non unius civitatis set plurium, secundum causarum merita inducias postulamus, ut deliberantes plenius super his, que nobis obiecta fuerint, competenti loco et termino apud communem iudicem responsuri veniamus. Quod autem dixisti apud Roncaliam a Bononiensibus iudicibus contra nos sententiam fuisse prolatam, plane inficiamur, eam non fuisse sententiam, set imperatoriam iussionem. Cum enim plures ex nobis, nec per contumaciam, fuissemus absentes, quidquid tunc contra nos dictum fuit, nobis nocere non debet, nec pro sententia reputari; secundum leges enim in absentes prolata sententia nullius est roboris vel valoris. Quod vero postulasti, ut ea imperatori reddere deberemus, que seniori Henrico a nostris antecessoribus sunt soluta, respondemus, quod prenominati imperatoris dispositiones pariter et statuta propter antiquitatem temporis iam pene perdidere memoriam, nec vivit aliquis nostrum vel vestrum, qui bene possit illius temporis dicta vel facta recolere. Item imperator Henricus, salva auctoritate imperii, non debet dominus set tyrannus vocari. Cum enim misisset manum in sanctum[b] Domini et Paschalem papam super altare cepisset, et cum multas ecclesias destruxisset et episcopos excecasset; eius facta velut crudelia et tyrannica non sunt trahenda ad consequentiam[c] vel ad memoriam revocanda. Set si imperatori placuerit, ea que antecessores nostri iuniori Henrico, Conrado et Lothario, et ei usque ad hec tempora reddiderunt, recipere, parati sumus in pace persolvere. Quod si hoc imperatori grave residet et videtur, pacem, que inter nos et eum per Cremonenses tractata fuit et in scriptis redacta[28], volumus firmiter observare. Que eo tempore completa fuisset, nisi quia imperator volebat nos ab ecclesie unitate recedere et Alexandri pape pontificium denegare. Provideat ergo super hoc vestra discretio, si, quia schismati consentire noluimus, debeamus nostre pacis conditionem deteriorem efficere.*

Cum autem scriptura de tractatu pacis habita et per Cremonenses Lombardis aliis delegata producta fuisset in medium, ceperunt Teotonici quibusdam scripture capitulis diligenter opponere et eorum sensum ad sue partis commodum retorquere, quedam vero capitula denegare. Econtra Lombardi ceperunt illorum responsiones suis responsionibus confutare, et his, que obiecta fuerant, satis studiose resistere. Ad comprobanda vero capitula, que ipsi negaverant, ceperunt Cremonensium, licet essent inimici, testimonium invocare. Cumque super his capitulis diebus esset[d] plurimis disputatum et nihil penitus diffinitum, ex utriusque partis convenientia quecumque hinc et inde dicta fuerant, ad pape audientiam sunt relata. Alexander autem papa, utpote vir eruditus et sapiens, considerans imperatoris et Lombardorum pacem multis esse[e] controversiis et questionibus involutam, nec eam posse brevi spatio temporis consummari, tractatu pacis postposito, cepit cum eis de treuguis sex annorum agere, sperans per treuguas ad consummationem pacis facilius posse perveniri. Tunc etiam Teotonicis de pace regis Sicilie verbum proposuit, affectuose postulans, ut imperator cum eo aut pacem perpetuam aut temporalem ad minus usque ad annos quindecim faceret, in veritate sciturus, quod nullatenus pacem eius et ecclesie posset habere, rege Sicilie in discordia remanente. Christianus autem cancellarius cum sociis suis consilio communicato respondit: *Novit vestra discretio, venerande pater et domne, quod nos ab imperatore accepimus in mandatis, ut vobiscum de pace ecclesie, regis Sicilie et Lombardorum haberemus colloquium et tractatum: set quia vos, tractatu pacis omisso, novum verbum nobis de treuguis faciendis proponitis, non possumus sanctitati vestre super hoc certum dare responsum, quoadusque verbum istud, quod de novo audivimus, ad imperatoris audientiam referamus.*

a) distincte rem triplicem *Contelorius.* b) servum *Carus.* c) consequentia 1. d) essent 1. e) esset 1.

28) v. Mon. Germ. LL. II, 145 sqq.

Accepta itaque a papa licentia, ad imperatorem, qui apud Pomposam venerat, gradu concito perrexerunt. Est autem Pomposa locus quidam delectabilis et nemorosus inter Ravennam et Venetiam collocatus. Cumque imperatori petitionem pape de componenda pace cum rege Sicilie usque ad annos quindecim, et de faciendis treuguis cum Lombardis usque ad annos sex per ordinem exposuissent, adversus eos vehementer indignatus infremuit, asserens illos in hoc tractatu pacis magis Alexandri pape honori et commodo, quam dignitati imperii providisse. Quare precepit eis, ut ad papam redeuntes firmiter ei ex sua parte proponerent, quod ipse cum eo et ecclesia pacem libenter faceret, set regis Sicilie et Lombardorum treuguas denegaret. Qui venientes totum pape per ordinem retulerunt, sicut illis fuerat ab imperatore mandatum. Post quorum discessum imperator Gottifridum minorem cancellarium[29] cum episcopo Clarimontis[30] et abbate de Bonavalle[31] Venetias delegavit[32], iniungens eis, quod Christiano cancellario et sociis suis ignorantibus, caute et privatim pape ex sua parte significarent, quod ipse amoris eius intuitu pacem regis Sicilie usque ad annos quindecim et usque ad sex annos Lombardorum treuguas concederet, si papa cuidam sue petitioni preberet assensum. Quam tamen petitionem ei volebat penitus esse incognitam, set duobus cardinalibus, quos ipse eclegisset, volebat illam diligenter exponi, ea tamen conditione, quod si cardinales electi petitione cognita de ea complenda consilium pape tribuerent, ipse eam sine dilatione perficeret.

Ex mandato itaque pape Hubaldus Hostiensis episcopus et Theodinus cardinalis ad hoc negotium sunt electi, quibus imperatoris petitio ab eius nunciis privatim est et studiose exposita. Cumque cardinales petitione cognita pape suggererent, quod petitioni imperatorie preberet assensum, Alexander papa, utpote homo providus et discretus, cepit quenam esset occulta illa petitio animo estuanti revolvere et Teotonicorum dolos et versutias suspectas habere. Quare mutavit cum voluntate consilium, asserens, non decere[a] auctoritatem apostolicam petitioni incognite prebere consensum, nec de re dubia et incerta aliquid respondere, sed si petitionem illam vellent ei fideliter aperire, et talis esset illa petitio, que contra honorem Dei et damnum ecclesie non spectaret, libenter eam effectui manciparet. Quo audito, Gottifridus minor cancellarius indignatus ad imperatorem rediit. Episcopus autem Clarimontis cum abbate de Bonavalle, qui remanserant, videntes quod nullum a papa possent habere responsum, licet inviti, petitionem imperatoris pape exposuerunt.

Erat autem hec petitio. Imperator pape per nuncios suos promiserat, quod si pacem cum eo faceret, terram comitisse Maltendis, quam ipse tenebat, in manu eius et ecclesie potestate remitteret. Petebat ergo, ut liceret ei usque ad quindecim annos, videlicet quousque pax regis Sicilie perduraret, eiusdem terre redditus sine contradictione recipere, completis vero quindecim annis, volebat, possessione penes eum remanente, statim de eadem terra cum ecclesia placitare, asserens illam ad ius sui imperii pertinere. Papa autem intuitu regis Sicilie, quem plurimum diligebat, usque ad condictum terminum imperatori prenominate terre fructus habere concessit, hac tamen conditione, quod completis quindecim annis ad potestatem et possessionem Romane ecclesie terra illa rediret, et tunc ecclesia in possessione posita, si imperator vellet de proprietate terre illius agere, libenter ei ecclesia iustitiam faceret.

Postquam autem hic modus petitionis implende per episcopum Clarimontis et abbatem de Bonavalle fuit imperatori propositus, plurimum illi displicuit, et sic concordia per illos tractata remansit. Christianus autem cancellarius et reliqui, qui cum eo mediatores pacis fuerant constituti, cognito quod imperator per alios pacem ecclesie tractare voluisset, nimium doluerunt et venientes ad papam Alexandrum, dixerunt: *Sanctitati vestre, domne, esse volumus non incognitum, quod nostro odio et invidia pax ecclesie prepeditur. Quidam enim nostri emuli falsa de nobis imperatori suggerunt et volunt in hac parte nos ei odiosos reddere pariter et suspectos. Et ideo veremur plurimum, ne, dum nos absentes sumus, qui pacem diligimus et nuncii in eundo et redeundo sine fructu tempora longa consumunt, imperator prolixitate temporis affectus tedio desideratam pacem abhorreat et suggestione pravorum hominum infecta pace recedat. Consulimus ergo discretioni vestre, ut si vobis placuerit, propius*

a) deceret 1.

29) An Gotefridus de Viterbo? quem postea Venetiis cum imperatore fuisse scimus; cf. Ulmann, Gotfried von Viterbo p. 14. 30) Pontio. 31) Hugone. 32) V. imperatoris litteras apud Pertz, M. Germ. Legg. II, 154.

imperator accedat, ut vestris et suis nunciis cito ire et redire valentibus inchoata pax, volente Domino, cito valeat consummari.

Papa autem, habito cum nunciis regis Sicilie et Lombardis consilio, respondit: *Nobis quidem placet admodum, ut imperator Cloiam, que a Venetiis quindecim distat*[a] *milibus, cum paucis veniat, ea tamen conditione, quod vos in anima vestra*[b] *iurare faciatis, ut postquam illuc venerit, absque nostro mandato et licentia ulterius non procedat.* Iuramento itaque in hunc modum prestito, Coloniensis archiepiscopus cum quibusdam aliis Cesenam ad imperatorem venit et eum cum suis Cloiam usque deduxit. Quidam autem populares Veneti, cognito imperatoris adventu, ad eum accedentes ceperunt illi studiose suggerere ut absque mandato pape et licentia Venetias securus intraret, firmiter promittentes, quod eorum consilio et auxilio pacem posset cum ecclesia et Lombardis pro sua voluntate componere.

Quorum verbis imperator aliquantulum acquiescens, precepit eis, ut dicta operibus consummarent, dantes operam, ut totum populum ad perfectionem huius negotii caute et sapienter inducerent. Alexander autem papa audiens, quod Cloiam imperator venisset, Iul. Guillelmum de Papia Portuensem episcopum et Iohannem Neapolitanum et Theodinum et Petrum de Bona presbyteros cardinales et Iaquinthum diaconum cardinalem cum Christiano cancellario et aliis Theotonicis, qui pacis mediatores erant, ad eum direxit, mandans, ut si de beneplacito illius esset, ipse nuncios regis Sicilie et quosdam de Lombardis Cloiam transmitteret, ut illis presentibus imperator in anima sua per principes suos iurare faceret, quod pacem ecclesie et pacem regis Sicilie usque ad annos quindecim et treuguas Lombardorum usque ad annos sex firmiter observaret. Quo facto, Venetias posset securus accedere, eius procul dubio benedictionem et gratiam habiturus. Imperator vero, quia aures suas verbis Venetum quodammodo inclinaverat et eorum responsa diebus singulis expectabat, cepit cardinalibus de verbo pacis, quasi novum esset et sibi incognitum, respondere et longis consultationibus de die in diem sua responsa differre. Quo cognito[c], cardinales turbati sunt plurimum et mirati, et quidnam deberent facere, nesciebant.

Interea populares Veneti a Cloia Venetias redeuntes, in sancti Marci ecclesia congregati, totius pene populi seditionem et tumultum contra ducem suum excitaverunt, dicentes: *Domne dux, non bene honori et commodo commissi vobis populi providetis. Ecce enim imperator Romanus apud Cloiam iam diebus aliquantis est demoratus, ubi caloris distemperantias*[d] *et muscarum et culicum plures molestias sustinet, nec ei licet Venetias intrare. Quod ipse multum graviter recipit et vindicandum in posterum alta mente reponit. Et ideo veremur, ne tam gravis offensa quandoque universo populo periculosa possit esse pariter et dampnosa. Quare de nostra voluntate est, ut si vestre residet celsitudini, imperator Venetias a vobis et a populo invitatus accedat.* Quibus dux benigne respondit: *Bene potestis firmiter recolere, domini, quod ad petitionem pape per duodecim prudentes viros in anima omnium nostrorum iurare fecimus, quod absque mandato eius et licentia imperatorem intra fines Venetie nullatenus recipere deberemus. Provideat ergo vestra discretio, si contra tenorem iuramenti nostri, papa inconsulto, imperatorem debeamus huc advocare.* Cui illi protinus responderunt: *Postquam ex mandato pape Cloiam, que intra fines est Venetie, imperator intravit, plane a nostri iuramenti sumus vinculis absoluti.* Cumque super hoc a duce et populo esset diutius disceptatum, tamdem de communi consensu quidam Veneti sunt ad papam directi. Qui venientes, sicut viri improbi et superbi, dormientem papam excitare non timuerunt, proponentes ei ex parte ducis et populi, quod de eorum erat voluntate et beneplacito, quod Venetias imperator intraret. Quod verbum admodum pape displicuit et multum grave resedit dicens eis: *Vos nobis ex iuramento tenemini, ut imperator Venetias non debeat sine nostra licentia et mandato venire. Volumus ergo, ut cardinales nostros, qui ad imperatorem iverunt, cum eius nunciis usque in diem crastinum expectetis. Et eis venientibus, quid nobis faciendum sit, vobis respondere curabimus.* Quod verbum licet Venetis displicuisset, plurimum tamen precibus pape devicti, petitioni eius, quamvis inviti, prebentes assensum, ad propria redierunt.

Interea per totam regionem rumor insonuit, quod Veneti contra voluntatem pape vellent imperatorem Venetias intromittere. Quo audito Lombardi, qui cum papa pro facienda pace Venetias venerant, metuentes subitum imperatoris adventum, et fidem Venetûm et inconstantiam suspectam habentes, intrantes naves, ad partes Trevisie se transtulerunt.

a) distant 1. b) sua *suspicatur Wallerich.* c) audito 4. d) distemperatias 1.

Papa autem cum paucis cardinalibus, qui secum remanserant, cepit contristari et mestus esse. Metuebat enim, ne si imperator contra voluntatem suam, iuramento non prestito, Venetias introiret, magnum ex hoc dampnum et periculum posset Dei ecclesie provenire. Audientes autem hoc nuncii regis Sicilie, venientes ad papam ceperunt eum viriliter animare, dicentes: *Domne, non oportet vos dubitare in aliquo vel metuere, ecce enim quatuor galeas domni regis Sicilie ad vestrum obsequium preparatas habemus, quas cum vobis intrare placuerit, secure vos de hoc loco et absque periculo, invitis etiam Venetis et contradicentibus, educemus.* Quibus verbis papa plurimum animatus respondit, quod de suo erat proposito, ut cardinales, qui ad imperatorem iverant, usque in diem crastinum expectaret, ne si eis inconsultis recederet, posset merito levitatis argui et de violata fraternitate culpari. Quo audito, regis nuncii ad palatium ducis, ubi cum multis Venetis dux de more convenerat, accedentes, eos taliter sunt allocuti: *A vestra memoria excidisse non credimus, quanta beneficia domnus rex huic civitati contulerit, et quod hodie princeps aliquis sub celo non vivit, cuius amicitia tantum sit vobis idonea, cuius gratia adeo sit vestris utilitatibus opportuna. Et vos ei ex iuramento tenemini, sui regni gloriam et honorem diligere et pro eius commodo plurimum laborare. Inde est, quod nos hac consideratione inducti, et de vobis tamquam de amicis domni regis et fidelibus multam spem et fiduciam obtinentes, papam et Lombardos invitos pariter et renitentes Veneciam*[a] *venire coegerimus, iuramento tamen prius a vobis prestito, quod sine pape licentia non deberetis imperatorem intra Venetie fines recipere. Set ecce, ut audivimus, vestri iuramenti et promissionis obliti, pace nondum disposita et firmata, imperatorem non iuratum ad civitatem istam, papa contradicente, vocatis: et sic pax ecclesie et domni nostri regis, vobis facientibus, impeditur. Set in veritate sciatis, quod nos in civitate ista non prestolabimur imperatoris adventum, set die crastina ad propria redeuntes, domno regi significare curabimus, qualiter pro tot et tantis beneficiis vobis a regia liberalitate*[b] *collatis, mala et dampna plurima rependere studeatis.*

Quibus auditis, dux satis placide et benigne respondit: *Quod vos indignatos aspicimus et contra nos commotos esse cognoscimus, egre multum patimur et molestissime sustinemus. Nos enim, qui domnum regem toto corde diligimus et pro honore eius et commodo nos et nostra exponere non dubitamus, nollemus non solum vos, qui magni estis de regno eius et summi principes, set nec suorum minimum ad iracundiam provocare. Et quia inter eum et imperatorem pacem esse dispositam credebamus, voluimus, ut in civitate nostra pacis domni regis tamquam amicissimi nostri fieret consummatio. Et ideo recedendi vobis licentiam non tribuimus, set prudentiam vestram affectuose rogamus, ut tamquam in domibus vestris securi et sine timore aliquo imperatoris expectetis adventum.* Non autem iccirco taliter dux respondit, quin ei et aliis sapientibus talis imperatoris displiceret adventus, set quia timebat plebem et popularem tumultum plurimum formidabat.

Nuncii autem regis hoc audientes, surgentes cum indignatione dixerunt: *Nos hic cum licentia vestra non venimus nec cum vestra licentia recedemus, set crastina die iter arripientes, domni nostri regis iniuriam non verbis set operibus vendicare curabimus.* Qui ad domos suas redeuntes statim iusserunt galeas parari, tubas canere, arma et totam suppellectilem in galeas inducere. Quod factum postquam fuit per Venetias divulgatum, timor maximus Venetos occupavit. Timebant enim, ne si regis nuncii indignati recederent, hac occasione rex Venetos, qui in terra sua erant, capi faceret et in custodia detineri. Qua de causa magna multitudo virorum ac mulierum, quorum parentes in Apuliam venerant, ad ducem properans, proclamavit: *Vestram et totius Venetie prudentiam, illustris dux, latere non credimus, quanta beneficia magnificus rex Sicilie nostre regioni sua liberalitate*[c] *prestiterit, et qualiter nostre famis inediam sue terre victualibus reparaverit. Ad que transportanda multi nostrorum civium in Apuliam transierunt, et secum non modicam pecuniam et multas mercimonias detulerunt. Si ergo Sicilie rex audierit, nuncios suos a nobis indignatos recedere, in cives nostros et res eorum merito poterit vindicare. Provideat igitur vestra discretio, si occasione imperatoris, a quo nihil unquam boni habuimus, amicitiam tanti principis, a quo omne bonum recipimus, amittere debeamus. Et ideo magnificentiam vestram humiliter imploramus, ut nostrorum civium tam gravi dampno et futuro periculo providentes, nuncios regis Sicilie ab incepto itinere revocetis, nec contra voluntatem pape et illorum imperatorem Venetias intrare sinatis. Si qui enim sunt, qui contra hoc aliquid dicere vel attemptare presumserint, parati*

a) venecia 1. b) libtate 1. c) libertate 1.

sumus cum nostris parentibus et amicis eos morti tradere, et proximos nostros, qui in regno regis sunt, a futuro periculo liberare.

Dux autem eorum querimonia diligenter et gratanter audita, respondit: *Quod nuncii regis Sicilie volunt indignati recedere, non mee imprudentie set quorumdam popularium seditioni est et malitie ascribendum, qui mea et prudentum virorum zelo et invidia provocati, non civitatis honori et glorie, set suis utilitatibus providentes, die et nocte dant studium et operam diligentem, ut imperatorem, nobis contradicentibus, Venetias introducant, et ob hoc periurii crimen et infamiam et pape et regis Sicilie grave et perpetuum odium debeamus incurrere.* Cumque illi iterum proclamassent, ut eorum, qui auctores erant seditionis, nomina dux evidenter exprimeret; metuens, si noti fierent, ob hoc pugna in civitate maxima et seditio invalesceret, saniori usus consilio, nobiliores et prudentiores, quos habere potuit, ad papam direxit, pro parte totius populi veniam humiliter postulans et affectuose deposcens, ut quod illi in eum stulte et superbe peccaverant, ipse eis ex innata humilitate[a] et gratia relaxaret et nuncios regis Sicilie a proposito sui itineris revocaret.

Quibus Alexander papa more solito satis benigne respondit: *Ego quidem, cui sanctitas*[b] *et officium ignoscendi gloriam dereliquit, iniuriam meam ad mentem non revoco, offensam meam pro Dei amore dimitto, set nuncios regis Sicilie tamquam viros nobiles et potentes, rogare quidem valeo, set invitos detinere non potero.* Tandem Venetis multum rogantibus et petentibus, ut ad[c] hoc faciendum partes suas interponere dignaretur, motus papa eorum petitionibus, per Rogerium de Pisa subdiaconum et senescalcum suum, simul cum Venetis, nunciis regis Sicilie preces affectuose porrexit, ut divini et sui amoris intuitu indignationem compescerent, et inceptam iracundiam temperarent atque propositum suum ab incepto itinere revocarent. Quibus illi responderunt: *Domnus quidem papa, sicut vir perfectus et sanctus et de sui meriti auctoritate confisus, mori non metuit, et Venetûm dolos et insidias non pavescit. Nos autem, qui adhuc imperfectiores sumus, mori nolumus, et nostro regi inferre iniuriam moriendo vitamus. Veneti ingratitudinis filii et regie liberalitatis obliti, volunt domino nostro mala pro bonis rependere et ad perturbationem pacis eius contra voluntatem domni pape et nostram inimicum ipsius Venetias introducere. Dominus autem noster tante est potentie et virtutis, quod pro his excessibus, quos contra amicitiam suam faciunt, illis sicut decet respondere curabit. Set quia nos preces domni pape pro mandato accipimus, iter nostrum usque in diem crastinum differemus. Et dehinc communicato cum eo consilio, quid nobis faciendum sit, disponemus.*

Quibus auditis, Veneti ad ducem suum redeuntes, ea, que a papa et nunciis regis audierant, illi per ordinem retulerunt. Altera autem die dux sano usus consilio, apud Rivum-altum sub voce preconis fecit publice declamare, ut nullus de adventu imperatoris auderet verbum facere, nisi cum Alexander papa precepisset. Cum autem ea, que apud Venetias dicta et facta fuerant, ad imperatoris adhuc Cloiam demorantis audientiam pervenissent, sua spe et intentione frustratus, cepit de suo rigore mollescere et cardinalibus, qui ibi erant, de verbo pacis benignus respondere. Cancellarius vero et alii ecclesiastici principes, qui pacis consummationem plurimum affectabant, spiritu libertatis assumto, imperatori viva voce dixerunt: *Bene debet imperialis maiestas recolere, quod quidam e nostris ex mandato vestro Anagniam accedentes, cum Alexandro papa de pace ecclesie et imperii, de pace regis Sicilie et Lombardorum tractatum habuimus. Et ipse, utpote vir sanctus, pacis cupidus et amator, nostro consilio et hortatu Campaniam deserens, Venetias iam intravit, paratus ea, que de bono pacis promiserat, firmiter consumari. Vos autem, ut credimus, suggestione pravorum hominum a consilio nostro vultis recedere, et a pacis proposito declinare. Nos vero ex iure debiti, quo imperio tenemur adstricti, parati sumus vobis, ut domino, in temporalibus obedire et pro regalibus, que tenemus, consuetum vobis servitium facere. Set quia nostrorum estis corporum, non animarum dominus, nolumus pro vobis animas nostras perdere et terrena celestibus anteferre. Quare noscat imperialis discretio, quod nos de cetero Alexandrum in catholicum papam recipimus, et ei ut patri in spiritualibus obedimus. Idolum*[33] *vero, quod erexistis in Tuscia, nullatenus adoramus.*

Quibus auditis, imperator, operante eo, qui corda principum, sicut vult et quando vult,

a) humanitate *coniecit Walterich.* b) cui apostolici muneris sanctitas *coniecit Walterich.* c) ab 1; ad *Carus.*

33) i. e. Calixtum III. antipapam.

humiliat et inclinat, leonina feritate deposita ovinam mansuetudinem induit, et eis humiliter et benigne respondit dicens: *Noscat vestra fidelitas, dilectissimi, quod non est mee voluntatis consilium vestrum deserere, et pacis per vos tractate propositum evitare, quin potius volumus ea, que vestro sunt ordinata consilio, firmiter observare. Ut autem a vestris cordibus omnis super hoc dubitationis scrupulus excludatur, comiti Henrico de Diessa, qui est in presentiarum, precipimus, ut vobiscum et cum cardinalibus Venecias veniens, coram papa in anima mea iuret, quod ex quo Venetias intravero, in anima mea iurare faciam, quod pacem ecclesie et imperii, regis Sicilie et Lombardorum, sicut disposita est et tractata, firmiter observabo, et de ea observanda precepto nostro duodecim principes nostri simile iuramentum prestabunt.*

Cancellarius autem et reliqui mediatores pacis cum cardinalibus hec audientes multum leti effecti, festino gressu Venetias redeuntes, ea que ab imperatore dicta et ordinata fuerant, pape per ordinem retulerunt. Qui protinus per nuncios suos rectores Lombardie, qui in partes Trivisie secesserant, Venetias revocavit.

Iul. 22. Altera autem die coram papa et cardinalibus, nunciis quoque regis et Lombardis et magna populi multitudine, comes Henricus de Diessa, sicut ei ab imperatore mandatum fuerat, in anima eius de prestando iuramento pacis observande iuravit[34]. Cappellanus etiam Coloniensis archiepiscopi in anima principum, qui ibi aderant, simile iuramentum prestitit. Hoc autem facto, ex mandato pape Veneti cum sex galeis Cloiam iverunt, et imperatorem cum suis in galeis recipientes, eum usque ad Sanctum Nicolaum, qui dicitur Ad litus, sab-
Iul. 23. bato in sero honorifice deduxerunt.

Iul. 24. Sequenti vero die dominica, octava scilicet die stante mensis Iulii, in vigiliis beati Iacobi, papa cognito imperatoris adventu, galeas ingressus cum nunciis regis et magna Lombardorum ac populi multitudine, ad ecclesiam sancti Marci summo mane devotus accessit, et Hubaldum Hostiensem et Willelmum Portuensem et Malfridum Penestrinum episcopos et quosdam de cardinalibus[35] ad imperatorem transmisit. Qui venientes, ipsum et suos ab excommunicationis vinculo absolverunt. Christianus autem cancellarius procedens in publico tactis sacrosanctis euangeliis, ait: *Ut omnes evidenter agnoscant, me esse nomine et opere christianum, Octavianum Cremensem et Iohannem de Struma cum suis complicibus prorsus abiuro, et Alexandrum et successores eius in catholicum papam recipio.* Et alii prelati ecclesiarum similiter iuraverunt.

Dux autem Venetie, cognito quod imperator ab excommunicationis esset nexibus absolutus, cum patriarcha et magna cleri ac populi et navium multitudine usque ad ecclesiam sancti Nicolai illi obviam venit, quem in navi sua recipiens, usque ad litus Sancti Marci satis honorifice et pompose deduxit. Imperator autem de navi descendens, simul cum duce, patriarcha et episcopis suis, et clero et populo Venetie, ipsum cum vexillis et crucibus processionaliter precedente, usque ad ecclesiam sancti Marci, ante cuius atrium Alexander papa cum episcopis suis et cardinalibus, cum patriarcha Aquileie, archiepiscopis et episcopis Lombardie, ecclesiastico more ornatis, honorifice residebat, pedes accessit.

Cumque ad papam appropiasset, tactus divino spiritu, Deum in Alexandro venerans, imperiali dignitate postposita, reiecto pallio[36], ad pedes pape totum se extenso corpore inclinavit. Quem Alexander papa cum lacrymis benigne elevans, recepit in osculo et benedixit, moxque a Teotonicis *Te Deum laudamus* est excelsa voce cantatum. Imperator autem apprehensa pape dextera, ipsum in ecclesiam[a] introduxit, et accepta ab illo benedictione ad palatium ducis cum suis rediit. Papa vero cum cardinalibus et nunciis regis iterum galeas ingressus ad suum hospitium rediit. In vesperis autem imperator per nuncios suos papam satis affectuose rogavit, ut si ei placeret, sequenti die, in festo scilicet beati Iacobi, in ecclesia sancti Marci missarum solemnia celebraret; desiderabat enim ab ore eius divina officia supplex et devotus audire. Cuius petitioni papa assensum benignus accommodans,

a) ecclesia 1.

34) Iuramenti huius verba servavit auctor vitae Alexandri III., ex qua promulgavit ea Pertz, Leges II . . . . Alium tenorem iuramenti exhibet *Relatio de pace Veneta* infra edenda. Conf. quoque Alex. epistolam ad Rogerum archiep. Eboracensem datam ap. Wilkins, Conc. Magn. Brit. I, 487.

35) Nomina eorum invenies in vita Alex. III. ap. Watterich II, 440.

36) V. quoque Sigeberti contin. Aquicinctinam M. G. VI, 416, ubi narratur imperatorem discalciatum et regiis ornamentis nudatum ad papam adductum fuisse.

summo mane cum cardinalibus ad sancti Marci ecclesiam venit. Cuius vestiarium ingressus, cum patriarchis, archiepiscopis et episcopis et cardinalibus honorifice satis et ecclesiastice se induit, et ad celebranda divina missarum solemnia preparavit. Imperator autem, ut humilitatem, quam corde conceperat, opere demonstraret, sumto stratoris officio, pallium deposuit, manu virgam accepit, laicos de choro expulit et papae ad altare solemniter et processionaliter venienti viam tamquam ostiarius preparavit. Dehinc in choro cum archiepiscopis, episcopis et clericis Alamannie remanens, quibus eo die cantandi iniunctum erat officium[37], missam domni pape devote satis et humiliter audiebat. Iul. 25.

Cumque dicto euangelio papa ascendisset pulpitum, ut alloqueretur populum, imperator accedens propius, cepit verba eius attentius auscultare. Cuius devotionem papa diligenter attendens, verba, que ipse litteratorie proferebat, fecit per patriarcham Aquileie in lingua Teotonica evidenter exponi. Finito autem sermone, et *Credo in unum Deum* solemniter decantato, imperator cum suis principibus ad pedes pape devotus accessit et obtulit[38]. Finita autem missa, cum papa ad suum palatium vellet redire, imperator dexteram eius accipiens, eum usque ad portas ecclesie satis honeste deduxit. Cumque equum suum album de more vellet ascendere, imperator ex alia parte accedens, strevam[a] eius tenuit, et postquam equum ascendit, ipsum aliquantulum stratoris more per freni lora deduxit, quem papa benedicens, ad hospitium redire permisit. Ipse vero, clero et populo illum precedente, usque ad mare descendit. Dehinc galeas ingressus, ad palatium suum cum gloria est et honore reversus.

Venientibus autem proximis Kalendis Augusti[39], imperator cum archiepiscopis et episcopis et reliquis principibus suis et magna populi multitudine ad patriarche palatium, in quo papa erat hospitatus, accessit. In cuius palatii aula longa satis et spatiosa, papa in eminentiori loco positus in faldestolio suo resedit, et episcopis suis et cardinalibus hinc inde circumstantibus, imperatorem quidem in sua dextera supra episcopos et presbyteros cardinales, Romoaldum vero Salernitanum archiepiscopum in sinistra supra diacones cardinales residere precepit. Facto itaque silentio, sic est papa Alexander exorsus: *Hec est*, inquit, *dies, fratres carissimi, quam fecit Dominus; exultemus et letemur in ea, quia hic filius noster Romanorum imperator illustris mortuus fuerat et revixit, perierat et inventus est. Nam postquam cordi eius superne radius claritatis illuxit, totius falsitatis depulsa caligine, de errore ad veritatem rediit, de tenebris ad lumen transiit, de schismate ad unitatem accessit et ad caulas matris ecclesie tamquam ovis erratica repedavit. Exultet igitur fidelium votiva religio, quia hodie pater iuniorem recepit filium, catholicum principem Romanum recuperavit imperium, mater ecclesia suum evaginatum in vagina convertit gladium, navis piscatoris egregii, que culpis exigentibus, adversitatum turbine pene demersa iam fuerat, nunc procellis cessantibus, ad litus solidum et vere quietis portum illesa pervenit. Ecclesie sue preces pro bono pacis frequenter effusas Dei filius clementer audivit, et eam cum suo principe in pace et concordia collocavit. Inde est, quod, destructis adversitatibus et erroribus universis, secura iam pace fruitur, et iucunda securitate letatur. Cesset igitur antiqua discordia, finem accipiat inveterata malitia, una fides, unus dominus, una sit et ecclesia. Schisma in unitatem transeat et divisio ad caritatem accedat. Omnis iam ad pacem ecclesia redeat, et ad matris sue gremium filiorum numerositas gratiosa recurrat. Sit Deo gloria in altissimis et in terra pax hominibus bone voluntatis. Et quia nos imperatoris nostri pium animum et benignam agnoscimus voluntatem, eum intra nostre mansuetudinis brachia tamquam carissimum filium benignius amplexamur et tam ipsum quam uxorem et eius filium in catholicos principes paterno affectu recipimus et ipsis honorem debitum impendere procuramus; Deum et apostolos nostros affectuose rogantes, ut ipsos ecclesie sue servent incolumes et per longa tempora custodiant defensores.*

Postquam papa loqui desiit, imperator, deposito pallio, de suo faldestolio surgens, cepit in lingua Teotonica concionari, Christiano cancellario verba sua vulgariter[40] exponente. Ait ergo: *Maiestati nostre satis gratum residet et acceptum, quod Deus omnipotens, cuius manu principum corda tractantur, cuius arbitrio eorum voluntates et consilia diriguntur, nostre*

a) streuuam 1; strenuam *Carus.*

37) Cf. Vit. Alex. III. l. c. p. 441: *Imperatore igitur stante in choro clerus Theutonicus missae introitum altisonis vocibus psallere coepit et totum decantandi officium cum omni iubilatione peregit.* 38) sc. munera. Cf. Vit. Alex. l. c.: *apertis thesauris suis aurum ei post pedum oscula obtulit.* 39) Omnia quae Romoaldus inde ab hoc loco enarrat iam ante Kal. Aug. facta fuisse, docet Conradi res, qui die 25. m. Iulii est in archiepiscopum Salzburgensem elevatus. 40) i. e. italice.

conscientie puritatem attendens, ex diversis mundi partibus viros providos et discretos huic curie voluit interesse, ut ipsi errorem nostrum et conversionem nobis referentibus manifeste cognoscerent, dehinc ad propria redeuntes, devotionem nostram, quam erga Dei ecclesiam gerimus, publice predicarent. Totus igitur mundus evidenter agnoscat, quod licet nos Romani imperii dignitate et gloria fulgeamus, tamen a nobis humane conditionis[a] *proprium dignitas Romana non abstulit, nec ignorantie vitium maiestas imperialis exclusit. Nam suggestione pravorum hominum ignorantie fuimus tenebris involuti et per viam veritatis credentes incedere, extra iustitie semitas nos invenimus. Ecce enim Dei ecclesiam, quam credebamus defendere, impugnavimus, et quam sperabamus extollere pene destruximus. Occasione*[b] *domini nostri Iesu Christi tunica inconsutilis est divisa, et quantum in nobis fuit, per ereses et schismata violata. Decepit nos cause meritum et color negotii perturbavit, quia dum in facto ecclesie potius virtutem potentie quam rationem iustitie volumus exercere, constat nos in errorem merito devenisse. Iustitia enim fortitudinem respuit, equitas violentiam non admittit. Sicque factum est, quod ille, qui humilia respicit et alta a longe agnoscit, potentiam nostram et adverse partis humilitatem considerans, more suo potentes de sede deposuit, et humiles exaltavit. Set quia divina clementia nos ad correctionem nostram ad tempus errare voluit, set deviare in perpetuum non permisit: universa hec fidelium turba cognoscat, quod nos de cetero, errore totius falsitatis abiecto*[c]*, ad veritatem convertimur, de schismate ad unitatem redimus et ad gremium matris nostre sacrosancte Romane ecclesie gratanter accedimus, dominum Alexandrum, qui est in presentiarum, et successores eius in catholicum papam recipimus et ipsi tamquam patri debitam reverentiam exhibere proponimus. Pacem nostram ecclesie, illustri regi Sicilie et Lombardis, sicut inter nos ordinatum est et dispositum, reddimus.*

Imperator verba finierat. Cumque in laudem eius qui aderant acclamassent, iterum facto silentio, sancta Dei euangelia cum sanctorum reliquiis et cruce de ligno Domini sunt producta in medium. Mandante itaque imperatore, comes Henricus de Diessa in anima imperatoris iuravit, quod ipse pacem ecclesie et imperii, pacem regis Sicilie usque ad annos quindecim et treuguas Lombardorum usque ad annos sex, sicut per mediatores hinc inde tractatum et scriptum fuerat, bona fide, sine fraude et malo ingenio firmiter observaret, et Henricum regem filium suum id ipsum iurare faceret et servare. Dehinc duodecim principes[41] imperii, tam ecclesiastici quam seculares, tactis sacrosanctis euangeliis, modo simili iuraverunt. Protinus Romoaldus Salernitanus archiepiscopus surgens, per eadem euangelia iuravit, quod postquam imperator nuncios suos propter hoc ad regem in Siciliam miserit, rex infra duorum mensium spatium per aliquem principum suorum de observanda imperatori pace usque ad annos quindecim in anima sua iurare faciet, et decem principes suos iuramentum veri simile faciet exhibere. Comes etiam Rogerius, sicut archiepiscopus fecerat, id ipsum manu sua iuravit. Dehinc rectores Lombardie, qui ibi aderant, iuraverunt[42], quod usque ad sex annos bona fide et sine fraude treuguas imperatori observarent, sicut inter eos tractatum et dispositum erat, et quod per singulas civitates consules et nobiles civitatum id ipsum iurare facerent. Quo facto, illius diei curia est soluta, et tam imperator quam reliqui cum gaudio et letitia ad sua hospitia sunt reversi.

Interea Christianus cancellarius, qui pro consummatione pacis plurimum laboraverat, nacta opportunitate temporis, cepit per imperatorem et principes suos dare studium et operam diligentem, ut papa Alexander Maguntinum illi archiepiscopatum auctoritate apostolica confirmaret. Quod presentiens Corradus, qui in Maguntina ecclesia prius electus et consecratus fuerat, ad papam accedens ait: *Novit vestra sanctitas, venerande pater, novit universa hec Romana ecclesia, quod ego vestre persone intuitu, Maguntinam ecclesiam, in qua*

a) condicitionis 1. b) *Carusius habet* hac occ.; *Contelorius* occ. nostra. c) obiecto 1.

41) Auctor vitae Alexand. III. l. c. p. 442 hos iurasse principes refert: Christianum archiep. Magunt., Philippum archiep. Colon., Arnoldum Treverensem archiep., Dietboldum episc. Pataviensem, Conradum electum Wormatiensem, Wortwinum imper. aulae protonotarium, Garsidonium quondam Mantuanum episc., Gotfredum cancell., et Conradum comitem Montisferrati. Tenor iuramenti ibidem exhibetur.

42) Cf. Vit. Alex. III. l. c.: *Ex parte vero Lombardorum iuraverunt, qui praesentes aderant: de Mediolano Gerardus Pistis et Rogerius Marcellinus consul, de Placentia Guilhelmus Leccacorvus, de Brixia Albertus de Gambara, de Bergamo Albertus Albertonis, de Verona Cothus consul, de Parma Vetulus, de Regio Artemanus, de Bononia Pinamonte potestas eorum, de Novaria Guillielmus Gibuini, de Alexandria Ubertus de Foro, de Padua Tessulinus potestas, de Vincentia Ezulinus.* Instrumentum treugae inter Lombardos et imp. initae exhibent Mon. Germ. Legg. II, 155.

canonice electus fueram, inscio imperatore, reliqui et honorem meum, parentes et patriam pro Dei amore deserui et ad vos in Franciam festinus accessi, exilium patrie preposui et in labores et angustias quietem meam et otium commutavi. Bene potestis recolere, quantum catholice ecclesie meus adventus contulerit et qualiter partem vestram adhuc nutantem et debilem plurimum roboraverit. Vos autem vestri gratia mihi vicem congruam pro tempore rependistis, nam primo me in presbyterum cardinalem, dehinc in Sabinensem episcopum, postremo in Maguntinum archiepiscopum consecrastis. Nunc autem, ut audio, vultis Christiano cancellario, qui Maguntinam ecclesiam per violentiam invaserat, eandem converso religionis ordine confirmare. Quod multum ab equitate discrepat et a ratione discordat, ut schismaticus catholico et intrusus canonice electo debeat anteponi. Rogo igitur et humiliter postulo, ut postquam Deus pacem ecclesie sue reddidit, mihi quoque de iure mea reddatur ecclesia, ut sicut fui socius tribulationis, ita sim particeps consolationis et gaudii.

Cui papa satis benigne respondit: *Devotionem tuam, fili carissime, quam erga Romanam ecclesiam et personam nostram habuisse dinosceris, manifeste recolimus et ardorem fidei tue publice protestamur. Multum nostre parti vester adventus contulit, multum nostra ecclesia de vestra societate profecit. Et nos quidem, Deo teste, pro utilitate vestra sumus valde solliciti, et facere que vobis expediant, tenemur obnoxii. Nolumus honorem vestrum minuere set augere, nolumus vobis inferre iniuriam set gloriam ministrare. Non debet autem a vestra memoria excidisse quod sepe nobis et nunciis et literis significastis, quod si inter ecclesiam et imperium pax non posset aliter fieri, nisi Maguntino archiepiscopatu a vobis remisso, licet hoc vobis grave resideret plurimum et molestum, tamen pro bono pacis hanc iacturam equanimiter patiebamini, volentes honorem ecclesie honori vestro et illius commodum vestris utilitatibus anteponere. Et ecce imperator cum magna instantia asseverat, quod nullatenus in pace ecclesie remanebit, si Christianus cancellarius a Maguntine sedis fuerit prelatione deiectus. Nos autem absque vestra notitia nullum sue petitioni adhuc voluimus dare consensum, nec, vobis ignorantibus, aliquod prebere responsum.*

Tunc Corradus benignam apostolici responsionem considerans, et voluntatem eius rationi consentaneam esse cognoscens, consultandi super hoc cum amicis suis a papa inducias petiit et accepit. Habito itaque consilio, ad papam rediit et humili voce respondit: *Licet, reverende pater, mihi iniuriosum sit pariter et molestum, ut ecclesiam meam debeam sine culpa dimittere, et locum mei regiminis, nulla offensa interveniente, mutare, tamen quia ad meum spectat officium non que mea sed que Iesu Christi sunt querere, nolo ut occasione mei pax inter vos et imperatorem facta remaneat et discordia sepulta resurgat. Pro pace ecclesie conservanda, pro qua Christus vitam suam perdidit, libenter volo meum honorem perdere et cum meo damno utilitati ecclesie providere. Et idcirco ut omnis materia discensionis et scandali auferatur e medio, Maguntinum archiepiscopatum in potestate vestra sponte relinquo, et me liberalitati vestre et patrocinio recommendo.*

Quo audito, papa letus effectus, habito cum imperatore consilio, prenominatum Corradum, cardinalatus illi et Sabinensis episcopatus dignitate servata, in Salseburgensem ecclesiam honorifice fecit eligi[43]. Nam filius regis Bohemie[44], qui eidem ecclesie preerat, pro eo quod de simonia et quibusdam aliis criminibus coram papa fuisset accusatus, de merito sue cause diffidens, commissam sibi ecclesiam in manu pape spontanea voluntate remisit. Sicque factum est, quod Alexander papa, sicut vir providus et discretus, pro conservanda pace ecclesie utens dispensatione canonica, Corradum quondam Maguntinum archiepiscopum in Salseburgensi ecclesia sublimavit. Christiano autem cancellario Maguntinam ecclesiam auctoritate apostolica confirmavit, et tam ei quam Philippo Coloniensi archiepiscopo, qui a suis suffraganeis et catholicis fuerant consecrati, recepto ab utroque iuramento obedientie, pallia de more concessit. Iul. 25.

Alexander autem papa prudentiam et literaturam Romoaldi Salernitani archiepiscopi diligenter attendens, et devotionem quam erga Romanam ecclesiam semper habuerat recolens, ad petitionem ipsius archiepiscopi, communicato fratrum suorum consilio, ipsi et successoribus eius usum et dignitatem portande crucis per civitatem et totam suam parrochiam

43) Diem electionis 25. m. Iul. praebent Ann. Pegavienses, M. G. SS. XVI, 261. Vid. quoque hac de re epistolas papae et imperatoris ad Salzburgensem clerum, datas Venetiis in Rivo-alto, 5. Id. Augusti (i. e. 28. Iul.), apud Magnum Reicherspergensem, M. G. SS. XVII, 505. 44) Adalbertus III, filius regis Wladislai II.

apostolica auctoritate concessit, et donum quod exinde Salernitane ecclesie in perpetuum fecerat, sui privilegii munimine roboravit[45]. Hoc etiam silentio pretereundum non est, quod schismatici, qui in diversis ecclesiis Tuscie et Lombardie auctoritate imperiali intrusi fuerant, et quidam dicti cardinales, qui Iohanni de Struma adheserant, audito, quod imperator cum ecclesia et papa Alexandro pacem fecisset, penitentia ducti, Venetias festino gressu venientes, primo schisma, quod defenderant, abiurabant, dehinc per sancta Dei euangelia promittebant, quod de excessu, quem fecerant, domni pape Alexandri mandato starent, et eum et successores eius in catholicum papam reciperent. Et sic ab excommunicationis vinculis absoluti ad eius pedes accedebant[46].

Pace igitur, ut prediximus, inter imperatorem et regem Sicilie facta pariter et iurata, nuncii regis ad imperatoris palatium, ipsum ex parte regia salutaturi iverunt. Quo cognito, imperator de camera sua egressus, eos, multis adstantibus, satis honorifice et benigne suscepit. Cumque Romoaldus Salernitanus archiepiscopus de faldestolio suo surgens, stans loqui voluisset, imperator eum sedentem loqui precepit. Facto itaque silentio, archiepiscopus sic est exorsus: *Domnus noster gloriosus rex Sicilie domnum imperatorem, qui est in presentiarum, sicut carissimum amicum et fratrem suum devote pariter et affectuose salutat, et per nos magnificentie imperiali significat, quod, cum hoc anno nuncii sui ad domnum papam pro bono pacis Anagniam advenissent, scripsit domnus papa domno nostro glorioso regi, ut aliquos de latere suo ad eum mitteret, qui cum eo tractande pacis colloquio interessent. Domnus autem rex devotissimus filius eius ad petitionem illius comitem Rogerium, virum utique providum et discretum et de sanguine regio ortum, et me cum eo ad eius presentiam destinavit, ut in perficienda pace adiutores essemus pariter et presentes, non quod dominus noster rex pacificus cum domno imperatore aliquam credat habere discordiam. Ipse enim sicut catholicus princeps et pacis filius, omnes christianos principes diligit, et quantum in eo est, cum illis pacem et concordiam habere credit. Solos inimicos crucis Christi crudeli odio mari et terra persequitur. Inde est, quod non parcit pecunie, non indulget expensis, set singulis annis biremes suas preparat, et cum eis armatam militiam destinat, ut hostes christiane fidei devincat pariter et confundat et euntibus ad sepulcrum Domini securum iter preparet et expediat. Alii mundi principes subditos suos vehementer impugnant, et cum inimicis fidei pacem facere non formidant, de sepulcro Domini, quod a Sarracenis impugnatur, non multum cogitant, et eum, qui solus ipsum defendere nititur, impedire festinant; alii que sua sunt querunt, solus rex noster, que Iesu Christi sunt, devotus inquirit. Cum ergo ipse in Dei servitio tam sanctam et puram devotionem habeat, vos, domne imperator, qui ecclesie Dei specialis estis filius et defensor, singulari amoris privilegio pre ceteris mundi principibus domnum regem et venerari debetis pariter et amplecti, qui Dei ecclesiam semper intendit extollere, et inimicos eius non desinit impugnare. Nulla etiam inter vos et domnum regem discidii causa vel odii seminarium intervenit. Domnus enim rex a magnificentia vestra se numquam offensum meminit, vel vos in aliquo offendisse cognoscit, set certum apud eum et firmum existit, quod si imperialis maiestas cum regia magnificentia perfecte pacis vinculo fuerit counita, ecclesie Dei et toto orbi magnum poterit commodum provenire.*

Archiepiscopus verba finierat. Protinus imperator per Gottifridum cancellarium suum ad eius verba respondit, dicens: *Salutes ex parte illustris regis Sicilie per vos magnificentie nostre transmissas, ea qua decet reverentia et honore suscipimus, et eidem loco et tempore opportuno rependere multiplices procuramus. Quod autem tam idoneas et elegantes personas ad pacis nostre colloquium destinavit, nostre excellentie satis gratum residet et acceptum, quia ex legatorum suorum scientia, probitate simul et facecia, delegantis domini auctoritatem perpendimus, et a nobis merito in numero summorum principum reputatur, qui talibus et tantis personis preesse dinoscitur. Quod vero significastis, eum erga serenitatem nostram amicam gerere voluntatem, hoc verum esse rerum experientia comprobavimus. Nam licet popularis opinio nos ad invicem esse crederet inimicos, tamen inter nos haberi pacem et concordiam operis exhibitio demonstravit, quia eum et terram eius numquam offendimus, et nos ab eo in nullo offensos veraciter profitemur. Et quia ipse pre universis mundi principibus inimicos crucis Christi mari et terra persequitur, et cum hostibus christiane fidei guerram semper et discordiam habere*

45) Ut Ludovicus Bethmann V. D. in directorio nostro adnotavit, extat adhuc diploma hoc in archivo archiepiscopali Salerni dat. Venetiis die 16. m. April. Sed mense Aprili huius anni nisi ad 9. diem Venetiis morabatur, velim corrigere pro Apr. Augusti.

46) Haec omnia facta esse in concilio quod inde a die 25. m. Iul. per 14 dies habitum est, credam. V. Ann. Pegaviens. l. c.

dinoscitur, nos illi tamquam catholico principi et pacis filio, pacem nostram gratanter offerimus et eum sincere caritatis brachiis amplexamur. Nam in veritate cognoscimus, quod ex hoc mutue dilectionis affectu ecclesiis Dei proveniet non parva utilitas, christianis omnibus et precipue ad Domini sepulcrum euntibus magna securitas, infidelibus autem terror, confusio pariter et egestas.

Quo audito, regis nuncii imperatori de bona voluntate, quam erga regem se habere dicebat, gratias referentes, accepta ab eo licentia, ad sua hospitia alacres sunt reversi. Ipsi autem, sicut viri sapientes et providi, metuentes, ne pacis facte memoriam longevitas temporis aboleret, dederunt studium et operam diligentem, ut forma pacis, que inter imperatorem et regem facta fuerat, imperiali iussione redigeretur in scripturis, ut eam de cetero non posset temporis vetustas destruere, quam imperialis privilegii scriptura servaret. Ad petitionem igitur eorum pacis inter imperatorem et regem inite scriptum est privilegium sigilli aurei impressione munitum. Ut autem prenominati privilegii notitiam semper habere possit secutura posteritas, eiusdem privilegii exemplar huic nostro operi dignum duximus annotare:

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen. Nos Fredericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, et Heinricus rex filius noster, interventu venerabilis patris nostri Alexandri Dei gratia summi pontificis et fratrum suorum cardinalium, pro parte nostra et heredum nostrorum paciscimur vobiscum, domne Willelme, eadem gratia illustris rex Sicilie, quod amodo usque ad quindecim annos observabimus vobis et heredibus vestris et universo regno vestro et toti terre dominationis vestre veram et firmam pacem. Et quod per nos vel per quoslibet alios, mari vel terra, vos predictum illustrem regem et heredes vestros aut regnum vestrum et terram dominationis vestre, sicut prescriptum et determinatum est, usque ad quindecim annos non invademus nec invadere faciemus[a]*, nec vobis aut regno vestro et iam dicte terre dominationis vestre guerram aliquo modo faciemus. Et ut hec omnia suprascripta firmiter et illibata a nobis supradicto Frederico Dei gratia Romanorum imperatore et semper augusto et Heinrico filio nostro rege et heredibus nostris tam vobis supradicto illustri regi Willelmo, quam heredibus vestris et regno vestro et toti terre dominationis vestre attendantur et observentur, nos predictus imperator bona fide, sine fraude et malo ingenio, in presentia beatissimi patris nostri pape Alexandri et cardinalium et legatorum vestrorum, Romoaldi venerabilis Salernitani archiepiscopi et Rogerii egregi comitis Andrie, et principum ac fidelium nostrorum a comite Heinrico de Diessa in anima nostra supra sancta Dei euangelia et sanctorum reliquias iurari fecimus, et Heinricum filium nostrum per interpositam dignam personam in anima sua id ipsum iurare faciemus usque ad medium futurum Septembrem indictionis undecime. Et principes nostros idem iurare fecimus, videlicet Christianum Maguntinum archiepiscopum, Arnoldum Treverensem archiepiscopum, Corradum Guormaciensem electum, Godefridum imperialis aule cancellarium, Guorwinum protonotarium, markyonem Theodericum de Lusiz, Florentium comitem Holandie, comitem Dedonem de Groyx, comitem Heinricum de Diessa, comitem Roupertum de Durna. Ad huius autem pacti, promissionis et iuramenti nostri et Heinrici regis filii nostri et principum nostrorum memoriam et inviolabile firmamentum presens privilegium nostrum per manus Wortwini protonotarii nostri scribi fecimus, et imperiali sigillo nostro aureo sigillatum et predictorum principum iuramento communitum vobis suprascripto illustri regi Willelmo fecimus assignari. Anno dominice incarnationis millesimo centesimo septuagesimo septimo, mense Augusti, decima indictione.*

Postquam vero imperator prescriptum privilegium nunciis regis tradidit, et quod missurus esset Christianum cancellarium in Siciliam pro recipiendis[b] iuramentis veri similibus repromisit, prenominati nuncii non contenti imperiali privilegio, ad maiorem certitudinem pacis inite robur et firmamentum, aliud privilegium a papa et cardinalibus Romano fecerunt more conscribi, in quo imperiale declaratum est privilegium et auctoritate sedis apostolice roboratum. Quo facto Huguiczonem cardinalem ex mandato pape et imperatoris cum imperialibus litteris et cum notario Salernitani archiepiscopi et cappellano comitis Rogerii ad castellum Gayve[47], ubi imperatrix cum Heinrico rege filio suo morabatur, advenit. Presentibus itaque imperatrice, rege Heinrico filio eius, cardinali, markyone de Monteferrato et quibusdam de rectoribus Lombardie et notario archiepiscopi et cappellano comitis et multis aliis viris probis et idoneis, Verdensis episcopus[48] stola collo imposita, ex mandato imperatoris et regis Heinrici, in anima eius supra sancta Dei euangelia et reliquias iuravit,

a) feciemus 1. b) accipiendis 4.

47) Gaibana prope Ferrariam. 48) Hugo.

quod ipse rex Heinricus pacem ecclesie et imperii, sicut a patre suo iurata fuerat, et pacem regis Sicilie usque ad annos quindecim, et treuguas Lombardorum usque ad sex annos, bona fide, sine fraude et malo ingenio firmiter observaret.

Aug. 14. Advenientibus autem vigiliis assumtionis beate Virginis, que eo tempore in die dominico advenerunt, Alexander papa cum episcopis suis et cardinalibus, cum patriarchis archiepiscopis episcopis et abbatibus Alamannie Lombardie et Tuscie, cum imperatore et duce Venetie, cum nunciis regis Sicilie et magna populi multitudine in ecclesia beati Marci conveniens, solemne ibidem concilium celebravit. Dictis itaque orationibus et letaniis et aliis, que de more in concilio sunt dicenda, et longo sermone de pace habito, Alexander papa candelas accensas imperatori et clericis et laicis, qui ibi aderant, dari precepit. Et ipse excommunicationis formam hoc modo proposuit: *Nos ex parte Dei omnipotentis et beate Marie semper virginis et beatorum apostolorum Petri et Pauli et omnium sanctorum excommunicamus et a gremio matris ecclesie separamus omnes personas tam ecclesiasticas quam seculares, quecumque pacem, que inter ecclesiam et imperium modo facta est, et pacem regis Sicilie usque ad annos quindecim, et treuguas Lombardorum usque ad annos sex, aliquo modo disturbare vel impedire presumpserint. Et sicut he candele extinguuntur, sic eorum anime eterne visionis lumine et claritate priventur.* Cumque candele proiecte essent de manibus et extincte, imperator alta voce cum aliis: *Fiat, fiat,* pariter acclamavit. Sicque concilium celebratum est et solutum.

Eo autem die nuncii regis Sicilie, accepta a papa et imperatore licentia, cum galeis
Aug. 15. suis ad monasterium sancti Nicolai, qui Ad litus dicitur, pervenerunt. Celebrato ibidem festo
Aug. 16. Virginis, altero die Adriaticum mare intrantes, aura flante secunda, nono die stante mensis
Aug. 23. Augusti, sani et incolumes cum omnibus suis Barolum descenderunt. Archiepiscopus itaque et comes Rogerius, communicato consilio, nuncium suum cum litteris in Siciliam direxerunt, modum et ordinem geste pacis regi plenarie significantes. Et hoc facto, comes Andriam rediit, archiepiscopus autem Salernum venit. Rex vero eo[a] tenore litterarum pacem factam et iuratam esse cognoscens, letatus est valde et per litteras suas archiepiscopo et comiti dedit in mandatis, ut ad eum festino gressu in Siciliam properarent. Sicque factum est,
Nov. 6. quod archiepiscopus et comes sexto die intrante mensis Novembris Panormum ingressi,
Nov. 7. a dominis et familiaribus curie et reliquis magnatibus honorifice sunt suscepti. Altera vero die coram magnificentia regia venientes, ei a principio usque ad finem totius negotii modum et seriem plenissime retulerunt, et privilegium pape Alexandri et imperatoris de pace factum et roboratum eidem, suis familiaribus presentibus, assignarunt. Rex igitur ex tenore privilegiorum preter spem et opinionem suam pacem ad honorem suum et commodum factam esse considerans, archiepiscopi et comitis super hoc fidem et prudentiam plurimum commendavit, dans illis in mandatis, ut imperatoris nuncios, qui in Siciliam erant venturi pro recipiendis iuramentis, equanimiter expectarent.

Hec autem omnia, que prediximus, ita gesta fuisse, nulli dubitationis vel incredulitatis scrupulum moveant, quia Romoaldus secundus Salernitanus archiepiscopus, qui vidit et interfuit, scripsit hec; et sciatis, quia verum est testimonium eius.

Interea dum imperator per totum mensem Augusti et aliquam partem Septembris esset
Sept. Venetiis demoratus, accepta a papa licentia, tertio decimo die[49] eiusdem mensis a Venetiis recedens Ravennam venit, per vallem Spolitinam in Tusciam descensurus. Domnus autem
c. Oct. 15. papa omnibus, que in partibus illis facienda erant, rite dispositis, in mense Octubri cum quibusdam de cardinalibus a Venetiis movens, cum quatuor galeis Venetum secundo die
Oct. 30. stante eiusdem mensis[50] Sipontum applicuit, et inde per Troiam et Beneventum Anagniam
Dec. 14. festinus advenit; quidam vero de cardinalibus eum per terram sunt prosecuti. Magister

a) ex?

49) Id Romoaldus non recte, cum Fridericus etiam 15. Kal. Octobris apud Venetias litteras dederit ad Alexandrum a Bosone servatas. WATTERICH. Litteras has invenies quoque in fine instrumenti cuiusdam, quod C. V. Aug. Theiner luci dedit ex transsumpto coaevo in praestantissimo opere suo, Codice dipl. temporal. S. Sedis Tom. I, 22—24. Titulus est hic: *Conditiones pacis inter Fridericum I. imperatorem et Alexandrum papam III. ab ipso imperatore approbatae.* Ad verbum fere consentit instrumentum cum pacto Anagnino, M. G. Legg. II, 147. Ita elucet, omnia quae prius Anagniae posita erant pacis futurae fundamenta, Venetiis approbata et confirmata ab utrisque partibus fuisse.

50) Cf. Vitam Alex. III. l. c. p. 447: *apud Sipontum quarto Kalendas Novembris — pervenit,* i. e. die 29. Oct.

autem Rainerius cardinalis et Grecus subdiaconus cum Christiano cancellario in Romaniam descenderunt pro restauratione regalium, que imperator invaserat, recipienda. Dum autem papa a Siponto Anagniam veniret, ecclesie peccatis exigentibus, Hugo de Bononia cardinalis Beneventi est mortuus, Willelmus de Papia Portuensis episcopus apud Aversam obiit, Malfridus Penestrinus episcopus apud Anagniam diem clausit extremum.

Anno dominice incarnationis 1178, quinta die intrante mensis Martii, luna passa est 1178. eclisin in signo virginis et incepit a fine prime hore, et duravit usque ad principium quarte, Mart. 5. et obscurata est tota minus quarta.

Comes autem Rogerius de Andria iuxta mandatum regium usque in carnis levamen Febr. 5. Panormum imperatoris nuncios expectavit. Quibus moram facientibus, accepta a rege licentia, in Apuliam rediit. Salernitanus archiepiscopus, precipiente rege, usque in mediam quadragesimam Panormi est demoratus. Cumque imperatoris nuncii iter suum differrent, Mart. 16. simili modo impetrata licentia ad ecclesiam suam feliciter est reversus. Papa vero Alexander aliquantis diebus apud Anagniam demoratus, invitantibus eum Romanis, cum summo honore et gloria in festo beati Gregorii Urbem feliciter est ingressus, in qua iuxta morem Mart. 12. Romanorum pontificum in diversis ecclesiis, secundum stadia ab antiquo disposita, processionaliter et pompose procedens, missarum officia solemniter celebravit. Imperator vero a Ravenna usque in vallem Spolitinam descendens, per Tusciam et Ianuam usque in Lom- Ian. bardiam rediit, Maguntino archiepiscopo circa partes Urbis ad pape Alexandri obsequium derelicto. Cum autem prenominatus imperator in partibus Taurini in estate aliquanto fuisset tempore demoratus et cum Lombardis pacem pro velle suo componere non potuisset[a], cum suis in Alamanniam[b] rediit. Iul.

Iohannes vero de Struma, qui a suis Callistus appellatus est, Alexandrum papam cum imperatore audiens concordatum, timore correptus, Biterivum[51] deserens, prefecti consilio et auxilio Albanum montem intravit. Quem Iohannes eiusdem castri dominus satis honeste recepit, credens se pro eo ab Alexandro papa pecuniam non modicam recepturum. Quo cognito, Maguntinus archiepiscopus idem castrum obsedit, vineas eius incidit et segetes devastavit, et militum ac peditum circa ipsum custodia derelicta, Bitervum adiit, et populum eiusdem civitatis in manu sua pro parte Alexandri pape recepit. Nobiles vero eiusdem urbis divisi a populo, noluerunt pape subire dominium; sed adherentes Corrado filio markyonis de Monteferrato, diebus singulis Maguntinum archiepiscopum et populum impugnabant. Cumque eis resistere non valerent, prefecti consilio Romani populi et senatorum auxilium postularunt. Romani vero more suo fidem apostolicis non servantes, Alexandro papa dissuadente pariter et vetante, congregata militum et peditum multitudine Bitervum perrexerunt, ut eiusdem civitatis nobiles viriliter adiuvarent[c], Maguntinum archiepiscopum et Bitervenses[d] pro viribus impugnarent.

Alexander autem papa, hoc cognito, sicut vir religiosus et sanctus, metuens ne si Romani cum cancellario et Bitervensibus confligerent, multa inde homicidia provenirent, missis cardinalibus suis, mandavit cancellario et Bitervensibus, ut intra Bitervi menia se continerent et nullam Romanis pugnandi copiam preberent. Romani autem venientes, nemine resistente, Bitervensium segetes vastaverunt, olivas et vineas inciderunt, et sic infectis negotiis Romam reversi sunt. Prefectus vero ad pedes Alexandri pape accedens, confirmata sibi prefectura, eius homo devenit.

Cum autem papa Alexander Rome pene usque ad medietatem Augusti demoratus fuis- Aug. set, calorem aeris et distemperantiam metuens, Urbem cum suis cardinalibus egressus, Tusculanum venit. Considerans vero quod occasione schismatis, quod, peccatis exigentibus, decem et novem annis perduraverat, multa mala in Dei ecclesia[e] provenissent, que correctione canonica indigerent, habito fratrum suorum consilio, orientis et occidentis et totius Italie episcopos convocavit, mandans eis per nuncios et litteras et apostolica auctoritate precipiens, ut in prima dominica quadragesime[52], in qua cantatur *Ecce nunc tempus acceptabile*, omnes ad eum pro celebrando universali concilio convenirent.

Imperator vero Fredericus, sicut cum Romoaldo Salernitano archiepiscopo et Rogerio comite Andrie apud Venetias condixerat, nuncios suos, Hugolinum scilicet Boni comitis et

a) potuisse 1. b) Alamannia 1. c) adiuvaret 1. d) Bitervensium 1. e) mala inde ecclesie *Contelorius*.
51) Viterbo. 52) sc. ad diem 18. Febr. anni sequentis 1179. Diversas epistolas invitatorias die 21. Sept. a. 1178 datas enumerat V. D. Iaffé, Reg. Pont. p. 778.

1178. Rodegarium magistrum camerarium suum pro recipiendis iuramentis de confirmanda pace ad regem Willelmum in Siciliam misit. Quos rex, sicut decuit, honorifice et honeste 53 suscepit, et eis presentibus, comitem Rogerium de Avellino[53] in anima sua iurare fecit, quod ipse et totum regnum eius imperatori Frederico et universo eius imperio veram et firmam pacem usque ad annos quindecim observaret, et undecim de principibus suis id ipsum iurare fecit, et privilegium de confirmatione pacis iussit conscribi et bulla aurea insignitum eisdem fecit nunciis assignari. Qui accepta a rege licentia, reversi sunt, quodam regis armigero eos, ut moris est, usque ad fines regni deducente. Cumque ad castrum quoddam, quod Lacus-niger dicitur, pervenissent, inter rusticos eiusdem castri et regis armigerum rixa exorta est. Cumque regis armiger rusticos metuens, ad nunciorum hospitium se contulisset, rustici, utpote superbi et temerarii, domum in qua erant nuncii, cum lapidibus sunt aggressi, et eos male et inhoneste tractantes, scrinium Hugolini Boni comitis fregerunt, et ex eo coppam unam argenteam et privilegium, quod rex imperatori fecerat, asportarunt. Nuncii vero, recepta hac iniuria, indignati Salernum venerunt, et Gualterio ammirato et archiepiscopo totius geste rei seriem exposuerunt. Quod cum ad regis Willelmi notitiam pervenisset, indignatus plurimum et turbatus, David hostiarium suum cum litteris suis ad iustitiarios regionis illius transmisit, precipiens eis, ut huius mali factores et complices diligenter inquirerent, et inventos cruce suspenderent. Cuius preceptum statim est executioni mandatum; nam venientes iustitiarii cum hostiario regis, quoscumque potuerunt de malefactoribus invenire ceperunt, et iuxta mandatum regium quosdam ex eis apud Barolum, quosdam apud Troiam, unum Salerni, alium Capue, et duos apud Sanctum Germanum suspendi fecerunt, ut universus mundus evidenter agnosceret, quod rex Willelmus iustitie et equitatis amator, si qua[a] maleficia in regno suo fiunt, non vult silentio et impunita transire. Precepit etiam rex aliud privilegium de confirmanda pace scribi, et bulla sua aurea insignitum per Tancredum notarium ad imperatorem usque transmisit.

Mai. Eodem tempore mense Madii, undecima indictione, rustici de Faiano[b], sicut proditores et periuri, consentientibus, ut dicitur, quibusdam monachis, qui ibidem erant, Matheum abbatem Sancti Benedicti de Salerno cum gladiis et fustibus et lanceis invaserunt, et eum percussum in ventre et gutture crudeliter occiderunt. Quo cognito, rex Willelmus Luce Guarne et Florio de Cammarota iustitiariis precipiendo mandavit, ut huius sceleris auctores cum summo studio et cautela inquirerent et inventos carceri manciparent. Qui adhibita diligentia competenti, quosdam de rusticis, qui neci abbatis interfuerunt, et Petrum priorem Sancti Benedicti et Amatum priorem Faiani et quosdam alios de monachis comprehenderunt; asserebant enim rustici qui capti fuerant, consilio et machinatione predictorum monachorum abbatem fuisse occisum.

Aug. 29. Anno dominice incarnationis 1178. mense Augusti, undecima indictione, quarto[54] die stante eiusdem mensis, videlicet in festo decollationis beati Iohannis baptiste, Iohannes de Struma, qui et a suis Callixtus appellatus est, reatum suum agnoscens, Montem Albanum deseruit et apud Tusculanum ad pedes pape Alexandri cum quibusdam de suis clericis humilis et devotus accessit. In conspectu cardinalium et multorum se peccasse publice confessus est dicens: *Domne venerande[c] pater, peccatum meum manifeste confiteor, et me auctoritate imperiali contra Deum et sanctam ecclesiam et vos egisse cognosco. Set nunc reversus ad cor, delictum meum recolo et veniam a vestra pietate deposco, omnem heresim et schisma abiuro, et vos in dominum et universalem patrem totius ecclesie devote recipio.* Quem Alexander papa, ut erat pius et humilis, non obiurgavit et reprehendit, set secundum sibi innatam mansuetudinem benigne recepit, dicens: *Frater, gaudium est angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente. Quod suggestione diabolica unitatem ecclesie scindere voluisti, multum doluimus, et quod inspirante Domino ad eius unitatem redire voluisti, plurimum congaudemus. Romana ecclesia, que iuxta Iesu Christi magisterium inimicos diligere consuevit, te hodie penitentem in filium recipit et pro malis bona tibi retribuere procurabit.* De cetero Alexander papa eum et in curia[d] et in mensa sua honorifice habuit.

a) que 2. b) *scriptura primae manus deleta recentiori manu restituta est* 1. c) *scriptura antiqua codicis in sequenti prorsus deleta et recentiori manu restituta est* 1. d) et in curia *des. Carus.*

53) est avunculus regis. 54) Quartus dies exeunte Aug. est 28. d. m. eiusd.; festum decoll. S. Ioh. in diem 29. Aug. incidit.

Secundo autem die stante eiusdem mensis, luna in[a] signo virginis post mediam noctem passa est eclypsim, et pene in tertia parte sui obscurata est. Tertio decimo vero die intrantis mensis Septembris, indictione 12, sol in signo virginis circa horam...... 1178. Aug. 30. Sept. 13.

DE PACE VENETA RELATIO

EDENTE WILHELMO ARNDT.

Contigit mihi inspicienti uberiores de pace Veneta relationes, quas Ill. Georgius Heinricus Pertz ex thesauris suis ad novam Romoaldi editionem instituendam largissime praebuit, ut mox animus adduceretur ad hanc brevem enarrationem. Testis oculati vel contemporanei eam esse, quis est qui non intelligat? Asservat eam Musei Britannici codex membr. s. XII. (Kings 6. C II.) Venetiis exaratus, ut docuit b. m. Faerber qui eam a. 1821 exscripsit et in codice concilium contra Berengarium praecedere monuit. — Ceterae de pace Veneta relationes, inter quas Castellanus Bassianensis et Bonicontrus, quamvis valde abhorreant a re vera, magnum sibi vindicant spatium, alio tempore edendae.

Scribebam Berolini die 25. m. Febr. a. 1864. W. ARNDT.

Rollandus sancte Romane ecclesie olim cancellarius a summo pontifice ad Alamaniam in legationem missus ibique[55] odium Frederici[b] tunc comitis nobilissimi per increpationem quandam ab eo inreverenter sibi publice illatam graviter incurrit. Ubi post discessum imperatoris qui tunc temporis imperabat ab omnibus electus est Fredericus[b] atque propter morum honestatem ac eam quam maxime in armis gerebat animi probitatem imperator constitutus. Post non multum vero temporis decedente papa Romano[56], Rollandus qui et Alexander[57] summum sacerdotium suscepit. Quod audiens imperator, ultra modum indignatus est eique obedientiam seu subiectionis reverentiam exhibere recusavit. Insuper multis discordie causis, que hic propter earum prolixitatem enarrari non poterunt, existentibus, papam[58], cardinales ac inferioris ordinis ministros sibi instituit ac deinceps a papa Alexandro penitus discessit. Sicque octodecim annis unitas ecclesie per partes discussa fluctuabat. Sed pius Dominus ecclesiam suam misericorditer respiciens imperatorem multis tribulationibus flagellavit. Nam pene tota Italia propter quasdam importunas et antea inauditas quas exigebat consuetudines ab illo discessit. Ille vero maxima indignatione commotus undique terram devastabat, tandem vero Mediolanum cum exercitu magno veniens civitatem obsedit. Obsessi vero viriliter de civitate exierunt, stragem non modicam de hostibus facientes, ipsum imperatorem cum exercitu suo bis in fugam converterunt[59]. Totiens vero apud Alexandriam, civitatulam quandam novam, confusus atque cum suis cum maximo dedecore devictus est. Cancellarius autem in armis strenuus, domnus scilicet Christianus Mogontensis archiepiscopus, alium exercitum per Italiam conducens, infirmiora terrae funditus devastans, civitates multas obsedit ac debellavit, seque in omnibus prudenter ac viriliter agebat.

a) in *videtur deesse* 1. b) frerici .... frericus *c.*

55) in curia Vesontina a. 1157; v. Reuter, Gesch. Alexanders des Dritten, ed. 2. T. I. p. 25 sqq. Fridericus iam imperator erat. 56) Hadrianus IV. mortuus est Kal. Sept. a. 1159. Anagniae. 57) III. 58) Victor IV. antipapa, prius Octavianus presb. card. tit. S. Caeciliae nominatus. 59) De pugna apud Legnanum die 29. Maii a. 1176. facta videtur noster disputare.

Cum ergo videret imperator imperium suum contra se pene ex omni parte commotum,
multaque adversa sibi crebrius contigisse, tandem in se reversus, divinam intellexit adesse
1176. ultionem. Mox de pace et unitate sancte ecclesie, quam ipse temere turbaverat cum suis,
tractare cepit, legatosque de pace reformanda ad domnum papam direxit. Papa vero
Oct. 21. gaudens et Christum regem pacificum magnificans, legatos apud Anagniam benignissime
suscepit. Causis igitur diu tractatis, suos cum scriptis apostolicis pacem et concordiam
continentibus ad imperatorem remisit, filium illum peregre profectum sed iam in se Deo
1177. inspirante reversum nominavit. Remittuntur item nuntii ab imperatore plures prioribus[60],
Apr. 13. domnumque papam apud Ferariam civitatem nobilissimam in finibus Italie super flumen
magnum nomine Padum sitam invenerunt. Ibique sic provisum atque decretum est, ut in
aliquem locum vel civitatem sibi invicem occurrant, ubi fortitudo et potestas civitatis concordiam inter se suosque illibatam conservet et ne discordia vel seditio inter eos oriatur
Mai. 10. velint nolint provideat. Hac igitur de causa papa Venetiam, quae soli Deo subiacet, cum
suis veniens, in secretario suo[a] bis in die tractavit, ibique cum principibus imperatoris
contrahitur pax decentius firmius quam reformari posset. Hii erant summi in negotio imperatoris et principes dicebantur. Domnus Christianus Mogontensis archiepiscopus, etate
iuvenis, statura mediocris, facie decorus. Secundus post illum erat archiepiscopus Coloniensis[61], scilicet etate iuvenis, statura magnus, eleganti forma spetiosus. Tertius fuit
62 archiepiscopus Macdeburgensis[62], vir bonus mitis et modestus, sed prioribus etate provectior. Aderant et nuntii regis Siculi, archiepiscopus scilicet Salernie[63] et comes quidam
nobilissimus nomine Rogerius[64]. Imperator vero nondum Venetias venerat, sed erat in
civitate proxima nomine Clogia[65], ibique omnia que in die tractata sero sunt ei nuntiata.
Tandem capitulis formatis atque compositis et in rotula magna conscriptis, feria sexta,
Iul. 22. quarta scilicet die ante festivitatem sancti Iacobi apostoli, pax est publice denuntiata. Nunc
mox papa de secretario suo in consistorium processit ibique iuramenta tactis sacrosanctis
euangeliis a primoribus imperatoris audiente omni populo suscepit. Modus[66] sacramenti
hic erat: *Ego N. qui sum princeps imperii Romani, iuro in anima ipsius imperatoris, quod quando Venetias venerit, faciet iurare in anima propria pacem perpetuam sancte ecclesie, treviam regis Siculi in* 15 *annos et treviam Lumbardorum in* 6 *annos, atque omnia capitula que in hac scedula continentur.*

Iul. 23. His ita se habentibus, in crastinum, scilicet sabbato, misit papa quatuor cardinales
cum duce et primoribus civitatis ad imperatorem; statimque eodem die cum illo redeuntes
applicuerunt ad abbatiam sancti Nicholai prope civitatem in mari sitam, ubi etiam ab ipsis
Iul. 24. cardinalibus a sententia excommunicationis summo mane dominica cum suis absolutus est
imperator. Ubi ministri domni pape diliculo ad ecclesiam sancti Marci euangeliste properantes, clauseruntque medias valvas in magna porticu, scilicet in fronte ecclesie, et in eodem loco ligna magna tabulas abiegnas scalasque comportantes thronum magnum ac sublimem composuerunt. Erecta sunt etiam duo ligna magna abiegna mire altitudinis ex utraque parte litoris, in quibus vexilla sancti Marci mirabili opere contexta et longitudine sua terram tangentia dependebant, litus autem maris, quod dicitur Marmoreum, prope ecclesiam erat, scilicet ad iactum lapidis. Ubi ante horam diei primam adveniens papa, auditaque ibi missa, mox gradum throni celsiorem ascendit, illicque adventum imperatoris expectaturus cum patriarchis, cardinalibus, archiepiscopis, episcopis aliisque innumerabilibus resedit, a dextris autem eius sedit patriarcha Venetie, a sinistris vero patriarcha Aquileie.

Facta est ibi contentio inter archiepiscopum Mediolanensem et Ravenensem[67], quis eorum videretur esse maior, uterque se tertius a papa atque ad dextram sedere nitebatur. Papa vero liti finem imponere volens, a superiori gradu in quo sedebat subito surrexit, gradatim descendit et sese in inferiori recepit. Sicque factum est, ut neuter tertius, neuter vero ad dextram sedere potuisset. Tandem circa horam diei tertiam adest galea ducis, in qua erat imperator cum duce et cardinalibus qui ad eum pridie missi erant. Ordinata autem processione mox a septem archiepiscopis et canonicis ecclesie usque ad pedes domni pape

a) Iuo *c. Sententia* in secr. suo — tractavit *in codice perperam post* reformari posset *habetur eamque loco suo restitui.* PERTZ.

60) v. Romoald. Sal. supra pag. 446 et notam nostram ead. p. 27. 61) Philippus. 62) Wichmannus. 63) Romoaldus II. 64) comes Andrensis. 65) Chioggia. 66) v. notam nostram ad Romoald. p. 452. 67) Gerardum. Ceterum inde ab antiquis temporibus inter hos de principatu dimicabatur, v. *Commemoratio superbie Ravennatis episcopi*, M. G. SS. VIII, 12.

deducitur. Quo cum pervenisset, pallium rubeum quo erat indutus deposuit, seseque in 1177.
terram prostravit et primum pedes deinde genua illius deosculatus est. Mox igitur papa parumper assurgens ac utraque manu caput imperatoris amplectens ac deosculans, ad dexteram suam consedere precepit ac demum sic ait: *Bene venisti, fili ecclesie*, statimque apprehensa manu illius duxit in ecclesiam, imposuit etiam hymnum *Te Deum laudamus* cum pulsione signorum. His ita peractis simul per porticum ambo exierunt. Deinde papa equum ascendit, imperator[a] vero streviam illius tenuit ac deinde in palatium ducis sese recepit. Hec omnia die dominica, scilicet in vigilia sancti Iacobi, ita peracta sunt.

Eadem itaque die misit domnus papa imperatori vasa plurima aurea et argentea diversis ciborum generibus referta. Misit etiam vitulum saginatum, hec ei verba mandando: *Epulari et gaudere oportet, quia filius meus mortuus est et resurrexit, perierat et inventus est.*

In crastinum autem, scilicet in die sancti Iacobi, circa horam diei primam domnus Iul. 25.
papa iterum ad ecclesiam sancti Marci properavit; imperator vero de palatio ducis, quod iuxta atrium ecclesie erat, advenit. Post cuius adventum inchoata est missa quam et papa celebravit. Lecto autem euangelio mox pulpitum ascendit, ibique sermonem ad populum facit, quo facto ascendit ad eum imperator cum patriarcha Aquileie, a quo etiam pax est ibi publice denuntiata. Missa autem celebrata, unusquisque cum gaudio ad hospitia remeavit.

His ergo ita peractis, remansit imperator in civitate per duos menses cum maxima — Sept.
letitia, intrans et exiens ac cum domno papa publice et privatim per interpretes familiariter loquens.

Tactis igitur sacrosanctis euangeliis, facta sunt sacramenta eo modo quo superius de- Aug. 1.
scripsimus, sicque omnibus pacifice confirmatis, cum magna exultatione a civitate recesserunt.

a) *deest in codice.*

GLI DIURNALI DI MESSER MATTHEO DI GIOVENAZZO.

EDIDIT HERMANNUS PABST PH. D.

De Matthaei[1] *vita*[2] *nihil compertum habemus nisi ea, quae ipse in libro de se retulit. Natus fuit secundum haec circa finem anni* 1230 *vel initium se-*
3 *quentis*[3] *genere, quod inter Iuvenatii cives locum satis amplum obtinuisse haud immerito dixeris. Est autem Iuvenatium oppidum terrae Bariensis situm ad litus maris Adriatici inter Tranum et Barum. Principio a.* 1251 *iam propriam videtur domum rexisse*[5]; *a.* 1266 *sequentibus patriae urbis syndicus fuit*[6].

Non tamen omnem vitam Iuvenatii degit, imo non raro in itineribus versatus est, vel officiis coactus vel sponte sua, quippe qui vivax animo rerum spectandarum fuerit cupidissimus[7]. *Ita iam imperante Friderico Bari adfuit supplicio complurium, qui e carceribus effugere tentaverant*[8]; *mortuo deinde imperatore, ut corpus eius, quod Panormum deferebatur, videret, Bitontum pro-*
9 *fectus est*[9]. *Anno deinde* 1254, *cum post mortem Conradi regis Innocentius papa IV. regnum Siciliae invasisset, ad ipsius curtem accessit, unde demum mense Novembri Iuvenatium rediit*[10]. *Iterum Neapolim vidit a.* 1266, *quo Carolum I. regem tanquam syndicus Iuvenatii salutaret; tertium a.* 1268, *cum parlamento adesset ab eodem Carolo indicto*[11]. *Necnon bellico officio bis functus est. Primum enim iubente Manfredo ad septentrionales regni fines militavit*[12]; *deinde a.* 1268 *Francisco de Loffredo et Rogerio de Sanseverino ducibus contra*

1) Spinelli nomen num iure a prioribus Matthaeo attributum sit, dubitaverunt dux illustrissimus de Luyniis (*Commentaire historique et chronologique sur les éphémérides intitulées Diurnali di Messer Matteo di Giovenazzo* p. 83) et v. cl. Böhmer (Regesta Imperii inde ab a. 1198 usque ad a. 1254, Prooem. p. LXXVI). Et sane ex ipso libro auctoris nomen certo definiri nequit, cum verbis *messer Coletta Spinello da Iovenazzo mio zio* (§. 32) Matthaei patruum fuisse Colettam (i. e. Nicolaum) non comprobetur. Accedit, quod etiam in titulo codicis 1. Spinelli nomen non legitur. At cum codices non solum classis 3, sed etiam classis 2, Viterbiensis praesertim, Spinelli nomen prae se ferant, auctoris id fuisse veri fit simillimum. Nec tamen certi quidquam de hac re statui posse patet. 2) Egit de vita eius praeter editores Giuseppe Boccanera da Macerata in libri, qui inscribitur *Biografia degli uomini illustri del regno di Napoli* tomo IV. (Napoli 1817), qui tamen novi nihil affert. 3) Mense Iulio a. 1254 se 23 annos natum fuisse ipse dicit §. 55: *in questo tiempo io era de 23 anni.* 4) Coletta Spinellus, quem supra memoravimus, syndicus oppidi fuit (v. §. 32); infra Matthaeum ipsum hoc munere functum videbimus. Neque posteris temporibus Spinellorum gens decrevit. Floruit enim circa a. 1350 Nicolaus Spinellus de Iuvenatio legum doctor excellentissimus, de quo complura b. m. Merkelius collegit. 5) Probatur id, nisi fallimur, §. 34, ubi de mense Ianuario a. 1251 narrans dicit haec: *in casa mia stette Princivalle de Sanguine.* 6) Cfr. §. 183. 192. 195. 7) Cfr. §. 33: *io fui à Bitonto per vederlo;* §. 55: *per vedere la corte del papa andai à Napole.* 8) Cfr. §. 5. 9) Cfr. §. 33. 10) Cfr. §. 55 sqq., et ea, quae ibi annotavimus. 11) Cfr. §. 183. 195. 12) De hac expeditione pluribus agit §. 154 sqq., ubi de tempore, quo haec spectare videantur, accuratius disputavimus.

eos, qui Carolo regi rebellaverant, in Apulia dimicavit et postea ad ipsius regis castra profectus est[13]*, ubi eum pugnae affuisse apud Scurcolam commissae*[14] *veri* 13
est simillimum. Saepius in his itineribus comitatus est Iezzolinum de Marra[15]*, cui omnino quam maxime videtur addictus fuisse*[16].

Quo denique anno mortuus sit Matthaeus, certo non constat. Alii eum in ipsa, quam diximus, pugna Scurcolensi obisse coniecerunt[17]*; alii coniecturam talem admitti posse toti negant*[18]*. Pendet iudicium ex eis, quae de ephemeridum fine statuantur, de quo infra pluribus agemus.*

Primus igitur omnium Italorum Matthaeus maioris voluminis opus historicum patria lingua condere ausus est. Mira tamen sorte contigit, ut prima libri editio non Italico sed Latino sermone fieret[19]*. Dedit eam*

1) *Daniel Papebrochius in* Actis Sanctorum m. Maii *tomo V, p.* *40—*49, *qui prodiit a.* 1685 *in fol. Usus est codice, quem Bernardus Caccovaginus in collegii ordinis Iesu Viterbiensis bibliotheca invenerat; ipse librum ex Italico Latinum fideliter reddidit. Adiecit postea in* Paralipomenis ad conatum in catalogos pontificum (Acta Sanctorum m. Maii *tomo VII, p.* 103) *variam scripturam undecim locorum e codice Michaelis Gesualdi a Ianningo Romae reperto, eodem haud dubie, quem nos infra sub* 3a *afferemus.*

1a) *Papebrochii textum recudi fecit Iohannes Baptista Carusius in* Bibliothecae regni Siciliae *tomo II, p.* 1089—1103, *qui prodiit a.* 1723 *Panormi in fol.*

Genuinae denique linguae Matthaeum restituit

2) *Muratorius in* Scriptorum rerum Italicarum *tomo VII, qui prodiit Mediolani a.* 1725. *Dedit eum e codice Neritino, quem in eius usum contulerat Tafurius, apposita Papebrochii versione Latina et praemissa docta dissertatione eiusdem Tafurii.*

Italicus textus, qualem dederat Muratorius, postea repetitus est in

2a) Raccolta di tutti i più rinomati scrittori dell' istoria generale del regno di Napoli, *tomo XI, Neapoli* 1770 *in* 4°; *postea in*

2b) *editione, quam paravit illustrissimus dux de Luyniis Parisiis a.* 1839 *in* 4°. *Atque is quidem non solum variam scripturam codicis Parisini margini adspersit, sed etiam commentarium addidit pretiosissimum.*

Excitaverat eum ad talem commentarium componendum corrupta quam invenit Matthaei operis forma. Qua quidem iam Capecelatro eo adductus erat, ut non pauca a posterioris aevi hominibus genuino scriptoris textui intrusa
censeret[20]*; acrius deinde rem perscrutatus Tafurius, res quidem ipsas nunquam* 20

13) Cfr. §. 195—210. 14) Cfr. ea, quae infra de morte eius exponemus. 15) §. 55: *Andai ... insieme con messer Ioczulino de la Marra;* §. 154: *messer Ioczolino de la Marra cavalcao da Barletta con 7 cavalli, et io andai con isso.* 16) §. 87: *mi mandao messer Ioczulino de la Marra ale galere, che stavano allo faro de Ofanto, à riscattare lo nipote.* Iezzolinus ipse Baroli syndicus fuit, Carolo regi postea amicissimus. Cfr. Saba Malaspina, Rerum Sicularum Historia III, 16, ap. Muratori SS. tom. VIII. p. 831. 832: *Huius Gezolini consilio et suggestu rex ... legem ponit regnicolis novosque secretos iustitiarios, admiratos ... et supra hos maiores praepositos statuit.* 17) Ita Papebrochius, Acta SS. m. Maii tom. V. p. *49, quem etiam hac in re secutus est Carusius. 18) In horum numero imprimis est dux de Luyniis; v. infra p. 468. 19) Codicibus mss. prius iam usi erant Scipio Ammirato in libro, qui inscribitur: *Delle famiglie nobili Napoletane;* Thomas Fazellus in libro *De rebus Siculis decades duae;* Angelo Costanzo in *Storia del regno di Napoli;* de Mugnos in *Teatro genologico delle famiglie nobili di Sicilia;* Capecelatro in *Istoria della città e regno di Napoli;* Ferrante della Marra, duca della Guardia in *Discorsi delle famiglie imparentate colla casa della Marra;* Raynaldus in *Annalibus ecclesiae;* denique Summonte in *Historia della città e regno di Napoli,* qui eum fere ad verbum exscripsit. Collenuccius autem Matthaeum non videtur ante oculos habuisse. Crucesignatorum enim bellum, quo id probare conatus est Luynius (l. l. Introduction p. II.) ab aliis quoque scriptoribus commemorari infra annotatione ad §. 154 docebimus. 20) l. l. tom. II. p. 244. 259 (ed. Pisan. a. 1820).

fere a vero abhorrere docuerat, in plurimis autem locis foedatos esse numeros annorum. Irrepsisse hos errores non auctoris culpa, sed incuria potius vel ignorantia illius, qui Matthaei autographum primus exscripserit, data occasione peccandi duabus lacunis in codicibus mss. aperte indicatis[21]. Sed ne in hoc quidem acquievit Luynius. Reiecta enim coniectura, qua libri difficultatibus se mederi posse confisus erat de Angelis, scriptorem Apulum annum non a Ianuario sed a die 1. mensis Septembris numerasse ratus[22], dux illustrissimus Matthaeum ipsum notitiis, quas litteris mandavit, perraro annum ascripsisse docuit, singulas vero res in codicibus unicuique anno attributas semper fere ad diversos annos spectare. Probavit alterum allato modo prorsus singulari, quo narrationi de morte Friderici imperatoris in ipso libri textu adiecta sunt verba haec: E questo anno ei lo 1250, ubi auctor rei quam narravit gravitate motus praeter consuetudinem annum apposuisse manifestus est, alterum commentario amplissimo. His igitur fultus exposuit, singulas notitias a Matthaeo relictas ab illo, qui primum eas exscripserit, non solum perverse ordinatas, falso connexas vel disiectas, sed non raro etiam foedatas esse additis vel mutatis ex librarii libitu praesertim vocibus, quibus Friderici et Manfredi dignitates significarentur[22*]. Totum igitur opusculum non secundum annos, sed secundum dies, quibus semper fere singulae notitiae ascriptae sunt, in paragraphos dissecuit, hisque proprios annos assignare conatus est commentario. Atque id quidem summa cum diligentia et sagacitate ab eo factum esse nemo negabit; vereor tamen, ne dux illustrissimus nimis interdum indulserit coniecturis, ea certis temporibus ascribere ausus, quae ex traditionis natura certo definiri nequeant.

Iam igitur cum novae editionis parandae ex instituti nostri ratione munus mihi oblatum fuisset, id primum egi, ut omnium codicum, quorum quidem notitiam habemus, scripturam in usus nostros converterem, in tanta rerum obscuritate nisi summa cum circumspectione non procedendum ratus. Affuerunt igitur subsidia haec:

1) Codex Berolinensis chartaceus, aevi recentioris, inter bibliothecae regiae mss. Italica fol. 35 asservatus. Continet praeter Matthaeum chronicon ducis de Monteleone, Excerpta ex historiis Antonii de Aseltro, ex annalibus Thomae Mercatantis, ex diariis Paridis Grassi Bononiensis. Matthaei liber primis 36 foliis et parte tricesimi septimi una manu Italica exaratus titulo insignitus est hoc:
23 Annali di Mattheo di Giovenazzo. Codex satis negligenter scriptus[23], forma linguae Italicae est recentior, neque semper librarius recte videtur archetypi verba intellexisse. Hoc tamen archetypum satis bonum fuisse non singulis tantum locis[24], sed eo imprimis comprobatur, quod scriptura nunc cum classis 2, nunc cum classis 3. codicibus concordat[25], ita ut facile sit intellectu, quomodo ex archetypo

21) ap. Muratori SS. VII, p. 1059. 22) Biographie universelle de Michaud, tom. XLIII, p. 109. Contra ipse dux Matthaeum annos computasse secundum calculum Florentinum coniecit. Me iudice non est, cur id statuatur, quamvis sane Fridericum imperatorem interdum hoc calculo usum esse constet (v. Böhmer, Regesta imperii inde ab anno 1198 usque ad a. 1254, Prooem. p. LII). 22*) Hanc Luynii sententiam postea recepit v. cl. Böhmer, l. l., Prooem. p. LXXVI. 23) Ita §. 2 pro: *messer Simone Rocca* scriptum est: *messer Rocca Semnovo rocca;* §. 57 pro: *che si dessero* 1000 *fiorini l'anno à Donatiello per lo governo suo. Poi dallà doi anni la contessa di Celano morio et lasciao* 24000 *fiorini à messer Ruggiero* non nisi: *che si dessero* 1000 *fiorini à messer Ruggiero,* ubi librarium ob repetitam vocem *fiorini* duas lineas transilisse patet. Similia saepe occurrunt. 24) Cfr. praesertim locus quidam §. 86, ubi solum codicem 1 rectam scripturam praebere demonstravimus. 25) Id in varia scriptura sexcenties invenies. Pauca tamen exempla hic afferre iuvabit. Ita §. 2 codices cl. 1. et 2. praebent: *lo padrone della casa* contra codices cl. 3, qui habent: *messer Simone;* §. 17: *et non senza perchè* contra codicum cl. 3: *et non si sa perchè.* Econtra §. 6 recte praebent 1. et 3: *gratia ad Iovenazzo* contra codicum cl. 2: *licencia à messer Gio: di Giovenazzo;* eodem modo §. 18, ubi cl. 2. codices

illo aliorum codicum scriptura fluxerit. Contuli ipse. Huic codici Berolinensi proxime accedunt

2a) *lectiones quas dedit Papebrochius codicis* ***Viterbiensis****, quem antiquissimum fuisse eorum, quos noverimus, e Papebrochii descriptione coniicias. Dolendum tamen, quod Latina tantum versione, non genuino textu uti nobis licuit. Compensatur hoc damnum quodammodo*

2b) *codice* ***Guelferbytano*** *chartaceo*, Gud. N. 115 *signato, formae quartanariae, aevi recentioris, quem Bethmannus petentibus nobis huc transmisit. Constat ex* 38 *foliis, quorum prima duo, tria ultima vacant; inscriptus est:* Cronica di Messer Matteo Spinello da Giovenazzo; *initium libri inde a voce* Cronica *usque ad* Adi 13. di Marzo alla città di Trani uno gentl. *legitur bis. Exscripsit eum Arndtius, relegi ipse. Qui quidem codex cum Viterbiensi proxime coniunctus est*[26]*; utrum tamen ex ipso derivatus, an uterque ex eodem archetypo fluxisse censendus sit, deficiente Italica scriptura Viterbiensis certo definire non ausim. Id unum adiicio, Guelferbytanum nonnunquam etiam accedere*[27] *scripturae codicum classis*

3), *quam Gesualdinam haud immerito dixeris. Codices classis illius sunt hi:*

3a) *codex* ***Romanus****, bibliothecae Barberinae* N. 1085 *signatus, saeculi, ut videtur, XVI. exeuntis. Inscribitur:* **GLI ANNALI DI MESSER MATTHEO SPINELLO DI GIOVENAZZO**, rescritti da quelli, che sono in potere del Sig. Michele Gesualdo. Ne quali perciò si mancano in tre luoghi alcune carte parte per difetto di esse, et parte per non possernese leggere, essendo dal tempo corrose et guaste; perciò si e lasciato qui il spatio delle carte bianche. *Contulit v. cl. Ulricus Köhler. Ex eodem fonte atque Romanus haud dubie fluxit*

3b) *codex* ***Parisinus****, cuius lectiones dedit Luynius*[28]*, quocum convenire dicit codicem* ***Carpentrasinum****. Quibus proxime accedunt*

3c) *codex* ***Neritinus****, quem a Tafurio transmissum typis expressit Muratorius*[29]*; necnon*

3d) *exemplar, quo usus est Summonte.*

Atque hos quidem codices omnes ex eodem archetypo corrupto derivatos esse nemo est qui non videat. Genuina igitur Matthaei textus forma ne his quidem collatis erui potuit: neque enim lacunas, de quibus diximus, explendi, neque omnino disiecta membra scriptoris suo ordini restituendi facultas nobis data erat. Ex accurata tamen codicum comparatione alia quaedam ad textus ipsius, ut ita dicam, historiam spectantia efficiuntur. Primum enim scripturam codicum classis 1. *et* 2. *ad sinceram textus formam propius accedere, facile unusquisque animadvertet; contra is, qui classis* 3. *archetypum scripserit, textum iam depravatum iterum male tractasse censendus est, personarum nomina, annos, menses addendo, ut res certiores redderet, corruptam formam magis etiam foedando*[30]*. Deinde vero si annos in codice* 1. *ascriptos semper fere ab*

perverse addunt: *et alloggiaro in Calauria et Vasilicata.* 26) Comprobatur id non solum eo, quod in utroque eadem paragraphus (85) desit, sed etiam singulis lectionibus, quarum partem iam annotatione 25. attuli, partem hic subiungam. Ita §. 5 contra classem 1. et 3: *due* Viterbiensis et Guelferbytanus praebent: *dece,* §. 16 contra reliquos omittunt: *alla misura picciola;* similia. 27) Ita §. 22 contra 1. et 2a. cum 3. habet: *Bellomonte;* necnon saepius additamenta quaedam ad illius classis lectiones accedentia. 28) Non enim Parisinum ex Romano deductum esse, id quod contendit Luynius (Introduction p. IV), iam eo constaret, quod in Romano desunt §. 3 et 105, quas secundum ipsius Luynii annotationem praebet Parisinus. Accedit, quod §. 61 Parisinus sinceram praebet scripturam: *et ammassao tre Saracini,* Romanus perversam: *et ammazzao più di tre Sarracini.* 29) In eo tamen magis etiam quaedam ampliata sunt; v. lectiones variantes. 30) Additamenta ubicumque in varia scriptura reperies. Mutationem insolentissimam librarius fecit §. 190, ubi e genuina classium 1. et 2. scriptura:

aliorum codicum annis respexeris discrepantes, si Tafurii praeterea annotationem
31 *de diversis annis aliorum codicum in memoriam revocaveris*[31]*, haud immerito coniicies, ne in archetypo quidem, ex quo omnes fluxisse docuimus, nedum in Matthaei autographo certos annorum numeros ascriptos fuisse.*

Quibus Luynii sententiam supra explicatam satis superque confirmari manifestum est. Sane Matthaeus scripsit ephemerides, singulis diebus ea, quae vidit vel audivit notatu digna, litteris mandans, annis perraro tantum adiectis[32]*. Quae quidem notitiae postea ex eius autographo male exscriptae, perverse ordinatae, necnon ad novum rerum contextum, qualem librarius excogitaverat, quaedam mutata sunt vel addita (Cod. cl. 1. et 2). Denique librarius quidam aevi posterioris hanc confusionem addendo, ampliando, variando magis etiam auxit (Cod. cl. 3).*

Adiungitur hisce quaestio de vero ephemeridum initio et fine, quae quidem ex ipsa ephemeridum natura quodammodo rectius solvi poterit. Cum enim Matthaeum a. 1230 vel 1231 natum esse constet, ad res scribendas vix ante a. 1248 vel 1249 eum accessisse putaveris. Quamquam fieri potuit, ut nonnulla de eis, quae prioribus vitae temporibus gesta essent, praemitteret. In horum numero, nisi fallimur, inprimis est narratio illa de locustis Apuliam devastantibus, cui etiam dies non est appositus[33]*. Luynium vero in talibus constituendis nonnunquam modum excedere, facile est cognitu, tum praesertim, cum rebus narratis etiam dies ascripti sunt. Qui enim Matthaeus credendus est rerum non publicarum sed privatarum a. 1233 gestarum dies novisse*[34]*? Neque de ephemeridum fine recte videtur iudicasse dux illustrissimus, ultra a. 1283 Matthaeum scripsisse ratus. Omnia enim, quae in ephemeridibus narrantur, ipse inter a. 1230 et 1268 gesta esse concedit, exceptis locis duobus, quos ad a. 1283 refert. Sed haec eius sententia cum e perversa classis 3. codicum scriptura orta sit, prorsus est reiicienda: e codicibus classis 1. et 2*
35 *apparet, ea, quae ibi narrantur, optime a. 1267 ascribi posse*[35]*. Neque iuvat sententiam illud Angeli Costanzi, Matthaeum res gestas scripsisse inde a morte Friderici II. imperatoris usque ad aetatem Caroli II. regis*[36]*, cum id illis tantum duobus locis niti recte iam ipse cognoverit Luynius*[37]*. Nos itaque finem scribendi fecisse putamus auctorem mense Augusto a. 1268; neque absona videtur coniectura, cecidisse eum in pugna inter Carolum et Conradinum commissa.*

Pauca denique addenda sunt de genere et animo, quo Matthaeus in componendo libro versatus sit. Scripsit dialecto Apula[38]*, stilo simplicissimo, singulis*

venne ad caccia in Puglia messer Filippo secondogenito dello re Carlo fecit: *venne ad caccia in Puglia messer Filippo, quartogenito del principe Carlo de Salierno.* Ceterum ex additamentis et vel ex hac mutatione patet, scriptorem archetypi classis 3. regni Siciliae, nobilium praesertim gentium historiam non mediocriter cognitam habuisse, id quod concordat cum titulo, quo Michael Gesualdo codicem illum curasse dicitur. 31) l. l. p. 1061: *Oderico Rinaldi ne' suoi annali cita un luogo de' diarj di Matteo Spinelli come spettante all' anno* 1261, *col quale scrive, secondo detto autore, che in tal anno i Napolitani esortarono Manfredi a far pace col papa nel dì terzo di Settembre. E in questo nostro esemplare si pone tal cosa fallacemente nel mese di Settembre dell' anno* 1265. *In altri esemplari si registra nell' anno* 1263, *il quale segue a segnarsi in appresso.* 32) Hisce adductus etiam in titulo libri constituendo vocem *Diurnali* retinendum duxi, non obstante codicum meliorum lectione, cum vel illi sint aevi recentioris. 33) v. annotationem nostram ad §. 14. 34) Cfr. ea, quae de §. 2. 3. 6. 18. 116 sqq. disputat, ubi et nos de his rebus in annotationibus pluribus egimus. 35) Idem est locus quem a classis 3. librario quam maxime foedatum ann. 30. diximus. Hoc autem loco nititur Luynii coniectura de tempore §. 187 ascribendo. 36) Storia del regno di Napoli, Proemio p. 21 (ed. Neapol. a. 1839). 37) Introduction p. II. — Praeterea mirum sane esset, quod de rebus inter a. 1268 et 1283 gestis nihil tradiderit Matthaeus. Neque enim iure dici poterit, illa in locis, ubi nunc lacunae, posita fuisse. Imo in altero quidem Caroli contra Manfredum bella, pugnam imprimis Beneventanam enarrata fuisse veri est simillimum. 38) Ita pro vulgari *p* saepius positum est *ch* (*chiù* pro *più; chiangendo* pro *piangendo;*

enuntiatis plerumque voce et *inter se coniunctis. Res, quas narrat, quamvis ad patriae fata spectent omnes, tamen generali quoque historiae nonnunquam lucem afferunt, cum ea aetate in ipso Siciliae regno magnum illud certamen inter ecclesiam et imperium gereretur, Manfredi et Conradini cladibus determinaretur. Praesertim ea, quae de rebus intestinis, de Italorum odio contra Sarracenos et Theutonicos*[39] *narrat, ad cognoscendam imperatorum et regum Suevicorum* 39 *conditionem sunt utilissima. Ceterum Matthaeus non quidem sine ira et studio fuit: magis enim eum ecclesiae, postea Carolo regi favisse patet*[40]. *Res tamen ab eo narratae his studiis non afficiuntur, neque unquam iudicis, semper narratoris tantum partes agit.*

Iam igitur restat, ut de ratione, quam in hac nova editione paranda secuti sumus, brevi agamus. Textui constituendo codices classis 1. *et* 2. *pro fundamento ponendos fuisse, ex eis, quae supra disputavimus, satis elucebit. Et profecto, si historici tantum partes egissemus, scripturam codicis* 1. *mutatis paucis prelo submittere satis fuisset. At cum philologicae quoque rationis cura esset habenda, alia via nobis procedendum erat. Cum enim codicum* 1. *et* 2b. *sermo sit recentior, codicis* 2a. *vero scriptura Italica non ad nos pervenerit, formas verborum e codice* 3a, *qui plerumque praebet vetustissimas, in textum recepimus, Matthaei sermonem ita quodammodo quidem restituere conati*[41].

Praeterea autem annorum numeros, quos a librariis postea diversimode additos supra docui, non in ipso textu constitui, sed in variam scripturam reieci, ubi omnino recollegi lectiones, quae videbantur alicuius esse momenti, omissa reliqua farragine, ne nimis augeretur variantium numerus. Paragraphos a Luynio indicatas utpote plerumque utiles retinui; in annotationibus autem, ut singulis rebus enarratis sua tempora restituerem pro parte laboravi, nunc Luynio consentiens, nunc ab eo recedens, eo maxime intentus, ne incerta pro certis venderem[42].

Prodit igitur editio neque in rebus neque in sermone absoluta: si Matthaei autographum inveniri forte contigerit, operam et oleum me perdidisse haud diffitebor. Usque ad id temporis tamen editionem nostram etiam post Luynium non sine fructu consultum iri confidimus.

Scribebam Berolini mense Novembri a. 1864.

1.[a] L'imperatore Federico[b] se ne tornao rutto da Lombardia et venne à[c] caccia de[d] falconi in Puglia. Alla[e] fine del detto anno incominciao à raccogliere gente, perchè si dicea, che voleva passare in Lombardia[43]. 1249. Mai.

a) Anno Domini 1248. *praecedunt* 1; Anno Domini 1247. *praebent* 2. 3. b) Federico imperatore 3. c) a *semper* 3c. d) con li 3. e) Nella 3.

chiana pro *piana*, similia); pro *o* scribitur *u* (ita *baruni* pro *baroni; signuri* pro *signori*); pro *l* legitur *r* (ita *corpa* pro *colpa; cavarcava* pro *cavalcava*). 39) Hi saepius in Matthaei libro coniunguntur. Similiter Iamsilla cives Melphitanos Manfredo respondisse narrat: *velle se recipere principem in civitate, dummodo cum modica comitiva civitatem intraret et sine Theutonicis et Saracenis* (Historia ap. Muratori, SS. tom. VIII. p. 525). Et profecto hae duae nationes genti Suevicae praecipue subsidio fuerunt, ceterorum animis mobilibus et infidis. 40) Neque id mireris, cum inter Iezzolinum de Marra, specialem Matthaei patronum, et Carolum regem quae rationes intercesserint, reputaveris. Cfr. supra annot. 16. 41) Dialectus Apulo-Calabra qualis fuerit saeculo post Matthaeum, e chronico Neritino, quod dedit Muratorius SS. tom. XXIV, p. 883—922, satis apparet. Patet ex eo, ne codicem quidem 3a secutos ad genuinum Matthaei sermonem nos accedere posse. 42) Res praesertim privatas, quas narrat Matthaeus certis annis rarissime tantum ascribere ausus sum. 43) Fridericus a. 1248 a Parmensibus clade afflictus, rediit in regnum m. Maio a. 1249. V. Ricordano Malespini, Istoria Fiorentina ap. Muratori SS. VIII, 970; Böhmer Reg. Frid. n. 1161. 1162.

2. Alli 13. di Marzo[a] nella città de Trani uno gentilhomo de li meglio, che si chiama[b] messer Simone Rocca[c], havea una bella mogliere; et alloggiava in casa sua uno capitanio de Sarracini[d] chiamato Phocax[e]; et se ne innamorao della moglie; et à meza notte fece chiamare lo padrone della casa[f]; et come quillo aperse la porta dela camera, intrao per forza et cacciao Simone[g] senza darli tiempo che si cauzasse et vestisse; et hebbe da fare carnalmente con la mogliere. Et la matina che se sappe, se fece prestamente lo parlamiento; et andaro tre sindici[h] et messer Simone et dui frati della moglie[i] con le coppole[k] innanti all' occhi per la vergogna, che l' era stata fatta. Et trovaro l' imperatore à Pre-
44 sentino[l, 44] et se ingenocchiaro et chiamaro misericordia[m] et giustitia et[n] contaro lo fatto. Et l' imperatore disse à messer[o] Simone: *Dove è forza, non è vergogna;* et poi disse alli sindici: *Andate, cha ordinaraggio, che non faccia più tale errore; et se fusse stato di regno, l' haveria subito fatto tagliar la testa*[45].

3. Alli 20. di detto mese venne l' imperatore à Trani à vedere la fabrica dello castiello[p, 46].

4. Alli 10. d' Aprile[q] se sappe, cha lo cavaretto[47] del castello di Bari volea fare fuggire li presuni. Et l' imperatore mandao[r] messer Andrea de Capua, che era advocato fiscale, alla città di Bari et passao per Iovenazzo con 12 abbalestrieri.

5. Alli 22.[s] si fece la iustitia in Bari; et io nce fui[t]; et fù squartato lo cavaretto et dui[u] famigli de lo castello, et tagliato lo[v] capo à messer Guglielmo di Tocco[w] et à messer Leone di Santo Angelo[x] et ad uno conte Lombardo et ad dui Fiorentini, et fu levata la castellania à messer Pietro Roccafoglia[y] et data ad uno Sarracino di Nocera[z] di Puglia[48].

6. Alli 9.[*] dello mese de Giugno vennero in Puglia 7 compagnie de Sarracini; et furo assai gentilhomini, che havevano mogliere giovini et belle, che se n' andaro da Trani
49 et da Bari in Schiavonia[a, 49] per paura; et messer Tadeo[b] de Sessa fece havere gratia ad Iovenazzo[c] de non allogiare[d, 50].

7. Alli 12.[e] fù sacchiata Bitetto[f], et lo vescovo hebbe buone bastonate[g].

8. Alli 27.[h] morio di trono messer Zaccharia[i] medico de Polignano, che andava ad Andri à ritrovare l' imperatore tra Molfetta[51] et Iovenazzo.

a) 1249. *addit* 1; 1248. *praebent* 2. 3. b) chiamava 3. c) *ita* 2. 3; ms. Rocca Semnovo rocca 1. d) *ita semper* 3a, *plerumque* 2b; Saracini 1. 3c. e) *ita* 3; Pocas 1; nomine Coccam 2a; Focas 2b. f) chiam. ms. Simone 3. g) Semnovo *semper* 1; et ne lo cacciao dallà 3. h) della città *addit* 3. i) di detta donna 3. k) la coppola 3. l) Fiorentino 3c. m) gridando misericordia 3. n) li *addit* 3. o) à messer *desunt* 3. p) Alli 20. — castiello *desunt* 3a. q) 1248. *addit* 3. r) alla città di Bari *hic inserit* 3a; alla ditta c. di B. 3c. s) 23 *praebent* 2. 3a; del detto mese *addunt* 1. 3. t) presente *addit* 3. u) dece 2. v) tagliata la 2b. 3a.. w) Gugliermo di Tuocco 2b. x) Sto Agnelo 3a; Santangelo 3b. y) *ita* 1. 2; Buccafingho 3a; Boccafingo 3c. z) de Nocera *desunt* 3. *) 8 *praebet* 2. a) Sciavonia 3a. b) Taddeo 3c. c) D. Iohanni de Iuvenatio 2a; à messer Gio: di Giov. 2b. d) che non alloggiasse 3c. e) del detto mese *addit* 3. f) Vitetta 1; la città di Bitetto 3a. 3b; di Bitunto 3c. g) mazzate 3. h) 28. *praebet* 2a; d° *add.* 3a; del detto mese 3c. i) Zaccaria 1. 3c.

44) Videtur esse Presenzano oppidum Venafro ad meridiem situm. 45) Mense Martio a. 1248 imperator iterum fuit *in obsidione Parmae* (v. Böhmer p. 206), a. 1249 morabatur in Tuscia (cfr. Riccordano Malespini l. l.). Ad neutrum igitur annum ea, quae hic narrantur, pertinere patet. Luynius ad annum 1233 revocavit, quo Fridericus sane Florentini fuit. At cum meliores codd. praebeant Praesentinum, concedendum erit, nos certi quidquam hac in re statuere non posse. 46) Trani urbis castellum m. Februario a. 1233 firmatum esse, Ryccardus de S. Germano tradit supra p. 370. Hisce nisus Luynius Friderici iter illuc factum ipso a. 1233 ascripsit. Verum cum postea quoque castellum illud restitutum sit (v. diploma datum die 13. Aprilis a. 1240 in Frid. Regest. ap. Carcani p. 394. 395), ne hic quidem annus certo definiri potest. 47) i. e. baiulus ordinis inferioris. Cfr. Ryccardus de S. Germano a. 1232, supra p. 365: *baiuli imperiales, qui cavarrecti vocantur;* Du Cange s. v. *gavarretus* (ed. Henschen III, 494). 48) Haec haud dubie post a. 1240 gesta esse, recte iam vidit Luynius. Tunc enim Wilhelmus de Tocco, cuius supplicium hic narratur, notarius imperatoris fuit (v. Registr. ap. Carcani p. 235, passim). Contra Andream de Capua a. 1250. iudicis curiae officio functum esse, diploma docet ap. Rocchi Pirri, Pactensis ecclesiae notitia a. 1250 (in Graevii Thesaur. Antiqq. III, 852). Certo tamen ex his, ipso a. 1250 supplicium illud sumptum esse, id quod contendit Luynius, effici nequit. 49) i. e. litus Dalmaticum, terrae Bariensi contrarium. 50) Haec ante diem 18. Febr. a. 1248 facta esse Thaddaei de Sinuessa commemoratio demonstrat, qui illa die Victoriae in civitate a Friderico contra Parmam condita occubuit; v. testimonia, quae collegit Raumèr, Geschichte der Hohenstaufen IV, 115. Luynius igitur respectis eis, quae §. 2. narrantur, haec quoque ad a. 1233 referenda censet. At cum ibi eius sententiae consentire nequiverimus, ne hic quidem erit recipienda. 51) Omnia haec oppida sita sunt in terra Bariensi.

9. Alo primo dello mese di Settembre[a] messer Pauluccio[b] della Marra uccise uno Sarracino, et li citadini di Barletta lo salvaro, et ne foro impisi dui[c], et la terra pagò mille agustali di pena[52].

10. Lo dì di santo Luca intrao à Barletta lo[d] prencipe di Taranto, figlio del' impera- 1250.
tore[53]; et li dettero dui milia augustali; et fece levare[e] l' alloggiamiento delli Sarracini da Oct. 18.
Barletta[f], et andarono à Canosa, à Laviello[g] et Minorvino[h.54].

11. Alli 5. di Novembre fu lo tarramuto grandissimo[i.55].

12. L' imperatore dette la figlia[56] per moglie[k] allo conte de Caserta[l.57]; et si fece la 56
festa ad Andre[58].

13. Alli 22.[m] di Febraro se partero li Sarracini et iero à fare guerra ale terre del papa[59].

14. Questo anno medésimo[n] foro li grilli et consumaro onne cosa in Puglia piana et 1230.
in Capitinata, in Basilicata et in Calabria[60].

15. Alli 3. di Settembre[o] venne messer Berardo Caracciolo Russo[p] iustitiero ala provintia nostra de terra de Bari[61].

16. Quest' anno l' imperatore fece gran denari, et fece venire da Sicilia et da Sardegna assai nave di grano, et valse dui agustali lo tumulo[q] alla mesura picciola[r.62].

17. Del mese di Novembre andao l' imperatore da Puglia in Sicilia, et non senza perchè[s.63].

18. Alli 20. di Febraro[t] venne ad Vieste ad dismontare con 4[u] galere[v.64]. 1234.

19. Alli 13.[w] d' Aprile in Calabria vennero 17 compagnie de Sarracini da Barbaria[x] et alloggioro in Calabria et in[y] Basilicata[65].

20. Lo mese di Maggio, che se diceva, che l' imperatore voleva ire à Lombardia[z], 1249.
venne novella, che era stato sconfitto lo figlio[*], lo rè di Sardegna et presune[a], et sfracas- Mai.
sati tutti li seguaci[66]. Et però si dice, che non anderà[b] più per quisto anno; et chi dice[c] che stava innamorato[d].

a) Alo p° di Settembre 1248. *praebet* 3. b) Pauluzzo 1. 2b; Paulucrio 3c. c) ne impise due 1. d) *pro* lo 3. *habet* messer Manfredo. e) fecesi 1; che facesse 3. f) da Barletta *desunt* 3a. g) Saviello 2. h) *ita* 2b; Minorino 1; Monorvino 3a; Minervino 3c. i) *sequitur in omnibus codicibus* Anno Domini 1249. k) per m. la figlia 2. l) de casa d' Aquino *addit* 3, *ex* §. 164, *ut videtur, ubi in omnibus codicibus habentur.* m) 20 *praebet* 2. n) medesimo *deest* 3. o) Novembris 2a; 1249 *addit* 3. p) Dusso 3c. q) tutto 1. r) alla mesura picciola *desunt* 2. s) non si sà perchè 3. t) 1250 *add.* 2. 3; venne l' anno seguente, che fù 1250 à V. 1. u) cum centum duabus triremibus 2a. v) et alloggiaro in Calauria et Vasilicata *e sequentibus addit* 2. w) 17 *praebet* 2a. x) di Baviera 2b; vennero da Barbaria in Cal. 17 c. de S. 3. y) per la Calabria et 3. z) li *addit* 3. *) dello *perverse addit* 2b. a) presuni 3. b) và 3. c) che si dice ancora 3. d) morato 1; ammalato *coniicit Raumer Hohenstaufen IV*, 134 *n.* 2.

52) Non absona videtur Luynii coniectura ea, quae §. 8 et 9 exponuntur, a. 1250 ascribentis, cum certe sequentia ad hunc annum spectent. 53) Manfredo. 54) Manfredum principatus Tarentini honorem m. Septembri 1250 adeptum esse, optime evicit Luynius p. 66 sqq. Itaque quae hic dicuntur, ad ipsum a. 1250. revocanda erunt. Apparet autem, eum, qui Matthaei ephemerides in hanc formam redegit, duos Sarracenorum accessus confudisse, alterum factum ante a. 1248 (v. annot. 50.), alterum a. 1250. Ceterum Canosa et Minorvino oppida sunt terrae Bariensis Barolo inter meridiem et occidentem sita, Laviello oppidum Basilicatae ab urbe Melphitana inter orientem et septentrionem. 55) Luynius hunc terrae motum eundem esse putat atque eum, qui §. 65. dicitur contigisse in festo S. Catharinae, i. e. die 25. Novembris. Hoc tamen insolenter factum esse neminem fugiet. Neque certiori fundamento nituntur, quae e chronici Neritini verbis a. 1245: *foe no grande tremolizzo* (ap. Muratori SS. XXIV, 897) de anno coniecit. Frequentes enim in Italia meridionali terrae motus. 56) Violanta. 57) Riccardo. 58) Luynius haec ad a. 1239 retrahit. Sed dux della Guardia, cuius testimonium se sequi affirmat, haec non dicit, sed e registro solum Friderici diploma affert die 20. Ianuarii a. 1240 datum, ubi haec (ap. Carcani p. 322): *Riccardus de Caserta vallectus et fidelis noster* (Delle famiglie nobili p. 418). Id unum constat e Petri de Vineis epist. libr. III, c. 61, ante m. Februarium a. 1248 Riccardum Friderici generum fuisse. 59) Ad quem impetum Sarracenorum in patrimonium Petri factum haec spectent, non liquet. 60) Locustas a. 1230 totam Apuliam devastasse tradunt Ryccardus de S. Germano supra p. 361 et auctor chronici Neritini, l. l. pag. 896. V. quae diximus in praefatione pag. 468. 61) Luynius haec respecta §. 23 a. 1244 ascribit. Coniecturis tamen ibi nimium eum indulsisse videbimus. 62) Luynius haec ad a. 1234 revocat, quo magnam in Apulia famem fuisse tradit Ryccardus de S. Germano, supra p. 372. Pari autem modo etiam ad a. 1230 referri possent, quo locustas omnes res consumpsisse ipse dicit Matthaeus. 63) De quonam itinere Friderici in Siciliam facto hic dicatur, non liquet. Certe nunquam m. Novembri farum transiit. 64) Haec ad a. 1234 spectare apparet e verbis Ryccardi de S. Germano, supra p. 372: *Mense Februario de Sicilia in Calabriam transfretat imperator, et exinde in Apuliam venit.* 65) Haec quo pertineant, nescimus. 66) Entius rex captus est die 26. Maii a. 1247; v. Annal. Placent. Gibell. 1244, SS. tom. XVIII, p. 498.

21. All' entrata di Agusto fo posta per tutto lo regno[a] una colletta più grande, che fosse mai posta, ad uno[b] tarì per capo.

Oct. 28. 22 Lo dì di santo Simone et Iuda l' imperatore venne[c] alo castiello del Monte[d. 67].

23. Alli 5. di Novembre lo iustitiero[e] andao à vedere l' imperatore et portao le 700 onze, che havea raccolte[f] dala colletta. Et l' imperatore si scorrocciò fortemente, che non havea raccolto più, et le disse molte parole iniuriose. Et lo iustitiero disse[g]: *Signore, si non vi piace lo servire*[h] *mio, provedite per altro; perchè le terre stanno tutte povere.* Et l'imperatore s'adirao[i] più forte, et se voltao à messer Tadeo[k] et disse, che, *se non fosse stato per l'amor, che havea portato à messer Giovanni*[l], *l' haveria fatto iettar per li mergoli*[m].

24. Alli 12.[n] fù fatto iustitiero in terra de Bari messer Raalth[o], frate delo miraglio de Sicilia, che era mastro portulano de Barletta, et era Sarracino.

25. Alli 14.[p] fu iettato lo banno à pena di[q] galera, che onne persona havesse pagata la colletta per lo dì di santo Andrea[68].

Nov. 25. 26. Lo dì proprio di santa Caterina l' imperatore pigliao la via di Nocera[69].

1250. 27. Alli 29.[r] si è saputa la novella, cha lo imperatore stà malato.

1250. 28. Alli 5.[s] di Decembre quilli, che passaro per Iovenazzo, dissero, che l' imperatore steva malissimo.

1250. 29. Alli 9. si sparse fama, che era fora de pericolo.

1250. 30. Alli 13, lo dì di santa Lucia, si trovao morto[70]. Et la sera innante havea magnato certe pere cotte cò lo zuccharo, et disse, che la matina venendo si voleva levare. Et questo anno ei lo 1250.[t]

1250. 31. Alli 16. di Decembre ale 21. hore[u] ei venuta la lettera da prencipe di Taranto[71], che[w] va avvisando le terre de passo in passo dela morte de lo patre.

1250. 32. Alli 23.[x] ei andato[y] messer Coletta Spinello[z] da Iovenazzo mio zio per sindico della terra, et li foro dati 20 augustali, che s' havesse fatta la tassa delle spese[*] à se et ad suoi famigli.

1250. 33. Alli 29.[a] passao lo corpo dell'[b] imperatore, che lo portaro à Taranto; et io fui à Bitonto[c] per vederlo; et andao in una lettica coperta de villuto carmesino con la sua

a) reame 3. b) sia mai stata, che se paghi uno 3. c) venette 2b. d) *ita* 1. 2a; Bellomonte 2b. 3. e) ms. Berardo Caracciolo Russo *addunt* 2b. 3. f) *ita recte* 3a; raccolto *cet.* g) *ita* 1. 2b; li rispose 2a. 3. h) servitio 2b. i) tanto *addunt* 2b. 3a. k) de Sessa *addunt* 2b. 3. l) Ioanni 2b; Caracciolo *addit* 3. m) *hic addit* 3a: Questo fu quel Gio. Caracciolo Rosso, che fù brusciato dentro il castello d' Ischia per osservare fedeltà al detto imperatore Federico secondo, del quale vedasi l' Ammirato nell' arbore de cardinali Rossi à carte 109. n) del detto mese *addit* 3. o) *ita* 3a; Raaldo 1; Realto 2b; Raalch 3b; Rachalt 3c. p) 15 *habet* 3. q) *ita* 1; della 2b; lo bando, che a pena de ire a galera omne persona 3. r) del detto mese *addit* 3. s) 1 *praebent* 3b. 3c. t) Et — 1250. *desunt* 2. u) *ita* 2b. 3; alle 21 hore *desunt* 2a; alli 21 *praebet* 1. *An forte:* Alli 16. di Decembre .... Alli 21. *etc.*? v) che lo 2b. w) *deest* 2b. x) detto *addit* 2b; del detto mese 3. y) *ita* 1. 3a; andao 2b. 3c. z) Lainello 1. *) *ita* 3c; la ... delle spese 1; la spesa delle spese 3a; la spesa 2b. a) *ita* 1; 28. *praebent rell. et Summontius II*, 243; detto mese *addit* 2b; del detto mese 3. b) del detto 3. c) Bitonte 3.

67) Castellum del Monte inter Andriam, Coratum et Minorvinum ab ipso Friderico a. 1240. conditum erat. Cfr. quae de eo disputata sunt in: Schulz, Denkmäler der Kunst des Mittelalters in Unteritalien p. 159 sqq. 68) Quae §. 21—25 leguntur inter se coniuncta videri, iam animadvertit Luynius, qui etiam recte, ea ante diem 18. Februarii a. 1248 facta esse, ex Thaddaei de Sinuessa commemoratione conclusit. Utrum tamen annus, quo ipse retulit 1244 verus sit an a. 1246, sub cuius finem Fridericus itidem in Apulia morabatur (v. Böhmer Reg. Frid. n. 1122.), certo definiri nequit. 69) Luynius etiam haec ad a. 1244 refert; nobis a. 1246 veri similior videtur, cum e diplomate supra annotatione 68. laudato appareat, certo m. Novembri illius anni imperatorem Luceriae fuisse. 70) Pertzii sententiam supra Legum tom. II, p. 375 explicatam secutus Luynius diem obitus Friderici falso hic annotatam esse contendit, cum testamentum imperatoris demum die 17. Decembris conditum sit. At mortuum esse Fridericum die 13. Decembris praeter nostrum tradunt etiam Annales Ianuae 1250, SS. tom. XVIII, p. 228; Annales Mantuani, supra p. 22; Rolandinus Patavinus, Chronica facta VI, 10, supra p. 92; Nicolaus de Curbio, Vita Innocentii VI. cap. 29; Salimbene, Chronicon p. 166, ita ut de hac die dubitari nequeat. Neque eo testamentum a Manfredo suppositum dixeris, id quod, cum tot viri illustres subscripserint, omnino statui non potest. Sed potius dies eius mutandus erit. Codices praeter 17 etiam praebent 7 et 13; neuter tamen numerus aptus est, cum ipsum testamentum die sabbati conditum esse dicatur. Omnia vero consonant, si non 13. diem Decembris, sed 13. Kal. Dec. statuas, i. e. diem 19. m. Novembris, qui re vera dies Saturni fuit. Confirmatur haec sententia quodammodo scriptura Annalium Gibell. Placent. 1250, SS. tom. XVIII. p. 502, qui totum fere testamentum recipientes praebent: 17. *Kal. Decembres.* 71) Hanc epistolam eandem esse, quam dedit Martene in Collectionis amplissimae tom. II, p. 1181, recte iam vidit Luynius.

1250. guardia de[a] Sarraceni à pede et sei compagnie de cavalli armati, che, come intravano per le terre, andavano chiangendo ad nome l' imperatore; et poi venevano alcuni baruni vestuti negri[b] et li sindici dele terre[c].

1251. 34. Alli 5. di Gennaro lo conte di Molisi[72], che era stato[d] ad accompagnare lo cuorpo del' imperatore, ala tornata da Taranto venne à Santo Nicola de Bari, et poi passao ad alloggiare à Iovenazzo con altri baruni et suoi subfeudatarii[e]. Et ala casa di mio zio[f] stette lo conte, et in casa mia stette Princivalle de Sanguine[g], et per altre case stettero messer Corrado di Gambatesa, messer Leone di Monteagano[h], messer Serio[i] Ruffo[k], messer Bartolomeo de la Castagna et Girone Monticello. Foro in tutto 47 cavalli, et foro tutti ben trattati.

1251. 35. Lo[l] prencipe di Taranto, che era restato governatore delo regno, se mosse, come fù morto lo patre, et andao à Napole[m]; et come fù à Montefuscolo[73], seppe novella, cha papa Innocentio quarto havea mandato uno breve à Napole et à tutte le terre deli baruni delo regno[n], che non dessero obedientia ad altri che[o] alla sedia apostolica, perchè lo regno era scaduto[p] ala chiesa[74]. Et perciò se fermò[q, 75] lo conte de Caserta à Napole per sapere 47 l' animo de' Napoletani.

1251. 36. Lo conte de Caserta arrivò à Napole ali 7. de Iennaro[r], et li Napoletani li dissero à lettere de marzapano[76], cha lloro erano[s] sfastiditi de stare tanti anni interdetti[t] et scommunicati, et non volevano in nulla manera dare obedientia à chi veneva[u] senza investitura e benedittione del papa.

1251. 37. Poi andao lo conte[v] con messer Stefano de Evoli[w] ad Capua per fare dare l' obedientia da Capua, et altro tanto dissero li Capuani[x].

1251. 38. Alli 12. di Febraro se partio lo principe di Taranto da Montefuscolo[77] et cavalcao per lo regno con assai[y] Sarracini, et ne lassao 300 in Principato et altri tanti in Basilicata per le terre, che erano state de casa[z] Sanseverino, perchè se diceva[*], che Ruggiero de Sanseverino, che era restato solo di quella casata, che era de 17 anni[a], lo papa l' havea[b] dato per mogliere la figlia de lo conte de Fiesco[c] parente sua stretta.

1251. Oct. 1252. Ian. 8. 39. Alli 20. di Maggio si seppe, cha[d] era venuto ad Verona re Corrado, che venea à pigliare la possessione[e] di questo reame. Alli 26. d' Agusto venne re Corrado con l'armata de' Venetiani et sbarcao ad Pescara ala montagna de Santo Angelo; et tutti li baruni dello paese andarono à farle honore, et ali 29. venne à Barletta[78].

1252 40. Delo mese di Settembre se partio[f] con tutto lo[g] sforzo et andao contra lo conte d' Aquino[79] et lo conte de Sora[80], che haveano alzate le bandere del papa.

a) 200 *addit* 2. b) de negro 2. c) dello reame *addunt* 2b. 3. d) andato 2b. e) suffundatarii 1; baroni suoi suffeudatarii 2. f) Mutio mio zio 2b; Mutio 1. 2a. *Hic quin* Mutio *ex* mio zio *factum sit non dubito. Patruus videtur idem esse qui supra Coletta Spinello.* g) Sangro 2. h) Montano 1; Montagano 2b. i) Gerio 3b. 3c. k) dello Vusso 1. l) Manfredo 3. m) Napoli *saepe* 1. 2b. n) reame 3. o) à nullo eccetto che 2. 3. p) riscaduto *Summont. II*, 343. q) se formò 3b; mandò 2. r) 1251. *addit* 3. s) sono 3. t) interdicti 3c. u) vene 3. v) di Caserta *addunt* 2b. 3. w) Ievoli 2a; Fevoli 2b. x) Capuani responderunt 2a; li fù risposto da' Capuani 3. y) *ita* 2b. 3; XI *praebent* 1. 2a. z) di quelli di casa 2b; state di Sanseverino 1. *) dubitava de 3 *et Summontius II*, 343. a) in circa *addit* 3. b) l' have 3. c) che era *addit* 2b. d) rè Corrado *hic inserit* 3. e) lo possesso 2b. f) re Corrado et *addit* 3. g) suo *addit* 3.

72) Sub finem a. 1239. in Friderici Registro (ap. Carcani p. 303) commemorantur Robertus et Thomas de Molisio; die 23. m. Decembris a. 1266. Molisii comes fuit Rogerius; v. diploma Caroli I. regis ap. del Giudice, Codice diplomatico p. 244. Quorum quis noster sit nescimus. 73) Montefusco, urbs Principatus ulterioris, Avellino inter septentrionem et orientem. 74) Litterae hae datae sunt die 25. m. Ianuarii; typis eas expressit Raynaldus ad a. 1251, cap. 3. Vix igitur ante Februarium Manfredum earum notitiam habuisse credideris, quam ob causam rectius fortasse §. sequenti *Iennaro* mutaretur in *Febraro*. 75) Similiter Iamsilla utitur verbo *se firmare* (Historia Manfredi ap. Muratori SS. VIII, 511). 76) i. e. claris. MUR. 77) Sane rediit in Apuliam; v. Iams. p. 499. Eodem anno iterum in Terram Laboris profectus est; cfr. Iams. p. 503; mense Iulio diploma dedit apud Acerras (Böhm. Reg. Manfr. n. 4). 78) In hac narratione dies et menses plane a vero abhorrere iam vidit Luynius. Veronam enim venit Conradus m. Octobri a. 1251. (v. Böhm. Reg. Conradi IV, p. 271); in Apuliam autem applicuit die 8. Ianuarii a. 1252. (cfr. Annal. Siculi infra edendi). Neque Pescara recte hic videtur nominata: cum enim urbs sit provinciae Abruzzi citerioris, non patet, qui cum ea coniungi potuerit mons S. Angeli. Contra huic optime respondet Sipontum, ubi Conradum applicuisse tradit Iamsilla p. 505. An forte pro *Pescara* ponenda *Peschici*, Siponto vicina? — Sed ne ita quidem hunc locum a recentioris aevi homine in Matthaei textum intrusum, sed perverse tantum ex autographo exscriptum crediderim. 79) Landolfo. 80) Riccardo.

1252. Nov. 11. 41. Lo dì di santo Martino havendo ruinati quelli conti et arse et sacchiate quelle terre andao à Capua; et casa dela Leonessa[a] et casa d' Evoli la fecero rendere[81].

1253. Iun. 18. 42. Alo primo di Decembre[b] pose campo à Napole[c].

1253. 43. Alli[d] 2. di Iennaro[e] venne lo nuntio de lo papa à parlare à re Corrado in favore de Napoletani, et re Corrado mandao à dire alo papa, che farria meglio ad impacciarese deli homini con la chierica rasa[f].

1253. 44. Alli 25. d' Aprile, lo dì[g] di santo Marco, re Corrado ordinao di dare l' assalto à Napole et li Todeschi et li Sarracini[h], et promise dare tre paghe ad quella natione, che prima[i] intrava in Napole. Et foro di concordia[k] li Sarracini combattere la parte della terra, che stà à Tramontana, et li Todeschi la banda de Levante. Et venne nova, cha ce moriro 600[l] Sarracini et poco manco Todischi, et da quillo dì mai più pensaro di dare assalto.

1253. 45. Alo principio di Maio vennero le galere da Sicilia, et à Napole s' incominzao à patire de grassa. Delo medesimo mese[m] vennero assai baruni alo campo[n].

1253. Iun. 24. 46. Lo dì di santo Ioanne delo mese di Giugno usciro da Napole fino à 400 homini per la via dela grotta[o], che và à Pozzuolo, et andaro alli casali et portaro gran rinfrescamento[p]; et re Corrado pose subbito[q] guardie et fece chiudere li passi dali guastatori.

1253. Oct. 10. 47. Alla fine di Settembre[r] se arrendeò la città de Napole ad patti. Et re[s] Corrado fece gran iustitia et gran uccisione; et se li soldati Lombardi, che erano alo campo suo, non[t] salvavano bona parte de Napoletani, haverria fatto ire[u] à filo de spata tutti quilli, che poteano portare arme[82].

1253. 48. Alli 20. d' Ottubro messer Donato Carduzzo è tornato da Napole[v], et dice[w], che re Corrado have fatto abbattere le mura de Napole.

1253. 49. Ali 10. di Decembre[x] re Corrado ionse à Barletta[83], et tutta terra de Bari andao à presentarlo.

1253. 50. La vigilia di natale se partio et andao à Melfe[84], et lla volse fare parlamiento generale, et nce[y] concorsero assai baruni.

1254. 51. Alli 24. di Febraro[z] fù fatto lo parlamiento, et lo conte de Caserta propose, che dessero allo re 30000 onze d' oro. Et subito se mandaro l' essattori[*] per tutto lo regno[a], et à quelli, che tardavano ad pagare, nce mandaro Tudischi o Sarracini ad alloggiare.

1254. 52. Lo mese d' Aprile seguente fù sacchiata Ascoli[85], lo Garignone[b 86], Cerenza[c. 87], Giumuto[d. 88] e Bitetto[e. 89].

1254. 53. Et se lo prencipe de Taranto non arremediava, poche terre forriano scappate in Basilicata, Calabria et in Principato[f].

a) *ita* 1. 2a. 3c; Lagonessa 2b; Laonessa 3a. b) 1251. re Corrado *addit* 3. c) rè Corrado *addit* 2b. d) Anno Domini 1252. *praecedunt* 2. e) 1252. *addunt* 1. 3. f) di chierica 1. g) in iorno 3. h) alli Tod. et Sar. 2b; con li Tod. et con li Sar. 3. i) prima che 3. k) d' accordio 3. l) multi 2a, *ex usu Latinae linguae proprio.* m) mese *deest* 1. n) del rè Corrado *addunt* 2b. 3. o) delle Grotte 2. p) dentro Napoli *addit* 3. q) le *addit* 3. r) 1252. *addit* 1. s) *ita* 3; à patti, che rè 1. 2b. t) *deest* 1. u) andare 1. v) ms. Don. Carducci *hic inserit* 3. w) ch' era tornato da N., dice 2b. x) 1252. *addit* 3. y) *pro verbis* nce *praebet* 1. dove. z) 1254. *addit* 1; 1253. *rell.* *) *ita* 1. 2a; rescotituri 2b; rescattaturi 3. a) *ita* 1; per tutte le terre 2. 3. b) Agrenium 2a. c) Celenza 3c. d) *ita* 1; Guimuttum 2a; *deest rell.* e) Bitonto 3c. f) in Bas. — Principato *desunt* 2.

81) Haec a. 1252. facta esse, ex Iamsillae narratione (l. l. p. 506) et Conradi diplomate Rembaldo dato (Böhm. n. 123) apparet. 82) Omnia ea, quae §. 42—47 narrantur, inter Iun. 18. et Oct. 10. a. 1253. gesta sunt. Cfr. Annal. Cavenses 1253, supra tom. III, p. 194: *obsedit eam (Neapolim) decimo octavo Iun. a mari et a terra ... Decimo itaque die intrante mense Octobri, cogente eos fame simul et exercitu, reversi sunt ad eum;* id quod confirmatur chartis, e quibus patet, Conradum regem m. Decembri a. 1252. non fuisse in obsidione Neapolis, sed Trani, postea Februario a. 1253. Canusii, Aprili Fogiae, Maio denique Baroli (Böhm. n. 125–128). Videmus igitur, etiam hic menses falso esse exscriptos. — De pactionibus Neapolitanorum ap. Ricord. Malesp. cap. 146, l. l. pag. 976 sunt haec: *ebbe la città salva e le persone e la terra; mà Corrado non attenne loro i patti.* 83) Cfr. Iams. p. 506: *Reversus autem in Apuliam in hyeme sequente.* 84) Melfiae m. Decembri eiusdem anni aut Ianuario sequentis mortuus est Heinricus minor, Conradi frater; v. Annal. Cavenses 1253; Annales Siculos 1254. 85) oppidum Capitanatae ab urbe Melphitana ad septentrionem. 86) Videtur esse Carignane, a quo nomen traxerunt *murgie di Carignane* terrae Bariensis. 87) Acerenza oppidum Basilicatae Venusia ad meridiem; Celenza urbs Capitanatae Luceria ad occidentem. 88) Quid hoc sit, non liquet. An legendum *Grumo* vel *Bitunto* terrae Bariensis? 89) Cfr. Sabae Malaspinae Res Siculae I, 4, ap. Muratori VIII, 790: *Postremo rex Corradus in Apulia iuxta montes focarios prope Melfiam et Venusium cum infinito exercitu castrametatus existens in campis, quatenus terram aliquam obsideret ...*

54. Et in quelli dì[a] cascao[b] ammalato lo re Corrado, et morio in cinque dì[a], et lassao 1254. Mai. 20—21. uno figlio de tre anni, che sta nella Magna[90].

55. Lo dì[c] de santo Pietro del mese di Giugno[d] entrao in Napole papa Innocentio, et 1254. Iun. 29. pigliaone possessione per la[e] chiesa, et scrisse brevi alli[f] baruni et ale terre de demanio, che venessero à darle obedientia. Tanto era[g] venuto in fastidio ad tutti lo governo deli Sarracini et Todeschi, che tutta Puglia[h] se allegrao di tale novella[i]. In questo tiempo io[k] era de 23 anni et me trovai à Barletta, et per vedere la corte del papa andai à Napole insieme con messer Ioczulino[l] de la Marra, che andao sindico di Barletta[m].

56. Alli 26. de Iuglio arrivaimo à Napole; et chillo dì[c] proprio messer Ioczulino[l] 1254. basao lo pede alo papa[91]. Ala corte de lo papa trovaimo quisti signori: lo conte de Fiesco[92], nipote de lo papa[n], Ricciardo de l' Aquila, conte de Fundi, lo conte de Celano, lo conte Landulfo d' Aquino, che era stato cacciato da re Corrado, et assai conti Lombardi, et Sinibaldo et Odorisio de Sanguine[o], et altri baruni d'Apruzzo, et messer Ruggiero Sanseverino[93], capo delli forasciti delo regno.

57. Mi vene proposito di notare per una delle gran cose successe in vita mia lo fatto di quisto messer Ruggiero, come me lo contao[p] Donatiello de Stasio de Matera[94], servitore suo. Me disse, che, quando fu la rotta de casa Sanseverino alo chiano[q] de Canosa[95], 1246. Aymaro[r] de Sanseverino cercao di salvarsi et pigliò[s] verso Bisceglia[96], per trovare qualche vasciello di mare, per uscirsene da regno. Et se arrecordao di Ruggiero piccirillo[t] di 9 anni, et se voltao à Donatiello, che venia con isso, et[u] disse: *Ad me abbastano quisti dui compagni; va, Donatiello, et forzate di salvare quillo figliolo.* Et Donatiello andao à scapizzacuollo[v], et arrivao à Venosa ale 8 hore, et parlao allo castellano. Et à quillo punto proprio pigliao lo figliolo et fino à 40 augustali et un poco di certa altra[w] moneta, et uscio dalla porta fauza, senza che lo sapesse nullo deli compagni. Et mutato vestito[x] alo figliolo et ad isso, con uno cavallo de vettura, con uno sacco di ammandole pigliando[y] la via larga, allontanandose sempre dalli luoghi, dove[z] poteva essere conosciuto, in cinque dì[*] arrivao[a] in valle Beneventana à Gesualdo, dove era[b] messer Dolfo de Gesualdo, zio carnale di messer Ruggiero[c]. Et come lo vidde, disse à Donatiello: *Vatte con Dio subito, levamillo dala casa, cha non voglio perdere la robba mia per casa*[d] *Sanseverino.* Et Donatiello se adviao subito per portarlo à Celano, dove era contessa Maria Polisena, sore[e] di[f] messer

a) iorni 3. b) cadio 2b. c) iorno 3. d) 1253. *addit* 3. e) santa *addit* 3. f) à tutti li 3. g) Et tanto è 3. h) *ita* 1. 2; tutto lo riame 3. i) grandemente *addit* 3c. k) Matteo *addit* 3. l) Inzolino 1; Iazzolino 2b; Iozzolino 3c. m) *ita* 1. 3; andava à dare obbedienza per Barletta 2. n) lo conte *addit* 3. o) Sangro 2a. 3. p) messer *addit* 2b. q) piano 1. r) Aymario 3a; Aimario 3c. s) fugio 2b. 3. t) piccolino 1; che era *addit* 3. u) li *addit* 3. v) Spezzarolum 2a. w) certa altra *desunt* 1. x) mutao subito li vestiti 3. y) pigliaro 3. z) da donde 3a; da dove 3b. *) iorni 3. a) arrivaro 3. b) steva 3. c) di quello figliulo 2b. 3. d) cosa de 2b. e) sorella 1; sorore 3b. f) del detto 3.

90) Diem supremum Conradi alii diem 20, alii 21. m. Maii fuisse tradunt. Recte hic haud dubie Annal. Ianuae 1254, supra tom. XVIII, 233: *Conradus mortuus est in Apulia in nocte ascensionis Domini.* 91) Totum hunc Matthaei locum inde a §. 55. summas difficultates praebere iam vidit Luynius (p. 96 sqq.), nec tamen eas solvere potuit. Constat enim, Innocentium papam demum die 11. m. Octobris a. 1254. Siciliae regnum, Neapolim urbem demum die 27. eiusdem mensis intrasse; v. Nicolai de Curbio Vit. Innocent. cap. 41; Böhm. Reg. Innocent. p. 363. Contra Matthaeus dicit, se ipsum iam exeunte m. Iulio papam Neapoli vidisse. — Omnia autem plana erunt, si verba *in Napoli* ab eo, qui ephemerides in hanc formam redegit, intrusa censeamus, quo eo magis adduci potuit, quod postea re vera Neapoli Matthaeus Iuvenatium rediit (cfr. §. 64). Si haec accipias, res quidem consonant. Sane enim statim mense Iunio Innocentius de expugnando regno Siciliae cogitavit (v. Böhm. Reg. n. 86. 87); sub finem vero m. Iulii *Manfredus dictus princeps Tarentinus, dictus comes Gualterus de Manupllo, Gualterus de Ocra cancellarius, Bursarius capitaneus Theutonicorum et alii quoque tam pro se quam pro parte marchionis et aliorum de regno nobilium ad pacem componendam et concordiam reformandam ad ipsum dominum papam Anagniam devenerunt* (Curbio cap. 39). Interrupto tamen tractatu post dies quindecim recesserunt; sed legato cardinali cum exercitu regnum ingresso, iterum sub finem m. Septembris *barones regni ex diversis partibus modo ad summum pontificem modo ad ipsum legatum pro faciendo fidelitatem ecclesiae suos nuntios destinabant* (Curbio cap. 40). Horum in numero fuit etiam, nisi fallimur, Iezzolinus de Marra; neque est, cur eum demum m. Octobri Neapolim venisse et Aversae papae occurrisse cum Luynio statuamus. 92) Alberto; v. Annal. Ianuae 1254, supra tom. XVIII, p. 233. 93) Gens Sanseverina nomen traxit non a S. Severo urbe Capitanatae, sed a Sanseverino sito in Basilicata meridionali. 94) oppidum provinciae Basilicatae situm ad fines terrae Hydruntinae. 95) De clade gentis Sanseverinae v. Raumer IV, 87. 96) urbs terrae Bariensis sita inter Tranum et Molfettam.

Aymaro Sanseverino. Et facea poco viaggio lo dì[a], per non stracquare lo figliolo; et come se faceva notte, lo poneva sopra lo cavallo. Et quando fo ala taverna di Mercone[b. 1], nce venne ad alloggiare lo arciprevete de Benevento. Et[c] tenne mente, quando lo figliolo magnava ala tavola deli famigli, parea, che schifasse et magnasse[d] assai delicato, con tutto che andava con vestiti tristi et stracciati, parea figliolo che[e] mostrasse gentilitia. Et domandao[e] Donatiello, che li era[f]. Rispose, che l' era figlio. L' arciprevete disse[g]: *Non ti rassomiglia.* Et esso replicao: *Forse moglierema me have gabbato.* Et poi li fece più e diverse[h] interrogationi; et quando andao ala camera à dormire, Donatiello intese, che l' arciprevete parlava[i] di questo[k]. Et happe paura, che non lo facesse pigliare. Et cossì à Dio et ala ventura entrao in camera, et se ingenocchiao à piede dello[l] lietto, dove stava[m] l' arceprevete, et li disse tutto lo fatto in confessione[n], et lo pregao per l' amor de Dio, che volesse ponere in salvo chillo povero figliolo. Et l' arciprevete disse: *Non ne dicere niente à nullo, et sta de buon animo.* Et lo fece ponere sopra lo carriaggio, et venne isso la[o] via de Celano, et lo presentao salvo ala[p] contessa, et cossì scappao. Et la contessa quando lo vidde cossì stracciato, scappao[q] à chiangere[r], cha lo havea saputo 8 dì[s] innante de la rotta. Et lo fece recreare et ponere subito in ordine. Et perche era donna savia[t], lo mandao con 14 cavalli ad trovare lo papa, poichè casa Sanseverino era stata distrutta per tenere le parti della chiesa[u], et nce lo mandao[v] racomandando. Et lo papa ne havea gran[w] pietate, et ordinao, che se dessero 1000 fiorini[x] l' anno à Donatiello per
1248. lo governo suo. Poi dallà à doi anni la contessa di Celano morio et lassao 24000 fiorini
1252. à messer Ruggiero. Et poi lo papa dui anni innante[y] che moresse l' imperatore Federico, li dette per mogliere la sore[z] delo conte de Fiesco, et all' hora li dette 1000 onze d' oro di subventione, per mantenere li forasciuti[*] de Napole et dello regno, che[a] tutti facevano capo messer Ruggiero, che era fatto uno bello giovene et disposto. Et tutto quello come lo haggio scritto, m' have contato messer Donatiello[b], che alo presente sta con lo detto messer Ruggiero[c].

1254 58. Alli 27. di detto mese[d] venne lo[e] prencipe di Taranto, à dare l' obedientia alo papa[2], et onneuno se ne miravigliava[f], perchè era frate de re Corrado, e se diceva, che era tutore del figliolo[g].

1254. Aug. 5. 59. Lo dì di santa Maria della neve lo papa cantao la messa à Santa Maria Maiure de Napole con gran[h] cerimonie[4].

1254. 60. Ali 8. d' Agosto[i] lo papa fece lo parlamiento, et se mandaro per le provintie le gente delo papa. Et lo prencipe di Taranto promese di farene ire[k] li Todeschi, se li davano le paghe[5].

1254. 61. Lo primo di Settembre messer Massentio Rocca de Trani assaltao messer Rayd[l] Sarracino, iustitiero de terra de Bari, tra Santo Eramo[m] et Vitrale[6]. Et le dette la seguita più de tre miglia, et ammazzao[n] tre Sarracini de sua compagnia[o], et isso à pena[p] per bontà de suo cavallo se salvao[7].

a) iorno 3. b) *ita* 1. 3a; Marconense 2a; Morcone 2b; Morconente 3c. c) sempre *addunt* 2b. 3. d) mangiava 3. e) lo arciprevete ad *addunt* 2b. 3a. f) chillo figliulo. Et Donatiello *addit* 3. g) rispose 3. h) grande 3. i) tra se *addit* 3. k) figliulo *addit* 3. l) allo 3. m) corcato *addunt* 2b. 3. n) in confessione tutto lo fatto 2b. 3. o) alla 2b; a la 3b. p) detta *addit* 3. q) cominciò 2b. r) piangere 1. s) iorni 3. t) era una sagace femina 3. u) santa ecclesia 3. v) assai *addunt* 2b. 3 w) assai 3. x) fiorini — vintiquattro milia *desunt* 1. y) avanti, quando fù morto l' imperatore 1. z) sorella 1; sora 2b; sorore 3b. *) *ita* 3a; forasciti *rell.* a) et 2b. b) *ita* 1. 2a; de Stasio de Matera *addunt* 2b. 3. c) de Sanseverino *addunt* 2b. 3. d) di Luglio *addit* 3. e) *pro* lo *praebet* Manfredo 3. f) assai *addunt* 2b. 3. g) che stà nella Magna *e* §. 54 *repetunt* 2b. 3. h) grandissime 3c. i) del detto mese 3. k) via *addit* 2b. l) *ita* 2b; Rayde 1; Raydd 3a; Zayd 2a; Zaid 3c. m) *ita* 1. 2a; Ermo 2b; Elmo 3. n) più di *perverse e prioribus addunt* 2b. 3a. o) et ammazzao — compagnia *desunt* 3c. p) si salvao *hic inserit* 3.

1) Mercone comitatus Molisii Benevento ad septentrionem. 2) Haec aut ad finem mensis Iulii aut ad diem 27. mensis Septembris spectant. Hac enim die Manfredus diploma a papa accepit, quo omnia bona et honores ei confirmabantur (datum ap. Raynaldum ad a. 1254. cap. 57). 4) Haec quo modo explicanda sint nescimus. Papam enim exeunte demum Octobri Neapolim intrasse supra ann. 91. monuimus. Recte igitur Luynius p. 103: *L'interpolation est ici manifeste, ou l'erreur évidente.* 5) Luynius hanc rem die 8. Septembris factam contendit. Sed hac die certe Manfredus non in curia papali morabatur, id quod satis constat litteris Innocentii die 12. eiusdem mensis datis ap. Raynaldum ad a. 1254, cap. 52. Contra initio Augusti sane Manfredus Anagniae fuit. 6) oppida terrae Bariensis. 7) Haec ad a. 1254. pertinere, bene evicit Luynius p. 105.

62. Alli 4. di detto mese[a] lo papa à prighiere di messer Ruggiero[b] mandao in terra 1254.
de Bari[c] messer Federico di Morra per iustitiero, et messer Berardino[d] Orsino[e] con 12[f]
squatre de cavalli. Lo prencipe di Taranto lo havea pregato, che ci mandasse Berardo
Capece de Napole, mà[g] non volse. Et io notai[h], che, quando messer Ruggiero[i] et altri
forasciuti[k] scontravano lo prencipe, non li cavavano[l] la cappola[8].

63. Ala fine di Settembre vennero dui capitanei deli Tudischi, che erano alloggiati in 1254.
terra d' Otranto, ad trattare accordio con lo papa, et ce stettero fino allo dì di santo
Simone et Iuda. Et se dice[m], cha lo prencipe[n] dava uno cuolpo alo cerchio et n' autro allo Oct. 28.
compagno[o], et secretamente consigliava li Tudischi, che non se accordassero. Et lo
cardinale di Fiesco[9] se nce accordao, et consigliava lo papa, che haggia speranza di 9
havere loro arme[p] senza sangue per mezo delo prencipe. Et chillo le deva parole,
perchè vedeva, cha lo papa era vecchissimo et non poteva campare troppo[q, 10].

64. Lo dì[r] di Ogni Santo[s] lo papa cantao la messa alo piscopato[t]. Lo dì[r] seguente 1254. Nov. 1. 2.
se partio[u] messer Ioczolino[v] et tutti li[w] sendici de terra de Bari, et io cò lloro. Et se non
era messer Guglielmo dela Marra de Serino, che nce dette[x] compagnia, eramo assassinati
tutti dalli malandrini tra Avellino et la Grottaminarda.

65. La notte di santa Caterina fu lo tremoliccio per tutto lo reame[11]. Nov. 25.

66. Lo dì della concettione di nostra Donna messer Iacobo Savello capitanio delle 1254. Dec. 8.
gente de lo papa dette una rotta alli Sarracini di Nocera sotto Santo Bartolomeo dello
Gaudo[y, 12].

67. Alli 10. de Decembre[z] se disse, cha lo papa stava male. Alli 13.[*] del detto passao 1254.
uno[a] per lo chiano de Melfi, et andao in terra d' Otranto, et havea lassato lo papa despe-
rato da li medici in Napole[13].

68. Lo dì[r] de santo Thomaso apostolo lo[b] prencipe di Taranto radunao in terra 1254. Dec. 21.
d' Otranto tutti li Todeschi, che vennero ad Altamura[c, 14]. Et in chillo medesimo tiempo
messer Iacopo Savello .... et venne[d] con tutte le genti, ad trovare messer Bernardino
Orsino, che era alla Cirignola[15]. Et mandao messer Federico di Morra ad Napole alo col- 15
leggio delli cardinali. Ma poichè intesero, che li Sarracini di Nocera[e] erano usciti in Cam-
pagna, pigliaro anco lloro la via di Napole. Et à pena che furo partiti, messer Rayd con
due compagnie de Sarracini incomenzao da Monopoli, et scendendo perfino à Barletta fece
alzare per tutta terra de Bari le bandere de Corradino. Et à Trani fece abbattere[f] le case
de casa de Rocca, et li patruni[g] erano fuggiti in Schiavonia.

69. Lo prencipe[h] da poi che hebbe radunato tutto lo esercito con li Sarracini, pigliao 1254 fin. 1255 in.
la via de Basilicata[16] et rompio Princivalle Grimaldo Genovese, che era lla con la gente
dell' ecclesia, et happe in pochi dì le terre, che foro de casa Sanseverino.

a) di Settembre *addit* 3. b) de Sanseverino *addunt* 2b. 3. c) per iustitiero *hic inserit* 3. d) Brandino 2b; Berando 3c. e) Ursino 3; Picinum 2a. f) nove 2b. g) lo papa *addunt* 2b. 3. h) se notao *coniecit Luynius.* i) de Sanseverino *addit* 3. k) de lo reame *addit* 3. l) cacciavano 2b; levavano 3. m) per Napole *addunt* 2b. 3. n) di Taranto *addunt* 2. 3. o) tompagno 1. 3c. p) lo reame 3. q) à lunga *addit* 3c. r) iorno 3. s) 1253. *addit* 3. t) all' arcivescovato 1; de Napoli *addunt* 2b. 3. u) de Napoli *addit* 3. v) Inzolino 1; dela Marra *addit* 3. w) altri *addit* 3. x) bona *addit* 3. y) in Gualdo 3; de Vado 2a. *Sequuntur paragr.* 71. 72. 73. 74. 75. 76; *tum demum paragr.* 67. 68. 69. *in* 2a. z) 1254. *addit* 1; dell' anno della nativitate 1253. *praebet* 2b; del anno 1253. *habet* 3a; 1253. *addit* 3c. *) 12 *habent* 3. *et Summontius II*, 372. a) *deest* uno *lacuna relicta* 1. 2b. b) Manfredo 2b. 3. c) *deest lacuna relicta* 1. d) Savello .... et vennero 3a. 3b; Savello venne 2. 3c. e) di Puglia *addit* 3. f) à terra *addunt* 2b. 3. g) *ita* 1. 2a; Rocca, perche non possette havere in mano li patruni (parenti 2b), che se n' *praebent* 2b. 3. h) Manfredo *addunt* 2b. 3.

8) Ea, quae §. 62. narrantur, non Septembri mensi ascribenda esse ex eis, quae ann. 5. diximus patet: tunc enim Manfredus non erat apud papam. Aut igitur dies aut mensis mutandus est; fortasse ad Octobrem referenda sunt. 9) Guglielmo, S. Eustachii diaconus cardinalis. 10) Certo Manfredus, si re vera capitanei usque ad diem 28. Octobris in curia papali morati sunt, non usque ad hanc diem cum eis tractavit. Die enim 18. eiusdem mensis, interfecto a suis Burello de Agone, ipse fugam arripuit, de qua accurate agit Iamsilla. 11) Utrum hic terrae motus a. 1254. ascribendus sit necne nescimus; Luynii coniecturam supra reiecimus ann. 55. 12) urbs Luceria ad orientem sita. 13) Mortuus est Innocentius die 7. m. Decembris; v. Raynaldum ad a. 1254, cap. 69. 14) urbs terrae Bariensis. Manfredus antea die 2. m. Novembris a Sarracenis Luceriae tanquam dominus receptus erat, die 2. Decembris victoriam de papali exercitu apud Fogiam reportaverat. 15) oppidum Capitanatae Fogia inter orientem et meridiem situm. 16) Venosae et Guardiae Lombardorum eum fuisse tradit etiam Iamsilla p. 511. Itaque non est, cur cum v. cl. Cesare (Storia di Manfredi tom. I, p. 133, ann. 1) hanc Matthaei notitiam reiiciamus.

1254. Dec. 7–12. 70.[a] Li Napolitani dapoi la morte di re Corrado haveano incominzato à fare le altre mura della città[b], et fecero fermare messer Iacobo et messer Berardino con le gente, per tenerse, finchè se faceva un' altro papa[c. 17].

71. Alli 14. di Marzo[d] passao lo principe in Sicilia, et se disse, che trovao gran tesoro alo castiello de Palermo[18].

72. Ala fine di detto mese corse traversa[e] ala marina di Molfetta una galeazza de Venetiani, et Almuz[f] Sarracino, che era[g] vicemiraglio, ne hebbe gran ricchezze[19].

73. Alli 6. d' Aprile fù una gran fortuna, et cascao[h] lo campanaro di Santo Nicola[i. 20].

1255. Mai. 74. Lo[k] Maio passao lo prencipe[l], et andao in Capitinata, et portao solo sei[m] squadre de Todeschi[21].

75. Questo anno[n] saglio d' entrata la[o] dohana dele pecore à 5200 onze.

22 76. Lo mese d' Ottobre nascio ad Riccio uno figliolo con tre teste, et morio subito[22].

1254. Dec. 12. 77.[p] Li cardinali, che erano stati un' anno et mesi in discordia, creorono papa Alessandro quarto de Anagni[23].

1251. Iul. 78. A chisto tiempo, che fo de Febraro, lo prencipe[q] se trovava à Capua, et mandava à sollecitare li Napoletani[r], che se arrendessero[s], et non ce faceva andare vettovaglie[24].

1255. init. 79. A chisto tiempo venne lo archiepiscopo de Fuligno[25] mandato dal papa al principe[t], che à pena di scommunica tornasse all' obedientia dell' ecclesia, isso et tutte le terre, che havea pigliate. Isso rispose, cha lo riame era de lo nepote[26].

1255. Apr. 80. Et all' hora tutti li forasciuti[u] de lo regno se adunaro et mandaro alo papa messer Ruggiero Sanseverino et messer Helia de Gesualdo et messer Federico et messer Nufrio de Morra et messer Pandolfo Fasanella et messer Aymaro de casa Sanseverino, et pregarolo, che li[v] aiutasse ad tornare alle case loro. Et lo papa fece prestamente legato apostolico lo cardinale Ubaldino[27], et fece fare gente per tutte le terre dela chiesa[28].

a) In questo anno 1253. *addit* 3. b) antichissime fatte ad quadroni di pietra dolce senza calce. Percio ad ampliare alquanto il compreso vecchio, forono poi in progresso di tempo dal re Carlo primo finite *hic addit* 3b. c) *hoc loco inserit* 3a: Queste muraglie di Napole furono quelle antiche fatte fuora dell' antico circuito di quelle antichissime fatte — dal re Carlo primo finite *sicut in* 3b. d) 1254. *addunt codd. omnes.* e) una galeazza de Venetiani *hic inserit* 3. f) Almuc 1; Almuzz 3a. g) Saracino et *perverse addit* 2b. h) cadio 2b. i) de Bari *addit* 2. k) mese di *addit* 3. l) Manfredo *addunt* 2b. 3. m) quatuor 2a. n) 1254. *addit* 3. o) la entrata della 3. p) L' anno 1255. *addit* 1; Anno Dom. 1255. *habet* 2; nell' anno 1255. *praebet* 3. q) Manfredo *addunt* 2b. 3. r) Napoli 1. s) rendesse 1. t) Manfredo *addit* 3. u) forastieri *saepe* 3c. v) li tornasse et 3c.

17) Haec inter diem 7. et 12. Decembris a. 1254. collocanda esse manifestum est. Hac enim die Alexander IV. papa creatus est, qua de re pluribus disputantem adeas Mansium ad Raynaldi tom. II. p. 519 ann. 1. 18) Post patris mortem Manfredum bis in Sicilia insula moratum esse e scriptoribus et diplomatis apparet. Primum a. 1258, quo appulit m. Aprili (cfr. Annal. Siculi ad h. a.), egressus est m. Septembri (v. infra §. 89); secundum a. 1261. post m. Iulium (v. Böhm. Reg. Manfr. n. 28) et initio anni sequentis, unde rediit m. Maio (v. Sabam Malasp. II, 6 et infra §. 128). Contra Matthaeus ter Manfredum in Siciliam profectum esse narrat, v. infra §. 81 et 115. Ea, quae hic dicit, Luynius priori itineri ascribit; tamen, si id acceperis, mensis erit mutandus, nisi forte Matthaeum illud tempus significasse statuas, quo Manfredus Apuliam reliquit, ut in Calabriam, inde in Siciliam proficisceretur. 19) Luynius haec ad a. 1240. spectare coniecit, certo ipse affirmare ausus non est. 20) Quem ad annum hoc revocandum sit, non liquet. 21) Hoc Manfredi iter Luynius a. 1255. ascribit. Neque est cur obloquamur. Sane enim m. Maio anni illius fuit Luceriae, die 1. Iunii stabat ad montem Formicosum (cfr. Iamsilla pag. 561). 22) Quae §. 75. et 76. continentur, ne Luynius quidem certis annis accommodavit. 23) Foedissimus hic error. Alexandrum IV. enim iam die 12. Decembris a. 1254. in ipsa urbe Neapolitana electum esse, supra iam monuimus ann. 17. Neque quamvis alii quoque scriptores contemporanei hac in re erraverint (imprimis Ricordano Malesp. cap. 147, p. 977: *dopo Innocenzio la chiesa . . . più di due anni stette senza pastore*), mendam Matthaeo ipsi, imo compilatori imputaverim. 24) Luynius reiecto Februario a. 1255, quo nondum Capua se Manfredo dederat, haec ad a. 1251. retrahit. Sed ne id quidem aptum. Tunc enim ipso Matthaeo teste princeps apud Montemfusculum remansit, Rycardum tantum comitem Capuam praemisit (v. supra §. 37 et 38). Nobis intrusa videntur verba *che fo de Febraro*, res autem spectare ad mensem Iulium a. 1251, quo, priusquam ad obsidendam Neapolim procederet, stetisse Manfredum Capuae expresse tradit Iamsilla pag. 503. 25) Fulginam civitatem nunquam archiepiscopos habuisse constat. Sed ne episcopus quidem tunc ibi morabatur, vacante sede inde ab a. 1243. usque ad a. 1265. Berardus, de quo hic narratur, tantum administrator fuit sedis illius in temporalibus et spiritualibus inde a die 18. Ianuarii a. 1255. Cfr. Ughelli (ed. Coleti) I, 699, quem sequuntur Cesare et Luynius. 26) De his rebus plura extant ap. Iamsillam p. 543 sqq. 27) Octaviano Ubaldino, S. Mariae in Via lata diaconus cardinalis. 28) Haec m. Aprili a. 1255. facta sunt. Die 20. Martii Octavianus Neapoli litem inter archiepiscopos Bituri-

81. Lo prencipe[a] se partio subito da Capua, et andao in Sicilia[b], per portare[c] denari et gente[29].

82. Ala fine d' Aprile[d] entrao lo legato nelo reame con gran gente, ma la più parte 1255. accogliettiva et de forasciti. Et coniunti con le genti de arme, che erano à Napole, venne la volta di Puglia; et senza contrasto venne à Barletta, et subito trovao l' obedientia, et alzao le bandere de lo papa.

83. Ali 15. de Maio passao ad Trani, et poi scorse fino à Monopoli, et se le dettero 1255. tutte le terre de terra de Bari salvo Ostuni[e, 30], perche nce stavano Todischi. 30

84. Alli 17. de Giugno lassao gente ad Monopoli, ad Mola, ad Polignano, ad Bari, ad 1255. Molfetta, ad Trani e Barletta[31], et se ne tornao ammalato in Terra di Lavore.

85. Alo[f] principio de Augusto vennero molte galere da Sicilia, ad scorrere le marine 1268. de terra de Bari, et nce era nova de fare alzare le bandere de Suevia ad alcune delle terre marine[32].

86. Lo dì di santo Bartolomeo[g] io me trovai ad Barletta, et se vidde una bella battaglia, perchè una nave d' Ancona era venuta à carecare grano à Barletta, et steva aspettando lo vento, et vennero cinque[h] galere à combatterla. Et erano due galere Siciliane di[i] messer Simone[k] Ventimiglia, una d' Isca[l] et una de Surriento di messer Paulone Donurso, et una de Pezzulo de messer Henrico Spatainfaccia[m]. Et attorniaro la nave, et l' haveano ridotta à male partito, perchè la galera Pezzulana et la Surrentina l' haveano stretta tanto, che ne erano sagliuti undece et combattevano lo castiello de poppa; et tuttavia ne saglievano deli altri. Et quando se levao un viento forzato, che destaccao la nave da mezzo, le galere restaro scornate con perdita de chilli, che nce erano sagliuti, et de chilli, che volevano saglire; et ne cadero in mare, che non se ne salvaro se non pochi che seppero natare.

87. Lo dì sequente me mandao messer Ioczulino dela Marra[n] ale galere, che stavano alo faro de Ofanto à riscattare lo nipote, che era figlio di messer Petrillo Acconciaioco[o] da Raviello con una lettera diretta à messer Giannotto Salvacossa, che era patrone della galera d' Isca, et li era un poco parente. Et se per messer Ioannotto era, io haveria havuto lo presone senza recatto; mà li altri patroni di galere non volsero, et dissero, cha messer Petrillo[p] era ricco et, se voleva lo figlio, mandasse à rescattare Proculo Venato[q], gentilhomo da Pozzuolo, et Ioseppe domini Marini, et Serio Mastroiodice da Sorriento, che erano restati presuni sopra la nave. Et cossi designaro de fare, che[r] messer Petrillo mandao una fragata in Ancona à rescattare chilli tre. Et trà una et un autra li venne chiù di 40 onze, perchè non possette havere li tre presuni, se non per 10 onze l'uno[33].

a) Manfredo *addunt* 2b. 3. b) Puglia *coniecit Luynius*. c) pigliare 2b. 3. d) 1255. *addit* 3. e) Astuni 1; Hostuni 2a. 3c. f) *paragraphus haec deest* 2. g) de Augusto 1255. *addit* 3. h) *ita* 1; quattro *rell.; vide annotationem* l. i) *ita correxi;* et 1; ch' era di 2b; et una di esse era di 3 *Haec verba* una di esse *ex sinceris* una d' Isca *fluxisse, statim apparebit.* k) Semnovo 1. l) *ita* 1; una di esse 2b, *eadem prius iam inserit* 3. *Codicis* 1 *scripturam recte se habere, apparet e sequentibus, ubi navis Iscensis in omnibus codd. commemoratur.* m) Spatinfaccie 1; Spadainfaccia 3b. n) me mandao *hoc loco inserit* 3b. o) Conciarocho 1; Conciaiocho 2b. p) Acconciaioco *addit* 3. q) Provocato venuto 1. r) et 3.

censem et Burdigalensem diremit; v. diploma ap. Raynaldum ad a. 1255, cap. 41. 29) De duobus Manfredi in Siciliam insulam itineribus supra ann. 18 monuimus. At cum veri simile sit, alterum iter significari §. 71, alterum §. 115, prorsus incertum est, quo ea, quae hic exponuntur, spectent. Luynius igitur, ut rei medelam adhiberet, pro *Sicilia* coniiciens *Puglia*, narrationem ad Manfredi fugam a. 1254. retulit. Sed vereor, ne hac in re modum excesserit. 30) urbs terrae Hydruntinae, Brundusio inter septentrionem et occidentem. 31) Cfr. Iamsilla p. 574, ubi Bertholdus marchio de Hohenburg papalium dux m. Iunio dicitur *primum civitatem Trani, deinde civitatem Baroli et subsequenter omnes alias civitates maritimae terrae Bari ad partem ecclesiae revocasse praeter civitatem Andrensem.* 32) Recte Luynius (p. 127 sqq.) animadvertit, m. Augusto a. 1255. Siculorum animos non tam pronos in gentem Suevicam fuisse, ut in Apuliam applicantes signa illius elevasse censendi sint. Patet enim ex Iamsillae oratione, demum anno sequenti illos plane Manfredo accessisse. Contra satis constat, m. Augusto a. 1268. re vera classem Pisanorum coniunctam cum Siciliae capitaneo a Conradino instituto Apuliae maritimam incurrisse (v. Sabam Malasp. III, 17. 19; IV, 4. 5). Huc igitur cum Luynio Matthaei verba referenda sunt. 33) Luynius ea, quae §. 86. et 87. narrantur, a. 1240. ascribit. Sed excepto eo, quod ratiocinatio eius genuino, quem nos praebemus, textu debilitatur, id unum iam obstaret, quod, si id acceperis, Matthaeus anno aetatis decimo legati partes egisse dicatur. Nam quis est, qui probet verba ducis illustrissimi (p. 134): *C'est à mon sens un argument de plus en faveur de notre opinion; car à défaut de héraut, l'âge de Matteo lui permettait selon l'usage antique des jeunes caducéateurs Romains, de venir impunément traiter de la rançon avec les vainqueurs?* Dicendum erit, nescire nos, quando res illae gestae sint.

1258. Aug. 11. 88. In questo tiempo si sappe[a], che era venuta nova in Sicilia, cha era muorto nella Magna lo figlio de re Corrado, et lo prencepe di Taranto si fece incoronare in Palermo, et se chiamava re Manfredo[34].

1258. 89. Alli 11. di Settembre passao re Manfredo in Calabria, et dette licenza à gran parte delli Tudischi, che erano alo riame. Et isso andao per Calabria et per Principato, et faceva gratie à tutte le terre[c] dove passava, et fece assai cavalieri[35].

1255. Sept. 20. 90. La vigilia di santo Mattheo entrao à Salierno come re, et foro sparsi[d] per li casali[e] li Sarracini[36].

1255. 91. Alli 9.[f] di detto mese passao lo conte Iordano[37] da la chiana de Melfe[g], per andare ad Nocera[h].

1255. 92. Alli 13. venne messer Ruggiero Sanseverino et Pandolfo Fasanella mandati da Napoletani ad radunare le genti, che stevano sparse per terra de Bari, et portarele à Napole. Et prima chelle de Barletta, et poi tutte le altre non se volevano movere, se non haveano[i] le paghe, che doveano havere.

1255. 93. Ala fine di questo mese[k] lo conte Iordano se partio con 3000 Sarracini de Nocera, et per la via de Crepacore andaro à raffrontare la schiera di re Manfredo[l]. Et insieme vennero ad Nola.

1255. 94. Allo principio de Ottufro[m] re Manfredo mandao ambascatori à Napoli, che se volesse arrendere.

1255. 95. Alli 6.[n] venne messer Donatiello de Stasio[o] et portao la risposta[p], che li Napolitani non potevano pagare le gente, perchè erano[q] ridutti ad estrema povertate, et che, pocca lo papa stava cossi friddo, lloro non voleano essere destrutti con chella speranza, come
Oct. 18. alo tiempo de papa Innocentio. Lo dì di santo Luca[r] venne à Barletta nova, che Napole s' era renduta, et che re Manfredo li haveva promisso de fare[s] buoni trattamenti. Et all' hora restaro tutti li forasciuti[t] afflitti et desperati.

1255. 96. Alli 26. dello mese di Settembre[u] allo chiano de Canosa vennero li forasciuti, ad unire tutte le gente d' arme de lo papa. Et[v] se partero per la via di Capitinata, e disfecero Firentino et Dragonara[w. 37*], et uccisero tutti li Sarracini, che se nce trovaro, et dettero dui assauti ad Nocera, et non la potero pigliare, et se ne usciro[x] da Apruzzo.

1255. Oct. 28. 97. Lo iorno di santo Simone et Iuda se fece parlamento à Santa Maria fora di Barletta, et nce foro tutti li sindici dela provintia, ad vedere, che s' havea da fare[y]. Et tutti stevano in paura, che tutti li guai venissero[z] sopra de loro.

1255. 98. Et all' hora venne la lettera da Napole de messer Asprenne Carracciolo Russo, che era frate per parte di matre[*] à messer Ioczolino dela Marra, che scriveva contando la entrata de re Manfredo ad Napole, et che havea fatto trentatre cavalieri, et l' havea detto, che stessero[a] di buon animo, et che isso voleva havere buono accordio con lo papa et essere

a) seppe 1. 2b. c) da *addit* 3. d) et spartio 3. e) di Salerno *addunt* 2b. 3. f) *ita* 1. 3; 11 *praebet* 2a; 12 *habet* 2b. g) Amalfitana *inepte* 2a. h) de Puglia *addunt* 2b. 3. i) tutte *addit* 3b. k) di Settembre *addit* 3. l) *ita* 1. 3c; alla chiana di Santo Angelo rè M. 2; andao ad affrontare ala chiana de Santo ... rè M. 3a; andao ad affr. rè Manfredo alla chiana de Santo ... 3b; alla schiera di Pietro di Cancello *perverse coniecit Luynius, cum ibi non Iordanum, imo Neapolitanorum legatos Manfredo occurrisse tradat Iamsilla.* m) 1255. *addit* 3. n) dello detto mese *addit* 3. o) de Matera *addunt* 2b. 3; venne da Napole *hic inserit* 3. p) novella 3. q) stanno 3. r) santa Lucia 2b. s) fareli 3a; farele 3c. t) delo reame restaro *hic inserit* 3. u) d' Ottobre 2; Novembre 3a; dello Ottobre *desunt* 3c. v) li forasciti et *addit* 1. w) Traonacha 1; Dragonacha 3a. x) asceso 3a. y) *ita* 3; ad vedere *desunt* 1; ad — fare *desunt* 2. z) non vengano 3. *) de mamma 3. a) cavalieri — stessero *desunt* 1; l' havea detto *desunt* 3.

34) Coronatum esse Manfredum in festo S. Laurentii, i. e. die 11. m. Augusti, tradunt Annal. Cavenses 1258; Iamsilla p. 584; Bartholomaeus de Neocastro cap. 7 (ap. Muratori, SS. XIII, 1021); chronicon Siciliae cap. 30 (ap. Martene, Thesaurus III, 19): diem 10. mensis eiusdem praebent Annal. Siculi. Rem pluribus confirmavit Luynius (p. 134 sqq.), qui etiam recte annotat, inde ab hoc loco in ephemeridibus, quales nos habemus, Manfredo constanter regis titulum attribui; cum tamen sequerentur, quae haud dubie ante a. 1258. gesta essent, satis apparere, hunc titulum non ab ipso Matthaeo semper appositum fuisse, sed ab eo, qui librum in hodiernam formam redegerit. 35) Idem tradit Saba Malasp. II, 1: *multis ibi per eum decoratis honore militiae.* 36) Ex accurata Sabae Malaspinae narratione, quae etiam diplomatis firmatur (v. Böhm. Reg. Manfr. n. 16 -18) patet, Manfredum a. 1258. post coronationem Salerni non fuisse. Luynius igitur recte haec ad finem a. 1255. retraxit, quo tota Terra Laboris Manfredo se dedit. 37) de Anglano, postea Iuvenatii, S. Severini et Manuplelli comes. Cfr. infra §. 137; Saba Malasp. II, 2; Descriptio victoriae Caroli ap. Du Chesne V, 844. 37*) urbs Capitanatae Sancto Severo ad occidentem.

buono figlio dela santa matre ecclesia. Et se arrecordao dell' arceprevete Caracciolo, che era stato mastro suo, et addomandao, che ci era de li suoi. Et le fù ditto, cha c' erano dui neputi; et li fece chiamare et li fece cavalieri et li donao 50 onze de provisione; et l'uno si chiamava messer Anselmo et l' altro messer Riccardo Carracciolo; et cha volea fare perduono generale. Et cossi[a] questa lettera[b] dette speranza à tutti.

99. Lo dì de Onnesanto andaro ad Napole messer Coletta Acconciaioco[c] et notaro Stefano Pappalettere ad dare[d] obedientia allo re[e] come sindici di Barletta. 1255 Nov. 1.

100. Alli 3. di Novembre se disse, cha lo re[f] havea mandato tutte le gente, à svernare in Campagna de Roma. 1255.

101. Alli 6.[g] se bandio à Barletta lo indulto generale ad tutti qualsivoglia forasciuti[h][38], et poco persune di conto se ne fidaro, perchè de tutti chilli, che erano fora[i] regno non se ne tornao se non[k] messer Pauluccio dela Marra. 1255.

102. Alli 14. venne lettera da notaro Stefano[l], cha haveano trovato lo re multo gratiuso, et cha havea fatto bona cera à tutti, et che volea fare chillo dì la festa di santo Martino, et erano convitati assai[m] Napolitani. 1255. Nov. 11.

103. Lo dì di santo Andrea se sappe, cha lo re[n] era iunto à Capua et ad Sessa; et fece venire alo contato de Fundi 7 stendardi de[o] gente d' arme, et così levao ala ecclesia[p] lo contado, che l' havea donato lo imperatore Federico, che[q] havea fatto[r] lo fiume Garigliano[s] confine. 1255 Nov. 30.

104. Chillo[t] anno[u] fece le feste di natale ad civita de Chiete, et per tutte le terre d' Apruzzo fece cavalieri[39]. 1255.

105.[v] De Iennaro lo re venne in Puglia ad fare la caccia de la Incoronata[40], cha havea 7 anni, che non era stata mai fatta, et nce foro chiù de 1400[w] persune. Et lo re volse, che, chi pigliava la[x] caccia, fusse la sua; et fo pigliato uno numero infinito di salvagina[41]. 1256.

106. Alla fine de lo ditto mese venne[y] à Siponto[42], et designao di levare la terra da chillo mal' aere et ponerla dove sta mo et chiamarla[z] Manfredonia[43].

a) con 3. b) se *addit* 3. c) Conciaioco 1. 2. d) et daro 1. e) Manfredo *addit* 3. f) papa 2a. g) detto 2b; del detto mese 3. h) delo reame *addunt* 2. 3. i) del *addit* 3c. k) tornao nullo eccetto che 3. l) Pappalettere *addunt* 2b. 3. m) assaissimi 3. n) Manfredo *addunt* 2b. 3. o) et 1. p) chiesa 1; santa ecclesia 3a; santa chiesa 3c. q) et li 3. r) dato 3. s) per *addit* 3. t) Chillo — cavalieri *desunt* 3c. u) re Manfredo *addunt* 2b. 3a. 3b. v) Anno Domini 1256. *praebent* 1. 2. 3a. 3b; Chisto anno re Manfredo 3c. w) plures quam quadringentae 2a. x) chi se pigliava dela 2b. y) rè Manfredo fo 3; venne *deest* 1. z) dallo nome suo *addunt* 2b. 3.

38) Cfr. Iamsilla p. 577: *ad cuius legati* (scil. Ubaldini) *preces motus princeps praefatis nobilibus clementer indulsit, terras, quas iuste amiserant, eis restituit, dum modo sic se in antea gererent, quod praeteritas offensiones laudabili conversatione delerent.*

39) Luynius omnia ea, quae inde a. §. 90 in ephemeridibus narrantur, a. 1255. ascribit. Neque ego hic ab eius sententia discedendum putavi, quamvis primum scrupulus quidam animo inhaeserit. Iamsilla enim, quem semper fere optime et sincere res gestas explicuisse facile quisque concedet, Neapolis et Capuae deditiones tum demum narrat, cum de curia die 2. Februarii a. 1256. Baroli habita (de qua die infra §. 107 Matthaeus) dixit. At sane eius verba sententiae a Luynio expositae non stricte repugnant. Sunt autem haec (l. l. p. 578): *Praedictis autem nuntiis a papali curte negotio infecto reversis, indixit princeps curiam generalem Baroli. Celebrata est curia generalis dicto anno incarnationis Domini* 1256. *mense Februario* 13. *indictionis in festo purificationis beatae Mariae.* Pluribus deinde de Siciliae et Calabriae rebus agit; tum rursus ad Manfredum et quidem ad id temporis redit, quo princeps legatos a curia papali redeuntes receperit (l. l. p. 580). *Cum haec itaque in Sicilia et Calabria gererentur, in Apulia princeps, ut praedictum est, morabatur, qui certificatus per nuntios suos a papali curte redeuntes, quod papa compositionem inter eum et legatum apostolicae sedis in Fogia factam acceptare nollet, versus Terram Laboris sua vexilla direxit ad terram ipsam in suum verum dominium revocandum.* Tum narrantur deditiones Neapolis, Capuae, terrae ultra Vulturnum sitae. Videtur igitur Iamsilla curiam ipsam Baroli habitam quasi praenarrasse, eam statim curiae indictioni annectens, postea demum ea, quae inter indictionem et curiam ipsam gesta erant, explicuisse, id quod eo magis facere potuit, cum omnino in opere conscribendo non semper stricte temporum ordinem servaverit. Sin autem Neapolim demum post curiam Barolitanam se dedisse statuere velis, omnia ea, quae de consilio et nuntiis Barolitanorum Matthaeus narrat, nullo modo explicari possunt.

40) Verba *caccia della Incoronata* non venationem regiam, sed venationem Incoronatae factam significare contra Papebrochium recte animadvertit Muratorius. Est autem Incoronata locus Capitanatae Fogia inter meridiem et orientem.

41) Haec ad Ianuarium a. 1256. spectare, ex ipsius Matthaei narratione de venationibus Friderici imperatoris a. 1249. factis bene evicit Luynius (p. 145).

42) urbs Capitanatae sita ad litus maris Adriatici.

43) Luynius haec ad a. 1256. refert: rectius dicendum erit, nescire nos, quonam tempore primum Manfredus de Manfredonia condenda cogitaverit. Nobis veri simile non videtur, id ante ipsius coronationem factum esse.

1256. Febr. 2. 107. Lo dì dela candelora[a] fece l' entrata ad Barletta, et le usciro incontra fino alo ponte 700 persune in processione con le palme in mano dicendo[b]: *Benedictus qui venit in nomine Domini*[44].

1259. 108. Alli 20. di Febraro[c] vennero à Barletta li ambasciaturi dela reina, mogliere del[d] re Corrado[45], et de lo duca di Bavera[46]; et lo re[e] li ricepette con gran' honore.

1259. 109. Alli 24. lo re[f] dette audientia publica[g] ali[h] ambasciaturi, et uno di loro, che era[i] abbate vecchissimo, fece lo sermone et disse, *cha Corradino, figlio de lo re Corrado, era*[k] *vivo, et che lo pregava la reina et lo duca di Bavera, che volesse*[l] *lassare lo*[m] *reame per chillo piccirillo*[n], *come era di dovere, et che castigasse chilli, che*[o] *haveano ditto la mensogna dela sua morte.* Et lo re[p] fece una sapia risposta[q], *che lo riame era perduto per chillo figliuolo, et cha esso lo havea recuperato per viva forza da mano de dui papi, come era notorio à tutto lo mundo, et che lo papa et la gente de lo riame non haveriano comportato chiù di fare signoriare la natione Todesca, et che isso se contentava tenerlo*[r] *sua vita durante, et poi lassarelo à Corradino, et che la*[s] *matre faria bene*[t] *ad mandarelo ad crescere quà et à pigliare costumi Italiani, perchè esso l' haveria tenuto come figlio*[47].

1259. 110. Lo primo[u] di Marzo li ambasciaturi se partiro, et[v] lo re mandao à donare un corsiero alo duca di Bavera et certe gioie a lo duca di Scotia[w] di prezzo di 1000 onze et più. Lo[x] primo di Marzo lo re dette l' offitio de iustitiero ad Lionello Fayella de Napole; et[y] fece l' ingresso à Barletta.

111. Ad quisto tiempo lo re[z] fece messer Marino Capece commissario per mare et per terra[*] sopra lo apparicchio dela fabrica della citta de Manfredonia, che voleva fare. Et se mandava[a] per travi à Schiavonia, et fù condutta gran calce et arena et petre et altre cose, et bovi di detta Puglia hebbero[b] che fare.

112. In quello mese[c] lo re mandao in Sicilia et ad Lombardia à fare venire dui astrologi, perchè isso crede forte à[d] punti de stelle. Et quisto fù solo[e] per ponere[f] à buon punto la prima petra.

Apr. 13. 113. Lo mese de Aprile, lo dì[g] di santo Giorgio lo re[h] fu in persona à designare lo pedamiento de le mura et à squatrare le strate[i].

114. Del detto mese[k] fù posta la prima petra[l] et accomenzato[m] à fabricare da la banda de Levante, et nce lavororono chiù di 700 homini[48].

1261. 115. Lo Maio[n] sequente lo re mandao[o] à Taranto et[p] passao in Sicilia, perchè se disse, cha erano scoperte rebelliuni in favore della ecclesia[49].

a) lo rè *addit* 3c. b) cantando 3. c) 1256. *addit* 3. d) fù *addit* 3c; q° (= quando?) *praebent* 2b. 3a. e) rè Manfredo 3. f) Alli 24. del detto mese rè Manfredo 3. g) in publico 3. h) dicti *addit* 3. i) uno *addit* 3. k) è 3. l) voglia 3. m) chisto 3. n) perchè ch. p. è lo padrone 3c. o) li *addit* 3. p) Manfredo li *addit* 3. q) dicendo *addit* 2b; dicendole 3. r) tenere chisto reame 3. s) sua *addit* 3. t) assai buono 3. u) Lo primo — onze et piu *desunt* 3c. v) se dice cha *addunt* 3a. 3b. w) *ita codd. omnes*; Suevia *recte coniecit Luynius.* x) Et in detto iorno *addunt* 3a. 3c; lo medesimo dì lo rè 2b. y) lo quale 3. z) Manfredo *addit* 3. *) messer Marino Capece *hic inserit* 3. a) è mandato 3. b) hanno assai 3; Puglia ... che far 1. c) questo mese di Marzo 3. d) ali 3. e) fece solamente 3. f) mettere 3. g) in iorno 3. h) re Manfredo 3. i) squatre 1; di Manfredonia *addunt* 2b. 3. k) anno Domini 1256. *addit* 3. l) in quella città *addit* 3. m) se accomenzao 3. n) Lo Maio *usque* della ecclesia *desunt* 3a. o) se ne andao 3c. p) da là se ne *addit* 3c.

44) Iamsillae narratione hoc a. 1256. factum esse constat. V. supra ann. 39. 45) Elisabeth, inde a die 6. m. Octobris a. 1259. uxor Meinhardi IV. comitis Goritiensis et Tiroliensis. 46) Ludovicus Severus, Elisabethae frater. 47) Hanc Elisabethae et Ludovici legationem demum post coronam a Manfredo susceptam collocandam esse, nemo non videt. Recte igitur Luynius (p. 149. 150) eam ad a. 1259. retulit, cum ex rei natura pateat, Conradini parentes statim post acceptum de coronatione nuntium legatos misisse. 48) Luynius omnia ea, quae de aedificata Manfredonia hic narrantur, ad a. 1263. retulit e verbis abb. Rocchi Pirri, qui ex regiae cancellariae registro in Chronologia regum Siciliae (ap. Graevium, Thesaur. V, 50) affert haec: *Manfredus Malecta regio iussu e ruinis Sipontinis a.* 1263. *Manfredoniam urbem exaedificavit.* Nos deficiente diplomatis illius tenore certum hac in re iudicium ferre noluimus, praesertim cum apud Matthaeum non Fridericus Maletta, sed Marinus Capicius commissarius regius dicatur. 49) Haec ad secundum iter Manfredi in Siciliam referenda esse, verba docent *perchè se disse ....* Cfr. Saba Malasp. II, 6: *Ad haec rex Manfredus firmato consilio post supplicia praedictorum partes Siciliae personaliter repetit, ut provinciam ipsam ab omni contagio perversitatis expurget.* Maii mensis nomen autem perversum esse, diploma docet ap. Böhmerum, Reg. Manfr. n. 28; quo regem m. Iulio a. 1261. apud Acerras fuisse comprobatur. Contra natalem Domini haud dubie Manfredum in Sicilia celebrasse, ex eis, quae Matthaeus infra narrat, apparet. Mansit usque ad m. Iulium a 1262. (v. annotat. ad §. 128). Cui quidem obstare videtur diploma eius *datum in castro*

116. Alli 2.[a] di Settembre in Barletta foro à parole messer Leonello[b] iustitiero con Rayel[c] Sarracino, che era[d] portulano; et da le parole vennero à ioco de mano; et lo iustitiero restao feruto in faccia, et lo portulano hebbe una bona[e] cortellata in capo; et lo iustitiero ne lo mandao presone cossi feruto et buono alo castiello delo Monte[f].

117. Allo 13.[g] lo conte de Caserta, che era restato[h] vicere de Napole, mandao messer Andrea de Capua per commissario à fare lo prociesso. Et còme fo à Barletta, vennero li parienti delo portulano à pregarelo[i], che lo facesse scapulare, et che ponesse[k] presone lo iustitiero ancora; et messer Andrea disse, che non poteva far niente, finchè non vedeva, chi haveva corpa ala impiccia. Et fece esaminare assai di Barletta. Et uno Sarracino se partio subito et in cinque dì tornao et portao ordine, che messer Tadeo de Sessa facesse portare lo presone ad Barletta, accioche se potesse governare la feruta. Et cossi fu fatto.

118. Alli 26. detto[l] se partio messer Andrea et mandao la copia delo processo à lo re in Sicilia. Et Rayel restao puro presone ad Barletta; et cossi fu publicato, che non era corpa nulla de lo iustitiero, et cha era stata presuntione de chillo Sarracino. Et tutti dicevano, cha non se poteva comportare chiù.

119. Alli 28. se sappe à Barletta, cha messer Andrea[m] era stato arrobato alla torre de la Mandra[n], et quattro allibardieri et tre famigli suoi foro bastoniati da li malandrini. Et se tenne per certo, che foro Sarracini. Et à pena li lassaro[o] le cammise in duosso[p]; et subito da Barletta li sindici li mandaro vestiti et tutte cose necessarie.

120. L' Ottobre sequente da Capitinata se fecero gran prociessi per trovare[q], chi erano stati; et martoriaro[r] assai pecorari de Apruzzo, et non se ne potette saper niente.

121. Lo primo di Novembre venne messer Marino Capece, che era soprastante alla fabrica di Manfredonia, et mostrao una lettera de lo re, che lo iustitiero et lo portulano facessero pace. Et cossi fece cavalcare lo portulano, che andava ancora con lo capo infasciato; et andaro insembra ad Andre, dove era lo iustitiero; et lla li fece fare pace[50].

122. Le feste di natale se[s] fece intendere à tutte le terre[t], cha lo re havea maritata 1261.
la figlia prima[51], et l' havea data alo figlio de re de Aragona[52], et che se apparecchiassero Dec. 25.
à pagare lo maritaggio[53].

123.[u] Lo mese de Iennaro[v] iero tre essatturi[w] con gran pressa arreccogliendo lo mari- 1262.
taggio, perchè dicevano, cha lo Aprile sequente venevano le galere de Catalani ad pigliare la zita.

124. Alli 14. de Febraro stette lo iustitiero[x] con molti[y] gentilhomini de Barletta et de

a) *ita* 1. 3; 11. *praebet* 2. b) Faiella *addunt* 2. 3. c) Realthus 2a. d) che è 3. e) mala 3. f) Montis S. Angeli 2a. g) del detto mese *addit* 3. h) rimasto 1. i) pigliarlo *perverse* 1. k) mettesse 3. l) del detto mese 3. m) de Capua *addit* 3. n) Manna 1. 3c. o) foro lassate 2b. p) in duosso *desunt* 1. q) sapere 2b. r) foro martoriati 3. s) *ita* 3; D. Andreas 2a. t) de lo riame *addunt* 2b. 3. u) Anno Domini 1257. *praebet* 2 v) 1257. *addunt* 1. 3. w) fatturi 2b. 3. x) messer Lionella Faiella *addunt* 2b. 3. y) altri *addunt* 2b. 3.

Nolae .... die quarto Iulii post incarnationem Verbi Dei millesimo ducentesimo sexagesimo secundo (ap. Cesare, Storia di Manfredi I, 249; Böhm. Reg. n. 30); sed, nulla alia nota chronologica addita, rectius id anno 1261. ascribas, ubi m. Iulio non longe ab ipso castro Nolae regem fuisse vidimus. 50) Res inde a §. 116. enarratas summis difficultatibus involutas esse vidit Luynius (p. 154 sqq.). Aut enim Thaddaeus de Sinuessa inepte commemoratur, quippe qui ante Manfredum regem mortuus sit (v. annot. ad §. 6.); aut pro *re* ponendum est *imperatore* necnon delenda verba *che era soprastante alla fabrica di Manfredonia,* Marino Capicio attributa. Hoc maluit Luynius, totam rem ad a. 1233. retrahens, quo sane Fridericus imperator in Sicilia fuit. At eius ratiocinatio recte se non habet. Putat enim, sententiam praecipue eo confirmari, quod comes Casertanus hic dicatur *vicere de Napole,* quo officio inter a. 1223. et 1239. functus esset. Sed hoc ne Inveges quidem, cuius testimonio niti se dicit dux illustrissimus (Annal. di Palermo III, 606. 607) refert; imo ex Registro Caroli I. (a. 1268. O. fol. 83) constat Manfredo rege comitem Casertanum fuisse *capitaneum regni Sicilie citra pharum* (v. Giustiniani, Dizionario geografico del regno di Napoli III, 252. s. v. *Caserta*), ita ut tum *vicere di Napoli* optime dici potuerit. Accedit, quod castellum Montis a. 1233. omnino nondum conditum erat (v quae diximus supra ann. 25). Quas ob causas ego potius Thaddaei nomen illius, qui Matthaei ephemerides in nostram formam redegit, vitio irrepsisse, remque ad ipsum a. 1261. pertinere putaverim. Si haec acceperis, etiam Lionellae-Fayellae nomen recte se habet, neque est, cur cum Luynio bis eum eodem iustitiaratu functum statuamus. 51) Constantiam. 52) Petro, filio Iacobi. 53) Nuptiae ipsae celebratae sunt in villa Montepessulana die 13. Iunii a. 1262; v. diploma ipsius Petri ap. Vaissette, Histoire de Languedoc, Preuves III, 556. Ea, quae hic narrantur, exinde ad natalem Domini a. 1261; ea, quae de eadem re sequuntur, ad initium a. 1262. spectare recte cognovit Luynius.

Trani ad caccia ala Trinitate[54], et nce intravenne una grande sciagura[a]: Ioczolino Russo de Napole, nepote de isso iustitiero, correndo appriesso à no leparo se spezzao lo cuollo; et era un valoroso et bello giovane[b, 55].

1262. 125. Alli 27. venne Bescavetto[c] Sarracino iustitiero de Apruzzo con due compagnie de Sarracini, et portava 9 salme di denari ad Taranto per mandarle in Sicilia. All' hora messer Lionello[d] cavarcao per la provintia raccogliendo.

1262. 126. Et pigliao[e] al principio di Marzo à Taranto 4200 onze de oro. Tanto che[f] a chisto maritaggio[g] se diceva, cha lo re avanzava chiù de la mitate, perchè non dette chiù de 30000 onze di dote alla figlia, et ne ha raccolto da quisto reame et da Sicilia chiù[h] di 60000.

1262. 127. La prima settimana de Maio venne la nova, cha erano venute le galere de' Catalani per portare la zita in Spagna[i], et che la reina[k, 56] ne stava assai mal contenta di tale parentela; tanto vennero[l] li Catalani male in ordine et scontenti.

1262. 128. Alli 24. di Maggio[m] se sappe, cha le galere erano partute da Palermo, et cha lo re veneva[n] da Sicilia in Calabria[57].

129. Lo Giugno sequente lo re cadio malato à Caserta et stette in fine de morte[58].

130. In chisto tiempo[o] donao[p] ad messer Iordano Piamontese[q] Iovenazzo, et lo fece conte[59]; et se dice, cha li era[r] frate consobrino da[s] parte de mamma.

1262. 131. Lo Settembre sequente venne messer Ranaudo[t] della Grotta[u] iustitiero in terra de Bari et terra de Otranto, che[v] non era stato mai ad altra iustitiaria. Et se partio messer Lionello[w] con multo buono nome, che havea ben governato; et in tiempo suo[x] non happe mai ôtrascio[y] niuno la provintia nostra da Sarracini; et le foro mandate fino à Napole chiù de 10 onze de presiento[60].

132. Alli 10. de Ottubro venne lo re[z] à Foggia[*], et andao ad fare la caccia, et nce vennero assai gentilhuomini da Napole.

133. Alli 27.[a] andaro li sindici di Barletta[b] ad presentarlo et[c] multi altri dela provintia.

134. Lo dì seguente happe à soccedere grand' errore, cha in presentia de lo re uno Sarracino, che era capitanio dela guardia de lo re dette una spontonata[d] ad messer Mazzeo Griffo[e] de Napole cavaliere; et messer Mazzeo se voltao et[f] le dette un[g] gran schiaffo, che lo scommao de sangue. Et posero mano alle arme li Sarracini dela guardia et li Napolitani; et se[h] non se poneano in mezzo ad spartire li baruni, che erano intorno alo re, nce soccedeva gran[i] scandalo et morte de multi; et nce foro assai feruti da l' una et l' altra parte. Lo re, come fù acquietata la briga[k], comandao, che fusse tagliata la mano à messer Mazzeo. Et subito li gentilhuomini de Napole andaro alo re ad pregarlo, che l' havesse per ârreccommandato[l] et non volesse stroppiare tale gentilhomo ad petitione de

a) et fo che *addunt* 2b. 3. b) uno bello et valente giovane 3. c) *ita* 2; Bescanetto 1; Biscavettz 3a; Bischavetth 3b; Bisichavez 3c. d) Faiella *addunt* 2b. 3. e) *ita* 1. 2a; et ne lo principio di Marzo portao à 2b; et nello primo di Marzo pigliao et portao 3. f) se dice *hic inserit* 3. g) di soa figlia *addunt* 2b. 3. h) più 1. 2b. i) Hispagna 3. k) moglie di re Manfredo *addunt* 2b. 3. l) sono venuti 3. m) del detto mese 3. n) vene 3a. 3c; venne 3b. o) lo rè *addunt* 2b. 3. p) diede 1. q) Lanza *addunt* 2b. 3. r) è 3. s) per 3. t) de Aquino ditto *addunt* 2b. 3. u) delle Grotte 2. 3a. 3b. v) lo quale 3. w) Fayella de Napole *addit* 3. x) la provincia nostra *hic inserit* 3. y) oltraggio 1. z) Manfredo *addunt* 2b. 3. *) à Foggia *desunt* 2b. a) del detto mese *addit* 3. b) andaro *hic inserit* 3. c) insembra con 2b. 3. d) speronata 1. e) Griffo *deest* 1. f) se voltao et *desunt* 1. g) tale 3. h) li baruni, che erano intorno alo re *hic inserit* 3. i) assai chiù 3. k) brigata 3. l) messer Mazzeo *addit* 2b.

54) Casaltrinità, Barletta ad occidentem. 55) Haec quo spectent, non liquet, praesertim cum in duobus codd. optimis iustitiarii nomen desit. Forsitan is non fuit Lionellus Fayella, sed Berardus Caracciolus Russus (v. supra §. 15), cum nepos eius dicatur Iezolinus Russus. 56) Helena filia Michaelis Angeli Epiri despotae. 57) Manfredum etiam m. Iulio a. 1262. Panormi fuisse, diplomata evincunt ap. Böhmerum, Reg. Manfr. n. 31. 32. 58) Hoc quando factum sit, nescimus. Luynius (p. 164. 165) a. 1263. coniicit, certo affirmare non audet. 59) Haec ante diem 12. Sept. a. 1255. contigisse eo comprobatur, quod illo tempore iam comitis titulo ab ipso Matthaeo insignitur Iordanus (v. supra §. 91). Neque alius nisi Manfredus Iordanum cognatum ad honorem illum evenisse censendus est. Conradus rex contra omnes gentis Lanceae cognatos in exilium miserat (v. Iamsillam p. 506). Quas ob causas Luynius ea, quae hic dicuntur, ad Septembrem a. 1254. revocari vult, quo Manfredus iterum balivus generalis totius regni factus est; ego potius ad a. 1251. referrem, cum statim post patris mortem principem Tarentinum magnas cognatis donationes contulisse coniicias e verbis Iamsillae (p. 505): *Conradus fecit eidem principi notum, se omnes donationes post imperatoris obitum factas revocare velle.* 60) Luynius haec ad a. 1234. retrahit ex eis, quae de Lionelli Fayellae iustitiaratu a. 1233. supra coniecit (v. ann. 50). Nos ad ipsum a. 1262. referimus.

uno cane Sarracino, che havea havuto presuntione de ponere mano adduosso ad uno[a], che era stato fatto cavaliero per mano del re[b]. Et messer Liguoro[c] Caracciolo[d. 61] li fece da 61 parte de tutti uno lungo sermone; et lo re le disse, che non se ne poteva fare di manco, mà per amor loro facesse che se li tagliasse la mano mancina. Poi l' altro dì lo[e] re addomandao, come steva messer Mazzeo; et le dissero, cha era stato in pericolo de morire di spasemo. Et lo re lo mandao ad vedere, et li mandao 100 augustali, et levao l' offitio allo Sarracino[f], et fece un' altro capitanio dela[g] guardia[62].

135. Da Foggia lo re mandao[h] ad vedere la fabrica de Manfredonia tre volte; et ordinao, che se ce facesse una campana grossissima, che se sentisse[i] 50 miglia dentro terra, ad tale che havesse potuto venire soccurso[k], se Manfredonia fusse stata assaltata da' nemici, mentre era poco habitata. Et dall' hora[l] disse lo re, cha voleva[m] capare dalle terre grosse de tutta Puglia tante casate per terra, per fare la terra de[n] 3000 fuochi[63].

136. Lo secondo dì di Settembre[o] lo re venne à Barletta, et nce fece stantia molti 1258. mesi; et nce fece le feste di natale con gran trionfo. Che ogni dì[p] se facevano[q] abballi, dove erano donne de ogni sorte bellissime, et lo re appresentava equalmente ad tutte, et non se sapeva, quale le piaceva chiù[r. 64].

137. De Iennaro[s] lo re mandao lo conte Iordano[t] Piamontese con 800 lanze ad Lom- 1260. bardia in favore de suoi confederati[65].

138. Chisto anno de[u] Marzo lo re fece scasare Siponto et Civitate[v] et comandao, che andassero ad habitare ad Manfredonia. Et lo re ancora nce andao, et fece saglire sopra certi pelieri[w] la campana, che era colata. Et perchè non sonava tanto forte, la fece tornare à colare et aggiugnerence chiù[x] brunzo[y 66].

139. La notte deli 21. de Marzo ad Barletta intervenne uno caso grande. Fo trovato dali frate de una zitella bella quanto fosse à[z] tutta Barletta messer Amelio de Molise[*], cameriero dello re[a], che steva allo letto con la zitella; et era vacantia[67]. Et fu retenuto, et à chella 67 hora chiamato[b] lo iustitiero, et fo portato presone. Et la matina venendo lo patre et li frate iero[c] à fare querela alo re; et lo re ordinao, che[d] se pigliasse per mogliere la zitella. Et messer Amelio mandao ad farelo sapere alo conte de Molise, che li era zio. Et lo conte

a) ad messer Mazzeo 3. b) della sua maestà 2b. 3. c) Leggiero 1. d) sopra de questo *addit* 3. e) dalli altri dello 1. f) levao chillo Saracino da chillo officio 3. g) sua *addit* 3. h) Da Foggia andao lo re tre volte à 3. i) senta 3. k) che se potesse presto a soccurso 3c. l) da chella hora 3. m) se disse, cha lo rè volea 3. n) *ita* 1. 2a; Manfredonia di 2b; Manfredonia terra de 3. o) Decembre 2a. 3. p) nelle feste di natale se nce fece gran trionfo, perchè ogni iorno 3. q) se nce fecero 3. r) chiù le piaceva 3. s) 1258. *addit* 1; Anno Domini 1258. de Iennaro 2; de lo mese di Iennaro 1258. *praebet* 3. t) Lanza *addunt* 2b. 3. u) In chisto anno 1258. de lo mese de 3. v) et Civitate *desunt* 2a. w) da fabrica *addunt* 2b. 3. x) più 1. 2b y) metallo 3. z) sia in 3. *) Molisio 3. a) de re Manfredo 3. b) *ita* 3; chiamò 1; chiamato 2. c) fratilli andaro 1. d) messer Amelio *addunt* 2b. 3.

61) Filius Iohannis Caraccioli, de quo supra §. 23. Ipsi Fridericus imperator propter patris fidem feudum quoddam concessit; v. diploma ap. Ammirato, Delle famiglie nobili Napoletane p. 109. 62) Luynius ea, quae inde a §. 132. narrantur, ad a. 1258. refert, fultus eis, quae Saba Malaspina de solemni curia auctumno anni illius ibi habita tradit (Res Sic. II, 1). Sed vix credideris, Manfredum, si etiam 29. die Novembris Fogiae fuisset, iam die 2. Novembris diploma Vesentini dare potuisse, quod tamen exstat apud Boehm. Reg. Manfr. n. 18. Contra diplomata a Bethmanno exscripta regem a. 1260. mense Octobri usque ad diem 20. Novembris Fogiae fuisse ostendunt; neque dubito, quin ad hoc ipsum tempus ea, quae hic narrantur, spectent. 63) Luynius haec ad a. 1265. revocavit; et profecto ex eis, quae ad §. 111 sqq. disputavimus, post a. 1263. collocanda erunt. Certius autem tempus determinari vix poterit. 64) Haec ad a. 1258 finem spectare, Luynius (p. 175. 176) ex eo concludit, quod nulla reginae mentio fiat, Manfredus autem secundam uxorem m. Iunio a. 1259. duxerit (v. Anonimo de Trani ap. Davanzati, Sulla seconda moglie del re Manfredi p. 11). Concordant etiam ea, quae de Elisabethae et Ludovici legatis m. Februario a. sequentis Baroli a Manfredo susceptis supra dicta sunt. 65) Haec ad a. 1260. pertinere docet Ricord. Malesp. cap. 165, l. l. p. 989: *Manfredi mandò in Toscana il conte Giordano suo maliscalco con ottocento cavalieri Tedeschi, i quali giunsero a Siena ... all' uscita di Luglio nel* 1260. Dubitari tamen poterit, num hi milites iam m. Ianuario e regno egressi fuerint. Cum illis et Senensibus Iordanus clarissimam illam victoriam ad Montem Apertum reportavit, qua tota fere Tuscia Manfredi dominio subiecta est. 66) Haec ex supra annotatis aut ad a. 1264. aut ad sequentem referenda erunt: Luynius maluit a. 1265. De campana cfr. Ricord. Malesp. cap. 148, p. 978: *e di quella terra fue Manfredi Bonetta* (Maletta) *conte, camarlingo del detto re Manfredi, uomo di gran diletto, il quale per la sua memoria fece fare la grande campana di Manfredonia, la quale è la maggiore, che si trovi di larghezza, et non può sonare.* 67) Vacancía, vacantía innuptam puellam Apulis dici bene annotavit Muratorius.

mandao à dicere, che in nulla manera la pigliasse, et se contentava messer Amelio[a] darele 200 onze[b], et altre tante ne pagava lo conte. Et lo patre et li frati dela zitella se ne sarriano contentati, perchè erano deli chiù poveri et de chiù bassa conditione di tutta Barletta. Mà lo re disse, cha non volea far perdere la ventura a chella zitella, che per la bellezza sua[c] se l' havea procacciata. Et cossi messer Amelio, per non stare chiù presone, poichè vidde de animo deliberato lo re, se la sposao. Et lo re fece fare la festa et disse à messer Amelio, cha cossi era buon cavaliero mò come era prima, et cha le femmene sono sacchi, et cha tutti li figli, che nascono[d] per amore, riescono[e] huomini grandi; et li
68 donao Alvarone[68] in Capitinata. Mà con tutto questo se disse, cha lo conte[f] ne stette forte scorrucciato. Et per chisto atto giustifico lo re ne fu ben voluto, et massimamente dalle femmine; et dall' hora innante tutti li cortesani delle re tennero la brachetta ligata ad 7 nodeche.

140. Lo re spisso la notte usciva[g] cantando strambotti et canzune per la terra l' estate pigliando lo frisco, et con esso ievano[h] dui musici Siciliani, che erano gran romanzaturi[i] [69].

1262. 141. Alli 9. d' Agusto ionse à Bari lo imperatore de Costantinopoli[k], che veneva da Venetia[70]. Et lo re andao à trovarlo et li fece assai carizze et cortesie[l]. Et subito fece ponere in ordine una iostra; et foro quattro mantenitori: lo conte di Biccaro[m], messer Ioffredo de Loffredo, messer Tancredo de Ventimiglia[n] et messer Corrado Spatafora.

1262. Aug. 24. 142. Lo dì[o] de santo Bartolomeo[p] fu fatta la iostra, et foro 22 adventurieri; cioè Bytthumon[q] et Iannaoth[r] Sarracini, che vennero ad una divisa gialla et pagonazza[s]; messer Roberto Piscicello, messer Gottardo Sassone, messer Athanasio Puderico, messer Balardo Siginulfo et messer Stefano Brancazzo de Napoli[t], tutti con sopraveste negre et gialle[u]; messer Ruggiero Stellato et messer Mazzeo dela Porta de Salierno, messer Cataudo[v] et messer Iacobo Protontiero[w] de Taranto, et tutti questi quattro[x] ..... Rienzo di Falcuni, Gasparo di Persona et Orlando Maramonte Otrantini; Riccardo della Leonessa, Guglielmo di Evoli, Sarro d' Antignano et Pietro d' Albenavoli di Capua; Simone de Sanguine, Saccone di Montagano, Laurienzo Torto et Eleuterio di Valignano[y] d' Abruzzo[z]. . . . .

. . . .

143. Alli 3. di Decembre[*] venne lo dispoto de la Morea[71], che era coinato de re Manfredo, et sbarcao à Vieste[a], et passao ad trovare lo papa[b] per ponere pace frà lo papa et re Manfredo[72].

144.[c] Alli 9. de Febraro[d] tornao messer Marino Capece et disse, cha lo papa voleva patto, che re Manfredo tornasse le robbe ali forasciuti[e] et cacciasse li Sarracini da lo riame. Et re Manfredo disse, cha ne voleva fare venire altri tanti; et cossi fece[73].

a) se contentao *hic inserit* 3. b) de dote *addit* 3. c) sua *deest* 1. d) nascevano 2b; nascero 3a. e) riescevano 2b; resciero 3a. f) de Molise *addunt* 2b. 3. g) per Barletta *hic habent* 2b. 3, *omittunt infra* per la terra. h) andavano 1. i) *ita* 3; mansurati 1; romanzieri 2b. k) ionse à Bari *hic inserit* 3. l) cortesie et carizze 3. m) *ita* 2. 3; Vivaro 1; Tricarico *praebet Costanzo p.* 29 *(ed. Tafuri)*. n) D. Ioannes Aredus *addit* 2a. o) In iorno 3. p) dello ditto anno 1258. *addit* 3 q) *ita* 3a; Bettumeno 1; Bytthumen 2b; Byethumen 3b; Beitunus 3c. r) *ita* 3a; Iannotto 1; Ioanottus 2a; Iannoth 2b, Ianaeth 3b; Sanachar 3c. s) pagonazza et gialla 3. t) tutti de Napoli et *praebent* 2b. 3. u) gialle et negre 3. v) Cataldo 2b. w) Protentini 2b; Protontini 3c. x) *ita* 1. 3b. *Cetera usque* d' Abruzzo *desunt* 1; *addit:* Quà vi manca assai. *Apud Summontium quoque haec desunt.* y) *post* Valignano 3½ *paginae vacant* 3a. z) *post* Abruzzo *addunt* 2b. 3c. 3b: Quì mancono quattro carte, che sono guaste dal tempo et corrose, e non si possono leggere. *Nihil de lacuna habet* 2a. *) 1259. *addunt* 2b. 3; *nihil de anno praebent* 1. 2a. a) Trieste *perverse* 2b. b) et lo re; *cetera desunt* 3c. c) Anno Domini 1260. *addit* 2. d) 1260. *addunt* 1. 3. e) dello reame *addit* 3.

68) Alberone, Fogia ad occidentem. 69) Luynius ea, quae §. 139 et 140 exponuntur, statim annectens eis, quae §. 136 de Manfredi vita Barolitana narrantur, refert ad a. 1259. Sed discordare videntur diplomata, e quibus apparet, regem exeunte Februario et Martio fuisse Ortae (v. Böhm. Reg. n. 19. 20). Nos igitur rem in medio relinquimus. 70) Balduinus II. amisso imperio a. 1262. venit Romam (cfr. Raynald. ad a. 1262, cap. 39); eum tunc etiam Manfredum visitasse veri est simillimum. Bene id exposuit Luynius (p. 179. 180). 71) Guglielmo de Villa Harduini. 72) Luynius secutus scripturam *a trovare lo papa et lo re* haec a. 1267. ascribit, quo Guillelmus de Villa Harduini re vera ad Carolum tunc Siciliae regem et Clementem papam IV. venit. Sed meliorum codicum scriptura ad aliud tempus nos relegat. Guillelmum etiam cum Manfredo coniunctum fuisse satis constat Duxerat enim sororem secundae Manfredi uxoris; rex eum contra Michaelem Palaeologum adiuvit (v. ann. ad §. 148). Itaque absonum non videtur, Guillelmum Manfredum cum pontificibus reconciliare studuisse. Quonam tempore hoc factum sit, certo quidem non constat: excluditur vero tempus inde a m. Augusto a. 1259. usque ad a. 1263, quo Guillelmus ipse a Palaeologo captivus detinebatur. 73) Luynius haec ad Februarium a. 1255. retrahit. At hoc quam maxime displicet; tum enim non Marinum Capicium,

145. Alli 23. di Maio del detto anno[a] venne da Schiavonia à dette bande così fatta[b] tempestate de viento, che quanto tene[c] da Castiello[d] à Trani scoperse tutte le case, et corse per chillo deritto fino ale marine de Principato, et fu tenuto à male segnale.

146. Alli 26. di Maio sbarcaro li Sarracini à Taranto, et ne fo piena tutta terra de Otranto et de Bari[e, 74].

147. Alli 29.[f] lo re[g] andao à Napole, et se disse, cha nce era[h] stato fatto uno trattato de alzare le bandere della chiesa[i, 75].

148. Alli 10. di Luglio venne lo conte de Cretaria[k] et condusse tutti li Sarracini in Campagna de Roma per ordine di re Manfredo. Lo Settembre del detto anno re Manfredo andao in Romagna, et[l] là voltao tutto sotto sopra[76].

149.[m] L' anno sequente[n] fù fatto papa Urbano quarto de natione Franzese[77]; et subito 1261.
fece conoscere, cha era d' altro stomacho de papa Alessandro. Et mandao ad comandare Aug. 29.
alo re Manfredo, che se partisse subito dallo stato della chiesa.

150. Alli 7. d' Aprile[o] venne novella, cha messer Ruggiero Sanseverino, capitanio 1263.
de li forasciuti de lo regno facea gente, et poi usciva[p] per servitio de lo papa, et concorrevano[q] assai regnicoli[78].

151. Lo Maio poi certi Romani dela parte di re Manfredo fecero trattato de dare lo 1257.
papa presone in mano di re Manfredo; mà foro scopierti, et lo papa se salvao à Viterbo[79].
Et all' hora bandio la cruciata contra lo re[r].

a) *ita* 1. 2; de Maio 1260. *praebet* 3. b) tale 3. c) ce n' è 2b. d) Vasciello 1. e) de Bari et de Otranto 3. f) del detto mese *addunt* 2b. 3. g) Manfredo *addunt* 2b. 3 h) perche si dice, cha nce ei 3. i) de la ecclesia 3c. k) de Cretaria *desunt* 3. l) tutta *hic inserit* 3; se voltao 2b. m) Anno 1261. *addit* 2. n) cioè 1261. *addit* 3. o) 1261. *addit* 3; Anno 1264. *habet Papebrochius, sed non e codice, ut videtur, sed ex coniectura. Summontii* (*cfr. p.* 403) *codex haec ad a.* 1262. *referebat.* p) se ne và 2b; *deest* 3. q) et nce concorsero 3. r) contra rè Manfredo 3.

sed Golfridum Cusentinum et Gervasium de Martina legatorum partes egisse constat (v. Iams. p. 544). Accedit quod postea plurimae legationes a Manfredo ad pontifices Romanos missae sunt. Cfr. litterae Urbani datae die 26. m. Aprilis a. 1262. (ap. Raynald. ad h. a. cap. 1): *Licet enim post vocationem nostram ad apostolatus officium ad nos plures nuntios destinavit, nosque ipsos benignitate solita duxerimus admittendos, nulla tamen per ipsos nisi delusoria quaedam audivimus;* et postea aperte de exulibus dicitur (cap. 12): *quam plures incolas regni eiusdem magnates et alios inhumaniter exulare cogendo, nec in iis parcendo sexui vel aetati.* Num vero nostra ad ipsum a. 1262. spectent, dubito: prorsus enim demum sequenti tractatus interruptos esse, docet epistola Balduini II. imperatoris ad Manfredum data die 2. m. Iulii a. 1263. (ap. Martene, Thesaurus II, 24): *cum nos redeuntes de Hispania ad partes Franciae venissemus, invenimus, quod dominus rex Franciae receperat a curia Romana litteras et rumores querulos de vobis plurimum onerosos; et eidem domino regi mandaverunt aliqui, quod tractatus pacis, qui inter vos et ecclesiam tractabatur, de quo idem rex rogaverat et pro bono totius christianitatis laboraverat erga ipsos, per vos remanserat, et totum illud, quod tractatum fuerat, ruperatis.* 74) Quae §. 145 et 146 narrantur, ne Luynius quidem certis annis ascripsit. 75) Manfredus haud dubie Neapoli fuit die 13. Augusti a. 1263; v. diploma datum Humfredo de Fardellis, ap. de Mugnos, Teatro genologico IV,. 67. Luynius igitur regis iter §. 147 expositum ad diem 29. Iunii eiusdem anni spectare coniecit, certo ipse non affirmavit. 76) Luynius haec ad a. 1259. revocat, Manfredum in Graeciam profectum ratus ad adiuvandos socerum et Guillelmum de Villa Harduini. Et sane Nicephorus Gregoras (Hist. Byz. III, 5) Manfredum ipsum pugnae apud Achridam commissae affuisse dicit. Sed Georgius Logotheta, qui multo magis fidem meretur, Manfredum tantum 400 milites auxilio misisse narrat (cap. 81; p. 179. 182 ed. Bonn.). Itaque potius cum Böhmero (Reg. Manfr. n. 24) statuimus, regem hic profectum dici in Romaniam Italicam. Illuc Parcivalem de Aureis iam statim post coronationem, i. e. Octobri a. 1258, miserat, id quod docet Saba Malaspina et diploma ipsi Parcivali datum, quod exscripsit Bethmannus. Ipsum Manfredum demum post diem 26. Aprilis a. 1262. illuc profectum esse ostendunt litterae Urbani illa die datae ap. Raynald. ad a. 1262, cap. 13: *Ut de occupatione marchiae Anconitanae, quae est ecclesiae specialis, ac invasione Tusciae aliarumque terrarum imperii per suos ministros .... taceamus.* Utrum vero Septembri a. 1262. an sequentis primum illuc ivisse putandus sit, in medio relinquimus. 77) Urbanum IV. die 29. m. Augusti a 1261. creatum probat Raynaldus ad a. 1262, cap. 7. 78) Luynius haec ad a. 1264. revocat, cum tum demum inimicitiae inter Urbanum et Manfredum tantopere invaluerint, ut sopiri nequirent. Sed iam a. 1263. inimicitias gravissimas fuisse, supra comprobavimus ann. 73; neque est, cur non statim Aprili a. 1263. exules arma cepisse statuamus. 79) Luynius haec Maio a. 1264. gesta contendit. Et sane tum patrimonium Petri a Petro de Vico Romano eiusque asseclis quam maxime turbatum est (cfr. Saba Malasp. II, 11 et epistolae Urbani ap. Martene, Thesaurus II, 56 sqq.). Sed certe papa tunc non Viterbium fugit, sed mansit apud Urbem-veterem, ubi antea iam fuerat. Contra omnia concordant, si ea ad Alexandrum IV. papam et a. 1257. referamus. Tunc enim de Brancaleone senatore Romano eiusque fautoribus dicit Matthaeus Paris. (ed. Wats. p. 646): *comminabantur ipsum papam cum suis cardinalibus usque ad inter-*

1265. 152. Lo mese de Luglio scesero con lo conte de Fiandra li Franzesi de la cruciata[80], et ruppero[a] lo campo delli Gibellini amici di re Manfredo in Lombardia[81].

1265. 153. Lo primo d' Augusto re Manfredo rinchiuse li Sarracini dentro lo regno[82], et aspettava li Franzesi ali confini et mandao ali baruni, che[b] venessero et con le arme et cavalli a pena di rebellione.

1265. 154. Lo ivorno proprio di santo Bartolomeo[c] messer Ioczolino[d] de la Marra cavalcao
Aug. 24. da Barletta con 7 cavalli; et io andai con isso. Lo ivorno sequente alloggiaimo ad Santo
Aug. 25. Severo[e. 83] con lo conte Gentile de Sanguine[f], et fuimo molto accarezzati.

1265. 155. La matina delli 28. de Augusto partiemo insembra con lo detto conte, che portao 22 cavalli bene in ordine, et la sera alloggiaimo ad Gambatesa[84].

1265. 156. Da Gambatesa andaimo alli 29.[g] ad Campobascio[85], et fuimo cortesemente receputi dalo conte di Molise, et happemo assai carizze et tutto lo bene delo mundo.

1265. 157. La matina sequente cavalcaimo et manciaimo puro ad una terra de lo conte
Aug. 30. de Molise, che si chiama Boiano[h. 86]; et la sera andaimo ad Sergna[87]; et lla se accompagnao[i] con nui messer Andrea de Ebulo[k] et messer Bernardo Carbonara[l] et messer Cola di Montagano, tutti tre baruni de Apruzzo, et portavano 25 cavalli.

1265. 158. L' ultimo d' Agusto alloggiaimo à San Germano.

1265. 159. Lo primo[m] di Settembre arrivaimo allo campo nelo territorio Frosolone[n. 88], et fuimo assai cavalli.

1265. 160. Alli 3.[o] di Settembre vennero tre gentilhomini mandati dalli Napolitani à pregare lo re, che facesse pace con lo papa, perche Napoli stava scommunicata et lo archiepiscopo non voleva, che si dicesse[p] messa. Et chillo, che fece lo parlamento[q], se chiamava messer Andrea Faiella, et parlao multo autenticamente. Et lo re li rispose, cha la guerra

a) in Lombardia *hic inserit* 3. b) à pena de ribellione *hic inserit* 3. c) 1262. *addit* 1; 1261. *praebet* 3. d) Inzolino 1; Iezzolino 2b; Iozzolino 3c. e) Sanseverino 3a. 3c; Sanseviero 3b. f) Sangro 2b. 3. g) Alli 29. delo detto mese de Agusto andaimo da Gambatesa 3b. 3c; alli 28. *etc.* 3a. h) Bovianum 2a; Boiaro 3c. i) se accompagnaro 3. k) Evoli 1; 2b. l) Cervonata 1; Carbonala 2b. m) Lo primo *usque* cavalli *desunt* 2b. n) Fresolone 3a. 3c; Frisolone 3b; Frosinone *conicit Luynius.* o) Lo primo *haud dubie e prioribus* 2b. p) se nce dica 3. q) alo re *addit* 3.

necionem persequi et damnificare. Quo cognito .... papa se subito contulit Viterbium. Et vel mensis convenit, cum die 12. Maii in Laterano, die 29. eiusdem mensis iam Viterbii papam fuisse constet (v. Raynald. ad a. 1258. cap. 6). Brancaleonem autem Manfredo fuisse amicissimum, idem Matthaeus testatur. Sane, si haec acceperis, verba *Et all' hora bandio la cruciata contra lo re* ad aliud tempus spectant, cum certissimum sit, a. 1257. crucesignatos non contra Manfredum esse profectos. 80) De eis, quae inde a §. 152 usque ad §. 172 de crucesignatorum expeditione contra Manfredum facta leguntur, in diversas sententias abierunt viri docti. Raynaldus enim solum Spinelli codicem, qui in manibus erat, secutus, eam ad a. 1261. retulit. Cesare eam a. 1262. factam coniecit (Storia di Manfredi I, 193). Muratorium denique secutus Luynius eam ad a. 1265. revocat, et cum tum Flandriae comitem nondum in Italiam meridionalem venisse constet, pro *conte di Fiandra* §. 161 et 168 collocandum censuit *conte di Provenza.* Et sane quamquam iam Urbanus IV. a. 1264. crucesignatorum exercitu Sarracenos in Apuliam fugere coegit (qua de re v. Sabam Malasp. II, 12; Ricord. Malesp. cap. 175; Matthaei Paris. Continuat. ed. Wats. p. 666; Salimbene p. 242, ex quo hausisse videntur Franciscus Pippinus chron. III, 24 ap. Muratori SS. IX, 699 et Bernardus Guido in vitis Urbani IV. ap. Muratori, SS. III, 593): in tantas tamen angustias, quales hic describuntur, Manfredum vix ante a. 1265. venisse credideris. Accedit, quod conveniunt ea, quae de rebus aestate et auctumno illius anni gestis profert Descriptio victoriae Caroli ap. Du Chesne V, 834. 835, ubi Carolus apud castrum Arsulense et abbatiam Farfensem, i. e. in ipsis regni finibus, cum Manfredi copiis conflixisse, postea Manfredus armatos suos quam plurimos ad depopulandos fines territorii urbis Romae misisse dicitur. — Cum his vero confudit is, qui Matthaei ephemerides in nostram formam redegit, expeditionem comitis Flandriae, qui eo ipso tempore, quo Carolus iam contra Manfredum pugnabat, crucesignatorum exercitum per Galliam et Italiam Romam duxit. 81) Iam m. Iulio a. 1265. nonnullas quidem Gallici exercitus partes convenisse docet epistola Urbani data die 18. Iulii ap. Martene l. l. p. 164: *iam magnam militiam Albam venisse didicimus.* Sed rupti postea demum Gibellini sunt; v. Annales Ianuae supra tom. XVIII. pag. 252, Annales Placentin. Gibell. pag. 514, Ricord. Malesp. cap. 178. 82) De repentino Manfredi in regnum reditu cfr. litterae Urbani datae die 25. m. Augusti, ap. Martene l. l. p. 190: *cumque ducatus planitiem ingredi minaretur, accepit de regno nuncium, et quicquid ipse tulerit, quod nescimus, in regnum rediit festinanter.* 83) urbs Capitanatae, Fogia inter septentrionem et occidentem. 84) oppidum comitatus Molisii situm ad fines Capitanatae. 85) caput comitatus Molisii. 86) oppidum comitatus Molisii, Campobasso inter meridiem et occidentem. 87) i. e. Isernia. 88) Frosolone castrum inter Bovianum et Iserniam, Frosinone in ducatu Romano ad regni fines situm est. Luynii coniecturam recte se habere, ex rerum connexu facile perspicies.

non era colpa sua; che lo papa[a] lo voleva[b] cacciare dallo reame suo; et che lo re voleva mandare 300 Sarracini ad Napoli, che facessero dicere messe per forza et mandassero[c] in galera li preiti et frati, se non le volevano dicere. Et tutti[d] risposero[e]: *Signore, non ce li mandate, perche Napole non vole alloggiare Sarracini.* Et lo re s' adirao[f] fortemente.

161. Alli 5. di detto mese lo re mandao messer Ioffredo[g] de Loffredo ad Napole; e se disse, cha havea paura, che Napole non se sollevasse[h]. 1265.

162. Et chillo ivorno venne lo conte de Fiandra[i] con li Franzesi ad accamparese ad vista delo campo nostro. 1265.

163. Alli 6.[k] se mossero dallo campo nostro due compagnie[l] de Sarracini, et andaro ad attaccare una terribile impiccia con li cavalli de li nemici; et non ne serria tornato nullo vivo, se lo conte Falcone de Gesualdo non se fosse mosso con tre squatre de cavalli grossi à darle soccurso. Et ala fine ce ne morero 32 Sarracini et Filippiello Carrafa[m] de Napole, scutiero delo conte Falcone, et dui altri huomini de arme de Benevento. Et chella sera lo re[n] fece mangiare lo conte Falcone con isso alo paviglione suo[o]. 1265.

164. Alli 7.[p] lo re fece adunare tutti li signuri a lo paviglione suo; et se tenne parlamento de chillo, che s' havea da fare. Et foro chisti signori: lo conte de Caserta de casa de Aquino[89], lo conte Iordano[q] Piamontese, lo conte de Agnone de casa Carbonara, lo conte Falcone de Gesualdo[r], lo conte Bernardo Ruffo, lo conte Bartolomeo de Gesualdo, messer Pandulfo[s] de la Grotta, messer Guglielmo de Avella[t] et lo conte de Ventimiglia con tre altri gentilhomini Siciliani, et quattro capitanii de Sarracini. Tutti quisti intraro in consiglio. 1265. 89

165. La notte sequente lo re fece ritirare tutto l'[u] esercito, et quando appena happe passato lo[v] Garigliano, fece ponere lla lo campo; et isso in persona andao ad fortificare et ponere guardie à tutti li passi. 1265. Aug 8.

166. Alli 8.[w, 90] arrivao alo campo lo conte de Molise con 60 cavalli[x] de bona gente. Et chillo iorno foro receputi[y] lo conte de Lorito con tre baruni de casa Caldora con 60 cavalli. 1265.

167. Alli 9.[z] venne da Apruzzo messer Corrado d' Acquaviva con 36 cavalli. Et chillo iorno medesimo venne messer Iacovo et messer Raimundo Capece con due squatre de cavalli, et con tutto questo stettemo[*] allo campo con gran paura. 1265.

168. Ali 11.[a] quando pensavamo, che lo conte de Fiandra volesse[b] fare sforzo di passare lo Garigliano, venne nova, che se ritirava verso Roma. Et lo re Manfredo per lo primo non lo credette; mà lo ivorno appresso[c] se sappe, cha era lo vero, et che Roma se era rebellata da lo papa, et che lo conte de Fiandra era stato chiamato[d] da lo papa, et perciò nce andao[e]. 1265. Sept. 12.

169. In chisti ivorni[f] li Romani andaro ad pregare re Manfredo, che se spingesse innante. 1265.

170. Et ali 14. del detto mese disse lo re[g] in publico, che voleva fare favore ali Romani. 1265.

171. Ali 15.[h] se redussero tutti li baruni de lo campo[i] alo paviglione de lo conte de 1265.

a) ma delo papa, che 3. b) vuole 3. c) havessero da mandare 3. d) chilli Napolitani *addunt* 2b. 3. e) auzaro voce 3. f) se ne adirao 3. g) Loffredo 2. 3. h) se fosse sollevata 3. i) Provenza *recte coniecit Luynius.* k) detto mese *addit* 2b; del d. m. 3. l) si messero due compagnie del campo dico 1. m) Caraffa 3c. n) lo re *desunt* 2b; Manfredo *addit* 3. o) del rè 1; lo conte Falcone de Gesualdo *hic inserit* 3. p) *ita recte* 2a; 2 *praebet* 1; 11 *habet* 3. q) Lanza *addunt* 2b. 3. r) comes Pandulfus de Grotta *hic inserit* 2a. s) de Aquino ditto *addunt* 2b. 3. t) Aiella 2b. 3. u) lo suo 3. v) fiume de lo *addit* 3. w) de Octubro *addunt* 2b. 3. x) buoni et *addit* 3. y) foro à ricetto 1; ancora venne 3. z) del detto mese de Ottubro *addit* 3. *) stavano 1. 2b. a) del detto mese *addunt* 2b. 3. b) vuole 1. c) dì seguente 1. d) mandato à chiamare 2b. 3. e) subito subito *addit* 3c. f) tiempi 3. g) disse *hic inserit* 3. h) detto mese *addit* 2b; del detto mese d'Octubro *praebet* 3. i) se redussero *hic inserit* 3.

89) Verba *de casa de Aquino* interpolatorem sapiunt. Riccardum enim Casertanum non gentis Aquinatis, sed potius Ribursae fuisse, e Caroli I. regis Registro constat. Nisi forte Riccardum hic cum Thoma Acerrarum comite confundi statuas, id quod haud dubie factum est §. 179, et eo facilius fieri potuit, quod Thomas itidem Friderici imperatoris filiam duxerat. 90) Falso haec et sequentia cum codd. 2b et 3 Luynius ascribit Octobri a. 1265. Itaque cum et §. 172 et 178 ad Octobrem a. 1265. referat, talem rerum narrationem praebet: *Alli* 18. *d' Ottubro lo re cavalcao con* 9000 *Sarracini et andao ala marca, et tutto lo reame stava sollevato. Alli* 19. *onne uno pigliao la via soa, et lloro andorono verso Roma, et nui tornaimo in Puglia;* quae quomodo reconciliari velit, non video. Imo ad Septembrem referenda erunt, codd. 1 et 2a sinceram scripturam praebentibus.

Molise, et conclusero de fare protiesto[a], cha lloro non erano tenuti[b] di uscire ad fare guerra con lo papa, mà solamente de defendere lo regno. Et come lo re lo sappe, fece trattare modestamente, che li baruni se ne andassero alle case loro, et che improntassero alo re chilli dinari, che si haveano portati per le spese. Et questo lo trattao lo conte de Caserta; et cossi fo fatto.

1265. 172. Alli 19.[c] onne uno pigliao la via soa, et lloro se ne andorono verso Roma, et nui tornaimo in Puglia[d] . . . .

. . . .

1264. Oct. 173. Alo mese d' Ottufro[e] papa Urbano quarto mandao in Franza per lo frate de re de Franza[91], che venesse ala conquista di quisto riame[92]. Et se sappe subito, perche li forasciuti[f] de lo riame, che stevano[g] appriesso de lo papa, scrissero ali parenti suoi.

1264. Oct. 10. 174. Poco dopo morio papa Urbano quarto, et fù creato papa Clemente quarto puro Franzese.

1265. Mai 21. 175. Ala fine de Maio[h] se sappe, che lo conte de Provenza[i] era venuto sopra l' armata ad honore et servitio[k] de lo papa, et lo papa lo ha fatto senatore di Roma[93]. Et all' hora re Manfredo se disse cha restao mal contento, cha vedeva la ruina, che li veneva sopra.

1265. 176. Alli 12. di Settembre se disse, cha lo esercito de lo conte de Provenza veneva per terra in Italia; et fu pigliato messer Petruccio Tocco[l] con dire, cha aiutava li forasciuti[f] de lo riame.

1265. 177. Alla fine di Settembre re Manfredo mandao lo conte Iordano ad Lombardia con 400 lanze et dinari assai, che adunasse li collegiati dello re, et facessero resistenza à Franzisi. Et con isso andao messer Lioniello Ayossa[m] con una bella compagnia de Napoletani con cavalli grossi tutti.

1265. 178. Alli 18. d' Ottufro[n] lo re cavalcao con nove milia Sarracini et andao ala Marca[94]; et[o] tutto lo reame stava sollevato[p] . . . .

1266. Febr. 24. 179. Lo ivorno de santo Matthia[q, 95] partio lo re[r] da Benevento, et la sera fo alloggiato all' Acerra, che ei delo conte de Caserta[s, 96].

1266. Mart. 7. 180. Lo ivorno sequente cavalcao[t] verso Napole. Et come fu allo Salice[u], le usciro incontra tutti li cavalieri et[v] puopolo di Napole. Et messer Francesco de Loffredo le appresentao le chiave della cittate, et li fece uno bello parlamiento in lingua Franzese. Et re Carlo se fermao ad ascoltarelo, et comandao, che cavalcasse, et se portao à suo lato; et messer Francesco se conosceva con lo re, perche era stato alle guerre de Soria à tempo che lo re Luise[w] de Franza fece passaggio contra l' infedeli.

1266. 181. Et come fo arrivato à Napole, andao con l' archiepiscopo de Cosenza[97] à piscopio. Nela intrata[x] vennero 400 huomini de arme Franzesi assai buono adobbati di sopraveste

a) uno protesto con dicere 3. b) obligati 2b. c) del detto mese *addit* 3. d) Appresso mancano molti capitoli, e vi non si possono leggere *addit* 1; Qui sono molte carte corrose, che non si possono leggere *habent* 3b. 3c; *vacant* 2³/₄ *paginae* 3a. e) 1262. *addit* 1; 1263. *praebent* 2b. 3. f) *ita* 3a; forasciti *rell.* g) in Roma *addunt* 2b. 3. h) 1264. *addunt* 1. 2b. 3; 1265. *praebet* 2a. i) nomine Carolus *addit* 2a; che si chiama Carlo d'Angioia *praebent* 2b. 3. k) et servitio *desunt* 1. l) Tuocco 2b; Rocco 3c. m) Aiossa 3. n) 1264. *addit* 3. o) in chisto tempo *addunt* 2b. 3. p) in arme *addunt* 2b. 3a. Quà mancano due carte *addit* 1; Hic porro ingens occurrit hiatus historiae, transscribenti vel avulsis ex autographo foliis imputandus 2a; Vacant 9 paginae 3a; Qui sono molte carte consumate dal tempo, che non si possono leggere *addunt* 3b. 3c. q) 1266. *addit* 2a; 1265. *praebent* 2b. 3. r) *ita* 1. 2a; Carlo *addit* 2b; Carlo de Angioia 3. s) de casa d' Aquino *addit* 3. t) re Carlo *addit* 3. u) Salace 3a; Salece 3c. v) tutti li gentilhuomini con lo 3. w) Luigi 1; Loise 3c. x) di rè Carlo *addunt* 2b. 3.

91) Ludovico IX. 92) Tractatus de regno Siciliae Carolo assignando iam inde ab a. 1262. coeptos esse, docet Raynaldus ad h. a. cap. 20. Sed certi aliquid demum m. Iulio a. 1264. statutum est. Non igitur dubito, quin recte Luynius ea quae hic dicuntur, Octobri a. 1264. ascribat. 93) Romae senatorem Carolum factum esse m. Augusto a. 1263, Romam advenisse die 21. Maii a. 1265, recte animadvertit Luynius. 94) Omnia haec ad a. 1265. spectare manifestum est. Voce *marca* autem non, ut Luynius voluit, provinciam significari inter Soram et ipsam marchiam Anconitanam sitam, nova Ryccardi de S. Germano editione comprobatur. Ibi enim duobus locis, quibus nititur dux illustrissimus, non *marca* legitur, sed *Marsia;* v. 1240. Iun. supra p. 379, et 1242. Iun. p. 383. 95) Falso hic diem S. Matthiae, i. e. diem 24. Februarii nominari, iam intellexit Luynius; qua vero die Carolus Benevento profectus sit non vidit. Apparet id ex epistola Clementis IV, data die 25. Martii ap. Martene l. l. p. 299: *diebus octo perseverans ibidem.* Pugna die 26. Februarii commissa, profectus est die 6. m. Martii. 96) Acerras non comitis Casertani, sed Thomae fuisse certum est. V. quae diximus supra ann. 89. 97) Bartholomeo Pignatello. Hic inde ab a. 1263. interfuerat negotiis inter pontifices et Carolum gestis; v. litteras Urbani IV. ap. Martene l. l. pag. 115. Postea archiepiscopatum adeptus est Messanensem.

et de pennacchi, et una bella compagnia de Fresoluni[a]; poi chiù de 60 signuri Franzesi con grosse catene de oro alo cuollo[b], et la regina[98] con la carretta coperta de velluto celestro et[c] tutta per sopra et per dentro fatta à gigli d' oro, tale che ad vita mia non viddi chiù bella vista.

182. Quando lo re[d] happe fatta l' oratione, messer Francesco de Loffredo venne da 1266.
parte de la cita de Napole et cercao in gratia li presuni. Et lo re ordinao, che fossero liberati tutti chilli[e], che si ritrovavano presuni per ordine di re Manfredo, et sautarono tutti alo cortiglio de lo castello et basaro lo pede alo re.

183. Alli 7. de Marzo nce partiemo tutti li sindici de terra de Bari, et[f] io, çhe era sin- 1266.
dico de Iovenazzo.

184. Fatte le feste de pasqua lo re[g] mandao iustitieri nuovi ad tutte le provintie[h], et 1267.
isso andao fora de regno à trovare lo papa[1].

185. Ali 12. de Maio[i] venne iustitiero in terra de Bari messer Raniero Buondelmonte[k] 1267.
Fiorentino[2].

186. Chella state lo re[l] dette favore ale cose delo papa et de Fiorentini et abbasciao 1267.
la parte Gebellina; et si tirao[m] una mala rogna sopra, perche li Gebellini mandaro à sollecitare Corradino da la Magna[n].

187. Il principio dell' anno[o] lo figlio primogenito di re Carlo si chiamao prencipe de Salerno, et esso cavalcava per lo reame[p, 3].

188. La domenica delle palme re Carlo tornao à Roma; et lo papa li dette la rosa et 1267. Apr. 10.
lo fece vicario dell' imperio; et se ne ei fatta festa per tutto lo riame.

189. Chillo ivorno medesimo fu uno grande tremoliccio, et cadio lo campanaro de Bari et assai case[4].

190. La dereta[q] settimana de Ottufro venne ad caccia in Puglia Filippo figlio secondogenito dello re Carlo[r].

191. Alli 19. Ottubro[s] scese Corradino in Italia; et re Carlo, che era in Firenze[t], se 1267.
ne venne prestamente in Napole, et trovao, che la regina sua mogliere era morta[5]. 1268.

a) Fereolini 1; Frisonum 2a; Frisoluni 2b; Fresoni 3c. b) alo cuollo *desunt* 1. c) et tutta *usque* fatta à *desunt* 1. d) Carlo *addunt* 2b. 3. e) subito *addit* 3. f) Bari, tra li quali nce era io *praebent* 2b. 3. g) rè Carlo 3. h) de lo reame *addunt* 2b. 3. i) 1265. *addit* 3; 2. de Maio *praebet Summontius III*, 15. k) Buono del Monte 1. 3a. l) Carlo *addit* 3. m) adduosso *addunt* 2b. 3. n) che stava in Lamagna 3c. o) seguente *addit* 1; 1266. *praebent* 2b. 3; 1267. *habet* 2a. p) *ita* 1. 2a; si chiamava pure isso prencipe *etc.* 2b; cavalcava per lo reame lo figlio primogenito de rè Carlo, che si chiamava puro come ad isso Carlo, et ei prencipe di Salerno 3. q) prima 3c. r) Filippo figlio quartogenito del prencipe Carlo de Salierno *praebet* 3. *cui concordat Summontius III*, 19. s) *ita* 2b; alli 1267. *praebet* 1; nell' anno 1267. *habet* 3; eodem anno 2a. t) *ita recte apud Summontium III*, 19; Franza *codd.*

98) Beatrix. 1) Perverse Luynius haec a. 1266. ascribit. Constat enim ex epistolis Clementis IV. (ap. Martene l. l. p. 304 sqq.) et chartis regis ipsius (ap. del Giudice, Cod. dipl. del regno di Carlo I. e II. p. 143 sqq.), Carolum per totum annum 1266, et certo usque ad diem 15. Aprilis a. 1267. in regni finibus esse commoratum (v. dipl. ap. del Giudice p. 320). Imo ne 15. quidem die m. Maii eum in curte papali fuisse, docent litterae Clementis l. l. p. 468. Demum die 23. Maii a. 1267. Viterbii apud papam fuit, cfr. epistola Clementis ap. Martene p. 472: *Rex vero Siciliae nobiscum est Viterbii, quem vacante imperio capitaneum Tusciae proponimus constituere.* Idem referunt Annal. Ianuae 1267, supra tom. XVIII, 26, et Ricord. Malesp. cap. 188, p. 1010: *Lo re Carlo fatto vicario generale del papa in Toscana, mentre che imperio vacasse, si venne di Puglia in Toscana....* Patet igitur, etiam ea, quae §. 186 et 188 narrantur, non, ut vult Luynius, ad a. 1266, sed ad sequentem pertinere, diem autem, quo Carolum Romam advenisse §. 188 Matthaeus dicit (*la domenica delle palme*, i. e. dies 10. Aprilis) omnino falsum esse. 2) Primum iustitiarium terrae Bariensis post pugnam Beneventanam Pandulfum Fasanellum fuisse, eumque certo usque ad diem 3. Augusti a. 1266. hoc officio functum esse, recte annotavit Luynius. Buondelmontii nominatio igitur ad a. 1267. spectat, quippe qui e familia Guelfica oriundus haud dubie a Carolo institutus sit. 3) Luynius ea, quae §. 187 et 190 narrantur, ad a. 1283. revocat, perversa codicum Gesualdinorum scriptura fultus. Sed ita quoque statuit, Philippum venationem exercuisse octo annos natum, id quod vix quisquam crediderit. Recepta meliorum codd. lectione non est cur id a. 1267. vel 1268. factum esse negemus. V. quae diximus in praefatione. 4) Turris cathedralis ecclesiae Bariensis quando ceciderit, certo definire non audeo. 5) Beatricem reginam m. Iulio a. 1267. mortuam esse, recte monet Luynius. At totus errat, cum Carolum iam m. Octobri a. 1267. in regnum redisse dicat. Ex epistola Clementis enim apparet, regem demum die 30. Aprilis a. 1268. Viterbio in regnum esse profectum (ap. Martene l. l. p. 585). Quae cum ita sint, etiam dies, qui §. seqq. habentur, perverse transscriptos veri est simillimum; absente enim rege consilium, de quo narrat Matthaeus, habitum esse, non facile quisquam crediderit. Aliud accedit, quod hanc sententiam confirmet. Sane enim mirum esset, quod Matthaeus, ut codd. praebent, a §. 196 die 1. Ianuarii §. sequenti statim ad diem

Nov. 25. 192. Lo primo de Novembre lo re[a] fece chiamare tutti li baruni et sindici delle terre reali ad parlamento per lo iorno di santa Caterina.

193. Lo detto dì[b] se fece parlamento, et fù concluso, che li baruni se mettessero in ordine per seguitare lo re ala guerra, et li puopoli pagassero due collette.

194. In chisti ivorni se disse per Napole, cha messer Pietro Pignatello consigliava lo re Carlo, che cacciasse[c] tutte le casate, che venevano da schiatta Todesca, che erano suspette ala venuta di Corradino. Et lo re non lo volse fare; et messer Pietro ne fù assai[d] male voluto, massime dalli Carraccioli et da casa d' Ayossa[e] et da casa de Puteolo, che potevano assai alla piazza Capuana[f, 6].

Dec. 26. 195. Lo ivorno di santo Stefano nce partiemo da Napole con messer Francesco de Loffredo, che venne iustitiero in terra de Bari et terra de Otranto. E fuimo 37 cavalli, et à chillo viaggio me acconciai con[g] messer Francesco.

196. Lo ivorno di capo d' anno[h] iunsemo à Taranto, et tutta la provintia steva sollevata. Et messer Francesco mandao messer Petriello Rumbo[i] ad Oria[k 7], et Falconetto Cotugno[l] ad Conversano[8], et Marco de Dura ad Castellaneta[9] ad fare gente; et erano tutti tre gentilhuomini. Et mandao[m] ad comandare ali capitanii dele terre reali, che stessero attienti per qualche tradimiento[10].

1268. 197. Ali 9. de Giugno[n] messer Francesco partio da Taranto et andao ad Altamura. Et lo iorno sequente se sappe, cha lo conte de Tricarico[11] veneva da Basilicata con gente assai; et mandao à dicere ali capitanei, che scendessero appriesso de isso in terra de Bari; et se ne scesero ad Quarata[12].

1268. Iun. 10. 198. Lo ivorno sequente Pietro Strambone de Napole[o] venne et portao novella, come lo conte de Tricarico havea rutto Marco de Dura[p] sotto Castellaneta et havea fatto alzare le bandere da sei terre[q] con le aquile imperiali.

1268. 199. Lo Venerdì, che foro li 15[r], messer Francesco andao per ritirarse ad Andre. Et per la via intese, che tutto lo paese puro era de rebelli[s] de re Carlo. Et poco da poi incontraimo Buffillo Caracciolo, che era stato capitanio de Andre, et li citatini lo haveano cacciato et alzato le bandere de Corradino. Et cossi nce ritiraimo[t] alo castiello delo Monte et restaimo solamente 15 cavalli.

1268. 200. Alo castiello delo Monte non nce era monitione, se non per quattro compagni de pane, de vino et de lietto, et niente per li cavalli[u]. Et li massari teneano ale aere li grani; mà con tutto questo happemo assai scommodo et dormiemo tutti in chiana terra.

1268. Iul. 2. 201. Lo ivorno di santa Maria dela Gratia delo detto anno lo conte de Tricarico mandao lo trombetta ad dicere ad messer Francesco[v], si se voleva arrendere. Et quello[w] li disse: *Và, dì alo conte, che saria meglio per isso, che dela bandera de Corradino se ne servesse per appandatore de cavalli et alzasse le bandere di re Carlo, legitimo et vero re approbato dalla[x] chiesa.* La notte sequente ale quattro hore venne messer Pietro dale Grottaglie[y], et disse, cha Falconetto Cotugno et li altri capitanei dele gente nostre erano entrati à Bitonto, et erano in grande discordie.

1268. Iul. 3. 202. La notte sequente[z] ad primo suonno messer Francesco mandao messer[*] Fieramonte suo figlio primogenito ad Bitonte, et andao solamente con Paulo Pacifico de Aversa.

1268. 203. Alli 15. de Luglio[a] messer Francesco happe lettera da Barletta, cha messer Ruggiero Sanseverino havea rutto Roberto da Petrapalomba et ucciso[b] gran quantità de ribelli, et cha ne pigliao molti presuni.

a) rè Carlo 3. b) de santa Caterina *addunt* 2b. 3. c) da lo reame *addunt* 2b. 3. d) assai *deest* 1. e) Aiossa 3. f) de Capuani 3a; partenza de Capoana 3c. g) lo ditto *addit* 3. h) 1268. *addunt* 2. 3; *nullum annum indicat* 1. i) Piumbo 3c. k) Oya 1. l) Falcone Cotugnio 3c. m) me *addit* 3. n) 1268. *addunt* 1. 3. o) da Napole *deest* 1. p) da Napole *addit* 3. q) à sei hore *perverse* 2b. r) di detto mese *addit* 2b; del detto mese di Giugno 1268. *praebet* 3. s) per tutto lo paese erano puro li rebelli 3. t) restaimo 3. u) niente *huc inserit* 3. v) de Loffredo *addit* 3. w) Et messer Francesco 3. x) santa madre *addit* 3. y) Frottaglie 3c. z) Notte venendo 3a. *) Marco 3c. a) Giugno 2. b) *ita* 2; dicesi 1; *deest* 3.

9. m. Iunii transierit, non expositis, quae inter hos terminos gesta essent. Quibus tamen diebus singula apponenda sint, non constat. 6) De foro Capuano intra Neapolis muros sito pluribus agit Summontius. Ibi et in foro Nido nobiles convenire solebant; duobus his foris Carolus, ut divisa nobilitate liberius regnaret, postea complura addidit. 7) urbs terrae Hydruntinae Tarento ad orientem. 8) oppidum terrae Bariensis Monopoli ad occidentem. 9) oppidum Tarento inter septentrionem et occidentem. 10) Inde a §. 197 omnia recte procedunt. 11) Ruggiero. 12) oppidum terrae Bariensis Trano ad meridiem.

204. Lo ivorno medesimo venne messer[a] Fieramonte[b] con la massa dele gente nostre, 1268.
che erano 114 cavalli et 500 à piede quasi tutti[c] abbalestrieri.

205. Alli 6.[d] messer Francesco[e] uscio dalo castiello[f] et voleva ire ad affrontare lo 1268 Aug. 6.
conte, et steva ala Lionessa. Mà vennero[g] li sindici de Andre et dettero la colpa à messer
Buffillo Caracciolo, cha havea fatto perdere la terra; et lo pregaro, che venesse ad Andre;
et lla andaimo la sera et recuperaimo chella cittate.

206. Alli 8.[h] andaimo ad Canosa ad scontrare messer Ruggiero Sanseverino, che era 1268.
capitaneo generale contro li ribelli[i]. Et se fecero gran carizze con messer Francesco; et
messer Ruggiero portava 700 cavalli et grande numero di gente accoglietiva ad pede.

207. La sera andaimo ad Quarata. Et lloco[k] messer Fieramonte cercao in gratia alo 1268.
patre, che lo mandasse con messer Ruggiero in Basilicata et in Calabria. Et lo patre[l] se
ne contentao et li dette 25 cavalli; et messer Ruggiero lo happe assai à caro et promese
trattarlo da figlio.

208. Lo martedì[13] messer Ruggiero pigliao la via de Melfe, dove se era ritirato lo 1268.
conte di Tricarico, et nui andaimo per le terre dela provintia ricuperando chelle terre[m], Aug.
che se erano rebellate.

209. Lo iorno de santo Laurienzo[n] messer Francesco[o] mandao messer Buffillo Carac- 1268.
ciolo alo campo del re[p], et nce andai io ad portare alo re 2600 onze, et fuimo 18 cavalli. Aug. 11.

210. Lo ivorno[q] di mezzo Agusto arrivaimo alo campo delo re, cha era sottosopra[r]. 1268.
Et messer Buffillo parlao alo re et happe assai cara[s] la moneta. Aug. 15.

FINE.

a) Marco 3. b) de Loffredo *addit* 3. c) tutti quasi 3. d) d' Agusto *addunt* 2a. 3; de Luglio *praebet* 2b. e) de Loffredo *addunt* 2b. 3. f) delo Monte *addunt* 2b. 3. g) *ita* 1; viddero 2; videttero 3a; vetaro 3c. h) dello medesimo *addit* 2b; dello detto mese 3. i) con messer Francesco *hic inserit* 2b; et messer Ruggiero et messer Francesco se fecero 3. k) all' hora 3c. l) messer Francesco 3. m) quelli lochi — ribellati 2b. n) 1268. *addunt* 1. 2a. 3; 1269. *habet* 2b. o) de Loffredo *addunt* 2b. 3. p) de rè Carlo 3. q) de santa Maria *addit* 3. r) sottosora 3. s) caro 2b; a caro 3c.

13) Quae hic narrantur post diem 8. Augusti gesta esse, e praecedentibus patet. Dies Martis proximus post diem 8. Augusti est dies 14. mensis eiusdem. Sed ad hanc e sequentibus nostra vix referri poterunt. Censeo igitur, errorem hic inesse nomini et legendum potius *Venerdì*, i. e. diem 9. Augusti.

ANNALES SICULI.

Codici historiae a Gaufrido Malaterra compositae saeculis olim duodecimo et decimo tertio per scriptores Siculos adnotationes subiectae sunt, quas authentico diu deleto exemplaribus saeculo XV. inde desumtis simul adiectas fuisse laetamur, quum historiae Heinrici VI. Friderici II. et filiorum eius aliquantam utilitatem adferant. Cuius generis tres praecipue codices extant:

1) *Codex Vaticanus numero* 6206 *insignis in membrana et chartis saeculis XV—XVII. exaratus, post Gaufredum annales usque ad annum* 1252 *productos praebet, textu quidem minus sano sed quem primam eius formam referre intelligimus, dum in historia anni* 1252 *subsistit, nec eas adnotationes refert, quas rebus gestis minime coaevas esse patet. Cuius quidem apographum saeculo praeterito Schannatus confecit hodie in bibliotheca publica Illustrissimi Magni Ducis Hassiae et Rheni Darmstadiensi adservatum, quod a b. m. Boehmero nostro transscriptum editioni nostrae inserviit. Quae tamen eo plurimum profecit, quod alteram quoque operis editionem ope codicis Panormitani emendatam in usus nostros vertere licuit. Siquidem anno* 1266 *vir quidam doctus quem aeque ac priorem clericum monachumve Panormitanum fuisse statuerim, annales in usum suum transscriptos notitiis diversis ad rem facientibus auxit atque ad suum usque tempus produxit, cuius exemplum*

2) *Panormi in bibliotheca ill. ducis Fitaliae marchionis Iarratanae extat. Liber chartaceus saeculo XV. exaratus, primum Iohanni Baptistae Carusio ad manus fuit, qui inde a.* 1723 *annales bibliothecae historicae regni Siciliae T. I. pag.* 249—255 *publici iuris fecit, quem et Muratorius SS. Ital. T. V. pag.* 603—606 *ad litteram exscripsit. Quibus cum plurima vitia inessent, ipse anno* 1822 *Panormi praesens*[1] *codicem denuo evolutum magno cum fructu in usus nostros converti. Alteram hanc editionem una cum continuatione*

3) *anno* 1290 *frater Conradus Ordinis Praedicatorum prior conventus sanctae Catharinae in civitate Panormitana transscripsit, atque paucis lineis in fine adiectis Kalendis Aprilis eius anni Angelo Boccamazzae episcopo Cathanensi transmisit; quam in Matthaei Salvagii libro de Tribus Peregrinis edito Venetiis a.* 1542 *in* 8[vo] *et in Iohannis Baptistae de Grossis Catana sacra pag.* 143 *primum editam Carusius l. c. pag.* 45—50 *repetiit, quem et Muratorius SS. I,* 2. *pag.* 277—279 *iterum exscripsit. Conradus Angelum ita adloquitur:* Reverendo in Christo patri et domino, domino B. Dei gratia et sedis apostolicae episcopo Cathanensi, suo domino et benefactori continuo, frater Conradus ordinis Praedicatorum. Reverendissime domine, humili raccomandatione praemissa, quia facta proborum, et maxime illorum, qui Siciliam honoraverunt, ac etiam

1) v. Annales nostros V, 182.

de Saracenica potestate liberaverunt, cor nobilium Siculorum habeant ad gaudium aperire: hinc est, quod ad praesens, scilicet quod alias reverendissimae dominationi vestrae promisi, scribo; et incipio a quadragesimo anno antequam Nortmanni ad regnum Siciliae venissent. Inprimis anno Verbi incarnati 1027 *etc.*

Quibus inter se collatis editionem ita institui, ut editionem primariam littera recta, additiones editionis secundae littera obliqua, continuationem codicis 3. quantum ex continuatione codicis 2. pendet, littera minuta exprimi iuberem.

Annorum computatio haud raro a nostra uno duobusve numeris discrepat. Annalium patriam regni caput Panormum fuisse, inde coniicere licet, quod Panormo in orientales insulae partes pervenerunt; dum et unicus qui supersit codex ibi reperitur.

Inter textum Gaufredi Malaterrae et annales codices tres haec proferunt:

Post hec piissimus comes occulto Dei iudicio penitus virili proienie orbatus, fusa ad Deum prece in spe sobolis procreandae uxorem suam cognovit, in eaque filios et filias generavit. Qui usque ad senectutem honestissimam agens vitam, plurimum in hedificacione ecclesiarum intentus, easdem prout insoluta[a] ipsius posteritas adhuc et regit et conservat, per totam terram suam copiose ditando et iuxta[b] psallentium[c] religiose atque decenter ordinando, pius orphanorum et viduarum protector ac munificus pauperum Christi sublevator extitit. Cumque his et similibus proficiendo semper in melius honeste sanctitatis exemplum cunctis exsisteret, tandem necessaria humanae conditionis lege naturalem[d] in ea dissolucionem operante, illam illustrem[e] animam, tanta collustratione ut meritorum agnicione insignitam, ad desiderata beatorum collegia ante cospectum divinae maiestatis expirando delegavit: corpusque eius apud Mellitum in ecclesia quam ipse fundaverat, honorifice, ut tantum virum decebat, sepultum est.

Post hunc Simon filiorum primogenitus regimen consulatus accepit. Qui per paucos vivens annos, graves ab Apulis mutaciones sustinuit. Huic successit ille hominum maximus, a Deo dilectus et benedictus unicus leo et pacis firmamentum Rogerius mundi ammiracio, virtutum omnium splendor, et pre regibus heres sapiens et immensus omnia, prius tamen comes, postea Dei multum incomparabili eius sapientia operante, dignus[f] dux feracis Apuliae et Capuae principatus, ad ultimum rex Siciliae, Tripolis, Africae potentissimus, fines imperii sui longe lateque multiplici terrarum acquisitione ampliavit: ad cuius laudes et gesta probitatis singulariter referenda quoniam Ciceronis[g] eloquentiam insufficientem fuisse reputo: ego qui fere nullus sum, tantae gravitatis onus[h] michi adhuc incognitum in presenti temptare formido.

Anno Domini 1027. decimo sexto Kalendas Augusti gaytus Maymonus[i] Yspanus Sarracenus Pactas[k,2] et terram Syracusanam infra dies septem vastavit predavit et incendit, et 2
utriusque sexus de hominibus[l] partem occidit et partem captivavit.

Anno Domini 1032. stratigotus[m] primus Georgius Patricius et Maniachius[n] cum duce ceperunt civitatem Messane: et secundo anno commisit bellum. Idem Maniachius[o] ignoratur cum quibus adeptus est victoriam.

Anno Domini 1060. Kalendis Augusti captus fuit Innocentius papa a domno rege Rogerio rege Siciliae in civitate Captinata.

Anno Domini 1101. indictionis[p] nonae mense Iulii obiit maximus comes Rogerius, pater regis Rogerii.

Anno Domini 1118. nonae indictionis obiit Adelasia regina Ierosolimitana, mater regis Rogerii.

Anno Domini 1149. mense Iulii Africa capta fuit ab eodem rege Rogerio.

a) in solita 2. b) virorum *Carusius.* c) *ita correxit Carusius;* gallientum 2. d) naturale 2. e) illumem *corr.* illustrem 2. f) dignus ferocis 2. g) cicironis 2. h) honus 2. i) maimorius 1; M. S. de Hispania 3. k) pactas et *desunt* 1; dextruxit Pactas et t. Syragusiam et incendit omnes ut. s. 3. l) omnibus 1. m) strangotus 1. n) manractius 1; maniathius 3. o) manrachius 1; maniathius 3. p) indicionis 2. *constanter.* 2) Patti.

Anno Domini 1154. obiit Rogerius rex Siciliae, ducatus Apuliae, principatus[a] Capuae.

Anno Domini 1164. pridie Nonas Februarii subversa est civitas Cathaniensium a terre motu; in qua subversione omnes monachi cum episcopo eorum oppressi fuerunt.

Anno Domini 1166. obiit rex Guillelmus primus, filius regis Rogerii.

Anno Domini 1178. Idus Septembris decimae tertiae indictionis sol passus est eclypsim, ita quod[b] in hora nona stelle apparuerunt.

Anno Domini 1172. regina Margarita, mater regis Guillelmi secundi, cepit fabricare hedificare et dotare monasterium Maniachensium[c].

Anno Domini 1187. mense Iulii vigilia praecursoris Domini capta est Ierusalem a Saladino soldano Babilloniae.

Anno Domini 1189. indictione[d] septima obiit rex Guillelmus secundus. Eodem anno eadem indictione[e] mense Marcii rex Tankredus[f] fuit coronatus rex Siciliae, et receptus in palacio Panormi.

Anno Domini 1194. vigesimo die Februarii obiit dictus rex[g] Tankredus.

Anno Domini 1195. domnus Heinricus[h] imperator receptus est in palacio Panormi ultimo mensis Novembris; in quarto die post festum nativitatis Domini cepit regem Guillelmum filium regis Tankredi, quantitatem comitum et baronum istius regni, et devastavit eos.

Anno Domini 1197.[i] obiit domnus Heinricus imperator.

Anno Domini 1198. Fridericus[k] filius domni Heinrici imperatoris de civitate Panormi fuit rex Siciliae coronatus. Et in eodem anno domna Costancia mater eius obiit.

Anno Domini 1209.[l] decimo quinto[m] mensis Augusti duodecimae indictionis domna Constancia de Aragonia applicuit Panormum: et domnus rex Fridericus in eodem mense desponsavit eam.

Anno Domini 1212. anno nativitatis domni regis Friderici, id est[n] decima quinta indictione anno regni eius undecimo, ipse vero vocatus fuit ab Innocencio papa tercio ad coronam imperii ab anno nativitatis suae decimo sexto[o].

Anno Domini 1216. celeberrimum concilium[p] celebratum est sub Innocentio papa tercio.

Anno[q] Domini 1219. indicione septima quinto die intrante mense Novembris Damyata principalis civitas Amalech a christianis fidelibus capta fuit, et christicolis dominio detinetur.

Anno Domini 1220. mense Novembris, nonae indictionis domnus rex Fridericus una cum domna uxore sua regina Constantia coronam imperii susceperunt a domno papa Honorio III. *In[q] eodem anno Damyata fuit perdita a christianis.*

1222. Anno Domini 1221.[r] decima indictione domnus Fridericus imperator ivit cum magno exercitu super Sarracenos Iatii[s,3], et cepit Benaveth[t] cum filiis suis, et suspendit apud Panormum.

Anno Domini 1222. undecime indictionis domna imperatrix Constantia obiit apud Catha-
1223. niam[u]. Et in eodem anno domnus imperator cepit Celanum, et eiecit comitem Thomasium de Celano de regno.

Anno Domini 1223. duodecime indicionis domnus Fridericus imperator misit exercitum suum in Gerbis[v,4], et cepit illos, dextruxit et captivavit.

Anno Domini 1224.[w] decime tertie indictionis domnus Fridericus imperator misit exercitum magnum super Saracenos Siciliae qui[x] remanserunt[y] in montanis; et magnum guastum semper annuatim faciebat super illos, usquequo descenderunt cum magno obprobrio, et fecit illos morari in plano Siciliae in casalibus.

Anno[z] Domini 1225. decime quarte indictionis domnus Fridericus imperator accepit uxorem filiam domni regis Iohannis, nomine Ysabella.

1228. Anno Domini 1227. prime indictionis mense Iulii[*] domnus Fridericus imperator secundus transivit in partes ultramarinas, et ibi accepit coronam eiusdem regni. Et in eodem anno

a) dux apuliarum princeps C. 1. b) i. q. *desunt* 2. c) maniactensium 1. d) idus 3; VII. idus martii obiit 1; *anno* 1189. *indictio* 7. *congruit.* e) idus 3. f) trakedus 2; trankedus 3. g) *deest* 1. h) *ita* 1; henricus 2. 3. *constanter.* i) 1198. 2. k) fredericus 2. 3. *constanter.* l) MCCXI. 1. m) quinto 1. n) i. e. *desunt* 1. 3. o) anni 16. 2. p) consilium 2. q) *haec desunt* 1. r) MCCXXI. 1; MCCXXXI. ind. 2; MCCX. 3. *sed indictio et Ryccardus annum* 1222. *indicant.* s) iacii 3; iacis *ed.; deest* 1. t) benerbeth 1; benerbech 3; *Mirabellum Ryccardus vocat.* u) cathaneam 1. v) ierbis 3. w) MCCXXXII. *c.* x) et 2. y) remanserant 1. z) *haec in tribus codicibus sequenti notitiae anni* 1227. *postponuntur.* *) iunii 2.

3) i. e. Sciacca. 4) Zerbi in ora Africae.

antequam transiret, domna imperatrix uxor sua obiit; et rex Corradus natus fuit. Et in eodem anno papa Gregorius suscepit papatum Romae. 1227.

Anno Domini 1228. secunde[a] *indicionis domnus imperator reversus fuit in regnum.* 1229.

Anno Domini 1229. tertie indictionis medio[b] mense Augusti domnus imperator fecit 1230. pacem et concordiam cum domno papa Gregorio. Et intrante mense Septembris quartae indictionis mansit in Anania[5] cum domno papa tribus diebus.

Anno Domini 1231.[c] quarte indictionis domnus imperator tractavit vel fecit tractare constitutiones suas.

Anno Domini 1231. quinte indictionis domnus imperator misit ipsas constitutiones suas per totum regnum et in Siciliam per domnum Riccardum de Montenigro, qui erat magister iusticiarius Siciliae. Et in eodem anno mense Augusti dictae indictionis Martinus Ballonus se rebellavit contra domnum imperatorem cum aliquantis hominibus[d] Messanae; et ipse magister iustitiarius arripuit fugam. Et etiam dictus Martinus causa timoris domni imperatoris similiter arripuit fugam, et fuit captus cum sociis suis apud Maltam.

Anno Domini 1232. sexte indictionis domnus imperator mense Aprilis eiusdem indictionis venit Messanam, et succendit dictum Martinum Bellionem[e]. Et in eodem anno similiter fecit apud Syracusiam et Nicosiam.

Anno Domini 1233. septime indictionis Matheus Marchafaba fuit constitutus secretus Siciliae et Calabriae.

Anno Domini 1234. octave indictionis domnus imperator Fridericus ivit Alamaniam.

Anno Domini 1235. none indictionis domnus imperator Fridericus secundus accepit uxorem sororem regis Angliae[f]. In eodem anno cepit filium regem Heinricum, et retinuit eum in carcere *usquequo mortuus fuit apud Marturanum, et sepultus fuit in ecclesia Cusentina.*

Anno Domini 1236. decime indictionis ultimo mensis Novembris domnus imperator ivit Lombardiam cum magno exercitu; et ivit super Mediolanum et cepit carrocium Mediolanensium.

Anno Domini 1236. undecime indicionis mense Februarii natus fuit rex Heinricus filius domni imperatoris de uxore sua tercia, quae fuit soror regis Angliae. In eodem anno domnus imperator obsedit terram quae dicitur Brixa[6]*, et nichil prevaluit in ea.*

Anno Domini 1237. duodecime indictionis primo mensis Augusti Marchafaba secretus[g] obiit. Item eodem anno papa Gregorius excommunicavit domnum imperatorem Fridericum.

Anno Domini 1238. decime tertie indictionis fuit secretus Siciliae Maior de Blancadoria, et iustitiarius Siciliae Guillelmus de Anglone; et permanserunt in officio eorum per spatium menses septem. Et in mense Iunii dictae indictionis fuit secretus Siciliae Obertus Fallamonaca[h], et iustitiarius Petrus de Calabria, et capitaneus Rogerius de Amicis.

Anno Domini 1239. decime quarte indictionis praelati Franciae capti fuerunt a domno 1241. Friderico imperatore tempore domni Gregorii papae. Et in eodem anno idem domnus papa obiit.

Anno Domini 1240. decime quinte indictionis erat iustitiarius in Sicilia Petrus de Calabria. Et in eodem anno Rogerius de Amicis ivit apud soldanum Babilloniae.

Anno Domini 1241. primae indictionis Obertus de Fallamonaca de mandato domni imperatoris ivit apud Maroccum[i]. Et in eodem anno soldanus[7] de Chamella[k] et Crosminii[l, 8] insiluerunt christianos qui habitabant Ierusalem, et ceperunt illos, occiderunt et captivos duxerunt. Et in eodem bello fuit mortuus ille Perfectus episcopus Sancti Georgii de Rama, et domnus Gualterius[m] de Breta[n] dominus Ioppen. Et in illis diebus dictus domnus Rogerius de Amicis manebat Babiloniam et in Cayrum cum soldano.

Anno Domini 1242. secundae indictionis Rogerius de Parisio[o] fuit capitaneus Siciliae, Guilelmus de Caravia[p] iustitiarius.

Anno Domini 1243. tertiae indicionis domnus Senebaldus[q] *cardinalis suscepit papatum Romanum; et statim ivit per mare apud Ianuam: et postea ivit usque*[r] *Lugdunum*[s]*, et permansit ibi per spatium annorum sex. Item eodem anno mense Iulii eiusdem indicionis omnes*

a) III. 3. b) *deest* 1. 3. c) MCCXXX. 2; MCCVIIII. 3. d) *deest* 3; de omnibus 1. e) bellonem 3. f) A. et in 1. 3. g) secretarius sicilie 1. h) fallamonica 1. 3. i) marroctum 1. k) Thamella 3. l) crosminiis 2; crosininus 3. m) guaterius 2. n) breca 3. o) pariseo 1. p) tarauin 2. q) serrebaldus 2. 3. r) *deest* 3. s) ludunum 2.

5) i. e. Anagnia. 6) Brescia. 7) Ejub soldanus Aegypti. 8) Chorasminii.

Saraceni de Sicilia tanquam rebelles ascenderunt in montana, et ceperunt Iatum et Alicatam[a. 9].

1246. Anno Domini 1244. quartae indictionis mense Martii eiusdem indictionis Tibaldus Franciscus et Guillelmus de Sancto Severino, et alii comites et barones de regno ceperunt terram Capacii et ipsius castrum tamquam rebelles; et domnus imperator Fridericus secundus obsedit eos. Et in medietate mensis Iulii eius indictionis cepit eos omnes, captis omnibus hominibus qui manebant cum illis, et cecavit[b] illos, et[c] in terra Neapolis omnes illos succendit. Et eciam[d] de nobilioribus mulieribus regni cepit, et misit illas in carcere apud Panormum, et nunquam postea comparuerunt. Item eodem anno mense Iulii eiusdem indictionis fuit constitutus in Sicilia iustitiarius domnus Hugo de Casino[e].

Anno Domini 1245. indicionis[f] quintae de mandato domni imperatoris comes Ricchardus[g] de Caserta eiecit omnes Saracenos de Sicilia, et misit illos apud Noceriam in Apulia. Item eodem anno domnus papa Innocentius celebravit magnum concilium[h] apud Lugdunum cum prelatis ultramontanis, set nemo[i] de regno preter domnum Berrardum Panormitanum archiepiscopum, qui ibi missus fuit a domno imperatore.

Anno Domini 1247. *indicionis septimae domnus imperator Liodayus*[k] *rex Francorum transivit in partes ultramarinas, et permansit in insula Cypri in mense Iunii eiusdem indicionis; et in eodem mense transivit viriliter usque mare Damiatae, statim cum magno gaudio cepit ipsam terram.*

Anno Domini 1248. *indicionis octavae mense Aprilis eiusdem indicionis domnus rex Francorum perdidit dictam terram Damiatae, et soldanus Babiloniae recuperavit eam.*

Anno Domini 1250. indictionis none[l] mense Decembris eiusdem indictionis domnus imperator Fridericus secundus[m] obiit in Apulia in terra quae dicitur Florentinum[n. 10]; et corpus eius applicuit *Messanae*[o] decimo tertio Ianuarii *dictae indicionis, et mansit corpus eius de die in diem aliquantis diebus in ecclesia Pactensi tempore domni Philippi episcopi eiusdem terrae*, et fuit conductum postea apud Panormum, et ibi fuit sepultum. Domnus Heinricus rex, filius domni imperatoris procreatus de uxore Angliae, decimo nono die mensis Ianuarii *dictae nonae indicionis* applicuit Messanam, et cum *magno* gaudio fuit ibi receptus.

Anno Domini 1251.[p] indictionis decimae mense Ianuarii eiusdem indictionis domnus rex Corradus filius[q] domni imperatoris venit de Alamania[r] per mare *cum magno extolio*[s] *misso per domnum principem, qui erat ballius*[t] *tocius regni de mandato domni imperatoris*, et applicuit *in Apuliam octavo* Idus[u] Ianuarii *dictae indicionis* et[v] possedit terram.

Anno Domini 1251. *undecimae indicionis domnus rex Corradus possedit terram.*

Anno Domini 1252. *indicione duodecima mense Octobris eiusdem* civitas Neapolis capta fuit ab eodem domno rege *Corrado*. In mense Madii *eiusdem* obiit, et sepultus fuit Messanae. Item eodem anno *mense Ianuarii eiusdem indicionis* rex Heinricus praedictus obiit[w].

CONTINUATIO A. 1253—1266.

Anno Domini 1253. indictionis decime tertie mense Novembris eiusdem indictionis Innocentius papa quartus intravit Neapolim cum magna exultacione, quia domnus princeps voluit, et per licenciam suam intravit in regnum. Et in illis diebus fuit interfectus Borrellus de Anglone. Et intrante mense Decembri dictae indictionis domnus papa Innocentius obiit in eadem terra Neapolis, et ibi fuit sepultus; et statim domnus Alexander papa suscepit papatum Romanum, et mansit in terra Neapolis usque in mense Madii dictae indictionis. Item in eodem anno mense Decembri decime tertiae indictionis domnus princeps recuperavit Luceriam et Achurenciam, in qua interfectus fuit Iohannes Maurus; et postmodum recuperavit civitatem Melfiae, et destruxit civitatem Rapullae nolente se reddere in eum. Et in mense Februarii decimae tertiae indictionis universa[x] civitas Messanae eiecit comitem

CONTIN. A. 1253—1282.

Anno 1254. Innocentius papa de licentia Manfridi principis intravit Neapolim, et ibi mortuus et sepultus est. Et domnus papa Alexander suscepit papatum Romanum, et mansit in terra Neapoli cum principe. Et in eodem anno predictus princeps recuperavit Luceriam et Acherenciam. Item in eodem anno Messanenses rebellaverunt se contra principem, et destruxerunt Tauromeniam, que nolebat obedire mandatis eorum.

a) *ita emendavi;* antella 2; iacum et auteclam 3. b) certavit 2; transportavit *ed.* c) et — succendit *desunt* 3. d) *deest* 1. e) carpasino 1; capasino 3. f) i. q. *desunt* 1. g) reccardus 2. h) consilium 2. i) et non 2. 3. k) liodaxus 3. l) i. n. *desunt* 1. m) *deest* 1. n) florentina 1. o) mense 1. 3; mēse 2. p) MCCL. 2. 3. q) frater 1. r) alemania 1. s) extulio 3, *i. q. stolio.* t) bali 3. u) *deest* 2. 3. v) et p. t. *desunt* 2. 3. w) *vox hic deest et post* indicionis *legitur.* x) universitas 2.

9) Sciacca et Alicata in ora insulae meridionali. 10) Fiorentino prope Foggiam.

CONTINUATIO A. 1253—1266.

Petrum Russum de Calabria ab eadem civitate cum tota familia sua; et misit domno principi, ut veniret et acciperet Messanam cum tota Sicilia. Et postea sinistro consilio habito miserunt magnum exercitum contra exercitum domni principis praedicti in Calabria in contrata quae dicitur Corona. Et exercitus domni principis insiluit in praedictum exercitum Messanae, et pessime praevaluerunt in eum, videlicet alios interfecere[11], et alios vulneravere[a], et alios producerunt, et alios vivos ceperunt; et parum ex eis evaserunt. Item mense Augusti praedictae decimae tertiae indictionis universitas Messanae destruxit terram Tauormenii, eo quod nolebat obedire mandato eorum. Item eodem anno mense Octubris decimae quartae indictionis universitas Messanae misit Romam, et elegit potestatem domnum Iacobum de Ponte, et permansit in potestate usque ad medietatem mensis Madii praedictae indictionis; et cum eo venit domnus Iohannes de Columpnis Messanensis archiepiscopus missus a domno papa.

Item anno Domini 1254. indictionis decimae quartae mense Aprilis Henricus de Abbate cum exercitu Vallis Mazariae cepit Panormum, et fratrem Bosinum legatum: et tota Sicilia se convertit ad dominationem domni principis, preter Placiam, Castrum Iohannis et Aydonum.

Item anno Domini 1255. decimae quintae indictionis comes Fridericus Lancea venit vicarius in Sicilia: et congregatis baronibus Calabriae, Vallis gratis, terre Iordani et totius Siciliae, ivit cum magno exercitu super Placiam, et obsedit et cepit ipsam; et quandam quantitatem hominum ipsius terrae interfecit. Et postea ivit super Castrum Iohannis et Aydonum, et homines earumdem terrarum converterunt se ad dominium domni principis. In eodem anno fuit iustitiarius Philippus de Aterno.

Item anno Domini 1256. indictionis primae fuit iustitiarius Siciliae Bernardus de Aquaviva. In eodem anno mense Aprilis primae indictionis domnus princeps Manfredus venit Messanam, et postea ivit Panormum; et ibi fecit congregari omnes prelatos et barones tocius regni; et ad eleccionem eorum domnus princeps fuit coronatus rex Siciliae decimo die mensis Augusti primae indictionis cum maxima leticia et exultacione.

Item anno Domini 1257. indictionis secundae comes Fredericus Maletta venit capitaneus in Siciliam, et iustitiarius fuit Fredericus de Arenis.

Item anno Domini 1258. indicionis terciae mense Maii Gobbanus Theotonicus interfecit eundem comitem Fredericum Malettam ante montem Trapani: et idem Gobbannus ascendit in eumdem montem, et ipse una[b] cum hominibus ipsius montis calcaneum rebellionis exercerunt contra domnum regem Manfredum, negantes nomen eius. Et domnus comes Fredericus Lancea cum exercitu magno obsedit praedictum montem, et mense Octubris indictionis, eiusdem cepit praedictum montem cum hominibus eiusdem, et fecit eos ab inde descendere, et quosdam eos devastavit.

Anno Domini 1263. nonae indictionis comes Karolus intravit Romam in estate; mense vero Aprilis eiusdem indictionis domnus rex Manfredus misit extolium suum apud Marsaliam[12] ad obsidendum eam.

Anno Domini eiusdem incarnationis 1265. indictionis nonae comes Karolus cepit pontem Cipranum, et turbata est civitas Neapolis. Et postmodum idem comes cum exercitu suo venit apud pontem Valentinum in partibus Beneventi: et die Veneris vigesimo secundo mensis

CONTIN. A. 1253—1282.

Item in eodem anno Messanenses miserunt Romam, et elegerunt potestatem domnum Iacobum. Et mansit in potestate usque ad mensem Madii predicti anni. Et cum eo venit domnus frater Ioannes de Columnis
ordinis Predicatorum 11
archiepiscopus Messanensis missus a domno papa.

Anno 1254. Henricus de Abbate cum exercitu vallis Mazzarie cepit Panormum et fratrem Bosinum legatum ex parte pape. Et totam Siciliam convertit ad dominationem domini principis, preter Platiam, Castrum Ioannem et Aydonum.

Anno 1255. comes Fredericus Lancea venit vicarius Sicilie ex parte principis, et congregato magno exercitu obsedit Platiam, Castrum Ioannem et Aydonum. Et rehabuit eas, interfectis prius multis hominibus istarum terrarum.

Anno 1256. domnus princeps venit Messanam et postea Panormum, et ibi fecit congregare omnes prelatos et barones regni. Et ad electionem eorum dominus Manfredus princeps fuit coronatus rex Sicilie decima die Augusti prime indictionis.

Anno 1257. fuit capitaneus Sicilie comes Fredericus Malecta. Et in eodem anno predictus comes de Malecta fuit interfectus a Theobaldo Theutonico. Et ipse Theobaldus rebellavit se contra regem Manfredum. Et comes Fredericus Lancea accepit eum in monte Trapani, et interfecit predictum Theobaldum cum multis hominibus de predicto monte.

Anno 1265 comes Ca-
rolus accepit pontem Ci- 1265.
pranum, et turbata est ci-
vitas Neapolis. Et post-
modum idem comes cum
suo exercitu venit apud 1266.
pontem Valentinum in parte
Beneventi. Et prevaluit
contra regem Manfredum,
et occidit eum die Veneris

a) uulnerauerit alis c. b) unā 1.

11) scilicet exercitus. 12) Massiliam.

CONTINUATIO A. 1266.

Februarii praevaluit in eumdem regem Manfredum cum exercitu suo, et habuit victoriam super eum.

Item anno Domini incarnacionis eiusdem nonae indictionis die sabbati decimo tertio mensis Marcii civitas Messanae elevavit vexillum praedicti comitis Karoli; et die Iovis primo mensis Aprilis eiusdem indictionis comes Philippus de Monteforti venit vicarius in Siciliam pro parte ipsius comitis Karoli.

CONTIN. A. 1265—1282.

22. Februarii. Et die sabbati 13. Martii civitas Messane levavit vexillum predicti comitis Caroli, et die Iovis primo Aprilis comes Philippus de Monteforti venit vicarius in Siciliam pro parte predicti comitis Caroli. Et regnavit in insula annis 17.

Anno 1282. de mense Aprilis fuerunt interfecti Gallici. Et in eodem anno de mense Augusti venit rex Petrus de Aragona, et intravit Panormum cum magno triumpho. Item in fine huius mensis Carolus recessit de obsidione Messane, et amisit dominium totius Sicilie. Ab isto Carolo usque ad hodiernum diem fuerunt alia facta in nostra insula; que vere non fuerunt probitates dominorum, sed potius calliditates. Ideo non debent homines in eis delectari, sed simpliciter dimittere. Idcirco hic finem loquendi facio. Vos autem Dominus altissimus conservet. Amen. Scripta Panormi, die prima Aprilis tercie indictionis. Vester orator ac servitor frater Conradus gratia Dei et vestra prior monasterii sancte Catharine.

ANNALES BARCINONENSES.

Reperi eos in ultima pagina codicis legum Wisigothorum olim Pauli Petavii, hodie autem apud illustrissimos comites de Brahe in palatio Skokloster in Suecia adservati, quem editioni nostrae legum Wisigothorum inserviturum nuper mihi transmissum fuisse gratulor. Codex iste optimae notae membranaceus, littera Wisigothica saeculo XII. medio exaratus, inter reliquos legis illius libros quamplurimum cum Cardonensi consentit, ideoque in Marcha Barcinonae conscriptus fuisse videtur. Annales de rebus regum Francorum inde a Pippino rege usque ad annum 1180 *atque comitum Barcinonensium saeculi XII. agunt, nec solum in chronicon Barcinonense saeculi XIV. a Dacherio in Spicilegio T. III. pag.* 140—142 *et Petro de Marca pag.* 753—758, *sed et in chronicon Ulianense ibidem pag.* 758—760 *evulgatum derivati sunt.*

Pipinus regnavit annis 37; Karolus magnus imperator cepit regnare anno Domini 757. et regnavit annos 47, menses 3; Lodoicus filius eius annis 34, et ipse cepit Barchinonam; Lotarius annis 2; Karolus frater eius annos 39 et menses 6; Lodoicus filius eius annis 6; Karolus frater eius annis 6; Karolus de Bauguera annis 4; Oto annis 10; sine rege annis 7; Karolus filius Lodoici post Otonem annis 33 et menses 3; Lodoicus filius 18; Lotarius filius eius annis 33; Lodoicus filius annum 1; Ugo magnus inordinate annis 10; Robertus filius eius annis 36; Henricus annis 39; Philipus annis 49; Lodoicus filius eius annis 29; Lodoicus[a] iunior annis 43, et a festo sancti Iohannis babtiste usque ad festum sancti Luche. Quo die ex concilio apud Terraconam[1] institutum fuit, ut dies incarnationis dominice omnibus instrumentis praeponeretur. Annus vero Domini tunc commemorabatur 1180. 1

Anno Domini 1114. 8. Idus Februarii fuit capta Maiorica[2].

Anno Domini 1147. 16. Kalendas Novembris feria 6. fuit capta civitas Almarie[3].

Anno Domini 1148. feria 5. fuit capta civitas Dertose[4] 2. Kalendas Ianuarias[3].

Anno Domini 1149. 10.[b] Kalendas Novembris feria 2. fuerunt capte civitates[3] Ilerde[5] et Frage[6].

a) ledoicus c. b) nono Kal. Nov. *chronicon Barcinonense, sed tunc dies* 23. *Octobris vere in diem lunae cadebat.*

1) Tarragona. 2) prima vice per Raimundum Berengarium III. Barcinonae comitem. 3) per Raimundum Berengarium IV. Barcinonae comitem. 4) Tortosa ad Iberum. 5) Lerida. 6) Fraga ad Cincam sita, haud procul ab Ilerda.

ANNALES LINDISFARNENSES ET DUNELMENSES.

Annalium Lindisfarnensium fragmenta annalibus Canterburiensibus Iuvavensibus Fuldensibus et Corbeiensibus inserta atque in tomis superioribus proposita integri textus desiderium moverunt. Qua in re quum Britannicarum rerum indagatoribus felicibus esse non contigisset, praeter spem quodammodo evenit, quod in itinere a. 1862. *per Scotiam suscepto, Glasgoviae inter codices Musei Hunteriani rarum eiusmodi monumentum oblatum est, quo statim transscripto hunc locum adornare statuimus. Laudabatur enim ibi inter codices per Willehelmum Hunterum physicum celeberrimum Universitati legatos liber* S. 4. 10 (53) *Bedae de ratione temporum saeculo XII. ascriptus; quo evoluto, cyclos decennovennales successu temporum a diversis scribis inde ab octavo usque ad duodecimi saeculi exitum notitiis marginalibus ornatos conspexi. Et tabulae decennovennales principio, ut assolet, ab anno Christi primo usque ad a.* 1063 *conscriptae fuerant, quibus expletis deinde tabulae annorum* 1064—1216 *et postremo annorum* 1217—1253 *subiectae sunt. Annotationum annis* 532—759 *adiectarum prior pars littera gracili, exigua et iam lectu difficili exarata est, inde ab anno* 760 *littera maior succedit, sensimque crescit atramento quoque obscuriore; anno* 820 *tertius scriba apparet, deinde ab anno* 862 *diversae manus subsequuntur et annis* 988—1063 *plurimas marginibus notas aspergunt. Quae deinde sequuntur tabulae secundae notae inde ab anno* 1059, *eas exceptis tamen annotationibus annorum* 1135 *et* 1141 *rubris, uni scribae saeculi decimi tertii tribuas; nota ultima anni* 1195 *ipso aevo agmen claudit.*

Prima annalium pars notitias exhibet tum authenticas Lindisfarnenses Eboracenses et alias Saxonicas, tum Bedae chronico de sex aetatibus mundi et historiae ecclesiasticae gentis Anglorum textui atque epilogo similes[1], *nonnullas etiam ex catalogis regum*[2] *imperatorumve Francorum et Germanorum excerptas. Cardo tamen totius operis vertitur in notitiis Lindisfarnensibus et Nordanhumbricis atque in universum Saxonicis; eaeque annalibus Saxonicis, quos vulgo chronicon Anglosaxonicum vocant, eadem ratione connexae sunt, qua apud nostrates diversos annalium Laureshamensium Herolvesfeldensium aliorumque multorum editores, inter se licet connexos, tamen et distare novimus. Nam Saxonicos quoque annales cyclis decennovennalibus adnexos notitia codicis Bodleiani ad annum* 626 *innuere videtur; eosque principio lingua Latina compositos fuisse crediderim, dum auctores suos sacerdotes monachosve Latinos agnoscunt; quare annales nostros non ex chronico Saxonico fluxisse sed antiqui*

1) cf. ad annales Lindisfarnenses T. SS. IV pag. 1. 2 notata. 2) Pippinum Karoli Magni patrem, aeque ac Conradum I. et Heinricum I. *imperatores* vocant, quomodo et Codex annalium Saxonum Domitianus anno 714 Pipinum maiorem domus regiae *cing* regem vocat.

textus Latini speciem referre statuerim. Consentiunt tamen in textu et annorum computatione modo cum versionibus australibus in codicibus Cantabrigiensi et duobus Cottonianis Tiberii A. VI. *et* B 1. *signatis, modo propius ad codices Bodleianum et Cottonianos Tiberium* B. 4. *et Domitianum* A. *VIII. accedunt, cuius rei exempla quaedam in prima libri parte annotavi; hic amplitudine notitiarum illis aut aliquibus eorum praestant, illic ab eis superantur.*

Ceterum textum nostrum usque ad saeculum undecimum Dunelmi minime latuisse, ex Simeone celeberrimo Dunelmensium historico patet, qui eis in annalibus suis conscribendis usus est, anno tamen haud raro immutato. Sede episcopali Lindisfarnensi cum capite sancti Cuthberti propter metum barbarorum Dunelmum translata, annales quoque huc translatos ibique continuatos fuisse patet.

ANNALES LINDISFARNENSES.

532. Iustinianus imperavit 39 annis. Dionisius incipit paschalem ciclum. Cassiodorus, Benedictus abbas, Arator, Priscianus claruerunt tempore Iustiniani. Beda de VI aet.

534. Mortuo Cerdic qui primus ex Anglis regnavit in Wessaxa, Kinric filius eius regnavit 26 annis.

547. Ida primus regnum Norðanhymbrorum regnavit 12 annis. Ab illo coepit regalis prosapia Northanhymbrorum. Bedae h. e.

560. Adda filius Idae regnavit annis 8 in Bernica[2*] et Aella in Derorum[3] provincia. Ceaulin filius Kinrici regnavit 31 annis. 3

565. Iustinus minor annis 12. Columba sanctus de Hibernia venit in Brittanniam, et Aethelbertus regnavit 53 annis apud Cantuarios.

568. Glappa filius Idae regnavit 1 annum in Bernica.

569. Hussa filius Idae regnavit annum 1 in Bernica.

576. Tiberius pater pauperum imperavit 7 annis. Beatus Gregorius incepit moralia apud Constantinopolim. Longobardi invadunt Romam. Beda.

582. Theodericus filius Idae regnavit 7 annis in Bernica.

583. Mauricius imperavit annis 20. Beda.

589. Aethelricus filius Idae regnavit 4 annis.

593. Gregorius eligitur in papam. Aethelfridus[4] pater Oswiu[a] regnavit 24 annis apud Northymbrios, qui Edwinum[b] filium Aellae regno[5] expulit.

595. Augustinus mittitur in Britanniam.

597. Ceolvulf filius Cuthae filii Kinrici 14 annis regnavit in Wessaxia.

601. Augustinus accepit pallium et plures verbi ministros in quibus et Paulinum[c]. Bedae h. e.

604. Focas imperavit 8 annis. Orientales Saxones fidem perceperunt sub rege Seberchto et antistite Mellito. Bedae h. e.

605. Gregorius papa obiit. Bedae h. e.

611. Kynegils frater Ceolvulfi 31 annis regnavit in Wessaxia, primus efficitur christianus a Birino episcopo[6].

612. Heraclius imperavit 26 annis. Beda.

616. Aethelbert rex Cantuariorum obiit, cui Edbald filius successit. Et Aethelfrid rex Northanhumbrorum occiditur. Beda.

617. Edwine filius Aelle 17 annis regnavit, qui filios Aethelfridi Eanfridum et Oswaldum et Oswinum patria pepulit.

625. Paulinus ordinatur archiepiscopus a Iusto genti Northanhymbrorum.

627. Eadwinus rex Northanhymbrorum baptizatus est. Ab adventu Anglorum in Brittanniam 180 anni. Beda.

633. Eadwinus rex occiditur a Ceadwalla rege Brytonum et Penda rege Merciorum.

a) Osw̄ *c.* b) Edw̄ *c.* c) paulum *c.?*

2*) regnum inter Tyne et Forth. 3) regnum inter Humbre et Tyne. 4) filius Aethelrici. 5) Deiriae. 6) Dorcestriae.

634. Oswaldus regnavit 9 annis[7].
635. Aidanus ordinatur episcopus Lindisfarnensi aecclesiae[8], et Kynegils baptizatur a Birino episcopo; quem Oswaldus rex suscepit de fonte.
Beda. 637. Heraclonas imperavit annis 2.
639. Constantinus frater Heraclonae imperavit mensibus sex.
640. Constantinus filius Constantini imperavit 28. Erconbertus apud Cantuarios regnavit.
642. Oswaldus rex occiditur a Penda in Maserfeld ad australem plagam Humbre.
643. Oswiu frater Oswaldi regnavit 29 annis. Cenwalch in Wessaxia regnavit 31 annis. Ipse construxit monasterium in Wenta civitate[9]. Paulinus episcopus in Hroveter[10] obiit. Et Oswinus filius Osrici super Deiros regnavit annis 7.
646.[a] Cenwalch rex Wessaxiae baptizatur.
649. Wilfridus intravit aecclesiam Lindisfarnensem.
651. Oswinus rex occiditur, et Aidanus episcopus Lindisfarnensis obiit. Beatus Cuthbertus ingreditur Mailrosense monasterium[11].
Bedae h. e. 653.[b] Middelangli suscipiunt fidem sub Penda.
654.[c] Anna rex occiditur.
Beda. 655. Vitalianus papa annis 14 mensibus 6. Penda occisus est ab Oswiu. Merci fiunt christiani[d].
660. Finan episcopus Lindisfarnensis obiit. Cui Colmanus successit 3 annis.
Bed h. e. l. 3. 664. Facta est apud Streoneshalch[12] quaestio de observatione paschali. Colman revertitur Scotiam; cui Tuda succedit, et eodem anno moritur. Committitur interim ecclesia Lindisfarnensis Eatano abbati, ubi sanctus Cuthbertus constituitur prior. Wilfridus
13 ordinatur episcopus[13]. Ceadda ordinatur episcopus[13]; set redeunte Wilfrido deponitur.
665. Oswiu rex et Ecgbert rex Cantuariorum Wihardum miserunt Romam ad ordinandum sibi episcopum, set morte praeventus est[14].
667. Theodorus a Vitaliano papa ordinatur episcopus genti Anglorum[15].
668. Theodorus venit Britanniam.
Beda. 670. Constantinus filius Constantini superioris imperavit 17 annos. Oswiu rex moritur. Cui filius suus Ecgfridus succedens regnavit 15 annis.
672. Cenwalch rex Wessaxonum obiit, et post eum Sexburch[16] regnavit uno anno.
Beda. 674. Benedictus cepit monasterium ad[17] Werem. Escwine regnavit super Wessaxones 2 annis.
Beda. 675. Agatho papa annis 3 mensibus 7.
676. Cuthbertus intrat Farne, ubi 9 annos terit[e].
677. Beda natus est. Centwine filius Kynegils in Wessaxones regnat 9 annis.
678. Wilfridus pellitur ab episcopatu, et Bosa et Eata pro illo ordinantur. Monasterium
18 in Coldesburch[18] combustum est. Sancta Aetheldrida obiit.
680. Sancta Hilda obiit. Sinodus in campo Haethfeld.
681. Monasterium construitur in Girvum. Tunbertus ordinatur episcopus ad Hagustald[19], Eata remanente ad Lindisfarne, et Truwine ordinatur episcopus Pictis[20].
683. Beda 7 annorum traditur in monasterium Petri[21] et Pauli[22] in Wireme et Gyrvum[23].
685. Sanctus Cuthbertus ordinatur episcopus ad Lindisfarnensium aecclesiam 7. Kal. Aprilis; quo anno Ecgfridus rex occisus est 13. Kal. Iun. Aldfridus successit. Eata obiit. Iohannes suscipit Hagustald. Et Pipinus filius Ansegisili in Francia regnat.
Beda. 686. Iustinianus filius Constantini imperavit annis 10.
687. Sanctus Cuthbertus transiit. Eadbertus succedit 10 annis.
688. Ine regnat in Wessaxones annis 37.
690. Theodorus archiepiscopus obiit. Benedictus constructor monasterii apud Wirame obiit.
692. Wilfridus iterum pellitur ab episcopatu.
695. Beda ordinatur diaconus.

a) *annus idem cum C. Cantabrig. et Domitiano; reliqui legunt* 645. b) *ita et Cant. et uterque Tiber.;* 652 *Bodl. et Domit.* c) *ita et Cant. et Tibb.;* 653 *Bodl.* d) *ita et Cant. et Tibb.* e) *aň ĩit' c.*

7) in Nordhumbria. 8) Lindisfarne, Holy Island. 9) Winchester. 10) Rochester. 11) Mailros in ripa Tuidi, ad Lindisfarne pertinens. 12) Whitby; cf. Bedae hist. eccl. 3, 25. 13) Eboraci. 14) cf. Bodl. et Domit. 15) a. 668; cf. Bodl. et Domit. 16) regina. 17) ad ostium fluminis Wire ad laevam Ongyroum, Giroum Donemouth. 18) Coldingham ad Lindisfarne pertinens. 19) Hexham in Northumbria. 20) cf. Codd. Laud. et Domit. 21) in Wirum. 22) in Gyrum. 23) ex Bedae hist. eccl. lib. 5.

696. Leo imperavit annis 3.
699. Eadfridus suscepit episcopatum Lindisfarne 24 annis. Tiberius imperavit 7 annis.
704. Aethelred rex Merciorum fit monachus, cui succedit Cuenred.
705. Aldfrid rex Northanhumbrorum obiit, pro quo filius eius Osred regnat 11[a].
706. Iustinianus imperavit 6 annis.
710. Wilfridus episcopus obiit. Cui Aeca successit.
712. Philippus imperavit annis 3 mensibus 6.
713. Pippinus rex[b] Francorum filius Ansegisili moritur, cui Carolus filius eius succedit.
714. Guthlac anachorita obiit. Anastasius imperator annis 3.
715. Ceolfridus abbas obiit.
716. Occiso Osredo Cuenred annis 2 regnat.
717. Theodosius imperat anno 1.
718. Leo imperator annis 24. Ab hinc usque Carolum Magnum Romani imperatores fuerunt per 60 annos.
719. Osric regnat annis 11.
721. Iohannes episcopus[25] in Beverlec[c] obiit, cui Wilfridus[d].
722. Defuncto Ealfrido, duobus annis vacabat Lindisfarnensis aecclesia.
725. Beda scripsit librum de temporibus. Aethelwol abbas de Mailros ordinatur episcopus Lindisfarnensis annis 16.
728. Ine rex Westsaxonum obiit. Cui Aethelheard successit 13[e] annis.
730. Ceolvulf de stirpe Idae regnavit super Northanhumbros annis 8.
731. Beda scripsit historiam Anglorum ad eundem regem.
735. Beda obiit in Wirvum, ibique sepelitur; et Aecgbert recepto pallio primus post Paulinum confirmatur in archiepiscopatum[26].
737. Ceolvulf dimisso regno fit monachus in Lindisfarne, cui filius patrui sui Aeatbertus successit 21.
740. Defuncto Aethelhardo, Cuthred frater eius tenet regnum Wessaxonum 4 annis. Cui frater eius Sigebertus successit anno 1, post quem Kinewulf regnavit annis 29. Cynevulf suscepit episcopatum Lindisfarnensem et rexit 40 annis.
741. Carolus princeps moritur, cui Carlomannus et Pippinus filii eius successerunt.
744. Wilfridus secundus episcopus obiit 3. Kal. Mai.
746. Carlomannus frater Pippini fit monachus Romae, et postea apud montem Cassinum.
750. Pippinus ungitur in imperatorem.
756. Balthere obiit in Tininghami[27] anachorita.
757. Aeatbertus tradens regnum filio Osulfo, accepit tonsuram clericatus apud Eboracum, ubi frater eius Aegbertus gerebat episcopatum.
759. Osulfus regnavit annum 1 super Northanhumbros.

Hinc aliud atramentum et maior scriptura.

760. Aethelvoldus annis 6 regnavit, et Ceolvulfus quondam rex monachus obiit.
766. Alchred regnavit 8 annis, et Ecgbertus archiepiscopus obiit, cui Albertus substituitur Eboraci.
768. Pipinus moritur, cui successit Karolus filius eius, ille scilicet magnus.
775. Aethelred filius Aethelvoldi regnavit 4 super Northanhumbros.
777. Dani primitus venerunt in Angliam.
778. Aelfwald regnavit filius Osulfi regnavit. Iste Aelfwald iniuste a suis occisus, sepultus est in Hagulstad.
780. Albertus archiepiscopus obiit, cui Eanbaldus successit. Cinevulf Lindisfarnensis episcopus commisit episcopatum Higbaldo 22 annis.
788. Osred regnavit 1 filius Alchredi regis.
789. Aethelred filius Aelfwaldi rediens de exilio regnavit 7.
793. 6. Iduum Iuniarum vastata est a paganis Lindisfarnensis aecclesia. Set sequenti anno omnes perierunt.

a) *scil.* annis. b) r. F. *alia manu superscripta.* c) Beoferlic *Bodl.* d) *scil.* successit. d) XIIII *eraso* I *c.*

25) Eboracensis. 26) Eboracensem. 27) in Northumbria.

796. Osred regnavit 1. Eanbald archiepiscopus[28] obiit, cui alter Eanbald successit.
797. Eardulf regnavit[29] 10. Iste duxit uxorem filiam regis Karoli.
801. Carolus imperator efficitur.
803. Higbaldo episcopo Lindisfarnense defuncto, Egcbertus successit 18 annis.
808. Aelfwald regnavit 2 annis. Eanbert Hagulstadensis episcopus obiit.
809. Eanrad regnavit 33 annis.
813. Carolus Magnus imperator obiit[30], cui Ludowicus filius successit 26.

Alia manus incipit.

820. Osbertus ultimus episcopus Hagulstadensis obiit[31].
821. Heathured Lindisfarnensis episcopus 9 annis.
830. Ecgredus Lindisfarnensis episcopus 16 annis. Iste transtulit Ceolvulfi corpus in Norham. Fecit ecclesiam in Geinforde et Geddeworde.
839. Ludowicus imperator moritur, cui filius eius Lotharius succedit.
841. Aethelred filius Eanredi regnavit annis 9.
846. Eanbert episcopus Lindisfarnensis 8 annis.
850. Osbreht regnavit 13 annis.
852. Wlfhere archiepiscopus ordinatur. Northmanni Britannicum mare circumeunt.
855. Lothario imperatori mortuo filius eius Ludovicus successit annis 15. Paganorum exercitus, scilicet Dani et Frisones, ducibus Halfdene, Ubba et Inguar[32] applicant in insula Scepeige[33].

Hinc alia manus et diversae.

862. Swithunus episcopus Wintoniensis obiit.
863. Aella regnavit annis 4.
868. Ecgbertus regnavit annis 5. Praedictus exercitus Kalendis Novembris irrupta Eboraco, omnia ferro et igne vastarunt. Reges autem Northanhymbrorum Osbertus et Aella obsessam civitatem irrumpentes, expulerunt inde Danos. Set non multo post dominica palmarum ab Ubba duce Fresonum populus pene totus Nordanhymbrorum occisus est cum suis regibus. His vero qui remanserunt, praepositus est rex Ecgbertus.
869. Ludowicus imperator obiit. Ludowicus filius eius imperavit annis 4.
870.[a] Eadmundus rex orientalium Anglorum a Danis occubuit interfectus.
871. Aelfredus regnare incipit.
873. Ricsi[34] regnavit annis 2. Eardulf promovetur in episcopatum Lindisfarnensem.
875. Halfdene[b] assumpta parte exercitus intravit Tinam, totamque Northanhumbriam[c] cum monasteriis et ecclesiis est depopulatus. Eardulfus cum corpore sancti Cuthberti fugiens, per 7 annos de loco ad locum vagatur.
881. Guthredus ex servo per sanctum Cuthbertum efficitur rex[d].
883. Sedes episcopalis[35] instauratur in Caestre[36].
893. Guthred rex obiit.
898. Wlfhere archiepiscopus obiit.
899. Aelfredus rex moritur. Et Eardulfus episcopus Lindisfarnensis. Cui successit Cutheardus in Caestre. Cuius tempore Reinguald rex applicans cum multa classe, divisit terram sancti Cuthberti duobus suis ducibus Scula et Onhlafball. Eadwardus filius Aelfredi regnavit annis 22.
911.[e] Scaldi[37] Rollo duce possident Normanniam.
912. Conradus imperavit annis 7.
913. Tilred episcopus Lindisfarnensis 13 annis mensibus 4.
918. Conrad imperator obiit. Heinricus imperator annis 18.
920. Eadwardus rex obiit. Cui Aethelstanus filius successit 17. Hic primus obtinuit totius Angliae monarchiam.
924. Aethelstanus rex Scotiam intravit.

a) *littera maiori.* b) Haldene *c.* c) Norhumbrian *c.* d) *haec alia manus aeque ac Simeon ad a.* 883. *refert.* e) *ita numerum* DCCCVI. *in* DCCCCXI. *emendavi et sententiam huc removi.*

28) Eboracensis. 29) in Northumbria. 30) Quatuor chronici Saxonici codices Karoli obitum anno 812. adscribunt, unus anno 811, unus anno 814. 31) Post cuius obitum episcopatus Lindisfarnensi unitus est. 32) Lodebrochi filiis. 33) Shepey in Cantia. 34) Ricsig Simeoni. 35) Lindisfarnensis. 36) Chester le-street, inter Durham et Hexham. 37) fortasse Normanni ad Scaldim siti.

925. Wigredus episcopus Lindisfarnensis 16.
937. Heinricus imperator obiit, cui filius eius Otho successit 30 annis 6 mensibus 10 diebus.
939. Aethelstanus rex obiit. Cui frater Eadmundus successit 9.
940. Wigred episcopus obiit, pro quo Uhtred ordinatur.
943. Guillelmus filius Rollonis moritur, cui Ricardus filius eius successit in ducatum Normanniae. Huius filia erat Emma mater regis Edwardi[a].
947. Eadmundus rex obiit. Cui frater Eadredus successit annis 10.
953. Eadredus vastans totam Northymbriam, quoniam regem sibi constituerant.
956. Eadredus rex obiit, cui filius Edmundi regis Eadwius successit anno 1.
958. Eadgarus frater Eadwii regis annis 18. Hic Dunstanum constituit archiepiscopum.
968. Aldredus Lindisfarnensis episcopus obiit.
969. Aelfsig ordinatur episcopus Lindisfarnensis 22 annis.
971. Revelatio sancti Swithuni[38]. 38
973. Otho imperator obiit, cui Otho filius eius successit annis 10 mensibus 7.
975. Eadgarus rex obiit. Cui filius eius Edwardus successit annis 5, qui a noverca fraude peremptus, martyr colitur Sceftoniae[39].
979. Edwardus rex occisus est. Cui frater Aethelredus successit 39 annis.
983. Otho imperator obiit, cui filius eius Otho successit annis 18.
986. Ab obitu sancti Cuthberti 300 anni.
988. Dunstanus archiepiscopus obiit, cui successit Aethelgarus.
990. Aelfsige defuncto, successit Aldhunus in episcopatum Lindisfarnensem apud Caestre 29[b] annis.
993. Onlaf rex Norreganorum et Suanus rex Danorum Angliam advenerunt navibus.

ANNALES DUNELMENSES.

995. Aldhunus episcopus de Caestre transtulit in Dunelmum caput beati Cuthberti 113.[c] anno ex quo perlatum erat in Caestre.
998. Wlstanus archiepiscopus Eburacensis ordinatur.
1002. Otho imperator obiit, et Heinricus imperavit annis 22.
1004. Aethelredus rex iussit omnes Danos Angliam incolentes occidi.
1005. Suen revertitur victus Danemarciam.
1012. Aelfeg martyrizatus est.
1013. Suein rex Danorum secunda vice revertitur in Angliam.
1014. Mortuus est Suein rex Danorum.
1015. Cnut cum magna classe venit Angliam.
1016. Uhtred comes Northanhumbrorum occisus est.
1017. Aethelredus rex mortuus est. Cui successit Edmundus filius eius, qui Isenside appellatur. Acriter inter illum et Cnut pugnatur. Post quintum bellum dividunt Angliam. Cnut ad borealem plagam Tamesiae, Edmundus ad australem regnavit. Set illo fraude ab Edrico perempto, Cnut monarcha factus est regni.
1018. Aldhunus episcopus Dunelmensis obiit. Cometa late spargens flammas, visa est per Northymbriam per 30 noctes. Transactis post hoc 30 diebus, fuit apud Carrum illud famosum bellum inter Northanhymbros et Scottos, ubi pene totus sancti Cuthberti populus interiit, inter quos etiam 18 sacerdotes, qui inconsulte se intermiscuerant bello; quo audito, praescriptus episcopus dolorem et vitam morte finivit.
1020. Eadmundus suscepit episcopatum Dunelmensem 23.
1023. Wlstanus archiepiscopus Eburacensis obiit.
1024. Heinricus imperator obiit.
1025. Cuonradus imperavit annis 15.
1026. Ricardus secundus dux Normanniae obiit. Cui successit Riccardus tertius, qui eodem anno defunctus est. Cui frater eius Robertus successit.
1028. Cnut rex Anglorum fit et rex Danorum.

a) Edw c. *Haec igitur undecimo saeculo scripta esse oportet.* b) *vox in loco raso.* c) III *in loco raso.*

38) episcopi Wintoniensis. 39) Sceftesbury.

1035. Cnut rex obiit. Cui Harold filius suus successit annis 5.

1036. Robertus dux Normannie obiit, cui filius suus Willelmus bastard successit.

1039. Cuonradus imperator obiit. Heinricus imperavit annis 18. Haroldus rex Anglorum moritur, cui frater eius Hardecnut successit 2 annis. Iste fuerat filius Cnutonis et Emmae. Hoc anno Dumechanus rex Scotorum cum exercitu magno Dunelmum obsidens, fugatus ab obsessis, magnam suorum multitudinem amisit.

1042. Hardecnut moritur, cui frater Eadwardus successit 23 annis.

1043. Edmundus episcopus Dunelmensis obiit, cui Eadredus successit 10 mensibus. Comes Siward vastavit Northanhymbrorum provinciam. Et defuncto Eadredo, Aegelricus successit in episcopatum Dunelmensem.

1045. Magnus rex Norregarum sibi subegit Danemarciam.

1046. Comes Siward cum magno exercitu venit Scotiam, et expulso rege Macbeođ alium constituit, set post eius discessum Macbeođ recuperavit regnum.

1047. Magna nimis nix per 7 continuatim ebdomadas terras domibus adaequavit, qua omnia replente, etiam flumina gelu constricta, maris prohibebant accessum.

1048. Haraldus Harvager super Norregas regnat.

1050. Godwinus comes et filii eius propter insolentiam exilio dampnantur.

1054. Siwardus fugato Macbeth, posuit Malcolmum regem, et sequenti anno

1055. moritur Eboraci. Cui successit in ducatum Tosti.

1056. Heinricus imperator obiit. Heinricus filius eius imperavit. Aegelricus relicto sponte episcopatu rediit ad monasterium suum Burch[40], ubi nutritus et monachus est factus; cui frater suus Aegelwinus successit 15 annis.

Hinc alia manus posterior.

1059. Kinsi archiepiscopus et Aegelwinus Dunelmensis et Tosti comes deduxerunt regem Malcolmum ad regem Eadwardum.

1066. Haraldus concidit, Willelmus bastart concendit.

1070. Egelwinus dimisit episcopatum.

1072. Gwalcherus episcopatum suscepit.

1080. Gwalcherus episcopus a suis occiditur, et Willelmus in episcopatum provehitur Kal. Novembris.

1083. Hic primum monachi convenerunt ad Dunelmum.

1086. Willelmus primus rex moritur.

1096. Obiit Willelmus Dunelmensis episcopus primus.

1100. Willelmus II. rex sagitta venando occiditur; et Henricus regnat.

1104. Hic patris Cuthberti corpus inventum est incorruptum post 400 sue depositionis annos, et 18. regnante Henrico primo rege.

1127. Obiit Rannulfus episcopus.

1135. Henricus rex obiit[a].

1141. Gaufridus episcopus obiit[a].

1181. Pastio sancti Thome archiepiscopi Cantuariensis.

1189. Obiit Henricus filius Matildis rex Anglorum secundus 2. Non. Iulii. Et Germanus prior Dunelmensis 2. Kal. Augusti.

1195. Obiit Hugo Dunelmensis episcopus 5. Non. Martii, feria 6.

1199. In hoc anno facta perturbatio magna inter monachos Dunelmenses et episcopum Philippum propter ecclesiam de Elveth.

a) *littera rubra.*

40) Peterborough.

CNUTONIS REGIS GESTA
SIVE
ENCOMIUM EMMAE REGINAE

AUCTORE MONACHO SANCTI BERTINI.

Annalibus supra editis addere placet librum in eodem itinere exscriptum, et cuius praecipue causa Scotiam eo tempore adieram. Legeram siquidem in Repertorio bibliographico Londini a. 1819 a Wilhelmo Clarke in 8° edito p. 257 sqq. in bibliotheca Marchionis de Douglas et Clydesdale codicem haberi de Cnutonis Magni gestis, Emmae reginae dicatum et pictura illustrem, cuius evolvendi et in usus nostros convertendi copiam postquam intercedente gratiosissime Marchione Lansdownii nactus eram, a possessore libri Duce Hamiltonii et Brandoni invitatus ineunte mense Septembri a. 1862 Hamiltoniam adivi. Ubi insigni hospitalitate exceptus, libros bibliothecae splendidae manuscriptos per biduum lustravi, atque praecipuam operam in exscribendo codice historico de quo hic agitur posui. Est enim

1) membranaceus sexaginta sex foliorum in 8° saeculo duodecimo ineunte conscriptus, „Liber sancti Augustini Cantuariensis“, et manu eius temporis Gesta Cnutonis M. inscriptus. At libro evoluto et attentius perspecto, non modo idem apparuit opus quod Chesnius inter Historiae Normannorum Scriptores anno 1619 sub titulo „Encomium Emmae reginae“ evulgavit, sed vere ipse codex cuius apographum Chesnius typis expressit, quemque exinde usque ad nostra tempora latuisse et maximum Francis haud secus ac Britannis sui desiderium movisse constat. Chesnius codicem tunc temporis inter libros Roberti Cottoni fuisse tradit, sibique ab eo per Wilhelmum Camdenum et Fabricium de Petrisco exemplar manuscriptum transmissum. Textus et rasuras aliquot et correctiones manu saeculi XVII. exhibet, quarum illas fortasse monacho cuidam Cantuariensi tribuendas, has vero aut Cottono aut Camdeno inter exemplandum arrisisse crediderim. Codex textum exhibet in universum bonum, sed qui nonnunquam manum correctoris desiderat, et qualem ex autographo transscriptum fuisse aestimare licet. Haud pauca tamen editionum Chesnianae et Langebekianae loca mendosa ipso codice adhibito hic emendata esse, facile patebit. Ceterum Cottoni tempore membranula textui assuta extitisse videtur, cuius textus apud Chesnium habetur, hodie vero desideratur, ideoque inde, adhibito quoque codice altero recenti, editioni nostrae inserendus erat. — Primam paginam pictura explet Emmae reginae adstantibus filiis Hardacnuto et Eduardo in solio regio sedentis atque librum ab auctore monacho genu flectente sibi porrectum manu tenentis.

Editioni nostrae praeterea adhibui

2) *Codicem bibliothecae imperialis Parisiensis. Est membranaceus in* 8vo *vel folio minori, saeculo XV. exeunte parva littera exaratus, olim armis et inscriptione teste clarissimi viri W. Cecil de Burghleye, postea bibliothecae Colbertinae et bibliothecae regiae Parisiensis, cuius inter Latinos hodie numero* 6235 *signatur. Continet excerpta quaedam historicorum Anglicorum, ibique foliis* 7—14 „Excerpta ex Gilda" *occurrunt, quo titulo quaedam Gestorum Cnutonis pars tum transscripta tum leviter excerpta habetur, textu negligenter habito et vitiis pleno, qui tamen loco hodie in codice Hamiltoniano desiderato restituendo adhiberi potest. Lectio in universum ita corrupta, ut plerumque non nisi specimina eius annotationi criticae inferre visum fuerit; nominum ratio varia, rex in universum Chnuto scribitur. Quod recentiorum nonnulli partibus textus omissis momentum aliquod inesse opinati sunt, nulla ratione nititur, dum auctor aperte se Excerpta scribere profitetur. Quod unum animadvertendum censeo, sunt lineae excerpti ultimae, quibus patet excerptorem ex secunda libri editione, hucusque ignota, hausisse; dum enim auctor libro suo in adventu Eduardi in Angliam, id est anno* 1041, *finem imposuit, Hardecnuto a.* 1042 *die* 8. *Iunii defuncto, auctor ultimis libri lineis erasis in eorum loco Eduardi successoris laudes substituit.*

Libri scriptor se monachum Sancti Bertini et Sancti Audomari profitetur. Nomen eius latet; num ex Anglorum gente fuerit, nescimus. Anglos patrissantes aliquotiens scribit, quod tamen hic trahi nequit. Cnutonem regem anno 1026 *Romam pergentem in monasterio suo eleemosynas et magnifica dona spargentem vidit, illique et Emmae reginae cuius servum se vocat cuique exuli adhaesisse videtur intime deditus, ipsa postulante opus in laudem eorum conscripsit. Quo quidem haud pauca scitu digna exposuit, alia tamen reticuit aut tam succincte retulit, ut titulum a Chesnio primo editore ei impositum, encomium Emmae, non summo iure inditum esse nemo asseverare queat. Nolui tamen vel alterum reticere, ab antiqua Cantuariensis monachi manu codici inscriptum, quum Cnutonis gesta praecipuam saltem operis partem occupent. Emma, Richardi ducis Normanniae filia, primis nuptiis Ethelredo II. Anglorum regi iuncta filios Aelfredum et Eduardum progenuerat; quod nemo facile suspicaretur, qui eam virginem Cnutoni manus dedisse apud nostrum legerit. Quo modo et aliae res magni in historia nostra momenti aut silentio teguntur aut levi tantum digito tactae ante oculos ponuntur, postquam in prologo et argumento scriptorem iusto verbosiorem et turgidum experti fueramus. Quae quum ita sint, lectores nec Cnutonis nec Emmae ingenium et res gestas scripto nostro pleniter et iuste exponi sibi persuadebunt; quod tamen non officit, quin locum ei inter saeculi XI. medii scriptores assignemus.*

Editor primus Chesnius librum inter scriptores Normannicos proxime post Dudonis historiam constituit, cuius textum repetitum plurimisque annotationibus illustratum Langebekius tomo II. Scriptorum rerum Danicarum pag. 472—503 *inseruit.*

INCIPIT PROLOGUS[a].

Salus tibi sit a domino Iesu Christo, o regina, quae omnibus in hoc sexu positis prestas morum eligantia.

a) *prologus et argumentum desunt* 2.

Ego servus tuus nobilitati tuae digna factis meis exhibere nequeo, quoque pacto verbis saltem illi placere possim nescio. Quod enim cuiuslibet peritiae loquentis de te virtus tua preminet, omnibus á quibus cognosceris ipso solis iubare clarius lucet. Te igitur erga me adeo bene meritam magnifacio, ut morti intrepidus occumberem, si in rem tibi provenire crederem. Qua ex re, mihi etiam ut precipis, memoriam rerum gestarum, rerum inquam tuo tuorumque honori attinentium, litteris meis posteritati mandare gestio; sed ad hoc faciendum me mihi sufficere posse dubito. Hoc enim in historia proprium exigitur, ut nullo erroris diverticulo a recto veritatis tramite declinetur; quoniam cum quis alicuius gesta scribens veritati falsa quaedam seu errando, sive ut sepe fit ornatus gratia, interserit, profecto unius tantum comperta admixtione mendatii, auditor facta velut infecta ducit. Unde historicis magnopere cavendum esse censeo, ne veritati quibusdam falso interpositis contra eundo, nomen etiam perdat quod videtur habere ex offitio. Res enim veritati, veritas quoque fidem facit rei[a]. *Hec mecum aliaque huiusmodi me reputante, rubor animum vehementer excruciat, cum pariter considero, quam pessime in talibus sese humana consuetudo habeat. Videns enim aliquis quempiam pro exprimenda rei veritate verbis indulgentem, vanae loquacitatis eum mordaciter redarguit, alium vero quem dixi blasphemium fugientem*[b] *et aequo modestiorem in narratione, cum operta denudare debeat, aperta oculuisse dicit. Tali igitur angustia circumseptus*[c], *ab invidentibus loquax dici timeo, si neglecta venustate dictaminis, historiam scripturus multiplici narratione usus fuero. Quoniam vero, quin scripturus sim, evadere me non posse video, unum horum quae proponam eligendum esse autumo, scilicet aut variis iudiciis hominum subiacere, aut de his quae mihi a te, domna regina, praecepta sunt, praecipientem negligendo conticescere*[d]. *Malo itaque a quibusdam de loquacitate redargui, quam veritatem maxime memorabilis rei per me omnibus occultari. Quocirca, quandoquidem iubentem dominam magni pendens, hanc mihi elegi viam, excusabiles deinceps occasiones posthabens, hinc narrationis contextionem faciam.*

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIT ARGUMENTUM[e].

Fortasse, ô lector, ambiges, meque scriptorem erroris aut inscitiae redargues, cur in huius libelli capite actus laudesque Sueini strenuissimi[f] regis promulgaverim, cum in suprascripta epistola ipsum codicellum laudi huius dominae me spoponderim facturum. Quod ita esse ipse fatebere, meque ab eius laudibus nusquam accipies deviare, si prima mediis, atque si extima sagaci more conferas primis. Atque ut ad hoc intuendum nulla erroris impediaris nebula, a similibus atque a penitus veris hoc tibi habeas theoréma. Aeneida, conscriptam a Virgilio, quis poterit infitiari ubique laudibus respondere Octoviani, cum pene nihil aut plane parum eius mentio videatur nominatim interseri? Animadverte igitur laudem suo generi asscriptam, ipsius decori claritudinis claritatisque in omnibus nobilitare gloriam. Quis autem hoc neget, laudibus reginae hunc per omnia respondere codicem, cum non modo ad eius gloriam scribatur, verum etiam eius maximam videatur obtinere partem? Id tibi si probabile non videtur, evidenti alterius rei inditio[g] approbetur. Nosti, quoniam ubicumque giraveris circulum, primo omnium procul dubio principium facies esse punctum, sicque rotato continuatim orbe reducetur circulus, quo reductu ad suum principium eius figurae continuetur ambitus. Simili igitur continuatione laus reginae claret in primis, in mediis viget, in ultimis invenitur, omnemque prorsus codicis summam complectitur. Quod esse, mecum sentiens sic collige. Sueinus rex Danorum virtute armis quoque pollens et consilio, Anglicum regnum vi suo subiugavit imperio, moriensque eiusdem regni Cnutonem filium successorem esse constituit. Hic postmodum eisdem Anglis contra se sentientibus, atque acriter vim inferenti vi quoque repugnantibus, multa confecit bella; et fortasse vix aut numquam bellandi adesset finis, nisi tandem huius nobilissimae reginae iugali copula potiretur, favente gratia Salvatoris. Vivens adhuc, de eadem regina suscepto filio, Hardecnut scilicet, quicquid suae parebat ditioni tradidit. Qui defuncto patre Anglicis absens erat, regnum siquidem Danorum procuraturus ierat; quae absentia imperii sui fines invadendi iniusto pervasori locum dedit, qui accepto regno fratrem regis nefandissima proditione interemit: sed divina ultio subsecuta impiumque percutiens, regnum cui debebatur restituit, quod[h] totum in textu planius liquebit. Hardecnut itaque recepto regno, maternis

a) Res *usque rei iam desiderantur in* 1. b) fugentem 1. c) circumceptus 1. d) conticessere 1. e) E. P. I. A. *desunt* 1. f) *ita codex; minime* serenissimi *ut editi.* g) inditium 1. h) quod — liquebit *desunt in editis.*

per omnia parens consiliis, divitiis ampliando regnum imperialiter optinuit; usus quin etiam egregia liberalitate[a], fratri, utpote decebat, suum regni decus atque divitias impertivit. His enim animadversis, o lector, vigilique immo etiam perspicaci oculo mentis perscrutato textu, intellige, huius libelli seriem per omnia reginae Emmae laudibus respondere[1].

EXPLICIT ARGUMENTUM.

INCIPIT LIBER PRIMUS[b].

1.[c] Regem[d] Danorum Sueinum, inquam, veridica comperi relatione omnium sui temporis regum ferme fortunatissimum extitisse, adeo ut, quod raro contingi solet, principiis felicibus secundum Deum et seculum multo felicior responderet exitus. Hic denique a nobilissimis[2], quod primum est inter homines[e], duxit originem, magnumque sibi decus secundum seculum peperit imperii, quod amministrabat, regimen. Tantam[3] deinde illi gratiam divina concessit virtus, ut etiam puerulus intimo affectu diligeretur ab omnibus, tantum patri proprio invisus, nulla hoc promerente pueruli culpa, sed sola turbante invidia. Qui factus iuvenis, in amore cotidie crescebat populi; unde magis magisque invidia augebatur patri, adeo ut eum a patria non iam clanculum sed palam vellet expellere, iurando asserens eum post se regnaturum non esse. Unde dolens exercitus relicto patre herebat filio, et eum defensabat sedulo. Huius rei gratia congrediuntur in praelio; in quo vulneratus fugatusque pater, ad Sclavos fugit, et non multo post ibi obiit[4], et Suein eius
985 c. solium quiete tenuit. Quam strenue vero prudenterque interim secularia disposuerit negotia, paucis libet ad memoriam reducere, quatinus his interpositis facilius sit gradatim per haec ad subsequentia descendere. Denique cum nullo hostium incursu trepidus, pacem in securitate ageret, periculi semper ac velut instantis metuens, in castris muniebat[f], quod hostibus si adessent nullatenus fortasse resisteret, nihilque suis quae bello necessaria forent praeparando patiebatur remissi, scilicet ne per otium, ut assolet, viriles emollirentur animi. Nullum tamen adeo difficile invenire poterat negotium, ad quod invitos inpulisset milites, quos multa liberali munificentia sibi fecerat obnoxios et fideles. Atque ut scias, quantus suorum fuerit[g] in precordiis, pro certo affirmare valeam, quod nullus formidine mortis periculum refugeret, eiusque pro fidelitate hostibus innumeris solus, armatis etiam manibus nudis inperterritus occurreret, si euntibus tantum regale premonstraretur signum. At ne me credat aliquis hec falsa fingendo alicuius amoris gratia compilare; recte animadvertenti in subsequentibus patebit, utrum vera dixerim, an minime. Omnibus enim liquet procul dubio, quoniam humanitatis ita sese habeat consuetudo, ut plerumque ex rebus prospere cedentibus[h] mentes quorumdam plus equo exagitet cogitationum aestus, atque ex nimia in ocio licentia aggrediuntur aliqui, quod vix cogitare nedum facere audent in adversitate positi.

1012. 2. Ita etiam prelibati regis militibus cum in compositae pacis diuturnitate cuncta cessissent prospere, firma sui pro benefactis domini fretis stabilitate, eadem ipsi agitanti placuit suadere, terram Anglicam invadendo sorte bellica imperii sui finibus adicere. *Turchil*[5], inquiunt, *princeps miliciae tuae, domine rex, licentia a te accepta abiit, ut fratrem suum inibi interfectum ulcisceretur, et magnam partem exercitus tui abducens vicisse se gaudet, et nunc meridianam partem provinciae victor obtinet, ac mavult ibi exul degens amicusque factus Anglorum, quos tua manu vicit, gloriari, quam exercitum reducens tibi subdi tibique victoriam ascribi. Et nunc fraudamur sociis et quadraginta puppibus, quas secum duxit onustas de Danorum bellatoribus primis. Non tam grave dominus noster patiatur dispendium, sed abiens cupientem ducat exercitum, et illi Turchil contumacem adquiremus cum suis satellitibus,*

a) libertate 1. b) I. L. P. *desunt* 1. c) *capitum divisionem institui, plurimum secutus codicem, qui tamen numeris caret.* d) *in 2 hic titulus superscriptus est.* Ex eodem Gilda in historia de Sueyno et Knuctone quam in gratiam scripsit ad reginam Emmam. e) parentibus *fortasse excidit.* f) *ita* 1. *Recenti manu* vivebat *ascripto, quod Chesnius in textu recepit, minime necesse est. Sensus est:* rex quidquid castrorum minus validum esse videbatur, muniebat. g) affectus *recenti manu additur in* 1. *Chesnius in textu recepit, plane inutile.* h) redeuntibus *edd.*

1) Haec omnia libro tertio explicantur. 2) Haroldus pater eius fuit. 3) cf. Adami librum II. c. 25. 4) cf. Adami lib. II. c. 26. 5) Turchil ex sorore Sueini et Styrbiörno filio Olavi Sueciae regis prognatus, Astrithe Sueini filia Cnutonis sorore ducta Ulf comitem genuit, cuius filius Suend Estrithson annis 1047—1076 Daniam rexit.

eis quoque federatos Anglos cum omnibus eorum possessionibus. Scimus enim diu eos non posse resistere, quia nostrates viri ad nos transibunt facile. Quod si eos velle contigerit, rex duci suo Danisque parcens, eos honoribus ampliabit. Si autem noluerint, quem despexere sentient; hac illaque patria privati, inter primos hostes regis penas luent.

3. Huius rei adhortationem rex ubi audiit, primum secum mirari non mediocriter coepit, quia quod ipsi[a] diu dissimulanti celantique in mentem venerat, itidem militibus cogitationem eius ignorantibus animo sederat. Accersito itaque Cnutone filio suo maiore, quid sibi super hoc negotii videretur, orsus est inquirere. Inquisitus autem ille a patre, metuens ne redargueretur, si placito contra iret, tegna socordiae, non tantum terram adeundam esse approbabat, verum etiam instigat hortaturque ne mora ulla inceptum detineat. Ergo rex consultu optimatum firmatus, militumque benivolentia fisus, classem numerosam iussit parari, et universam militiam Danorum undique moneri ut statuto die armata adesset, et regis sententiam audiens quaeque imperarentur devotissime expleret. Cursores mox provintiae ex iussu domini sui cunctam pergirant regionem, quietam quoque commonefaciunt gentem, ne quis ex tanto exercitu deesset, quin omnis bellator terrae aut iram regis incurreret, aut iussioni eius advolaret. Quid ergo? Absque contradictione adunantur, instructique armis bellicis gregatim regi suo praesentantur, ostentantes se paratos ad periculum 1013. et ad mortem, si tantum domini sui queant perficere voluntatem. Rex autem videns populum innumerabilem, voce preconaria iussit suam patefieri voluntatem, se velle scilicet classem adversum Anglos armare ditionique suae omnem hanc patriam ferro dolisve subicere. Quod ubi omnibus visum esset laudabile, elegit primum qui regnum suum deberent custodire, ne dum alienum incaute appeteret, illud quod securus tenebat amitteret, et intentus in utroque neutri imperaret. Habebat enim filios duos bonae indolis, ex quibus primogenitum suo iunxit comitatui, natu vero minorem prefecit universi regni dominatui, adiuncta ei copia militari paucisque primatum, qui puerulum sagaciter instituerent, et qui huic consiliis armisque pro muro essent.

4. Omnibus ergo rite dispositis, recensuit comites expeditionis, relictoque minore filio sua[b] in sede, adiit navigium vallatus armato milite. Nec mora concurritur undique ad litora, circumfertur passim armorum seges multigena. Aggregati tandem, turritas ascendunt puppes, aeratis rostris duces singulos videntibus discriminantes. Hinc enim erat cernere leones auro fusiles in puppibus, hinc autem volucres in summis malis venientes austros suis signantes versibus, aut dracones varios minantes incendia de naribus. Illine homines de solido auro argentove rutilos, vivis quodammodo non inpares, atque illinc tauros erectis sursum collis protensisque cruribus mugitus cursusque viventium simulantes. Videres quoque delphinos electro fusos, veterumque rememorantes fabulam de eodem metallo centauros. Eiusdem preterea celaturae multa tibi dicerem insignia, si non monstrorum quae sculpta inerant me laterent nomina. Sed quid nunc tibi latera carinarum memorem, non modo ornatitiis depicta coloribus, verum etiam aureis argenteisque aspera signis. Regia quoque puppis tanto pulcritudine sui ceteris prestabat, quanto rex suae dignitatis honore milites antecedebat; de qua melius est ut sileam, quam pro magnitudine sui pauca dicam. Tali itaque freti classe, dato signo repente gaudentes abeunt, Iul. atque uti iussi erant, pars ante, pars retro, equatis tamen rostris, regiae puppi se circumferunt. Hic videres crebris tonsis verberata late spumare cerula, metallique repercussum fulgore solem duplices radios extendere in aera. Quid plura? Tandem quo intendebant animi appropiabant finibus, cum[c] finitimos mari patrienses eius rei sinister commovit nuntius. Nec mora, quo regia classis anchoras fixit, incolae eius loci concurrunt ad portum[6], potentiori se frustra parati defendere intrandi aditum. Denique relictis navibus 6 regii milites ad terram exeunt, et pedestri pugnae intrepidi sese accingunt. Hostes primo duriter contra resistentes dimicant, postea vero periculi formidine versi in fugam, sauciandi occidendique copiam persequentibus praestant. Ita rex ex affectu primo prelio usus, adiacentem regionem invadit fusis fugatisque hostibus. Tunc tali successu factus audentior ad naves redit, et reliquos portus, qui plures eam terram cingunt, eadem ratione invadit. Postremo universam patriam tanto labore perdomuit, ut si quis omnem historiam eius ad plenum percurrere velit, non modicum auditores fatigabit, et sibimet iniurius erit, dum ut voluit omnia perstringere minime valebit[c].

a) *ita* 1. b) *ita* 1. c) cum — valebit *adsunt et in* 2. 6) Sandwich.

5. At[a] ego hec alteri narranda relinquens, tangendo transire percupio; et ad alia festinando stilum adplicabo ad Sueini obitum, ut festivi regis Cnutonis regni elucidare
1014. queam exordium. Namque ubi iam sepedictus rex tota Anglorum patria est intronizatus, et ubi iam pene illi nemo restitit, pauco supervixit tempore, sed tamen illud tantillum gloriose. Presciens igitur dissolutionem sui corporis imminere, filium suum Cnutonem quem secum habuit advocat, sese viam universae carnis ingrediendum indicat. Cui dum multa de regni gubernaculo multaque hortaretur de christianitatis studio, Deo gratias, illi virorum dignissimo sceptrum commisit regale. Huius rei facto maxime Dani quibus legitime preesse debuit favent, eumque patre adhuc vivente regem super se constitui gaudent. Hoc ita facto, pater orat filium, ut si quando nativitatis suae rediret ad terram, corpus paternum reportaret secum, neve pateretur se aligenigenam[b] in externis tumulari terris; noverat enim, quia pro invasione regni illis exosus erat populis. Nec multo post postrema
Febr. 2. naturae persolvit debita, animam remittendo caelestibus, terrae autem reddendo membra.

EXPLICIT LIBER PRIMUS[c].

INCIPIT SECUNDUS.

1. Mortuo patre Cnuto regni parat retinere sceptrum; sed ad hoc minime sufficere potuit deficiente copia fidelium. Angli siquidem memores quod pater eius iniuste suos invasisset fines, ad expellendum eum, utpote qui iuvenis erat, omnes[d] regni pariter collegerunt vires. Quo comperto, rex clam per fideles amicos reperto honoris sui consilio, classim sibi preparari iubet, non quod asperos eventus belli metuendo fugeret, sed ut fratrem suum Haroldum, regem scilicet Danorum, super tali negotio consuleret. Paterna itaque classe repetita instauratoque remige, ventis marique regalia commisit carbasa, sed tamen non omnem militiam secum reduxit, quae cum patre suo secumque patriam introivit. Nam Thurkil, quem principem militie prediximus, terra quod esset optima inspecta, maluit conversari in tam[e] fertili patria, cum patriensibus[7] pace confecta, quam velut expulsus demum redire ad propria. Et ut quidam aiunt, hoc non fecit despiciendo dominum, sed uti, cum resumptis viribus fratrisque auxilio repedaret ad debellandum regnum, is[f] aut optimates regni consilio suo ad deditionem flecteret, aut si id parum processisset, dimicantes contra dominum suum hostes incautos a tergo cederet. Cuius rei patet veritas ex eo, quod secum maximam partem militum retinuit, quodque rex non amplius quam sexaginta[g] naves secum abire permisit.

2. Prospero itaque cursu rex natales ad fines delatus[h], cum mirarentur omnes solitarium reditum eius, quantum ad regem, patri antea fideles, Haroldi regis subito complevit volitans fama palatia, fratrem eius maiorem, Cnutonem scilicet, sua advenisse litora. Miratur rex omnisque pariter exercitus, atque adhuc nescii duros ipsius presagibant casus. Igitur a latere regis milites diriguntur delecti, paratique in occursum transmittuntur equi. Fraternus siquidem amor fratris eum monebat[i] inservire decori. Cumque tandem honorifice, utpote regem decet, fraterna subintraret limina, frater ipse in primo aditu occurrit, mutuoque brachiorum conexione pressis corporibus, sibi invicem pia quam saepe defigunt oscula. Collum utriusque partim pro amore partimque pro patris morte fusae madefecere lacrimae; quibus vix extinctis, mutuo refocillantur affamine. Ubi dum quisque fortunam fratris inquireret, propriam quoque patefaceret, Cnuto, qui natu maior fuerat, sic Haroldum fratrem alloquitur: *Adveni, frater, partim causa tui amoris, partim vero ut declinarem inprovisam temeritatem barbarici furoris, non tamen metuens bellorum quae meae repetam gloriae, sed ut tuo consultu edoctus presidioque suffultus redeam certus victoriae. Est autem primum quod mihi facies, si non gloriae meae invides, ut dividas mecum regnum Danorum, meam scilicet hereditatem quam solus tenes, deinde regnum Anglorum si communi opera poterimus nostrae hereditati adicere: unum horum, quodcumque elegeris, feliciter teneto, et ego aliud similiter tenebo. Huius rei gratia tecum hiemabo, ut tempus tuo sufficiat consilio, et ut expedit reparentur naves et exercitus, ne deficiant necessaria, dum pugnae ingruerit tempus. Thurkil noster nos relinquendo, ut patrem, in terra resedit, et magnam partem navium nostrarum retinuit, et ut reor nobis adversarius erit, sed tamen non prevalebit.*

a) At — Itaque *desunt* 2. b) *i. e.* alienigenam. c) I. 1. d) omnis *corr.* omnes 1; omnis *Ch. et* 2. e) conversari vitam *male Ch. L.* f) *deest in editis.* g) *in loco raso alio atramento* 1. h) *haec vel alia eiusmodi vox excidit in c.* i) mouebat *Ch.*

7) i. e. Anglis.

Haroldus rex[a] audito quod noluit[b], his fratrem verbis excepit: *Gaudeo, frater, de tuo adventu, habeoque gratias tibi quod me visitasti, sed est grave auditu quod loqueris de divisione regni. Hereditatem quam mihi pater te laudante tradidit, guberno, tu vero hac maiorem si amisisti doleo, teque iuvare paratus, regnum meum partiri non sustinebo.*

Hoc Cnuto audiens fratremque recte loquutum tacite perpendens: *Hoc tempore de hoc sileamus*, inquit, *Deus enim rectius fortasse hoc solus ordinabit.* Talibus aliisque diversis sermonibus colloquentes conviviisque regalibus convivantes, aliquanto tempore simul[c] manserunt, et naves meliorantes exercitum restauraverunt. Pariter vero Sclavoniam[c*] adierunt, et matrem suam[8], quae illuc[d] morabatur, reduxerunt.

3. *Translatio corporis Sueini in Danomarchiam.* Interea quaedam matronarum Anglicarum navim sibi fecit parari, et assumpto corpore Sueini regis sua in patria sepulti, illoque aromatibus condito palliisque velato, mare adiit, et prospero cursu appulsa ad portus Danorum pervenit. Mittens ergo utrisque fratribus nuntium, mandat corpus adesse paternum, ut hoc maturent suscipere, tumuloque quod sibi paraverat[e] locare. Illi hilares adsunt, honorifice corpus suscipiunt, honorificentiusque illud in monasterio[8*] in honore sanctae Trinitatis ab eodem rege constructo, in sepulchro quod sibi paraverat, recondunt. 1015.

Quo perfecto iamque appropiante sole aestivo, accelerat Cnuto redintegrato exercitu redire suasque iniurias vindicare. At illi circa litora deambulanti subito apparescunt carbasa non multa in medio mari. Nam Thurkil memor quod Sueino fecerat, et quod tunc in terra[f] absque licentia domini sui Cnutonis inconsulte remanserat, cum novem navibus earumque exercitu dominum suum requisivit, ut ei patefaceret, quia non contra eius salutem se recedente remanserit. Qui veniens, non presumpsit litora iniussus subire, sed eiectis anchoris premissisque nunciis, poscit se portus subintrare licere. Quod ubi concessum est, ascendit misericordiamque domini sui quesivit, et illi multo labore conciliatus, dat fidei sacramentum, se illi deinceps fideliter serviturum. Cum quo mense plus integro moratur, et ut ad Anglos redeat hortatur, dicens eum leviter illos posse superare, quorum fines longe lateque notificarentur utrisque. Presertim, aiebat, se triginta naves in Anglorum patria cum exercitu fidissimo reliquisse, qui venientes sussciperent honorifice, ducerentque per fines totius patriae.

4. Tunc rex valedicens matri et fratri, curvi litoris repetiit confinia, qua iam adunaverat ducentarum navium spetiosa spectacula. Nam hic erat tanta armorum copia, ut una earum navium, si omnibus reliquis defecissent, sufficeret habundantissime tela. Erant autem ibi scutorum tanta genera, ut crederes adesse omnium populorum agmina. Tantus[g] quoque decor inerat pupibus, ut intuentium hebetatis luminibus, flammeae magis quam igneae viderentur a longe aspicientibus. Si quando enim sol illis iubar inmiscuit radiorum, hinc resplenduit fulgur armorum, illinc vero flamma dependentium clipeorum. Ardebat aurum in rostris, fulgebat quoque argentum in variis navium figuris. Tantus siquidem classis erat apparatus, ut si quam gentem eius vellet expugnare dominus, naves tantum adversarios terrerent, priusquam earum bellatores pugnam ullam capescerent. Nam quis contrariorum leones auri fulgore terribiles, quis metallinos homines aureo fronte minaces, quis dracones obrizo ardentes, quis tauros radiantibus auro cornibus necem intentantes in puppibus aspiceret, et nullo metu regem tantae copiae formidaret? Praeterea in tanta expeditione nullus inveniebatur servus, nullus ex servo libertus, nullus ignobilis, nullus senili aetate debilis; omnes enim erant nobiles, omnes plenae aetatis robore valentes, omnes cuivis pugnae satis habiles, omnes tantae velocitatis, ut despectui eis essent equitantium pernicitates.

5. Talis[h] itaque milicies fastuosis scansis ratibus, intrat pelagus solutis a litore anchoris et funibus, talique verrit impetu fluctus, ut alatis puppibus hanc super volare undas putares vix tanto mari rudentibus. Regalis autem navis reliquis erat honor et intentio, quia nulla aliis inerat optio, nisi tantum ut regis sui fasces ampliarent toto studio. Exspectabili itaque ordine flatu secundo Sanduich[i. 9], qui est omnium Anglorum portuum famosissimus, sunt appulsi, eiectisque anchoris, batulis[k. 9*] exploratores se dedunt litori, Aug. Sept. 9

a) dux 2. b) uoluit 2. c) *in marg. additum.* c*) Astloniam 2. d) illic *edd.* e) praeparaverat *edd.* f) t. Anglica 2.
g) *quae sequuntur usque verba* equitantium pernicitates *desunt* 2. h) Tantus 2. i) Sandwyth 2. k) baculis *edd. male.*

8) Miseconis Polonorum ducis filiam. Thietm. 7, 28. SS. III, 848. 8*) Roskild. 9) Sandwich.
9*) i. e. batellis, cymbis.

1015. et citissime finitima tellure explorata, ad nota recurrunt navigia, regique edicunt, adesse resistentium parata milia. Patrienses enim regi Danisque ferventissime rebellare ardentes, quas sibi ad luctam sufficere credebant adunaverant phalanges, conglobatique et in unum conspirati advolitabant, dextris nobilium morituri[a].

6. Tunc[b] Turkil tempus intuens instare, quo fidelitatem suam domino suo valebat patefacere: *Ego* inquit *hoc certamen domino meo accurabo cum meis evincere, nec regem meum ad bellandum, utpote iuvenem ferventissimum, huic misceri patiar pugnae? Nam si victor fuero, regi ipsi triumphabo; si autem cecidero sive tergum dedero, non Anglis gloriae erit adeo, quia rex supererit, qui et proelium restaurabit[c] et fortasse victor meas iniurias vindicabit.* Hoc dictum cum sanae[c] mentis esse videretur omnibus, annuente rege ascendit cum suis e
10 navibus, dirigens aciem contra Anglorum inpetum, qui tunc in loco Scorastan dicto[10] fuerat congregatus. Quadraginta denique navium et eo amplius Danorum exercitus ascenderat, sed adhuc hic numerus medietati hostium minime par fuerat. At dux eorum, magis fisus virtute quam multitudine, omnes rumpens morulas classica insonuit, gradiens in prima fronte, et mente semper Dei auxilium exorans, queque obvia metebat mucronis acie. Angli vero in primis fortiores, dira cede Danos obtruncarunt, in tantum ut paene victoriam adepti adversarios fugere cogerent, si non ducis alloquio retenti memoresque virtutis fugam erubescerent. Namque memorabat ille abesse diffugium, in terra scilicet hostes, et a litore longe remotas pupes, ideoque si non vincerent, quod pariter occumbere deberent. Unde illi animosiores effecti, in praelio ilico manifestant, quam periculosa sit desperatio. Enimvero de refugio fugae desperati, tanta in hostes debachati sunt insania, ut non tantum mortuorum aspiceres corpora cadentia, verum etiam vivorum ictus declinantia. Tandem ergo potiti optata victoria, suorum quae reperire poterant tumulabant membra. Ab adversariis[e] quoque diripientes spolia revertuntur, et adiacentem regionem invadendam accinguntur.

7. Hoc primum decus Turchil armis Cnutonis auxit, et magnam partem patriae[11] pro hoc postmodum promeruit. At tunc ad dominum regressus, ei et sotiis suos indicat eventus, facitque eos spoliis quae attulit ardentiores ad pugnam, manubiis letus et palmae successibus. Quo exemplo Eric quidam, dux et princeps provintiae quae Nordwega[f] dicitur, incitatus — nam et his[g] Cnutonis regis intererat officialibus, iam diu illi subditus, vir armis strenuus, omni honorificentia dignus, — accepta licentia cum suis est egressus, et partem terrae aggressus spolia diripuit, vicos invadendo destruxit, occurrentes sibi hostes domuit, et multos ex eis captivavit, tandemque victoriosus ad socios cum spoliis redit. Quo re-
1016. verso, rex parcens patriae prohibuit ultra eam predari; sed iussit civitatem Londoniam, metropolim terrae, obsidione teneri, quia in ea confugerant optimates et pars exercitus, et maximum, ut est populosissima[h], vulgus[12]. Et quia hoc pedites equitesque nequibant explere, undique enim mari quodammodo non pari vallatur[i] flumine, turritis pupibus eam coangustare fecit, et firmissima vallatione tenuit.

Deus itaque, qui omnes homines vult magis salvare quam perdere, intuens has gentes
Apr. 23. tanto periculo laborare[k], eum principem[13] qui interius civitati presidebat educens e corpore, iunxit quieti sempiternae, ut eo defuncto liber Cnutoni ingressus pateret, et utrique populo confecta pace paulisper respirare copia esset. Quod et factum est. Nam cives suo honorifice sepulto principe initoque salubri consilio, elegerunt[l] internuntios mittere et regi placita mandare, videlicet ut dexteram illis daret et civitatem pacifice susciperet. Hoc ut[m] Cnutoni satis videretur probabile facto, foedus firmatum est, ingressui eius die constituto. At pars interioris exercitus sprevere[n] statutum civium; latenterque nocte illa cuius sequenti die ingressus est rex, cum filio[14] defuncti principis egressi sunt civitatem, ut experirentur rursus collecta innumerabili manu, si forte a finibus suis valerent arcere ingressum regem. Nec quieverunt, quousque omnes paene[o] Anglos sibi magis adhuc adclines quam Cnutoni conglobarent. Cnuto autem civitatem intravit, et in solio regni resedit. Sed

a) dextris nobilituri 2. b) T *vacat* 1. c) restaurabit et dicabit. Hoc dictum cum sane mentis et fortasse victor meas iniurias vindicabit. Hoc dictum cum sane 2. e) adueriis 1. f) Northwigiam 2. g) *i. q.* is. h) iuxta unum est ut pop. 2. i) vallantur *edd.* k) labore 1. l) sibi *addit* 2. m) ubi *Ch.*; viri 2. n) spernere 2. o) penae 1.

10) fortasse Sherston in Wiltonia. 11) Ostangliam scilicet. 12) cf. Thietmari Merseburgensis lib. 7. cap. 28. SS. T. III. p. 849. 13) Aethelredum II. regem, Emmae maritum. 14) Aedmundo rege.

tamen Londonienses non sibi adhuc esse fideles credidit; unde et navium stipendia illa 1016. aestate restaurare fecit, ne si forte exercitus adversariorum civitatem oppugnaret, ipse ab interioribus hostibus exterioribus traditus interiret. Quod cavens, rursus ad tempus ut prudens cessit, et ascensis ratibus ac civitate relicta, insulam Scepei[15] dictam cum suis 15 petiit, ibique hiemans pacifice eventum rei expectavit.

8. Aedmund itaque — sic enim iuvenis qui exercitum colligerat dictus est — recedente Cnutone, cum populo non mediocri sed innumerabili veniens, civitatem pompatice ingreditur, et mox eum universi sequuntur, obtemperant et favent, et virum fortem fieri suadent, dicentes quod eum magis quam Danorum principem eligerent. Erat quoque eius partis[a] comes primus Edricus, consiliis pollens sed tamen dolositate versipellis[b], quem sibi ad aurem posuerat Aedmund in omnibus[c] negotiis. Fertur autem ipse iuvenis illo tempore domino Cnutoni recedenti singularem pugnam obtulisse; sed rex sapiens dicitur sic respondisse: *Ego tempus luctae praestolabor congruae, dum non casum suspectus, certus fuero victoriae; tu vero, qui aves duellum in hieme, cave ne deficias etiam aptiori tempore.* Sic rex ut dictum est in Scepei, quod est dictum latine insula ovium, ut poterat hiemavit. Aedmund autem in Londonia, dimisso exercitu, ultimam hiemem duxit.

9. Recedente vero brumali tempore, tota quadragesima rursus militiam adunavit, et mox post pascales dies regem et Danos a finibus Anglorum deturbare paravit, et veniens cum innumerabili multitudine, eos subito cogitavit invadere. At sermo non latuit Danos, qui puppibus postpositis[d] petunt arida, aptantes se excipere quaeque obvia. Erat namque eis vexillum miri portenti, quod licet credam posse esse incredibile lectori, tamen, quia verum est, verae inseram lectioni. Enimvero dum esset simplissimo candidissimoque intextum serico, nulliusque[e] figurae in eo inserta esset imago[f], tempore belli semper in eo videbatur corvus ac si intextus, in victoria suorum quasi hians ore excutiensque alas, instabilisque[g] pedibus; et suis devictis quietissimus totoque corpore demissus. Quod requirens Turchil, auctor primi prelii: *Pugnemus* inquit *viriliter, sotii, nihil enim nobis erit periculi; hoc denique testatur instabilis corvus presagientis vexilli.* Quo audito Dani[h] audentiores effecti, ferratisque induviis indurati, occurrunt Anglis in Aesceneduno[i, 16] loco, quod nos Latini montem fraxinorum possumus interpretari. Ibique nondum congressione facta, Edric, quem primum comitum Aedmundi diximus, hec suis intulit affamina: *Fugiamus, o sotii, vitamque subtrahamus morti imminenti, alioquin occumbemus ilico; Danorum enim duritiam nosco*[k]. Et velato vexillo quod dextra gestabat, dans tergum hostibus magnam partem militum bello fraudabat[l]. Et ut quidam aiunt, hoc non causa egit timoris sed dolositatis, ut postea claruit; quia hoc eum clam Danis promisisse, nescio quo pro beneficio, assertio multorum dicit. Tunc Aedmund hoc intuitus et undique angustiatus: *O Angli*, inquit, *aut hodie bellabitis, aut omnes*[m] *una in deditionem ibitis. Pugnate ergo pro libertate et patria, viri cordati; hi quippe qui fugiunt, utpote formidolosi, si non abirent, essent impedimento exercitui.* Et haec dicens in medios ingreditur hostes, circumquaque caedens Danos, nobiles hoc exemplo suos reddens ad bellandum proniores.

10. Commissum est ergo prelium pedestre gravissimum, dum Dani, licet pauciores, nescii cedere magis eligerent internetionem quam fugae periculum. Resistunt itaque viriliter, et prelium hora diei nona ceptum ducunt in vesperam, se gladiis haud sponte opponentes, sed gladiorum aculeis voluntarius[n] alios urgentes. Cadunt utriusque partis armati, plus tamen eius quae erat numero eminentiori. At ubi iam advesperante noctis adessent tempora, vincit amor victoriae tenebrarum incommoda, quia neque horrebant tenebras instante cura maiore, neque etiam nocti dignabantur cedere, in hostem tantum dum ardebant prevalere. Et nisi luna clarescens ipsum monstraret hostem, cederet quisque suum commilitonem, ut inimicum resistentem, nullusque utriusque partis superviveret nisi quem fuga salvasset. Interea ceperunt Angli fatigari paulatimque fugam meditari, dum intuentur Danos in hoc conspiratos, quatenus aut vincerent aut usque ad unum omnes una perirent. Videbantur enim eis tunc numerosiores et in tam diutina conflictatione[o] fortiores. Fortiores namque eos estimabant vera suspitione, quia iam stimulis ferri commoniti casuque suorum

a) partės *c.* b) versipell:::: *recenti manu correctum.* c) omni *c. rec. manu corr.* omnibus. d) posthabitis 2. *Ch.* e) nullius *Ch.* f) mago 1. g) in corvus presagientis vexilli et suis 2. h) equi *Ch. L.* i) Kekesdume 2. k) nasco 1. l) fraudebat 1. m) omnis *Ch.* n) *i. e.* magis voluntarie. o) conflectatione 1.

15) Shepey. 16) Assingdon in Essex.

1016. turbati, magis videbantur sevire quam bellare. Unde Angli terga vertentes, hac et illac fugitant absque mora, semper ante adversarios[a] cadentes, adduntque decus honori[b] Cnutonis et victoriae, decorato Aedmundo fugiente principe. Qui[c] licet devictus valentioribus cedens recederet, tamen adhuc non penitus desperans, tutis se commisit locis, ut demum fortiori multitudine collecta iterum experiretur, si quid forte sibi boni succedere posset. At Dani fugientes non longe sunt persecuti, quia incogniti locorum noctis obscuritate sunt retenti. Angli vero loci non inscii, cito a manibus hostium sunt elapsi, eos relinquentes ad spolia, seseque dantes ad inhonesta refugia.

11. Tunc victores sua leti victoria, transacta iam nocte plus media, pernoctant quod supererat inter mortuorum cadavera. Non autem in nocte spolia dirimunt, sed interim suos requirunt, seseque adunantes ut securiores esse possent, simul omnes uno in loco persisterunt[d]. Inlucescente vero iam mane, suorum agnoscunt multos in prelio cecidisse, quorum cadavera ut poterant tumulavere. Ab adversariorum quoque membris abradunt spolia, bestiis et avibus eorum relinquentes morticinia, et ad naves redeuntes Londoniamque repetentes, saniora sibi querunt consilia. Similiter et Angli suo cum principe sibi consulunt, et super hoc negotii Dei auxilium querunt, ut qui totiens armis sunt[e] devicti, saltem aliquo consilio remanerent[f] suffulti.

12. Iam etiam Edric, qui antea[g] a bello recessit profugus, ad dominum suum et ad socios rediit; et susceptus est, quia vir boni consilii fuit. Is surgens in medio agmine, omnes tali alloquutus est sermone: *Licet omnibus pene vobis sim invisus quia bello cessi, tamen si vestris sederet animis dictis parere mei consilii, victoriosiores effici meo consultu*[h] *possetis, quam*[i] *si totius terrae his viris resisteretis armis. Satis enim Danorum victorias expertus, frustra nos reniti omnino scio, et ob hoc me subtraxi a prelio, ut vobis postmodum prodessem consilio; non, ut vos estimatis, perculsus timore aliquo. Dum enim scirem necesse esse me fugere, quid satius fuit, aut vulneratum aut sanum recedere? Est proculdubio certa victoria, interdum ab fortiori hoste elabi fuga, cui nequit resisti per arma. Omnes enim qui adsumus proh dolor fugimus; sed ne hic casus vobis eveniat ulterius, dextras Danis demus, ut ipsos foederatos habentes fugam periculumque bellorum sic saltem declinemus. Attamen hoc aliter nequit fieri nisi divisione regni nostri. Et melius esse iudico, ut medietatem regni rex noster cum pace habeat, quam totum pariter invitus amittat.*

13. Placuit sermo optimatibus, et licet invitus, hoc tamen annuit Aedmundus[k]; electisque internuntiis, premittit ad naves Cnutonis, qui dextras Danis dent et accipiant ab eis. Quos ubi primum Dani venientes intuentur, exploratores eos esse suspicantur. Sed postquam propius eos vident accedere, accersitis eis quidnam quaesierint orsi sunt rogitare. Discentes vero ab eis pro conficienda pace eos venire, letantes eos sistunt conspectibus regis; erant enim obnixe optantes prospera pacis, iam lassi bellorum et continuatione navigationis. Tunc missi, rege pacifice salutato: *Miserunt nos* inquiunt *ad te, o rex, princeps noster et procerum nostrorum multitudo, ut consentias eis de pace, et datis nobis dextris et obsidibus, a nobis itidem*[l] *recipias cum regni medietate. Dominare in australi*[m] *parte cum quiete, e regione autem sit noster Aedmundus in finibus meridianae plagae. Huius rei gratia ad te sumus legati; tu vero bene faciens placito consenti; alioquin licet simus semel et iterum a vobis bello deturbati, adhuc tamen maiori violentia roborabimur vobiscum bellaturi.* Quibus rex non temere respondit, sed ipsis amotis consilium a suis quaesivit, et sic eis postmodum pacifice consensit. Audierat enim a suis, quod multi suorum defecissent, nec erat qui locum morientium suppleret, cum longe remoti[n] a propria patria essent. Anglorum quoque quamquam perplurimi interficerentur, numerus eorum non adeo minuebatur, quia in propriis positi[o], semper qui morientis locum restauraret inveniebatur. Revocatis itaque internuntiis: *Vestris* inquit rex, *o iuvenes, legationibus consentio, et uti dixistis media mihi libere*[p] *erit regio; sed tamen vectigal etiam suae partis vester rex, quicumque ille fuerit, exercitui dabit meo. Hoc enim illi debeo, ideoque aliter pactum non laudo.*

14. Foedere itaque firmato, obsides dantur ab utraque parte, et sic exercitus solutus bellorum inportunitate, optata letus potitur pace. Verumtamen Deus memor suae antiquae doctrinae, scilicet omne regnum in se ipsum divisum diu permanere non posse, non longo

a) aduersarium *edd.* b) *deest in edd.* c) *hinc alia manus* 1. d) perspicerunt 2. e) omnia 2. f) valerent remanere *edd.* g) cum 2. h) mei consilii 2. i) quoniam 2. k) Aemundus 1. l) interdum 2. m) boreali *edd.* n) tum *addit* 2. o) positis *edd.* p) libenter 2.

post tempore Aedmundum eduxit e corpore[17], Anglorum misertus imperii, ne forte si uterque superviveret, neuter regnaret secure, et regnum diatim adnihilaretur[a] renovata contentione. Defunctus autem regius iuvenis regio tumulatur sepulchro, defletus diu multumque a patriensi populo; cui Deus omne gaudium tribuat in celesti solio. Cuius rei gratia eum Deus iusserit obire, mox deinde patuit; quia universa regio ilico Cnutonem sibi regem elegit; et cui ante omni conamine restitit, tunc sponte sua se illi et omnia sua subdidit. 1016. Nov. 30.

15. Ergo miseratione divina monarchiam regni Cnuto vir strenuus suscepit, et nobiliter duces et comites suos disposuit, et fine tenus deinceps regnum Anglorum pacifice tenuit. Erat autem adhuc primaeva aetate florens, sed tamen indicibili prudentia pollens. Unde contigit, ut eos quos antea Aedmundo sine dolo fideliter militare audierat diligeret, et eos quos subdolos scierat atque tempore belli in utraque parte fraudulenta tergiversatione pendentes odio haberet, adeo ut multos principum quadam die occidere pro huiusmodi dolo iuberet. Inter quos Edricus qui a[b] bello fugerat, cum praemia pro hoc ipso a rege postularet, acsi hoc pro eius victoria fecisset, rex subtristis[c]: *Qui dominum* inquit *tuum decepisti fraude, mihine poteris fidelis esse? Rependam tibi condigna praemia, sed ea ne deinceps tibi placeat fallatia.* Et Erico duce suo vocato: *Huic* ait *quod debemus persolvito; videlicet, ne nos decipiat, occidito.* Ille vero nil moratus bipennem extulit, eique ictu valido caput amputavit, ut hoc exemplo discant milites regibus suis esse fideles, non infideles. 1017.

16. Omnibus itaque rite dispositis, nil regi defuit absque nobilissima coniuge; quam ubique sibi iussit inquirere, ut inventam[d] hanc legaliter adquireret, et adeptam imperii sui consortem faceret. Igitur per regna et per urbes discurritur, et regalis sponsa perquiritur; sed longę lateque quaesita, vix tandem digna repperitur. Inventa est vero haec imperialis sponsa in confinitate Galliae et praecipue in Normandensi regione[e. 18], stirpe et 18
opibus ditissima, set tamen pulchritudinis et prudentiae delectamine omnium eius temporum mulierum prudentissima, utpote regina famosa. Propter huiuscemodi insignia multum appetebatur a rege, et pro hoc precipue quod erat oriunda ex victrici gente, que sibi partem Gallie vendicaverat invitis[f] Francigenis et eorum principe. Quid multis immoror? Mittuntur proci ad dominam, mittuntur dona regalia, mittuntur et[g] verba precatoria. Sed abnegat illa, se unquam[h] Chnutonis sponsam fieri, nisi illi iusiurando affirmaret, quod nunquam alterius coniugis filium post se regnare faceret nisi eius, si forte illi Deus ex eo filium dedisset. Dicebatur enim ab alia quadam rex filios habuisse; unde illa suis prudenter providens, scivit ipsis sagaci animo profutura preordinare. Placuit ergo regi verbum virginis[19], et[i] iusiurando facto virgini placuit voluntas regis; et sic Deo gratias domina Emma mulierum nobilissima fit coniunx regis fortissimi Cnutonis. Letatur[k] Gallia, letatur etiam Anglorum patria, dum tantum decus transvehitur per aequora. Letatur, inquam, Gallia tantam tanto regi dignam se enixam; Anglorum vero letatur patria, talem se recepisse in oppida. O res millenis milies petita[l] votis, vixque tandem effecta auspicante gratia Salvatoris. Hoc erat quod utrobique vehementer iam dudum desideraverat exercitus, scilicet ut tanta tanto, digna etiam digno, maritali convinculata iugo, bellicos sedaret motus. Quid enim maius ac desiderabilius esse posset in votis, quam dampnosos ingratosque labores belli placida finiri tranquillitate pacis, cum pares paribus vi corporis virtuteque animi concurrerent, cumque nunc hi nunc vero illi alternante casu belli non sine magno detrimento sui vincerent?

17. Verum ubi divina dispensatione multisque alterutrum diu habitis internuntiis maritali se tandem copula placuit confederari, difficile creditu est, quanta repente in utrisque alteri de altero exorta sit magnitudo gaudii. Gaudebat enim rex, nobilissimis insperato se usum thalamis; haec autem hinc praestantissima virtute coniugis; hinc etiam spe gratulabunda accendebatur futurae prolis. Ineffabiliter[m] quoque uterque gaudebat exercitus, opes Iul.

a) adnihilatur *c.* b) ita *edd.*; et 2. c) substritus 2. d) *ita* 1; iuuentam *edd.* e) ne stirpe *usque* voluntas regis *exciderunt in* 1. *ubi in schedula inter quaterniones scripta fuisse videntur, dum* regio *in fine quaternionis*, et sic Deo gratias *et reliqua in sequenti atque alia manu scripta leguntur; adsunt in edd. et* 2. f) invictis 2. g) etiam *edd.* h) nunquam 2. i) *deest* 2. k) letaetur 1. l) parata *edd.* m) Inaestimabiliter *edd.*

17) occisum scilicet, Cnutone saltem haud ignaro nec invito. Omnia haec brevissime tantum et velata veritate noster tradit. 18) quo apud fratrem moratura abierat. 19) quae scilicet ex priore marito Ethelredo II. Aelfredum, Aedwardum et filias genuerat, sed viridis adhuc aetatis erat.

1017. suas communibus sperans augendas viribus, ut rei postmodum probavit exitus. Quam plures enim populi domiti bello, gentesque complures longe distantes vita, moribus etiam et lingua, aeternaliter regi regiaeque posteritati[a] annua[b] compulsi sunt solvere vectigalia. Sed quid mirum, si tantus talisque rex repugnantes sibi dimicando devinceret? cum quam plurimos partim liberali largitione partim patrocinandi gratia imperio suo ultroneos submitteret? Profecto non mirum. Quoniam illic divina aspirat gratia, ubi iustitiae[c] probitatisque aequa libratur trutina.

18. Sed quid multis immoror? Gaudium magnum in coniugatione tantorum dixi fuisse; multo autem amplius dico, suscepta masculae prolis[d] oportunitate. Non multo post siquidem, Salvatoris annuente gratia, filium peperit nobilissima regina. Cuius cum uterque parens intima atque ut ita dicam singulari gauderet dilectione, alios vero liberales filios[20] educandos direxerunt Normanniae, istum hunc retinentes sibi, utpote futurum heredem regni. Itaque dilectissimum pignus, uti mos est catholicis, sacro abluerunt fonte baptismatis, imponuntque ei vocabulum quodammodo optinens indicium futurae virtutis. Vocatur siquidem Hardocnuto, nomen patris referens cum additamento. Cuius si ethimologia theutonice perquiratur, profecto quis quantusve fuerit dinoscitur. Harde quidem velox vel fortis, quod utrumque, multoque maius his, in eo uno cognosci potuit, quippe qui omnes sui temporis viros omnium virtutum praestantia anteivit. Omnes igitur eius virtutes enumerare nequeo; quapropter ne longius a proposito exorbitem, supra repetam historieque sequar ordinem.

19. Adulto denique puero de quo sermo agitur, pater adhuc in omni felicitate degens, omne regnum suae dicioni subiectum sacramento devinxit, eumque postmodum ad optinendam monarchiam regni Danorum cum delectis militibus misit. Cum autem rex Cnuto solum inprimis Danorum optineret regimen, quinque regnorum, scilicet Danomarchiae, Angliae, Britanniae, Scothiae, Nordwegae vendicato dominio, imperator extitit. Amicus vero et familiaris factus est viris ecclesiasticis, adeo ut episcopis videretur coepiscopus pro exibitione totius religionis, monachis quoque non secularis, sed coenobialis pro continentia humillimae devotionis. Defensabat sedulo pupillos et viduas, sustentabat orphanos et advenas, leges oppressit iniquas earumque sequaces, iustitiam et equitatem extulit et coluit, ecclesias extruxit et honoravit, sacerdotes et clerum dignitatibus ampliavit, pacem
81 et unanimitatem omnibus suis indixit[21], ut de eo illud Maronicum[22] dici posset, nisi extra catholicam fidem hoc fuisset:

Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane;
Divisum imperium cum Iove Cesar habes[e].

20. Deo omnimodis[f] placita studuit, ideoque quicquid boni agendum esse didicerat; non negligentiae sed operationi committebat. Quae enim ecclesia adhuc eius non letatur donis[g]? Sed ut sileam quae in suo regno positis egerit, huius animam cotidie benedicit Italia, bonis perfrui deposcit Gallia, et magis omnibus hunc in coelo cum Christo gaudere
1026. orat Flandria. Has enim provintias transiens, Romam petiit; et ut multis liquet, tanta hoc in itinere misericordiarum opera exibuit, ut si quis haec describere omnia voluerit, licet innumerabilia ex his fecerit volumina, tandem deficiens fatebitur, se vix etiam cucurrisse per minima. Nam quid singulis in locis fecerit sileo; verumtamen ut credibiliora fiant quae assero, quid in una urbe Sancti Audomari fecerit dicam pro exemplo, quod etiam oculis meis me vidisse recordor.

Ingressus monasteria et susceptus cum magna honorificencia, humiliter incedebat, et mira cum reverentia, in terram defixus lumina, et ubertim fundens lacrimarum ut ita dicam flumina, tota intentione sanctorum expetiit suffragia. At ubi ad hoc perventum est, ut oblationibus regiis sacra vellet cumulare altaria: ô[h] quotiens primum pavimento lacrimosa infixit oscula, quotiens illud pectus venerabile propria puniebant verbera, qualia dabat suspiria, quotiens precabatur ut sibi non indignaretur superna clementia! Tandem a suis ei innuenti[i] sua porrigebatur oblatio, non mediocris, nec quae aliquo clauderetur in marsupio, sed ingens allata est palleati[22*] extento in gremio, quam ipse rex suis manibus

a) postestari *c.* b) Emma 2. c) ulstitiae *c.* d) proles *c.* e) habet *edd.* f) omnibus modis *edd.* g) bonis *edd.* h) ohe *edd.* i) *ita* 1. *bene;* imminenti *edd.;* immerenti *conïicit Ch.*

20) Aelfredum et Eduardum. 21) cf. Thietmari Merseburgensis dictum lib. 8. cap. 5. SS. T. III. p. 863. 22) in Donati vita Virgilii apud Burmannum pag. IX. 22*) viri pallio induti.

1026. altari imposuit, largitor hilaris monitu apostolico. Altari autem cur dico, cum vidisse me meminerim, eum omnes angulos monasteriorum circuisse, nullumque altare licet exiguum preterisse, cui non munera daret et dulcia oscula infigeret? Deinde adsunt pauperes, munerantur etiam ipsi protinus singulatim omnes. Haec et alia his mirificentiora a domno Cnutone gesta vidi ego, vester vernula, sancte Audomare, sancte Bertine, cum fierent vestris in coenobiis; pro quibus bonis tantum regem impetrate vivere in caelestibus habitaculis, ut vestri famuli canonici et monachi sunt orantes orationibus cotidianis.

21. Discant igitur reges et principes huius domini imitari acciones, qui ut valeret scandere sublimia, sese humiliavit in infima; et ut posset adipisci caelestia, hilariter largitus est terrestria. Non enim fuerat oblitus propriae conditionis modum[a], quod moriturus erat in mundo et relicturus quaeque possunt concupisci in seculo; et ob hoc divicias quas secum nequivit moriens auferre, vivens Deo et sanctis eius locis partitus est honorifice: ne forte si avariciae studeret, omnibus invisus viveret, nullusque esset qui eius animae aliquid boni oraret, et alius ei succederet, qui in eius regno largus viveret et de eius parcitate indignaretur. Verum hoc ne fieret satis cavit, et suis posteris bonum exemplum largitatis totiusque bonitatis reliquit; quod et ipsi adhuc Deo gratias, servant, optime pollentes in regni moderamine et in virtutum decore.

22. Tantus itaque rex postquam Roma est reversus[23], et in proprio regno[b] aliquantis- 1027. per demoratus, omnibus bene dispositis transiit ad Dominum, coronandus in parte dextera ab ipso Domino auctore omnium. Turbabantur itaque eius obitu omnes qui audierant, 1035. Nov. 11. maximeque qui eius solio deservierant, quorum maxima pars cuperet ei commori, si hoc non[c] displiceret divinae dispositioni.

23. Lugebat domina Emma eius regina cum patriensibus, ululabant pauperes cum potentibus, flebant episcopi et clerici cum monachis et sanctimonialibus; sed quantum lugebatur in mundo, tantum laetetur in caeli palatio. Isti flebant hoc quod perdiderant, illi gratulentur de eius anima quam suscipiant. Isti sepelierunt corpus exanime, illi spiritum deducant in sublime, letandum in aeterna requie. Pro eius transitu soli flebant terreni, sed pro eius spiritu interveniant cum terrenis etiam cives caelici. Ut eius gloria crescat cotidie, oremus Deum intente; et quia hoc promeruit sua bonitate, cotidie clamemus: *Anima Cnutonis requiescat in pace. Amen*[d].

EXPLICIT LIBER SECUNDUS.

INCIPIT LIBER TERTIUS.

1. Mortuo Cnutone rege honorificeque sepulto in monasterio in honore sancti Petri constructo Wintoniae[e], domina regina Emma sola remansit in regno, dolens de domini sui morte amara, et sollicita pro filiorum absentia. Namque unus eorum Hardecnuto scilicet, quem pater regem Danorum constituit, suo morabatur in regno; duo vero alii in Normanniae finibus ad nutriendum traditi, cum propinquo suo degebant Rotberto[24]. Unde factum 24 est, ut quidam Anglorum pietatem regis sui iam defuncti obliti, mallent regnum suum dedecorare quam ornare, relinquentes nobiles filios insignis reginae Emmae, et eligentes sibi in regem quendam Haroldum, quem[f] esse filium falsa aestimatione asseritur cuiusdam eiusdem regis Cnutonis concubinae; plurimorum vero assertio eundem Haroldum perhibet furtim fuisse subreptum parturienti ancillae, inpositum autem camerae languentis concubinae. Quod veratius credi potest. Qui electus metuensque futuri, advocat mox archiepiscopum[25] Aelnotum, virum omni virtute et sapientia preditum, imperatque et orat se benedici in regem, sibique tradi cum corona regale suae custodiae commissum sceptrum, et se duci ab eodem, quia ab alio non fas fuerat, in sublime regni solium. Abnegat archiepiscopus, sub iureiurando asserens, se neminem alium in regem, filiis reginae Emmae viventibus, laudare vel benedicere: *Hos meae fidei Cnuto commisit; his fidem debeo, et his fidelitatem servabo. Sceptrum, coronam sacro altari impono, et hoc tibi nec denego nec trado; sed episcopis omnibus, ne quis eorum ea tollat tibive tradat teve benedicat, apostolica autoritate interdico; tu vero, si presumis, quod Deo mensaeque eius commisi, invadito!* Quid

a) *excidit in editis.* b) *deest in editis.* c) *deest in edd.* d) *hinc spatio interiecto, scriba pergit; inscriptiones omissas supplevi.* e) *locus erasus* 1; Wyntonie 2; *deest in edd.* f) qui *edd.*

23) 1027. Mart. 26. coronationi Chuonradi II. interfuit. Wipo c. 16. 24) Normanniae duce. 25) Cantuariensem.

miser ageret, quo se verteret, ignorabat. Intentabat minas, et nihil profecit; spondebat[a] munera, et nil lucratus doluit; quoniam vir apostolicus nec valebat minis deici nec muneribus flecti. Tandem desperatus abcessit, et episcopalem benedictionem adeo sprevit, ut non solum ipsam odiret benedictionem, verum etiam universam fugeret christianitatis religionem. Namque dum alii aecclesiam christiano more missam audire subintrarent, ipse aut saltus canibus ad venandum cinxit, aut quibuslibet aliis vilissimis rebus sese occupavit, ut tantum declinare posset quod odivit. Quod Angli videntes dolebant; sed quia hunc sibi regem elegerant, hunc erubuerunt deicere; ideoque disposuerunt hunc sibi regem finetenus esse.

2. Domina autem regina Emma tacite exitum rei exspectabat, et aliquantisper sollicita auxilium Dei cotidie exorabat. At ille clam, quia nondum palam audebat, reginae insidias moliebatur; sed ut illi noceret, a nemine permittebatur. Unde ille cum suis maligno[b] excogitato consilio, natos dominae suae volebat interficere, ut sic securus deinceps in peccatis vivens posset regnare. Verumtamen nullum in hoc omnimodis effectum acciperet, nisi fraudulentorum dolo adiutus, hoc quod narrabimus adinveniret. Namque dolo reperto, fecit epistolam in persona reginae ad filios eiusdem, qui in Nordmannia morabantur[c], componere, cuius etiam exemplar non piget nobis subnectere:

3. *Emma tantum nomine regina, filiis Aeduardo et Alfrido materna impertit salutamina. Dum domini nostri regis obitum separatim plangimus, filii karissimi, dumque diatim[d] magis magisque regno hereditatis vestrae privamini, miror quid captetis consilii, dum sciatis intermissionis vestrae dilatione invasoris vestri imperii fieri cotidie soliditatem. Is enim incessanter vicos et urbes circuit, et sibi amicos principes muneribus minis et precibus facit; sed unum e vobis super se mallent regnare, quam istius qui nunc[e] eis imperat teneri ditione. Unde, rogo, unus vestrum ad me velociter[f] et private veniat, ut salubre a me consilium accipiat, et sciat quo pacto hoc negotium, quod volo, fieri debeat. Per presentem quoque internuntium, quid super his facturi estis, remandate. Valete, cordis mei viscera.*

4. Hac fraude iussu Haroldi tyranni composita, regiis adulescentulis est directa per
16 pellaces[26] cursores, eisque ex parte matris ignarae oblata, et honorifice ab eis, ut munus[g] genitricis, suscepta. Legunt dolos eius[h] nescii, et proh dolor[i] nimis falsitati creduli inconsulte remandant genitrici, unum eorum ad eam esse venturum, constituuntque ei diem et tempus et locum. Regressi[k] itaque legatarii, intimant Dei inimicis quae sibi responsa reddita sint a iuvenibus nobilissimis. Hinc illi prestolabantur eius adventum, et quid de eo facerent ad suum invenerunt detrimentum. Statuto ergo die Alfridus, minor natu, laudante fratre elegit sibi commilitones, et arripiens iter, Flandriae venit in fines; quo paululum cum marchione Balduino moratus, et ab eo rogatus ut aliquam partem suae militiae secum duceret propter insidias hostium, noluit; sed tantum Bononiensium paucos assumpsit, et ascensis puppibus mare transfretavit. At ubi litori venit contiguus, mox ab adversariis est agnitus. Qui occurrentes volebant eum adgredi, sed statim ille agnoscens, iussit naves a litore illo repelli. Alia autem ascendens in statione, matrem parabat adire, estimans se omnem insidiarum pestem evasisse. Verum[l] ubi iam erat proximus, illi comes Goduinus est obvius factus, et eum in sua suscepit fide, eiusque fit mox miles cum sacramenti affirmatione. Et devians eum a Londonia, induxit eum in villa Geldefordia[m, 27] nuncupata, inibique milites eius vicenos et duodenos decenosque singula duxit per hospicia, paucis relictis cum iuvene, qui eius servitio deberent insistere. Et largitus est eis habundanter cibaria et pocula, et ipse ad sua recessit hospicia, mane rediturus, ut domino suo serviret cum debita honorificentia.

5. Sed postquam manducaverant et biberant, et lectos, utpote fessi, libenter ascenderant, ecce complices Haroldi infandissimi tiranni adsunt, et singula hospicia invadunt, arma innocentum virorum furtim tollunt et eos manicis ferreis et compedibus artant, et ut crucientur in crastinum servant. Mane autem facto adducuntur insontes in medio, et non auditi dampnantur scelerose. Nam omnium exarmatis vinctisque post tergum manibus atrocissimis traditi sunt carnificibus, quibus etiam iussum, ut nemini parcerent nisi quem sors decima offerret. Tunc tortores vinctos ordinatim sedere fecerunt, satis supraque eis

a) Expendebat *edd.* b) iniquo 2. *edd.* c) morabamur 2. d) diaetim *corr.* e) non *edd.* f) foeliciter 2. g) minus 2. h) eiu *edd.* i) pudor 2. k) Regresi 1. l) *vox quaedam erasa.* m) *vox alio atramento inserta* 1. Gildefordia *edd.* 2.
26) i. e. fallaces. 27) Guilford in Sussex.

insultantes, illius interfectoris Thebeae legionis exemplo usi sunt, qui decimavit primum innocentes multo his mitius. Ille enim rex paganissimus christianorum novem pepercit, occiso decimo; at hi profanissimi falsissimique christiani bonorum christianorum novem perimerunt, decimo dimisso. Ille licet paganus christianos trucidaret, patulo tamen in campo eos nexibus non inretitos decollari iussit, ut gloriosos milites. At isti licet nomine christiani, actu tamen paganissimi, lanceolarum suarum ictibus non merentes heroas catenatos mactabant ut sues. Unde huiusscemodi tortores canibus deteriores digne omnia dicunt secula, qui non miliciae violentia sed fraudium suarum insidiis tot militum honesta dampnaverunt corpora. Quosdam ut dictum est perimebant, quosdam vero suae servituti mancipabant; alios ceca cupidine capti vendebant, nonnullos autem artatos vinculis maiori inrisioni reservabant. Sed divina miseratio non defuit innocentibus in tanto discrimine consistentibus, quia multos ipsi vidimus quos ex illa derisione eripuit caelitus sine amminiculo hominis ruptis manicarum compedumque obicibus.

6. Ergo quia militum agones succintim transcurrimus, superest ut et eorum principis, gloriosi scilicet Alfridi, martyrium narrando, seriem locutionis adbreviemus, ne forte si singulatim omnia quae ei acta sunt perstringere voluerimus, multis tibique precipue dominae reginae dolorem multiplicemus. Qua in re rogo te, domina, ne requiras amplius quam hoc, quod tibi parcendo breviter dicturi simus. Possent enim multa dici, si non tuo parceremus dolori. Est quippe nullus dolor maior matri, quam videre vel audire mortem dilectissimi filii. Captus est igitur regius iuvenis clam suo in hospicio, 28
eductusque in insula Heli dicta[28], a milite primum inrisus est iniquissimo. Deinde contemptibiliores eliguntur, ut horum ab insania flendus iuvenis diiudicetur. Qui iudices constituti decreverunt, illi debere oculi utrique[a] ad contemptum primum erui. Quod postquam parant perficere, duo illi super brachia ponuntur, qui interim tenerent illa, et unus super pectus unusque super crura, ut sic facilius illi inferretur poena. Quid hoc in dolore detineor? Mihi ipsi scribenti tremit calamus, dum horreo quae iuvenis passus est beatissimus. Evadam ergo brevius tantae calamitatis miseriam, finemque huius martyrii finetenus perstringam. Namque est ab inpiis tentus, effossis etiam luminibus inpiissime est occisus. Qua nece perfecta, relinquunt[b] corpus exanime, quod fideles Christi, monachi scilicet eiusdem insulae Heli, rapientes sepelierunt honorifice. In loco autem sepulcri eius multa fiunt miracula, ut quidam aiunt, qui etiam se haec vidisse saepissime dicunt. Et merito. Innocenter enim fuit martyrizatus, ideoque dignum est ut per eum innocencium exerceatur virtus. Gaudeat igitur Emma regina de tanto intercessore, quia quem quondam in terris habuit filium, nunc habet in caelis patronum.

7. At[c] regina tanti sceleris novitate perculsa, quid facto opus sit mente considerat tacita. Animus igitur eius diversus huc illucque rapitur, et se amplius tantae perfidiae credere cunctatur, quippe quae perempti filii inconsolabiliter confundebatur merore, verum multo amplius ex eiusdem consolabatur certa requie. Hinc duplici, ut diximus, angebatur causa, necis videlicet filii miserabili mestitia, tum vero reliquae suae vitae dignitatisque diffidentia. Sed fortassis hic mihi quilibet clamabit, quem livor huiusce dominae lividum onerosumque reddit, cur eadem nece mori refutabat, quae sub hac proditione necatum filium aeterna requie frui nullatenus dubitabat? Ad quod destruendum tali responsione censeo utendum, quoniam si persecutor christianae religionis fideique adesset, non vitae discrimen subire fugeret. Ceterum nefarium et execrabile cunctis ortodoxis videretur, si ambitione terreni imperii talis famae matrona vita privaretur, neque profecto emori, fortunis tantae dominae honestus exitus haberetur. Haec et his similia ante oculos ponens, et illud autenticum dominicae exortationis preceptum[29] suis fortunis conducibile censens, quo videlicet electis insinuat *quoniam si persequuti vos fuerint in una civitate, fugite in aliam,* pro suo casu spes satis honestas reliquae dignitatis conservandae exequitur, et tandem gratia superni respectus consilio sollerti utitur. Exteras nationes petere sibi utile credit, quod sagaci ratione finetenus perducit. Tamen quas petit non externas sibi experta est fore, quîs immorans haud secus ac suis colitur decentissime. Igitur pro re atque tempore quam pluri- 1037.
mos potest sibi fidos optimates congregat. His presentibus secreta cordis sui enucleat.

a) oculos utrosque 2. b) relinqunt 1. c) Regina vero tanti sceleris novitate perculsus atque doloris telo saucia, cum fidis proceribus mentis archana communicat atque cum iisdem clam navigat et stationi haud longe, *mediis omissis* 2.
28) Ely. 29) Matth. 10, 23.

A quibus etiam inito dominae probato consilio, commeatus classium eorum apparatur exilio. Itaque prosperis usi flatibus transfretant, et cuidam stationi haud longe[a] a castello Brug-
30 gensi[30] distanti sese applicant. Hoc castellum Flandrensibus colonis incolitur, quod tum frequentia negotiatorum tum affluentia omnium quae prima mortales ducunt famosissimum habetur. Hic equidem a marchione eiusdem provintiae Balduino, magni et invictissimi principis filio, eiusque coniuge Athala, quae interpretatur nobilissima, Francorum regis Rodberti et reginae Constantiae filia, honorifice, uti se dignum erat, recipitur. A quibus etiam in predicto oppido domus regali sumptui apta eidem reginae tribuitur, ceterum obsonium benigne offertur. Quae partim illa cum maxima gratiarum actione suscipit, partimque sese non indigere[b] quodammodo ostendit.

8. In tanta igitur posita securitate, legatos suo filio mittit Eduardo postulatum, ne versus se pigritaretur venire. Quibus ille obaudiens, equum conscendit et ad matrem usque pervenit. Sed ubi eis copia data est mutuo loquendi, filius se matris fortunas edocet miserari, sed nullo modo posse auxiliari, cum Anglici optimates nullum ei fecerint iusiurandum, quae res indicabat, a fratre auxilium expectandum[c]. His ita gestis Eduardus Normanniam revertitur[d], et mens reginae quid sibi foret agendum etiam nunc cunctatur. Post cuius reditum nuntios Hardecnutoni filio suo legat, qui tunc temporis regimen Danorum optinebat; per quos sui doloris novitatem aperit, et ut ad se[e] quantotius venire maturet petit. Cuius aures ut tanti sceleris horror incussit, primo omnium mens eius intolerabili obtusa dolore in consulendo fatiscit. Ardebat enim animo fratris iniurias ultum ire, immo etiam matris legationi parere.

9 Hinc utrique rei previdens, quam maximas potest navium militumque parat copias[f], quorum ampliorem numerum quodam maris in amfractu collocat, qui, si inter eundum sibi copia pugnandi seu etiam necessitas repugnandi accideret, presidio adventaret. Ceterum non amplius decem navibus se comitantibus ad matrem proficiscitur, quae non minima
1039. doloris anxietate fatigabatur. Dum igitur prospero cursui intenti, non modo certatim spumas salis aere ruebant, verum etiam suppara velorum secundis flatibus attollebant, ut maris facies non umquam certa sed semper mobilitate flatuum dubitanda habetur et infida, repente faeda tempestas ventorum nubiumque a tergo glomeratur et ponti superficies iam supervenientibus[g] austris turbabatur[h]. Itaque quod in tam atroci negotio solet fieri, anchorae de proris iactae harenis affiguntur fundi. Quae res tametsi tum illis fuerit inportuna, tamen non absque Dei nutu cuncta disponentis esse creditur acta, ut postmodum rei probavit eventus; membris omnium placidae quieti et somno[i] cedentibus. Nam postera nocte eodem Hardecnutone in stratu quiescente, divinitus quaedam ostenditur visio, quae eum confortans et consolans forti iubet esse animo. Hortatur preterea ne ab incepto desisteret, quia paucorum dierum intervallo iniustus regni invasor Haroldus scilicet occideret, et regnum patriis viribus domitum sibi iusto heredi iustissima successione incolume rediret.

10. Evigilans igitur somniator talibus inditiis certior fit, et Deo omnipotenti tantae consolationis causa gratias reddidit[k] simulque futura nullatenus dubitat, quae sibi memorata visio predixerat. Denique maris ira pacata omnique tempestate sedata, prosperis flatibus sinus pandit velorum; sicque secundo usus cursu, ad Brugensem sese applicuit portum. Hic anchoris rudibusque navibus affixis et nautis qui eas servarent expeditis, recta se via cum delectis ad hospicium dirigit matris. Qualis ergo meror qualisque letitia in eius adventu fuerit exorta, nulla tibi umquam explicabit pagina. Dolor haud modicus habebatur, dum in vultu eius faciem perempti[l] mater quadam imaginatione contemplaretur; item gaudio magno gaudebat, dum superstitem salvum adesse sibi videbat. Unde viscera divinae misericordiae se sciebat respicere, cum nondum tali frustraretur solamine. Nec longe post filio cum matre morante et memoratae visionis promissa expectante, nuntii
Mart. 17. leta ferentes nuntia adventant, qui videlicet Haroldum mortuum nuntiant[31], qui etiam referunt, Anglicos ei principes nolle adversari, sed multimodis iubilationibus sibi conletari; unde regnum hereditario iure sibi debitum non dedignetur repetere et suae dignitati eorumque saluti iuxta in medium consulere.

a) *cf. p.* 523, *not.* c. b) indigern *c.* c) expetendum 2. *L.* d) revehitur *Ch.* 2. e) se venire q. v. 1. f) *deest* 1. g) superuentibus 1. h) turbatur *edd.* i) somni 1; q. somni *edd.* k) emensoque mari ad matrem pervenit eidemque visum exponit. Nec longe post nuncii leta *medus omissis* 2. l) fratris *addit* 2.

30) Brügge. 31) cf. Adami Bremensis l. II. c. 72. pag. 332.

11. His Hardecnuto materque animati, repetere statuunt horas aviti regni. Cuius 1039.
rei fama ut populares impulit aures, mox cuncta dolore et luctu compleri cerneres. Dolebant enim divites eius recessione, cuius semper amabili fruebantur conlocutione, dolebant pauperes eius recessione, cuius diutinis largitionibus ab ęgestatis defensabantur onere; dolebant viduae cum orphanis, quos illa extractos sacro fonte baptismatis non modicis ditaverat. Quibus igitur hanc laudibus efferam nescio, quae ibidem numquam abfuit renascentibus in Christo. Hic eius fides patet laudanda, hic bonitas omnimodo celebranda. Quod si pro singulis eius benefactis parem disserere, prius me tempus quam rem credo deserere. Unde ad seriem nostrae locutionis propero redire.

12. Dum reginae filiique eius reditus apparatur, omne litus planctu gemituque confunditur, omnes dextrae caelo attollebantur infensae. Flebant igitur, a se discedere illam, quam toto exilii tempore ut civem videre suam. Nulli divitum gravis hospita, nulli pauperum in quolibet onerosa. Omnes igitur natale solum mutare putares, cunctas secum exteras petere velle diceres regiones. Sic toto plangebatur litore, sic ab omni plorabatur populo astante. Licet ei quodammodo congauderent pristinum gradum repetere dignitatis, non tamen eam matronae siccis dimittere poterant oculis. Tandem vincit amor patriae; et omnibus viritim osculatis et flebili eis dicto vale, cum filio suisque altum petit mare non absque magna lacrimarum utrimque fusa ubertate.

13. Igitur principes Anglici parum premissae[a] fidentes legationi, antequam ab illis transfretaretur obvii sunt facti, optimum factum rati ut et regi reginaeque satisfacerent, et se devotos eorum dominationi subderent. His Hardecnuto cum matre certior factus et transmarini litoris[b] tandem portum nactus, a cunctis incolis eiusdem terrae gloriosissime 1040.
recipitur; sicque divini muneris gratia regnum sibi debitum redditur. His ita peractis et omnibus suis in pacis tranquillitate compositis, fraterno conreptus amore nuntios mittit ad Eduardum, rogans ut veniens secum optineret regnum.

14. Qui fratris iussioni obaudiens, Anglicas partes advehitur, et mater amboque filii 1041.
regni paratis commodis nulla lite intercedente utuntur. Hic fides habetur regni sotiis, hic inviolabile viget foedus materni fraternique amoris. Haec illis omnia prestitit, qui unanimes in domo habitare facit, Iesus Christus dominus omnium, cui in Trinitate manenti inmarcessibile floret imperium. Amen.

Editio altera.

His itaque fratribus concorditer regnantibus, mors media intercidit, et regem Hardechnutonem vitalibus auris abstulit. Regem ma- 1042. Iun. 8.
ter et frater maximo cum luctu honorifice sepeliunt. Mortuo Ardechnutone, in regnum successit Edwardus, heres scilicet legittimus, vir virium eminentia conspicuus, virtute animi consiliique atque ingenii vivacitate preditus, et ut omnia breviter concludam, omnium expetendorum summa insignitus[31].

a) praevenisse *edd.* b) *ter quaterve* littus *duplici t scriptum habetur et* coelum *littera* o. 1.

31) Emma ab Eduardo filio pessime habita Hardechnutum decennio supervixit; obiit siquidem die 6. Martii anno 1052.

ANNALES SILESIAE

EDENTE WILHELMO ARNDT PH. D.

Quotquot colligere nobis non erat negatum annales Silesiae vetustiores, nostris proponemus lectoribus, ita quidem ut bibliothecarum variarum copiis perquisitis, non paucis in locis emendandi fuissent textus. Coniungimus cum his chronicon Silesiacum antiquum, quod, quum felici sorte nobis codicem adhuc latentem optimae notae detegere contigerit, prima vice formae genuinae restitutum proferre gaudemus.

Ceterum pauca tantum disserere volumus de coniunctione quam inter quosdam interesse annales putavit D. Roepell (Zeitschrift I. in praef. ad Ann. Griss. maiores). Statuit enim ille vir Annales Wratislavienses antiquos, Annales Wratislavienses maiores, Annales Cisterciensium in Heinrichow et Annales Grissowienses maiores ex uno eodemque profluxisse fonte. Quam autem statuit similitudinem, tanta non est, ut nos ei consentire possimus; de rebus ubique cognitis fieri non potuit quin annalistae ex scribendi suo genere, brevi quidem et stricto, eadem vel similia proferrent verba.

Liceat mihi hoc loco gratias agere quam plurimas viris doctissimis, qui me meaque studia grata prosecuti sunt benevolentia, inprimis semper mihi erit pie colenda memoria virorum doctorum Elvenich et Stenzler, praefectorum bibliothecae regiae Wratislaviensis, v. d. Colmari Grünhagen, tabularii regii Wratislaviensis, et v. d. Kunik, academiae Petropolitanae socii; qui viri ut percipiant ex nova hac Silesiacarum rerum editione, non inutiliter me huius terrae historiae operam navasse, opto.

Scribebam Petropoli, mense Dec. a. 1864.

W. ARNDT.

ANNALES WRATISLAVIENSES ANTIQUI ET ANNALES MAGISTRATUS WRATISLAVIENSIS.

Civitas Wratislaviensis, quum semper eo tetenderit ut, quae evenirent, memoriae traderentur, fieri non potuit, quin rationes urbanas colligi annuatimque conscribi faceret. Hodierni autem huius non satis praedicandae urbis cives, quanta vis quantumque momentum in saeculorum iam praeteritorum monumentis insit, bene intelligentes, summo id studio egerunt, ut quum totius provinciae Silesiacae tum

urbis Wratislaviensis monumenta historica ederent illustrarentque. Hoc modo contigit, ut in tomo tertio Codicis diplomatici Silesiaci, vir doct. Colmarus Grünhagen, tabellarius regius Wratislaviensis, quum prima vice luci daret rationes antiquissimas civitatis, sub nomine „Henricus Pauper“ *collectas, cum eis coniungeret annales, notos quidem sed maculis foedatos teterrimis*[1]. *Utinam viro docto negatum non fuisset uti codice autentico; quo deperdito aut adhuc in latebris versante bibliothecarum, coactus fugit ad copiam Klosianam, summo quidem studio perfectam, sed ut amoveatur libido ex vero degustandi fonte, non satis idoneam. Non feliciore ave huius anni aestate Wratislaviae degentes, operam navavimus in detegendo codice, et lectoribus nostris textum a Grünhagen editum, quamquam inviti, iterum proponimus. Ordinem annorum valde turbatum restituimus.*

Coniungimus cum hisce annalibus annales a. 1513 *iussu magistratus Wratislaviensis ex libris civitatis aliisve collectos. Prima eorum pars, etsi bene cum antiquis illis concordet, non uno tantum loco lectiones varias, additiones, numeros annorum discrepantes profert, et ut breviter dicamus a forma genuina non multum discedere nobis videtur. Annos* 1269. 1288. 1278. 1290. 1303. 1277. 1276. 1291. 1290. 1294, *quos hoc modo sese alternatim excipientes exhibet editio Sommersbergiana, non dubitavimus secundum seriem chronologicam disponere. Damus autem annales hos ex editione iam dicta*[2], *quum codex in curia Wratislaviensi adhuc extare non videatur.*

ANNALES WRATISLAVIENSES ANTIQUI.	ANNALES MAGISTRATUS WRATISLAVIENSIS.	
	Promovenda res publica posteritatique consulendum est. Placuit itaque magistratui annales, quantum ex vetustissimis libris civitatis huius et aliis colligi poterit describi, ut visis antiquis historiis vicissitudinibusque rerum perspectis, et rei publicae et privatis negotiis fructuosius incumbere possit magistratus. Ideoque hic codex exorditur anno Domini 1514.	
	Anno Domini 1149. consecrata est ecclesia et dotata sancti Vincentii in Wratislavia, a Boleslao rege Poloniae cum foro in atrio monasterii profesto sancti Vincentii per octo dies continuos.	
	Anno Domini 1214. per Henricum ducem Slesiae forum in atrio sancti Vincentii commutatum pro novo foro in Wratislavia, Olsnic et Domslaw; anno Domini 1232. iterum roboratum.	
Anno Domini ab incarnacione 1238. obiit dux illustris Henricus, dictus cum barba, maritus sancte Hedwigis, 14. Kalendas Aprilis.	Anno Domini 1238. obiit illustris dux Henricus I. dictus cum barba, maritus sanctae Hedwigis, 14. Kal. Aprilis; sepultus in monasterio Trebnicensi.	Mart. 19.
Anno Domini 1241. obiit domina Anna, ducissa Slezie, 2. Nonas Decembris[3].	Anno Domini 1241. secundo Non. Decembris obiit domina Anna ducissa Slezie.	Dec. 4.
Anno Domini 1241. fuit occisus dux Henricus a Tartaris[4] et devastaverunt totam Slesiam et Poloniam.	Anno Domini 1241. fuit occisus a Tartaris dux Henricus II., qui devastarunt totam Slesiam et Poloniam; et dominus Poppo generalis magister ordinis Prutenorum[5], sepultus in Wratislavia, in ecclesia sancti Iacobi.	Apr. 9.

1) Prima vice edidit annales Sommersberg in SS. Rer. Siles. II, 17. 18. sub titulo: *Chronici Silesiae vetustissimi fragmentum.* Grünhagen dedit eos sub titulo: *Chronicon* l. c. (Codex diplomaticus Silesiae. Tomus tertius). 2) l. c. T. II. p. 172 - 176. 3) Anna, uxor ducis Henrici II. mortua est a 1265. d. 23. m. Iunii. 4) in pugna apud Walstatt. 5) Errant annales cum aliis, inscriptione recentiore ad Henrici Pii tumulum in aede sancti Vincentii decepti, anno enim 1253. Poppo ab Osterna magister Marianorum militum demum electus, et a. 1265. defunctus est. SOMMERSBERG.

ANNALES WRATISLAVIENSES ANTIQUI.

1243. Oct. 15. Anno Domini 1247. obiit sancta Hedwigis 10. Kal. Novembris, que quia[a] multa miracula Deus per eam facere dignatus est, canonizata est[6] per dominum Clementem papam quar-
Mart. 26. tum anno Domini 1267.

Anno Domini 1254. canonizatus fuit sanctus Stanizlaus martir et episcopus Cracoviensis.

Anno Domini 1256. captus et tentus est dominus Thomas Wratislaviensis episcopus
7 per ducem Boleslaum[7], filium ducis Heinrici, nepotem beate Hedwigis, 6. Nonas Octobris[8], et tentus usque ad pascha.

Ian. 31. Anno Domini 1259. terre motus fuit magnus 2. Kalendas Februarii. Sequenti vero anno Tartari Sandomiriam, Cracoviam et adiacentes provincias invaserunt et multa milia hominum occiderunt.

Anno Domini 1260. homines egerunt penitenciam enormem contra constitutionem ecclesie sancte[9].

Dec. 13. Anno Domini 1263. reconciliata est ecclesia sancte Marie in Wratislavia per dominum Anshelmum episcopum[10] sancte sedis apostolice legatum, Ydus Decembris.

Anno Domini 1264. visa est cometa 5. Kalendas Augusti, que stetit usque ad 6. Nonas Octobris, que multam famem, effusionem sangwinis, mortem animalium et principum signavit. Tanta enim fames in Almania extitit, ut multi relictis agris suis fugerunt in Poloniam: extitit mors animalium ut nullas carnes bovinas comedere vel emere presumerent.

Febr. 26. Anno Domini 1265. Karulus occidit Menfridum qui Patricius vocabatur[11].

Dec. 3. Anno Domini 1266. obiit dux Henricus frater Wizlai[12], nepos beate Hedwigis, 3. Nonas Decembris.

Aug. 23. Anno Domini 1268. in vigilia beati Bartholomei apostoli devictus Cunradus, filius Cunradi, filii Friderici imperatoris, ab illustri rege Cicilie[b] Karulo et captus, deinde in vin-
Oct. 29. culis tentus[c] et ab eo capite cesus.

1267. Aug. 25. Anno Domini 1269. fuit exaltatio sancte Hedwigis, sequenti die sancti Bartholomei[13].

ANNALES MAGISTRATUS WRATISLAVIENSIS.

Anno Domini 1247, 10. Kal. Novembris obiit sancta Hedwigis coruscans pluribus miraculis.

Anno Domini 1254. canonisatus est sanctus Stanislaus martyr et episcopus Cracoviensis.

Anno Domini 1256, 6. Nonas Octobris Thomas episcopus Wratislaviensis per ducem Boleslaum filium ducis Henrici II. et nepotem sanctae Hedwigis captus est et detentus usque ad festum pasce.

Anno Domini 1259. fuit terre motus magnus, et erat 2. Kalendas Februarii.

Anno Domini 1260. vastaverunt Tartari Sendomiriam et Cracoviam aliasque provincias adiacentes, pluria millia hominum abducentes et occidentes.

Anno Domini 1261. egerunt homines poenitentiam enormem contra institutionem sancte matris ecclesiae.

Anno Domini 1263. reconciliata est ecclesia sanctae Mariae in Wratislavia per dominum Anshelmum episcopum, apostolicum legatum, Idus Decembris.

Anno Domini 1264. visa est cometa 5. Kalendas Augusti et stetit ad 6. Nonas Octobris; presagium magne famis, effusionem sanguinis, necis animalium ac principum. Tanta etenim fames erat in Almania, ut multi relictis agris et possessionibus suis irent in Poloniam. Ex morte animalium etiam homines noluerunt carnes bovinas comedere neque emere, timebant temporis malum.

Anno Domini 1265. Carolus occidit Manfredum qui Patrius vocabatur.

Anno Domini 1266. obiit dux Henricus III. frater Wladislai, nepos sanctae Hedwigis, 3. Nonas Decembris.

Anno Domini 1267. eadem sancta Hedwigis per Clementem IV. papam est canonizata[14].

Anno Domini 1268. in vigilia sancti Bartholomaei apostoli devictus est Conradus, filius Conradi, filii Fridrici imperatoris, ab illustrissimo rege Sicilie Carolo, et vinculis tentus capiteque plexus.

Anno Domini 1269. sequenti die sancti Bartholomaei fuit exaltatio sanctae Hedwigis.

a) *addidi.* b) cilicie *c.* c) *addidi.*

6) Bullam canonisationis exhibet Stenzel, SS. Rer. Sil. II, 119 sqq. 7) II. ducem Legnicensem. 8) *infra octavas sancti Michaelis*, Boguphali chron., apud Sommersberg II, 69. 9) Flagellantium motus intelligit annalista. 10) Warmiensem. 11) in pugna apud Beneventum, v. Ann. Plac. Gibell. supra Tom. XVIII, 515. 12) Wladislai, archiepiscopi Salisburgensis, 1265—1270. 13) De die v. diplomata a v. cl. Roepell edita in Zeitschrift des Vereins für Geschichte und Alterthum Schlesiens I. p. 205—207. 14) v. Ann. Wratislav. antiq. ad a. 1247.

ANNALES WRATISLAVIENSES ANTIQUI.

Anno Domini 1276. in die sancti Marci evangeliste combusta est Wratislavia per totum.

Anno Domini 1277. in crastino sancti Georgii dux Heinricus habuit conflictum cum duce Bolezlao et filio suo[15].

Anno Domini 1278. Rudolfus rex Romanorum occidit Ottokarum regem Bohemie in crastino sancti Bartholomei[16].

Anno Domini 1287. occisus fuit dux Pribko de Stinavia[17] in Sevir[18].

Anno Domini 1290. obiit dux Heinricus[19], dux Silesie et dominus Wratislavie et Cracovie et Sandomerie.

Anno Domini 1291. in crastino sancti Mauricii natus est[a] Boleslaus filius Heinrici quinti ducis Silesie et domini Wratislavie.

Anno Domini 1294. in crastino Gertrudis virginis natus fuit Heinricus filius Heinrici quinti ducis Silesie, existente patre suo in captivitate ducis Glogovie.

Anno Domini 1296. in crastino sancti Bonifacii natus fuit Wlodislaus, filius Heinrici quinti ducis Silesie, mortuo patre suo[20].

Anno 1301. in vigilia vigilie sancti Martini episcopi obiit Pripko[21] dux Silesie.

Anno Domini 1303 habita fuit yemps estivalis, quod homines nullum frigus senserunt.

Anno Domini 1304, in vigilia sancti Michaelis obiit domina Elizabeth, ducissa Silesie, mater [eorum][b].

Anno 1308. in die Philippi et Iacobi occisus fuit Albertus rex Romanorum per Iohannem filium fratris[c. 22] sui. Eodem anno ante carnisbrivium[23] obiit Hermanus Zacharie civis Wratislaviensis. Eodem anno obiit Peregrinus de Lubavia dictus, civis Gorlicensis, in die beate Margarethe virginis[24].

ANNALES MAGISTRATUS WRATISLAVIENSIS.

Anno Domini 1276. in die sancti Marci evangeliste combusta est Wratislavia per totum. Apr. 25.

Anno Domini 1277. quarta feria in crastino sancti Georgii dux Henricus habuit conflictum cum duce Boleslao et filio suo. Apr. 24.

Anno Domini 1278. Rudolphus rex Romanorum occidit in bello Ottokarum regem Bohemie in crastino sancti Bartholomei. Aug. 26.

Anno Domini 1288. ineunte[d] occisus est dux Bulko de Stinavia in Sivor. 1289. Febr. 26.

Anno Domini 1290. obiit dux Henricus, dux Slezie, dominus Wratislaviensis Cracoviensis et Sendomiriensis. Iun. 23.

Anno Domini 1290. ducatus Wratislaviensis per dominum Rudolphum regem Romanorum, comitem in Habspurck, corone Bohemie incorporatur; actum Erfordie 6. Kalendas Octobris.

Anno Domini 1291. in crastino sancti Mauricii natus est Boleslaus filius Henrici V. ducis Slezie et domini Wratislavie. Sept. 23.

Anno Domini 1294. in crastino Gertrudis virginis natus fuit Henricus, filius Henrici V. ducis Slesie, existente patre suo in captivitate ducis Glogovie. Mart. 18.

Anno Domini 1294. concordati sunt illustrissimi domini duces occasione captivitatis facte in Wratislavia, Henricus Wratislaviensis ac Legnicensis dominus et Henricus Glogoviensis dominus.

Anno Domini 1296. in crastino sancti Bonifacii natus fuit Wladislaus, filius Henrici V. ducis Slezie mortuo patre suo. Iun. 6. 20

Anno Domini 1301. in vigilia sancti Martini episcopi obiit Bulcko dux Slezie. Nov. 9.

Anno Domini 1303. fuit hyems remissa, ut frigus iuxta qualitatem temporis non sentiretur.

Anno Domini 1304. in vigilia sancti Michaelis obiit domina Elizabeth ducissa Slezie, mater filiorum Henrici V. Sept. 23.

Anno Domini 1308. ante carnisprivium obiit Hermannus Sacharie civis Wratislaviensis et Peregrinus de Lubav[e] dictus, civis Gorlicensis. 22

Anno Domini 1308. in die Philippi et Iacobi occisus est Albertus rex Romanorum per Iohannem, filium fratris sui.

Anno Domini 1327. tempore regis Bohemie Iohannis ducatus Wratislaviensis et Noviforensis devoluti sunt realiter et cum effectu ad regnum Bohemie.

---

a) *addidi.* b) *quum a scriba anni* 1294, 1296, 1291, 1304. *se invicem sequentes scriberentur, intelligitur quare addiderit verba:* mater eorum. *Sed ex annalibus magistratus Wrat. apparet hanc non esse veram lectionem.* c) *deest apud Grunhagen.* d) in *S.* e) Luban *S.*

15) apud Protzan. 16) Hoc festum die 24. mensis Augusti celebratur. 17) Steinau, frater ducis Glogoviensis Henrici III. 18) Siewierz, ab urbe Czenstochau ad meridiem sita. 19) IV. Testamentum eius invenies in Stenzel Urkunden des Bisthums Breslau p. 252 sqq. 20) eod. anno d. 22. m. Febr. 21) sc. Bulko. 22) Rudolfi. 23) quod tunc in diem 27. m. Febr. incidebat. 24) Secundum kalendaria Silesiaca, quae in bibliotheca Wratislaviensi inspexi, celebrabatur hoc festum apud Silesios 3. Idus Iulii (Iul. 13.).

Anno Domini 1410. fuit bellum magnum Prutenorum et Polonorum, ubi Pruteni miserabiliter prostrati in bello succubuerunt.

Anno Domini 1413. fuit pestis generalis per totum orbem.

Anno Domini 1418. in die Arnolphi facta est seditio et tumultus in Wratislavia.

Anno Domini 1420. in vigilia trium regum venit in Wratislaviam Sigismundus imperator, rex Hungariae et Bohemiae.

Anno Domini 1423. cecidit pons inter Summum et Arenam sub populo qui processionem sequebatur de ecclesia beate Marie virginis, et mox postquam praesul transiisset pontem, decidit pons.

Anno Domini 1427. Bohemi qui sectam Wiclevisticam defendere et Christi fideles expellere conabantur, vulgo Husseni nuncupati, oppidum Lubanum prope Görlitz et aliud ultra Görlitz nomine Lobau vi ceperunt et homines necantes spolia abduxerunt.

Anno Domini 1428. Wratislavienses et alii Silesii a Bohemis, Hussenis vulgo nuncupatis, prostrati in bello succubuere dolenter atque misere.

Anno Domini 1429. in die Iohannis evangelistae dominus Iohannes, dux Monsterbergensis occubuit, circa natalem Christi.

Anno Domini 1430. quidam miles auratus nomine Nicolaus Altzenaw, capitaneus arcis Ottmuchaw, Bohemis undique vicinos armis vastantibus, vulgo Hussen appellatis, arcem prefatam tradidit, hinc ecclesie ac civitati Wratislaviensi maxima incommoda intulere, usque dum per Wratislavienses obsessa et vicissim Bohemi expulsi fuerunt.

Anno Domini 1435. in die ante festum divisionis apostolorum fuerunt impressiones aeris et fulgura inaudita.

Anno Domini 1436. sabbatho ante Philippi et Iacobi obiit mortem dux Ludovicus Lignicensis.

Anno Domini 1438. in vigilia sancte Elizabethae venit Albertus rex Hungariae et Bohemiae in Wratislaviam. Anno eodem fuit generalis pestis per Silesiam.

Anno Domini 1443. in die sancti Bonifacii fuit in Wratislavia terrae motus.

Anno Domini 1450. fuit turbatio in hac provintia propter mutationem denariorum factam per Svidnicenses et Lignicenses civitates. Eodem anno fuit celebratus iubileus.

Anno Domini 1453. in carnisprivio venit venerabilis pater Iohannes Capistranus Wratislaviam. Eodem anno in die sanctorum Philippi et Iacobi capti sunt Iudaei ob blasphemias factas Deo in sacramento eucharistiae et igne iudicati sunt.

Anno Domini 1454. in die sancti Nicolai venit rex Ladislaus Hungariae Bohemiae etc. etc. in Wratislaviam, et moratus est ibidem ad octo hebdomadas.

Anno Domini 1457. in die Clementis Ladislaus, rex Hungariae et Bohemiae, misere occubuit Pragae, dum altera die bene sanus fuisset, tempore Georgii de Podiebrad, uti invenitur[a] in maiore libro, in quo tota historia dicti Georgii Podiebradi conscripta est.

Anno Domini 1459. in die Perpetue et Felicitatis fuit Wratislaviae maxima tempestas ex vento validissimo, praesagium futuri mali. Eodem anno Georgius de Podiebrad, rex Bohemiae factus, civitatem Wratislaviam, suffragio dominorum ducum et incolarum Silesiae, exceptis solis Namslavensibus, armata manu invasit, volens eandem manu capere et castigare.

Anno Domini 1460. fuit magna mortalitas in Silesia.

Anno Domini 1466. fuit Georgius rex Bohemiae per sedem apostolicam hereticus declaratus, anathematisatus et depositus; quare domini duces, barones et civitates Silesiae, qui sibi homagium prestiterant, ab obedientia absoluti, bella movebant prefato regi.

Anno Domini 1473. fuit magnus calor et ariditas, ita quod sylvae, nemora et montana incenderentur, ex voragine ignis pro magna parte absumptae.

Anno Domini 1480. die 24. mensis Novembris Laurentius Charwolsky, haeres in Czulawff, dum in iure civitatis contra quendam civem actiones instituisset et salvo conductui, quem a civitate obtinuisset, omnino renunciasset, finito termino iuris captus et vinculis traditus est, confessus posthac de rapina, capite plexus in sede, finem suum finivit. Cui duo erant filii qui etiam mala morte interierunt.

Anno Domini 1481. in die sancti Anthonii confessoris, hora 12, extrema clausit pius pater et bonus pastor Rudolphus, episcopus Wratislaviensis, natione Renensis; qui legatus

a) in *S.*

a latere missus erat in Silesiam in causis Girczikonis, depositi regis Bohemorum. Iste praesul in concordandis partibus divino fretus ingenio, ubi persuasionibus concordiam efficere nequibat, fulmine suo partem temerariam domuit et sic in concordiam adduxit.

Anno Domini 1488. obiit illustrissimus dominus Fridricus, Lignicensis atque Bregensis dux, qui ex filia Gerczikonis tres genuit filios, Iohannem videlicet, Fridericum et Georgium. Iohanne vero mortuo in teneris annis, superstites fuere dominus Fridricus et dominus Georgius. Qui dum uno pabulo vivere nollent, bona paterna inter se diviserunt, ubi dux Fridricus Lignitz, Hainoviam et Aarimontem oppida cum suis districtibus obtinuit, sed dux Georgius Bregam, Strelen, Nymptsch, Olaviam, Biciniam et Creutzburg obtinuit.

Anno Domini 1490. illustris dux Iohannes Saganensis post mortem ducis Henrici Glogoviensis sine haerede defuncti Glogoviam, Freistath, Sprottaviam, Swebussin, Grüneberg iure hereditario successionem sibi usurpavit. Cui marchio Brandenburgensis Iohannes, hortatu patris sui Alberti, electoris imperii, propter dotem relicte ducis Henrici, sororis sue, bella movit. Mathias vero rex Hungariae et Bohemiae etc. suppetias huic Iohanni duci Saganensi praestitit. Sequebatur hinc concordia, qua relicta Crosnam, Czüllich, Boberssyn, Sommerfeldt oppida in districtibus suis obtinuit. Et dux Saganensis quietus permansit usque ducatum regi Mathiae alienare contendit, et septem primarios cives Glogovienses in turre arcis Glogoviensis fame interire fecit. Ab eodem Mathia de omnibus dominiis prefatis expulsus erat, et exul permansit, sed propter confoederationem cum duce Henrico Wolaviam obtinuit, et coniunx sua Stinaviam et Rauden ex dote solvit et possedit.

Anno Domini 1490. feria post dominicam rami palmarum Vienne ultimam diem repenti morte clausit Mathias prefatus, de cuius vita egregiisque facinoribus conscripti sunt plures annales.

Anno Domini 1491. successit regi Mathiae in omnibus regnis et dominiis rex Wladizlaus Bohemiae, primogenitus regis Poloniae Kazimiri. Et nisi Mathias morte preventus fuisset, expulisset tam patrem de Polonia et filios suos, quam etiam ipsum Wladizlaum de Bohemia, complures facinoris habens duces, barones, castrenses atque ipsos Pragenses. Quos Deus omnipotens omnino mutavit iuxta verba prophetae: *et incidit in foveam, quam fecit.* Ps. 7, 16.

ANNALES WRATISLAVIENSES MAIORES.

Invenit hosce annales vir beatae memoriae Kaffler, eosque edidit in Zeitschrift für Geschichte etc. Schlesiens I. 213—224. *Nos quum mense Maio Wratislaviae versati essemus, denuo contulimus codicem, textum pluribus in locis hoc iuvante, emendantes. Est autem codex bibl. regiae Wratislaviensis, signatus* Cl. IV. F. 175, *chartaceus saec. XV, in folio, olim bibliothecae beatae Mariae virginis in Arena Wratislaviae. Legimus in hoc codice primum martyrologium, deinde secundam recensionem Martini Poloni, usque ad tempora Urbani VI. continuatam. In fine duo folia membranacea sunt annexa, in quorum primo, id est f.* 108 *verso, annales nostri manu saeculi XIV. sunt scripti. Annales sequitur catalogus episcoporum Wratislaviensium, in eodem libro a Kafflero typis datus, quem una cum*

ceteris episcoporum Wratislaviensium catalogis suo dabimus loco[1]. *Ordinem chronologicum singulorum annorum scribae negligentia ut videtur non servatum, restituimus. — De similitudine quae inter hos caeterosque Silesiae annales intercedit, iam supra disputavimus.*

1238. Anno Domini 1230. 14. Kalendas Aprilis obiit dux Henricus cum barba, maritus sancte
Mart. 19. Hedwigis.
Apr. 9. Anno Domini 1241. dux Henricus, filius sancte Hedwigis, occisus est a Thartharis
circa Legenicz in Walstat.
Dec. 3. Anno Domini 1266. obiit Henricus tercius, dux Slesie, et sancta Hedwigis sequenti
Mart. 26. anno est canonyzata.
Apr. 24. Anno Domini 1277. in die sancti Georgii[a] [2] conflictus fuit in Proczano.
Aug. 26. Anno Domini 1278. rex Octackarus occisus est in Austria circa Marck[b] [3].
Anno Domini 1281. fuit mortalitas Bohemorum.
Iun. 23. Anno Domini 1290. dux Henricus quartus probus vel largus dictus obiit in vigilia sancti
Iohannis baptistae.

Versus[c] [4].

Hen. quartus mille tria C minus X obit ille.

Mai. 18. Anno Domini 1291. Ackaron acquisita est a Thartharis[d] et perdita a christianis civitas bona.
c. Nov. 11. Anno Domini 1292.[5] captus fuit dux Henricus Wratislawiensis in balnea stuba circa
1296. Febr. 22. festum sancti Martini, hic obiit depactatus per Glogoviensem ducem[6] post quatuor annos.
Iun. 2. Anno Domini 1297. in festo penthecostes coronatus est rex Wenczeslaus primus et
1298. Iul. 2. felix, qui primus grossas fecit. Et sequenti anno occiditur rex Romanorum Adulphus[7].
Nov. 9. Anno Domini 1301. obiit dux Bulko antiquus.
Nov. 24. Dux Henricus ultimus Wratislawiensis, qui terram dedit Iohanni regi Bohemie obiit in
vigilia sancte Katherine anno Domini 1335.
Apr. 5. Anno Domini 1327. Iohannes rex Bohemie et comes Luczinburgensis factus est dominus in Wratislavia in die palmarum.
Aug. 26. Iste Iohannes rex occisus est in prelio[8] in Francia anno Domini 1346. die 26.[e] mensis
Augusti. Et Karolus, filius eius, cepit regnare pro eo, qui factus fuit imperator.
Apr. 30. Anno Domini 1344. ultima die mensis Aprilis, presente Iohanne rege Bohemie et filio eius Karolo, ecclesia Pragensis erecta est in archiepiscopalem et eadem die Luthomuslensis in kathedralem per papam Clementem VI.

Anno Domini 1261. ibant flagellatores ad destruendam fidem katholicam, et hiis exterminatis per gratiam Dei secundario iterum ibant flagellatores anno Domini 1349. Exiverunt de Ungaria ducti per quendam dyaconum hereticum natum de Wratislavia et ibi degradatum per episcopum Wratislaviensem Preczlaum et traditum curie seculari et crematum; ipsiusque discipuli decepti iverunt per Bohemiam et per Almaniam et Galliam usque in Avinyonem ad papam Clementem sextum pro consilio salutis, et ipsis per eum reprobata secta correptis, vix per principes et episcopos in predictis partibus omnibus exterminati sunt.
Ian. 25. Anno Domini 1348. terre motus maximus fuit in Villaco in die conversionis sancti Pauli
infra vesperas quam maxima pestilencia secuta est per multa loca tocius orbis. Item anno
Oct. 18. Domini 1356. in die sancti Luce ewangelistae post meridiem in Basilea super ripam Reni terre motus factus magnus et multa castra subvertit et plures interfecit, et secuta est pestilencia.
1361. Anno Domini 1361. circa festum sancte Gerdrudis natus est Wencesslaus rex Bohemie,
Febr. 26. filius Karoli regis Bohemie et imperatoris. Et tunc post crepusculum apparuit magna rubedo in celo ad aquilonem quam subsecuta est magna siccitas et caliditas quod annone

a) Georrii *c.* b) *videtur script. esse* Marek *c.* c) ∀ *c.* d) Turchis? e) XVI. *c.*

1) V. de his catalogis Wattenbachii Monumenta Lubensia, p. 4–6. 2) immo in crastino S. Georgii; v. Ann. Wratisl. antiqui. 3) circa March fluv. 4) Qui sequitur versus, primus inscriptionis est in sepulcro ducis sculptae; v. Ann. Siles. super. ad h. ann. et Klose Dokumentierte Geschichte von Breslau I, 558. 5) 1293. Ann. Griss. 6) Henricum? 7) in pugna apud Göllheim. 8) in pugna apud Cressy.

pene perierunt. Idem Wencesslaus puer infra byennium post hoc iubente et vivente patre coronatus est in regem Bohemie.

Anno Domini 1362. solvebat in Wratislavia mensura seu modius siliginis mediam marcam, et sequenti anno unum grossum.

Versus.

Annis millenis tricenten sexaque genis
Adiunctis binis fuit inicium quoque finis.
Silgo venundatur pro bis fer.[a], sed miserato[b]
Pro grosso lato datur anno consociato.

Anno Domini 1368. circa festum sancti Iacobi dux Bulko ultimus Swydniczensis obiit[9] Iul. 28.
sine herede, et tota terra sua devoluta est ad Wencesslaum iuvenem regem Bohemie.

Anno Domini 1370. septem diebus ante festum sancti Martini Casymirus rex Polonie Nov. 5.
ultimus Polonus obiit sine herede. Et Lodowicus rex Ungarie factus est rex Polonie pro eo, cuius pater fuit Gallicus de dono regis Francorum provisus per papam, et sic filius eius habuit duo regna.

Anno Domini 1371. visa prius rubedine in celo per totam noctem a crepusculo usque Nov. 24.
in mane sequens, incipiebat ab aquilone, gyrabat orbem universum, illustrans noctem rubedine celi, redigit in aquilonem ante lucem solis; presagium futurorum et comminatio peccatoribus de celo, ut agerent penitenciam; et quia hoc non advertebant nec egerunt penitenciam sed obstinata mente persistentes plagati sunt a Deo omnipotente. Que rubedo fuit in vigilia sancte Katherine. Et sequenti anno scilicet 1372. fuit maxima pestilencia et karistia aequaliter[c] in clero et populo, ita quod dicebatur communiter, quod plus quam medietas populi esset mortua scilicet a triginta milia hominum, et precedenti anno fuerat sub montibus et in montibus gravissima.

NOTAE
MONIALIUM SANCTAE CLARAE WRATISLAVIENSIUM.

Duo adhuc in bibliotheca regia Wratislaviensi exstant codices, qui et notas et catalogum abbatissarum monialium sanctae Clarae Wratislaviensium continent. Sunt autem hi:

1) *Codex membr. saec. XIV. signatus* Cl. IV. F. 193. *Invenies in eo f.* 1 *sqq. legendam maiorem et minorem S. Francisci, f.* 152′ *sqq. vitam S. Annae (Stenzel SS. II,* 127.[10]*), f.* 155 *notas nostras sub titulo:* Alia relacio, *f.* 156′ *notas de Henrico de Bren. In tegumine leguntur versus sepulcrales ducis Henrici IV. alia manu exarati.*

a) ferr *c.; Kuffler coniecit* fertonibus. b) miserator *c.* c) aliqualiter *c.*

9) v. Chronica principum Poloniae: *Decesserat autem — Bolko, dux Swidnicensis predictus sine heredibus, anno Domini* 1368, *feria sexta post diem sancti Iacobi et in Grissoviensi monasterio est sepultus.* Stenzel SS. R. Sil. I, 145. 10) Adnotandum a nobis adhibito ammoniaco hydrosulphurato revera lectum esse *scilicet femoralium*, de quibus vocibus Stenzel incertus coniecturam protulit rectam.

2) *Codex membr. saec. XV. sign.* Cl. IV. F. 173. *Continet hic codex primo loco Kalendarium et Martyrologium. Notae memoratae a f.* 123 *exordium sumunt, a f.* 124' *alia manus incepit scribere, in folio* 127 *continuatio catalogi abbatissarum variis manibus exarata sistit. Quanquam leves scribendi diversitates in prima parte offendamus, tamen dubitare non possumus quin haec tota pars exscripta sit ex codice* 1. *Uterque codex olim coenobii S. Clarae erat.*

Iam ediderant et notas et catalogi partem primam ex codice 1:

I) Hoffmann in: Monatsschrift von und für Schlesien. Iahrgang 1829. *p.* 242.

II) Stenzel in Script. Rer. Siles. II. p. 130—132.

Sorores ordinis sancte Clare de Praga Wratislaviam venerunt anno Domini 1257. in Apr. 14. festo sanctorum martirum Tyburcii et Valeriani, et habitaverunt primo in ligneo claustrello, ubi nunc est curia procuratoris, expectantes donec lapideum claustrum fuit in edificiis consumatum usque in quartum annum.

Claustrum sancte Clare in quo nunc sorores Wratislavienses commorantur consecratum est anno Domini 1260. per dominum episcopum Wratislaviensem Thomam primum, infra octavam beati Iohannis baptiste. Qui etiam dedit sororibus magnam elemosinam.

Post claustri consecrationem factam, ut predicitur anno Domini 1260, sorores de ligneo Sept. 21. habitaculo se transtulerunt ad lapideum claustrum eodem anno in festo beati Mathei apostoli et ewangeliste, in eo usque adhuc Domino servientes.

Abbatissa prima in monasterio sancte Clare Wratizlaviensi[a] fuit soror Vriderimis[b]. Secunda fuit soror Hedwigis, filia ducis Henrici[c] Wratislaviensis secundi, quem Tartari[d] occiderunt. Que prius absoluta ab officio obiit anno Domini 1238[e], Nonas Aprilis, sepulta in choro sororum ad sinistrum[f] cornu altaris.

Abbatissa tercia fuit soror Hedwigis, filia Conradi ducis Glogoviensis[g], que bis per multos annos rexit monasterium, et decedens in officio anno Domini 1318. 5. Idus[h] Iunii, sepulta est in choro sororum ad dextrum cornu altaris.

Abbatissa quarta fuit soror Iutta Polona. Soror Ofca[i] filia ducis Polonie Primisla nomine, obiit anno Domini 1218. Nonas Septembris, sepulta in monasterio et in choro sancte Clare ad gradus sanctuarii.

Anna ducissa, filia regis Bohemie, coniunx[k] ducis Henrici et ducissa Wratislaviensis, Iul. 23. fundatrix monasterii sancte Clare, obiit anno Domini 1265. in nocte sancti Iohannis baptiste, sepulta aput chorum sororum in capella sancte Hedwigis. Capella choro sancte Clare annexa exterius in honore[l] sancte Hedwigis consecrata est anno Domini 1200. In qua capella principes multi sunt sepulti et principum pueri, videlicet domina Anna supradicta 11 et domina Beatrix[11] germana soror eiusdem, ambe filie regis Bohemie. Que Beatrix marchionissa Brandburgensis obiit anno Domini 1290. 6. Kal. Iunii. Item dux Henricus tercius qui obiit anno Domini 1266. in crastino sancti Andree apostoli. Henricus V. Slesie dux et Febr. 22. dominus Wratislaviensis et de Lignitz[m] qui obiit anno Domini 1296. in festo kathedre[n] sancti Petri apostoli. Domina Elizabeth consors ducis Henrici V. que obiit anno Domini 1300. Sept. 30. in festo sancti Ieronimi. Item domina Elizabeth, generosa princeps filia domini Henrici sexti ducis Wratislaviensis et consors domini Conradi ducis Olsnitz, que in partu, proh[o] Febr. 22. dolor! obiit anno Domini 1328. et sepulta est in die kathedre[p] sancti Petri principis apostolorum, et sepulta est cum domina Elizabeth nuru sua illustri principe in loco et sepulchro[q] ipsius[r] domine memorate anno Domini 1 . . .[s].

Continuatio codicis 2.

Abbatissa quinta fuit domina Margaretha, filia Henrici ducis sexti, que per aliquot annos rexit monasterium. Obiit anno Domini 1378. 8. Ydus Martii.

a) Wratislaviensi 2. b) *sic* 2; vrideruuis 1; Vriderunis *Stenzel*. c) Henricis 2. d) Thartari 2. e) MCCXXVIII. 1. 2. f) suustrū 1. g) Glagov. 2. h) ydus 2. i) Osca 1. k) coniux 2. l) in honore *des*. 2. m) Legnitcz 2. n) kathedra 2. o) proch 2. p) kathedra 2. q) sepulcro 2. r) ipsis *prius, rad. et add. corr*. 1. s) anno ut supra 2.

11) coniux Ottonis III. marchionis Brandenburgensis.

Abbatissa sexta[a] fuit venerabilis domina Anna, soror Henrici ultimi ducis huius inclite civitatis Wratislaviensis.

Abbatissa septima fuit domna Elizabeth ducissa in Slezia et cet.

Abbatissa octava fuit soror Agnes de Palaw.

Abbatissa nona fuit venerabilis domina Hedwigis de Falkenberg, magna benefactrix huius monasterii, obiit anno Domini 1413. ultima Ydus Februarii.

Eodem anno fuit electa soror Gutha ducissa de Monsterberga[b] abbatissa, et ipso anno finem vite sue consumavit. Eodem anno obierunt eciam quadraginta novem sorores hic in claustro infra quartale unius anni.

Abbatissa undecima fuit soror Anna Bessynne, que prius ante obitum suum resignavit officium.

Abbatissa duodecima fuit soror Margaretha Paulini, que eciam ante obitum suum absoluta est ab officio.

Abbatissa tredecima fuit venerabilis domna Formosa Reichardynne, obiit anno Domini 1433. sexto Ydus Marcii.

Abbatissa quarta decima fuit domna Katherina Nadelitcynne, obiit anno Domini 1455.

Abbatissa[c] decima quinta fuit venerabilis ac Deo dicata domina Barbara Schalle, que rexit hunc[d] monasterium decem et septem annos post invicem sequentibus. Obiit in officio suo sub anno Domini 1472. vicesima nona die mensis Ianuarii.

Abbatissa sexta decima fuit reverenda illustrisque domina Elyzabeth de Oppeln ducissa, que rexit bono in flore triginta quinque annis hoc sancte Clare cenobium, obiit .... anno Domini quingentesimo septimo una cum sorore sua carnali ducissa Katherina ceterisque Deo dicatis virginibus viginti sex in plaga pestilenciali die 19. mensis Augusti.

Abbatissa[e] decima septima fuit illustris domina Margaretha de Thost ducissa, que rexit f. 127.
cenobium sancte Clare 21 annis. Obiit vero anno Domini 1531. sepultaque in choro sororum ad dextrum cornu altaris post Katherinam ducisse et cognate sue, proxima adversus claustrum. Cuius anima in pace requiescat.

Abbatissa[e] decima octava fuit reverenda ac generosa domina Anna Kurczbachin, de Trachenbergk et Militsch progenie baronum nata. Obiit vero 30. die mensis Ianuarii anno Domini 1560, sepulta est a dextra[f] ingrediendo chorum. Rexit autem fideliter annos 28.

Abbatissa[e] decima nona fuit reverenda et nobilis domina Barbara Kalinowska; obiit anno 1564, rexit annos 4.

Abbatissa[e] vigesima est reverenda domina Anna Spiglin; rexit[e] monasterium annos 39.

Abbatissa[e] vigesima prima fuit reverenda et nobilis soror Christina Klinshyn, quae rexit monasterium annis 31. Restituit ordinem, quam abiuraverant ante se[g] Margarethae abbatissae, annis circiter 85 cum magno labore et molestia obiit centenaria die 3. Aprilis ipso festo Paschalis anno 1610. Cuius anima Deo vivat.

Abbatissa 22.[e] est venerabilis reverenda et nobilis soror domina Anna Borinstein, cui pientissimae matri dominus Deus dignetur longos concedere vitae dies ac cuncta felicia et posthac vitam aeternam. Aetatis[e] suae 68 annorum vixit, in sancto ordine 50 annos, regnavit 17 annos, obiit anno 1627, secundo Aprilis. Cuius anima in Deo vivat.

Abbatissa 23.[e] fuit venerabilis reverendissima et illustris domina, domina Hedwigis Gornolinskhin, comitissa a Gornolin, aetatis suae 86 annorum, regnavit 15 annos, in sancto ordine vixit sexaginta sex annos, obiit anno 1647, secundo Aprilis. Cuius anima in pace requiescat.

Abbatissa[e] vigesima quarta fuit venerabilis domina Catharina Streichin, regnavit 7 annis, officium autem resignavit, et post hoc adhuc 31 annos vixit. Obiit aetatis suae 73, ordinis vero 56 annorum.

Abbatissa vigesima quinta fuit venerabilis domina Maria Iacobe Weberin, rexit laudabiliter 28 annis, obiit anno 1677, die 16. Ianuarii, aetatis suae 61, ordinis vero 41 annorum. Cuius anima in pace requiescat.

Abbatissa[e] vigesima sexta fuit venerabilis domina Barbara Binnerin. Rexit 5 annis, obiit anno 1682. die 2. Martzii, aetatis suae 61, ordinis vero 45 annorum. Cuius anima in pace requiescat. Amen.

---

a) *recentissima manus corr.* Quinta 2. b) Monsterbega 2. c) *ab hoc loco alia manus pergit* 2. d) *recentiore manu suprascriptum est* hoc 2. e) *abhinc alia manus* 2. f) dextrã 2. g) ordine℃ gabsueraℓ aI͡se 2.

Ex codice 1. f. 156'.

Frater Henricus de Bren filius comitis de Bren et consanguineus principum Slesie et
12 Polonie, obiit anno Domini 1302. Hic a venerabili domino papa Martino IV.[12] datus pro archiepiscopo Gnesnensis ecclesie, archiepiscopatum eidem resignavit, ac mundi gloriam spernens in ordine fratrum Minorum et habitu feliciter huius carnis debitum exsolvit, sepultus est in medio chori cum eisdem fratribus in Wratislavia ad Sanctum Iacobum. Hic longo tempore visitator dominarum sancte Clare existens easdem in omni sanctitate et puritate vite conservans non modicum lucrum de ovibus sibi commissis Deo conquisivit; cuius memoria est in benedictione. Amen.

Anno Domini 1240. fratres Minores de loco in quo prius morabantur foris civitatem Wratislaviensem ad locum in quo nunc commorantur per dominum Henricum ducem Slesie secundum translati venerunt. Eodem anno illustrissimus dominus dux Henricus secundus, occisus a Tartaris, filius sancte Hedwigis, cum beatissima coniuge sua domina Anna, filia regis Bohemie, claustrum eisdem fratribus Minoribus de propriis inpensis construxerunt, quod nondum perfectum a beata Anna coniuge sua post mortem ipsius consumatum est per totum. Post mortem vero eiusdem domini Henrici ducis Slesie secundi, anno videlicet
1257. Domini 1247, sorores ordinis sancte Clare de Praga in Wratislaviam venerunt et habitaverunt primo in ligneo claustro ubi nunc est curia procuratoris, expectantes donec lapideum claustrum, in quo morantur, fuit consumatum, quod videlicet beatissima Anna de propriis expensis totaliter consumavit sicut sequens pictura evidenter declarat[a].

Hen.[12*] quartus mille tria C minus X obit ille
Egregiis annis Sle. Cra. San. dux nocte Iohannis.

Notae ex codice 2.

Die quarta Martii 1609. fuit facta visitatio monasterii sanctae Clarae Wratislaviae per fratrem Bonaventuram de Monte Thabor ordinis Minorum conventuum[b] S. T. D. et ministrum provincialem provinciae Bohemiae nec non et commissarium generalem, sub regimine piae ac devotae venerabilis matris abbatissae Christine Klinshin.

Henricus[c] autem predictus, sancte Hedwigis filius, duxit uxorem dominam Annam, Primizli regis Bohemie et Constancie filie regis Ungarie filiam.

ANNALES SILESIACI COMPILATI.

Quae adhuc unica exstabat horum annalium editio, eam curae Iosephi Fiedler debemus[13]. *Mirum in modum et res Polonorum et Silesiorum cum fabulosa*

a) *sequitur pictura S. Annae et mariti Henrici II. ducis domum monasterii S. Clarae sursum levantes.* b) Conuent^m *c.*
c) *quae sequuntur manu saec. XIV. in inferiori ultimae paginae margine scripta sunt.*

12) Vide eius bullam a. 1281. 10. Kal. Ian. apud Urbem-Veterem datam, in Stenzel SS. Rer. Sil. T. II, 481 sqq. Iam anno 1283. Iacobus Swinka archiepiscopus Gneznensis est nominatus. 12*) Sunt versus in sepulchro Heinrici IV. ducis incisi; v. infra Annales Sil. superioris. 13) Slavische Bibliothek edd. Miklosich et Fiedler. T. II. p. 141—151.

Prussicorum historia et diplomatibus ordini cruciferorum sanctae Mariae Theutonicorum datis in his annalibus commiscentur, ita tamen ut non semel[14] *tantum invenire possis notas haud exigui momenti, nostram de his occidentalibus provinciis scientiam augentes vel probantes. Sed negatum est nobis veram horum cognoscere compositionem, quum chronicon Laurentii Blumenau, ex quo cognoscitur annales nostros demum sub fine saeculi XV. esse conscriptos, ut affirmat v. d. Hirsch, typis nondum datum sit. Certe magna cum annalibus Polonicis et Silesiacis exstat convenientia. Ne quid autem desideraretur inter fontes rerum Silesiacarum, nos ad id ducti sumus ut collatione nova per amicum Wilh. Scherer Vindobonensem parata, iterum demus hoc loco annales, non commentario gravatos, quoniam lector quae dubium movere possint in commentario ad alia monumenta Silesiaca a nobis hic prolata et ad annales Poloniae infra dandos invenire possit.*

Codex asservatur in archivo imperiali Vindobonensi, signatus[15]*:* Universalia 14. Loc. 252. *Est autem chartaceus, saeculo XV. scriptus et continet inter alias res et Auream Bullam et Martini Poloni chronicon.*

Anno incarnacionis dominice nongentesimo sexagesimo quinto domina Dubrovka[a], filia Boetne ducis Bohemie, cum domino Meczkone duce Polonorum matrimonium contraxit, qui exhortacione magnificorum dominorum, qui dictam dominam erant secuti, est baptisatus cum omnibus suis[b]. Et procedente tempore ipsis filius nascitur, quem baptizatum Boleslaum vocaverunt. Iste Meczko habuit sororem, nomine Athleytam, quam Yesse rex Hungarie recepit in uxorem, que cum esset christiana, virum suum Yesse ab ydolorum cultura convertit et fecit credere in Christum, et postea concepit et genuit filium Stephanum, qui postea auctoritate sedis apostolice primus rex Hungarie fuit coronatus, cui postea sanctus Heinricus primus imperator et dux Bavarie sororem suam dedit in uxorem. Misericors igitur Deus obsequio duarum mulierum dicta duo regna divinitus visitavit, ut ipsa misteria fidei katholice susciperent.

anno Domini 967.

anno Domini 975

Tempore isto sanctus Adalbertus episcopus Pragensis floruit, qui pre tedio plebis incorrigibilis Bohemice gentis Pragensem ecclesiam reliquit, et Romam veniens in claustro beati Bonifacii habitum monachalem accepit, in quo per quinque annos commoratur, et tandem a Gregorio papa quinto Pragam invitus redire cogitur, qui demum populo Bohemico in pertinacia perdurante, in Hungariam divertit, et populum vanitati multarum supersticionum deditum divinis insistens eloquiis et virtutum corhuscans miraculis ab errore vie sue revocavit, et ibi Stephanum regem Hungarie cum multis aliis baptisavit. Et facta ibi in eum persecucione, Poloniam ingreditur et per ducem Boleslaum christianum principem ecclesie metropolitane Gnesnensi in archiepiscopum preficitur, predicato ibi verbo Dei, vir sanctus ad regiones paganorum volens proficisci, quos lucefacere anhelabat Christo, et virum religiosum, nomine Gaudentium, de consensu dicti ducis Boleslai in archiepiscopum ibidem constituit, et in navigio per terram Pomorie[16] in Prussiam est perductus, quem Prutheni estimantes maleficiis incantacionum deservire, ipsum in loco officii celebrati capite absciso interfecerunt, cuius caput et corpus dux Boleslaus predictus a Pruthenis cum pecunia redemit, et cum magna devocione in civitatem Gnesnensem portavit; locum eundem deinde Otto III. in Polonia visitavit, et ibi brachio sancti Adalberti recepto Romam veniens in ecclesia ubi corpus sancti Bartholomei quiescit, collocavit.

Isto tempore Otto secundus imperium tenuit.

anno Domini 991.

Anno incarnacionis dominice milesimo Silvester secundus presedit sedi apostolice. Stephanus rex Hungarie anno quarto post obitum patris sui Yesse misit Astricum episcopum Romam ad papam Silvestrum pro corona petenda. Eodem tempore Meczko dux Polonorum premiserat Lambertum episcopum ad coronam regalem petendam. Sed dominus papa angelica monitus visione, coronam regalem, quam Meczkoni duci Polonorum preparaverat[c], Astrico nuncio regis Hungarie donavit, et ea Stephanum regem Hungarie mandavit insigniri. Predictus Silvester papa nacione Gallicus et in cenobio Aurelianensi monachus fuit, sed dimisso monasterio, dyabolo homagium fecit, ut sibi ad votum succederet[d]; quod dyabolus promisit adimplere. Iste obsequiis diaboli insistens frequenter super desideriis suis cum eo loquebatur, et ipse Gilbertus[e] plurimos honores ambiebat, fuit enim primo archiepiscopus Remensis postea Ravennas, tandem papa, et tunc quesivit a dyabolo quam diu viveret in papatu. Responsum habuit quam diu non celebraret in Ierusalem. Gavisus fuit valde, cum non haberet[f] voluntatem veniendi Ierusalem ultra mare. Et cum in quadragesima ad ecclesiam que dicitur Ierusalem in sancta cruce

a) Dubrouta *c.* b) *post hoc verbum* sic *erat scriptum, sed linea transducta deletum est.* c) prepauerat *c., sed secundum* p *recentiore manu mutatum est in* p. d) succederent *c.* e) *ante* Gilbertus *linea transducta deletae sunt litterae* dy. f) *sic corr. ex* habebat *eadem manu c.*

14) v. SS. Rerum Prussicarum I, 681. n. 32. 15) cf. Annales nostros X. p. 591. 16) Pomeranie?

Rome celebraret, ex strepitu demonum sensit sibi mortem adesse, suspirans ingemuit, licet quod sceleratissimus erat, de misericordia Dei non desperans, revelando coram omnibus pactum, membra omnia quibus dyabolo obsequium prestiterat iussit prescidi, et deinde corpus mortuum super bigam poni, et ubicunque aliam perducerent et sisterent, ibi sepeliretur, quod et factum est, sepultusque est in Lateranensi ecclesia. Et in signum misericordie consecute sepulchrum ipsius tam ex tumultu ossium, quam ex sudore presagium est morituri pape, sicut in eodem sepulchro est litteris exaratum.

Anno Domini 990. Boleslao nascitur filius qui dicitur Meczko, qui in uxorem duxit sororem Ottonis tercii imperatoris 1007. Idem imperator Otto mortuus est 1002.

Anno 1016. Kazamir dux natus est, qui anno Domini 1031. duxit uxorem de Rusia, nomine Maria, de qua genuit 4 filios, Boleslaum, Wladislaum, Meczkonem et Odonem, et isti ultimi duo morte preventi sine prole decesserunt.

Anno 1034. prefatus Mezko dux Polonie obiit.

Anno Domini 1046. Aaron in episcopum ecclesie Cracoviensis[a], qui Colonie per Benedictum IX. consecratur, et ecclesia eadem in metropolitanam per ipsum Benedictum erigitur[b], ... successorum, qui pallium[c] petere neglexerunt, kathedralem.

Anno Domini 1072. beatus Stanislaus episcopus Cracoviensis per Boleslaum ducem Polonie interficitur.

Anno Domini 1194. obiit dux Kasimirus, qui reliquit duos filios, Leczkonem et Conradum, qui inter se Poloniam diviserunt; Leczko Sandomirum, Wisliciciam, Lanciciam cum suis pertinenciis accepit, Cunradus vero Mazaviam, Cuiavium cum suis pertinenciis suscepit.

Iste Conradus habuit quendam christianum pro palatino in ducatu Mozavie, qui erat providus et sagax ac timens Deum, qui terram eandem ab insultibus Pruthenorum qui barbari erant protegebat et defendebat, quem dictus Conradus innocenter et temerarie per suos satellites fecit exoculare et tandem iugulare, et cum idem dux Dei adiutorio destitutus, terram suam ammodo dereliquit indefensam, et cum per frequentes incursus Pruthenorum terra eius devastaretur et depopularetur, coactus est invocare auxilium Heinrici ducis Slesie, et cum propter nimiam seviciam Pruthenorum terram suam protegere non valebat, terram ipsam gentibus crudeliter impugnandam et sine spe defensionis devastandam perpetua desolacione reliquit, et quantis ac qualibus flagiciis in terram Mazovie gens deseviat Pruthenorum, litterarum tenore nequit explanari, urbes enim et castrorum municiones devastare, villas et pagos non cessavit incendio concremare. Devenit autem tunc fama ad ducem Conradum predictum, quomodo fratres beate Marie Theotonicorum Ierosolimitani[d] terram sanctam a paganis sepe[e] gladio defendebant, de qua non modicum pius princeps consolabatur, illorum opera atque bellandi usu faciliter de infidelium manibus eripi posse, confisus fuit. Sollicitabat propterea, et nuncciis et litteris, apostolicam sedem ac Fridericum secundum quem Ligures Barbarussam vocarunt et precibus flagitabat, quatenus dictos Cristi athletas de orientis ecclesie expedicione in oppressorum bene credencium revocarent subsidium, ante quam validiori tumultu nomen eorum impii in sacre fidei dedecus et multarum nacionum grande periculum de terra delerent[f] totaliter; promittens fratribus et domui eorum terram ipsam Culmensem iam dudum occupatam per barbaros et omnem aliam, quam de potestate infidelium eriperent, dare iure perpetuo possidendam. Ideoque vicarius Dei Honorius papa III. et imperator ille gloriosissimus Fredericus Hermannum, huius sacre religionis magistrum tercium, sollicitant hortantur atque sub obediencie debito sibi stricte mandantes precipiunt, ut oblata ducis recipiat, et rem tam sanctam, veluti ecclesie profuturam, non differat perficere. Ipse enim fuit vir virtuosus, magnanimus et bellator expertus, et eius auxilio et strenuitate mira in terra sancta pro fide katholica divino auxilio est operatus. Tantis itaque summorum principum monitis atque iussis honorabilis ipse magister[g] Hermannus parere cupiens, litteras subscripti tenoris a prefato invictissimo imperatore Frederico secundo sibi transmissas recepit:

que hodie Polonia inferior vocatur

Errat, quia Fridericus primus hoc nomine est nuncupatus.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Fridericus secundus, divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus, Ierosolime et Sicilie rex. Ad hoc Deus imperium nostrum pre regibus orbis[h] *terre sublime constituit et per diversa mundi climata dicionis nostre terminos ampliavit, ut ad magnificandum in seculis nomen eius et fidem in gentibus propagandam, prout ad predicacionem euangelii sacrum Romanum imperium properavit sollicitudinis nostre cura versatur, ut non minus ad depressionem, quam ad conversionem intendamus, illius promissionis graciam indulgentes, per quam viri katholici pro subiugandis barbaris nacionibus et divino cultui reformandis instanciam diurni laboris assumant et tam res, quam personas indeficienter exponant. Hinc est igitur, quod presentis scripti serie notum fieri volumus modernis imperii et posteris universis, qualiter frater Hermannus, venerabilis magister sacre domus hospitalis sancte Marie Theutonicorum Ierosolimitani*[i], *fidelis noster, devotam animi sui voluntatem versandi proposuerit coram nobis, quod devotus noster Conradus dux Mazavie et Cuyavie promisit et obtulit providere sibi et fratribus de terra, que vocatur Culman, et in alia terra inter marchiam suam videlicet et confinia Pruthenorum. Ita quidem ut laborem assumerent et insisterent opportune ad ingrediendum et obtinendum terram Prussie ad honorem et gloriam veri Dei, quam promissionem recepisse distulerat, et celsitudinem nostram suppliciter implorabat. Quod si dignaremur annuere votis suis, ut auctoritate nostra fretus inciperet aggredi et prosequi tale opus, et ut nostra sibi et domui sue concederet ac confirmaret serenitas tam terram, quam predictus dux donare debebat, quam totam terram, que in partibus Prussie per eorum instanciam fuerit acquisita, et insuper domum suam immunitatibus et libertatibus et aliis concessionibus, quas de dono terre ducis prefati et de Prussie acquisicione petebat, nostre munificencie privilegio muniremus, ipse*[k] *oblatum donum reciperet dicti ducis, et ad ingressum et acquisicionem terre continuis et indefessis laboribus bona domus exponeret et personas. Nos igitur, attendentes promptam et expositam devocionem*

a) *scilicet* promotus est. b) *cum hac voce linea huius paginae penultima desinit, ultimae lineae pars quaedam corrosa est.* c) palam *c.* d) irlimitan *c.* e) seple *c.* f) *ante hanc vocem* absorb *sistunt litterae linea transducta deletae.* g) *in linea legitur* frater, *sed eadem manu* magister *supra scriptum est.* h) vrbis *c.* i) irlm *c.* k) ipse *c. an* ipsi?

eiusdem magistri, qua pro terra ipsa sue domui acquirenda ferventer in Domino estuabat, eo quod terra ipsa sub monarchia imperii est contenta, confidentes quoque de prudencia magistri eiusdem, quod homo sit potens opere et sermone, et per suam fratrumque suorum constanciam potenter incipiat et conquisicionem terre viriliter prosequatur, nec desistat inutiliter ab inceptis, quemadmodum plures multis laboribus in eodem negocio frustra temptatis, cum viderentur proficere, defecerunt, auctoritatem eidem magistro concessimus, terram Prussie cum viribus domus totis conatibus invadendum concedentes et confirmantes eidem magistro, successoribus eius et domui sue in perpetuum, tam predictam terram, quam a prescripto duce recipiet, ut promisit, et quamcumque aliam dabit, necnon totam terram, quam in partibus Prussie, Deo favente[a]*, conquiret, velut vetus et debitum ius imperii in montibus planiciis fluminibus nemoribus et in mari, ut tam libere ab omni servicio et exaccione teneant, et immunem et nulli respondere proinde teneantur, liceat insuper eis de concessione nostra, per totam terram acquisicionis eorum, sicut acquisita per eos, et acquirenda fuerit, ad comodum domus passagia et theolonea ordinare, nundinas et fora statuere, monetam cudere, tallia et alia iura taxare, directuras per terram in fluminibus et in mari sicut utile viderint stabilire, fodinas mineras auri, argenti, ferri et aliorum metallorum ac salis que fuerint vel invenientur in terris ipsis possidere perhenniter et habere. Concedimus insuper eis iudices et rectores creare, qui subiectum sibi populum tam eos scilicet qui conversi sunt et quam omnes alios in omni sua superstitione degentes, iuste regant et dirigant, et excessus malefactorum animadvertant et puniant secundum quod ordo exigerit equitatis, preterea civiles et criminales causas audiant et dirimant secundum calculum racionis. Adicimus insuper ex gracia nostra quod idem magister et successores sui iurisdiccionem et potestatem illarum habeant et exerceant in terris suis, quam aliquis princeps imperii melius habere dinoscitur in terra quam habet, et bonos usus et consuetudines ponant, assessiones*[b] *faciant et statuta, quibus et fides credencium roboretur et omnino eorum subditi pace tranquilla gaudeant et utantur. Ceterum auctoritate presentis privilegii prohibemus, ut ullus princeps, dux, marchio, comes, ministerialis, scultetus, advocatus, nullave persona sublimis vel humilis, ecclesiastica vel mundana contra presentis concessionis vel*[c] *confirmacionis nostre paginam audeat aliquid attemptare. Quod qui presumpserit, penam centum librarum auri se noverit incursurum, quarum medietas camere nostre, reliqua passis iniuriam persolvetur, ad huius itaque concessionis*[d] *et confirmacionis nostre memoriam et stabilem firmitatem presens privilegium fieri et bulla aurea tipario nostre maiestatis impressa fecimus communiri. Huius rei testes sunt: Magdeburgensis, Ravanensis, Tirensis, Panormitanus et Reginus archiepiscopi, Bononiensis, Mantuanus, Turinensis, Ariminiensis et Cesanas episcopi, Saxonie et Spoleti duces, Heinricus de Swarczenburgk, Guntherus de Keverenberg, Wernherus de Kyburgk, Albertus de Habsperg, Ludwicus et Hermannus de Froburgk et Thomas de Acerbis comites, Richardus marschalcus, et Richardus camerarius imperialis aule, Albertus de Arnsteyn, Gotfridus de Hohenloch et alii quam plures. Signum domini Frederici Dei gracia etc. Acta sunt hec anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo* 1226. *vicesimo sexto, mense Marcii, 14. indicionis, imperante domino Frederico Dei gracia serenissimo Romanorum imperatore semper augusto, Sicilie rege, Romani imperii anno eius sexto, regni Ierosolimitani primo, regno vero Sicilie 26, feliciter Amen. Datum Arimine anno mense indicione prescriptis.*

Magister igitur Hermannus predictus, confisus de ipsius clemencia, qui nonnunquam potentes humiliat, ponit humiles in sublimum, defensionem terre predicte suscipit, et a Conrado duce litteias donacionis sub hoc tenore recipit:

Nos Conradus dux Mozavie, Cuyavie notum facimus tam presentibus quam futuris, quod hospitali sancte Marie domus Theotonicorum fratrum Ierosolimitane pro salute anime nostre et parentum nostrorum terram Culmensem cum omnibus attinenciis suis tam in aquis quam in agris et nemoribus, nichil utilitatis nobis reservantes vel in futurum sperantes, et villam in Cuyavia Orlaw nomine contulimus in perpetuam[e] *proprietatem integraliter possidendam, omnium heredum nostrorum accedente consensu. Sed ne vetustas mater oblivionis hanc donacionem posset inposterum*[f] *perturbare, hanc paginam sigillis nostris ac fratrum nostrorum omnium, ducum Polonie, nec non episcoporum testiumque qui predicte nostre donacioni interfuerunt subscriptione duximus roborare etc. Datum in Beze, anno incarnacionis dominice 1228, nono kalendas Maii.*

Anno itaque Domini 1231. Christi milites Wissulam fluvium in terram Colmensem transfretarunt, et prope oppidum Thorun quercum, pre ceteris nemoris huius amplam ramorum ac radicum suarum firmitate preelectam arborem, munierunt, quam statim fossa et sepe cum nonnullis propugnaculis circumdantes et in ipsius cacumine super ramos quasi habitaculi domum de lignis quorum non modica ibi aderat copia facientes, primum ad expugnandum barbaros pedem fixerunt, a quo propugnaculo gentes barbarorum mira animi fortitudine, cum parva colleccione Christi fidelium copiosam multitudinem gentilium invadere et expugnare inceperunt et de Prusia eicere. Prusia igitur ab oriente flumine Mimmel, Descriptio Prussie quod longe per Rusiam a superiore Sitia discurrens mari accipitur Gothico, Samagittas Lituanos et Curamannos ab ea dividit, a meridie Mosavia atque Dobrin Polonie terra, ab occidente Wissula, que Pomeraniam disterminat et Prusiam, ac in montibus Ungarie nascens, mare penes Danczk interfluit, et mari tandem ipso a septemtrione clauditur universa. Horum iitus, sicuti a christiana religione alienus, Quem cultum habuerant Pruteni. ita ab omni humanitate remotus fuit, ipsi namque prisco gentilitatis errore inbuti, omnem ornatum celi atque terre adorantes, nonnullas silvas adeo sacras esse arbitrabantur, ut nec ligna incidere nec vetustate quidem deiectas arbores inibi abducere permittebant, parentibus etiam liberi dum condigna exequii iura mortis persolvebant, pulchriorem genitoris servum, equum, canes et aliam domus suppellectilem una cum defuncto consumpserunt, credebant enim, ut decedentes in alio seculo hiis multo gloriosius quam hic solebant uti. Consulebant eciam augures, ubi anime defunctorum prima nocte requiescerent in hospicio, hos et plures alios errores observabant, a quibus Dei voluntate per dictos milites Christi sunt reducti et ad fidem conversi.

Anno itaque 1233. Kazamirus dux Cuyavie et prememorati ducis Conradi filius primogenitus pre- 1223. tactam donacionem predictis fratribus et ordini per eius preces[g] factam ex certa sciencia ratificavit et approbavit per litteras suo sigillo roboratas.

Anno Domini 1226. natus est Boleslaus filius Leczkonis. 1226.

Anno Domini 1227. Leczko dux Cracoviensis occiditur in Gusava[h] a Pomoranis. 1227.

Post obitum ducis Leczkonis Heinricus dictus cum barba, dux Slesie, contra voluntatem ducis Conradi fratris Leczkonis Cracoviam intrat ac obtinet, et castrum in Pregina incepit edificare, et Cracoviam

a) faciente *c.* b) assessios *c.* c) *sic supra lin. pro* et, *quod in linea sistit c.* d) *sistit in linea post hoc verbum* nostre, *sed deletum est.* e) imperp. *c.* f) imposter. *c.* g) premium *videtur in codice scriptum esse.* h) Gusana *c.*

cum omnibus redditibus, proventibus et pertinenciis ad usum suum retinens, habito quidem consilio episcopi et baronum, rem publicam provide ordinavit, leges quibus humana audacia coherceatur instituit, maleficos et calumpniosos homines exterminavit, libertatem ecclesie confirmavit; eo quoque regnante quasi per decennium terra Polonica crevit rerum incremento.

Prefatus dux Conradus habuit duos filios Kazamirum et Boleslaum, et idem Boleslaus plura bella in Sandomiro et aliis terris certa commisit.

Postquam Heinricus, dux Slesie et Cracovie, plenus dierum universe carnis viam ingressus, feliciter migravit, ei filius suus Heinricus in utroque ducatu Slezie et Cracovie successit, qui postea cito a Tartaris est interfectus.

1240. Anno Domini 1240. regnante in Cracovia Heinrico, filio Heinrici ducis Slesie, presidente tunc Gregorio IX. sedi apostolice, anno Domini 1241. Tartari Russiam ingressi, totam devastant, deinde Poloniam intrantes, eam depredantur, et feria 2. post dominicam Iudica in quadragesima in Chmelik homines ducatus Sandomiri et Cracovienses cum Tartaris gravissimum bellum inierunt, ubi et magna multitudo hominum Christi fidelium est a Tartaris occisa, ita quod omnes Poloni fugam pre nimio timore, alii in Hungariam, alii in Slesiam, alii in alias provincias arripientes, abierunt, et Boleslaus filius Leczkonis cum matre ad regem Hungarie, cuius filiam anno Domini 1239. acceperat in uxorem, divertit, et post in Moraviam fugiens, in claustro Cisterciensis ordinis commoratur; et post dictam cedem Tartari Cracoviam intrant, et eam igne totaliter comburunt. Cives vero Wratislavienses, audito quod pagani apropinquarent, omnes fugierunt de civitate; custodes vero castri descendentes in civitatem, victualia que remanserant et alias res plurimas et preciosas acceperunt et in castrum detulerunt ac civitatem succenderunt.

Postea autem feria secunda post octavam pasche, 5. Ydus Aprilis, Tartari in Legnicz proficiscuntur, quibus dux Heinricus filius sancte Hedwigis cum magno exercitu occurrit. Ibique inito et habito gravissimo bello, Polonis et cruciferis pugnantibus, ducis exercitus terga vertit in fugam, quem pagani victis omnibus insecuntur et ipsum ducem in campo comprehendunt et occidunt. Habita igitur victoria per Tartaros, ipsi in territorio Othmachaw per duas septimanas steterunt terram devastantes, et deinde cum magna cede populi Moraviam intrant, et tandem cum suis in Hungariam convenerunt, ubi per annum steterunt.

Post obitum vero ducis Heinrici a paganis occisi, milites Cracovienses se et terram Cracoviensem Boleslao filio ducis Henrici licet iuveni commendaverunt. Sed Conradus dux Mazovie, non paciens eum regnare, congregato magno exercitu Cracoviam aggreditur. Cum autem idem Boleslaus ei resistere non poterat, de Cracovia consulte recessit, dimittens ibi capitaneum et gentes suas, et dum dux Conradus eos vellet expugnare, ipsi ei reconciliati, sibi castrum Scale et civitatem Cracoviensem tradiderunt, et se eius dominio subdiderunt.

1246. Anno Domini 1246. Prutheni magna multitudine populi Poloniam intrant, terram devastant, et milites bellicosos interficiunt.

Anno Domini 1247. frater Iohannes ordinis fratrum Minorum per Innocencium IV, ut legatus, per Poloniam transiens, ad terram et regem proficiscitur Tartarorum, et ad eum perveniens legacionem pape audacter peregit et literas legacioni sue respondentes ab eodem rege impetravit et pape portavit.

1248. Anno Domini 1248. duces Slesie filii Heinrici divisionem inter eos faciunt, et orta dissensione propter terre divisionem, Boleslaus frater eorum senior cepit eos inpugnare et partem terre eorum devastare, quem postea frater eius Heinricus in quodam loco ex insperato adit et comprehendit et vinculatum mittit in Legnicz in turri custodiendum, eumque postea lapsis certis mensibus quorum consilio liberum dimittit. Ille vero ad vindictam concitatus terram devastare, villas incendere, milites captivare et in vinculis affligere fortiter cepit, cuius furori predictus Heinricus fortiter restitit; ipse vero Boleslaus Theutunicos vicinarum terrarum in adiutorium invocato, eisque castra predia terre sue et alias possessiones largitur et archiepiscopo Magdeburgensi in eius auxilium vocato castrum et civitatem tradit Lubucensen.

Anno Domini 1249. sanctus Stanislaus, episcopus Cracoviensis, per Innocencium papam IV. canonizatur et kathologo sanctorum ascribitur.

ANNALES GRISSOWIENSES MAIORES.

Annales Grissowienses, quos iam ediderat v. cl. Roepell[17], *nos, collatione denuo a v. d. Scherer Vindobonensi instituta, integros mendisque purgatos iterum hoc loco proponimus lectoribus. Est codex membranaceus saec. XIV. forma quadrata, signatus inter Vindobonensis bibliothecae imperialis manuscriptos libros Hist. prof.* 661 *nunc* 509, *et erat ut inscriptione quadam docemur monasterio sancte Dorotheae Vindobonensi donatus a fundatore. Annales nostros in fol.* 1 *exaratos invenies. Quae autem alia sint contenta in codice praememorato opera, videas Annales nostros T. X,* 474. *Codex qui exstat in monasterio Raygern (Archiv X,* 691.*) nil nisi exemplum est Vindobonensis.*

Anno Domini 1230. 14. Kal. Aprilis obiit dux Heinricus dictus cum barba. 1238. Mart. 19.

Anno Domini 1241. Tartari occiderunt ducem Henricum II. Apr. 9.

Anno Domini 1261.[a] flagellatores ibant destruere fidem christianam.

Anno Domini 1266. obiit dux Henricus III. Dec. 3.

Anno Domini 1267. canonizata est sancta Hedwigis in festo sancti Bartholomei apostoli[18].

Anno Domini 1277. in die sancti Georii conflictus fuit in Prozcano. Apr. 24.

Anno Domini 1278, 8. Kal.[19] Septembris occubuit Otachkarus rex Bohemie. Aug. 26.

Anno Domini 1280. obiit dux Bolezlaus[20], pater gloriosi ducis Bolkonis. Eodem anno Albertus marchio Brandinburgensis intravit Slesiam cum duce Bolkone.

Anno Domini 1281. legatus Philippus[21] fuit in Slesia. Eodem anno mortalitas Bohemorum fuit.

Anno Domini 1288. pridie Kal. Octobris obiit Lestico dux Cracovie[b]. Sept. 30.

Anno Domini 1289, 4. Kal. Marcii occiditur dux Priberito[c], frater ducis Glogovie. Febr. 26.

Anno Domini 1290.[d] obiit Heinricus IV. Wratislaviensis in vigilia sancti Iohannis baptiste. Iun. 23.

Anno Domini 1291. obiit secundus Thomas episcopus Wratislaviensis. 1292. Mart. 15

Anno Domini 1292.[e] in vigilia sancti Laurentii[22] intravit abbas Theodricus cum conventu Aug. 9. suo, videlicet domno Hugone, Arnoldo, Wilhelmo, Reinbardo, Sifrido, Nycolao, Alberto, Henrico, Theodrico, Hainrico, Iacobo, Sibano, in domum que vocatur Gratia sancte Marie, sive Grissow.

Anno Domini 1293. contra[f] festum Martini captus est dux Henricus Vratislawiensis 1292. c. Nov. 11. quintus, scilicet frater ducis Bolkonis, a quodam tyranno dicto Lutiko, filio quondam Pakozlay.

Anno Domini 1294.[g] 6. Kal. Marcii[23] obiit dux Henricus V, frater ducis Bolkonis. 1296. Febr. 22.

Anno Domini 1296.[h] in vigilia apostolorum Petri et Pauli fundatum est monasterium Iun. 28. lapideum in Grissow.

Anno Domini 1297.[i] in festo sancto pentecostes coronatus est rex Boemie Wenzeslaus Iun. 2. in Praga, cuius coronationem mors regine[24] in brevi est subsecuta.

Anno Domini 1298.[k] 6. Nonas Iulii occisus est rex Romanorum Adolfus a duce Austrie. Iul. 2.

a) MCCXL *prius cod.* b) Cratowie *c.* c) pribito *c., sed* bi *videtur correct. esse ex* m. d) XC° *in loco raso c.* e) XCC° *in loco raso.* f) *hanc vocem eradere conabantur, in margine alia manu scriptum est* circa. g) db M.CC.XC° CC°.XCIIII VI° kl. *cod. omnia in loco raso,* CC°XCIIII° *numeri rubro colore obliti sunt.* h) XC *in loco raso.* i) XC.VII° *in loco raso.* k) XCVIII *in loco raso.*

17) Zeitschrift des Vereins für Gesch. etc. Schlesiens I. p. 200—213. 18) Canonizata est a. 1267. die 26. Martii, elevata die 25. m. Augusti eiusdem anni. Dies S. Bartholomaei dies 24. m. Aug. est. 19) immo vero 7. Kal. Sept. 20) II: dux Legnicensis. 21) episcopus Firmanus *(Fermo)*. Eius regesta v. in Regesta epp. Wratislav. p. 74—76. 22) v. Liber fundationis claustri S. Mariae virginis in Heinrichow, ab Stenzel ed. 1854, p. 90: *Cum autem ad predictum cenobium conventus missus esset a. D.* 1293. *septimo Idus Augusti* (i. e. Aug. 7.) etc. Chartam fundationis a. 1292. datam invenies apud Sommersberg, SS. RR. Sil. I, 858. 23) falso. 24) Iuttae, quae obiit d. 18. eiusdem mensis.

Sept. 27. Anno Domini 1299.[a] 5. Kal. Octobris obiit domnus Chunradus Lubicensis[25] episcopus, qui fundavit ecclesiam in Grissoow[b].

Nov. 9. Anno Domini 1301. obiit corona Slesie, fundator et benefactor monachorum in Grissow et monialium in Strelin, illustris et christianissimus dux Bolko in die beati Theodori mar-
Nov. 19. tiris[26]. Eodem anno obiit Iohannes episcopus qui Romka dicebatur.

Iun. 22. Anno Domini 1305, 10. Kal. Iulii obiit pius Wenzeslaus[27] rex Bohemie.

Aug 3. Anno Domini 1306. occisus est Wenzeslaus[28] secundus, rex Boemie invenis, miserabiliter et crudeliter a suis perfidissimis Bohemis in vigilia Dominici confessoris.

a) XCIX° *in loco raso.* b) *sic vel* Grissdow *legendum est.*

25) Lebus. 26) v. Ann. Wratislav. antiquos ad h. a. Copiose hoc de loco disputat Roepell in Zeitschrift für Geschichte etc. Schlesiens I. p. 210 sq. 27) II. 28) III.

ANNALES GRISSOWIENSES MINORES.

Continet hosce annales codex membr. in fol. saec. XIV. ineuntis, olim monasterii Grissowiensis nunc bibl. regiae Wratislaviensis, signatus Cl. IV. F. 170, *in fol.* 137' *rubro colore ab una eademque manu scriptos. Repertos a me atque exscriptos cum maioribus annalibus Grissowiensibus esse hoc loco simul edendos perutile duxi.*

Aug. 9. Anno Domini 1292, 5. Idus Augusti[29] intravit conventus in Grisow.

Nov. 9. Anno Domini 1301, 5. Idus Novembris obiit dux Bolko fundator noster.

Aug. 16. Anno Domini 1302, 17. Kal. Septembris obiit frater Hugo sacerdos et monachus.
Sept. 24. Eodem anno 8. Kal. Octobris obiit frater Iohannes conversus sutor.

Mart. 30. Anno Domini 1304, 3. Kal. Aprilis obiit Echardus conversus.

Sept. 15. Anno Domini 1305, 17. Kal. Octobris obiit frater Ar. sacerdos et monachus.

Sept. 24. Anno Domini 1306, 8. Kal. Octobris obiit frater Theo. sacerdos et monachus.

Ian. 7. Anno Domini 1308, 7. Idus Ianuarii obiit Reinhardus sacerdos et monachus.

Mart. 9. Anno Domini 1308, 7. Idus Marcii obiit Richwinus conversus.

Apr. 26. Anno Domini 1310, 6. Kal. Maii obiit frater Iacobus sacerdos et monachus.

Ian. 17. Anno Domini 1312, 16. Kal. Februarii obiit frater Fridericus conversus.

Nov. 4. Anno Domini 1312, 2. Non. Novembris obiit domnus Wilhelmus tercius abbas huius domus.

29) v. Ann. Griss. maior. ad hunc ann.

Ann. Cisterciensium in Heinrichow. Codex Wratislaviensis.

duicem eos extra ciuitate sepelierunt. quos videm etiam in honore corporis christi edificauit. Anno domini M. CC. XV. in trasleze cre mati sunt in suidnitz et in wratislauia.

Chronicon Polono-Sil. C. Furstenstein.

Tunc pecuniam ut avit cronice ... Fuit ... est ... pater ... glogouia occupat ... in campestrum ... campus ... castrorum fugit ... captus fuisset ... vocatur teuthonicos ... applantes ... ecclesias

Ann. Cracovienses vetusti Cod. Petropolitanus.

M. ill. lxxiii.
M. ill. lxxiiii.
M. ill. lxxv.
M. ill. lxxvi.
M. ill. lxxvii. Bolezlaus ... coronatur ...
M. ill. cvii.
M. ill. cxviii. ... palatium ...
M. ill. cxviii. Bolezlaus ... duos pomeranos duces bello
M. ill. cxx.
M. ill. cxxi. hector ...

Ann. Cracovienses compilati. C. Cracov.

p. 5

M lxx ...	Lambertus episcopus obiit cui Stanislaus successit.
M lxxvii.	Boleslaus ... coronatur ...

Ann. Lubinenses Cod. Berolinensis.

d	M clxiiii	Bernardus episcopus ... Cherubinus succedit
c	M c lxv	Mathe episcopus cracouiensis ... Getheo succedit.
b	M clxvi	Getheo ... cracouien consecratur.
a	M clxvii	Dux henricus cum exercitu suo interficitur in bello ...

p. 16.

Mcc lxii.	Eodem anno ... Cronia ... Dux Semouite occiditur a lithuanis

Ann. Kamenzenses Cod. Wratislaviensis.

Ista accepta sunt de cronicis polonorum. Mesco qui appellatur rex polonorum cum esset gentilis sub pacto ... filiam ducis boemie in vxorem que venit ad eum anno incarnationis dominice nongentesimo sexagesimo quinto ... genuit bolezlaum

Ann. Capituli Cracoviensis Cod. Cracoviensis

p. 7.

Dcc liii	Ipminus italiam intrat
Dcc liiii.	Bonifacius martirizatur ...
Dcc lv.	Organum primum in franciam venit
Dcc lvi.	Pipinus rex saxoniam ingreditur
Dcc lvii.	Pipinus rex wasconiam vincit.

M. xliiii.
M. xlv. — ... maij. luna. xxx. Mescho filius kazimiri natus est xvii. kal.
M. xlvi.
M. xlvii.
M. xlviii. — Otto dux ... natus de rege kazimiro
M. xlix. — et dobroniega regina ... eodem anno moritur.

p. 15.

exercitum occiditur.

M cc lxv. Castrum edificatur in Cronia super totum ... lignis.

Annales Polonorum I. Codex Zamoyscianus

rex cum victoria et magna gloria ad propria fuit reuersus sine omni lesione seu perditione suorum nobilium.

... fuit ibidem.

Eodem anno in octava purificationis sancte marie venabilis pater dominus Guido. militans deo sub norma et ordine Cysterciensi. TT. sancti Laurencij

W. Arndt scripsit.

Mon. Germ. SS. T. XVIIII. Tab. II. ad pag. 543.

ANNALES CISTERCIENSIUM IN HEINRICHOW.

Tribus ex partibus constant hi annales, quos, quum codices duo olim in abbatia Heinrichowensi exstiterint eorumque unus certe a monacho ordinis Cisterciensis ibi scriptus sit, Annales Cisterciensium in Heinrichow nominavimus. Nec laboris est partes has seiungere. Primum quidem animadvertas, ut iam tituli indicant, auctorem exscripsisse chronicam quandam Polonorum, cuius exemplar studio Wattenbachii cl. v. detectum et typis expressum[30] *a nobis infra iterum* 30 *dabitur*[31]. *Sequuntur tum annales Silesiaci usque ad annum* 1317, *quos tertio loco excipit continuatio usque ad annum* 1326 *deducta. Sed videamus prius de codicibus, quos omnes tres in usum nostrum et Wratislaviae et Berolini contulimus. Duo eorum genera sunt statuenda.*

A 1) *Codex membranaceus bibl. regiae Wratislaviensis, signatus* Cl. IV. Q. 92, *olim fratrum in Heinrichow, forma quadrata vel potius octava, quam dicimus, est scriptus anno* 1340, *ut docemur verbis sub fine computi ecclesiastici scriptis his:* Explicit conpotus novus ecclesiasticus compilatus et scriptus a fratre Conrado ordinis Cysterciensis ..... anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo et finitus in proxima die post festum beati Urbani. *(i. e. Mai. 26.)* Deo gratias. *Continet autem a) Vocabularium Latinum, b) Computum novum ecclesiasticum, c) Computum manualem magistri Iohannis de Pulchro-Rivo, d) Tabulam inventionis lunae, e) f.* 121' *notas de initiis diversorum ordinum, f) alia eiusdem paginae columna Annales Heinrichowenses infra dandos, g) paulo infra annales nostros. Notas historicas annorum* 1386 *et* 1400 *adscripserunt in tegumento duae manus coaevae, ita quidem ut earum altera inciperet a verbis* vocatus est Vladislaus. *Ignarus quidam homo, nescio cuius saeculi, quum animadvertisset relationem anni* 1315 *eam a.* 1317 *sequi, chronologiae mendum fortasse suspicans, erasit novem et dimidiam lineas, totam anni* 1315 *narrationem de peste et de constructione ecclesiae Corporis Christi Wratislaviensis continentes. Quam lacunam, quum vestigia litterarum et vocum illito ammoniaco hydrosulphurato nos certiores de rerum argumento fecissent, supplere possumus ope codicis eiusdem classis a nobis prima vice in certamen vocati, Berolinensis.*

1a) *Codex bibl. regiae Berolinensis, sign. Ms. Germ. Quart.* 765, *membr. saec. XV, forma quadrata minori, continet f.* 101 *sub titulo rubro:* Incipit Cronica Polonorum *primo loco notas de ordinum monasticorum fundationibus, quas statim excipiunt Annales Heinrichowenses. Horum post finem fol.* 101' *una et dimidia linea rubricatori ad officium suum peragendum sunt vacuae relictae. Apparet titulum memoratum hoc loco fuisse ponendum. Tum sequuntur annales nostri.*

Codex cum 1. *omnibus in locis et verbis, si excipere velis quasdam scribendi diversitates haud magni momenti, consentit, ita ut ex uno eodemque fonte utrumque fluxisse sit verisimile. De cuius codicis authentici natura atque indole paulo infra disputandum est.*

Alterius classis B *codex exstat hic:*

2) *Codex membr. bibl. regiae Wratislaviensis, signatus* Cl. IV. F. 191. *olim Heinrichowensis, saeculo IV. perbene scriptus, in folio. Continet autem a) Vitam S. Hedwigis, b) Martinum Polonum, c) Roberti de Monte historiam*

30) Mon. Lubensia p. 62. 31) sub titulo Annalium Polonorum ex monasterio Kamenz.

Hierosolimitanam, d) Burchardi de Monte Sion descriptionem terrae sanctae, e) Visionem Tundali, f) f. 164 Annales nostros, quos ab anno 1315 altera prorsus diversa manus scripsit (v. scripturae specimen), g) f. 165' Annales Heinrichowenses ab ipsa prima manu exaratos. — Textus, qualem hoc praebet exemplum, multis in locis diversus est a textu classis A *et ut comparatio cum memorata Polonorum chronica docet, magis ad genuinam formam operis accedit. Fieri igitur non potuit, quin duabus proferremus columnis hosce annales. Quibus praemissis licet nostram de codicum fonte opinionem afferre. Ille codex autographus prima vice usque ad annum 1317 erat scriptus, cui addebatur postea continuatio, quum antea iam a scriba codicis 2. sit exscriptus. Postquam autem continuatione erat adauctus, eundem exscripsit quidam vel omittendo vel addendo alterum novumque textum efficiens. Tali ex exemplari manaverunt codices classis* A.

Editiones adhuc exstabant duae

I. in „Monatschrift von und für Schlesien. I, 49" a v. cl. H. Hoffmann procurata secundum fidem codicis 1.

II. Stenzel v. beatae memoriae secundum codices 1 et 2 dabat Annales in primo Tomo Script. rerum Siles. p. 33—37 sub titulo „Breve chronicon Silesiae", notasque amplissimas adiiciens. Quum autem ei nec praesto fuissent iuvamina postea demum detecta, nec plane perspexisset naturam atque indolem codicis 2, fieri non potuit, quin textum secundum fidem codicis 1 constituentem eum fugeret cognitio de re vera.

A.

De cronica Polonorum[a].

Mesco dux Polonie, qui appellatus est rex Polonorum, cum esset gentilis, sub pacto conversionis ad fidem Christi accepit Dubrancam, filiam ducis Bohemie, in uxorem, que venit ad eum in Poloniam anno Domini nongentesimo septuagesimo, de qua genuit Bolezlaum magnum.

Anno Domini nongentesimo septuagesimo primo dux Mesco baptizatus est. Iste Mesco habuit sororem nomine Adilheidem, quam Iesse rex Ungarie accepit in uxorem, que cum esset christiana, virum suum Yesse[b] convertit ad fidem Christi. Ista post visionem[c] per beatum Stephanum prothomartirem sibi revelatam concepit et genuit Stephanum regem Ungarie anno Domini 975.

Anno Domini 1025. Bolezlaus magnus obiit. Iste Bolezlaus dictus[d] est animosus; cum enim esset filius ducis Mesconis neposque ducis Bohemie et consobrinus Stephani[e] regis Ungarie, audaciam assumpsit ex eorum adiutorio. Iste Bolezlaus manu potenti terminos Polonie dilatavit, versus orientem usque in portam Kyv, versus occidentem usque in Salam. Ecclesiam eciam Dei exaltavit, episcopatus distinxit[f] et dotavit atque ditavit, et tribuens eis predia et castra, famulos et servicia, omnemque culturam eradicans ydolorum, fundans pacem et iusticiam in terra.

B.

Ista que sequuntur[g] *inveniuntur in cronicis Polonorum.*

Mesco dux Polonie, qui appellatus est rex Polonorum, cum esset gentilis, sub pacto conversionis ad fidem Christi accepit Dubravcam, filiam ducis Bohemie, in uxorem; que venit ad eum in Poloniam anno Domini nongentesimo septuagesimo, de qua genuit Bolezlaum magnum, qui natus est anno Domini nongentesimo septuagesimo secundo.

Anno Domini nongentesimo septuagesimo primo dux Mesco baptizatus est. Iste Mesco habuit sororem nomine Adelheydam, quam Iesse rex Ungarie accepit in uxorem, que cum esset christiana, virum suum Iesse convertit ad fidem Christi. Ista post visionem per beatum Stephanum prothomartirem sibi revelatam concepit et genuit Stephanum regem Ungarie anno Domini 975.

Anno Domini 984. duxit uxorem Bolezlaus magnus.

Anno Domini 1025. Bolezlaus magnus obiit. Iste Bolezlaus dictus est animosus, cum enim esset filius Mesconis et nepos ducis Bohemie consobrinusque Stephani regis Ungarie, audaciam assumpsit ex eorum adiutorio. Iste manu potenti terminos Polonie dilatavit, versus orientem usque in portam Kyv, versus occidentem usque in Salam. Ecclesiam eciam Dei exaltavit, episcopatus distinxit et dotavit atque ditavit, et tribuens eis predia et castra, famulos et servicia, omnemque culturam eradicans ydolorum, fundans pacem et iusticiam in terra.

Anno Domini 1039. sanctus Stephanus rex Ungarie obiit.

---

a) *titulus deest* 1a. b) Iesse 1a. c) visio 1a. d) *in margine* 1. e) Sthephani 1a. f) distincxit 1a. g) sequntur 2.

Anno Domini 1238. 14.[a] Kalendas Aprilis obiit Heinricus[b] dux Sleziae, dictus cum barba.

Anno Domini 1241. Tartari[c] devastaverunt terram Slezie, et ducem Heinricum[d], filium predicti ducis Heinrici cum barba, occiderunt in bello prope Lignitz[e], in loco qui vocatur Walstat.

Anno Domini[f] 1261. flagellatores transiverunt per[g] terram Slezie, qui velatis capitibus et scapulis denudatis se ipsos flagellis ciciderunt.

Anno Domini 1265. obiit dux Henricus[h] tercius, qui dictus fuit Henricus Albus.

Anno Domini 1277. octavo Kal. Maii bellum fuit circa Proczan[i], in quo multi occisi corruerunt.

Anno Domini 1280. Saxones[32] terram Slezie devastaverunt et Monsterberg civitatem obsederunt.

Anno Domini 1281.[k] Philippus Firmanus episcopus legacione functus est in terra Slezie[33]. Eodem anno fames valida oppressit terram Bohemie et Slezie, per quam Bohemi infiniti et alii multi perierunt.

Anno Domini 1289. tercio Kal. Augusti Ruteni terram Slezie intraverunt et circa Nizam[l] et Grotkowe predam hominum tulerunt[m] et in terram suam deduxerunt.

Anno Domini 1290. in vigilia beati Iohannis baptiste obiit illustris princeps Heinricus[n] quartus, dux Wratizlaviensis, qui appellatus est Probus dux, quia magne probitatis vir et largitatis fuit, qui fundavit ecclesiam conventualem canonicorum Sancte Crucis in Wratizlavia.

Anno Domini 1309. multi viri cum armis et mulieres cruce signati turmatim per terram Slezie et per alias terras transiverunt, dicentes[o] se velle mare transire et terram sanctam et sepulchrum[p] Domini expugnare, qui postea inanes ad propria redierunt.

Anno Domini 1310. in die beati Iacobi apostoli mane incepit pluere, et duravit continue illa pluvia[q] per duos dies et noctes, per quam aqua, que Niza[r] vocatur, tam[s] inundavit, quod ante civitatem Glatz[t] multas domos subruit et deduxit, et mille quingentos homines, ut dicunt, ibidem[u] submersit, exceptis aliis locis, ubi eciam plurimi perierunt[v].

Anno Domini 1238. 14. Kalendas Aprilis obiit dux Heinricus dictus cum barba. Mart. 19.

Anno Domini 1241. Tartari devastaverunt terram Slezie, et ducem Hynricum, filium beate Hedwigis, occiderunt in bello prope Ligenitz, in loco qui vocatur Walstat. Apr. 9.

Anno Domini 1261. flagellatores transiverunt per terram Slezie, qui velatis capitibus et scapulis denudatis se ipsos flagellis ciciderunt.

Anno 1265. tercio Kal. Decembris[34] obiit dux Hynricus tercius, pater Probi ducis. Dec. 3.

Anno Domini 1277. octavo Kal. Marcii bellum fuit circa Protzan, in quo multo occisi corruerunt. Apr. 24.

Anno 1280. Saxones terram Slezie devastaverunt.

Anno Domini 1282. Philippus Firmanus episcopus legacione functus est in terra Slezie. Eodem anno fames oppressit terram Bohemie et Slezie, per quam Bohemi infiniti perierunt.

Anno Domini 1289. tercio Kal. Augusti Ruteni[w] terram Slezie intraverunt et circa Nizam et Grotkowe predam hominum tulerunt et quam plures occiderunt. Iul. 30.

Anno Domini 1290. in vigilia beati[x] Iohannis baptiste obiit illustris princeps dux Hynricus, qui appellatus est Probus dux, quia vir magne largitatis et probitatis fuit. Hic fundavit ecclesiam conventualem canonicorum apud Sanctam Crucem in Wratizlavia. Iun. 23.

Anno Domini 1309.[y] multi viri et mulieres cruce signati per terram Slezie et per alias terras turmatim transiverunt, dicentes quod mare vellent transire et terram sanctam expugnare, qui postea inanes ad propria redierunt.

Anno Domini 1310. in die beati Iacobi apostoli circa horam primam incepit pluere, et duravit illa pluvia per duos dies et noctes, ex qua pluvia fluvius, que Niza vocatur, tantum inundavit, quod ante civitatem, que Glatz vocatur, multas domos subruit et mille quingentos homines ibidem submersit, exceptis aliis locis, ubi eciam plurimi perierunt. Iul. 25.

a) *deest* 1a. b) Henricus 1a. c) tarrari 1a. d) Henricum 1a. e) Legenicz 1a. f) *rubro colore in margine add.* 1. g) *deest* 1a. h) Heinricus 1a. i) Prozcan 1. k) *sic* 1a, *in* 1. *radendo numerus in* MCCLXXXI *mutatus est.* l) nysam 1a. m) tule 1. n) *de hac voce primae litterae in loco raso sistunt* 1; *in marg. add.* 1a. o) dicente 1a. p) sepulcrum 1a. q) *in marg. add.* 1. r) nycza 1a. s) tantum 1a. t) Glacz 1a. u) *in marg. add.* 1; *deest* 1a. v) *sequitur in* 1 *locus* 9½ *linearum rasus.* w) *sic rad. corr. ex* Pruteni 2. x) beate 2. y) IX *in loco raso* 2.

32) cf. Ann. Grissow. maiores ad h. a. de Alberto marchione Brandenburgensi disputantes. 33) v. Ann. Griss. maior. 34) false.

Anno Domini 1317. fames valida Slecziam et totam Poloniam oppressit, per quam innumerabiles Poloni perierunt, ita quod in civitate Wratizlavie propter eorum nimiam multitudinem cives eos extra civitatem sepelire fecerunt, et ibidem ecclesiam ad honorem corporis Christi edificaverunt.

Anno Domini 1317. fames valida totam Poloniam oppressit, per quam famem innumerabiles Poloni perierunt, ita quod in civitate Wratizlavie propter eorum nimiam multitudinem eos extra civitatem cives[h] sepelierunt, et ibidem ecclesiam in honore corporis Christi edificaverunt.

Continuatio annorum 1315—1326.

Anno Domini 1315. in Slezia cremati fuerunt multi heretici in Swidenitz[a] et in Wratizlavia et alias.

Dec. 22. Anno Domini 1318, 11. Kal. Ianuarii, id est in crastino beati Thome apostoli, circa horam vesperarum ventus vehemens venit, qui cum tanto inpetu nivem spargebat et circumferebat, quod homines qui in viis et in campis erant, quasi excecati per nivem, ad sua hospitia[b] redire non potuerunt et sic plures frigore perierunt.

35 Anno Domini 1326.[35] Litwanorum exercitus de terra sua egressus, cum conductu regis Cracovie, Vlodezlai, cognomento Lotket[c], intraverunt dyocesim[d] Lubucensem et ibi et alias magnam multitudinem hominum christianorum, virorum ac mulierum, captivam duxerunt et miserabiliter tractaverunt; nam mulieres et virgines stupraverunt, pregnantes[e] cum suis fetibus transfixerunt, quibusdam guttura preciderunt[f], et divinaciones suas exercuerunt, quam plures eciam diversis modis occiderunt, reliquos vero, vinctis manibus et decem vel pluribus pariter copulatis et caldaribus et aliis diversis rebus ad colla ipsorum suspensis, ad terram suam miserabiliter abduxerunt.

Anno Domini 13 . [g]

Anno[i] Domini 1315. in terra Slezie cremati sunt multi heretici in Svidnitz et in Wratislavia.

Anno Domini 1318, 11. Kal. Ianuarii, circa horam vesperarum ventus vehemens venit, qui cum tanto inpetu nivem spargebat et circumferebat, quod homines qui in campis erant et per vias ambulabant, quasi excecati per nivem ad hospitia sua redire non potuerunt et plures frigore perierunt.

Anno Domini 1326. Litwanorum exercitus, de terra sua egressus, cum conductu regis Cracovie Vlodezlai, qui appellatus est Loketh, intraverunt dyocesim Lubuczensem, in qua magnam multitudinem hominum christianorum captivam duxerunt et ipsos miserabiliter tractaverunt; nam mulieres et virgines stupraverunt, pregnantes et parturientes cum suis fetibus transfixerunt, quibusdam guttura preciderunt, quam plures eciam diversis modis occiderunt, reliquos vero, vinctis manibus et decem vel pluribus pariter copulatis, et caldaribus et aliis diversis rebus ad colla ipsorum suspensis, in terram suam miserabiliter abduxerunt.

Notae ex codice 1.

Ian. 28. Anno Domini 1386, scilicet Agnetis secundo, venit ventus magnus ab aquilone, qualis, ut referunt, non fuit in centum annis, qui tam magna incommoda fecit per universas regiones, nam in silvis eradicavit arbores, scilicet pinus, quercus, in civitatibus tecta de turribus et domibus, nam hic proiecit campanile magnum de ecclesia in terram, dum cantaretur *Venite* a duobus fratribus; et in Brega[36], in Lublucz[37], similiter proiecit campanilia et in aliis civitatibus.

a) Swidenicz 1a. b) hospicia 1a. c) Locket 1a. d) dyocesym 1a. e) pugnantes 1a f) presciderunt 3. g) *deest* 1a. h) *in marg. add.* 2. i) *secunda manus pergit scribere* 2.

35) De tempore v. Canonicum Sambiensem (Scriptores rerum Prussicarum I, 287): *A. D.* 1326. *Lithwini ex parte Lotkonis in Marchia multum populum occiderunt, et plures captivos deduxerunt et hec post purificacionem beate Virginis* (Febr. 2.) *circa* 8 *dies.* V. quoque Petrum de Dusburg, ibid. p. 193 et 194. 36) Brieg. 37) fortasse legendum est Lubczicz, Leobschütz, an Lubus?

Item anno Domini 1386. Litwani et rex eorum ad fidem convertuntur Cristi, qui rex.... sub fide conversionis duxit filiam[38] regis Ungarie et ab episcopo Cracoviensi[39] in Cracovia baptizatur; qui eciam optinuit regnum eiusdem provincie, qui fuit selator fidei et cleri multum, et vocatus est Vladislaus.

Item anno Domini 1410. supradictus rex obtinuit triumphum in Prusia[40], devastando Iul. 15. terram, recipiens civitates plurimas et castra in possessionem preter Marienburg. Ibi corruit magister ordinis[41] in bello cum plurimis cruciferis et aliis hospitibus, quasi infinitis numero, et istud bellum factum fuit in die divisionis appostolorum.

38) Hedwigam, filiam Ludowici Magni. 39) Bodzantha. 40) apud Tannenberg. 41) Ulricus de Iungingen.

ANNALES HEINRICHOWENSES.

***Q**uum in praefatione Annalium Cisterciensium in Heinrichow iam locuti simus de codicibus, hoc loco denuo restaurare disputationem est supervacaneum. Annales Heinrichowenses eos nominavimus, quod duo eorum codices, ut supra iam dictum est, olim in hoc praeclarissimo exstiterint coenobio. Ne quid desideretur, in fine addimus notas de diversorum ordinum initiis, ex codicibus 1. et 1a desumptas.*

1. 1a.

Anno Domini 977. beatus Adalbertus episcopus Pragensis passus est in Pruzia.

Anno Domini 1079. sanctus Stanizlaus[a] episcopus Cracoviensis passus est[b] tercio Idus[c] Aprilis.

Anno Domini 1170. sanctus Thomas archiepiscopus Cantuariensis passus est.

Anno Domini 1231. obiit sancta Elizabeth, filia Andree regis Ungarie et uxor lantgravii Hassie.

Anno Domini 1243. obiit beata Hedwigis ducissa Slezie, et anno Domini 1268. translata fuit in crastino beati Bartholomei apostoli.

2.

Anno Domini 977. beatus Adelbertus Pragensis episcopus passus est in[c*] Pruzia.

Anno Domini 1008.[d] sanctus Adelbertus canonizatus est.

Anno Domini 1072. sanctus Stanizlaus in episcopum Cracoviensem ordinatur.

Anno Domini 1079. sanctus Stanizlaus passus est tercio Idus Aprilis. Apr. 11.

Anno Domini 1170. sanctus Thomas Cantuariensis archiepiscopus passus est.

Anno Domini 1231.[e] obiit sancta Elizabeth, filia regis Ungarie et uxor lantgravii Hassie.

Anno Domini 1236. canonizata est beata Elizabeth.

Anno Domini 1243.[f] obiit beata Hedwigis ducissa Slezie.

Anno Domini 1268. translata[g] est beata Aug. 25. Hedwigis.

a) Stanislaus 1a. b) p. e. ep. Cr. 1a. c) ydus 1a. c*) *deest* 2. d) *prius* MCCCVIII *rad. corr.* 2. e) *ultimus numerus alia manu in loco raso.* f) III *alia manu in loco raso.* g) II ť *in loco raso alia manu.*

2.

Anno Domini 1201. beata Konegundis canonizata est.

Anno[a] 1293. septimo Idus Augusti missus est novus ac primus conventus e monasterio Henrichoviensi ad monasterium Grissowiense noviter fundatum sub Bolkone duce de Fürstenberg.

De iniciis diversorum ordinum[41*].

Anno Domini ducentesimo quinquagesimo inicium sumpsit monasticus ordo a sancto Anthonio.

Anno Domini quigentesimo vicesimo inicium sumpsit niger ordo[b] a sancto Benedicto.

Anno Domini millesimo nonagesimo octavo inicium sumpsit ordo Cysterciensis[c] a sancto Roberto.

Anno Domini millesimo centesimo vicesimo inicium sumpsit ordo Premonstratensis a sancto Norberto.

Anno Domini millesimo ducentesimo octavo inicium sumpsit ordo fratrum Maiorum id est Predicatorum a sancto Dominico.

Anno Domini eodem inicium sumpsit ordo fratrum Minorum a sancto Francisco.

Anno Domini[d] .....

a) *haec omnia sequentia recentissima manu adscripta sunt.* b) ordo niger 1a. c) cisterciensis 1a. d) *sequitur locus rasus* 1; *desunt haec verba* 1a.

41*) cf. Notas Cluniacenses SS. T. XVII. pag. 722. P.

ANNALES LUBENSES.

Saepe contigit, ut socii nostri bibliothecarum codicibus excussis libros detegerent, quos quomodo ex patria in alias terras longe remotas devenerint summo studio non poterant revelare. Et nostrorum annalium exstitit similis sors. Omnibus enim monasterii Lubensis manuscriptis deperditis, postquam in bello tricennali Suecus eos abduxit Stettinum, sicque spe de historicis fontibus huius coenobii inveniendis prorsus delusa, evenit, ut Philippus Jaffé, nunc professor Berolinensis, in itinere Italo inveniret Venetiis codicem praeclarissimae bibliothecae Sancti Marci res Silesiacas continentem. Copia ab eo parata ad Wattenbachium tunc tabularium regium Wratislaviensem missa, doctissimo viro praebuit ansam ad decem lustra ab universitate Wratislaviensi anno 1861 *feliciter peracta rite celebranda componere libellum:* Monumenta Lubensia. *Quum autem nobis a D. Georgio Pertzio munus impositum esset omnes quicunque exstarent colligere annales Silesiacos, non dubitavimus secundum editionem Wattenbachii, qua etiam de codicis indole et natura instructi sumus, hoc loco lectoribus nostris proponere et Annales Lubenses et Epitaphia ducum Silesiae, quae Annales Sepulcrales nominare possis. Continet enim codex quinque partes, quas quanquam a scriba indocto sunt coniunctae, facillime discernere possumus. Sunt autem hae: Annales ab anno* 1099 *usque ad annum* 1305 *ducti, ex annalibus*

fortasse Thuringicis derivati, mendis et chronologicis et historicis ultra quam possumus credere, scatentes; Annales nostri Lubenses, Catalogus episcoporum Wratislaviensium, Versus, Epitaphia.

Codex olim ad summam ecclesiam Wratislaviensem, sancto Iohanni dedicatam, pertinebat, et ut inscriptione in tegumine libri docemur comparatus est per Nicolaum Tempelfeld, quem circa annum 1471 *ex hac decessisse vita constat. Nunc in bibliotheca Marciana hoc signum fert: Classis X. Lat. Cod.* 188. *chartac. in folio saec. XV, et inprimis impletur Tractatu de longaevo scismate auctore abbate Ludolfo de Sagan. Scriptus est etsi non integer, certe magna ex parte anno* 1466.

Annales nostri, quanquam de paucis tantum annis testimonium afferunt, omnino haud spernendi sunt et inter antiquissima provinciae Silesiacae monumenta numerandi. Sed Wattenbachio consentire nequeo, qui cum chronico Polono-Silesiaco detexit similitudinem, eiusque causam, an exstiterit eo quod auctor sibi in usum vertisset chronicon praememoratum, an quod utrique unus idemque fons praesto fuisset, dubiam reliquit. Equidem non possum invenire similitudinem ad hunc amborum connexum declarandum idoneam. Annales nostros in monasterio Lubensi conscriptos esse, persuasum habeo.

Anno incarnationis Domini 1241. tercia feria post octavas[a] pasche, scilicet 5. Ydus [1241.] Aprilis fuit prelium in Walstat cum Thartaris, in quo pie memorie filius ducis Henrici [Apr. 9.] piissimi principis cum barba, qui fundavit Trebniczyam[42], et sancte Hedwigis occubuit. Ante idem pascha anno 1240. post meridiem sol eclipsim passus est.

Anno Domini 1267. translata est beata Hedwigis in Trebnitcz a venerabilibus patribus [1267.] abbatibus, scilicet pie memorie Nicolao abbate Lubense et aliis quam pluribus ad hec depu- [Aug. 25.] tatis. Canonizata est autem beata Hedwigis a sanctissimo patre papa Clemente papa [1267. Mart. 26.] quarto[43].

Anno Domini 1277.[b] 12. Kal. Marcii, hoc fuit proxima quinta feria post Invocavit, dux [1277.] Henricus[44] Wratislaviensis captivatur et patruo suo duci Boleslao[45] traditur, a quo captivus [Febr. 18.] in Leen[46] 22 septimanis detinetur. Interim cum tenetur, ex utraque parte exercitus adunatur, in quo dux Poznaniensis[47] capitaneus loco captivi cum dicto Boleslao congreditur[48], [Apr. 24.] et utrobique multitudo ceditur. Ab ipso tamen Boleslao victoria optinetur. Demum captivus dimittitur[49], terraque Slesie rursum dividitur[50].

Sequenti anno rex Bohemorum contra imperium rebellare presumens et maximum [1278.] exercitum conducens, regi Rudolffo obviabat quem contempserat, contra ipsum ad prelium preparat. Sextaque feria post Bartholomei bellum commiserunt, multique cum rege Bohemorum perierunt. Post hec circa nativitatem Domini Boleslaus moritur[51], et in Legenitcz [Aug. 26.] apud Predicatores sepelitur.

Anno Domini 1303. translatione sancti Benedicti turbato aere magnus grando cecidit [1303.] in modum unius ovi, ac etiam in aliquibus locis inventi sunt multo maiores hiis, utpote in [Iul. 11.] modum capitis unius pueri.

Anno Domini 1315. circa festum beati Iacobi multi heretici, fere quinquaginta vel [1315.] plures cum mulieribus et parvulis in Sweidnitz concremati sunt, et in Wratislavia et in aliis [c. Iul. 25.] civitatibus combusti sunt quam plures[52].

Anno Domini 1281. cepit fames valida in multis terris et duravit .... annis regnante Rudolffo[53].

a) *deest c.* b) 1270. *c.*

42) a. 1203. V. Fundationis chartam die 28. m. Iun. eiusdem anni datam, apud Sommersberg, SS. Rer. Sil. I, 815. 43) Ex originali papae bullam dedit v. d. Stenzel, SS. Rer. Sil. II, 119—126. 44) IV. 45) Lignitzensi. 46) Lehnhaus, non multum a Loewenberg ad merid. sita. 47) Przemislaus. 48) apud Protzan. 49) interventu regis Bohemiae, Ottokari II; v. Chron. Polonorum ap. Stenzel, SS. Rer. Sil. I, 31. 50) v. Chron. Pol. l. c. 51) de tempore v. Wattenbachium, Mon. Lubens. p. 10. n. 1; cf. Ann. Griss. supra. 52) v. Ann. supra Cisterc. ad h. ann. 53) v. Ann. Cisterc. ad ann. 1182.

EPITAPHIA DUCUM SILESIAE.

De codice et prima editione iam supra pag. 548 *disputavimus. Maximi momenti sunt annotationes hae, dum Chronicon principum Polonorum eas in se recepit, ut ex hoc quem proferemus loco liquet. Sic enim habet opus laudatum (ap. Stenzel, SS. Rer. Siles. I. p.* 99*):* Et quemadmodum constat ex epitaphiis principum Polonorum nec non cronicis, hic Boleslaus, Altus dictus, habuit hos filios, Iaroslaum Wratislaviensem episcopum, Henricum cum barba, Boleslaum, Conradum et Iohannem infantem in Porta sepultum, nec non Algam et Adylheidim, marchionissam Moravie supradictam, filias, et tandem decedens anno D. 1201 in Lubens similiter est sepultus. *Velim ut conferas etiam Chr. princ. Polon. p.* 148 *cum narratione de morte ducis Premizl apud Siewierz occisi. Equidem puto Chronicon principum Polonorum mutuatum esse Epitaphia, quanquam invenire possis facta quaedam commemorata, quae eo tempore, quo iam diu auctor Chronici functus fuisset suo munere, in nostris sunt addita. Nec haec dubium movere possunt, quum quae contigerant, in codice authentico postea adscripta esse sit verisimile. — Notarum v. cl. Wattenbachii magnam partem retinuimus.*

EPYTAPHIA DUCUM SLEZIE.

Et primo ducis Bolezlai, qui fuit[a] *fundator cenobii Lubensis et dominus tocius Slezie.*

Dec. 7. Anno Domini 1201, 7. Idus Decembris obiit illustris dux et princeps egregius Bolezlaus
54 Altus dictus, fundator cenobii Lubensis[54].

Et isti versus scripti in tumba eius in Lubens in choro ante summum altare.

Dux Bolezslaus, honor patrie, virtute deinceps
Cui par nullus erit per regna Polonica princeps,
Conditur hoc loculo, locus a quo conditus iste,
Demonis ara prius, tua transit in atria, Christe.

Febr. 21. 9. Kal. Marcii obiit domina Christina[55] uxor eiusdem fundatoris secunda.

1162. Iun. 2. Anno Domini millesimo .... 4. Nonas Iunii obiit dux Wladizlaus Cracovie, Gnezdne, Syrazye, Kalisie et Slezie dominus et pater fundatoris Bolezlai supradicti[56].

Aug. 25 8. Kal. Septembris obiit domina Adilheidis[57] uxor eius, filia imperatoris Henrici IV.

Ian 17. 16. Kal. Februarii obiit domicellus Conradus dux Glogowie, filius eius, frater fundatoris predicti.

Iul. 18. 15. Kal. Augusti obiit Bolezlaus filius secundus Bolezlai fundatoris, preparatus ad miliciam.

Iul. 5. 3. Nonas Iulii obiit Conradus tercius filius eiusdem fundatoris.

Mart. 10. 6. Idus Marcii quartus filius Iohannes infans, filius eiusdem fundatoris, et in Porta est sepultus.

Iun. 27. 5. Kal. Iulii obiit domicella Obliga[58], prima filia fundatoris nuptura.

1241. Apr. 9. 5. Ydus Aprilis occubuit Bolezlaus in prelio Thartharorum, filius domine Adelheydis, filie fundatoris et marchionis Morawie Dypoldi, qui iacet sepultus in choro conversorum in Lubens.

a) *deest c.*

54) cf. Thebesius, Liegn. Jahrbücher II, 31: „Mein Ms. inscriptionum monasterii Lubensis hat Folgendes hiervon: Boleslai hic visitur tumulus aeneus, cui ducis imago, coma decurtata, barba brevi sed in latitudinem deducta, dextra bastam tenens insculpta sive incisa est cum tali inscriptione: *Anno Domini* 1201. 7. *Idus Decembris obiit illustris Bolezlaus dux Sleziae, fundator Lubensis coenobii.*" 55) Sic matrem eius fuisse appellatam putamus, uxor eius erat Adelheida de Sulzbach 56) De anno cf. Roepell Gesch. Polens I, 362. 57) Agnes, neptis Heinrici V. Chron. Polon-Siles. infra eam Christinam nominat. 58) in Chron. princ. Polon. (v. praef.) Alga nominatur.

15. Kal. Septembris obiit Gneznensis et Poznaniensis Wlodislaus dux exul, filius Mesichonis monarchi Cracowie primogenitus, frater Odonis. 1231. Aug. 18.

Anno Domini 1237. illustris princeps tocius Slezie, Cracowie, Poznanie, Zantochie et Lubusie dux Henricus primus, dictus cum barba, cuius uxor fuit beata Hedwigis, qui fuit quintus filius Bolezlai Alti fundatoris Lubensis, obiit 14. Kal. Aprilis. 1238. Mart. 19.

Anno Domini 1241, 5. Idus Aprilis occubuit dux Henricus secundus, filius Henrici supradicti cum barba, occisus a Thartharis in bello Wolstat prope Legnitcz, sepultusque est in Wratislavia in claustro fratrum Minorum aput Sanctum Iacobum. Apr. 9.

Anno Domini 1243, 7. Idus Octobris mater iam dicti Henrici beata Hedwigis migravit de hoc seculo. Oct. 9.

Anno Domini 1266, 8. Kal. Decembris fuit chononizata beata Hedwigis per dominum papam Clementem IV. Nov. 24.

10. Kal. Aprilis obiit domicella Sophia, ducis Henrici cum barba et sancte Hedwigis filia. Mart. 23.

5. Idus Maii obiit domicella Agnes secunda filia eorum. Mai. 11.

4. Idus Septembris obiit domicellus Bolezlaus primogenitus eorum. Sept. 10.

2. Nonas Septembris obiit Cunradus tercius filius eorum. Sept. 4.

8. Idus Decembris obiit domina Gerdrudis tercia filia eorum, abbatissa in Trebnitz. Dec. 6.

Anno Domini millesimo ..... obiit Bolezlaus filius Henrici occisi a Thartharis, qui dictus fuit Calvus sive Mirabilis, sepultusque est aput Predicatores in Legnitz[59].

Anno Domini 1259. obiit domina Hedwigis uxor eiusdem ducis Bolezlai Legnitzensis, filia comitis de Anhalt, 12. Kal. Ianuarii. Dec. 21.

Hii fuerunt duces Wratislawienses.

Anno Domini millesimo .... Nonas Decembris obiit veneno inclitus dux Wratislawiensis Henricus tercius, secundus filius secundi Henrici occisi a Thartaris. 1266. Dec. 5.

Anno Domini 1290, 11. Kal. Augusti[60] obiit dux Wratislawiensis Henricus quartus, qui dictus est Probus, filius tercii Henrici. Hic similiter a consiliariis suis veneno interemptus est, et sepultus est Wratislawie ad Sanctam Crucem, quam ecclesiam ipse fundavit. Et decessit absque liberis. Iun. 23.

Anno Domini 1296, 8. Kal. Marcii obiit Henricus quintus dux, dictus Ventrosus, Legnitzensis, postea vero propter probitatem electus Wratislawiensis. Hic fuit filius Bolezlai Calvi sive Mirabilis. Febr. 22.

Anno Domini millesimo ...... obiit Henricus sextus Wratislawiensis dux. Hic resignavit[61] terram Wratislawiensem regi Bohemie, eo quod non habuit filios. Et hoc fecit in odium fratris sui Bolezlai Brigensis. Et idem Henricus fuit filius Henrici quinti dicti Ventrosi. 1335. Nov. 24.

Anno Domini 1352, 11. Kal. Maii obiit Bolezlaus Legenitzensis et Brigensis, filius Heynrici Ventrosi. Qui multum fuit largus, ymmo plus dici potuit prodigus quam largus. Sepultusque est in Lubens in capella quam ipse fundavit et eam sollempniis redditibus dotavit. Apr. 21.

Anno Domini 1322, 6. Idus Aprilis obiit Margaretha uxor[a] eius, filia Wenzeslai regis Bohemie. Apr. 8.

Isti fuerunt duces Glogowie.

Anno Domini millesimo .... obiit Cunradus dux Glogowie, filius Henrici secundi occisi a Thartaris, uxorem habens Salomeam filiam ducis Polonie. Sepultusque est in summo[62] prope Glogaw, quem ipse fundavit. Uxor vero sepulta est ibidem aput Predicatores. 1273.

Anno Domini 1289.[b], 4. Kal. Marcii occubuit illustris princeps dominus dux Premizl Stinaviensis, filius Cunradi ducis[c] Glogowie tercius, in bello in Sever opido episcopi Cracovie iuxta Bytom[63], ubi eum revertentem de Cracowia cum exercitu Heynrici ducis Probi Febr. 26.

a) *deest cod.* b) 1279. *cod.* c) dux *cod.*

59) cf. Ann. Lubenses. 60) cf. Ann. Cisterc. in Heinrichow ad h. a. et Ann. Grissow. maiores. 61) cf. Chron. princ. Polon. apud Stenzel l. c. p. 130. 62) i. e. in summa ecclesia (Domkirche). 63) Beuthen.

Wratislawiensis Poloni Kalisienses nudatum et spoliatum armis, stantem coram ipsis iuvenculum ut agnum gladiis et hastis crudeliter peremerunt. Iste processurus ad eundem infortunatum eventum tamquam presenciens ipsum sacramentis ecclesiasticis se prepa-
64 ravit, testamentumque ordinans duas villas Lossossewitz et Syrcow[64] in Lubens contulit et ibi sepulturam elegit[65].

Oct. 11. Anno Domini 1304, 5. Idus Octobris obiit Cunradus dux Slezie et dominus Sagani ac prepositus Sancti Iohannis in Wratislawia, qui et Korbirlin dictus. Hic fuit filius Cunradi primi Glogowiensis. Sepultusque est in Lubens.

Dec. 9. Anno Domini 1309, 5. Idus Decembris obiit inclitus dominus dux Henricus dux Glogowie, filius Cunradi predicti. Hic habuit uxorem Mechtildam, filiam ducis de Brunzwik. Qui ambo similiter sepulti sunt in Lubens.

1342. Ian. 22. Anno Domini millesimo ....[66] obiit Heynricus dux Saganensis dictus Fidelis, filius Henrici Glogowiensis predicti, uxorem habens Mechtildem filiam marchionis Brandenburgensis. Sepultusque est in Sagano aput regulares canonicos.

64) Losswitz et Sürchen. 65) cf. Chron. princ. Pol. l. c. p. 146 et 148, ubi auctor has in usum suum exscripsit notas. 66) v. Catal. abbatum Saganensium ap. Stenz. l. c. p. 196: *et pater ipsius ducis anno* 1342. *circa festum vel in festo beati Vincencii levite* (i. e. Ian. 8.).

ANNALES SILESIAE SUPERIORIS.

Exscripsi hosce annales anno 1863 *ex codice bibliothecae Regiomontanae, Nr.* 1150, *membranaceo in fol., ubi in ultima pagina a manu saec. XIII exeuntis exarati leguntur. Exigui sunt numeri annorum relationes, at bene concordant cum aliis tam Polonorum quam Silesiacorum annalibus, atque praecipue cum Annalibus capituli Cracoviensis connexum quendam statuere possis.*

Anno Domini 1071. episcopus Stanyslaus Cracovie factus est.
1079. passus est a Boleslao iniquo.
67 1195. in Mescava bellum cum Romano rege fit[67].
1205. Iun. 19. 1196. Romanus princeps Ruthenorum in Savikost[68] occiditur a Lesckone.
1202. 1206. Mesko dux Raceburgensis[69] tenendo Cracoviam obiit.
1227. dux Lescko in Gesavia[70] occiditur.
1230. 1233. Cunradus dux Masovie Thorunneam terram dedit[71].
1238. beata Elyzabeth canonizatur.
1241. Tharthari primi Poloniam introierunt.
Mai. 25. 1243. bellum in Suchdol conmittitur[72].
1245. Innocencius quartus Fridericum deposuit et sathane tradidit[73].

67) Moskava villa haud procul a coenobio Andreiow sita. 68) prope Sendomir. 69) Ratibor. 70) Gonzava prope Nakel. 71) De variis diplomatibus hac de re confectis v. notam ad Petrum de Dusburg, II, 5. (SS. Rer. Pruss. I, 37.) 72) cf. Ann. Capitul. Cracov. ad h. a. 73) cf. Ann. Cap. Crac. ad a. 1245: *Innocentius papa IV. concilium episcoporum et regum Lugdunum convocat, in quo imperatorem Fredricum imperio destituit et sathane commendat eundem.*

1249. Bruno episcopus Olomutzensis Ratebor civitatem acquisivit. Eodem anno dux Bolezlaus Lignicensis captus est. Eodem anno Iacobus legatus dispensavit cum Polonis quod carnisbrivium suum in quadragesima haberent[74].

1251. Fridericus in exconmunicatione obiit. Et Viola domna de Opil[75] obiit.

1253. Wenzeslaus rex Bohemie obiit. Sept. 22.

1254. beatus Stanizlaus canonizatus est.

1255. rex Octakarus, qui prius Premezel dicitur, in Prusiam venit et aliquid boni fecit[76].

1256. Thomas episcopus Vratislaviensis a Bolezlao duce capitur. Oct. 2.

1258. terre motus fuit in multis partibus.

1260. Tarthari castrum Ztudemer[77] ceperunt et multa milia hominum occiderunt.

1262. Symovit dux[78] in Iesdow a Litowinis occiditur. Iun. 23.

1278.[a] in vigilia Bartholomei[79] occiditur rex Bohemie a rege Romanorum[80]. Aug. 26.

Versus.

Christi post annos M C duo septuaginta
Octo, die terna post festum Bartholomei
Rex fuit occisus a Roma. rege Bohemus.

1290. in nocte Iohannis[81] gloriosus dux H. obiit. Iun. 23

Versus.

H. quartus mille tria C minus X obit ille
Mangnus in hiis annis[b] Sle. Cra. San. dux nocte Iohannis.

a) 1290. *c.* b) *in sepulchro in ecclesia S. Crucis Wratislaviae adhuc exstanti legitur pro his verbis:* Egregiis annis.

74) Cf. Ann. Cap. Cracov. ad a. 1248: *Eodem anno Iacobus archidiaconus Leodiensis sedis apostolice legatus veniens in Poloniam, indulsit in Polonia quibus placet carnes comedere post septuagesimam.* 75) ducissa Opoliensis. 76) V. Petri de Dusburg Chron. III, 70. 71. (SS. Rer. Pruss. I, 90 sqq.) et Annal. Ottacar. in Mon. Germ. T. IX, 181 et 182. 77) sine dubio Sendomir castrum; vide Dlugossi historiam Polonicam ad hunc et sequentes annos. 78) Masoviae; cf. Ann. Cap. Cracov. ad h. a. 79) V. Ann. antiq. Wratisl. a. D. 1278. 80) Rudolfo. 81) baptistae.

CHRONICON POLONO-SILESIACUM.

Ne quid inter fontes rerum Silesiacarum antiquissimos desideretur, ad calcem quasi annalium damus chronicon Polono-Silesiacum, et quamquam eorum non sit probanda opinio, qui hoc tamquam antiquissimum esse Silesiorum monumentum historicum statuunt, non indignum ducimus id, codicibus aliisque auxiliis ad certamen vocatis emendatum et ut profitendum esse speramus, nunc prima vice formae authenticae restitutum, proponere lectoribus nostris. Quis id scripserit adhuc ignoratur; auctorem Polonum fuisse sibi persuasum habuit vir beatae memoriae Stenzel, fultus unius, cuius habebat cognitionem, codicis ratione scribendi. Certe auctor initio saeculi decimi quarti condidit opus suum, adhibens praecipue ad Polonorum historiam scribendam chronicam Vincentii, cuius quum librum primum magnam ad partem excerperet, non eandem in rebus sequentibus enarrandis adhibebat industriam, sed pauca tantum gravissimaque in usum suum convertebat, coniungens cum his de rebus Silesiacis notas historicas[1]. *Nec*

1) Augustus Mosbach v. d. nos certiores fecit, auctorem exscripsisse vitam Petri Wlast, olim in monasterio S. Vincentii Wratislaviensi asservatam. Quo de opere nil ad nostra devenit tempora nisi inter annos 1506—1515 confecta editio, *Cronica Petri comitis Polonie cum certis gestis Sarmacie regum* nominata, nunc per laudatum virum typis data sub titulo *„Piotr syn Włodzimircz, sławny dostynik polski wieku*

est quod accuratam criticamque eius artem laudare possis, nam de variis ducum Henrici primi ac secundi fatis bis eadem fere protulit verba, fortasse fontibus suis delusus, in quibus unam harum relationum variis auctam fuisse additionibus est verisimile.

Quae nobis praesto erant subsidia ad editionem nostram parandam sunt haec:

1) *Codex Fürstensteinensis, de quo adhuc latente nos huius anni aestate Wratislaviae degentes inter colloquia potatoria certiores fecit v. d. Augustus Mosbach Wratislaviensis, quum iam de textu integro restituendo desperaremus. Habebat enim inter librorum suorum copias antedictus vir exemplar Scriptorum Rerum Silesiacarum Stenzelio ipsi olim proprium, in quo Stenzel varias huius adnotavit codicis lectiones. Ad castellum autem Fürstenstein, situ amoenissimum, die* 8. *mensis Iulii profecti, facile a viro humanissimo Seidensticker, in castello praelaudato principis illustrissimi de Pless vices gerente, impetravimus licentiam codicem evolvendi ac conferendi. Est autem chartaceus, forma octava maiori, saeculo XIV. scriptus, et inter libros illius bibliothecae manuscriptos signatus* Msc. Q. 6. *Inter varios nullius momenti tractatus theologicos continet codex Martini Poloni chronicon pontificum et imperatorum Romanorum usque ad Honorium IV. continuatum ad illam quidem formam, quam editionem secundam nominavimus, redactum. A folio* 130′ *usque ad folium* 145 *nostrum sistit chronicon. Singulae paginae rubro colore sunt numeratae. Textus, qualem praebet codex, est optimae notae, lacunas priorum editionum explet, verba ac sententias sexcenties authenticas exhibet. Qua re commoti eum quasi fundamentum novae editionis posuimus, scripturae specimen lapidi incisum addentes.*

1a) *Arctissime cohaeret cum codice Fürstensteinensi codex quidam adhuc latens, olim autem Schindlero notus, qui in libello „Literarische Chronik von Schlesien auf das Jahr* 1787, *December p.* 353 *sqq.“ de eo disseruit, anno* 1424 *eum esse exaratum professus est, paucorum tantum locorum diversitates addidit, quas suo loco repetivimus.*

2) *Codex bibliothecae Rhedigeranae Wratislaviensis, S. IV.* 2. *p.* 11, *membranaceus, forma quadrata, anno* 1359 *exaratus. Chronicon nostrum in duodecim foliis primis sistit, idque excipiunt* Auctoritates libri metaphysice. *In fine chronici leguntur haec verba:* Finita coronica Lechitarum per manus Iohannis sub anno Domini 1359, in sabbato ante dominicam qua canitur „Cantate Domino“. *In ultimo folio scriptum est:* Anno Domini 1359, 6. Ydus Iulii. *Quum autem totus codex una eademque exaratus sit manu, non erat cur Sommersberg, primus editor, chronicon nostrum Iohanni auctori vindicaret. In interiori libri tegumine scribuntur haec:* Hic est kronica Polonorum. | Item auctoritates philosophorum | Hunc librum comparavit dux Ludwicus dominus Bregensis anno Domini 1360, *et paulo infra alia manu:* Hic liber iste est ecclesie sancte Hedwic in Brega. *Scriba quamquam litteras admodum pulchras delineans, homo tamen indoctissimus erat ac menda turpissima committens non unum versum recte, ut ita dicam, scribebat. Qua ratione fieri non potuit, quin editores priores Sommersberg et Stenzel coniecturis, quasi desperantes, textum emendare conati sint innumeris, quarum non exiguam partem evoluto codice Fürstensteinensi rectam esse comprobavimus. Nos Wratislaviae mense Iulio huius anni a v. d. Pfeiffer, bibliothecae Rhedigeranae praefecto, codicem nacti, novam paravimus collationem, nec una vice Stenzelii varias corrigentes lectiones.*

dwunastyo i kronika opowiadajaca Dzieje Piotrowe. Przedstawił August Mosbach. Ostrow. 1865.“ Qui liber, qnum adhuc prelo subiiceretur, a nobis adhiberi non poterat. Conferas quoque de Petri vita Chron. Boguphali ap. Sommersberg, SS. RR. Sil. II, 42, ubi laudantur *Pyothrconis gesta.*

3) *Quum auctor Chronicae principum Poloniae (apud Stenzel SS. Rer. Sil. I,* 38—172) *nostrum chronicon fere totum exscripsisset, ea quidem ratione ut pauca vel adderet vel omitteret, prout operis sui exigebat institutio, nos ex Stenzelii editione nonnunquam variorum codicum varias attulimus lectiones.*

Pro fonte, ut supra iam disputavimus, Vincentii Kadlubkonis chronico usus est auctor. Hoc opus secundum novam hoc anno Cracoviae per v. d. Adolphum Mułkowski ope codicum Cracoviensium paratam editionem, laudavimus et discrepantium locorum lectiones annotavimus.

Editiones chronici nostri adhuc exstabant tres, quarum secunda nil nisi primae est repetitio. Leguntur autem:

I) apud Sommersberg, Scriptores Rerum Silesiacarum I, p. 1—13.

II) in initio editionis Boguphali, Warsawiae anno 1752 *a Iablonowski et Zaluski procuratae. Exemplar vidimus in bibliotheca Academiae imperialis Petropolitanae.*

III) apud Stenzel in Scriptorum Rerum Silesiacarum Tomo I, p. 1—32.

Secundum opinionem multorum quidam historiographi[a] seu cronicarum[b] conscriptores penes duo suam exercuere intencionem, videlicet secus ostentacionem sue literalis sciencie et secus proprie gentis seu proprie[c] commendacionem aliarumque gencium sive terrarum detestacionem. Primum in gravedine stili connititur[d], qua tam sciolis quam insciis aliquid[e] apperiri[f] nisi sunt[g], et non tam suorum quam suam in hoc[h] posteris memoriam commendare, licet nonnulla tam dictorum quam gestorum[i] virtutum utilitatem videantur imitari volentibus annotasse. Secundum perpenditur in eo quod[k] sue gentis aliquando prospera facta omni verborum[l] lumine declaraverunt, infortunata vero[m] seu exsecranda vel suppresserunt[n] silencio sive[o] quorundam[p] verborum velleribus obtexerunt[q], et que ad alterius gentis decommendacionem esse poterant[r], non tamquam veritatis[s] zelo sed velut odii gladio persequi studuerunt, sue vel suorum in hoc invidie servientes, propter quod de cronicis Lechitarum[t] sive Polonorum, ad solam principum ipsorum genealogiam pandendam — Lechi autem dicti[u] fuerunt Poloni, eo[v] quod magis decepcionibus et calliditate in[w] bellis utebantur quam viribus — ad noticiam simplicium quedam, secundum estimacionem plurium[x] sive autumacionem fide digna excerpere studui ac sine propria adieccione noscere volentibus simplici calamo breviuscule[y] perorare. Unde sciendum, quod quia gens Lechitica sive Polonica, dudum ad fidem conversa, tempore gentilitatis literarum ignara fuit nec aliqua originis sue primordia paginis[z] commendare potuit, idcirco ipsius cronographus ea, que scripsit, non se legisse dicit sed quorumdam collocucione[*] se didicisse ac ideo[a] modo dialogico[b] descripsisse.

Memini[c] siquidem, inquit, collocucionis mutue virorum illustrium, quorum tanto fidelior est recordacio quanto[d] celebrior viget[e] auctoritas. Disputabant namque ambo grandevi[f], ambo sentenciis graves, de huius rei publice origine, progressu et consumacione, cum unus, queso, inquit, mi care, sub quonam conceptam[g] estimabimus nostrarum constitucionum infanciam? Nos enim hodierni sumus nec ulla[h] hesternitatis existit[i] in nobis cana sciencia. Ad quem alter: Scis, quod in antiquis viget sapiencia et in multo tempore prudencia, me vero[k] in hac parte infantulum fateor; utrum[l] eciam huius instantis simplex aliqua in me sit[m] porciuncula prorsus non novi, quod tamen[n] veridica maiorum narracione condidici[o], non silebo.

Narrabat itaque grandis natu quidam infinitissime numerositatis[p] manum in Polonia viguisse, quam non dominandi ambicio, non habendi urgebat libido, sed robur animositatis exercebat in occupandis regnis aliorum, ut preter magnanimitatem[q] nichil magnum estimarent et ideo suarum accessiones[r] virtutum nullis usquam terminis limitarent, nec essent virtutes, si ullis dignarentur limitum ergastulis intercludi[s], unde[t] non solum citramarinas undique naciones sed et

a) historia 2. b) coronicarum 2. c) prie 1. d) queritur 1a. e) aliquam 1a. f) appere 1. g) *sic* 1. 1a; apparere qui sunt 2. h) *sic* 1; suis 2. i) gestarum 2. k) quot 2 *semper*. l) *deest* 2, *habet* 1. 1a. m) *sic* 1. 1a; *deest* 2. n) *sic* 2, *et* 1 *recte* sūpserunt, *Schindlerus hanc abbreviationem male intellexit legendo* sumpserunt. o) *deest* 2. p) quibusdam 2. q) *verba* verborum vell. obtex. *des.* 2. r) *sequuntur in* 2 *verba in* 1 *et* 1a. *recto loco posita:* sive verborum velleribus obtexerunt. s) *deest* 2; utilitatis zelo 1a. t) cronicis LIX. 1a. u) *deest* 1; dum 2. v) *deest* 1. w) et 1. x) plurimi 2. y) brevimusculo 2. z) paganis 1. *) collacione 2; *cf. Vinc. Kadl. p.* 5. a) idem 1. b) dyaloyco 2. c) Nemini 2. d) quanta 1; quantum 2. e) *litterae* vi *in loco raso scriptae* 2. f) gradevi 2. g) *sic Vinc. Kadl.;* conc. quonam 1. 2. h) sumus nulla 1. i) est 2 *et Vinc.* k) ergo 1. l) verum 1. m) aliqua inmisit 1. 2; praecesserit *Vinc.* n) cum 1. o) condici 2. p) innumerositatis 1. q) magnimitatem 2. r) accensiones 1. s) includi 2. *et Vinc.* t) ut 2.

Donamarchicas[a] insulas sue[b] coniecerunt[c] dicioni, inhabitancium eas sibi clientelam[d] vendicando, rege ipsorum Canuto[e] in vincula coniecto. Hii sunt Galathe et eciam Longobardi[f]. Fama est, tunc Gallos tocius orbis[g] regna occupasse, cum quibus fedus hoc solidum pepigere[h] tunc scilicet Poloni[h], ut si quid[i] eis aut sorte aut virtute apud[k] extraneos accidisset seu accessisset equa utrisque[l] obtingeret[m] porcio. Gallis itaque universa cessit Grecia usque ad Danubium, Lechitis vero usque ad Parciam[n], Bulgariam[o] et Carinthiam crevit accessio; ubi post multa bellorum discrimina cum Romanis, urbes occupant, prefectus[p] constituunt et quendam nomine Graccum principem super se creant. Sed tandem[q] illius gentis luxu segniter dissoluti, mulierum[r] paulatim emolliti lascivia, primi quidem veneno extinguuntur[s], ceteri iugo indigenarum[t] substernuntur. Huius facti Throgus[u] cronographus meminit, dicens, Galli, id est Germani, cum eos patria, id est totus occidens, non[v] caperet pre multitudine, trecenta milia virorum pugnatorum ad sedes novas querendas, ver sacrum ultra et citra[w] miserunt. Ex eis porcio in Ytalia consedit, que Romam captam incendit, alia, per strages barbarorum penetrans[x], in Pannonia resedit, ubi victis Pannoniis[y] cum finitivis[z] multa bella gesserunt Lechitis. Extunc nonnulli lignagii receperunt porcionem[*].

Igitur Graccus[a] iura instituit, leges promulgat, et Lechite, per eum felicibus aucti successibus, statuerunt eius prolem regni[b] successione dignissimam, nisi alterum filiorum eius fratricidii fedasset[c] piaculum. Erat enim in cuiusdam spelunce scopuli[d] anfractibus[e] monstrum atrocitatis[f] inmanissime[g], quod quidam olofagum dicunt. Huius voracitati[h] acole singulis diebus certum armentorum numerum quasi pro victimis offerebant, alioquin totidem humanis capitibus[i] ab eodem monstro plectebantur. Quam Graccus[k], iam senex, non ferens perniciem, clam filiis[l] accitis[m] dirigit[n] propositum[o], pandit consilium dicens: *Vos itaque, o filii*[p], *quos ad regni*[q] *huius gubernacula educavi*, inquit, *ob glorie triumphum in huius monstri perniciem armari convenit.* Cui illi[r]: *In te est precipiendi auctoritas, in nobis autem obsequendi*[s] *voluntas.* Non igitur[t] virium suarum[u] sed industrie innitentes[v] suffragio coram olofago armentorum corpora sulfure[w] et igne repleta loco solito ponunt. Que dum avidissime glutit olofagus, exalantibus intro[x] flammis suffocatur, moxque minor Graccus, non[y] quasi victorie aut regni consortem sed emulum[z] fratrem occupat ac trucidat. Quem quasi cocodrillus persequens[*] lacrimis, ab olofago mentitur occisum, a patre tamen[a] gratulanter tamquam victor excipitur[b]. Sic minor Graccus paterno succedit imperio, heres nepharius, sed diucius fratricidio fuit sordidus[c], quam imperio insignis, nam paulo post, dolo deprehenso[d], piaculi deputatur supplicio, exilii perpetuitate dampnatus.

Sed ne antiqui[e] Gracci emorerentur[f] beneficia et ut tanti[g] patris superesset insigne, in scopulo[h] olofagi fundata est urbs solempnis, a nomine Gracci dicta Gracovia[i], ut per eam eterna Graccus[k] viveret memoria, quam quidam a crocitatione[l] corvorum qui eo ad cadaver monstri confluxerant[m], Cracoviam dixerunt. Tantus vero amor universos circa mortuum principem devinxerat[n], ut unicam filiam eius, virgunculam, patris imperio subrogarent, que Vanda[o] dicebatur, a qua fluvius, regni centro preterfluens Vandalus[p] dictus, qui[q] nunc Wizla[r] vocatur et populus Vandali[s] nuncupantur[t], quo discisso[u] pars eius Huni dicti sunt, quorum rex fuit primus[v] Atyla, rex Wandalorum, quibus multe inmixte fuerunt gentes tam ritu quam lingua[w]. De hac Wanda multa fabulose[x] dicuntur, que, quia[y] omnium[z] sprevit connubia, sine prolis successione decessit, diuque[*] post eam claudicavit[a] Wandalicum imperium.

Ea tempestate famosus ille Alexander[b] rex Macedonum, vectigales pensiones a Lechitis exigere temptavit. Cuius legatis ayunt[c]: *Legati tantum estis an Alexandri*[d] *regis census questores?* Qui responderunt: *Et legati sumus et questores.* Ad hec illi inquiunt: *Prius ergo*[e] *intemerata legatis exhibenda est*[f] *religio, ut magnifice susceptos magnificis*[g] *veneremur donariis, questoribus deinde questus exsolvatur censualis.* Legatorum itaque primi prius vivi excoriantur deinde cutes eorum partim auro[h], partim alga vilissima farcinantur[i]. Quo facto hec remittunt[k] Alexandro, dicentes: *Male aliis imperat, qui sibi imperare non novit. Licet insaciabilem*[l] *tue voracitatis ingluviem mundus saciare non possit, tuorum*[m] *tamen, quos misisti, utcunque refocillavimus*[n] *esuriem. Nec te lateat, locum apud nos non esse loculis*[o], *ideo presenciarum xeniola*[p] *tibi transmisimus*[q]. *Nos non opibus*[q] *sed animi virtute et corporis duricia*[r] *censeri scias.* Ad que commotus Alexander[s] regem quendam contra ipsos dirigit cum exercitu ad eos stirpitus evellendos[t]. Quo rege capto et[u] exercitu superato, Alexander, Pannoniorum ductu, per[v] Moraviam in manu gravi pervasit Lechiam, cuncta solo prosternit, opida redigit in favillam, urbes et Cracoviam iubet sale conspergi[w]. Omnibus itaque de salute desperantibus quidam pictor multos clipeos[x], ad instar clipeorum[y] hostilium format[z], quos cum similibus galeis astute iubet in quodam colle rupis et arboribus appendi. Quibus Alexandrite conspectis, putantes, exercitum esse, properati[*] in prelium illi accurrunt. Sed pictor, concito hec[a] tolli[b] iubens, gyrat[c] Alexandritas occulte. Quibus nil invenientibus sed quasi fugientes insequentibus, Lechite admiscentur, tamquam sui, et sic per contencionem intestinam suscitant stragem pervalidam, ita ut tota exercitus Alexandri succumberet fortitudo. Deinde Lechitis[d] contra castra hostium revertentibus occurrit illis[e] Alexander, tamquam suis victoriose

a) Donamarchias 2. b) *deest* 2. c) conicerunt 2. d) clientela 2. e) caîco 2. f) Longibardi 2. g) urbis 2. h) pepeğe cunctis Polonis 1. i) quit 2. k) aput 2. *semper.* l) utrique 2. m) contingeret 2. *et Chr. princ. Pol.* n) Parciam 1; priam 2. o) bulgauam 2. p) prefectos 2. q) tamen 2. r) mĩcoꝑ 1. s) extinguntur 2. t) indignamē 2. u) Trogus 2. v) ub 2. w) ultra versatrum et citra 1. 2; *v. Iustinum XXIV*, 4, 1—6. x) penestrans 1. y) Pannonis 2. z) finituus 2. *) Extunc nonnulli dominativam Liguriae ceperunt portiunculam *codices Vincentii. Varios conatus hunc locum emendandi v. in ed. eiusdem p.* 9. a) Gractus 1; Gractos 2. b) regem 1. c) sedasset 2. d) *deest* 2; *Chr. Princ. Pol.:* Erat itaque temporibus illis in quibusdam Polonie scopulis spelunca profunda, in qua monstrum *etc.* e) antractibus 2. f) ccitatis 1; crocicaua 1. g) inmanississĩe 1. h) voracitate 2. i) aliis *addit* 2. k) Gractus *scriptum erat, radendo corr.* 2. l) aliis 1. m) accersitis 2. n) dirigat 1. o) et *addit* 2. p) cõsilii 1. q) regna 2. r) ille 1. s) consequendi 1. t) ergo 1. u) *deest* 1. v) ũucton[cos] 1. w) sulphurentur 2. x) *deest* 2. y) ub 2. z) consortem strennuum 1. *) prosequens 2. a) autem 1. b) excepit 1; exceptus alias susceptus 2. c) surdidus 2. d) al' cog'to *addit* 2. e) autqui 2. f) morentur 1. g) ſtatı 1. h) i. e. antro *addit* 2. i) Graccovia 2. k) Gracci 2. l) atrocitate 2. m) confluxerunt 1. n) devixerat 2. o) Wenda 2. p) Wandalus 2. q) que 2. r) Wyzla 2. s) Wendali 2. t) nuncupatur 2. u) disciso 2. v) *deest* 2. w) ligwa 2. x) famulosa 2. y) quod 2. z) omni 2, *sed locus rasus est supra lin. ita ut prius* omnium *scriptum fuisse videatur.* *) Sicque 2. a) claudificavit 1. b) Allex. 2. c) aiunt 2. d) Allexander 2; alias *Vinc.* e) prius *deest* 1; prius inquiunt ergo 2. f) *deest* 2. g) susceptus magnificiis 2. h) et *addit* 2. i) farciantur 1; sarciantur 2; sarcinari fecerunt *Chr. princ. Pol.* k) semictunt 2. l) insaciabile 2. m) *deest* 1; tu tuorum 2. n) refocillamus 2. o) loculus 1. p) principarum rimola 2. q) transmisimus istos non operibus 1. r) duricie 2. s) Alexender 1. t) eos strepidus eos evell. 2. u) *deest* 2. v) *deest* 2. w) conpgi 1. x) clipios 2. y) clipiorum 2. z) formati 2. *) preparati 2. a) hoc 2. b) colli 2. c) girat 2. d) Lechites 1. e) ille 2.

revertentibus, sed dolo deprehenso[a] vix cum paucis evasit. Est ergo liber epistolarum Alexandri, ducentas pene[b] continens epistolas, in quarum una scribit magistro suo Aristoteli[c] sic inquiens[d]: *Ne de nostro statu te semper dubia suspendat hesitacio, noveris, nos apud Lechitas peramplissime prosperari. Est urbs famosa Lechitarum septentrionali Pannonie lateri coniuncta, quam Canratas[e] dicunt, id est Cracoviam, plus turbis[f] quam opibus, plus arte quam situ munitissima, de hac et contiguis pro voto[g] triumphavimus.* In epistola vero, quam rescripsit Aristoteles[h] sic habetur: *Fama[i] est, de Carantis[k] Lechitarum te cum tuis triumphasse, sed huius gloria triumphi utinam tuis titulis[l] nunquam accessisset[m]. Ex quo enim tributum ignominie tuorum infusum est intestinis, ex quo Lechitas expertus es[n] Argirapidas[o] tui rutilancia solis apud multos deferbuit, imo tui visum est mutasse[p] dyadema imperii.* Ex hoc iam[q] prima Corinthus[r] clausit ab Alexandro portas[s] et nunccios eius cruci affixerunt. Tandem ille tam saluberrime magister[t] artis, patrie, quam salvaverat, princeps constituitur dictusque est Listik[u·1], id est astutus, eo quod astu[v] plures hostium interfecerit[w] quam viribus.

Quo mortuo fuit et alius Listik[x], sed alio pacto sic nuncupatus. Orbata siquidem principe[y] terra, de successione[z] singulis primorum contendentibus[*], sedicionis subruitur tempestate[a]. Tandem post[b] nimiam suorum stragem duobus[c] simplicioribus de vulgo eligendi principem deferunt[d] arbitrium. Qui habita secum deliberacione, ut nulli parti[e] consentire videantur sic arbitrantur, dicentes: *Eligatur stadium, figura*[f], *meta, et cuius equus, maculis*[g] *distinctus, primus omnium metam contigerit, princeps habeatur.* Stat fixa sentencia, sed pro querendis equis maculosis dies prorogatur. Et dum medio tempore quidam illorum ad hoc opus se cottidie exercitarent[h], unus ipsorum[i], versuta nisus[k] astucia, omnem stadii planiciem clam ferreis[l] conserit oxigonis[m·2], modicam intercapedinem pro semita sibi deputans seu denotans. Sed 2 dolus non latuit; duo enim iuvenes, fortuna tenues, condicione humiles, de pedum celeritate altercantes pignoribus[n] se obligant[o], ut victus vincentem omnino[p] nisi principis nomine audeat appellare, et sic iocantes: *Decet*, inquiunt, *pro nostra corona victorie non nisi in stadio regii certaminis exercere*[q].

Qui dum plantas in oxigonis[r] consertis[s] vulnerassent, insidias repertas prorsus dissimulant, semitam, quam callide deprehenderunt, alias sublatis oxigonis[t] conspergunt, et inde redeuntes singuli secum pro se tacite cogitant[u]. Postera die, cum omnes cursu ad spectaculum convenissent et omnes simul committerent, unus[v] predictorum cursorum, qui equi sui calcem integro ferri[w] munierat subtegmine[x], prior recto[y] pertingit tramite. Alter vero per alta[z] suspiria sive[*] longa non sine astancium[a] ridiculo[b] conclamamine, transverso raptus cursu gyranda secundus ad metam pervenit. Alii vero, oxigonorum[c] vulneribus prostrati, indignantes primi equum considerant babataque[d·2*] intuentes, doli magistrum putantes, perimunt; alium, qui ridiculo[e] fuérat, regem proclamant omine infausto. Huic quoque, cum tantum[f] inesset animositatis studium, ut in propria persona plerisque hostium indiceret certamina, a quibus non solum vitas ymo[g] et regna plerumque extorsit, cum hostis[h] defuit, contra suos dimicaturus[i] primus conmisit. Qui cum eciam summe liberalitatis esset[k], temperancie in cibo et in potu in se et suos[l], maximeque[m] in regali fastu humilitatis, ita ut non throno sed scabello semper insideret[n], suis plurimum carus[o] obiit. Hic eciam super regalia[p] vestimenta semper sue paupertatis superinduebatur vestibus.

Huius[q] filius, item Listik[r] tercius, patri succedens, non tam patris imperio quam paternis[s] multa[t] adiecit virtutibus. Qui Iulium Cesarem tribus fudit preliis et Crassum[u] apud Pardos cum suis delevit. Tandem Iulii sororem ducens, affinitate bella conpescuit, que Iulia dicebatur. Huic frater[v] iure dotis Bavariam, maritus vero racione nupciarum Surbiensem tradidit provinciam; unde Romani contra Iulium indignati sunt, quod equales fecisset eos, qui eis subesse debuerant. Cumque Iulia duas fundasset urbes, unam nomine fratris[w] Iulius, que dicitur Lubus, aliam[x] nomine suo, que nunc Lubin[y] vocatur, Iulius Bavariam recepit, propter quod Listik[z] sororem eius repudiavit, iuvene filio secum retento, cui nomen Pompilius[*]. Pelex autem eius, que presentem emulata[a] eciam fuerat reginam[b], loco regine succedit et in odium[c] predictarum urbium nomina inmutavit. Ex hac et aliis concubinis Listek[d] filios viginti suscepit, quibus totidem assignavit principatus, alios duces et[e] alios marchiones, alios quoque[f] comites constituens, Pompilium vero regem omnium statuit.

Hunc[g] post obitum patris fratres tanto affectu coluere, ut post mortem eius et parvulum filium eius, Pompilium, paterno nomini et regno suffecerint[h]. Hic postmodum, consilio[i] venefice coniugis sue eosdem patruos[k] suos intoxicavit[l], mala pro bonis restituens. Hic se infirmum simulans patruos tamquam ad suas exequias convocat. Quibus deosculatis post multas eorum lacrimas potum sibi dari peciit et quasi[m] ultimo amoris iudicio totum ebibit, eos ad similia exortans[n]. Quibus illa vilis[o] mulier propinans cuilibet calicem venatici potus obtulit. Quo bibito rex tamquam pausaturus[p] eos exire iubet. Qui veneno infecti tamquam ebrii foras alii cadendo, alii volutando prosiliunt, quorum funeribus ille eciam tyrannus sepulturam prohibuit, probans celesti extinctos[q] ulcione, qui amicum, qui nepotem, qui regem hesternis exequiis lacrimarum vivum sepelire[r] intenderint. Sic patrie syderibus extinctis omne Lechitarum decus contabuit[s], et Pompilius, per omnia vilis, ultimus in prelio et[t] primus in fuga semper fuit. Hunc ultio[u] divina sic insecuta est, quod ex cadaveribus mortuorum[v] fratrum mures ebullientes eum[w] trans ignem, trans flumina, trans

a) depreneo 1. b) peae 2. c) Aristotili 2. d) inquietis 2. e) tauratas 2. f) urb' 2; viribus 3. g) toto 2. h) scribit Aristotilis 2. i) ffama 1. k) tauratis 2. l) tuus titulus 2. m) accepisset 1. n) et 2. o) Argiraspidas 2. p) imitasse 1. q) tam 2. r) Corinthos 1; Chorintus 2. s) posteras 2. t) magistri 2. u) Listig 2; Lestco *Vinc.* v) astucia 2. w) confecerit 1. x) Listig 2; Lestco *Vinc.* y) *deest* 2. z) sucessione 1. *) contrudentibus 2. a) tempestati 1. b) *deest* 2. c) duorum 1. d) defecerunt 2. e) nullus parte 2. f) figatur *Vinc.* g) maculus 2. h) exercitaret 1. i) ipo͠ 1. k) uisus 2. l) clavi ferrens 2. m) exigonis 2. n) pigneribus 1; pinguoribus 2. o) obligavit 2. p) non 2. q) exerceri 2. r) exigonis 2. s) 9seren9 1; olerenus 2; ossetenus *Vinc.* t) exigonis sublatas 2. u) cogitantes 2. v) unius 2. w) ferro 1. x) subregimine 1; subtegumine 2. y) recte 2. z) alia 2. *) supiria sū 1. a) distanciam 2. b) ridiculoso 2. c) exigonorum 2. d) bataque 2. e) ridiculoso 2. f) tandem 1. 2. g) imo 2. h) *deest* 1. i) dimicaturos 2. k) esset *des.* 2; esset in temp. 1. l) suis 2. m) qui 2. n) se inficeret 2. o) cams 2. p) regali 2. q) cuius 2. r) Listig 2. s) patris 2. t) multi 1. u) terrassum 2. v) super 2. w) nomine *add.* 1. x) alio 1. y) Lublin 2. z) Listig 2. *) Pompilio 2. a) eml'at 2. b) regina 1. c) et medium 2. d) Listig 2. *semper.* e) *deest* 2. f) *deest* 2. g) Nunc 2. *sed rubricatori praescriptum erat, quod adhuc elucet,* h. h) suffecerunt 1; preficerent 2. i) consilium 2. k) paternos 2. l) incoxitavit 2. m) .q. 2. n) adorans 2; adhortans 3. o) *deest* 1. p) pausativos 2. q) extinccione 1; extinctus 2. r) sepulture 1. s) conscabuit 1. t) *deest* 2. u) ultimo *erat scriptum,* m *erasum est* 2. v) *deest* 2. w) cum 1.

1) Lestco, polonice Leszek, est diminutivum vocis Alexander. 2) i. e. ferris aculeatis. 2*) i. e. Hufeisen.

paludes, trans lacus insecuti[a] sunt, donec cum uxore et duobus filiis in Cruswiciensi[b] insula[3] eum amarissimis morsibus corroserunt. Et vacavit principatus multo tempore.

Radice Pompilii stirpitus[c] exscisa nova principum orta est successio, quorum celsitudo tanto[d] crevit sublimior quanto stirps[e] creditur fuisse depressior. Fuit[f] enim quidam pauperculus Cossischonis[g] filius, nomine Peazt[h], cuius uxor dicebatur Ripiza[i], ambo infimi[k] de[l] natura, ambo rebus exigui, estimacione nulli, qui filium genuerunt, quem Semovit[m] nuncupaverunt. Quibus propter hospitalitatis[n] pietatem dicitur hic[o] filius natus, qui cum adolevit etate[p] strennuitatem induit, parentatur virtutibus. Hic suis suffultus meritis prius magister efficitur militum, tandem principali fungitur maiestate et non eas solum, quas Pompiliana ignavia deseruerat naciones revocavit, sed et alias[q] suo coniecit imperio, quibus decanos, quinquagenos, centuriones, collegiones, tribunos, cyliarchos[r] et magistros militum, urbium prefectos[s], presides omnesque potestates instituit[4]. Huic Semovito[t] successit filius eius Listek, Listeconi[u] vero filius eius Semomizl[v], horum utrorumque animi generositas, robur corporis, felices ad omnia successus[w] adeo reddidere insignes, ut omnium suorum predecessorum excesserint[x] virtutes. De Semomislone[y] famosus ille Mesico[z] cecus generatur, qui septennio[*] cecus educatur, quibus finitis, visu recepto, etatem vicit industria. Qui dum procaretur[a] Dobrancam[b], filiam ducis Boemie[c], illa consensum nupciis prebere noluit, quousque repudiaret septem pelices[d], quibus vicissim conmiscebatur, et christianam fidem suscipiens baptizaretur.

Primus[5] itaque Polonorum princeps et rex Mesico[e] baptismi graciam suscepit anno Domini 966[f], tempore Ottonis primi imperatoris, et dictus est Mesico, id est turbacio, quia in eius ortu propter cecitatem eius[g] turbati sunt parentes illius, vel pocius in illuminacione eius cordis in fide katholica turbati sunt hostes animarum, videlicet diaboli[h]. Iste Mesico Ottonem[i] imperatorem tercium, qui dictus est Rufus[k], seu Mirabilia[l] mundi, cum exercitu ad se venientem, honorifice illi occurrens cum magna gloria et triduano convivio adeo decenter pertractavit, quod imperator, liberalitate[m] illius delectatus, eum infra prandium in mensa residens coronavit suo dyademate, et sic imperii feodalem[n] fecit. Iste Mesico[o] episcopatus Polonie instituit et dotavit, quorum prior fuit Poznani[p], qui locus ideo sic dictus, quia[q] ibi recognovit ipse se imperii feodalem[r]. Alias[s] sic dicitur, et legi in alia cronica, quod Polonia in Poznania primo fidem recepit, unde dicitur Poznan[t], quasi se recognoscens fidelem. Anno autem Domini 1001. Mesico[u] primus rex Polonorum cristianus[v] obiit.

Huic successit filius eius, Boleslaus primus, qui dictus est Chabri, id est mirabilis[w]. Iste post multa prelia, que contra Pannonios, Ruthenos, Gethas[x], id est Letwanos[y], Pomeranos, Danos[z], Boemos et Saxones commisit[*], ab imperatore Henrico[a] primo, sancto, coronam suscepit[b] et filio suo Mesiconi secundo sororem Ottonis[c] tercii in coniugium copulavit, Iuditam[d] nomine[6]. Hic primus sedem ducalem Prage constituit et ecclesiam ibi in monte edificavit et Ruzciam[e] usque Kiwe pervasit et ibi signum victorialis gladii in porta, que dicitur aurea, dereliquit, deflorata prius filia regis Russie[f], quam ipsius coniugio negaverat. Deinde ducens filiam ducis[g] Ungarie sedem regni in Cracovia constituit in medio terminorum obtentorum, antea fuit in Gnezna, postea in Poznan[h]. Cuius[i] termini fuerunt ab oriente Kywe[k], ab occidente Sala fluvius[l], in quo defixit palum ferreum, a meridie Danubius, ab aquilone mare Oceanum[m]. Sicque anno Domini 1025. obiit.

Cui successit filius eius Mesico II, qui nunquam aliena invadere voluit, sed proprios terminos studiose servavit; non sine prelio tamen. Iste[n] sanctum Adalbertum primo vivum suscepit, deinde passum de Prussia transtulit et in Scremesno[7] sepelivit, claustro nunc

a) insectati 2. b) Crusviciensi 2. c) turpiter 2. d) tanta 2. e) scirps 2. f) ffuit 1. g) Cohosfiscionis 2. h) Poeazt 2. i) cuius — Ripiza *desunt* 1. k) infirmi 1. l) *deest* 2. m) Zemovit 2. n) hospilitatis 2. o) hiis 2. p) *deest* 2. q) et ad alias 1. r) chiliarchos 2. s) prefato 1. t) Zemonico 2. u) Listig, Listiconi 2. v) Semovizl 1; Zemomizl 2. w) successos 1. x) excessere 1; excelse 2. y) Semomslone 1; Zemomizlone 2. z) Mesco 2. *) septemtrio 2. a) pcaretur 2. b) dobraucam 2. c) Gorime 2. d) septemplices 2. e) Mesco 2. f) CCCCCLXVI, *sed ultima quatuor* C *in loco raso* 2. g) propter cecitatem eius *desunt* 1. h) dyaboli 2. i) Octonem 2. k) ruffus 1. l) miracula 2. m) liberalice 2. n) feudalem 2. o) Mesicus 2. p) Fornan 1. q) qui 2. r) feudalem 2. s) Alias — fidelem *desunt* 1. t) Poznau 2. u) Mesicus 2. v) christianus 2. w) dictus est Traba, i. e. mirabilis vel bibulus, qui dicitur sic Trabir. 2. *Sed legendum est* Trąba, *quod significat:* tuba. x) Geras 2. y) Lithwanos 2. z) Danus 2. *) *deest* 1. 2. a) Heinrico 2. *semper fere.* b) accepit 2. c) Octonis 2. d) Indicā 1; Iudicam 2. e) Riziam 1. f) Ruzcie 2. g) regis 2. h) Poznani 2. i) Eius 2. k) Kive 2. l) Sals fluminis 2. m) occeanum 2. n) *omnia quae usque ad verba* ad gradum subdiaconatus *sequuntur desunt* 2.

3) Dissentit Vinc.: *donec cum uxore ac duobus filiis turri eminentissimae inclusos morsibus amarissimis absumsere.* Vid. doctam v. cl. A. de Gutschmid dissertationem „Kritik der Polnischen Urgeschichte des Vincentius Kadlubek" in Tom. XVII. libri „Archiv für Kunde Östr. Geschichtsquellen. Est locus Krusswitz prope Gnezdnam. 4) cf. Vinc. p. 40. 5) Ab hoc loco non verbotenus exscripsit auctor Vincencium, magis Annales sequens, sed prima verba ex Vincentii libro II. et cap. 8. desumpta sunt. 6) Falso. Uxor Miseconis erat Richenza, filia Ezzonis comitis palatini Rheni et Mathildis, sororis Ottonis III. imperatoris. Vid. Fundationem Brunwilarensem in M. G. XI, 398 sqq. 7) Trzemesno, urbs non multum a Gnezna remota.

regularium circa Gnesnam. Iste licet coronatus non fuerit, propter dignitatem uxoris tamen nobilitatis rex appellatus est.

Quo mortuo anno Domini 1034. Poloni tenellum filium eius Kazmirum primum cum matre sua quodam odii furore propulerunt. Ipsa enim cernens populum adhuc gentilitatis consuetudine indomitum et nullis obsequiis regi subditum, astute populum per diversas provincias et in solempnitatibus sanctorum convenire faciebat et convivia instruere, plaudere, canere et letari, regem a magnatibus invitari suadebat, que res[a] in consuetudinem[a] serviciorum tracte sunt[b]. Unde cum ipsa propulsa cum filio suo tempore Conradi primi imperatoris exularet in Alamania, filius qui litterarum studiis instabat ob studii gratiam ultro in Gallias proficiscitur et ad Cluniacum perveniens religione monachorum illorum delectatus, ibidem monachus factus ad gradum subdiaconatus promotus[c] est. Interim proceres Polonorum, pro regni gubernaculo invicem dissidentes[d], pene totum regnum cladibus et spoliis subruunt et quique finitivorum[e] eos pervadentes[f] et in clientelam redigentes[g], limites pristinos repetunt. Tandem ex necessitate periculi dominum suum requirunt et monachum factum[h] eum[i] ab Heynrico[k] imperatore[l] secundo sibi restitui postulant. Quem cum professum et ad sacros[m] ordines promotum eis dare non posset[n], cum ipsis[o] nunccios suos ad papam[p] Clementem secundum direxit, qui prius episcopus Bambenbergensis[q] Suidegerus[r] dicebatur, coram quo, propositis[s] terre periculis, circumquaque et novellam fidei plantacionem, dominum suum obtinuerunt et reduxerunt tali pacto, ut videlicet habitum non mutaret sed uxore ducta heredem terre generaret, et ut ipsi Poloni, dominum suum in tonsura et in amplitudine vestium inmitantes semper a dominica septuagesime[t] usque in pascha ab esu carnium abstinerent et ut singulis annis de singulis familiis unum denarium cum inpressione capitis sancti Iohannis vel duas mensuras avene darent sancto Petro Rome pro lumine. Sicque Kazmirus[u] monachus, ab imperatore Henrico pio[v] coronatus, cum matre reversus duxit uxorem, nomine Dobrogenam[w], et genuit ex ea duos filios, Boleslaum secundum, Vladislaum[x] primum, et claustrum sui ordinis in monte Tynez[y. 8] sibi et matri et coniugi iuxta Cracoviam construxit, vocatis et fratribus ex[z] con- 8
ventu de Leodio, et omnibus regalibus possessionibus ad provinciam Cracovie pertinentibus, dotavit preter[*] possessiones officialium regni. Tandem per multa bella pristinos terminos obtinens, maxime contra quendam Maslaum ex ignobili prosapia, qui ducem Mazoviorum se fecerat, quem binis preliis cum multitudine Danorum, Maritinorum[a], Getharum[b], Ruthenorum ac Mazoviorum prostravit. Qui inde ad Gethas[c] confugiens, licet princeps[d] ipsorum factus, propter[e] illorum stragem alto patibulo ab illis suspenditur; et sic Kazmirus[f] monachus anno Domini 1058.[g] defunctus est[h].

Cui successit filius illius Boleslaus secundus, qui cum vivente adhuc[i] patre probus ac liberalis existeret, mortuo patre[g] omni in circuitu regna pervasit preliis, et cum aput Gethas, Rutenos et Ungaros aliquot[k] annorum moram traheret, nobilium uxores[l] ex[m] infortunii rumoribus[n] ac longa expectatione[o] timentes terram rapi ab hostibus[p], propriis servis nupserunt, ne posteritate carerent. Quo audito Boleslaus cum furore revertitur, municiones capit, servos perimit et uxores[q] a mensa maritorum et a thoro prohibet, et nobiliores, occisis[r] parvulis nuper natis a servis, catulos lactare conpellit, et flagiciosus cum equa contra naturam effectus, sanctum Stanislaum, antistitem Cracovie se ob scelera obiurgantem et tandem excomunicantem, propria manu ad altare intra missarum solempnia stantem[s] in die sancti Michaelis[9] in capella trans Wislam, gladio in frusta[t] concidens peremit, anno Domini 1079[u], tempore Gregorii pape VII.[v] Sicque omnibus odiosus effectus in Ungariam ad sanctum Vladislaum[w] regem, quem prius pedestri cursu obviantem contempserat, confugit, multa

a) *sic* 3; rex insuetudinem 1. b) *sic* 3; tracta sint 1. c) mortuus 2. *vide supra notam* n. d) desidentes 1. e) fuminorum 2. f) persuadentes 2. g) redeuntes 2. h) fratrem 1. i) cum 2; sibi *addunt* 1 *et* 2. k) Henrico 2. l) imperatorum 2. m) saccos 2. n) possit 2. o) ipsōs 2. p) ipsum 2. q) Lambenbergensis 1; Babemgensis 2. r) ꝺiuderus 1. s) prepositis 2. t) septuagesima 1. u) Cazmirus 2. v) pie 2. w) Debrognevam 2; Dobrognevam 3. x) Wlodislaum 2. y) Tyntz 1; Tinez 2. z) et fratr. ex *des.* 1; ex fratribribus et 2. *) p̄tꝫ 1; propter 2. a) Maĩmoꝝ 1; Maritivorum 2. b) Getarum 2. c) Getas 2. *semper.* d) principes 2. e) *deest* 2. f) Cazmirus 2. g) *verba* MLVIII — mortuo patre *eadem manu in loco raso scripta sunt* 2. h) est etc. 1. i) adhoc 2. k) aliquod 2. l) uxores nobilium 2. m) et 2. n) minoribus 2. o) exspectatione 2. p) permiserunt et *addit* 2. q) *deest* 1. r) occisus 2. s) sancta 2. t) frustra 1. 2. u) MXXXIX. 1. 2. v) etc. *addit* 1. w) Wladislaum 2.

8) De hoc monasterio vid. Roepell Gesch. Polens I, 643. Est locus prope Cracoviam. 9) Cf. Annales ex monasterio Kamenz qui diem 4. m. Aprilis dant. Fortasse error in nostro chronico inde est exortus, quod episcopus in ecclesia sancti Michaelis est interfectus.

menciens, sancto presuli, quem trucidaverat[a], crimina inpingens, ubi inaudito correptus
1081. langwore miser misere interiit, sed et unicus filius eius Mesico in ipso iuventutis flore
1089. cf. Vinc. veneno emarcuit[b].
p. 74. 1081 Post hunc itaque regnavit frater illius[10], minor Kasmirides[c], Vladislaus[d, 11], non minus
– 1102. strennuitate milicie illustris, quam religionis devocione insignis. Hic ecclesiis Polonie ob
cf. Vinc. p. 75. mortem sancti Stanislai omnem[e] libertatem dedit. Cui licet[f] de humana[g] nil estimatum
est defuisse felicitate, sola prolis sterilitate[h] tristabatur. Sed tandem, instigante Francone
1084. episcopo, in Provincia ad abbatem et conventum Sancti Galli ymaginem auream infantuli
cum aliis zeniis[i] ac precibus transmisit, rogans ut a Domino et sancto Egidio sibi prolis
fecunditatem inpetrarent. Quod triduano ieiunio[k] et multis[l] precum celebratis solempniis
1085. factum est, et tercius tunc nascitur Boleslaus, cuius ex partu languore[m] suscepto mater
cf. Vinc. p. 77 defuncta est. Fuit gaudium merore temperatum et meror dulcore nati filii interceptus[n];
1087. sed ne patri diu molesta[o] esset coniugalis viduitas, regis Ungarie Salomonis relicte, tercii
Henrici[p] imperatoris sorori coniugatur, item Iudite, de qua tantum tres filias[q] suscepit.
Hec Iudita[r] multa donaria ecclesiis contulit. Habuit autem iste Vladislaus[s] filium ex con-
cf. Vinc. p. 79 sqq cubina, qui ob odium[t] in suam novercam in desertis educatus, dictus est Zbignewus[u].
Hic de consilio profugarum ex consensu episcopi Magni Wratizlaviensis[v, 12], dum Setech,
princeps exercitus nimia tenacitatis avaricia salaria militum accepta a rege sibi reservaret,
convocato exercitu regis Ungarie, sui nominis[w] scilicet Zbignevi, Moravis quoque ac[x] Boemis,
regnum patris decrepiti ac fratris tenelli pervasit. Sed pater, astute infirmitatem simu-
lans[y], cum filio ad se vocato pacificatur et construccione convivalis leticie omnes Wratiz-
lavienses[z] sibi conciliat[*], unde filius crassancius in patrem consurgens, de Wratizlavia[a]
fugiens, in Crusbiciam[b] se recepit, et Pomeranorum non parva congregans subsidia cum
1096. patre congreditur et captus carceri mancipatus[c]. Ubi tanta multitudo occubuit[d], ut lacubus
et fluminibus repletis multo post tempore nemo[e] piscibus ibi uti ausus fuerit[f]. Tandem
Sbignevo[g] de carcere misso, Setech timens iuvenem Boleslaum, adherens Sbignevo[g, h] dis-
cordie malum suscitat[i]. Unde[k] exilio propulsus fuit, Zbignevo cum fratre et patre recon-
1102. ciliato; cui pater contulit provinciam Glogovie et mortuus est. Cui dum filius eius Boles-
laus sibi[l] successisset[m], qui dictus est Curvus[13], frater eius Zbignevus quatuor vicibus contra
ipsum multiplicem omnium vicinorum[n] exercitum induxit et maxime[o] Bohemorum, per
quos Slesia tunc temporis sepius vastata fuit, Zbignevo[p] in habitu simulatorio[q] utrumque
castra, ut Boleslaum traderet, frequentante. Unde adversus illum, dum quadam vice,
hostes quos[r] advocaverat antecurrens, deprehensus fuisset, ille vero causa custodie se
nocte castra exisse assereret[s], et visis hostibus eos nuncciare festinaret, quidam magna-
torum adversus eum consurgens[t] querimonias detulit et regem pro iudicio interpellavit.
Cum quo, dum multis legibus contendisset, tandem pugne probacione eum superavit et
14 sic perpetuo exilio dampnatur, et victori totum territorium, quod Ponetz[u, 14] dicitur cum
omni iure principali libere donatur et locus iudicii ac pugne a re nomen suscepit scilicet
Sandonel[v]. Igitur dum Henricus IV. imperator[w] cum exercitu Ungariam ingressus fuisset,
Boleslaus rogatu regis Ungarie, Moraviam et Boemiam[x], que iam ad imperium devolute
erant invadens, imperatorem redire conpellit, unde imperator ad iracundiam[y] concitatus[z],
omne[*] robur suum contra[a] Boleslaum excitans Poloniam intravit, et conmittens[b] in prelio

a) crucid. 2. b) anno Domini .... *add.* 2. c) Casmirides 2. d) Wlad. 2. e) *deest* 1. f) Cui licet *desunt* 2. g) de *addit* 1. h) sola prol. ster. *des.* 2. i) veniis 1; id est donis a longinquis partibus *addit* 2. k) quo triduano ieiuniis 1. l) multam 1. m) langwore 2. n) interceptis 2. o) molestia 1. p) Heinrici 2. q) filios 1. r) Indita 1. 2. s) Wlad. 2. t) obdium 2. u) Zbigneus 2. v) Vraclaviensis 2. w) nomine 2. x) ac *deest* 2. y) assimulans 2. z) Wratislavienses 2. *) reconciliat 2. a) Wratislavia 2. b) Crusbicia 2. c) mancipatus 2. d) Ubi — occub. *des.* 2. e) nec 2. f) fuerat 2. g) tbignevo 2. h) cum fratre reconciliato *addit* 2. i) *deest* 1. k) *sequentia sic exhibet* 2: Unde exilio propulsus fuit Sethec, patre cum filiis reconciliatis; pater vero Zbigneo contulit provinciam Glogovie et mortuus est. l) *deest* 2. m) successit 2. n) vicitorum 2. o) maximis 2. p) Zbigneo 2. q) simulato 2. r) quod 1; *deest* 2. s) asseritur 1. t) *deest* 1. u) Ponez 2. v) Sandueli 2. w) imp. H. IV. 2. x) Bohemiam 2. y) ad irac. *des.* 1. 2, *habet* 3. z) *deest* 2. *) ēe 1. a) *deest* 2. b) conmictens 2.

10) Boleslai II. 11) I. 12) cf. Vinc. p. 80: *Et primus Silencianae* (i. e. Silesiae) *praeses provinciae, cui nomen Magnus.* 13) Krzywousty i. e. Ore curvus. 14) cf. Chron. princ. Pol. l. c. p. 76: *Ymmo postea processu dierum quidam nobilis, duellum faciens cum Sbigneo, vicit eundem in Sandwel, cui Boleslaus pro triumphi titulo dedit opidum Ponicz perpetuo possidendum.* Punitz in magnoducatu Posnaniensi, in districtu Kröben. Sandewalde, pol. Sandowola, significat coloniam (wola) a vico Sand fundatam. Cf. quoque Roepell l. c. p. 240. n. 23.

Boleslaum cepit. Quem cum secum ducere[a] vellet, ille multam pecuniam se daturum spondet, et termino obtento, tamquam pro thezauro mittit[b] pro adiutorio in omnes Getharum, Rutenorum et Ungarorum provincias. Hostes in nocte in curribus adducti et in medio castrorum positi, cum duce suo imperatorem rapiunt et in Kolberg[c] [15], castrum maritimum[d], [15] deducunt, ubi detento per sex[e] menses, libertatem pristinam[f] ab eo extorquet[g], quia ipsum ad servicium coquine ignominose conpulerat, insuper filio suo primogenito Vladislao, filiam eius, Cristinam[h. 15*] nomine, ob perpetue pacis ac amicicie robur[i] matrimonialiter obtinet, et sic imperatorem usque ad proprios terminos conducens dimittit[k]. Huic Boleslao[l], cum in regem coronari deberet, angelus coronam de capite illius rapuit ac regi Ungarie Michaeli inposuit[16]. Iste Boleslaus quinque filios habuit, Vladislaum, Boleslaum, Mesiconem, Kazimirum et Henricum[m]; quatuor ergo primis pater decedens terram divisit[n], seniori Slesiam et ad preessendum aliis Cracoviam disponit, et post illum seniori semper ducum Cracovie gubernacula consignat, sicque anno Domini 1139. defunctus est[o]. Oct. 28.

Iam[p] pretereunda[q] ut ayunt cronice[r]. Imperator Henricus, perpesse iniurie non immemor[s], primo Butom[t. 17] et Glogoviam occupat, deinde in campestribus[u] Wratizlavie[v] Boleslaum capit, et propter[w] inducias dande[x] pecunie in loco, qui[y] dicitur Psy-polei[z], id est[*] Campus-canum[a], temptoria[b] castrorum figit[c]. Ubi[d] dum per decepcionem captus fuisset et multi suorum corruissent, Poloni ob odium[e] occisorum ibi et[f] castrorum nomen[g] loco premissum indiderunt; Teuthonicos[h] canes appellantes[18]. Iste Boleslaus cum omnibus confinitimis[i] ultra omnes predecessores suos inexplicabilia gessit prelia, nec omnibus suis diebus quievit[k] amplius. Cumque filiis possessionem divideret, ut predictum est, seniori[l] Vladislao Slesiam, Henrico Sudomiriam[m], Mesiconi Gneznam[n] et Pomeraniam, Boleslao Cuiaviam[o] et Mazoviam[p] deputavit, iuniori vero Kasmiro[q] nichil[r] delegavit, quasi prophetizans quod maiora sibi deberent. [cf. Vinc. p 129 sqq]

Boleslao[s] autem Curvo defuncto, Vladislaus[19] primogenitus eius monarchiam tenuit. 1139. Qui cum quodam tempore yemali venacioni[t] deditus esset, quidam maior natu et principi proximior[u], Petrus Vloscides[v. 20] secum perrexerat. Iste Petrus tempore Boleslai Curvi regem Ruscie[w] in dolo adierat et cum illo conmessans ceperat eum et vinctum Boleslao[x] adduxit, et cum[y] ille se pecunia liberasset, simili dolo per quendam[z] Pannoniorum Cilciam[*. 21] urbem delevit cum magna strage Polonorum ac captivitate. Propter quod idem Petrus iniuncta sibi penitencia septem[a] cenobia et septuaginta lapideas construxit ecclesias. Qui ut predictum est cum principe novo ingruente nocte solus in venatu remansisset[b], aliis, nescio quo casu, aberrantibus, ipse de venacione[c] assaturam igni apposuit et cum principe suo sine vino convivavit. Illis pro vino nivem congestam in globum sugentibus, princeps Petro[d], quasi iocando ait: *Ecce quale principis convivium, forte commodius uxor tua cum abbate tuo nunc*[e] *convivatur.* Petrus pro ioco, licet non iocose receperit, hic se solum cum solo sciens, sic[f] respondit: *Uxor mea pro se agit*[g] *cum abbate meo, sicut et tua cum milite Teutonico*[h], *te absente, suo amasio.* Que verba licet princeps[i] graviter receperit[k], cum ioco[l] pertransiit, ad[m] domum rediit[n], cum causam turbulenti[o] animi eius coniux blandiciis extorsisset, insidias Petro parans, eum exoculari fecit. Quod factum in

a) redimere 2. b) mictit 2. c) *sic* 1. 1a. 3; Coluberc 2. d) maritinum 2. e) septem 1a; *deest* 2. f) pristinacem 2. g) extorquens 2. h) Christianam 2. i) robor 1. k) dimictit 2. l) Boleslaum 2. m) Henricum et Casmirum 2. n) dimisit 2. o) etc. *addit* 1. p) Nam 2. q) pretereundam 2. r) aiunt Cracovite 2. s) memor 2. t) Bytum 2. u) campestrium 1. v) Wratislavie 2. w) et propter *des.* 2. x) dandas 2. y) que 2. z) Psi pole 2. *) id est *des.* 1. a) Theotonice Hundisfelt *addit* 3. b) tentoria 2. c) fugit 1. d) uti 1. *pergebat scriba ibi, sed punctis subpositis statim delevit; i. scripturae specimen.* e) obedium 2. f) *pro* ibi et 1 *habet* ubi. g) nomine 2. h) Theconicos 2. i) cum finitimis 2. k) quesivit 1. l) scilicet *addit* 2. m) Sandomeriam 2. n) Mesconi Gnesnam 2. o) Cracoviam 2. p) Masov. 2. q) Casm. 2. r) nihil 2. s) Cum B. 1. t) venacione 2. u) proximor 2. v) Vloscidens 2. w) Ruzcie 2. x) Boleslaum 1. y) *deest* 1. z) q̄ndā 1. *) eilciā 1; Kil'cia 2. a) *deest* 2. b) permansisset 1. c) ipse de ven. *des.* 1. d) *deest* 2. e) *deest* 1. f) *deest* 1. g) ait 2. h) Theotunico 2. i) principis 2. k) reciperit 2. l) ioca 1. m) et 2. n) rediens 2. o) turbulento 1.

15) Kolberg, ad mare Balticum situm. 15*) immo vero Agnetem. 16) Falso. Fortasse auctor fabulam illam intelligit, quam servaverunt Ann. Kamenzenses. Vide infra. 17) Beuthen ad fluv. Odram situm. 18) cf. Roepell. c. l. p. 670. 19) II. 20) De Petro Wlast cf. infra annotationem ad Annales compilatos Cracovienses, a. 1145. 21) Kelcze. Boguphali chron. apud Sommersberg I, 37. Wisliciam nominat. Russiae princeps ab eo Lodorius nominatur. Codex msc. Boguphali Petropolitanus praebet „Laodorus".

eius ac mariti exterminium redundavit, siquidem[a] tota Polonia adversus Vladislaum armatur
22 cum fratribus, quos trino[b] prelio[c] fudit, ita ut nil preter solum opidum Poznan[22] haberent.
Quod cum vallasset et insidias non precaveret, inter prandium hostes irruunt, aliis truci-
1142. datis, aliis submersis Vladislaus fugam[d. 23] iniit et ad imperatorem Henricum quintum[e],
1146. fratrem uxoris[24] pergens adiutorium expetit et obtinet. Qui cum multo exercitu veniens
castrum Grodis[25] et Nemsche[f. 26] construxit[g], sed Poloni, loco eius Boleslao instituto, cum[h]
multis bellis confligerent, Vladislaus defunctus est, quem quidam dicunt Pigavie[i. 27] se-
pultum, alii in Plozok[k. 28], et Cracoviam irrumpentes[l] coniugem illius, que castrum tenebat[m]
cum tribus filiis propellunt, videlicet Boleslao, Mesicone[n] et[o] Conrado Loripede, pro quibus
non bello imperator sed precibus instat, ut si non monarchia[p], saltem aliqua terre porcione
1163. donentur. Quorum matre defuncta et in Porta[q. 29] sepulta, Boleslaus monarchus[r] orphanos
colligit et eis patrimonium Slesie concedit. Tandem hii duo fratres, Boleslaus et Mesico,
municipia preparantes a patruo monarchiam repetunt[s]. Quos cum iuri primogeniture
abrenuncciasse allegaret[t], multociens cum illis pugnavit sed minus valuit, cum munici-
piorum et armatorum Teuthonicorum[u] fulcirentur[v] presidio. Sed dum Boleslaus aliam
duxisset uxorem[30], filio fratre et patruo conspirantibus propellitur. Tandem Boleslaus
1167. monarchus contra Gethas[w] proficiscens, multis suorum perditis, filio suo iuniori Listeconi[x]
cf. Vinc. p. 159. terram Mazovie et Cuyavie[y] legans[z], primogenito suo Boleslao iam defuncto[*], et post
Listeconem[a] fratri suo Kazmiro[b], si[c] sine sobole decederet, ipse defunctus est. Qui Kaz-
cf. Vinc. p. 160. mirus[d] fratri suo Henrico[e] defuncto in ducatu Sandamirie[f] simili testamento iam ante suc-
cesserat.

1173. cf. Vinc. p. 162. Defuncto itaque Boleslao successit ei frater eius Mesico[g], qui sicut erat natu fratri
proximus, sic in regno fuit contiguus. Huic ubique fortuna favens multorum natorum patrem
cf. Vinc. p. 163. fecerat. Habuit enim filios Ottonem[h], Stephanum, Boleslaum, Mesiconem et Vladislaum,
quorum duos ex filia regis Ungarorum, tres quoque[i] ex filia regis Russie[k] susceperat.
Plures eciam filias habuit; ex quibus multorum principum[l] cognacionem et amiciciam con-
traxit; dux Boemorum[m] Sobeslaus[n] gener eius, dux Saxonie gener eius, dux Lothoringie
Fredericus[o], nepos imperatoris[p], gener eius, dux Maritime[q] Boguslaus[r] gener eius, eius-
dem ducis[s] filius[t] gener eius, dux Galatie[u] socer eius filii[v], dux Pomeranie socer alterius,
dux Ruggie[w] socer tercii[x], alii filii inconiugati decesserant. Hic omni glorie sue con-
fusionem superduxit per calumpnias et iniqua iudicia, que sub eo surrexerunt per iniquum
presidem, dictum de Kytlicz[y. 31], cuius predium adhuc est[z] in terra Budessin[*] eiusdem
nominis et posteritas eius in eodem loco. Qui cum duce confusus fuit[a], nam cum quasi[b]
32 canes venaticos[c] ad calumpnias struendas, eos, qui[d] Slusebinci[e. 32] dicuntur, instituisset
idem Kytlicz[f] et tota terra sub eorum morsibus evigilaretur[g], presul Cracovie, dictus Ged-
con[h. 33], timore Dei ductus, hanc impietatem redarguere cepit, unde plures cum principe
suo huic aliisque de hoc malo dolentibus persecucionum tendiculas[i] ubique parant[k]. Illi
1177. ergo ad Kasmirum confugentes[l], eum[m] in presidium Cracovie introducunt et monarchum[n]
constituunt. Quod cernens Odo, filius Mesiconis, una cum aliis patrem invadens profugit,
qui cum, ut predictum est, in amicorum copia licet esset[o] insignis, omnium tamen

a) sicqd' 2. b) tho 1. c) plio 2. d) *sic* 1. 1a; *deest* 2. e) quartum 2. f) Nemsch 2. g) construit 2. h) eum 2. i) pigñuie 2. k) Plozen 2. l) irrupentes 1. m) tenebant 2. n) Mescone 2. o) *deest* 2. p) monarchiam 1. q) Portata 2. r) monarchios *prius, subscrib. corr. in* monarchius 2. s) repetivit 2. t) allegarent 2. u) Theuthonicorum 1; Theotonicorum 2. v) fulcientur 2. w) Getas 2. x) Lezconi 2. y) *sic* 2. 3 *et Vinc.;* 1. *habet* Cracovie. z) *deest* 1. *) dicto 2. a) Lezconem 2. b) Casmiro 2. c) *deest* 1. d) Casimiro 2. e) Heynrico 2. f) Sudamiē 2. g) Mesco 2. h) Octonem 2. i) *deest* 2. k) Ruzcie 2. l) *addidi ex* 3. m) Bohemorum 2. n) Sebeslaus 1; Gobeslaus 2. o) Lotoringie gener eius Fredricus 2. p) nepos Fredrici imp. 2. q) maritme 1; matitine 2. r) Boguzlaus 2. s) *deest* 2. t) *deest* 1. u) Glacie 2. v) filii *deest* 1; *cf. Vinc. p.* 163. w) Rugie 2. x) tercius 2. y) Kethelizc 2. z) *deest* 1. *) Budesin 2. a) *deest* 2. b) qī 1; *deest* 2. c) venacidos 2. d) *deest* 1. e) *similiter codices Chr. princ. Pol.;* Slusnice 2. f) Kichelicz 2. g) evigularet 1. h) Gedeon 1. 2. 3. i) tenticulas 2. k) parat 2. l) Casmirum fugientes 2. m) *deest* 1. n) monarchium 2. o) *deest* 2.

22) Posen. 23) cf. Roepell. l. c. p. 679. Imperator est Conradus III. 24) Agnetis, filiae Agnetis et Leopoldi ducis Austriae. Mater Agnes soror Heinrici V. erat. 25) Gröditzberg, prope Goldberg. 26) Nimptsch, a Wratislavia ad meridiem situm. 27) Pegau. 28) Plock. 29) Pforte. 30) Adelheidam de Sulzbach. 31) Kittlitz a Bautzen ad merid. situm. 32) ministeriales, officiales; cf. Roepell l. c. p. 365 n 34; cf. Vinc. p. 170: *Tu canes rabidos, id est officiales truculentissimos, non in copula districtionis circumducis, sed nodis disciplinae, tua solutis iussione, passim ubique sinis debacchari.* 33) 1166—1185.

destitutus[a] adiutorio, quod valide querebat, vix tantundem[b] Posnaniensem[c] provinciolam cum omnibus filiis de gracia fratris obtinuit.

Tunc demum dux de Opol[d], Ieroslaus filius Boleslai, fundatoris Lubensis[34] cenobii[e], in 34
odium noverce, domine Adilheidis, que fuit soror imperatricis[35], uxoris imperatoris[f] Conradi[g] II., cum patruo suo Mesicone[h] patrem propulsant[i], qui cum imperatore pergens Mediolanum, ibidem[k] quendam virum giganteum[l] prosternens cum valido exercitu rediit ad[m] castrum Len[n], et Legnicz[36] edificavit. Quod videns Casmirus, se interposuit et fratri Boleslai, Mesiconi, terram Ratheborigensem[o. 37] consignavit, a quo duces Ratheborigenses[p] surrexerunt, et Ieroslao[q] episcopo ordinato territorium Nysense[r. 38] a patre obtinuit, ac tempore vite sue ducatum Opolie et Conrado[s] Loripedi[t] marchiam Glogoviensem dedit, licet alias dicatur monachus factus.

Hoc tandem defuncto Glogoviensis marchia in Boleslay[u] dicionem rediit, qui decedens[v] fratri suo Mesiconi terram delegavit Opolie[w], quam Henricus Barbatus, filius eius item[x] sibi assumpsit et decedens Casmiro, filio Boleslay[y] monarchi defuncto hereditas ad Casmirum devolvitur.

Qui[z] demum misericordie motu, quasi facti ignarus, fratrem suum Mesiconem per tradicionem Gneznam, metropolim tocius Polonie, possidere permisit. Sed cum in Russiam[*] 1182.
profectus fuisset ad restituendum primogenitum sororis sue nomine Romanum, patrem Danielis, quem fratres propulerant, et longo bellorum motu occuparetur, septuaginta de magnatibus Cracovie Mesiconem adierunt, et filium eius[a] Odonem cum exercitu adducentes, Cracoviam eis[b] tradicione presentaverunt. Quo Casmirus conperto Cracoviam[c] invadit et igne consumit, hostibus captis, quos tamen post solempnem refeccionem fratri[d] motu pietatis remisit, unde inter ipsos tempore Casmiri plena facta est amicicia. Illum traditorem et calumpniarum[e] infusorem presidem[f] ac prefectum Cracovie Kytlicz[g] in ecclesia, in qua confugerat[h], deprehensum in[i] Ungariam eterno exilio dampnavit. Item dum[k] Casmirus a strage Getharum[l] maxima cum triumpho ad propria remeasset, in solempnitate sancti 1194. Mai. 4.
Floriani post prandia, cum in medio resideret pontificum, hausto[m] poculo humi prolabitur et cor spirat[n], incertum[o] morbo an[o] veneno extinctus[p]. De hoc Casmiro tante recitantur[q] virtutes naturales, quod, si litteratus fuisset, utique philosophus magnus[r] crederetur.

Hoc[s] defuncto statim Fulco[t], episcopus Cracovie, principem pronunciat[u] Lesticonem[v], filium eius primogenitum, monarchum Cracovie, aliis acclamantibus, aliis per pretencionem[w] iuventutis renitentibus[x], sed pars episcopi prevaluit. Fuit[y] autem alter filius Casmiri, Conradus[z] nomine, cui cessit in sorte[*] Cuiavia et Mazovia[a]. Quibus auditis[b] consternitur[c] animo ille senex Mesico et indignanti[d] animo humi prosternitur, ait enim non tam suum se apud illos dolere contemptum[e], quam super[f] excellentem[g] tante dignitatis maiestatem, sub[h] infantuli[i] gubernamine, prostratam ludibrio. Unde Cracoviensibus mandat[k] ut resipiscant, Lesticonem[l] ammoveant[m] et se seniorem etate ac primogeniture principem agnoscant, alioquin gladium bellicum experiri habeant[n]. Sed dum nil proficeret, callide a matre puerorum dolosis suasionibus obtinet, ut saltem tamquam tutor[o] pupillorum ad honestatem ipsius senii sibi[p] monarchie gubernacio credatur, et sic bona voluntate[q] Lesconi[r] honorem primatus[s] conferat. Cui femina femineo motu facile contra consilia suorum acquiescens, bis cum filio decipitur. Nam quociens[t] promissum a Mesicone exigitur, tociens denegatur et contra iusiurandum, et ideo quociens sublimatur, tociens propter nimios[u] avaricie impetus

a) destrictus 2. b) tandem 2. c) Poznaniensem 2. d) Opul 2. e) cenobium 2. f) *deest* 1. g) Cunradi 2. h) Mesiconi 2. i) ppulsant 2. k) ibique 2. l) gygantem 2. m) *deest* 1. n) Luben 3. *falso*. o) Ratiborgensem 2. p) Ratiburgenses 2. q) Ierislao 2. r) Nisense 2. s) Cunrado 2. t) loripede 1. 2. u) Boleslai 2. v) dedecens 2. w) t. O. d. 2. x) idem 1. y) Boleslai 2. z) cui 2. *) Prussiam 1; Prusiam 2; Prussiam *et omnes legunt codices Chron. princ. Polon.* a) *deest* 1. b) eius 2. c) Quo tempore Casmirus 1. d) ferre 2. e) calumpniatorem 2. f) presides 1. g) Ketlicz 2. h) fugerat 2. i) *deest* 2. k) cum 1. l) Getarum 2. m) haustum 1. n) et exspirat 2; protinus exspiravit 3. o) intercuti morbo in 2. p) exstinctus 2. q) *sic* 1. 1a; caute ieiunantur 2. r) *deest* 1. s) Nec 2. t) Sulco 2. u) pronoscicat 1. v) Lezconem 2. w) ppretucōm 2. x) aliis propter iuventutem reclamantibus 3. y) ffuit 1. z) Cunradus 2. *) in sorte *desunt* 1. a) Cuyavia et Masovia 2. b) auditur 2. c) consternatur 1. d) indignantis 1; indignanter 2. e) *deest* 1; dolis contemptis 2. f) supra 1. g) excellente 2. h) *deest* 2. i) famuli 2. k) mandant 2. l) Lesconem 2. m) amoneant 1. n) habebant 1. o) *deest* 1. p) ſennō 1; senium sibi 2. q) voluntati 2. r) Lezconi 2. s) priuatus 1. t) tociens 2. u) mnucis 2.

34) cf. supra Epitaphia ducum Silesiae, ad a. 1201. 35) Gertrudis de Sulzbach, uxoris Conradi III. 36) Lähnhaus et Liegnitz. 37) Ratibor. 38) Neisse.

1195. deicitur, et hoc non absque bellorum collisione, quorum primum fuit[a] in Moscava[b. 38*] circa Andreow[c] claustrum, in quo Mesco[d] vulneratus filium suum Boleslaum, cuspide occisum, fugiens domum reportat. Ex parte vero Cracoviensium infinitis prostratis, dux Rutenorum Romanus, post innumeram suorum stragem graviter conscissus[e] vulneribus, fuge presidium quesivit, Vladislaicis[f] videlicet solo Mesicone et Iaroslao[f], filio Boleslai[g] Alti[h], campum victorie tenentibus, Gonoricium principem belli Cracoviensis palatinum[i] Saudomirie[k], captivum inde secum abducentibus. Fulco[l] vero episcopus, casum suorum audiens, Cracoviam occupat[m] ac Lesconem[n] revocat. Lestco[o] postmodum ab expedicione, quam in Russiam[p] et Galaciam fecerat, post procerum Russie[q] multifariam[r] necem ac Galatie[s] pro spere rediens, cum duce Odone Gneznensi[t], cuius causa tunc agebatur, ac duce Henrico Barbato fratreque proprio Conrado[u], duce Cuiavie[v] ac Mazovie in[w] Nakel contra Pomeranos
1227. proficiscitur et a Pomeranis in balneo occiditur, et dux Henricus in lecto[x] multis vulneribus affectus sed obiectu[y] Peregrini de Wysenburk[z], qui super eum occisus fuit, liberatur a morte, et accursu[*] suorum tandem erutus et ad propria deducitur[a]; et tantorum[b] principum[b*] expedicio per Odonis prodicionem sive tradicionem confunditur. Lestkone ergo[c] sic interempto Conradus[d] frater eius, dux Cuiavie[e] et Mazovie[f], monarchiam Cracoviensem occupare nitebatur[g], sed relicta Lestkonis[h], tyrannide[i] illius considerata, cum consilio ac consensu procerum pium principem Henricum ducem[k] Slesie, dictum cum barba[l], maritum sancte Hedwigis, advocans se suosque parvulos[m] duos illius tutele conmisit ac[n] monarchiam illi[o] Cracovie resignavit, quam tamen[p] duobus preliis a Conrado[q] patruo illorum[r] evicit. Horum
[illegible]9 unum fuit in Scala[39] ante castrum, quod dux[s] Henricus construxit, ubi occisus est Primisl[t], primogenitus Conradi[u], aliud in[v] Mezbeze[w], ubi Conradus dux[x] silve ac collium[y] presidio[z] se suosque[*] receperat. Tamen quia presumptorum est raro[a] a sue pertinacie proposito resilire et cum pius princeps[b] Henricus iam velud adversario evicto securior consisteret[c], exercitu alienigenarum cum filio suo ad propria remisso[d], ultra Cracoviam ad secreciora loca in Opetewicz[e. 40] cum[f] baronibus[g] Cracovie de statu terre ordinaturus secessit. Sed quia Cracoviensium fraus[h] et tradicio nunquam delituit[i], cum ibi pius princeps missarum solempnia devocius insisteret, ecce subito hostes irruunt, incautum[k] rapiunt, vinculis iniectum in Plotzke[l], castrum Mazovie[m], deducunt. Quo filius malo[n] conperto per omnia in ulcionem ac patris liberacionem[o] convocatis[p] exercitibus se preparat, beata vero Hedwigis, sanguini[q] innoxio ac pauperum lesioni conpaciens, malum prevenire studuit et in propria
1236. Iun. persona tyrannum adiit, duasque filias[41] filii ob perpetue robur[r] pacis filiis Conradi[s] in coniugium tradidit, Boleslao videlicet[t] et Casmiro, quorum tamen prior cum coniuge sua sine prole obiit, alter duos filios Lestkonem[u] et Semomislonem[v] generavit[w]. Sicque dux Henricus liberatus a vinculis monarchiam libere[x] iam tenuit, quam post obitum suum in filio suo[y] Henrico cum terra Lubucense ac tota Polonia usque Wortham[z. 42] fluvium et ultra usque in Geschk[43] castrum circa Gneznam cum tota Slesia tenendam dereliquit[*].
1238. Mart. 19. Ipse pius princeps ad inferiores partes principatus sui profectus in Crosnam[a. 44], beate[b] vite finem adeptus, ad cenobium solempne monialium in Trebnitz[c. 45], quod ipse[d] devotus princeps omni liberalitatis[e] studio construxerat, sepeliendus deductus[f] est[g] anno Domini 1237.[h]

a) *bis scriptum in* 1. b) Muscava 2. c) Andreon 2. d) Mesico 2. e) concisus 2. f) Vladislaus solus Mesiconem videlicet et Iarazlao 2. g) *deest* 2. h) alii 2. i) Cracoviense in palatinum 1. k) Sudomirie 2. l) Ffulco 1; Sulco 2. m) occupat 2. n) Lezconem 2. o) Lezco 2. p) Rusciam 2. q) Ruscie 2. r) multipbariam 2. s) Galatiam 1; Galacie 2. t) Gnecznem 2. u) Cunrado 2. v) Cuyavie 2. w) *deest* 1. x) lectu 2. y) abiectu 2. z) Wysinburch 2. *) acursu 1. a) reducitur 2. b) fatorum 2. b*) *deest* 1. 2. c) Leczcone igitur 2. d) Cunradus 2. e) Cuyavie 2. f) Masovie 2. g) incebatur 2. h) Leczonis 2. i) tyrannid'e 2. k) *deest* 2. l) dictum barbatum 2. m) parvulus 2. n) *deest* 1. o) ille 2. p) cum 1. q) Cunrado 2. r) *sic coniecit Stenzel;* C. imperatore illius 1. 2. s) *deest* 2. t) þmiſł 1; Primizel 2. u) Cunradi 2. v) *deest* 2. w) Mezbore 2. x) dux Cunradus 2. y) collum 2. z) presidia 2. *) suos 1. a) caro 2. b) *bis scriptum in* 2. c) existeret 2. d) remissio 1. e) Spintevnicz 2; *duo codices* 3 *habent:* Oppetewiz alias Spincowicz *et* Oppetewicz alias Spintowicz. f) *bis scriptum* 1. g) barbınb; 2. h) dolos 2; fraus et dolus 3. i) delicuit 1. 2. k) incaute 1; intantum 2. l) Plozek 2. m) Masovie 2. n) mala 1. o) *deest* 2. p) convocacionem 2. q) sangwini 1. r) robor 1. s) Cunradi 2. t) vedelicet 1. u) Leczconem 2. v) Semomislaum 2. w) genuit 2. x) *deest* 2. y) *deest* 2. z) usque in Warram 2. *) deliquid 2. a) Croznam 2. b) beatum 2. c) Trebnicz 2. d) tpe̅ 2. e) libertatis 1. 2. f) *deest* 2. g) est *deest* 1. 2. h) *addit* 2: defunctus est V. Ydus Aprilis, sepultus ad fratres minores Wratislavie. *Vide infra ad Henricum II. ducem.*

38*) fortasse villa Mierzawa in districtu Radom regni Poloniae sita. 39) Skala, oppidum a Cracovia ad septent. situm. 40) cf. notam criticam. Spytkowice ad orientem ab urbe Zator situm est. 41) Constantiam et Gertrudem. 42) Warthe fluv. 43) Giecz. 44) Crossen. 45) Trebnitz. Sepulchri inscriptionem v. ap. Heyne Geschichte des Bisthums Breslau I, 327.

Henricus[a. 46] igitur, filius eius, nomine ac omni virtutum decore patri consimilis, monarchie[b] culmen adeptus, cum illud in omni pacis felicitate gubernare videretur, subito gens Tartarica, velut a Tartaris ebulliens[c] infernalibus, tartarice in omne regnum Ungarie ac Polonie per stragem fidelium Christi et inhumane[d] desevit[e]. Que cum Cracoviam[f] et Sandomeriam[g] depopulata[h] fuisset, in Slesiam profecta est[i], a beato principe Henrico[k] secundo invaditur, sed permittente Deo idem[l] princeps pro suis et cum suis prosternitur[m] anno Domini 1241. [5. Ydus Apprilis, sepultus ad fratres Minores Wratislavie.][n] 1241. Apr. 9

Cumque hac[o] tempestate semota terra Slesie respirare debuisset, ecce senior filius eius Boleslaus, per quem omnia mala tunc orta sunt, contra fratres suos parvulos insurgens, terram Lubecensem[p] marchioni Brandenburgensi[q. 47] et archiepiscopo Maydeburgensi[r. 48] in 47 suum ac suorum discrimen[s] tradidit et Poloniam perdidit, et Cracovienses Boleslaum, filium Lestkonis[t] occisi[u], monarchum[v] constituunt, qui tandem[w], ducta uxore Cunegunde[x], 1239. filia[y] regis Ungarie[49], sine prole tamen defunctus est[z]. Cuius[*] temporibus, licet calumpniarum virus per omnia loca sui principatus vigeret, modico munere tamen placatus, in 1279. Apr. 7. partem quamlibet trahebatur et maxime canum, quorum amator et fotor, toti terre inportabilis fuit.

Cui[a] successit Lestko[b], filius Kazmiri[c], filii Conradi[d], qui seva bella contra Getarum insultus victor exercuit, tandem conspiracione infidelium Cracovie propellitur, et Conradus, 1285. Semoviti filius[e] ducis Mazovie[f], filii Conradi fratris Casmiri, inducitur. Qui cum infidelibus inductoribus[g] in bello[50] per Lestkonis[h] validum[i] exercitum, exusta Cracovia, confusus aufugit[k], et Lestko[l] cum triumpho ad suos fideles cives Cracovie, qui ipsum castrum sibi strennue servaverant, rediit, et fidelitate eorum[m] inspecta civitatem munivit anno Domini 1285. mense Augusti.

Vladislaus, primogenitus Boleslai Curvi, cum monarchia Cracovie Slesiam provinciam a patre decedente lege testamenti adeptus est. Iste ex filia Henrici imperatoris IV. tres filios habuit, scilicet Boleslaum cognomento[n] Altum, Mesiconem et Conradum Loripedem. Quo propter excecacionem[o] Petri Vlosconis[p] profugato et exulando cum coniuge defunctus est[q], ipse in Pegavia[r] sepultus est et eius uxor in Porta. Tandem interventu imperatoris Henrici V. orphanis ad terram reversis, Boleslaus Wratizlaviam[s], Legnicz et Opul, Mesico Rathebor[t] et Conradus Loripes[u] Glogoviam adepti sunt. Conrado defuncto Boleslaus Glogoviam sortitus est.

De Mescone[v] Casmirus, de Casmiro Mesico Crassus et Vlodeslaus[w] duces Ratheborgenses[x] nati sunt.

Mesicone sine herede defuncto, dux[y] Henricus tercius Wratizlaviensis relictam[z] illius, filiam ducis Cuiavie[*] et Mazovie Conradi, duxit in[a] uxorem et genuit ex ea filiam et filium Henricum quartum Wratislaviensem ducem. Vlodislaus[b], frater Mesiconis, ex[c] filia ducis Gneznensis Loczislai[d] filii Odonis, genuit quatuor filios, Mesiconem Ratheborgensem[e], Casmirum Butomiensem[f], Boleslaum Opoliensem[g] et Primislaum Oswetinensem[h] duces.

Boleslaus Altus[i], primogenitus Vlodislai monarchi[k], de prima coniuge sua genuit Ieroslaum[l] filium et Algam filiam. Qua defuncta duxit dominam Adilheidem[m], sororem imperatricis coniugis Conradi secundi imperatoris, et genuit filios Boleslaum et Henricum dictum[n] cum barba. Qui cum monarchiam a patruo Boleslao repeteret, filius eius Ieroslaus et frater eius[o] Mesco[p] Ratheborgensis[q] cum Boleslao monarcho[r] adversus eum ob odium secunde[s]

a) Heynricus 2. b) monarchi 1. c) ebuliens 2. d) et humane 1. e) deseriit 2. f) in Cr. 2. g) Sandomiriam 2. h) depulata 2. i) *deest* 2. k) *deest* 1. l) *sic* 1; iō 2. m) cum suis et pro suis sternitur 2. n) *verba uncis inclusa desunt* 1. o) *deest* 2. p) Lubucensem 2. q) Brandinburgensi 2. r) et arch. Magd. *desunt* 2. s) discrimine 2. t) Lesconis 2. u) occiso 2. v) monarchium 2. w) q̊dand' 1. x) Cunnegunde 2. y) filiam 2. z) *deest* 1. *) huius 2. a) Qui 2. b) Lesco 2. c) Casmiri 2. d) Cunradi 2. *semper*. e) filius Semovite 2. f) Masovie 2. g) infid. suis aductoribus 2. h) Lesconis 2. i) invalidum 1. k) affuit 1; auffrigit 2. l) in Lesco 2. m) illorum 2. n) *primo scriptum erat* cognōiato, *tum correctum in* cognomento 1. o) exicacionem 2. p) Vlostonis 2. q) *deest* 1. r) pig̃uia 2. s) Wr̃atislaviam 2. t) Ratibur 2. u) *deest* 2. v) mesc̆one 2. w) Vladislaus 2. x) Ratiburgenses 2. y) *deest* 2. z) relicta 2. *) Cuyavie 2. a) ad *alia manu supra lin. add.* 2. b) Vladislaus 2. c) et 2. d) Lorzlai 2. e) Ratiborgensem 2. f) Butumiensem 2. g) Opuliensem 2. h) Primizlonem Osciensem 2. i) alius 2. k) monarchie 2. l) Ioroslaum 2. m) Adilheidam 2. n) demū 2. o) *deest* 2. p) Mesico 2. q) Ratirburgensis 2. r) monarchi 1; monarchio 2. s) odiꝑe 1; odii 2.

46) II. 47) Heinrico marchioni Misnensi. 48) Willbrando. Cf. Wohlbrück Gesch. des Bisthums Lebus I, 30–32. 49) v. Ann. Capituli Cracov. ad a. 1239. 50) apud Boguwice, ad Rabam fluv.

uxoris illius consurgentes, una cum uxore propulerunt et cum filiis. Quo[a] expetendi adiutorii gracia ad imperatorem perrexit, sed cum imperator congregato exercitu contra Lombardos[b] proficiscens sibi adiutorium prestare[c] nequiret, una cum imperatore in Lombardiam profectus est[d], uxore et pueris Erfordie relictis. Obsidente igitur imperatore Mediolanum, quidam vir gyganteus[e] cottidie[f] de civitate armatus et[g] eques egrediebatur exprobrando castris[h] imperatoris et singulare certamen pro tocius civitatis triumpho indicendo. Quem cum nemo invadere presumeret[i], Boleslaus, audiens lugubrem famam[k] egestatis magne uxoris et filiorum suorum, concepit animo vel pugnando[l] viriliter vitam finire aut obsidioni diutine[m] et suo exilio, triumphando de hoc exprobratore, finem imponere. Captans ergo tempus et horam egressionis illius, secundum consuetudinem paratus in prelium, clanculo[n] castra egressus, hostem hasta agressus solo prosternit et amputato capite illius tamquam alter David victor ad castra revertitur. Vociferoso ex hoc tumultu in castro exultantibus[o] exorto, imperator facto comperto Boleslaum asciscens alloquitur sic[p]: *Licet gratulandum sit nobis de tuo triumpho[q], tamen obstupescimus, ac[r] dolentes de tue presumpcionis periculo requirimus, cur tanto discrimini inconsulto nobis te dare voluisti, unde castris nostris excidium et nobis confusionis malum poterat exoriri, et tanto amplius quanto ex nobilitatis prosapia constat te viciniorem[s] imperatorie[t] maiestati.* Quo ex sui diutini[u] exilii et[v] uxoris[w] indigencia[x] animi perturbacionem ostendente[y], imperator cum magno apparatu[z] rerum et exercitus illum ad propria requirenda[*] remisit, et veniens edificavit castra Len et Legnicz. Quo conperto, adversarii eius timentes sibi[a] et omni Polonie, treugas expetunt, monarchiam post obitum Boleslai promittunt, et Mesco[b], frater eius, ratus[c] de solo Ratheborgensi[d] territorio, Ieroslaus[e] Opoliensem[f] ducatum tempore vite sue[g] adeptus et deinde episcopus[h] ordinatus, a patre Nysensem[i] provinciam sibi et sancto Iohanni assecutus[k], Boleslao Wratizlaviensem, Legniczcensem et Glogoviensem terram in omni pace
1175. contradunt[l]. Tunc Boleslaus in situ castri Lubes[m] cenobium Cysterciensis[n] ordinis construxit, ad quod fratres de claustro Porta supra Salam, propter dileccionem matris Cristine domine, que in illo sepulta est, filia imperatoris Henrici quarti, advexit. ubi sepultis filiis Boleslao et Conrado et filia Alga[o] demum ipse decedens anno Domini 1201[p] sepelitur et post eum uxor sua domina[q] Adelheydis[r].

Cui[s] successit filius eius iunior, Henricus, dictus cum barba, qui duxit sanctam Hedwigem in[t] uxorem, filiam ducis Meranie Bertoldi[u], sororem domine Gerdrudis[v] regine Ungarie et domine Engeldrudis[w] regine Francie, et genuit ex ea tres filios et filias[x], Agnem et Sophiam Boleslaumque[y], sepultos in Lubes, et Henricum et Conradum et Gerdrudem[z] abbatissam Trebniczensem[*]. Que cum desponsata fuisset palatino Reni[a], qui occidit Philippum, regem Alamanie[b], propter quem et ipse postmodum peremptus est, et ideo[c] alteri
c. 1203. nubere nollet, instinctu beate Hedwigis pater nobile cenobium Trebniczense[d] filie[e] construxit[f], in quo ipse et[g] beata coniux eius[h] feliciter migrantes reconditi sunt, postquam monarchia Cracovie et terre Lubecensis[i] sublimatus fuisset gubernamine. Viventibus autem[k] adhuc[l] Henrico[l] et coniuge ipsius[m], dyabolus inter filios eorum, Henricum et Conradum, discordie semina[n] sparsit. Pater iuniori filio Conrado procatus fuerat[o] filiam ducis Saxonie, designans ei terram Lusacie[p] et Lubecensem[q], seniorem vero Henricum regem Polonie instituere nitebatur. Quod comperiens Conradus, qui Teuthonicos[r] execrabatur, congregatis ex diversis provinciis Polonis, fratrem cum paucis Teuthonicis[s] qui in Slesia erant tunc propellere intendebat, pater vero et mater, cum hoc malum sedare[t] nequirent, pater Glogoviam, mater in Nempcz[u] cedentes[v], filios congredi permiserunt[w].

a) Eo 2. b) Lombard⁹ 2. c) prare 2. d) proficiscens 1. e) giganteus 2. f) coctidie 1. 2. g) in 1. h) castros 2. i) presumet 2. k) famem 1. l) pugnare 1. m) diuturne 2. n) clauculo 1. o) exulcantibus 1. p) sic all. 2. q) trumpho 2. r) aut 1. s) intiniorem 2. t) imperatori 2. u) ex in diutini 1; ex sui dimini 2. v) *deest* 1. w) uxorē 1. x) indigencie 1. 2. y) ostendere 2. z) *deest* 2. *) *deest* 1. a) *deest* 1. b) Mesico 2. c) iratus 2. d) Ratiborgensi 2. e) Iarislaus 2. f) Opuliensem 2. g) *deest* 2. h) *deest* 1. i) Nisensem 2. k) asecutus 2. l) *sic* 2; concōnnt 1. m) Luybes 2. n) Cisterc. 2. o) Olga 2. p) MC. 1. 2. q) *deest* 2. r) Adilheydis 2. s) Qui 2. t) *deest* 2. u) M. et dnē B. 2. v) Girdrudis 2. w) Engildrudis 2. x) filias et filios 2. y) Boleslaum, Agnem et Sophiam 2. z) Girdrudim 2. *) Trebnicensem 2. a) palatino Gem. 2. b) Almanie 2. c) *deest* 1. d) Trebnicense 2. e) filie *supra lineam add.* 1. f) constuxit 2. g) *deest* 2. h) illius 2. i) Lubecense 1; Lubicense 2. k) *deest* 1. l) adhārico 2. m) *deest* 2. n) seminarum 2. o) *deest* 1. p) Luzacie 2. q) Lubuzensem 2. r) Theutunicos 2. s) Theutonicis 2. t) sedire 2. u) Niemsch 2. v) secedentes 2. w) ꝑmiserunt 2.

Qui in campo inter Legnicz et Aureum-montem, in loco, qui Studnicza[a] vel Ruffa-ecclesia[51] nuncupatur, committentes, Henricus cum Teuthonicis[b] advenis, tam agricolis quam[c] militibus, quos aliunde congregaverat, occisis innumeris[d] Polonis, campum victorie, fugientibus, qui evadere poterant, triumphans obtinuit. Conradus ergo spe vite servande ad patrem confugiens, secessit in desertum Tarnow[e], ubi in venacione de equo corruens, fractis cruribus[f] occubuit[g] et in[h] Trebnicz delatus in capitulo[i] sepultus est propter sororem[k], que[l] maxime diligebat illum[m], et Crispus cognominabatur[n]. Ad cuius exequias dum mater eius advocaretur[o], tacita morte illius, tamquam ad egrotantem filium, ait illa: *Frustra egrotare fingitis ad quem sepeliendum pergam, cuius mortem ante prescivi, quam multorum ex eius temeritate sanguis*[p] *funderetur*[q] *innoxius.*

Huius incliti ducis Henrici Barbati tempore Odo[52], dux Gneznensis[r] aspirans monarchiam 52 et in omnium principum Polonie mortem dolos cogitans, omnes in adiutorium suum contra[s] Pomeranos convocat in obsidionem castri Nakel. Ubi dum convenissent et in dolo de concordia tractaretur[t], uno mane Pomerani subito super incautos irruentes sive prosilientes[u], ducem Lestkonem[v], filium Casmiri, monarchum Cracovie, de balneo percurrentem[w] interimunt et Henricum ducem Slesie, adhuc lecto pausantem, multis vulneribus conscisum[x] moribundum derelinquunt, occiso super eo obice fideli, milite Peregrino de Wysenburg[y], patre Gebhardi et Tymonis[z], qui patris imitatores non[*] fuerant. Fugientibus autem[a] cunctis aliis dux Henricus domum relatus a suis, Peregrinus[b] in Lubes sepeliendus transvectus est. Lestkone[c] siquidem interempto[d], Conradus dux Mazovie monarchiam Cracovie occupare nitebatur, sed relicta Lestkonis[e], tyrannide illius considerata, cum consilio et consensu procerum pium[f] principem Henricum ducem Slesie, dictum cum barba, advocans, se suosque duos[g] parvulos filios tutele conmisit et monarchiam illi[h] Cracovie resignavit, quam tamen[i] duobus preliis a Conrado patruo illorum[k] evicit. Horum[l] unum fuit in Scala ante castrum quod dux Henricus construxit, ubi occisus fuit[m] primogenitus Conradi, aliud in Mezbetze[n], ubi se Conradus silve ac collium presidio[o] receperat. Tamen quia raro pertinacium est a sue presumpcionis perfidie[p] proposito resilire, cum pius princeps Henricus, iam velud evicto adversario, securior consisteret, exercitu alienigeno[q] cum filio ad propria remisso, ultra Cracoviam ad secreciora loca[r] deserti Spitovicz[s, 54] circa vadum Wizle[t] cum baronibus Cracovie de statu terre ordinaturus secessit. Et quoniam Cracoviensis[u] fraus et tradicio nunquam[v] delituit[w], cum ibi pius princeps missarum celebritati[x] devocius astaret, ecce subito hostes irruunt, incautum[y] rapiunt et iniectum[z] vinculis in Ploczk[*], castrum Mazovie, deducunt. Quo filius eius malo conperto, per omnia in ulcionem patrisque liberacionem convocatis exercitibus se preparat. Beata vero Hedwigis, sanguini[a] innoxio ac pauperum lesioni conpaciens, malum inminens prevenire studuit et[b] in propria persona tyrannum adiit et duas de filiabus filii ob perpetue pacis robur[c] filiis Conradi, Boleslao videlicet et Casmiro, in coniugium tradidit; quorum primus[d] cum uxore[e] sua sine prole obiit, alter duos filios, Lestkonem[f] et Semomislonem[g] generavit, et Cuiavia[h] et Syrazia[i] in eorum dicionem data fuit, sicque dux Henricus liberatus a[k] vinculis monarchiam iam[l] libere tenuit, quam filio suo decedens cum Slesia et Lubecensi[m] terra et Calisiensi terra ac Pisrensi[n, 55] usque in Geschk[o] castrum prope Gneznam[p] tenendam dereliquit. Iniurie siquidem prime et vulnerum[q], que in Nakel per Odonis tradicionem acceperat et propter exilium Vlodislai, fratris Odonis qui in Slesiam[r] propulsus a fratre exulabat, dux Henricus non inmemor, insurrexit contra Vlodislaum[s] filium Odonis et evicit ab eo omnem terram Poznanie[t] et

a) Stud'nicza 2. b) Teutonicis 2. c) tam ariolis quam 1; tamquam 2; tam advenis quam 3. d) occisis z nŏs 1. e) Tarnauwe 2. f) cervicibus 2. 3. g) obcubuit 1. h) inde in 2. i) capilo 2. k) sorerem 1. l) que nam 1. m) eum 2. n) connominatur 2. o) vocaretur 2. p) sangwis 2. q) fundetur 2. r) Gnesnensis 2. s) *deest* 1. t) tractarentur 1. u) prosientes 2. v) Lezconem 2. w) protimentem 2. x) concussum 2. y) Wizinburch 2. z) Timonis 2. *) *deest* 1. a) ergo 2. b) Peregrinis 2. c) Lezcone 2. d) interemptos 2. e) Lezconis 2. f) *deest* 1; primi 2. g) suosque suos 1. h) ille 2. i) cum 1. k) C. duce illius 1; C. imperatore illius 2. l) *deest* 1. m) fuit 2 *post* primog. *sistit.* n) Mezebezc 2. o) presideo 2. p) *deest* 2. q) alienigene 2. r) *deest* 1. s) Spicconis 2. t) Wizele 2. u) Cracoviensium 2. v) unquam 2. w) delicuit 1. 2. x) celebritate 2. y) incaute 1; intantum 2. z) uictum 1; vinculis iniectum 2. *) Plozek 2. a) sanguinum 2. b) *deest* 1. c) robor 1. d) prior 2. e) coniuge 2. f) Lezconem 2. g) Zemomizlonem 2. h) Cuyavia 2. i) Syrama 2. k) *deest* 1. l) *deest* 2. m) Lubucensi 2. n) Poserensa 2. o) Gescek 2. p) Gnesnam 2. q) mulierum 2. r) Slesia 2. s) Vladislaum 2. t) Pomeranie 1.

51) Rothkirch a Liegnitz ad merid. situm. 52) Wladizlaus Odonicz, dux Poznaniensis. 54) V. supra p. 564. 55) Peisern ad fluv. Wartam situm.

Calisie[56] et Pysdre[a. 57] usque ad castrum Geschk[b] terram Srodie[c. 58] et constructo castro in
59 Screm[d. 59] ultra Wartham[e] super litus, posuit in presidio[f] eius filium sororis sue, Moravie[g] marchionisse, relicte Dypoldi, que cum quatuor filiis per regem Boemie[h] monoculum profugata tunc degebat apud sororem[i], dictam[k] Adilheidis[l], que in Trebnicz decedens ibidem in cripta[m] sepulta est. Hunc ordinata tradicione Poloni noctu castrum irrumpentes peremerunt[n]. Alter postmodum occisus a paganis Boleslaus, in Lubes[o] sepultus est. Primislaus[p] moriens[q], in Trebnicz ante altare sancte crucis tumulatus iacet. Quartus Dypoldus in canonia Maydeburgensi[r] decessit.

Tandem[s] pius princeps Henricus cum beata sua uxore[t] Hedwige, cum fere[u] triginta annis ob castitatis vidualis insigne[v] decus solempni voto a thoro matrimoniali et[w] abstinuisset et ob religionis amorem tonsuram clericalem et barbam tamquam conversus Cisterciensis gestasset, unde et dux cum barba dicebatur, ad inferiores partes sui principatus descendens in Crosnam, beatum vite[x] sue finem[y] adeptus, ad cenobium solempne in Trebnicz, quod[z] ipse devotus princeps omni liberalitatis studio sanctimonialibus construxit[*],
1238. Mart. 19. sepeliendus deductus est, anno Domini 1237.

Henricus tandem, filius eius, tam nomine quam[a] omni virtutum decore[b] patri consimilis[c] monarchie culmen adeptus, cum illud in omni pacis felicitate gubernaretur[d], subito gens Tartarica, velud a tartaris[e] ebuliens infernalibus, tartarice in omne[f] regnum Ungarie et Sandomirie[g], Cracoviam ac Slesiam per stragem fidelium Christi inhumane desevit[h]. Que cum ab hoc[i] fideli principe[k] in territorio Legniczcensi invaditur, permittente[l] Deo idem
1241. Apr. 9. princeps ab eis cum suis ac pro suis[m] prosternitur anno Domini 1240. in tercia feria post octavas pasche.

Hic[n] princeps reliquit quatuor[o] filias, quarum due filiis Conradi tradite iam fuerunt et due in Trebnicz degebant, quarum unam Boleslaus rapuit et duci Gnesnensi[p] Primisloni[q] copulavit, altera infirma corpore tunc, sed postmodum robusta, mente vero infirma[r] et animo pertinacissima in claustro relicta, que tandem per matrem ordini Minorum fratrum tradita fuit ad Sanctam Claram Wratizlavie. Quatuor vero filios reliquit, Boleslaum Calvum Legniczcensem, Henricum Wratislaviensem, Conradum Glogoviensem duces de domina Anna, sorore regis Boemie[s. 60] monoculi, que Wratizlavie sepulta est ad Sanctam Claram, cuius[t] cenobium construxit, et Vlodislaum Salczburgensem archiepiscopum postmodum. Cum hac tempestate[u] submota, terra Slesie respirare debuisset, ecce senior filius Boleslaus Calvus contra fratres suos parvulos consurgens tribus expedicionibus Wratislaviam obsedit, que licet tunc in iure Teuthonico novella esset et iuribus quasi nulla, tamen se contrahens in angustia sua, viriliter se defendit. Qui cernens Boleslaus, multis advenis Teutonicis predonibus congregatis, terram non solum spoliis verum eciam incendiis aliquociens crudeliter vastavit, et in hoc malo in ecclesia et cimiterio Novi-fori fere quingenti homines incendio perierunt et castra multa predonum ac militum in malum terre
1249. constructa fuerunt. Cum idem Boleslaus in preiudicium fratrum suorum castrum Lubes cum terra marchionibus Brandenburgensibus Iohanni et Ottoni et archiepiscopo Maydeburgensi tradidisset[61], ita propria terra Legniczensi ab abstructoribus castrorum destitutus fuisset, quod sine famulo aliquando eques vero pedes cum Surriario[v] flagellatore misere vagabatur. Unde Polonia, Cracovia et alie terre a filiis Henrici secundi recesserunt[w], sola Slesia illis sorte distributa remanente. Tandem Henrici tercii, fratris Boleslai, viribus castra predonum subversa sunt et Boleslaus gubernaculo terre Legniczensi[x] restitutus est, licet indignus. Qui eciam postea contra fratres suos Henricum et Conradum et[y] per
1257. captivacionem ipsorum scelestus et ipse ab eis postmodum captivatus fuit et tandem cum

a) Pisere 2. b) Gescek 2. c) Strodiae 2. d) Srem 2. e) Wãtam 2. f) predio 2. g) Maravie 2. h) Bohemie 2. i) sorerem 1; fratrem 2. k) dicta 2. l) Adilheydis 2. m) crypta 2. n) premerunt 2. o) Lubez 2. p) Primzlaus 2. q) *deest* 1. r) Mageburgensi 2. s) Landem 2. t) uxore sua 2. u) vero 2. v) insigni 2. w) *deest* 1. x) *deest* 2. y) *deest* 1. z) quot 2. *) constuxerat 2. a) tam 2. b) decori 2. c) consumilis 2. d) gubernare videretur 2. e) a Tartaris *des.* 1. f) omni 2. g) Sandomiriam 2. h) deseruit 2. i) adhuc 2. k) principi 2. l) permictente 2. m) ac pro suis *des.* 2. n) Sic 2. o) nŋ 1; quinque 2. p) Gneznensi 2. q) Primzlai 2. r) mente vel eciam firma 1. s) Bohemie 2. t) *deest* 2. u) *quae sequuntur usque ad verba:* a filiis Henrici secundi *desunt* 2. v) surria[9] 1. w) cesserunt 2. *Ab hac voce pergit iterum* 2. x) Leniczcensi 2. y) *deest* 1.

56) Kalisch. 57) Peisern. 58) Szroda, oppidum a Poznania ad meridiem situm. 59) Schrimm ad fluvium Wartam situm. 60) Wenceslai 61) Cf. Roepell. l. c. p. 477.

predicto flagellatore[a], tamquam effuga, ex industria de castro ac turre[b] Wratislaviensi recedere noctu permissus est.

Particio[c] autem terre Slesie sic facta est. Cum enim duo iuniores predictorum fratrum[d] propter clericaturam scolis dediti essent, ad instanciam Boleslai et Henrici[e] terra[f] in duo divisa est ita, ut quilibet ipsorum unum de duobus clericis predictis secum[g] in sua porcione consortem haberet ita, ut uno consorcium moriente[h], consorti eius tota porcio cederet, aliis vero duobus nil de ea contingeret. Quod cum privilegiis ratificatum fuisset, Boleslaus Conradum in consortem assumens, qui[i] iam tunc in subdiaconatus gradum promotus et Babembergensis[k, 62] presulatus electus Parisius degebat, Wratislaviam elegit, 62 cumque matre et episcopo Thoma primo[l] pergens in Legnicz, ut Henrico Legnicz et Glogoviam presentaret, castro se recipiens, Legnicz et Glogaw[m] iterato elegit sibi et Conrado, sperans Conradum per episcopatum evadere, et privilegia consorcium inmutari fecit, resignans Henrico[n] et Vlodislao[o] Wratizlaviam. Quod conperiens Conradus, indignanti animo studium et episcopatum deseruit et sororem ducis Gnesnensis[p] Primislonis[q], sui sororii[r], Salomeam, in coniugium duxit et a Boleslao Glogovie terram extorsit. Henricus vero usque ad ipsum vite sue punctum[s] cum Vlodislao, iam Salczburgensi electo[t], in una sorte permansit, que tunc[u] in fine vite eius per vim militum, qui ipsum intoxicari[v] fecerant et[w] Vlodislao[x] adherebant, in duo divisa fuit. Et dum Henricus[y] videret se morti proximum, filium suum[y] Henricum quartum, fratri suo Vlodislao in federe[z] prime[*] sortis et consorcii commendavit et filiam, quos de filia Conradi Cuyaviensis[a], relicta[b] Mesconis[c] Rathebor- 1261. gensis[d], genuerat, et sic terminavit.

Non multo post Conradus Glogoviensis in subito[e] veneno[f] interiit intoxicatus[g], relictis filiis Conrado Stinaviense, Henrico Glogoviense et Primislone[h] Sprotaviense[i] ducellis, uxore sua prius defuncta, et[k] tunc aliam utcumque duxerat, filiam Theoderici[l] marchionis orientalis, relictam[m] Conradi filii Frederici, cui Conradus pro dote Crosnam[n], Gryfensteyn et Pyffyn[n] castra deposuerat, que Theodericus[o] episcopo Maydeburgensi[p], Conrado de Sternberg dicto, vendidit, a quo Henricus quartus ea pecunia redemit.

Tandem defuncto Vlodislao[q] archiepiscopo Salczburgensi, similiter intoxicato[r] a suis 1270. Slesiensibus et in Salsburg sepulto, filiolus eius et consors, Henricus quartus, adhuc Apr. 27. puer[s], Wratizlaviensis terre peroptime locate[t] gubernacula suscepit, matre ipsius[u] ante defuncta et in Trebnicz sepulta; post istam pater eius duxit filiam ducis Saxonie, que postmodum nupsit burgravio[v] de Nurenberg[w], cui propter sortem[x] archiepiscopi prefati et propter terram opulentam, quam pater pueri bene locaverat, Boleslaus Legniczcensis invidens cum filio suo Henrico de captivitate pueri dolos cogitare[y] cepit[z] et tendiculas[*]. Pro voto[a] ergo machinacionis sue quibusdam baronibus pueri de morte patris eius et patrui timentibus sibi a puero, circumvenientes[b] per latrunculos[c] notu puerum in lecto[d] suo in Ieczhe capi[e] fecit, in nocte quinte ferie post primam dominicam quadragesime, anno Domini 1277.[f], et 1277. in castrum Len[63] sub duris vinculis crudelissime detinuit. Febr. 18. Deinde exercitu congregato terram pueri[g] transiens circa Stolcz[h, 64] filium suum cum Wratizlaviensibus et Glogoviensibus et Posnaniensibus[i] committere[k] iussit, ipse in campo congressi[l] eodem congresso[m] comite solo affugiens[n], in die sancti Georgii in sabbato in hoc prelio[65] ex utrisque partibus Apr. 24. uno impetu plurimi deciderunt[o], Boleslais[o*] campum victorie tenentibus, reliquis vero qui[p] evadere poterant, fuga dilapsis.

a) figellatore 2. *v. Chr. princ. Pol. p.* 107. b) terre 1. c) Partito 2. d) fr. pred. 2. e) Boleslai terra igitur et Henrico 2. f) *deest* 1. g) unum — secum *desunt* 2. h) morienti 2. i) et 1. k) Babinburgensis 2. l) prima 2. m) Glogau 2. n) Heinrico 2. o) Vladislao 2. p) Gneznensis 2. q) Primzlai 2. r) sui sor. *desunt* 2. s) *deest* 1. t) *deest* 1. u) cum 1. v) incoxitari 2. w) *deest* 1. x) Vladislao 2. y) Henricus — suum *des.* 1. z) sede 1. *) primi 2. a) Cuyaviensi 1; Cuiaviensis 2. b) relicte 1. 2. c) Mesiconis 2. d) Raliburgensis 2. e) eciam subito 2. f) *deest* 1. g) incoxicatus 2. h) Primzlone 2. i) Sprotoviense 2. k) qui 2. l) Theodrici 2. m) *pergit* 2: Cunradi nepotis Fredrici imperatoris, filii Cunradi, filii Frederici, cui C. *Chr. princ. Pol. p.* 110 *habet:* Conradi, nepotis Frederici imperatoris, Conradi filii, cui C. n) Coronam, Grifinstein et Pozzin 2. *Codices Chr. princ. Pol. habent vel* Pirszin *vel* Pitschen. o) Theodricus 2. p) Magdeburgensi 2. q) Vladislao 2. r) incoxitato 2. s) principatus 1. t) locare 1. u) eius 2. v) burgravie 2. w) Nurinberg 2. x) sororem 2; per sort. 1. y) cogitari 2. z) *deest* 2. *) tenticulas 2. a) noce 1; voce 2. b) circumventos 1. c) latrunculus 2. d) lectu 2. e) Ielsch rapi 2. f) MCCLXXIIJ 1. g) *deest* 1. h) Stolez 2. i) et Poznan. et Glog. 2. k) commiscere 2. l) conversi 1. m) converso 1. n) auffugiens 2. o) ceciderunt 2. o*) Boleslaus 1. 2. p) vero qui *des.* 2.

62) minime, Pataviensis erat electus. 63) Lehnhaus a Löwenberg ad merid. situm. 64) Stolz a Frankenstein ad orientem situm. 65) apud Proczan.

Tandem cooperacione regis Boemie[a] puer de captivitate eripitur, non tamen sine terre sue dispendio, nam Stregon[b] et Nowum-forum[c], Strosam, Gryfenberk, Pitschin et Corwinsdorf[c] Boleslao tradidit. Crosnam[d] pueri milites marchioni Brandenburgensi[e] pro quatuor milibus marcarum proposuerant, ne parti eorum adversaretur, quam tamen[f] idem puer pro sex milibus marcarum redemit. Boleslaus Calvus, mortua prima uxore sua, domna[g] Hedwige de Anehalt[h], de qua quatuor filios susceperat, quorum unus adhuc[i] puerulus obiit, alter Henricus Legniczensis[k], tercius Bolko[l], quartus Bernhardus fuit[m], filiam duxit Samborii[m] ducis Pomeranie, que despecta ab illo propter pelicem[n] vilissimam de misero statu pedes effugiit[o]. Habuit eciam idem Boleslaus tres filias de prima uxore,
65 quarum unam[65] tradidit comiti de Wirtenberk[p. 66], alteram duci Mazovie Conrado, tercia[q. 67],
1300? post abbatissa[r] in Trebnicz defuncta est[68].

1278. Tandem ipse Boleslaus totus violentus sed violenciarum ultor non parvus, dissenteria occubuit[69] et pelex ipsius, de qua filium Ieroslaum[s] habuit, sine qua incantatrice vilissima vivere non poterat, non requisito priore marito suo, quem deseruerat, alteri nupsit in Polonia, de qua multa et[t] detestanda narrantur et[u] narrabantur[v].

a) Bohemie 2. b) Stregun 2. c) Novumforum, Strosa, Grifinberg, Pirzschin, Gozwinsdorf 2. d) Croznam 2. e) Brandinburgensi 2. f) quos cum 1. g) *deest* 2. h) Anhelat 1. i) *deest* 2. k) Legnicensis 2. l) Bolco 2. m) fuit dux filiam S. 1. n) policem 2. o) auffugit 2. p) Wirtinberg 2. q) terciam 1. r) abbacia 1. 2. s) Iarozlaum 2. t) *deest* 1. u) narrantur et *desunt* 1. v) etc. *addit* 2.

65) Agnetem. 66) Ulrico. 67) Euphrosyna. 68) Constantia abbatissa, ei succedens, coenobio praeerat ab anno 1300. Cf. Heyne Geschichte des Bisthums Breslau I. p. 926. 69) v. Ann. Lubenses ad. a. 1278.

ANNALES POSONIENSES

EDENTE WILHELMO ARNDT PH. DR.

Annales hosce Posonienses continet codex membranaceus, olim bibliothecae collegiatae ecclesiae Posoniensis ad Sanctum Martinum, signatus inter liturgicos num. 62, *nunc in museo nationali Pesthinensi asservatus*[1]. *Initio saeculi XIII.* 1 *scriptus est*[2]. *Nos secuti sumus editionem Kolleri*[3], *qui codicis naturam atque indolem typis reddens effecit, ut novae editionis fundamento non destituti essemus. Certe annales ex alio quodam, adhuc vel deperdito vel latente, esse descriptos, docent lapsus calami, quos non semel invenies, aeque atque annorum numeri cum iusto rerum gestarum tempore plerumque discordantes. — Denuo annales nostros edidit vir beatae memoriae Endlicher in Rerum Hungaricarum monumentis Arpadianis p.* 55—58.

Exstant etiam in Alberici chronico quam plures de rebus Hungaricis notae historicae, quas summo studio collegit[4] *Rogerus Wilmans v. d., bene perspiciens eas fluxisse ex vetustis huius terrae annalibus. Sed nec in his annorum numeri recte exhibentur, nec cum nostris, antiquioribus quidem, adest affinitas.*

Catalogum regum Hungaricorum et de consecratione ecclesiae sanctae Mariae notam, in margine tabulae paschalis primam annalium partem excipientis scriptam, ex eadem Kolleri editione addimus.

Scribebam Berolini d. 5. *m. Martii a.* 1865.

W. ARNDT.

Anno ab incarnacione Domini 997. Adalbertus episcopus martirizatus est. Apr. 23.
998. Geyza princeps Ungarorum obiit[5].
1000. Stephanus Ungarorum rex coronatus est[6].
1019. dedicatur ecclesia sancti Adriani martiris.
1024. Benedictus[7] papa obiit. Apr. 7.
1030. Gerardus episcopus[8] ordinatur.
1031. Henricus filius Stephani regis obiit[9].
1036. Maurus episcopus[10] est effectus.
1038. dedicatum est monasterium sancti Benedicti, et Stephanus rex mortuus est[11], et Petrus in regem elevatur.

1) v. Chron. Hungarorum Posoniense. Budae 1852. p. X. 2) Codicem anno 1821. Posonii praesens evolvi, sed inde exscripta et iam dudum uni ex sociis nostris quae ederentur tradita, nunquam recepi. PERTZ. 3) Iosephi Koller Historia episcopatus Quinque-ecclesiarum. Posonii 1782. Tom. I. p. 402—405 et p. 411—413. 4) in nostris Annalibus, Tom. X, 231. 5) Vita maior regis Stephani cap. 5 (M. G. SS. IX, 232) Geyzam a. 997. mortuum esse refert. 6) Consentit Hartvicus, e contra vita maior cap. 9. (l. c. p. 233) a. 1001. praebet. 7) VIII. 8) Chanadensis vel Morisinensis. 9) cf. Ann. Hild. ad hunc ann. 10) Quinqueecclesiensis. 11) Aug. 15. v. Vit. min. c. 8. l. c. p. 229. Albericus ad a. 1040.

1041. Petrus rex eicitur, et Abba[12] in regem elevatur.
1042. Bonipertus episcopus[13] obiit.
1044. Abba rex interficitur, et Petrus rex in pristinum restituitur.
1046. 1047. interficiuntur episcopi Gerardus et Modestus[14]. Et Petrus rex cum dolo obcecatur, et Andreas rex elevatur[15].
1051. Henricus imperator Pannoniam ingreditur.
1052. Henricus imperator castrum Poson[16] obsedit.
1053. Samson[17] filius Andree regis nascitur.
1056. Oct. 5. 1055. Henricus imperator obiit.
1058. 1057. Andreas rex infirmatur et Salomonem[a] filium suum coronavit[18].
1061. 1060. inter Andream et fratrem eius Bela gravis discordia oritur, et rex Andreas moritur[19].
1068. civitas Bulgarorum[20] a rege Salomone[b] capitur rursumque ab isdem Bulgaris et Grecis dolo recipitur.
1072. 1071. Salomon rex cum duce Magno Geyza Ungarorum[21] exercitum debellatur atque populi in captivitatem reducuntur et Bessenorum[22] exercitus percutitur.
1073. 1072. Salomon rex Bulgarense regnum invasit[23].
1074. inter regem Salomonem et ducem Magnum gravis discordia oritur, et Salomon regno privatur.
1074. 1075. Magnus[24] rex coronatur.
1081. Ladizlaus rex et Salomon frater eius[25] pacem fecerunt. Et crux Domini fulgure percussa est.
1083. in carcere missus[26]. Et dominus rex Stephanus et Henricus filius eius et Gerardus episcopus relevantur[c, 27], et Salomon rex fugit[28].
1095. 1097. Ladislaus rex obiit[29] et frater eius Lampertus dux, quibus Colomannus et frater[30] eius Almus succedunt in regnum[31].
1095. 1098. Colomannus rex coronatur, et frater eius Almus diadema induitur.
1100. Cupanus episcopus interficitur a Chunis, et Laurencius episcopus[32] obiit.
1105. 1108. Colomannus rex accepit civitatem Zader[33].
1114. Laurencius archiepiscopus obiit. Almus[d] dux cum rege pacificatus est[34].
1117. Almus dux et Bela filius eius[35] obcecantur[36], et Colomannus rex mortuus est[37]. Et filius eius Stephanus[38] in regem elevatur *et coronatur*[e].
1128. 1127. Stephanus rex accepit civitatem Nis[39].
1143. regnante gloriosissimo rege Geyza[40] dedicatum est monasterium Ciploc[41] in honore sancte Marie a venerabili episcopo Martyno[f].

a) Salamonem *Endlicher.* b) Salamone *Endl.* c) revelantur *edd.* d) Alonus *Koller et Endlicher.* e) et coron. *posteriori manu additum.* f) martyrio *edd.*

12) sc. Ovo. 13) Quinqueecclesiensis. Sedit tantum usque ad a. 1036. 14) De Modesto errat auctor; v. Katona Historia regum Hungariae. Stirps Arpadiana. 2, p. 30. 15) anno 1046; v. Herm. Aug. chron. ad h. a. M. G. SS. V, 126. 16) Pressburg. 17) Immo vero Salomon, et a. 1052. iam natus est. 18) cf. Simonis de Keza Chron. ap. Endlicher Monum. Arpad. p. 116: *Andreas autem confectus senio anno imperii sui* 12. *filium suum Salomonem adhuc puerulum cum consensu fratris sui Bele et filiorum eiusdem, scilicet Geiche et Ladislai, regem constituit.* 19) cf. Simonis de Keza Chron. l. c. et Lamberti Annales a. 1061. 20) Alba Bulgariae, Belgrad. Vide Chron. Budense a Podbradczky edit. Budae 1838. p. 133 et 135. 21) *Ungarorum* vox non trahenda est ad *exercitum;* fortasse emendandum *Graecorum?* 22) iidem qui et Bessi vocantur, a Patzinacis non diversi esse videntur, sed etiam Cumani Bessorum nomine designantur. WATTENBACH ad vit. Stephan. minorem. Mon. Germ. SS. XI, 228. 23) Vid. Chron. Budense p. 142. 24) i. e. Geisa I. De nomine Magni ei dato cf. notam v. cl. Podhradczky ad chron. Bud. p. 152, n. 3. 25) patruelis, filius Andreae; v. Vitam S. Stephani maiorem, M. G. SS. XI, 240. 26) sc. Salomon; in Wissegrad. 27) De die (Aug. 20.) v. Vitam maior. S. Steph. l. c. p. 241 et Kalendarium Posoniense ap. Koller Hist. episcopatus Quinqueeccl. I. p. 396. 28) cf. chron. Budense l. c. p. 165. 29) Obiit a. 1095, quarto Kal. Augusti; v. Chron. Budense l. c. p. 171, cf. Albericum ad. h. a. 30) Vid. copiosam de consanguinitate notam v. cl. Podhradczky l. c. p. 179. 31) Ille nimirum in regno, hic vero in ducatu. PODHRADCZKY. 32) Agriensis? 33) vel Iadera dicta, hodie Zara, in littore Dalmatiae. 34) anno 1106. 35) postea rex. 36) a. 1113. 37) Obiit a. 1114. tertio Nonas Febr. 38) Stephanus II. 39) hodie Nis, ad fluv. Nissava, in provincia Albanensi sita. 40) II. 41) Széplak; v. Damiani Fuxhoffer, monasteriologiae regni Hungar. lib. II. Pestini 1858. T. I, 247 sqq., ubi etiam de loci situ est disputatum.

1145. Geyza rex Theotonicorum terram intravit et expugnavit herzog[42] et exercitum eius 1146.
fugavit.

1172. Geyza rex appositus est ad patres suos[43], et filius eius Stephanus[44] corona insignitur. 1161.
Ladizlaus et Stephanus fratres Geyze regis, de Grecia revertentes Ungariam intraverunt et supradicto Stephano corona privato Ladizlaus in regem elevatur[45], qui Stephanus in Poson fugit. Mortuo itaque Ladizlao, Stephanus frater eius regni gubernacula suscepit[46]. Item Stephanus filius Geyze[a] de Poson exiens armata manu expugnavit Stephanum fratrem Ladizlai[47].

1186. Bela frater eius de Grecia eductus in regem elevatur. 1173.

1186. obiit Cumperdinus comes. Eodem anno dux Geyza exiens Ungariam cum Laurencio 13. Ian. 1177.
comite et multis aliis intravit Haustriam, et soror eius nupsit in Grecia[48], mater vero eius[49] tenetur captiva in Bronz.

1187. dux Geyza transivit de Haustria in Boemiam, unde a rege fratre suo reductus est in 1177.
Ungariam[50]. Wata comes cecatur. Stephanus Colociensis episcopus deponitur[51]. Eodem tempore mater regis in exilium in Greciam mittitur.

1195. Desiderius abbas depositus est.

1199. Buda[52] sacerdos obiit.

1200. Daniel presbiter ordinatur.

1203. monasterium sancti Iohannis comburitur iuxta Buloriam situm.

Hec est vita regum Ungarorum: Stephanus rex regnavit 44 annis. Petrus rex 6. Aba rex 3. Andreas rex 12. Bela rex 3. Salomon rex 11. Geisa rex 3. Ladizlaus rex 16. Colomannus rex 22. Stephanus rex 12. Bela rex 9. Geisa rex sunt an. 24. Stephanus rex 15. Usque Bela rex 25. Henricus rex 9. Andreas rex 6.

Anno ab incarnacione Domini 1228, 18. Kalendas Decembris consecrata est hec ecclesia 1228.
in honore beate Marie virginis a venerabili Iacobo Nitriensi episcopo. In qua continentur Nov. 14.
hee reliquie: De sancta Maria virgine, de sancto Petro apostolo, de sancto Georgio martyre, de sancto Gallo confessore, de sancto Henrico confessore, de sancto Gothardo confessore, de sancta Margareta virgine. In altari vero superiori, quod die sequenti in honore beati Georgii martiris consecratum est, he habentur reliquie: De ligno sancto, de sancto Iohanne apostolo et euangelista, de sancto Georgio martire, de sancto Laurencio martire, de sancto Martino episcopo et confessore.

a) Geyza *edd.*

42) ducem Austriae Henricum; v. Otton. Fris. Vitam Frid. I. L. I. cap. 30 et 32. 43) mortuus est a. 1161. pridie Kal. Iunii et sepultus Albae i. e. Stuhlweissenburg. 44) III. 45) a. 1161. 46) a. 1162. 47) die 19. Iun.; v. Chron. Budense l. c. p. 188. 48) De his nuptiis disserit Katona l. c. Tom. IV. p. 268 sq. 49) Euphrosyna. 50) v. Pulkavae chron. ap. Dobner Mon. III, 194. 51) v. Katona, histor. metrop. Colocensis eccl. Colocae 1800. T. I, 194. 52) Fortasse idem, cuius dies mortualis commemoratur in Necrologio Poson. ap. Koller l. c. p. 401: 15. *Kal. Mart. Buda obiit.*

ANNALES POLONIAE

EDENTIBUS

RICHARDO ROEPELL, PROF. P. O. WRATISLAVIENSI, ET WILHELMO ARNDT PH. D.

Quum per totum fere medium aevum imperatores nostri Italiam tamquam imperii sedem tenerent, non omittebant et novas occupare terras, quibus consuetudines, iura, vitaeque Germanicae instituta impertirentur. Ita factum est, ut inde a saeculo decimo usque ad saeculi decimi tertii finem terrae omnes trans Albim fluvium sitae diuturnis bellis Slavis eriperentur et fines inter eos Germanosque in universum adhuc manentes constituerentur. Labente autem imperii potentia et adunatis per Wladislaum dictum Loktek Poloniae viribus, fieri non potuit, quin victores Germani a victis Polonis cohiberentur, ne ulterius progrederentur. Surrexerunt paulo post magnus ille Kasimirus et Wladislaus Iagiello, qui, fratribus ordinis sanctae Mariae Theutonicis proelio apud Tannenberg tandem letaliter devictis, Poloniam liberam magnamque constituerunt.

His praemissis elucet, quare fontes rerum Polonicarum ad cognoscendam et illustrandam Germaniae historiam permagni sint aestimandi. Et quum iam plus quam decem annis ante antiquissimae Polonorum chronicae, vulgo Martino Gallo cuidam attributae, arte critica ex vetustis libris manuscriptis emendatae et correctae in collectionis nostrae tomo nono lectoribus sint propositae, nunc editor Monumentorum clarissimus, ut annales huius gentis agmen aliorum ad historiam saeculorum XII—XIV. facientium clauderent, constituit atque curavit.

Magnis igitur per Silesiam Poloniam Galiciam et Russiam itineribus susceptis, perquisitis et publicarum et privatarum bibliothecarum thesauris, datis per munificentiam miram fautorum nostrorum auxiliis litterariis, quae ipsi petere non poteramus, nunc ad id pervenimus, ut ex magna codicum mole prima vice proponere possimus viris historiae studiosis Poloniae annales tandem aliquando collectos, correctos, emendatos, quorum alios nondum impressos fuisse, alios, quamvis luci dati fuissent, tamen adhuc deterruisse magis quam allexisse lectores ex textus sui statu, quis est qui nesciat?

Polonia in duas erat divisa provincias, Poloniam minorem et maiorem. Caput minoris Poloniae erat Cracovia urbs, ad ripam Vistulae fluvii sita, in valle satis amoena et frugifera, ubi eminus Carpathorum montes albi cernuntur et ubivis monumenta gloriae Polonorum. Hac in urbe prima vestigia artis historiae scribendae invenimus, quae aliunde allata continuationibus aucta sunt. Liceat nobis hac in praefatione disserere de annalibus et Cracoviensibus et derivatis. Quamquam difficillimum est discernere quae annalium forma sit antiquissima, quum quae exstant omnes annotationes authenticae non sint aestimandae,

sed compilationis vel derivationis locum sibi tantum vindicent; cohaerent tamen omnes hi annales tam arcte inter se, ut sit statuendus communis quidam, adhuc deperditus fons, ex quo omnes originem sumpserunt. Exstitisse autem exemplar annalium antiquorum Cracoviae docemur bulla papae Innocentii IV. inquisitoribus miraculorum sancti Stanislai a. 1251 *data*[1], *in qua haec verba* 1 *occurrunt:* Ad hec librum cronicorum, quoad capitulum pertinens ad negotium memoratum ex archivo .. ducis Polonie editum et etiam librum annalium et epitaphium considera diligenter. *Comprobatur haec sententia, si annales accurate perspicias examinesque. Vides enim statim antiquam formam fere totam manasse in Annales capituli Cracoviensis, qui ad singulos annos ex annalium usu praebent adnotationes breves strictasque, paucis tantum in locis uberiore copia verborum ornatas, ita tamen ut semper annalistae et compilatoris munus seiungere possis. Non dubitamus, quin hi annales propius ad antiquam formam accedere statuendi sint, quamvis codex eorum demum in fine saeculi XIII, ut infra videbimus, conscriptus sit ac certe annales post canonisationem sancti Stanislai a.* 1254 *factam et ante annum* 1267 *confecti sint, quum prima manus eos usque ad hunc annum exaraverit, alia in hoc ipso anno eam excipiat.*

Proxime ad hos Annales capituli Cracoviensis accedunt breves illi annales quos Annales Cracovienses vetustos *nominavimus. Iam anno* 1122 *scripti sunt, ita quidem ut usque ad annum* 1119 *eorum adnotationes saepius ad verbum cum Annalibus capituli concordent, quanquam leves diversitates vel in annorum numeris vel in modo verba componendi occurrant. Accedit quod plurium annorum relationes*[2] *desunt Annalibus capituli. Attamen statuere possumus annales hos vetustos etiam ex exemplari illo deperdito esse derivatos. Attendas, et in Annalibus capituli et in Annalibus vetustis adnotationes quasdam res Germanicas continentes inveniri, quarum de natura atque origine statim videbimus, quum certum sit eas iam in exemplari authentico locum obtinuisse. Annalista igitur principio operis sui in usum suum vertebat annales Germanicos, quos ex annalibus Hersfeldensibus fluxisse est statuendum. Res Hersfeldenses quidem omittuntur, de variis vero regum et imperatorum Germanicorum fatis adnotationes exstant, quae, si comparare eas velis cum ceteris omnibus annalibus ex Hersfeldensibus derivatis, semper fere cum uno alteroque eorum exemplari in verbis concordant. Unde nactus eos sit auctor Polonus, nescimus, fortasse Praga deductos eos esse Cracoviam dicendum erit. Ad annos enim* 981. 987. 990. 997. *legimus notas, quae etiam in annalibus Pragensibus*[3] *exstantes de sancto Adalberto tractant. Quum autem annales Hersfeldenses usque ad a.* 973 *vel* 984 *pertinuisse videantur, in nostris autem, si excipere velis annorum relationes quae et in annalibus Pragensibus inveniuntur, et ad ann.* 1002. 1009. 1012 *res legantur Germaniam spectantes*[4], *exemplar authenticum usum fuisse annalibus Hersfeldensibus continuatione auctis, necesse est.*

1) Typis data est in Dlugossi Historia Polon. I, 714, apud Büsching Urkunden von Leubus p. 184. Excerpta praebet Raynaldus ad a. 1108. Nos eam ex archivo capituli Cracoviensis desumtam et mendis purgatam infra ad a. 1250. Ann. cap. Crac. iterum dabimus. Adnotamus quod in vita S. Stanislai auctore Vincentio fratre ordinis Praedicatorum, iussu Prandotae episcopi paulo post a. 1254. scripta, etiam annales exscripti sunt, quos fontem nostrorum fuisse est statuendum. Vitam hanc suo proferemus loco.

2) 1092. 1103. 1109. 1110. 1115. 1116.

3) M. G. SS. III, 119. Qui annales tantum in codice saec. XIII. nobis asservati sunt, sed eos „ex codice antiquiori desumtos esse“ iam Pertzius adnotavit, et nostris Annalibus nunc evincitur.

4) Anni 1002 et 1009. inveniuntur in Annalibus Weissenburgensibus (M. G. SS. III, 70), anni 1012. verba inter copiosam Quedlinburgensium annalium narrationem leguntur, sed dubito an inde desumpta sint.

His cum annalibus aliunde mutuatis statim coniunguntur Annales Poloniae. Quae affinitas nunc detecta ad sententiam nostram de antiquitate Annalium capituli Cracoviensis stabiliendam haud parvi momenti est.

Proxime ad Annales capituli Cracoviensis accedunt Annales compilati Cracovienses, qui a compilatore indocto, ut infra demonstrabimus, ita sunt compositi, ut nobis servent in multis locis verba deperditi exemplaris vel commemorationum de antiquissima Polonorum historia quae aeque atque in aliis annalibus et chronicis leguntur. Maxima autem inter nostros et Annales Polonorum infra dandos est observanda affinitas, tanta quidem ut statuere possis, hos omnes uno eodemque annalium deperditorum exemplari usos fuisse. Quando autem scripti sint Annales compilati, incertum est; at saeculo XIV. demum in hanc formam esse redactos, iam scriptura codicis docemur, quam compilatori ipsi vindicare possumus. Nec melius de Annalibus Polonorum I—IV. praedicare valemus, id autem sufficit, quod omnes hi antiquioribus sint superstructi adnotationibus, tum autem continuationibus variis aucti in varios codices manuscriptos translati.

Annales Lubinenses, ut in margine adnotari curabimus, vel cum Annalibus capituli Cracoviensis vel cum Annalibus compilatis, vel etiam cum Annalibus Kamenzensibus congruunt, et quum codex eorum iam initio saec. XIII. scriptus sit, liceat eos quoque ad examen de codice authentico instituendum vocare.

Annales Kamenzenses, ut inscriptione eorum: Ista accepta sunt de cronicis Polonorum *docemur, ex annalibus sunt derivati, qui utrum in uno eodemque exemplari auctori praesto fuerint, an in pluribus, quippe qui multa contineant, quae et in Annalibus capituli et in Annalibus compilatis leguntur, ambiguum est. Certe nostrorum diversae in Silesia exstabant copiae, quia iam Annales Cisterciensium in Heinrichow, supra dati, hos in usum suum vertebant.*

Annales Cracovienses breves cum Annalibus capituli Cracoviensis ubivis fere consentiunt ita, ut eos excerptos ex his putare possis. Attamen quum certe in maiori Polonia formam, quam prae se ferunt, sint consecuti, quasdam notas habent, quas in Annalibus capituli frustra quaeres. Annales Mechovienses, cum Annalibus capituli Cracoviensis consentientes, initio verba retinuerunt aeque atque in Annalibus brevibus invenienda.

De Annalibus Sanctae Crucis in praefatione eorum diximus.

Denique de nostro communi in edendis Annalibus labore pauca dicenda sunt. Arndtius, quum, variis itineribus susceptis, textus omnes constituisset, sese Wratislaviam contulit, ubi per plures ebdomadas id egimus, ut enuclearemus indolem atque naturam horum fontium, eosque et datis chronologicis et commentationibus augeremus. Commentaria copiosa ad Annales capituli et compilatos Roepellius composuit, Arndtius redegit.

Gratias autem quam maximas agimus omnibus viris doctis, qui nos nostraque studia tanta benevolentia sunt prosecuti, inprimis tibi, clarissime Auguste Bielowski, qui vitam viresque tuas omnino dedisti studiis historicis, qui nunc et genti tuae et universitati virorum doctorum donavisti primum Monumentorum Poloniae historicorum tomum, quem ut alteri mox excipiant, optamus. Vale.

Scribebamus Wratislaviae, mense Martio a. 1865.

RICHARDUS ROEPELL et WILHELMUS ARNDT.

ANNALES CRACOVIENSES VETUSTI.

Asservantur hi annales in codice bibliothecae imperialis Petropolitanae membranaceo, signato λ. O. v. OTΔ. I. N. 19, *forma octonaria, olim libro ecclesiae sanctae Crucis in Monte Liszecz, ut inscriptione quadam docemur. De hac Augustus Bielowski, Leopoliensis, amicus noster doctissimus, nobis petentibus scripsit haec: „Liszecz secundum antiquum scribendi genus positum est pro Łysiec, quod vocabulum contractum est ex Łysa gora, id est Calvus mons. Hic mons in palatinatu Sandomiriensi situs est, eiusque in capite ecclesia sanctae Crucis eminet, de qua montes et silvae adiacentes nunc in universum Góra świętokrzyska, Lasy świętokrzyskie nominantur. Vocabula autem Łysiec et Łysa gora iam ethnicis temporibus erant usitata." Codex cum omnibus fere aliis Polonicis Petropolim delatus, continet Iacobi explicationes in epistolas catholicas, manu saec. XI. exeuntis exaratas. Fol.* 38′ *Annales nostri incipiunt, ita quidem ut fol.* 38′ *et* 39 *in duas sint divisa columnas, super quas per has duas paginas in margine superiori scriptum est:* Anni ab incarnacione Domini; *folium* 39′, *ubi annorum numeri* 1124 *usque ad* 1164 *scripti sunt, una tantum columna expletur. Inde ab anno* 1120 *annis quaternis* B *littera adposita est, annum bissextilem significans; quum autem scriba numerum* 1146 *bis scriberet, effectum est, ut non iudicio suo et sensu agens illud* B *poneret etiam ad a.* 1147. 1151. 1155. 1159. 1163. *Ad annum* 1136 *iam altera, coaeva quidem, manus notam de obitu Sophiae scripsit. Quibus perpensis et notis annorum* 1121 *et* 1122, *ubi verba exstant quae in Annalibus capituli Cracoviensis omnino non reperiuntur, ad certamen vocatis, elucet codicem anno* 1122 *scriptum fuisse.*

In generali praefatione iam affinitatem inter nostros atque Annales capituli Cracoviensis commemoravimus, et de codice ex quo uterque exscriptus sit, nostram protulimus sententiam. Annorum 948—1000. 1082 *et* 1118 *numeri uno numero quam Annalium capituli Cracoviensis maiores sunt, qui error utrum sit scribae an codici authentico vindicandus, non elucet.*

Scripturae specimen addidimus.

948. inventio sancti Stephani protomartiris. Ann. Hersf.
952. Otto primus Italiam subegit.
959. cruces apparuerunt in vestibus.
962. Otto in regem ungitur.
964. Otto imperator apellatur.
966. Dubrovka venit ad Miskonem[a].
967. Mysko dux baptizatur[b].
982. Zlavnyk pater sancti Adalberti obiit. cf. A. Prag.
988. mater[5] sancti Adalberti obiit.
991. professio sancti Adalberti cum fratre Gaudentio.
998. passio sancti Adalberti.
1000. ordinatio sancti Gaudentii episcopi.
1002. Otto imperator tercius obiit, Heinricus successit. Ann. Hersf.
1003. heremitae quinque[6] in Polonia martirizati sunt.
1016. Kazimyr natus est. Iul. 25.
1018. Bolezlaus superavit Ruziam.

a) *manus saec. XV. addidit:* et matrimonium cum eo contraxit. b) *eadem manus saec. XV. addidit:* Iohanne XIII. et Boleslaus Pius nascitur.

5) Strezizlava. 6) Hic numerus deest Annalibus capituli Cracov. V. notam nostram ad hunc annum.

1025. Bolezlaus Magnus obiit.
1026. Kazimyr ad discendum traditur.
1034. Mysko rex Poloniorum obiit.
1038. Aug. 15. 1039. Stephanus rex obiit.
Apr. 16. 1045. Mysco natus est.
1058. Kazimyr dux obiit.
1069. Mysco natus est filius Bolezlay.
1076. Dec. 25. 1077. Bolezlaus secundus coronatus est.
1082.[7] Bolezlaus secundus rex obiit.
1084. Dec. 23. 1086. Bolezlaus tertius natus est.
1088. Mysko duxit uxorem.
1089. Mysco obiit.
1091. Wladizlaus dux vicit Pomeranos ad Recim[a].
1092. Bogumylus archiepiscopus[8] obiit.
Nov. 25. 1101. Lambertus episcopus obiit.
1102. Wladizlaus dux obiit.
1103. Bolezlaus tercius duxit uxorem[9].
1105. Wladizlaus secundus[b] natus est.
1109. tercius Bolezlaus[c] aput Nackel vicit Pomeranos[10].
Oct. 1. 1110. Bolezlaus tercius intrat Boemyam.
1113. Bolezlaus tercius Nachel et alia castra obtinuit.
1115. Bolezlaus tercius Pruziam vastat[11].
1116. Bolezlaus tercius Pomeriam subiugavit et duo castra obtinuit[d].
1118. in eundem Bolezlaum[e] tercium comes suus palatinus insurrexit et ob hoc lumine caruit.
1119. Bolezlaus idem duos[12] Pomeranorum duces bello convicit, unum ligavit[f] et a. f.[g].
1121. Hector interfectus est.
1122. Zuetopolk dux Odrensis interfectus est[13].

Alia manu saec. XII.

Oct. 10. 1136. Sophya obiit 6. Idus Octobris.

a) addreci̅ *c.* b) t̃i *c.* c) Bol̃ *c.* d) ob *c.* e) .B. *c.* f) ligaut *c.* g) *sic in cod.;* et alterum ferit?

7) Annum 1081. praebent Ann. cap. Cracov., Ann. compil. Crac., Ann. Polonorum I. 8) an Gneznensis? Secundum Dlugossum I, 323 hoc anno die 19. m. Augusti Petrus I. archiep. mortuus est. Ceterum velim ut adnotes, Dlugossum in numeris suis constituendis omnino fontes esse secutum. 9) Cf. Chr. Pol. SS. IX, 453. Confirmatur nostris annalibus Roepellii (I, 231) de anno sententia. 10) Cf. infra Ann. Polonorum II. III. ad h. a.; v. Roepell I, 245. 11) Recte Dlugossus I, 405 de anno huius expeditionis disseruit. 12) Numerus deest in Annalibus capituli Cracov. Habent alii. 13) Fortasse ille gener Bolezlai, de quo v. Chron. Polon. M. G. SS. IX, 477. 478.

ANNALES LUBINENSES.

Fragmenta tantum annalium sunt, qui ut integri ad nos devenerint, valde est optandum. Detexit enim Pertzius v. cl. in tegumine cuiusdam libri folium hoc unum adhuc exstans, idque absolutum inter ceteros librorum manuscriptorum bibliothecae regiae Berolinensis thesauros asservari iussit, ubi nunc signatum est:

Ms. lat. fol. 321. *Legitur in huius folii margine inferiori inscriptio:* Iste liber est Lubinensis monasterii, *recentiori manu scripta et ad librum impressum spectans.*

Annales exarati sunt manu saeculi XIII. ineuntis, ita quidem ut prius annorum numeris rubro colore adnotatis, unicuique anno adscriberentur, quae aliunde desumpta scire dignissima viderentur. Quae autem vacua reliquit linearum spatia librarius alter scriba saeculi XIII. exeuntis notis de episcopis Poznaniensibus explevit. Valde differt haec episcoporum series ab illa, quam contexit Dlugossus, qui in praefatione ad vitas episcoporum Poznaniensium penuriam antiquarum auctoritatum dolens, ex variis et diplomatum et chronicarum notis composuit catalogum suum. Qui autem ab eo episcopi commemorantur inter annos 1147 *et* 1176 *sunt hi: Bogufalus* 1147—1150. *Peanus* —1151. *Stephanus* —1156. *Raduanus* —1162. *Bernardus* —1175. *Swantoslaus* —1176. *Non habet igitur Cherubinum, quem episcopatui praefuisse inde ab a.* 1164 *usque ad a.* 1172 *nostri tradunt annales. Ceterum ille etiam in synodo, quae dicitur Lanciciensis prima, et quae quando et ubi celebrata sit adhuc sub iudice lis est, praesens commemoratur (cf. Vincentii chron. ed. Mutkowski p.* 186. *L. IV. c.* 9*). Dlugossus (I.* 542*) hanc synodum ad annum* 1180 *refert, vim Vincentii narrationi afferens, ita quidem ut pro Lupo Plocensi Vitum episcopum Mazoviensem commemoret. — Quum diplomata autem adhuc archivorum tenebris opprimantur, non valemus varias controversias dirimere.*

1143. Robertus episcopus Wratislaviensis translatus est in episcopum Cracoviensem et ibi obiit[14]. cf. A. Kam Apr. 12. aut 13.
1144. Matheus in episcopum Cracoviensem ordinatus presedit 23 annos. cf. A. Kam.
1145. dedicatum est altare in Lubin sancte Marie a Conrado episcopo.
1146. *Bogufalus episcopus Poznaniensis obiit*[15], *Peanus succedit.*
1147. Cunradus imperator Poloniam intravit et cum regibus et ducibus Iherusolimam pergit. A. cap Crac
1152. *Peanus episcopus Poznaniensis obiit, Stephanus succedit.*
1153. sanctus Bernardus abbas Clarevalyus migravit ad Christum. A. C comp
1154. Henricus dux de Sandomir ivit Iherusalem. A C comp
1157. item imperator Poloniam intravit. A cap. Crac
1159. *Stephanus episcopus Poznaniensis obiit, Bernardus succedit.*
1163. Bolezlaus filius Wlodislay a patruis reducitur in Zleziam. A C comp
1164. *Bernardus episcopus Poznaniensis obiit, Cherubinus succedit.*
1165. Matheus episcopus Cracoviensis obiit, Gethco succedit. Ann. cap. et comp. Crac

14) Cf. notam ad Ann. capit. Cracov. a. 1143.

15) Dlugossus in hist. Polon. I, 479 et 484 et in vitis epp. Poznaniensium a Tretero (Brunsbergae 1604.) editis Bogufalum a. 1147—1150. episcopatui Poznaniensi praesedisse tradidit. Nos autem nostros annales, qui seriem episcoporum Poznaniensium saec. XII. viventium integram manu saec. XIII. exaratam continent, sequi malumus. Affirmatur haec res nota quadam historica, quam invenit Arndtius in quodam codice msc. bibliothecae seminarii Poznaniensis manu XII. scriptam. *Notum sit omnibus fidelibus tam presentibus quam futuris, quod domnus dux Meseco post victoriam que fuit in Poznan, dedit villam, que vocatur Lusov, cum hominibus ibi manentibus beato Petro pro remissione peccatorum suorum. Nomina autem hominum ibi manencium sunt hec: Sdebud, Strobis, Kozel, Uteh, Golic, Nedan, Nasuc, Wilceh, Daluy, Ianec, Crisan, Uscek, Ckun. Tunc Boguhvalus bone memorie episcopus accepta stola ivit ante altare beati Petri et excommunicavit omnes qui deberent illam villam auferre vel hominibus in illa manentibus in aliquo nocere, et omnes qui adfuerunt et qui audierunt responderunt amen.* Quum autem secundum Annales capituli Cracov. et Ann. Cracov. comp. ad a. 1146, quibuscum fontes apud Jaffeum (Gesch. Conrad. III. 78) laudati consentiunt, evinctum sit, Wladizlaum a. D. 1146. fugam de Poznania iniisse, necessarium nobis esse videtur donationem praelaudatam factam fuisse eodem anno. Bogufalus „bone memorie" nominatur, et hanc ob rem concludere possumus, eundem non multo post esse mortuum, praesertim quum totus notae praescriptae tenor sit testis oculati.

A. cap. Crac. 1166. Gethco in episcopum Cracoviensem consecratur.

A. cap. Crac. 1167.[16] Dux Henricus cum exercitu suo interficitur in bello in Prusia.

A. C. comp. 1170. sanctus Thomas martirizatur archiepiscopus.

1172. Columba abbas Lubiniensis efficitur. *Cherubinus episcopus Poznaniensis obiit, Raduanus succedit.*

A. C. comp. 1173. Bolezlaus dux Cracoviensis obiit.

1175. Iohannes abbas Lubinensis[a] efficitur et Columba a fratribus inordinate eicitur.

a) Lubiensis *cod.*

16) rectius 1166.

ANNALES KAMENZENSES.

Hunc quem Wattenbachius primus detexit fontem, nos collatione instituta, scripturae specimine delineato, iterum lectoribus proponimus. Continet autem hosce annales codex bibliothecae regiae Wratislaviensis (Cl. IV. Fol. 216), *ubi in ultimi folii necrologio Kamenzensi saeculo XV. instituto adnexi inferiori parte leguntur saeculi XIII. ineuntis manu scripti. Quum enim die* 25. *mensis Iunii a.* 1405 *monasterium Kamenz mira quadam aquarum inundatione urgetur, undarum vis et capsellam librorum intravit, et necrologium antiquum valde deletum est, ita ut frater Heinricus de Schmalkalden sequenti anno novum procuraret librum fratrum mortuorum, novoque libro pro tegumine adderet folium nostrum, sine dubio ultimum vetustioris, quum nomina, quae in eius superiori parte occurrunt, sint fratrum monasterii illius.*

Attamen Annales in monasterio Kamenz originem non sumpserunt, sed vulgati erant per Silesiam, quum iam Annales Cisterciensium in Heinrichow (supra p. 544*) et Chronicon principum Poloniae (apud Stenzel I. cf. p.* 47. 53. 56. 71. 92*) eos verterent in usum suum, et nostri inscriptione sua ipsi indicent, se hausisse ex cronicis Polonorum. Certe Annales Cracovienses sunt pro hoc fonte intelligendi, fortasse eorum codex qui in Annalibus Lubinensibus exscriptus est, cui tum auctor addidit commemorationes, quae et in Annalibus Cracoviensibus compilatis et in variis Annalium Polonorum redactionibus leguntur. Compilatori Kamenzensi praeterea noti erant annales, qui cum Annalibus Silesiacis compilatis quadam coniuncti erant affinitate, quae sententia eo confirmatur, quod nota marginalis de Sylvestro papa dyabolo homagium faciente ex uberiori eorum relatione desumpta sit.*

Auctor noster artem criticam prorsus neglexit, immo vero plane non intellexit; nam ut omittamus fabulas de corona et de Lamberto primo episcopo Cracoviensi, mira ignorantia Ottonem episcopum Bambergensem et sanctum Adalbertum temporibus aequales constituit. Quum autem Henricum imperatorem et Cunegundam uxorem sanctos appellet, elucet post a. 1204 *demum conscriptos esse annales, nisi velis notam extremam vindicare scribae Kamenzensi; quod equidem statuo.*

Ista accepta sunt de cronicis Polonorum.

Mesco qui appellatus est rex Polonorum, cum esset gentilis, sub pacto conversionis accepit Danbrovcam filiam ducis Boemie in uxorem, que venit ad eum anno incarnationis dominice nogentesimo sexagesimo quinto, de qua genuit Bolezlaum Magnum. Iste Mesco habuit sororem nomine Atleydem, quam Iesse rex Ungarie accepit in uxorem. Que cum esset christiana, virum suum Iesse convertit ad fidem Christi. Ista post visionem per beatum Stephanum prothomartyrem sibi revelatam concepit et genuit Stephanum regem Ungarie[17].

965.

Anno Domini 967. Bolezlaus Magnus natus est.

Anno 975. Stephanus rex Ungarie nascitur.

Anno 984. Bolezlaus Magnus ducit uxorem[18].

Anno 990. Mesco filius Bolezlai nascitur.

Anno 995. Lambertus episcopus Cracoviensis efficitur[19].

Anno 997. passus est beatus Adelbertus in Pruscia.

Anno 1000. presidente Sylvestro secundo sedi apostolice, Stephanus rex Ungarie post obitum patris sui Iesse anno quarto misit Adstricum episcopum ad ipsum Sylvestrum pro corona regni petenda. Eodem tempore pro simili negotio premiserat dux Mesco Lambertum episcopum Cracoviensem, sed dominus papa visione monitus angelica coronam, quam duci Mesconi preparaverat, transmisit Stephano regi Ungarie[21].

Iste Silvester homagium fecit diabolo[20].

Anno 1003. heremite in Polonia martirizati sunt in Kazmir Benedictus, Matheus, Christinus, Iohannes, Ysaac.

Alibi dicitur quod illi heremite adhuc vivente sancto Adelberto martirizati sunt.

Anno 1013. Mesco filius Bolezlai primi duxit uxorem sororem Ottonis tercii imperatoris[22].

Anno 1015. Kasimir dux natus est.

Anno 1025. Bolezlaus Magnus obiit. Iste dictus animosus, cum esset unicus patri Mesconi primo et nepos ducis Boemie consobrinusque regis Ungarie, audaciam assumpsit ex eorum adiutorio. Iste manu potenti terminos Polonie dilatavit, versus orientem usque in porta Kiov, versus occidentem usque in Salam. Ecclesiam Dei exaltavit, episcopatus distinxit et dotavit et ditavit, attribuens eis predia, castra, familias et servicia, omnem culturam eradicans ydolorum, fundans pacem et iusticiam in terra.

Anno 1067. Ieronimus episcopus Wratislaviensis obiit.

Anno 1071. Lambertus episcopus Cracoviensis obiit.

Anno 1072. Stanizlaus ei succedit et in episcopum ordinatur.

Anno 1074. ordinatio Petri episcopi Wratislaviensis.

Anno 1079. passus est sanctus Stanizlaus episcopus Cracoviensis 3. Ydus Aprilis. Apr. 11.

Item anno 1104. Bolezlaus tercius duxit[23] uxorem Rutenam, de qua genuit Wlodizlaum; qua mortua accepit Theutonicam, de qua genuit quatuor filios Bolezlaum quartum, Mesconem, Heinricum et Cazimirum.

Item anno 1142. Radost episcopus Cracoviensis obiit et sequenti anno Rubertus episcopus Wratislaviensis translatus est in episcopum Cracoviensem et ipse ecclesiam sancti

17) Hoc loco primum commemoratur Atleidis, cuius matrimonium cum Geiza rege Ungariae initum postea chronicon Hungarorum cum Pol. mixtum (Monum. Arpadiana ed. Endlicher p. 65. 66. sed correctius nunc a v. d. Bielowski in Monum. Polonicis editum cf. p. 499. 500.) narrat, ita quidem ut inter has duas relationes quaedam sit verborum affinitas. Quibus accedunt Annales Silesiae compilati supra p. 537. dati, qui, quanquam magis cum nostris Kamenzensibus concordent, in quibusdam verbis maiorem prae se ferunt similitudinem cum Chron. Hung. 18) Annum matrimonii initi nostri solummodo praebent annales. Ex nostris hauriebat Chronica princ. Polon. (Stenzel SS. Rer. Sil. I, 53), quam secutus est Dlugossus I, 107, qui uxoris nomen Iuditham, filiam regis Geizae tradit. Cf. de matrimoniis Bolezlai Thietmarum IV, 37. (M. G. SS. III, 784). 19) Hoc loco Lambertus episcopus primum commemoratur. Locum nostrum in usum vertit auctor chronicae princ. Pol. (l. c. p. 56), quem secutus est Dlugossus. Animadvertendum autem est, episcopatum Cracoviensem vix ante a. 1000. fundatum esse; cf. Gesch. Pol. I, 639. Lambertus nominatur in Ann. Cracov. compilatis ad a. 982. et in Ann. Polon. I. ad a. 995. et in Chron. Hung. l. c. p. 503. Hartwicus in vita S. Stephani et Catalogus epp. Cracoviensium infra dandus de eo silentium agunt. 20) Cf. de hac fabula Annal. Siles. compil. supra p. 537. ad a. 1000, ubi fusius haec res explicatur. 21) Cf. de corona missa notam ad Ann. Cracov. compil. a. 982. 22) V. de hoc errore Chron. Pol. I, 17 (SS. IX, 436). 23) Cf. Annal. Cracov. vetust. supra ad a. 1103. Ex nostris fluxit Chron. princ. Pol. l. c. p. 71 et 92.

Wencezlai consecravit. Quo mortuo successit ei Matheus in episcopatu Cracoviensi et presedit 23 annis.

Item anno 1165. Matheus episcopus Cracoviensis obiit; sequenti anno Getco[a] pro eo consecratur.

Nota quod secundum fidem cronicarum isti beatissimi principes et pontifices uno tempore fuerunt et mundum suis virtutibus decentissime in sua vita illustraverunt, videlicet sanctus Heinricus imperator et sancta Cunegundis, qui in matrimonio coniuncti tamen ambo virgines permanserunt et in Babenberc requiescunt; et sanctus Otto episcopus eiusdem civitatis, qui cum sancto Adelberto post conversionem Polonorum ad fidem, Pomoraniam ad Christum convertit, sed postea solus sanctus Adelbertus Pruzziam predicando invasit et ibidem martyrium sumpsit. In Ungaria autem sanctus Stephanus rex supra memoratus, sororius sancti Heinrici imperatoris, quem baptizaverat sanctus Adelbertus de mandato domini pape.

a) Gerco c.

ANNALES CAPITULI CRACOVIENSIS ET ANNALES CRACOVIENSES COMPILATI.

Quum iam supra in praefatione generali de communi annalium omnium Cracoviae scriptorum fonte disputantes eos Annalibus Hersfeldensibus superstructos demonstraverimus, restat, ut pauca proferantur de Annalibus capituli Cracoviensis, quos inter omnes maxime ad antiquam accedere formam putamus, et de Annalibus Cracoviensibus compilatis.

Annales capituli Cracoviensis eos nominamus eo quod haud difficile intellectu sit, eos in capitulo sumpsisse originem. Iam saeculo duodecimo mortem huius collegii membrorum pluries adnotant, de ceteris capituli rebus bene instructi sunt. Accedit quod usque ad hodiernum diem unicus codex in archivo capituli asservatur. Adnotationes quas praebent reverendae sunt antiquitatis, iam saeculo duodecimo rerum gestarum menses et dies saepius adnotantur, saepius locorum factorumque testem oculatum auctorem indicant. In prima Annalium parte episcopi Wratislavienses nominantur Hieronymus, Petrus, Haymo, Robertus, ita ut eorum anni emortuales cum catalogis episcoporum Wratislaviensium paucis exceptis mendis chronologicis concordent. Quum autem antiquissimus catalogus Heinrichowensis medio saeculo XIII. scriptus sit, nostrique annales vix librum fundationis Heinrichowensis ipsum respexerint, elucet eos ex catalogo adhuc latente hausisse. Sequentibus annis silentium de episcopis Wratislaviensibus servatur, solummodo mors Iaroslai a. 1201 *adnotatur, et ad a.* 1250 *et* 1256 *quaedam de Thoma I. proferuntur. Animadvertendum autem est, episcoporum Cracoviensium seriem in nostris ab Aarone demum ordiri, quoniam Annales Polonorum I et III aeque ac catalogus eorum antiquissimus infra dandus nomina praebeant antecessorum.*

Codex Annalium asservatur in archivo capituli Cracoviensis, eumque ut Arndtius Cracoviae mense Maio a. 1864 *degens qua fieri potuit diligentia legeret et conferret, senex reverendissimus Ludovicus Łętowski, episcopus Ioppensis,*

decanus capituli Cracoviensis, benigne permisit, praebente quam liberalissime hospitalitatem viro reverendo Pietrzykowski, viceprocuratore capituli. Qui viri ut recipiant gratias debitas nostras, ex nova editione ipsi studiorum suorum ne noxam capiant, valde curamus. — Est autem codex membranaceus in folio, saeculo XIII. scriptus et primo loco, id est a pagina 1 usque ad p. 21, Annales nostros continet, quos a p. 21 usque ad p. 32 diplomata varia variis manibus exarata excipiunt. A p. 33 usque ad p. 105 Calendarium Cracoviense obtinet locum, quod, quum iam saeculo decimo tercio institutum sit, per sequentia saecula praebebat occasionem res Cracoviae gestas ubivis, respectu diei et mensis habito, adnotandi. P. 106 legimus diploma pro altari sanctae Margarethae datum, p. 107—109 versus pro inveniendis diebus et calendarium, usque ad p. 117 diplomata sistunt, p. 119 tabulam paschalem, p. 120 catalogum episcoporum Cracoviensium et duas figuras ad dies computandas invenimus. — Sed redeamus ad Annales. Praecedit eos prologus, cuius fragmenta tantum dare lectoribus possumus, quum inferior paginae pars ruptura deleta et adhibitis remediis chemicis scriptura multis in locis prorsus obscurata sit. Sequitur chronicon Ysidori, ita quidem adhibitum, ut auctor tantum daret nomina et numeros, eisque rarissime brevissimas adnotationes adderet[1]*. Paginae 4 secunda columna dimidia vacua relicta est, aeque ac totum folium sequens. P. 7 incipiunt Annales, ita quidem exarati ut annorum numeri in principio lineae ponerentur, etiam si nihil erat adnotandum. Si verba multa erant scribenda, scriba plures explevit lineas, sequenti anno novam lineam dedit. Primae notae usque ad verba* et Pipinus Italiam intrat, *alia manu alioque atramento scriptae sunt, ut ex specimine scripturae a nobis addito facile cognosci potest. Omnia sequentia usque ad a. 1267 verba* domni Pauli prefati Cracoviensis episcopi obiit *una eademque manu exarata sunt. Ab hoc loco usque ad finem variae sese alternatim excipiunt manus, iis quae scripserant coaevae. Saepius in initio sententiarum signum paragraphi rubrum positum est. Saeculo decimo quinto codex Dlugosso erat ad manus, qui multa in eo mutavit, multa quoque adiecit, quae omnia ab annalibus genuinis aliena ex textu removimus et in adnotationem criticam reiecimus.*

Annales Cracovienses compilati in eodem leguntur codice, ubi manu saec. XIV. statim post Ysidori chronicam in spatio a primo scriba vacuo relicto scripti sunt usque ad annum 1247; continuatio eorum inde ab a. 1255 usque ad a. 1291 exstat in p. 16 duabus columnis scripta. Compilatoris munere functum fuisse horum annalium auctorem eo evincitur, quod in usum suum vertit commemorationes illas de antiquis Poloniae regibus fabulosas, quas quidem vetustas esse quisque dixerit, quum iam auctori chronicarum Polonorum, quem olim Martinum Gallum dicebant, fuissent notae. Accedit quod auctor saepius unam eandemque rem in duobus vel etiam tribus profert locis, cuius ad rei exemplum de pugna apud Moskavam in annis 1195 et 1196 tres habes narrationes. Neque accurate adhibuit fontes, quum exempli gratia a. 1147 de Conrado III. relationem denuo ad a. 1247 proferret. — Attamen haud spernendi sunt annales, quum, ut iam supra monuimus, fulti sint annalibus deperditis, quod unusquisque nunc facile perspicere poterit, quum ad latus Annalium capituli dari curaverimus, qua ratione efficitur, ut convenientia et discrepantia horum amborum inter se statim eluceant.

Ediderat utrosque annales Ludovicus Łętowski, v. rev., in appendice quarti tomi libri: Katalog Biskupów, prałatow i kanoników Krakowskich, w Krakowie 1853.

1) Ex praefatione elucet Ysidori chronicon demum a compilatore nostro exscriptum esse; nam in exemplari originali iam locum tenuisse valde dubito.

ANNALES CAPITULI CRACOVIENSIS.

INCIPIT PROLOGUS.

Prima[a] *pagina sub typo talenti crediti* .... *mea*[b] *servus torpens reus arguitur absque alio eo quod non studuerit gratis dare, quod ipse gratis accepit. Quicquid enim ecclesie Domini erat profuturum non inmerito subtraxisse*[c] *vix arguitur, cum noluerit omnibus dare quod ipse* Ps 39, 11 12. *non celandum accepit. Unde et psalmigraphus vaticinans dicit:* Iusticiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem et salutare tuum dixi[d], non celavi misericordiam tuam et veritatem tuam a concilio multo. *Et pro hoc opere quasi vicissitudinem postulans adiecit:* Tu autem Domine ne longe facias miseraciones tuas a me, *quasi diceret: Sicut ego feci alios misericordiam invenire, ita et ipse non paciaris longe fieri misericordias tuas a me. Cum igitur de talenti crediti distribucione tanta speretur retribucio, opere precium est, ut aliquid de hiis que legi vel audivi edisseram ad edificacionem proximorum. Quia vero in tradicionibus annalium gestorum quedam colligi possumus ad morum informacionem, quedam ad malorum eversionem*[e] *et detestacionem, quia malum nisi cognitum sane non vitatur, quedam vero ad cautelam futurorum quia preteriti* ......*icio scire futura facit, oportunum existimo ad pro* ....*ctum legencium et utilitatem audiencium* ......*nalia*[f] *gesta temporum preteritorum ad memori(am) presencium revocare, quia, ut dicit Eth(i)cus:* hec meminisse iuvabit. *Ex ipsis ita*[g] *sumus pro diebus quibus nos hu(milia)sti (et c)etera. Preterita enim, ut dicit Horosius* .... *habentur in verbis quanto* ....*ntur in gestis*[h]. *Ideo qua* ....*uedam leta sicut expostulat*.......*Polonie edisserens et quedam*.........*ndem inserens a creacione* .... *ordinis verborum secundum Ysi*..... .*ribendo*[i] *et huic opusculo de* .... *preponendo ut creator*... *sum*.....*isa causalissima unus Deus* .... *in personis merito commendetur* ....*ecatur in mundi creacione, unus* ....*um causam laudabili ausu mi*......*urabili eloquio quesivit invenit* ...... *eam divinam essenciam formalem* ....*alem divinam bonitatem exor*....*um insistens in omnibus bre*...*utas audiencia est*[k] *amica* .... *quod gratum est omnibus* ......*ritans dificultate* .... *caruerit penitus. Amen*[l].

EXPLICIT PROLOGUS.

Prima etas in exordio suo ...creacione mundi. Primo enim die Deus in lucis nomine condidit angelos; secundi in firmamenti appelacione celos, tercio in die ....creacionis vocabulo speciem aquarum et terre; quarto autem luminaria celi; quinto vero animancia ex aquis, sexto animancia ex terra et hominem, quem appellavit Adam.

Sequitur Ysidori opus de sex aetatibus mundi usque in verba haec:

Residuum sexte etatis tempus Deo soli est cognitum. Colligitur omne tempus ab exordio mundi usque in anno decimo gloriosi Recesuinthi principis, qui est era 696, anni 5856.

---

730. Beda presbiter obiit.
734. Karolus Frigiam vastat.
735. Karolus Wasconiam invasit.
741. Karolus moritur.
744. inicium Fuldensis ecclesie.
746. Karolomannus Alemaniam ingreditur.
748. Karolomannus Romam pergit tonsoratus.
750. Pipinus iubente Zacharia papa per unctionem sancti Bonifacii episcopi rex appellatur.
754. Bonifacius martirizatur et Pipinus Italiam intrat.
755. organum primum in Franciam venit.
756. Pipinus rex Saxoniam ingreditur.
757. Pipinus rex Wasconiam intrat.
766. Sclavi victi sunt a Francis.
768. Pipinus rex obiit.
771. Karolomannus rex, frater Karoli, obiit.
772. Karolus in Saxonia Hersburch expugnat.
773. Karolus in Ytaliam venit.
774. Ytalia capta est a Francis et Karolus Romam pervenit.
778. Karolus contra Saxones pugnavit.
779. Item Karolus in Saxoniam venit.
781. Saxonia capta est.
782. Karolus Romam venit, ibique baptizatus est filius eius Karlomannus, quem Adrianus mutato nomine Pipinum vocavit.
786. Item Karolus venit Romam, et sanguis de celo profluxit.
787. Karolus per Alemaniam pervenit ad fines Bavarie.

a) *locus laceratus, tantum exstant litterae* ma *et linea inferior litterae* P, *rubro colore ducta. c.* b) *sic videtur c.* c) subt^a^hxisse *c.* d) *vox dubia c.* e) *prima vocis pars tinctura deleta est.* f) magnalia? g) *vox dubia, tinctura deleta.* h) *sic videtur.* i) Ysidorum scribendo *legendum est.* k) *vox dubia.* l) *vox dubia.*

788. Tasilo venit in Franciam et Bavaria capta est.
789. Karolus pervenit in Sclavos et qui dicuntur Wiltrei subegit.
790. Karolus in Pannoniam venit.
792. Karolus regnum Hunnorum vastat.
794. Frustrada regina obiit.
801. Karolus a Romanis Augustus appellatus est.
807. in cenobio Fuldensi fratrum mortalitas magna fuit.
813. pons apud Moguntiam arsit. Radulfus archiepiscopus obiit. Ottagarius successit.
814. Karolus imperator obiit. Ludvicus successit.
816. statutum est, ut omnes monachi cursum beati Benedicti cantarent.
840. Lodvicus imperator obiit.
842. divisio regni.
843. Iudit regina obiit.
855. Lottarius imperator obiit.
860. Meginradus heremita martirizatus est.
869. Lotarius rex obiit.
872. Wormacium ictu fulminis comburitur.
875. Lodvicus cesar in Italia obiit et Karolus rex Gallie Romam pervenit.
877. Lodvicus filius Lodvici obiit, et bellum in Ripuaria inter Lodvicum et Karolum committitur.
879. Karolus filius Lodwici regis Francorum et frater Karlomanni et Lodvici in Italiam intravit.
881. Karlomannus rex Bavarorum obiit.
882. Karolus Rome cesar efficitur.
887. Karolus imperator regno privatur et Arnulphus filius Karlomanni in regem elevatur.
889. Karolus imperator obiit.
890. Liubertus archiepiscopus obiit, Sinderoldus succedit.
891. Sinderold archiepiscopus a Normannis occiditur et Hatto ei succedit.
894. Arnulphus in Italiam venit.
895. de miseria famis ac mortalitatis christiani homines alter alterius carnem comederunt.
897. Arnulphus Rome cesar efficitur.
899. Ungari in Italiam ingressi sunt. Arnolphus obiit. Lodvicus filius eius in regem elevatur.
901. Arnulphus imperator obiit.
906. bellum inter Conradum et Adalbertum et Francos, in quo Cunradus cecidit.
907. Ungari in Saxoniam venerunt.
931. sanctus Ambrosius episcopus Mediolanensis obiit.
933. Hungarorum exercitus ab Henrico interfectus est.
934. Hinricus Danos subegit.
936. Hinricus rex obiit, Otto filius eius successit.
937. monasteria sancti Galli et sancti Bonifacii comburuntur.
940. hyemps valida. Comete vise sunt. Mortalitas iumentorum.
947. invencio sancti Stephani protomartiris.
951. Otto primus rex Ytaliam subegit.
953. Maguncia ab Ottone obsessa est. Fridricus archiepiscopus obiit, Willihalmus[a] successit.
955. Luidolphus filius Ottonis obiit.
958. cruces apparuerunt in vestibus.
961. Otto in regem elevatur. Eclypsis solis.
963. Otto imperator appellatur.

ANNALES CAPITULI CRACOVIENSIS.

965. Dubrovka ad Meskonem venit.
966. Mesco dux Polonie baptizatur[1].
968. iunior Otto per Leonem papam cum patre suo coronatur.
969. Willihalmus[a] archiepiscopus obiit, Hatto successit[b].
970. Hatto archiepiscopus obiit, cui Robertus successit.
981. Zlavnyk[c] pater sancti Adalberti obiit[2].

ANNALES CRACOVIENSES COMPILATI.

Anno Domini 966.[d] dux Mesko duxit Du- 965.
brovkam et baptizatur. Iste Mesko 7 annis 966.
cecus fuit[3]. Et tunc Poloni baptizantur.

967. Boleslaus[4] Magnus Bohemos subiugavit et Ungaros et Saxones, et in flumine Solava meta ferrea fines Polonie terminavit. Iste sanctum Adalbertum suscepit et in Gnezdna collocavit.

a) Willibalmus *c.* b) succ̃ *c.* c) Zlaunyk *c.* d) CM.L.XVI *supra numerum* Anno Domini *scriptum est Tum omnes annorum numeri sub hunc numerum recta linea ponuntur, sed in omnibus sequentibus usque ad a.* 1002. *littera* D *omissa est. Celerum omnes hi numeri usque ad num.* 1025 *in loco raso sed eadem manu scripti sunt.*

1) Cf. librum Roepellii Gesch. Pol. Hamburg 1840. I, p. 622. 2) Cf. Ann. Prag. 3) De Mesconis caecitate iam vetustissimi Polonorum scriptores, Gallus atque Vincentius Kadlubconis fabulaverunt. 4) Annales Polon. I. II. III. IV. ante haec verba habent: *Boleslaus Magnus, qui Chrabry dicitur, natus est.* Elucet in Annalibus compilatis negligentia tantum compilatoris ista verba esse omissa. Annum nativitatis Boleslai nec non Annales Kamenz. praebent. Iisdem fere verbis Galli chron. apud Pertz M. G. SS. IX. p. 428.

A. Prag 987. Strezizlava mater sancti Adalberti obiit[5].

A. Prag. 990. professio sancti Adalberti[a] cum fratre Gaudencio[6].

A Prag 997. passio sancti Adalberti.

999. ordinacio Gaudencii in episcopum[7].

Ann Hersf? 1002. Otto imperator III. obiit. Henricus successit[8].

1003. heremite in Polonia martirizati sunt[9].

Ann Hersf.? 1009. Bruno episcopus matirizatus est[8].

1012. Hermannus dux obiit.

1015. Wladimir dux Ruthenorum obiit[10].

1016. Kazimirus dux natus est 8. Kal.
Iul. 25. Augusti, luna 16.[b, 11].

1018. primus Boleslaus Ruthenos superat et terram vastat[12].

1025. primus Bolezlaus rex Magnus obiit[13]. Lambertus[14] filius eius succedit.

1026. Kazimirus traditur ad discendum.

1027. Ypolitus archiepiscopus obiit, Bossuta succedit[15].

982.[c] sanctus Adalbertus consecratur in episcopum Pragensem[16]. Eodem anno Stephanus rex Ungarorum misit Affricum episcopum Romam ad papam Silvestrum pro corona petenda. Eodem tempore dux Polonorum premiserat Lambertum episcopum coronam petere, sed papa monitus angelica visione coronam, quam preparaverat Meskoni, nuncio Africo regis Ungarie dedit[17].

1002.[d] sanctum Adalbertum Octo Rufus III. visitavit et Boleslaum nimio desiderio vidit. Iste Boleslaus a predicto imperatore in regem sublimatus inditam[e] sibi liberalitatem[f] exercuit[18]. Iste viriliter in Kyyow venit et evaginato gladio in portam auream percussit[19].

1018. Boleslaus primus superavit Ruthenos.

1025. Boleslaus Magnus obiit, cui Meško filius eius successit in regno, cui iterum Kazimirus filius eius successit.

a) Adab'ti c. b) *ad annum 1017. eadem manus scripsit haec* Hermannus dux obiit, *sed ipsa ut videtur linea tenui transducta delevit c.* c) *primo scriptum erat* LXXVII, *tum corr. est* V *in* X, *sic fere* X *c.* d) *anni* 1002—1037. *tinctura valde foedati et mutilati sunt c.* e) *vox incerta.* f) libertatem *c.*

5) Adnotationes ad a. 981. 987. hae occurrunt in Annal. Pragens. (Pertz. l. l. p. 119) ad a. 981. 987. 990. 997. paucis aliis interiectis. Cosmas (M. G. SS. IX p. 51 et 52) easdem res paulo copiosius explicavit. Calendarium Bohemicum in Dudik Forschungen in Schweden p. 408 mortem Zlavnikii ad 17. Mart. adnotavit. 6) Cf. Annal. Prag. l. l., quibus tria verba „cum fratre Gaudentio“ desunt. 7) Cf. infra Annales Maior. Pol., qui hanc ordinationem, quae ceteris deest, ad a. 997. tradunt. Cosmas ad a. 999. (l. l. p. 56): *Eodem anno Gaudentius, qui et Radim, frater S. Adalberti, ordinatus est episcopus ad titulum Gnezdensis ecclesiae.* Diploma, Romae 999. Decbr. 2. datum (Mabillon Annal. Ord. S. Bened. IV. p. 130) subscripsit inter alios etiam *Gaudentius archiepiscopus S. Adalberti.* 8) Iisdem fere verbis Annal. Weissemb. l. l. p. 70. 9) In Annal. Prag. hi martyres non commemorantur; Cosmas l. l. p. 61 eorum historiam accuratius tractans, eam finivit his verbis: *Passi sunt autem hi fratres quinque Benedictus, Mattheus, Ysaac, Christinus atque Iohannes anno dom. incarnat.* 1004. 3. *Idus Nov.* (Nov. 11.). Sextus socius, Barnabas, mortem, ut Cosmas narravit, effugit, quod eo tempore, quo fratres a paganis oppressi sunt, a fratribus ipsis ad Miseconis, Polonorum ducis, curiam missus erat. Cf. Ann. Kamenz. supra et Ann. Polon. I. III. IV, in quibus, quia sex commemorantur heremitae, sub sexto Barnabam esse intelligendum, elucet. 10) Cf. Gesch. Pol. I, 146. 11) Cf. Chronic. princ. Pol. apud Stenzel Scr. Sil. I. p. 56, in quam chronicam adnotatio ex Chronico illo, cuius in praefatione ad Ann. Kamenz. mentionem fecimus, fluxit. Cf. Gesch. Pol. I, 662. 12) Cf. Thietmar. VIII, 16. 13) Cf. Gesch. Pol. I, 163. De die, quo Boleslaus mortuus sit, differunt inter se Cosmas (l. c. p. 64) et Calendarium Cracoviense, ab reverend. viro Ludov. Łętowski, episcopo Ioppensi, in quarti tomi libri Katalog biskupow Krakowskich. Krakow 1852. appendice editum. Cosmas dat: 15. Kal. Iul. (i. e. Iun. 17.), Calendarium: 3. Non. Apr. (i. e. Apr. 3). Calendarium hic et alias est secutus Dlugossus. 14) i. e. Miseco; cf. Calend. Merseburg. apud Höfer Zeitschrift für Archivkunde I, 128. 15) archiepiscopi Gneznenses. Hippolytum a. 1027. mortuum esse etiam Annales Polon. I. III. tradunt, Annales Polon. IV. a. 1031. 16) Adalbertus in episcopum Pragensem electus est a. 982. Febr. 19, consecratus a. 983. Iunii 29. Cf. Palacky Geschichte von Böhmen I. p. 233—235. 17) Neque Gallus, neque Vincentius hanc fabulam tradidere. Legimus eam primo in Hartvici vita S. Stephani regis, initio saeculi XII. scripta (Mon. Germ. SS. XI, 233), deinde variis additamentis auctam in inepta illa Chronica Hungarorum e cod. saec. XIV. a Kownacki Varsaviae 1823. primum edita et ab Endlicher l. l. p. 60 - 82 iterum typis divulgata (tertia nunc prodiit editio in cl. v. Bielowski Mon. Pol. I, 485 sqq.), qua in chronica etiam Adilheydim, Miseconis sororem, Iesse (Geisae) Hungarorum regi nupsisse, coniugem suum in fidem convertisse et S. Stephanum peperisse narratur, quae omnia in Hartvici quidem vita S. Stephani desiderantur; verum etiam in breviorem formam redacta exstat in Ann. Kamenz. supra datis, ita ut efficiatur eam iam saeculo XIII. esse ortam. Fluxit ex his Kamenz. vel similibus annalibus in Chron. princ. Pol. (Stenzel SS. I, 56.) Cf. Büdinger Oestr. Gesch. I. p. 402. 18) Cf. Galli chron. l. l. p. 429. 19) Cf. Galli chron. l. c. p. 430; Gesch. Polens I. p. 110. 148.

1028. Stephanus archiepiscopus obiit[20].

1030. Romanus et Lambertus episcopi obierunt[a] [21].

1033. Otto dux obiit.

1034. Mesko rex Polonie[b] obiit[22].

1037. ordinatus est Sula[23] presbiter.

1038. corpus sancti Adalberti translatum est[24].

1039.[25] Stephanus rex Hungarorum obiit.

1045. Mesko filius Kazimiri nascitur 16. Kal. Maii, luna 25[26].

1048. Otto dux obiit[c] [27].

1058. Kazimirus dux[d] obiit[28].

1059. Aaron archiepiscopus Cracoviensis obiit[29].

1060. Petrus rex Hungarie obiit.

1061. Zula in episcopum Cracoviensem ordinatur et tunc cognominatus est Lambertus.

1065. Mesko filius Kazimiri ducis[e] obiit[30]. Ieronimus episcopus Wratizlaviensis obiit[31].

1069. Mesko natus est filius Bolezlai[32].

1071. Sula, cognominatus Lambertus, episcopus Cracoviensis obiit[33].

1072. Stanyzlaus succedit.

1074. ordinatio Petri episcopi Wratizlaviensis[34].

1037. corpus beati Adalberti in Bohemiam transfertur. 1039.

1038. Kazimirus obiit. Post hunc Boleslaus senior[f] filius eius Largus rexit et exulavit in Ungariam, interfecto beato Stanislao episcopo[35]. Et mortuo rege Boleslao aliisque fratribus Wladislaus dux solus regnavit et Iuditam[g] Bohemam duxit, que filium ei tercium Boleslaum genuit per preces beati Egidii[36]. 1058.

1046.[37] Aaron monachus Tynciensis in episcopum asumitur, per Benedictum IX. Colonie consecratur[h], privilegio archiepiscopatus insignitur. Item Zula presbiter, Lambertus cognomine, episcopus Cracoviensis efficitur, qui[i] succedens Aaron archiepiscopo[k] Cracoviensi[l] neglexit petere insignia archiepiscopatus[m].

1071. Lambertus episcopus obiit, cui Stanislaus successit.

a) ø c. b) poloñ c. c) *Dlugossus delevit* obiit, *et adscripsit haec:* nascitur de rege Kazimiro et Dobronega regina et eodem anno moritur. *V. scripturae specimen.* d) *sic fuerat prima manu scriptum, Dlugossus erasit vocem hanc et scripsit pro ea* rex, *idem post* obiit *addidit verba:* rex Polonie cui Boleslaus filius in regno succedit. e) *Dlugossus suprascripsit:* regis. f) seuior *c.* g) indicitam *c.* h) consecratum *c.* i) cui *prima manus, correxit manus ut videtur Dlugossi.* k) *prius* archiepc̃, *corr. Dlugossus.* l) c̃covieñ *c.* m) *Dlugossus addidit:* videlicet palium beati Petri.

20) Hoc loco in anni numero error esse videtur. Dlugossus in libri secundi fine tradidit Bossutam a. 1038, Stephanum autem, qui ei successerat, a. 1058. Mart. 7. mortuum esse. 21) De his in omnibus aliis Polonorum annalibus nihil invenies. Romanus in catalogis episcoporum Poloniae non reperitur; Lambertus vero, qui inter episcopos Cracovienses numeratur, mortuus est, ut Dlugossus tradidit, a. 1013, quem annum Ann. Polonorum ita confirmant, ut secundum illos Poppo, Lamberti successor, a. 1013. vel a. 1014. in episcopum Cracoviensem ordinatus sit. De Lamberto vide quoque supra Ann. Kamenz. ad a. 995. 22) Calendarium Merseb. in Höfer Zeitschrift für Archivk. I, p. 114: *D. 6. Idus Maii* (i. e. Mai. 10.) *Lampertus sive Misico dux Poloniorum decessit.* Dlugossus I, 188 habet 15. Martii. Cf. Gesch. Pol. I, 103. 23) i. e. Lambertus. 24) Cf. Gesch. Pol. I, p. 176. Annal. Prag. l. l. p. 120. ad a. 1039: *S. Adalbertus translatus est de Polonia in Boemiam per Brecizlaum ducem,* quibuscum partim concordant Ann. Polon. III b. 25) 1038. Aug. 15. 26) Apr. 16. Cf. Chron. Polon. (M. G. SS. IX, 438). 27) Casimiri filius; cf. Chron. Pol. l. c. 28) Cf. Geschichte Polens I, 187. 29) Cf. Annal. Polon. I. IV et Gesch. Pol. I, 641. 30) In monasterio Tiniec anniversarium Mesconis die 6. Decembris celebrabatur; vid. Szczygielski Aquila Polono-bened. p. 138, qui tradidit, Mesconem a. 1066. mortuum esse. 31) Catalogi episcoporum Wratisl. omnes (cf. Wattenbach Mon. Lub. p. 6), vetustissimo illorum Heinrichowensi excepto, annum 1062. tradunt. Ille 1063. Annales Kamenz. supra a. 1067. Ordinationem Iohannis episcopi, qui Hieronymum secutus est, vetustissimus catalogus ad a. 1066, secundus ad a. 1062, tertius ad a. 1063, quartus ad a. 1062, quintus et sextus ad a. 1063. referunt. 32) Cf. Gesch. Pol. I, 209. 33) Calend. Cracov. l. l.: 7. *Kal. Dec.* (Nov. 25.) *Lambertus episcopus obiit.* Quae verba Dlugossus (I, 269), qui calendarium ante oculos habuit, ad Lambertum, cognominatum Zula, spectare credidit. 34) Consentiunt Annales Kamenz. et quatuor vetustissimi episcoporum Wratislaviensium catalogi. Novissimi referunt ordinationem Petri ad a. 1071. 35) Cf. notam ad Annales cap. Cracov. 1058. 36) Cf. notam ad Annales cap. Cracov. 1086. 37) Cf. notam ad Annales cap. Cracov. 1059.

1076. Cristinus natus est[38].

1076. Dec. 25. 1077. Bolezlaus II. coronatur, qui occidit sanctum Stanizlaum[a. 39].

1077. Boleslaus II. coronatur. Iste occidit sanctum Stanyslaum.

1078. rex Ruthenorum in prelio interfectus est.

1079. Stanizlaus[b] episcopus Cracoviensis sancte vite, virtutum radians claritate, qui Petrum heredem de Potravin, a quo ipsum Potravin emerat, ut sue ecclesie redditus ampliaret, a mortuis suscitavit, ut super vendicione ipsius hereditatis eidem episcopo coram rege infauste memorie Bolezlao[c] perhiberet testimonium veritati, ab ipso rege Bolezlao sceleroso et inhumaniter agente, infulatus pontificalibus amictus agens misse sollempnia, ad altare in ecclesia sancti Michaelis[d] de Rupella martirizatur et frustatim[e]
Apr. 11. concisus alitibus et feris dispergitur tercio Ydus Aprilis. Verum quia Deus qui semper iustis vult adesse, volens glorificare suum miraculorum martirem, claritate singulas minucias frusticulorum corporis sui martiris, qui est passus pro excidio et iniuria sue plebis, superni luminis radiis irradiat, quatuor aquilas pro custodela et defensione sacrati corporis deputat, ne qua sanguipetarum alituum aut ferarum[f] has suis morsibus audeat attemptare. Tandemque sine omni notamine cicatricum sanum et salvum redintegrat totum corpus, quod sic redintegratum fuit commendatum a viris fide dignissimis sepulture[40].

1079. Stanislaus episcopus Cracoviensis martirizatur.

1081. secundus Bolezlaus rex obiit[41].

1081. Boleslaus secundus obiit.

1082. item ordinacio Lamberti in episcopum Cracoviensem[42].

1084. Dec. 25. 1086. Mesko filius Bolezlai secundi de Hungaria rediit et Bolezlaus tercius natus est. Iudith mater sua obiit[43].

1087. Dobronega uxor Kazimiri obiit[44].

1088. Mesko uxorem duxit.

1089. Mesko regis Bolezlai filius obiit[45].

1091. Wladizlaus, cognominatus Hermannus, dux, vicit Pomoranos ad Rechen[46].

Iul. 15. 1099. Ierusalem a christianis capta est.

Nov. 25. 1101. Lambertus episcopus Cracoviensis obiit 7. Kal. Decembris[47].

Iun. 5. 1102. Hermannus dux Polonie[g] cognominatus Vladislaus obiit[48].

1103. Balduinus Rome consecratus est in episcopum Cracoviensem[49].

1104. Gualo episcopus Belvacensis[h] sedis apostolice legatus intrat Poloniam, Urbano II. sedi apostolice presidente, et duos episcopos deponit[50].

1105. Vladizlaus secundus natus est[51].

Aug. 7. 1106. Henricus III.[i] imperator obiit, Hinricus filius suus succedit.

1109. Balduinus episcopus Cracoviensis obiit, Maurus succedit[52].

a) *in fine lineae prioris scribi coeptum est* St, *sed rursus deletum et in nova linea totum verbum positum est c.* b) *inter numerum et vocem* Stanizlaus *signum rubro colore paragraphum indicans positum est c.* c) bozlao *c.* d) Michaelis *sic c.* e) frustratim *c. sed secundum* r *recentiori manu in loco raso scriptum est.* f) *scriba prius scripsit* ferra, *quod statim delevit.* g) poloӯ *c.* h) beluaceӯ *c.* i) ɯ *c.*

38) Haec adnotatio nostris propria referri non potest ad Christinum, Masoviae palatinum, cuius vitam mortemque Dlugossus I, 620 nostros annales ad a. 1217 secutus, copiosius narravit. 39) Cf. Gesch. Pol. I, 198. 40) Fortasse haec longa de fato S. Stanislai narratio ex vita eiusdem sancti ab auctore in breve est contracta. 41) Cf. Gesch. Polens I, 205. 42) Cf. Lamberti epistolam ad Wratislaum Bohemiae regem in Pez Thes. VI, 1, 293. Dobner Mon. V, 528. Erben Reg. 75. 43) Cf. Cosmam l. c. p. 91 et varias Ann. Polon. relationes. 44) Gesch. Pol. I, 182. 45) Cf. Gesch. Pol. I, 209. 46) Cf. Gesch. Pol. I, 211. Rechen, fluvium Pomeraniae, *Regen* (cuius ad ripam Reghenwolde, Regenwalde, sita est) intelligendum esse, verisimile videtur. 47) Cf. Calend. Cracov. l. l. 48) Cf. Gesch. Pol. I, 228. 49) Cf. Dlug. I. p. 348. 50) Cf. Gesch. Pol. I, p. 334. not. 84. cui addendum est: Chron. princ. Pol. l. l. 71. 51) Cf. Dlugossus I, 354. 355. qui legationem Gwalonis atque nativitatem Wladislai ad finem anni 1104 retulit. 52) Calend. Cracov. l. l: 7. *Idus Sept.* (7. Sept.) *Balduinus episcopus obiit.* Maurus iam in initio Galli chronicae commemoratur. Dlug. I, 387. nostros annales et calend. secutus est.

1110. Petrus episcopus Wratizlaviensis obiit[53]. ° 1111.

1111. Henricus filius Henrici in imperatorem Rome consecratus est. Bolezlaus devicit Bohemos[54].	1111. Boleslaus tercius devicit Bohemos. Cui Wladislaus secundus natus est.	1110.
1113. Bolezlaus tercius Nakel et alia castra obtinuit[55].		
1115. natus est Lzstek[a] filius Bolezlai[b. 56].	1116. Lestko natus est filius Boleslay tercius.	
1117. Skarbimir palatinus contra ducem Bolezlaum insurrexit et cecatur[57].	1117.[e] Skarbimirus insurgit contra Boleslaum, et cecatur Scarbimir.	
1118. Maurus episcopus Cracoviensis obiit, Radost successit.	1118. Maurus episcopus Cracoviensis obiit, Radost successit.	Mart. 5.
1119. Item Bolezlaus Pomoranos duces bello devicit et utramque possedit terram[58].	1119. Boleslaus duos Pomeranos duces devicit aput Nakel. Iste tercius Boleslaus terras obtinuit.	
	1120. rex Boleslaus de Polonia eicitur, Largo[f] cognominato[g. 63].	
	1123. Boleslaus tercius mare transivit et castra optinuit[64].	
1125. Cracov[c] combustum est.	1125. inundacio aquarum in omni terra.	
1126. Heymo episcopus Wratizlaviensis obiit. Robertus succedit[59].		
1127. Hinricus imperator obiit[60], Lotharius succedit. Bolezlaus quartus natus est.	1127. invencio capitis sancti Adalberti[65].	
1130. Innocencius secundus cepit sedi apostolice presidere[61].		
1131. Kazimirus secundus filius Bolezlai III. obiit[62].	1131. dux Kazimirus obiit.	
	1132. Boleslaus intrat Hungariam et prelium cum Hungaris commisit[66].	
	1133. Bohemi in Polonia ecclesias succenderunt[67].	Ian. 16.
1135. Wizlicia cede destruitur 5. Idus Februarii[d].	1135. Wislicia cede Plaucorum sive Comariorum destruitur.	Febr. 9.
	1136. Boleslaus dat filiam suam regi[h] Ungarie[68].	
1137. Lottarius imperator obiit.	1138.[i] Kazimirus filius Boleslay natus est.	

a) *sic cod.* b) Bot *c.* c) cracou *c.* d) febąų *c.* e) *sic prius scriptum erat, nunc rad. et superscr. effectum est* 1118. *c.* f) *sic prima manus; alia manus non multum posterior effecit superscribendo* largõ *c.* g) cognominatus *altera manu corr. c.* h) regis *c.*; *legendum est* „regis filio“. *Cf. Ann. Pol. I. II.* i) *prius* ...xviij, *tum factum est* xvijj *c.*

53) Mortem Petri catalogi episc. Wratisl. ad annum 1111. referunt, uno Heinrichowiensi excepto, qui ut opinari licet per lapsum calami pro anno 1111. annum 1102. tradidit. 54) Quamvis alii quoque annales Polonici in hunc annum consentiant, tamen Boleslaus hanc victoriam non a. 1111. sed a. 1110. reportavit. Cf. Cosmas l. l. p. 119. Gesch. Pol. I, 255. 55) Cf. Ann. Cracov. vetust. supra ad a. 1109. 1113. Cf. Gesch. Pol. I, 246. 253. 56) Ita et Annal. Cracov. compil. ad a. 1116. atque Ann. Pol. II. inter Boleslai III. filios Lestconem tertio loco nominant. Omnes alii vero Boleslaum quinque filios habuisse tradiderunt, Wladislaum, Boleslaum, Miesconem, Henricum et Casimirum. 57) Scarbimirus palatinus multis locis in Galli chronic. commemoratur, postremo ad a. 1110. l. c. p. 475. Cf. etiam Ann. Cracov. vetust. ad a. 1118. 58) Cf. Gesch. Pol. I, 263. 59) Haec adnotatio nostris annalibus propria est. Consentiunt catalogi episcoporum Wratisl. omnes. 60) 1125. Mai. 23. 61) 1130. Febr. 14. 62) De filiis cf. Ann. Pol. II. III. ad a. 1128. et 1154. Terrarum divisio quae ad a. 1154. in his commemoratur, omnibus numeris a vulgari traditione est diversa. Cf. Gesch. Pol. I, 295. Cf. quoque Ann. S. Crucis ad a. 1186. 63) Iam a. 1079. Boleslaus in exilium ivit. 64) Iisdem verbis leguntur haec in Ann. Pol. I. ad eundem annum, in Ann. Pol. II. ad a. 1122. Cf. Gesch. Pol. I. p. 286. 65) Cosm. contin. l. l. p. 133: 7. *Kal. Martii* (Febr. 23.) *caput S. Adalberti martyris et pontificis in civitate Gnezden repertum est eo quidem loco ubi martyr idem martyrio fuit coronatus et tumulatus.* 66) Cf. Gesch. Pol. I. p. 290 sq. 67) Cf. Ann. Cracov. breves et Ann. Pol. I. III. ad h. a. Cf. Gesch. Pol. I, 291 sq. 68) Iuditham. Cf. Annal. Pol. I. et III. ad. eundem annum. Sed res valde est incerta. Cf. Gesch. Pol. I. p. 289.

Oct. 28. * 1138. dux Bolezlaus tercius obiit 5. Kal. Novembris[69]. Kazimirus secundus nascitur.	1138. Boleslaus III. dictus, inclitus dux Polonorum obiit. Iste Boleslaus ecclesiam sancti Wenceslay, quam pater eius fundaverat, edificavit et 20 canonicos in ea constituit. Huius Boleslay tempore Henricus quartus ymperator intravit Poloniam, ut eam sibi subiugaret, sed Boleslao sibi resistente, revertitur sine honore.
1142. Radost episcopus Cracoviensis obiit, Robertus[a] succedit[70].	1142. Radost episcopus obiit.
1143. Robertus episcopus Cracoviensis obiit, Matheus succedit.	1143. Robertus Wratizlaviensis episcopus asumitur in episcopum Cracoviensem, et ipse ecclesiam beati Wencezlay in Cracovia consecravit et eodem anno obiit. Cui Matheus in episcopatum successit.
	1145. Petrus cecatur et Poloni exercitum devincunt, qui Petrus filius Swentoslay claustrum Wratislavie[c] construxit[74].
1146. Wladizlaus fugit et Cracovia devastatur[71].	1146. Wladislaus fugit et Cracovia vastatur.
1147. Cunradus imperator Poloniam intravit et cum regibus et ducibus Ierusalem pergit[72].	1147. Conradus ymperator Poloniam intrat et cum regibus Iherusalem pergit.
1148. dedicacio ecclesie sancti Salvatoris[b, 73].	1148. Wladyzlaus obiit[75].
	1149. abbacia fundatur in Andreow[76].

a) B *c* b) *Dlugossus ad a.* 1154. *adscripsit haec:* Cunradus imperator moritur, Fridericus succedit. c) wrat̄ *c.*

69) Eundem diem mortis Boleslai III. tradunt Necrol. S. Michaelis Bamb. apud Schannat Vind. lit. II, 56. Necrol. Zwifalt. apud Hess Mon. Guelf. p. 250. Annus 1138. praeter fontes in Gesch. Pol. I, 297 allegatos confirmatur quoque ab Annal. Sax. ad a. 1138. (M. G. SS. VI, 776.) ita ut Chron. Polon., Chron. princ. Pol. apud Stenzel SS. I, 14. 93. et Annal. Polon. I, III et IV, qui a. 1139. tradiderunt, errasse videantur. 70) Robertum prius quam in episcopum Cracoviae translatus esset, episcopatum Wratislaviensem tenuisse, et catalogi episcoporum Wratislav. in libro fundationis Heinrichow p. 124 et in Chron. princ. Pol. l. l. I, 158. tradunt. Non recte autem in eis scriptum est, Robertum iam a. 1140. obiisse. Annales enim Kamenz. una cum nostris ad a. 1142. referunt: *Radost episcopus Cracoviensis obiit et sequenti anno* (1143.) *Rubertus episcopus Wratislaviensis translatus est in episcopum Cracoviensem et ipse ecclesiam S. Wenceslai consecravit. Quo mortuo successit ei Matheus in episcopatu Cracov. et presedit* 23 *annis.* Robertum ecclesiam S. Wenceslai consecrasse etiam catalogi epp. Wratislav. memorati tradunt, ita ut Annal. Cracov. compil. et Annales Polon. I, II, III. Quum autem Annales Poloniae omnes in eo consentiant, Radostum episcopum Cracoviensem a. 1142, et die quidem 14. Kal. Febr. (19. Ian.) mortuum esse, Annales vero capituli Cracov. cum Annalibus Kamenzensibus et Lubinensibus concordantes tradant, Robertum a. 1143. in episcop. Cracoviensem translatum et eodem anno mortuum esse, reiicienda est Annalium brevium Cracoviensium infra dandorum relatio, eum a. 1148. mortuum esse. Confirmatur quoque annus 1143. eo, quod Matthaeus successor Roberti, qui, ut Annal. Kamenzenses tradunt, episcopatui Cracoviensi 23 annis praesedit, secundum omnes Poloniae annales a. 1165. mortuus et successor eius Gedco a. 1166. consecratus est. Robertum die 13. Aprilis mortuum esse Necrol. Bohem. apud Dobner Mon. III, 11 tradidit. Dlugossus I, 461 die 12. Aprilis, ut Necrol. Lubense in Wattenbach Mon. Lubens. p. 42. 71) Cf. Gesch. Pol. I, 679 et Jaffé Conrad III. p. 79. Regesta pontif. no. 6476. 72) Rectius ad a. 1146. est trahendus introitus imperatoris in Poloniam. Cf. Gesch. Pol. I, 352. Jaffé Conrad p. 80. Ierusalem migravit a. 1147. Cf. Jaffé l. l. p. 123. 73) scil. Cracoviae. Huius ecclesiae primum fundatorem S. Adalbertum, restauratorem vero Petrum Wlast fuisse, Grabowski tradit in libro suo Krakow i iego okolice. 1844. p. 287. 74) De Petro cognomine Wlast cf. Gesch. Pol. I. p. 350. Stenzel Gesch. Schlesiens I, 29. Heyne documentirte Gesch. des Bisthums und Hochstifts Breslau I. p. 155. Zeitschrift für Geschichte und Alterthum Schlesiens VI, 1. p. 138. Errasse videtur annalista noster, qui Petrum filium fuisse Swentoslai scripsit, quum Petri filius nominatus sit Swentoslaus. Cf. Diplom. a. 1110. Ian. 9. excerpt. in Iodoci chron. apud Stenzel SS. Sil. II, 162. Zeitschrift IV. p. 353. Rectius Annal. Pol. II. ad a. 1147. et Annal. Pol. III. ad a. 1145: *Petrus cecatur, qui edificavit claustrum Wratislavie, cuius filius Swantopolk.* 75) Cf. notam ad Annal. cap. Cracov. a. 1159. 76) Quo anno monasterium Cisterciensium Andrzejow in dioec. Cracov. fundatum sit, non constat. Ann. Pol. I. II. IV. ad a. 1140, II. ad a. 1139. Sed Ann. Pol. I. etiam ad a. 1149. eadem habent ut nostri verba. Dlugossus, qui nostros et Annales Polon. I. sive IV. ante oculos habuit, I. p. 455. fundationem ad a. 1140 retulit, secutus, ut videtur, diplomata a. 1153 et 1210, quae Starowolski in Kadlubconis vita et Damalewicz in vitis arch. Gnezn. primo publici iuris fecerunt, nunc autem correctius in Helcelii commentatione de mon. Andreov. p. 133–141. leguntur, quibuscumque con-

1156. Alexander[77] et Stephanus[78] episcopi obierunt[a].

1157. item imperator Poloniam intravit[b] [79].

1159. Wladizlaus dux Polonie[c] obiit[80].

1162. Iazko Ierosolimam ivit[81].

1165. Matheus Cracoviensis episcopus obiit[82].

1166. Gedko in episcopum consecratur in die sanctorum Gervasii et Prothasii[83]. Iun. 19.

1167. dux Hinricus interfectus est cum exercitu suo in bello in Prusia[84].

1170. Thomas[d] archiepiscopus martirizatus est.

1153. sanctus Bernardus abbas Clarevalensis migravit ad Christum. Aug. 20.

1155.[e] Henricus dux Sandomirie ivit Ierusalem. Iste fundavit ecclesiam in Zagoscz, quam contulit Hospitali[85].

1159.[f] Boleslaus filius Meskonis nascitur[86]. Tunc temporis Wladyslaus in exilio obiit.

1161. consecracio Lanciciensis[f*] ecclesie. Dux Henricus obiit[87].

1163. Boleslaus filius Wladyzlay cum fratre suo Meskone a patruis reducitur in Zlesiam et terra datur eis in possessionem. Tunc temporis claustrum edyficatur in Lubes[88].

1165. Matheus episcopus obiit, Gothco in episcopum consecratur. Oct. 18.

1167. Henricus dux interfectus est cum exercitu suo in Pruzia[g] in bello[89].

1168. dux Kazimirus filius Kazimiri obiit[90].

1169. dux Lestko obiit, Kazemirus successit[91].

1171. archiepiscopus Kantuariensis martirizatur. Dec. 29.

a) *ø c.* b) *Dlugossus adiecit:* Fridericus hostiliter. c) poloñ *c.* d) *Dlugossus supra lineam adiecit* Cantuariensis. e) MCL§V *c.* f) *prius scriptum erat* MCLXIX, *primum* X *nunc erasum c.* f*) Lanciensis *c.* g) p̃a pruzia *prius scriptum erat, radendo prior vox si non tota ad maiorem tamen partem evanuit c.*

ferri debet dipl. a. 1166—1167. in R. et M. Cod. diplom. Polon. III. p. 6 datum. Spuria quidem sunt illa diplomata sine dubio, habent tamen genuina originalia pro fundamentis, et cum in dipl. a. 1210. legatur, Radostum, episcop. Cracov. qui a. 1142. iam mortuus est, fratribus coenobii de Andreow decimas dedisse, fundationem istius monasterii rectius ad a. 1140. quam ad a. 1149. referri debere Dlugossus credidisse videtur. 77) episcopus Plocensis. Cf. Dlug. I, 491, quem secutus est Lubienski Series episc. Plocensium. Cracov. 1642. 78) episcopus Poznaniensis ab a. 1151—1156. Cf. Dlugossi vitas episcop. Pozn. ed. Treterus. Brunsb. 1604. p. 484. 79) Cf. Gesch. Pol. I, 359. 80) Omnes fere annales de anno consentiunt. Cf. tamen Gesch. Pol. I. p. 362. 81) Iaxa de Miechow, fundator mon. Miechoviensis in dioec. Crac. Cf. Dlugossum I, 501. In dipl. a. 1149. Iun. 22. dato (cit. in Klose von Breslau I, 220. Grünhagen Reg. episc. Wratisl. p. 5) inter testes legitur: „Iaxa comes.“ Invenitur quoque „dominus Iaczo“ inter testes dipl. a. 1153. apud Starovolsci Vita et miracula Vinc. Kadlubconis. Cracov. 1642. Damalevicius Vitae arch. Gnezn. Vars. 1649. Correctius hoc diploma legitur in Helcel commentatio de monasterio Andreoviensi p. 133. Cf. quoque Ann. Mechovienses infra ad a. 1162. 1163. 82) Diem Matthaei extremum tradit Calend. Cracov. 15. Kal. Nov. (18. Oct.) Dlugossus I, 509. ut videtur per typographi errorem, 10. Oct. 83) Gedco consecratus est die 19. m. Iunii. Cf. dipl. 1166. Dec. 31. apud Gladyszewicz Zywot Prandoty. Krakow 1845. p. 204. 198. 84) Henricus dux mortuus est a. 1166. Cf. diploma 1167. 2 Kal. Ian. i. e. 31. Dec. 1166. datum in Gladyszewicz Prandot. p. 203. V. quoque Dlugossum I, 509—511. 85) Iisdem verbis in Annal. Pol. I. et IV. ad annum 1154, qui recte addunt ad verbum *Hospitali* verbum *Cracoviensi.* Cf. Gesch. Pol. I. p. 358 atque R. et M. Cod. dipl. Pol. III. p. 4 et 8. 86) Iisdem verbis Annal. Pol. I. ad h. a. Mortuus est hic Boleslaus a. 1195. Sept. 13. Cf. notam ad h. a. Annalium capit. Cracov. 87) Cf. Annal. capit. Cracov. ad a. 1167. 88) Iisdem fere verbis ad h. a. in Annal. Pol. I. et IV. Lubes est mon. Leubus in Silesia. Cf. Grünhagen Ueber die Zeit der Gründung des Klosters Leubus, in Zeitschrift für Geschichte und Alterth. Schles. V. p. 193 sq. 89) Cf. not. ad a. 1161. 90) Praeter nostros etiam Annal. Pol. I. ad a. 1167. Kazimiri mortem adnotaverunt, sed Kasimirus filius Kazimiri inter Poloniae principes h. t. adhuc plane ignotus est. 91) Haec adnotatio nostris propria est. Sed valde dubitanda. Nam Lestko dux, quem Kazimirus in principatu Masoviae secutus est, filius erat Boleslai IV. et mortuus est a. 1186; vid. Annal. capit. Cracoviensis. Fortasse annalista noster illum Lestconem in animo habuit, qui inter Boleslai filios commemoratur. Cf. notam ad Annal. capit. Cracov. a. 1131.

ANN. CAPITULI CRACOVIENSIS.

1172. imperator intrat Hungariam[1]. Bolezlaus obiit[a, 2].

Oct. 31. 1173. Bolezlaus[3] Crispus, dux Cracoviensis[b], Hannibal custos Cracoviensis[4] obierunt.

1176. Iazco obiit[5].

1177. Kazimirus Cracoviam optinendam intrat[6]. Magister Amileus[7] et Valentinus canonicus[c] obierunt.

1178. Woyzlaus frater episcopi et Vibertus canonicus[d] obierunt

Oct. 22. 1179. Bogdanus prepositus Cracoviensis obiit[8].

1180. Troianus frater episcopi obiit.

1182. dux Kazimirus devicit Ruthenos[9]. Bolezlaus filius Kazimiri obiit[10].

1184. sanctus Florianus martir per Egydium episcopum Mutinensem apportatur et per Gedkonem episcopum Cracoviensem[e] devotissime suscipitur[11].

ANN. CRACOVIENSES COMPILATI.

1172. imperator intrat Hungariam, Legava[f] combustum est. Boleslaus dux obiit.

1173. Boleslaus dux Cracoviensis obiit.

1177.[g] Kazimirus filius Boleslay tercii intrat[h] Cracoviam iure possessionis. Tunc[i] temporis claustrum in Suleow edificatur[i, 12].

1184.[k] sanctus Florianus per Egidium episcopum Mutinensem Cracoviam aportatur, et a Gotkone episcopo Cracoviensi suscipitur, basilicaque in honore ipsius fundatur extra civitatem.

a) *verba* Boleslaus obiit *partim tempore deleta a manu Dlugossi redintegrata sunt, attamen primae pennae ductus in* zla[9] *supersunt adhuc c.* b) *evanuit haec vox, sed Dlugossus eam restauravit c.* c) cañ *c.; an* canonici? d) cañ *c.* canonici? e) Ĉcô *c.* f) *de hac voce, quae tinctura illita mutilata est, litterae* Leg *certae sunt c.* g) *prius scriptum erat* MCLXXIIIJ, *tum corr. c.* h) *vox incerta.* i) *vox incerta.* k) MXLIIII *c.*

1) Pro *Hungariam* legendum est *Poloniam.* Cf. Gesch. Pol. I, 683. Palacky Gesch. Böhmens I, 454. 2) Cf. Dlugossus I, 520. Filius Boleslai IV, ante eum mortuus. 3) IV. Cf. Calend. Cracov. l. l.: 2. *Kal. Nov.* (31. Oct.) *Bolezlaus dux obiit M centesimo septuagesimo tertio.* Dlugossi manus in codice calendarii annum addidit; cf. Gesch. Pol. I, 364. 4) Commemorat diploma a. 1166. Dec. 31. custodem Hannibalem in Gladyszewicz Zywot Prandoty p. 204. Calend. Cracov.: 7. *Kal. Iunii* (26. Mai) *Hannibal custos, Petrus Barrabas canonicus obierunt.* 5) Cf. ad a. 1162. Nostri soli Iaxae mortem commemoraverunt. 6) Cf. Gesch. Pol. I, 367. 7) Commemoratur in diplom. a. 1166. Dec. 31. in Gladyszewicz l. l. p. 204. 8) Bogdanus in diplomate 1166. Dec. 31. in Gladyszewicz l. l. p. 204 cantor eccl. Cracov. nominatur. — *Bogdanus praepositus* 11. *Kal. Nov.* (22. Oct.) *obiit.* Calend. Cracov. apud Lętowski l. l. 9) Ann. Pol. III. 1182. Iidem I. IV. 1181. Cf. Gesch. Pol. I, 377. 10) Annal. Pol. I et IV. 1183. 11) Hunc annum praebent praeter nostros, Annales Crac. breves, Ann. Pol. I et IV. Soli Ann. Pol. III habent a. 1183. Sed conferas Boguphali chron. l. c. II, 48: *Huius autem Kazimiri tempore per Aegidium, episcopum Muthinensem, ossa sancti Floriani Cracoviam apportantur et per episcopum Gothcam suscipiuntur reverenter et devote. Qui Gothca episcopus anno sequenti diem clausit extremum.* Quum autem nota nostra ad a. 1185. evinceretur, Gedconem iam a. 1184. esse mortuum, translationem b. Aegidii iam a. 1183. factam esse verisimile est. 12) Iisdem fere verbis Annal. Pol. I. III. IV hanc fundationem ad annum 1177. commemorant. Sulejow monasterium ordinis Cisterciensis in ripa fluminis Pilica situm a Casimiro a. 1176. 4. Idus Augusti (Aug. 10.) fundatum esse Dlugossus I. p. 531 tradidit. Extat etiam hac de fundatione diploma a. 1176. in R. et M. Cod. dipl. Pol. I. p. 11 typis excussum, quod Dlugossus, ut ex verbis suis patet, ante oculos habuit. In hoc diplomate dies, quo scriptum sit, deest, annus autem 1176. rectus esse non potest, quum Fulco episcopus Cracov., qui illud *sigilli sui munimine roboravit,* non prius quam exeunte a. 1184. in episcopum Cracoviensem promotus esset. Cf. notam ad Annales cap. Cracov. a. 1185. Hoc vidit iam Helcel in comment. de monasterio Andreoviensi p. 137 atque diploma ad a. 1186. referendum esse censuit, non obstante, quod Petrus archiepiscopus Gnezn., qui illud etiam sui sigilli munimine roboravit, Dlugosso auctore (I. p. 540) iam a. 1182. mortuus sit, cuius mortem Damalevicius in serie archiepiscoporum Gnezn. ad a. 1184. retulit. Utrumque enim errasse opinatus est Helcel, qui sententiam suam eo firmare studuit, quod e Vincentii Kadlubconis chron. p. 197 (ed. Przezdziecki) colligi posset, Petrum eo tempore, quo Fulco episcopatum Cracov. tenuerit, adhuc vixisse. Dlugossi auctoritatem in iis quae ad chronologiam spectent non valde magnam esse, concedimus, immo in iis quae de Petri archiepiscopatu tradidit, ipse sibi repugnavit. Tradidit enim I. p. 508 illum archiepiscopum a. 1165. esse promotum, et p. 548 mortuum a. 1182. *cum annis duobus et viginti Gneznensem ecclesiam rexisset.* Qua ex ratione Petrum non a. 1182. sed a. 1186. supremum diem obiisse sequitur. Fortasse pro *duobus et viginti* legi possimus *duobusdeviginti,* qua correctione contradictio ea tolleretur. Sed extat alius Dlugossi locus, qui nec minus demonstrat, hunc scriptorem sibi ipsi de Petri archiepiscopatu non constitisse. Scripsit enim (p. 541) synodo a. 1180. celebratae Zdislaum archiepiscopum praesedisse, quem (p. 548) a. 1182. Petro successisse tradidit. Priori loco (p. 541) Dlugossus sine dubio Vincentii chronicam (p. 179) secutus est, quae non annum quidem, quo synodus illa celebrata est, verum etiam nomen Zdislai praesidentis retulit. At Vincentio ipsi hac in

1185. Gedco episcopus Cracoviensis obiit[13].

1186. dux Lezstko obiit[14], Kazimirus optinet ducatum.

1187. Fulco ab Urbano papa in episcopum Cracoviensem consecratur[15].

1188. Ierosolima capitur a paganis.

1189. Iohannes cardinalis cognominatus Malabranca venit in Poloniam[16].

1190. Fredricus imperator obiit.

1191. Cracovia devastata est a Meskone[17].

1194. dux Kazimirus frater ducis Meskonis obiit[18].

1195.[a] inter Mesconem et Lezstkonem filium Kazimiri factum est prelium magnum in Moskava[19], et Mesko vicit, et Bolezlaus[20] suus filius est occisus. Tunc dux Mesko Cracoviam optinet.

1196. Mrokota episcopus Poznaniensis[b] obiit[21].

1186. Gedko episcopus Cracoviensis obiit. Dux Lestko obiit, Kazimir successit. 1184. Sept. 20.

1186. Fulco ab Urbano papa consecratur Verone, et dedit ei primam manu episcopum consecrandi[22].

1191. Defuncto Boleslao IV.[23] Kazimir frater eius minimus Cracoviam est adeptus.

1192. Mesko vero dux Gnezdnensis ob iniuriam sibi factam Cracoviam accedit, milites vero eum spreverunt, et recessit. Iterum habito consilio Henrici Kethlicz Cracoviam ingreditur et castrum edificat. Quod castrum Kazimir viriliter expugnavit cum Rutenis, et tunc filium Meskonis[d] liberum dimisit. Henricus vero Kethlicz capitur et in exilium in Rusiam deputatur[24].

1196. Mesko dux frater senior Kazimiri petit Cracoviam, cui filii Kazimiri[e] bello resisterunt in Moskava.

1195. Kazimir pater Lestkonis et Conradi[f] in Cracovia obiit morte subitanea per veneficium cuiusdam mulie-

1195.[g] Bellum in Mozgava inter Lestkonem et Meskonem. Lestko prevaluit et Boleslaus occiditur.

a) *huius anni verba minoribus sunt exarata litteris, eisdem quibus a. 1217. et sequentes; num alia sit manus ac prior dubitandum est.* b) Poznañ *c.* c) mañ *c.* d) meslonis *c.* e) Kazim̃ *c.* f) Conrad' *c.* g) MCXCXV *c.*

quaestione fidem habere non possumus, quippe qui, postquam l. c. Zdislaum nominavit archiepiscopum, p. 179 ubi res circa a. 1191. gestas narravit, Petrum adhuc munere archiepiscopatus fungentem commemoravit, ita ut videri posset, sua sententia Petrum Zdislai non antecessorem sed successorem fuisse. Patet igitur, quam incerta etiam Helcelii correctio anni diplomatis 1176. in a. 1186. sit. Quaestio haec ut aliae haud exigui numeri in Polonorum vetustiori historia non diiudicanda vel enucleanda est, nisi diplomatum auxilio, quae quod adhuc in tenebris archivorum, inprimis episcopatuum Polonicorum iaceant valde est dolendum. 13) Quamquam cum nostris Ann. Pol. I. et Ann. Crac. breves de anno consentiant, tamen praeferendus est a. 1184. Secundum Cal. Crac. (l. l. p. 96.) Gedco 12. Kal. Octobris mortuus est, quum autem Urbanus III. a. 1185. Febr. 4. iam postulationibus Fulconis annuens ecclesiam Cracoviensem suscepisset sub b. Petri protectione (cf. Gladyszewicz Prandota p. 245), anno 1184. Gedconem mortuum esse constat. Boguphali quidem chron. ap. Sommersb. II. p. 48 tradit, Gedconem mortuum anno post apportationem ossium b. Floriani per Egidium ep. Mutin. (1184.) i. e. 1185. 14) Boleslai IV. filius, Masoviae et Cuyaviae dux, cuius terras Kazimirus Iustus acquisivit; cf. Gesch. Pol. I, 386. 15) Cf. notam ad a. 1185. et Gladyszewicz l. l. pag. 255. 16) Cf. Gesch. Pol. I, 399. 17) De anno dubitandum est; cf. Gesch. Pol. I, 382. 18) Mai. 4. Cf. Gesch. Pol. I, 385. 19) Cf. Gesch. Pol. I, 390. Moskawa villa est non procul a coenobio Andreoviensi sita, in terra Cracov. 20) Boleslaus Mesconis filius mortuus est Sept. 13. Cf. Necrol. Boh.-Siles. in Zeitschrift f. Geschichte u. Altherth. Schlesiens V, 514. 21) Dlugossus in historia p. 555 sicut in vitis episc. Poznan. ed. Treter p. 536, Arnoldi episc. Poznan., cui Mrokotha succedisse fertur, mortem ad 18. Kal. Febr. (Ian. 15.) a. 1186. refert. Diem Dlugossus certe ex Calend. Cracov. sumpsit. Sed in Calend. Cracov. etiam annus legitur et quidem 1209; cf. l. l. p. 49. Mortem Mrokothae idem Dlugossus in histor. p. 575 et in vitis p. 555 ad a. 1196. refert et Philippum successisse ei tradidit, qui 8. Sept. electus est. Hi anni non quadrant cum diplomatis. Arnoldus episc. Poznan. in diplom. a. 1208. Dec. 25. (Wohlbrück Gesch. von Lebus I. p. 14. Mosbach wiadomosci p. 4.) inter testes commemoratur, et Paulus, qui secundum Dlugossum succedit Philippo a. 1209, consecratus est per archiepiscopum Henricum a. 1212. Cf. Wohlbrück l. l. p. 56. Tam incerta adhuc est Poznaniensium episcoporum series, de qua conferatur quoque praefatio ad Annales Lubinenses supra. 22) Conf. notas ad Annales capituli Cracoviensis a. 1185. et 1186. Auctor nostrorum annalium Urbani bullam a. 1185. Febr. 4. datam cognovisse videtur. 23) Boleslaus obiit a. 1173. 24) Has a. 1191. et 1192. adnotationes iisdem verbis Ann. Polon. I. ad unum

1197. Petrus[25] cardinalis venit in Poloniam sedis apostolice legatus, qui instituit matrimonium contrahere in facie ecclesie et habere uxores sacerdotibus interdixit[a].

1200. Mesko edificat Botun[26].

1201. Bolezlaus dux Zlesie et Iarozlaus[27] filius suus episcopus Wratizlaviensis obierunt[b].

1202. Dux Mesko frater Kazimiri obiit[28]. Dux Lezstco filius eiusdem Kazimiri Cracoviam obtinet.

Iun. 19. 1205. Romanus[c] fortissimus princeps Ruthenorum elevatus in superbiam et exaltans se in infinita multitudine sui exercitus numerosi, a Lezstcone et Cunrado filiis ducis Kazimiri, cooperante omnipotentis auxilio, qui propria virtute sublimium colla calcat, qui forcia frangit et elisa erigit, in Zavichost[29] est in prelio interfectus. Tunc enim adeo superni opitulaminis fortitudo affuit, quamquam paucissimis qui residui de paucis exercitibus dictorum ducum iam ad propria redeuntibus pro sui lassitudine et gravitate remanserant, ut cum retroversi[d] infinitas phalanges prefati Romani dolose et fraudulenter excidium Polonie procurantis audaci congressu impeterent, unus mille et duo[e] decem milia fugaverunt. Insuper cedis valitudinem inauditam fuit protestata et exundans cruoris effusio in flumine Wizla. Tunc unda ibidem nativo colore in rubrum commutante et innumerosa cadaverum ibidem in Polonorum victrici dextera cadencium multitudo.

Sept. 11. 1207. Fulco episcopus Cracoviensis obiit[30].

1208. Wincencius canonice electus[31], a papa Innocencio confirmatus et per Henricum archiepiscopum in episcopum Cracoviensem consecratus est.

---

ris[32]. Tunc temporis bellum committitur inter Meskonem et Lestkonem. Lestko prevaluit, Boleslaus autem[f] occiditur.

1197. Petrus cardinalis apostolice sedis legatus venit Poloniam; qui instituit matrimonium in facie ecclesie contrahere et habere uxores sacerdotibus interdixit[g].

1201. terre motus fuit per universa loca terrarum 4. Nonas Maii.

1202. dux Lestko successit in Cracoviam.

1205. Romanus dux Ruthenorum occisus est cum exercitu suo in Zavichost.

1207. ordo fratrum Minorum cepit[33].

1208. Fulko episcopus Cracovie obiit, cui magister Wincencius successit, ab Innocencio papa III. consecratus, confirmatus[34].

---

a) *hanc vocem manus Dlugossi in loco raso adscripsit. Idem Dlugossus ad a.* 1198. *haec verba scripsit:* Romano duci per Lestkonem datur Haliczziensis ducatus. b) *ø c.* c) *inter anni numeros et vocem* Romanus *signum paragraphum indicans rubro colore positum est c.* d) *post hanc vocem locus rasus haud magnus c.* e) decem *prius, punctis suppositis deletum, et supra lineam scriptum est* duo, *a coaeva manu sed atramento paululum nigriore. Quae manus etiam* audaci *prioris lineae in loco raso scripsisse videtur. Ante* mille *iam erat scriptum* decem, *quod ab hac eadem manu deletum est c.* f) *&' c.* g) *haec vox tinctura paene tota deleta est c.*

a. 1191. retulerunt, et re vera originaliter coniunctas eas fuisse veri simile est. Sermo est de duabus Miesconis expeditionibus, diversis temporibus gestis, quarum prior ad a. 1177, posterior ad a. 1191. sive 1192. referenda est. Cf. Chron. Pol.-Siles. supra p. 563. et Gesch. Pol. I. p. 367. 382. 25) Dlugossus p. 575 Petrum fuisse cardinalem S. Mariae in via lata tradit. Subscriptus est hic in bullis Coelestini III. (cf. Jaffé Reg. p. 887) inde ab 5. Mart. 1193. usque ad 29. Aprilis 1195. Pragam venit legatus 13. Mart. 1197. Cf. Palacky I, 490. 26) v. Ann. Pol. II. III. IV ad 1221. et 1200. 27) Dlugossus I, 585: 1201. Ian. 23. Secutus catalogum Lub. sive Chron. princ. Pol. l. l. I, 157 sqq. Necrol. Lub. in Mon. Lub. p. 22. Mart. 12. Necrol. Boh.-Sil. in Zeitschrift V, 111. Mart. 22. 28) Cf. Boguph. Sommersb. II. p. 55. Miesco mortuus esse videtur die 19. Dec.; in monasterio Tiniciensi enim eo die anniversarium eius celebratum est. Vid. „ex matricula defunctorum“ Sczygielski Aquila Polono-benedictina p. 118. 29) Zavichost ad Wislam in palatinatu Sandomiriensi situm. Vid. Gesch. Pol. I, 407. 408. Cf. Annales Pragenses in Cosm. contin. l. l. p. 170. a. 1206: *Lestko cum fratre Cunrado occiderunt Romanum regem Prutenorum* (legas: Rutenorum). 30) Cf. Cal. Crac. p. 94; Dlugossus I, 602. 31) Cf. diploma Vincentii episc. Crac. ad a. 1210: *episcopatus vero nostri secundo;* typis vulgatum in Helcel commentat. de monasterio Andreow. p. 138. 32) Kazimirus mortuus est a. 1194. Maii 4. Cf. Gesch. Pol. I. p. 385. 390. 33) Ann. Pol. I. III. IV. ad a. 1207: *Ordo beati Francisci incepit.* Cf. Gieseler Kirchengeschichte II, 2. p. 327. 34) Vid. notas ad 1207 et 1208. Annal. cap. Cracov. Verba: *ab Innocentio* etc. corrigenda sunt in *Innocentio confirmatus et per Henricum archiep. in episcop. Cracov. consecratus est.* Cf. Ann. Cracov. breves et Ann. Pol. I. III.

1211. Mesco dux Ratiborie[a] obiit[35], Kazimirus filius suus succedit.

1215. Rome factum est concilium tempore Innocencii III.

1216. Innocencius papa predictus obiit.

1217.[b] Christinus palatinus Mazoviensis[c], miles strennuissimus precepto ducis Cunradi cecatur, tandem violenter iugulatur. Et quia summa petit livor, quia eciam cum male queruntur prospera, sepius adversa succedunt, flos milicie Mazoviensis marcore lividorum cecidit et murus[d] tocius est Mazovie dissipatus, totalisque terra Mazovia lacte et melle manans, tunc maxime[e] mel in absinthium et lac incepit in adversa nubila commutare.

1212. Mesko dux de Opol obiit. Mai. 16.

1216. regula beati Francisci et ordo Predicatorum confirmatur. Concilium factum est[h] tempore Wincencii. Innocencius papa obiit[40]. Iul. 16.

1218. Cristinus cecatur, tandem iugulatur.

1218. Wincencius episcopus Cracoviensis cedit. Ivo succedit[36] et per Henricum[f] archiepiscopum in episcopum Cracoviensem consecratur.

1219. Henricus archiepiscopus obiit[37].

1221. in Prudnik hospitale de sancto spiritu per Ivonem episcopum de consensu capituli constituitur.

1222. per eundem Ivonem ordo Predicatorum ad Sanctam Trinitatem de civitate, et in Kacich[g] ordo Cisterciensis statuitur[38].

1223. Wincencius episcopus Cracoviensis obiit et in Morimundo[39] quiescit. Gre-

1219. Wincencius episcopus Cracoviensis renunciat episcopatum. Yvo succedit[i]. 1218.

1220. Henricus archiepiscopus obiit. Mart. 22.

1221. facta est erumpcio ymbrium in Polonia et inundacio aquarum per trienium.

1223. fratres ordinis Predicatorum in Cracoviam venerunt. Et exinde fuit fames per bienium et mortui sunt multi[41]. Eodem anno Grizei venerunt et locantur in Cachicz, et Ospitalarii in Prandnik.

a) Ratibor c. b) *ante numerum rubrum paragraphi signum. De scriptura vide supra ad a.* 1195. c) Maž *c.* d) *post hanc vocem scriba pergebat scribere:* ac dis, *quod statim delevit.* e) maxime *supra lineam eadem manu add. c.* f) *ante* H *scripsit scriba prius* ep, *quod statim ipse delevit.* g) Katich *c.; prius scripsit* Kacih, *quod statim linea transducta delevit scriba.* h) *ultima litterae* m *linea deleta est, quum pergamenum hoc loco perforatum sit, in lacuna hoc modo effecta fortasse* est *scriptum erat. cod.; v. Ann. Pol. III.* i) succ̅ *c.*

35) obiit d. 16. m. Maii. Cf. Necrol. Czarnov. in Zeitschrift des Vereins f. Schles. Gesch. I, 227. 36) Diploma Ivonis a. 1227. Sept. 28. datum (ap. R. et M. Codex dipl Pol. I, 30.) habet haec: *pontificatus mei anno decimo,* ex quo coniicere licet Ivonem sive electum sive consecratum fuisse a. 1218. ante diem 28. m. Sept. Cf. quoque diploma a. 1224. datum (apud Gladyszewicz, Zywot Prandota p. 217), in quo sic habes: *annus hic pontificatus Ivonis sextus numeratur.* Anno 1219. Nov. 4. Ivoni episcopo Cracoviensi dat in praeceptis Honorius III. ut ad metropolim Gneznensem transeat eiusque regimen suscipiat. Cf. Theiner. Mon. Polon. I, 10. 37) Calendarium Cracoviense l. l. p. 65: 11. *Kal. Aprilis* (22. Mart.) *Henricus archiepiscop. obiit Gneznensis,* quam adnotationem Honorii III. epistolam 1219. Nov. 4. datam, v. n. 36. in conspectu habentes ad hunc huius nominis primum eccl. Gnezn. archiepiscopum retulimus. Dlugossus I, 624 iam eodem egit modo. 38) Dlugossus I. p. 627 fundationes Ivonis episcopi tam in Kaszyce quam in Cracovia ad ecclesiam S. Trinitatis ad eundem ut annales nostri annum retulit. Hospitale vero in Prandnik, villa ante Cracoviae urbis portas sita, a. 1223. fundatum atque sequenti iam anno in urbem ipsam translatum esse contendit. Hunc posteriorem annum tradunt quidem Annales Cracov. compilati, sed quum Dlugossus in iis, quae fundationes in Kaszyce Cracoviaque spectent, eos non secutus sit, verisimile esse videtur, alias fuisse rationes quibus autor ille ductus ab annalibus nostris declinaverit. Lętowski Katal. I, 116. hospitale circa a. 1223. fundatum esse tradidit. Fratres ordinis S. Spiritus de Saxya de civitate Vyenna curam hospitalis susceperunt, quibus Ivo episcopus ecclesiam S. Crucis Cracoviae prius parochialem, sublato titulo rectoris saecularis, tradidit. Cf. dipl. 1528. Octobr. post exustionem hospitalis a Petro Tomicki episcop. Cracov. datum in Dodatek do gazety Lwowski. 1852. 204. Kaszyce villa est prope urbem Slomniki in Cracov. dioec. sita; monasterium vero Cisterc. ordin. hic ab Ivone fundatum postea 1226. translatum est in Mogilam in ripa Wislae. Dlug. I, 634. et Ann. Cracov. breves (infra dandi) translationem ad a. 1225. retulerunt. De translatione ecclesiae S. Trinitatis in Cracoviam ad fratres ordinis Praedicatorum cf. dipl. 1227. Sept. 28. R. et M. Cod. dipl. Pol. I. p. 30. 39) Cal. Cracov. l. l. p. 63 habet haec: 8. *Idus Marc. Vincencius episcopus Cracoviensis qui capitulo contulit decimas in Schow obiit et in Morimundo requiescit, id est in Andrzeyow.* Quae verba manu saec. XIII. in codice scripta sunt, exceptis verbis *id est in A.,* quae manus exaravit Dlugossi. 40) Cf. Ann. Pol. I. III. IV. De concilio et Innocentii III. morte vid. not. ad a. 1215. et 1216. in Ann. cap. Cracov. — Regula S. Francisci a. 1223. rite confirmata est. 41) De a. 1221 et 1223. cf. Ann. Pol. I. et III.

gorius tercius cardinalis in Cracoviam venit[42]. Dedicatio Sancte Trinitatis.

1224. magister Benedictus[43] obiit, qui contulit capitulo Cracoviensi villam[a] in Wilka cum molendino. Mykul[44] archidiaconus contulit eidem capitulo villam Tune.

1225. Henricus dux Zlesie stetit in Cracovia octo diebus cum suo exercitu et recessit[45]. Ordo de Kacich[b] transfertur in Mogilam.

1226. in Mogyla dicta Clara-tumba fundatur cenobium Griseorum[46]. Bolez-
Iun. 21. laus filius Lezstkonis[47] nascitur 11. Kal. Iulii.

1227.[c] Lezstko dux Cracovie interfectus est in colloquio a filio Odonis sub fraude[48].

1226.[54] beatus Franciscus migravit ad Christum. Eodem anno Boleslaus natus est filius Lestkonis 10. Kal. Iulii. Eodem anno dux Lestko a Pomeranis sub fraude interfectus est.

1229. Henricus dux Zlesie captus[d] est a duce Cunrado[49]. Dux Wladizlaus[50] filius Odonis captus est a sene Wladizlao in bello. Ivo[51] episcopus Cracoviensis in exilio[52] obiit. Castrum edificatur in Pregina[53] a duce H.

1229. Ywo episcopus Cracoviensis obiit. Wisslaus succedit[e].

1230. Ecclesia Cracoviensis combusta est.

a) villam *ead. manu supra lin. add. cod.* b) Kaĉ *c.* c) *prius scriptum erat* MCCXXVIII, *ultimum* I *erasum est cod.* d) capit⁹ *c.* e) suĉĉ *c.*

42) Iam a. 1220, Decbr. 31. Honorius III. ad archiepiscopum Gnezn. multosque alios scripsit se Gregorium de Crescentio S. Theodori diaconum cardinalem apostolicae sedis legatum misisse, *ut evellat et destruat, edificet atque plantet prout queque secundum datam sibi a Deo prudentiam viderit facienda.* Theiner Mon. Pol. I. p. 11. 12. A. 1221. Febr. 1. Gregorius fuit Wratislaviae (Grünhagen Reg. p. 21), tum Iul. 2. in monte Bohemiae Scac; cf. Boczek Cod. Mor. II, 123. Palacky Gesch. Böhm. I, 2, 87. Erben Reg. 1221. Ian. 23. Iun. 19., Pragae 1222. Mart. 5. ibid. 53) *Magister Benedictus, qui contulit villam supra Wilkam cum molendino obiit* 6. *Kal. Martii* (24. Febr.). Catal. Crac. p. 60. Cf. diploma a. 1206. ap. Gladyszewicz Prandota p. 206, dipl. a. 1212. ibid. pag. 260, R. et M. Cod. dipl. I, 22, 1220. Stenzel Gründungsbuch v. Heinrichow pag. 148. 44) id est Nicolaus; cf. dipl. 1206. Gladyszewicz l. l. p. 206, a. 1224. Iun. 13. Micul archid. ibid. I. p. 211. 213. 218. In Cat. Crac. l. l. p. 111 leguntur haec: 8. *Idus Dec.* (6. Dec.) *Michael archidiaconus qui contulit Thane obiit.* 45) De hac expeditione omnes alii fontes agunt silentium. Dlugossus I, p. 631 rem ampliavit. 46) Cf. notam 38. 47) Concordant Ann. Pol. I. III. de matrimonio Lestkonis cum Grzymislava Boleslai matre inito; cf. Gesch. Pol. I, 405. 48) Cf. Gesch. Pol. I, p. 428. Lestkonis mortem retulit Calend. Cracov. p. 109 ad diem 24. Nov.; Necrol. Boh. Sil. in Zeitschrift für Schles. Gesch. V, p. 115 ad 23. Nov. Dlugossus I, 638 dat Nov. 14, quem numerum ex errore typographi ortum esse verisimile videtur. Ad res post mortem Lestconis in Cracoviensi ducatu illustrandas majoris momenti sunt epistolae Gregorii IX. ad Grimislavam ipsam et Colomannum, Sclavoniae regem scriptae, apud Theiner Mon. Polon. I. p. 25 et eiusdem Mon. Ung. I, 121. 49) Annal. Polon. I. et IV. hoc ad a. 1228 dant. Dlugossus I. p. 638 sq. qui hoc loco annales nostros non sequebatur, nec minus rem ad a. 1228 retulit. Diplomata Henrici non sufficiunt ad annum rectum enucleandum. Ex iis enim, quae ad a. 1228. spectant, tria tantum et locum et diem praebent. 1228. Apr. 22. Rogketniczi, ap. Büsching Urk. v. Leubus p. 103. Knoblich Lähn p. 237. 1228. Iun. 6. Heinrichau, apud Stenzel Lib. fund. Heinrich. p. 148. 1228. Aug. 30. Löwenberg, ap. Sommersberg SS. I, 929. — Magni momenti esse possit diploma in Dotatek do gazety Lwowski 1851. n. 52. typis datum, in quo Henricus se nominat ducem Slesiae et Cracoviae seque Cracoviae commorantem post mortem patrui ducis Lestkonis a. 1229. sedendo pro tribunali cum baronibus in monte modico ad ecclesiam S. Michaelis, die dominica 6. Kal. Februarii, litem inter Lutfridum abbatem Tinicensem et comitem Segota diremisse dicit; nisi dies et annus dubitationem moverent. 6. Kal. Febr. (i. e. Ian. 27.) nec a. 1229. nec a. 1228. sed demum a. 1230. dies erat dominica. Accedit quod copia huius diplomatis, modernis quidem confecta temporibus, quae in Archivo prov. Wratisl. asservatur, a. 1228. tradit. Ceterum diploma genuinum esse videtur. Inter testes dux Sobeslaus, filius Teobaldi ducis Bohemiae, nominatur, qui iam a. 1228. exul in Silesia degebat. Cf. dipl. a. 1228. Mai. 11. dat. ap. Büsching Urk. v. Leubus p. 105. Erben Reg. I, p. 340; cf. quoque Dobner Historische Nachrichten von dem Geschlecht der Böhm. Theobalde, in Abhandl. der Böhm. Gesellschaft der Wiss. 1787. p. 3—38. 50) Cf. Gesch. Pol. I, 426. 51) Ywonem adhuc a. 1228. inter vivos fuisse docent diplomata ap. Lętowski l. c. I, 126 (Sept. 29.) et m. Martio eiusdem anni data ap. R. et M. Cod. dipl. I. p. 32. II, 1. p. 9. 31, ap. Wiszniewski Hist. litt. Polsk. II, 472, ap. Gladyszewicz l. c. 219. — Cal. Crac. l. c. p. 84 diem mortis dat 12. Kal. Aug. 52) Dlugossus I, p. 642 episcopum in itinere, quum Romae sanctorum liminibus visitatis in patriam vellet redire, mortuum esse contendit. 53) villa territorii Cracoviensis regionis Ilkussiensis, cf. R. et M. Cod. dipl. III. p. 112. 217. 285. 54) Oct. 4.

1231. consecratio Wislai episcopi Cracoviensis. Dux Wodizlaus[55] obiit.

1232. sanctus Anthonius[56] frater ordinis Minorum kathalogo sanctorum ascribitur[a].

1232. beatus Anthonius migravit ad Christum. Wincencius archiepiscopus obiit[65].

1233. Henricus[57] dux Zlesie intrat terram Odoniz[b], et castrum Kalis ei traditur et aliud edificatur.

1234. Teuthonici[58] cum duce Cunrado in Prussia sine contradictione 3 ebdomadas steterunt terram vastantes[c].

1234. fratres Minores intraverunt Bohemiam[66]. Nascitur Kinga filia Bolezlay[67].

1235. soror Agnes suscepit ordinem beati Francisci[68]. Wladyslaus filius Meskonis[f] obiit[69].

1235. Henricus dux Zlesie capitur a duce Conrado[70]. Wladyslaus filius Odonis accipitur a patruo[71].

1236. Salomon decanus Cracoviensis obiit[59].

1236. Kazimir dux Opoliensis obiit[72]. 1230. Mai. 13.

1237. fratres Minores intrant Cracoviam[73].

1237. Radulphus cantor Cracoviensis obiit[d. 60].

1238. dux Boleslaus accepit Kingam[g. 74]. 1239.

1238. Henricus dux Zlesie et Cracovie obiit[61]. Cui Henricus suus filius in utroque dominio successit.

1239. Bolezlaus filius Lezstkonis filiam regis Hungarie duxit in uxorem[62]. Odoniz[e] obiit[63]. Iohannem cancellarium Cunradus suspendit[64].

a) *Dlugossus ad hunc annum adscripsit haec:* Vincencius Gneznensis archiepiscopus obiit. Guntherus (Gŭther[9] *cod.*) Ploczensis et Laurencius Wratislaviensis episcopi obierunt. b) odouiʒ *cod.* c) *ad a.* 1235. *haec adscripsit Dlugossus:* Bellum intestinum inter Cunradum Mazovie et Bolezlaum Pudicum. Item fames horrida in Polonia. d) *Dlugossus adiecit:* Fratribus Minoribus datur in Cracovia conventus. e) odoutz *c.* f) mesk'o *c.* g) *quum in hac voce littera* n *male facta fuisset a scriba, ad meliorem intellectum iterum suprascripsit.*

55) cognomine Laskonogi. Cf. Gesch. Pol. I, 426. 56) Antonius Paduanus. 57) Cf. Gesch. Pol. I, p. 453. Dlugoss. I, 649. 58) Cf. Gesch. Pol. I, 454. 59) Catal. Crac. p. 75: 12. *Kal. Iunii* (21. Mai) *Salomon decanus Crac. obiit.* Annus in dubium vocari potest. Nam in dipl. 1238. 3. Non. Oct. (Oct. 5.) ap. Przezdziecki Zrodle p. 123 (cf. eiusd. Obrazy Podola etc. t. 2.) quod in ecclesia b. Wenceslai (Cracoviae) in praesentia domini Wislai Crac. episcopi et omnium canonicorum eiusdem ecclesiae scriptum est, inter testes primum locum tenet Salomon decanus, tum Radulfus cantor quoque nominatur. Diploma autem a. 1238. sine die in R. et M. Cod. dipl. III. p. 36 inter testes iam Fulconem decanum nominat et pro Nicolao custode Troianum. 60) Catal. Crac. p. 50: 14 *Kal. Febr.* (19. Ian.) *magr. Radulfus cantor obiit.* Anno 1236. Aug. 15. adhuc inter testes legitur in R. et M. Cod. dipl. I. p. 41; vid. not. ad. 1236. 61) Mart. 19. Cf. Wattenbach Mon. Lub. p. 17. 62) Cf. Gesch. Pol. I, 497. Dlugossus I, p. 662. nostros secutus est annales, recte quidem. Omnem enim dubitationem de anno quo Boleslaus matrimonium inivit cum Kinga, Belae regis Ungarorum filia, tollit diploma Grymislavae, matris Boleslai Crac. ducis, quod in copiario monasterii Andreov. apud A. v. Helcel, virum doctrina liberalitateque insignem, Roepellius inspexit, datum a. 1239. in Woynic, *cum apportata est filia Belae regis Ungarie nostro filio Boleslao in uxorem.* 63) Cf. Gesch. Pol. I. p. 459. Mortuus esse videtur die 3. m. Nov.; cf. Necrol. Bohem. Sil. in Zeitschrift etc. V, 114. Idem Necrol. p. 115 commemorat mortem Richzae, sororis filii Odonis, ad d. 18. Nov. 64) Cf. Dlug. I. p. 666. cuius narrationem Gregorii IX. epistola ad Thomam episcop. Wratisl. a. 1240. Aug. 5. ap. Theiner Mon. Pol. I, 35 passim confirmat. 65) Concordant in anno Ann. Pol. I, IV. Dlugossus I. p. 648 Vincentii mortem ad eundem annum retulit. Qua ratione ductus Damalevicius in serie archiepisc. pro a. 1232. annum 1230. statuerit, nescimus. Vincentium iam ante d. 7. Iunii 1232. mortuum fuisse docet diploma ad a. 1232. in R. et M. Cod. diplom. Polon. I, 34. 35 typis datum, quoniam in eo in consecratione Fulconis archiepiscopi, Vincentii successoris, Laurentius episcopus Wratislaviensis praesens commemoratur, qui eodem anno 1232. die 7. Iunii supremum obiit diem. 66) Ann. Pol. I. et III. ad eundem a. Sed cf. Ann. Pragenses SS. IX, p. 171 ad a. 1232: *fratres Minores receperunt domum Pragae.* V. quoque Palacky l. c. II, 1. p. 147. 67) Locus corruptus. Rectius in Ann. Pol. I. IV: *nascitur Kinga filia regis Ungariae Bele et de matre nomine Maria in dominica quinquagesima* (Mart. 5.), *quam duxit Bolezlaus filius Lestconis.* Cf. Gesch. Pol. I, 497. et Dlugoss. I, 663, quo loco a. 1204. errore typographi pro a. 1234. legitur. Miraculum, quod autor l. l. narravit, invenies in Ann. Pol. I. ad a. 1239. Vitam Kunegundis a Dlugosso conscriptam ediderunt Bollandistae ad 24. Iulii. 68) Cf. Ann. Prag. SS. IX, p. 171 ad a. 1233: *Agnes filia regis Prziemysl assumpsit habitum pauperum dominarum.* 69) Obiit a. 1231; vid. ad a. 1231 Ann. cap. Crac. 70) Vid. ad a. 1229. 71) Adnotatio valde dubia. Nam Wladislaus, Wladislai filii Odonis patruus, a. 1231. iam mortuus erat. 72) Cf. Stenzel Gesch. Schles. I, p. 44; Necrol. Czarnow. in Zeitschrift für Gesch. Schles. II, 227. Dlugossus I, 657 nostros secutus ad a. 1236. retulit ducis mortem *sexto Maii.* 73) Dlugossus I, 659 ad eundem annum, qui praeterea tradidit, fratres ord. Min. ex Praga vocatos fuisse. Cf. Annal. Miechov. ad a. 1236. 74) Vid. ad a. 1239. Annales cap. Crac.

1241. TartharíCracoviamintrantes ecclesias succendunt, populum sine delectu etatis et sexus interficiunt, milites multos Cracovienses in congressu cum ipsis maxime ob prede avariciam, que Polonis in prelio est innata, sub astu callido occidunt, multam predam secum asportant. Tandem Apr. 9. Zlesiam ingressi et cum duce Henrico et suo exercitu congressi[75], ipsum ducem et de exercitu ipsius neci plurimos addiderunt, et sic multo excidio cedibus atque dampnis Polonie crudeliter illatis, illesi ad propria per Hungariam, totum mundum ex sua crudelitate gravi horroris percellentes formidine, redierunt. Quos tamen non robur virium efficit formidandos, nec robusti brachii fortitudo, verum sola cruenta crudelitas ac infidelitatis versucia fraudulenta. Dux[a] Conradus Cracoviam tenet[76].

1241. Tartari primi vastaverunt Poloniam et ducem Henricum occiderunt. Dux Conradus per milites[81] in Scarbimirz[82] capitur.

Mart. 15. 1242.[b] domnus Wislaus episcopus Cracoviensis obiit[77], cui domnus Prandota succedit. Dux[a] Conradus Cracoviam tenens milites quos sibi adversari credebat, captivat et incarcerat.

1242. Wyslaus episcopus Cracoviensis obiit. Prandota successit. Eodem anno[83] dux Conradus devincitur et Boleslaus dux Cracoviensis efficitur, et bellum in Suchdol committitur.

1243.[b] Boleslaus[78] dux filius Lezstkonis cum duce Cunrado suo patruo et aliis ducibus, qui venerant eidem duci C. in auxilium, prelium in Suchdol committit Mai. 25. 8. Kalendas Iunii, et Dei potencia dictum B.[c] et suum exercitum protegente, ipse dux C. dedit terga cum suis exercitibus superatus. Tunc patuit manifeste quantum oraciones populi et clamor in altum sublatus prefato principi B. ad victoriam profuerunt, quantum vero[d] duci Cunrado crudelis exactio in plebem[e] et iniuriosa comminacio in ecclesiam Dei prestiterint nocumenti.

1244. Ruteni[f] per diversos insultus Lublin devastant et ecclesias succendunt. Kylcia per milites ducis Cunradi devastatur.

1246. dux Mesko de Opol obiit. Ruteni[f] per frequentes insultus Lublin, Seczechov et Lucow vastant.

1245. Innocencius papa IV. concilium episcoporum et regum Lugdunum[g] Iun. convocat, in quo imperatorem Fredricum imperio destituit et sathane commendat eundem.

1246. Opizo[79] abbas de Mezano domni pape vices gerens anno in Polonia mansit uno.

1246.[h] dux Cunradus, Kazimirus filius eius et Mesko dux de Opol edificant castrum in Cracovia, ubi Rudava intrat Vizlam; aliud prope Tinciam super rupem; tercium in Lelow. Sed postea statim in Cracovia duci Bolezlao redditur, in Tincia acquiritur. Deinde mortuo[80] Meskone Lelow restituitur.

1247. ecclesia sancti Wencezlai in Cracovia de plumbo tegitur preter turres, que sunt ante Thartaros cooperte.

1247. dux Conradus Mazoviensis[84] obiit. Bolezlaus etiam filius Conradi[i] obiit. Iohannes[85] abbas Tynciensis obiit. Eodem anno fra-

a) *ante* Dux *paragraphi signum. cod.* b) *post numerum signum paragraphi rubrum cod.* c) *post* B. *scriba pergebat* pro (protegente), *sed ipse delevit.* d) ve *cod.* e) *prius* plebê, *ead. manu corr. cod.* f) Pruteni *c.* g) lugduꝫ *c.* h) *prius* MCCXLVII, *ultimum* I *erasum cod.* i) conr̄ *cod.*

75) apud Walstat. 76) Cf. Gesch. Pol. I, 488; cf. R. et M. Cod. dipl. I, 44. diploma a. 1241. Nov. 11. in quo „Conradus dux Cracovie et Lancicie“ Petricoviae villam monasterii Suleiovensis, Campino nuncupatam, ab angariis quibusdam liberavit. 77) Cf. Cal. Crac. p. 64. 78) Cf. Gesch. Pol. I, p. 489. 79) De hac Opizonis, abbatis de Mezano, legatione cf. dipl. dat. 1245. Oct. 11. (Theiner Mon. Pol. I, 42.) dipl. a. 1245. Oct. 14. (Raynaldi A. E. a. n. 90. Lucas David III. p. 11); cf. Dlugoss. I. p. 705, qui inter alios fontes fragmento quoque apud Sommersb. II, 93 usus est. Cf. Voigt Gesch. Pr. II, 542—561. 80) Mesco dux de Opol filiam Conradi ducis Masoviae in matrimonio habuit (Chron. Pol. Stenzel I, 23); mortuus est a. 1246; cf. fragm. apud Sommersb. II, 93. 81) Annales capit. ad a. 1242 a Conrado milites captivatos fuisse tradunt, quam relationem probare malumus, quum et Annales Pol. I. cum hac concordent. Sic enim habent: *Eodem anno Conradus milites in Scarbimir captivavit.* Cf. Gesch. Pol. I, 489. 82) Scarbimirz villa in praepositura Gnezn.; cf. Dlugossus I, lib. X. p. 52. 83) Non recte. Vid. ad a. 1243 Annal. cap. Crac. 84) Cf. Gesch. Pol. I, p. 490. 85) Sczygielsci Tinecia p. 51 abbatem a. 1248. 14. Kal. Iulii (Iun. 18.) mortuum Gotfridum nominat. Usque ad sacculi XIII. finem eo auctore Tineciae nullus Iohannes abbatis munere functus erat.

1248. Godefridus legatus quintam exegit a clero de redditibus ecclesiarum[86]. Eodem[a] anno Iacobus[87] archidiaconus Leodiensis sedis apostolice legatus veniens in Poloniam indulsit in Polonia, quibus placet carnes comedere post septuagesimam.

1250.[b] ecclesia beati Wencezlai pavimentatur. Miracula beati Stanyzlai martiris gloriosi per domnum Fulconem archiepiscopum Gneznensem, Thomam episcopum Wratizlaviensem et ......[c] abbatem de Lubes[88] examinantur[89].

1251.[d] magister Iacobus doctor decretorum et magister Garardus[e] canonici Cracovienses cum Predicatoribus et Minoribus pro canonizacione beati Stanyzlai certi nuncii et procuratores eiusdem negocii ad Romanam curiam destinantur[90]. Sal durum in Bochna est repertum, quod nunquam ante fuit.

1252. magister Iacobus et magister G. de Romana curia redeunt[f]. Beatus Petrus[91] de ordine fratrum Predicatorum, Lombardus genere, ab hereticis pro fide katholica occiditur et eodem anno canonizatur et kathalogo sanctorum

ter Iohannes de Parma[92, g] per sedem legatus missus est ad ymperatorem Tartarorum[h].

a) *ante* Eodem *numerus positus est* MCCXLIX, *qui postea deletus post huius anni relationem in linea vacua iterum est scriptus.* b) *post numerum rubrum paragraphi signum c.* c) *lacuna in codice pro nomine relicta est.* d) *post numerum nigrum paragraphi signum c.* e) *vel* Girrardus *c.* f) *vox incerta c.* g) pañia *cod.* h) *pergit codex cum his verbis:* Eodem anno Conradus ymperator Poloniam intrat et cum regibus Iherusalem pergit, *quae, quum recte supra ad a.* 1147. *legantur, hoc loco ex textu summovenda esse elucet.*

86) Cf. Boguph. chron. apud Sommersb. II, 63; Dlugossum I, 710. Godefridi negotia cum Poloniae clero commemorant epistolae Innocentii IV. a. 1248. Martii 19. in Bullario Dominican. et a. 1249. Febr. 18. in R. et M. Cod. dipl. III, 53. 87) De Iacobi legatione cf. epistolam Innocentii IV. a. 1247. Novbr. 19. ap. Theiner Mon. Pol. I. p. 45. Synodum congregavit Iacobus Wratislaviae 1248. Oct. 10; vid. statuta eius concilii apud Helcel prawa polskiego pomniki I. p. 346 sqq.; Hube antiquissimae constitutiones synodales provinciae Gneznensis. Petropoli 1856. p. 14 seqq. Iam ante d. 8. m. Iulii 1248. legatus in Silesia fuit, ut dipl. apud Stenzel Urkd. des Bisth. Breslau p. 15 ostendit; initio mensis Sept. 1248. commoratus est in Prussia, quam in terram iam die 24. Nov. eiusdem anni reversus fuit; cf. Hasselbach Cod. dipl. Pomer. I. p. 789—811. 88) Abbas de Lubes hic memoratus fuit Heinricus; cf. bullam Innoc. IV. 1252. Mai. 26. ap. Dlugoss. I, 714. Büsching Urk. v. Leubus p. 184. 89) Adiungimus hoc loco bullam papae Iacobo ep. datam, nunc quidem ex originali capituli Cracoviensis a nobis exscriptam. Prius iam typis, quamvis mendose evulgata erat ab Dlugosso I, 714, Büsching l. c. p. 184; cf. quoque Raynaldi Ann. ad a. 1108. *Innocentius episcopus servus servorum Dei dilecto filio fratri Iacobo Velletrensi ordinis fratrum Minorum salutem et apostolicam benedictionem. Licet olim venerabili fratri nostro . . episcopo Cracoviensi et dilectis filiis capitulo et clero Cracoviensis civitatis et diocesis suis nobis litteris intimantibus quod mirabilis Deus in sanctis suis pie memorie Stanislao Cracoviensi episcopo tot et tantis dat coruscare miraculis, ut illius sanctitas apertis indiciis comprobetur et ipsius inter alios sanctos non invocare suffragia est indignum, venerabilibus fratribus nostris . . archiepiscopo Gneznensi et . . episcopo Wratislaviensi et dilecto filio . . abbati de Lubez Cisterciensis ordinis Wratislaviensis diocesis dederimus nostris litteris in mandatis, ut ascitis sibi viris religiosis et Deum timentibus de virtute morum et veritate signorum operibus videlicet et miraculis diligentissime inquirentes que invenirent nobis suis litteris fideliter intimarent. Ipsisque in negotio huiusmodi procedentibus et rescribentibus nobis nos fidem adhibeamus ut convenit processui eorundem. Quia tamen in tanto negotio est gravitate ac maturitate previa procedendum, te ad partes transmittentes easdem discretioni tue auctoritate presentium in virtute obedientie districte iniungimus ut a dictis inquisitoribus si superstites et presentes in provincia fuerint an sic processerint sicut sub ipsorum sigillis recepimus perscruteris et ipsorum actorum exempla ad maiorem certitudinem tecum portes, faciens presentari tibi eos qui dicuntur fuisse a diversis infirmitatibus liberati, quos et quot potueris, ac illos duos centenarios si superstites fuerint de quibus mentio est in actis qui dicuntur ab aliquibus accepisse vel eorum alterum quod sanctum noverunt eundem et de ipsius clara et honesta conversatione dum viverent audiverunt, inquisiturus ab ipsis an ita sit et inspecturus nichilominus devotionem populi et famam communem super martirio et causa martirii nec non et sanctitate ipsius. Inquiras insuper utrum Cracoviensis diocesis paganis et Ruthenis scismaticis sit confinis, ut per hoc ex ipsorum confinio lucrum provenire valeat animarum. Ad hec librum cronicorum, quo ad capitulum pertinens ad negotium memoratum ex archivo . . ducis Polonie editum et etiam librum annalium et epitaphium considera diligenter et hiis summatim sub obtestatione iuramenti ubi tibi visum fuerit coram prioribus inquisitoribus prestiti plenius intellectis si aliqui testes super prioribus vel novis articulis tibi fuerint presentati eos iuratos secundum formam recipiendorum testium prudenter recipias et diligenter examinare procures, et sic instructus ad nos ut per te super hiis instruamur plenius revertaris. Datum Perusii 7. Kal. Iunii, pontificatus nostri anno nono.* 90) Cf. not. ad a. 1267. Dlugoss. I, 714 sq. Łętowski Katalog. III, 248. 91) nominatus Martyr, in Lombardia saeculo XIII. inquisitor hereticae pravitatis occisus est a. 1252 in silva prope urbem Comum. Postea inquisitionis Hispanicae patronus erat. Celebratur eius dies d. 29. m. Aprilis. 92) Jean du Plan du Carpin, relationem legationis suae nostris temporibus edidit M. d' Avezac. Paris. 1838.

martirum ascribitur a domno Innocencio IV. papa. Celebratur autem 3. Kal. Maii sollempnitas eiusdem martiris gloriosi.

1253.[a] item magister Iacobus et magister Gozvinus, canonici Cracovienses, ad Romanam curiam remittuntur pro canonizatione dicti sancti Stanyzlai. Qui sanctus eodem anno per domnum papam Innocencium IV. canonizatur[93] et kathalogo sanctorum martirum ascribitur, eiusque sollempnitas 8. Ydus Maii cum reverencia et veneracione statuitur celebranda Prefati autem nuncii spe non fraudati, desiderio potiti adeptique sui negocii exitum peroptatum, leti et incolumes in Poloniam sunt reversi. Eodem anno[94] dux Bolezlaus Cracovie[b] et dux Wladizlaus Opoliensis[c] cum Ruthenorum exercitu terram Opaviensem vastaverunt et multam familiam et predam aliam idem Rutheni abduxerunt.

1254. Gedko miles obiit, qui centum vel amplius annorum senex exstitit. Hic multa miracula sancti Stanyzlai magistro Petro[95] preposito Kylciensi ea scribenti et gesta Polonorum[d] militum inclitorum, fideliter enarravit.

1255. beatus Stanyslaus canonizatur[m].

Ian. 28. 1256. rex Willhelmus de Holandia[e] occisus est per Frisones. Thomas episcopus
Oct. 6. Wratizlaviensis per Bolezlaum[f] ducem Zlesie captus tractusque misere in Legnicz[g], fuit arte custodie deputatus[96]. Eodem anno idem episcopus dimittitur[97]. Lanchicie provincialis synodus celebratur[98].

1256. obiit Clemens palatinus[6].

1257. Cracoviensis civitas iuri Theutonico traditur[99] et situs fori per advocatos et domorum et curiarum immutatur. Sed iidem advocati in sua advocacia modicum duraverunt. Eodem[h] anno ordo de penitencia beatorum martirum[1] intrat Poloniam, pontificatus Alexandri IV. Eodem
Ian. 31. anno[2] pridie Kal. Februarii luna quarta, infra horam prime, factus est terre motus.

1257. 2. Kal. Februarii terre motus factus est in die Ciri et Iohannis[n], feria sexta.

Apr. 4. 1258. Fulco archiepiscopus Gneznensis obiit[3].

1258. dux Premisl Polonie maioris obiit[7].

1259. Bolezlaus dux Cracovie cum alio B. duce Polonie[i] cum suis exercitibus terram Lanciciensem[k] [4] devastarunt. Eodem[l] anno Thartari[5] barbarica rabie sevientes

1259.[o] Fulco archiepiscopus Gneznensis obiit[8], Iohannes succedit. Dux Bolezlaus Polonorum accepit Iohelem[9] filiam regis Hungarie.

a) *post numerum rubrum paragraphi signum cod.* b) *supra lineam ead. manu add. cod.* c) Opol c. d) poloñ c. e) holandĩa c. f) *post hanc vocem rasura unius litterae cod.* g) Legnich *cod.* h) *ante* Eodem *rubrum paragraphi signum c.* i) poloñ c. k) Luciciensem c. l) *in margine rubrum paragraphi signum.* m) *videntur primae lineae in loco raso scriptae esse, v. ad a.* 1267. n) Io c. o) *videtur prius scriptum fuisse* MCCLX. *c.*

93) Cf. Innocentii IV. bullam canonisationis a. 1253. Sept. 17. apud Dlugoss. I, 729 seq. Tres Arndtius vidit in archivo capituli Crac. bullas, primam ad universos christianos, secundam ad duces Poloniae, tertiam ad archiepiscopum Gneznensem scriptas. 94) Cf. dipl. a. 1255. Iul. 19. ap. Gladysz. Prand. p. 199. Cf. Dlug. I, 734. 95) 7. *Idus Aprilis* (Apr. 7.) *magister Petrus Cracov. canonicus et Kyelcensis prepositus obiit.* Calend. Cracov. p. 68. 96) Cf. Stenzel Urk. z. Gesch. des Bisth. Bresl. XXXVII. 97) Minus recte. Detinebatur in carcere episcopus usque ad pascha i. e. April. 8. 1257. Stenzel l. l. p. XXXVIII. 98) Synodus erat a. 1257. Oct. 14. Cf. Boguphali chron. l. l. p. 71. Cf. Constitutio de captivitate clericorum edita in synodo Lanciciensi ap. Helcel Pomniki I, 357. 99) Cf. Gesch. Pol. I, 579. In Helcelii commentatione de monasterio Andreov. p. 223. diploma Vladislai Lokietecii a. 1306. Cracov. datum, privilegio primo de a. 1257 simillimum, insertum est. 1) Cf. Dlugoss. I. p. 750. 2) Annales Wratislav. antiqui, supra, hunc terrae motum ad ann. 1259. secundo Kal. Febr. referunt. Dlugossus I, 751 nostros secutus est annales. 3) Cf. Boguph. chron. l. l. 71. Obiit Fulco 2. Non. April. (i. e. 4. April.). Cf. Calend. Crac. p. 68. Dlugossus I. p. 752 quinta die Aprilis. 4) Cf. Boguph. l. c. II, 72 et Gesch. Pol. I. p. 496. 5) Contin. Lambacens. in Mon. G. SS. IX, 560: *A.* 1259. *Tartari Cracoviam provinciam devastaverunt.* Cf. Gesch. Pol. I. p. 526. 6) Clemens palatinus Cracoviae legitur in diplom. a. 1243. Gladyszewicz Zywot Prandoty p. 220; a. 1249. in R. et M. Cod. dipl. Pol. I. p. 55; a. 1251. Nakielski Miech. p. 171; a. 1252. Fej. Cod. dipl. Hung. IV, 2. p. 151. Successit ei in palatinatu Nicolaus, qui primo invenitur in dipl. a. 1256. Nakielski l. l. p. 176. 7) Iisdem verbis in Ann. Pol. I. ad a. 1257, qui annus confirmatur per Baszconis chronic. l. l. p. 70, cuius auctoritate Premislius mortuus est a. 1257. Iun. 4. Consentit, quod attinet diem, Necrol. Boh.-Sil. in Zeitschrift für Schles. Gesch. p. 112. 8) Ann. Crac. I. ad. a. 1258, quibuscum consentit Baszco l. l. p. 71. Ianussius Fulconis successor a. 1259. Febr. 28. Romae iam fuit. Ibid. 9) i. e. Iolantam sive Helenam, Belae IV. regis Ungariae filiam, quae cum Boleslao Pio maioris Poloniae matrimonium iniit quidem,

fraude infidelitatum virulenta, que quanquam ceteris barbaris sit inolita, hiis precipue est innata propensius prepotentes[a] et tanquam sevire belua semper prompta terram Sandomirie[b] ingressi sua truculencia inhumana, que nec sexui consuevit parcere nec etati, que nec prece nec precio valet nec servicio ad misericordiam inclinari, homines neci addunt, sanctuaria Domini igne cremant, totam terram depopulantur. Castrum Sandomirie[c] magis calliditate doli quam robore virium capiunt, in quo plurimis occisis, paucos residuos captivantes Cracoviam sunt ingressi, ubi homines plurimos occiderunt, plurimos eciam captivos secum cum preda maxima ad propria remeantes illesi abduxerunt. Et hii Sandomirie et Cracovie provinciis cedes dampna et excidia graviora prioribus Thartaris inflixerunt.

1260.[d] quidam homines turbatim glomerati, usque ad umbilicum corpore nudi; agentes penitenciam, que fertur Perusii[10] recepisse exordium, quam laycalis turba Theutonica fuit ferventissime amplexata, velati oculis sua nuda dorsa flagellantes flagellis singulis quadruplici corrigia connodatis Cracoviam intrantes ipsa penitencia peracta ad ecclesias . . . . . .[e] de civitate subito sunt egressi. Et hii quia auctoritatem ecclesie que ipsos nequaquam decebat temere usurpabant, in ipsius ecclesie preiudicium et gravamen ab ipsa ecclesia sunt[f] deiecti et tanquam[g] pseudopenitentes suo errore cognito non ultra coniuncti, immo sunt ab invicem separati. Penitencia igitur eorum que per se ipsam sumpsit exordium, deficiens desiit in se ipsa.

1260. Albertus prepositus Lanchiciensis et canonicus Cracoviensis qui contulit villam Zelonki ecclesie Cracoviensi, obiit. Lelov[h] [11] castrum per Kazimirum ducem edificatur et statim per Bolezlaum ducem destruitur.

1261.[n] dux Bolezlaus de Polonia et dux Bolezlaus Cracoviensis vastaverunt terram Kazimiri Lanciciensis[o, 18]. Eodem anno Tarthari devastaverunt Cracoviam. 1259.

1262. Ioannes capellanus de Luboricia 16. Kal. Ianuarii obiit. Semovitus dux Mazovie a Lituanis in Iazdov in vigilia beati Iohannis[i] baptiste occiditur[12] et Cunradus filius eius capitur.

1262. dux Semovitus occiditur a Lithuanis.

1263. ecclesia sancti Marci ad fratres de penitencia beatorum martirum in civitate fundatur[13]. Ecclypsis solis in die sancti Dominici luna 27. Mendoch[14] rex Lytwanorum a Litwanis occiditur. Aug. 5.

1263. nascitur Elizabet[19] filia Bolezlai ducis maioris Polonie.

1264.[k] cometa sive cometes[15], quem quidam dicunt ignitum sydus, quidam nubem accensam, apparuit et stetit quasi octoginta diebus. Mortalitas animalium. Stroynat[l, 16] potens princeps Lituanorum qui occiderat Mendog, occiditur per Theophilum et per Woysalk filium ipsius Mendog regis. Tandem Comat[17] princeps Iazwiditarum[m] in bello per Cracoviensem exercitum occiditur.

a) ppotentes *cod.* b) SandomiR *c.* c) Sand' *cod.* d) *post numerum signum paragraphi rubrum c.* e) *lacuna in cod. relicta.* f) sunt *bis scriptum, secundum deletum est c.* g) *ab eadem manu in loco raso c* h) lelou *c.* i) *post hanc vocem scriptum erat* btē, *sed deletum est c.* k) *post numerum rubrum paragraphi signum c.* l) *ante* Stroynat *rubrum paragraphi signum c.* m) iazuuditarum *c.* n) *prius* MCCLXX, *primum* X *erasum c.* o) lanciciēn *c.*

a. 1257, sed tamen non prius quam a. 1258. Premislao duce mortuo in Poloniam venit. Cf. Baszko l. l. p. 71. Cf. Ann. Pol. I. ad a. 1256. 10) Cf. supra p. 196 Annales Foroiulienses. 11) ad Białam fluvium in palatinatu Cracoviensi. 12) Cf. Gesch. Pol. I, 514. 13) Cf. Dlugossum I, 750. 14) De rebus Lithwanorum Mendogii temporibus cf. Sjögren Ueber die Wohnsitze der Iatwägen. Ex libro: Mémoires de l'academie des sciences de St. Petersbourg VI. Série tom. IX. Petersburg 1858. Bonnel Ueber einige Ereignisse aus der Regierungszeit Mindowes von Lithauen in Mittheilungen aus der Geschichte Lievlands etc. IX, p. 63. Engelmann Chronologische Forschungen etc. ibid. p. 317. 15) Cf. Annal. Wratislavienses antiqui supra ad a. 1264. 16) Cf. not. 14. 17) Cf. Gesch. Pol. I. p. 530, quo loco dies ex Annal. Polon. IV. 18. Kal. Iulii, i. e. Iun. 14, praeferenda est, cf. notam criticam ad Annal. Polon. I. 18) Annal. cap. Crac. et Ann. Pol. I et IV has adnotationes ad a. 1259. retulerunt, quem annum confirmat Baszco chron. l. l. p. 72 et 73. 19) Postea coniux Heinrici ducis Wratislaviae et Legniciae, mortua est a. 1304. Sept. 28. cf. Ann. Wratisl. antiq. supra p. 529 ad a. 1304.

1265. castrum edificatur in Cracovia super totum montem cum lignis.

1265. comete apparuerunt[25].

1266.[a] Bolezlaus dux Cracoviensis[b] misit exercitum in Russiam[20] et vicit Swarnonem et multos de Ruthenis occidit, non tantum propria virtute sed orationibus ecclesie et superno auxilio adiuvante. Nec hec victoria est humanis viribus sed pocius divine potentie asscribenda. Terram eciam idem exercitus ducatus ipsius Swarnonis[c] devastavit.

Eodem anno venerabilis pater domnus Prandota episcopus Cracoviensis in
Sept. 20. vigilia beati Mathei[d] ewangeliste, licet corpore multis diebus languens, audita missa et omnibus horis et officiis ecclesiasticis diurnis, sana mente devotissime expletis, circa crepusculum nocturnum, spiritum de hergastulo corporis in Domino relaxavit[21]. Hic itaque ut re et nomine verus procurator ecclesie censeretur, sue ecclesie redditus patrimonia et ceteras utilitates secundum equitatem eidem congruentes, libertatem clero omnimodam secundum Deum iusticiam et tutelam a persecucione omnimoda laycali et patrie liberacionem studiosissime procuravit. Hic in benedictionibus Domini preventus super quem gracia superna propensius pluribus suis predecessoribus est illapsa, huiuscemodi prerogative privilegio meruit insigniri, quod beatus Stanyzlaus gloriosus martir, contectus pulvere sepulture tanquam gemma sub alga pelagi, tanquam lux abscondita sub modio, canonizatus suo tempore et kathalogo sanctorum martirum asscriptus, sua procuratione suisque manibus de terra tumuli est exceptus. Hic igitur hoc epitaphio propter sua gesta preclara per iugem gloriam meruit perhennari.

Epytaphium:[f]

Hic iacet ecclesie decus, hic pastor bonus, hic flos
Iusticie, cleri Prandota presul honor.
Hic via veri, gloria cleri[g], Prandota tota
Laus patrie, pater inclitus est situs aula sophie.

Aliter:

Flos situs inclitus hic cleri veri via legis
Egis presul agaps Prandota tota gregis.
Hic sacer e tumulo te Stanyzlae levavit,
Te sanctum populo pater alme levando probavit.

Vel sic:

Hic sanctum titulo sanctorum te sociavit.

Octob. 9. Eodem anno scilicet 1266. septimo Idus Octobris, die electioni per capitulum Cracoviense legitime assignato, domnus Paulus[22] filius comitis Iazdonis, canonicus Cracoviensis, in episcopum[h] per arbitros magistrum Gerardum prepositum Wizliciensem, magistrum Stephanum et Wisson, Cracovienses[h] canonicos, est
Oct. 28. electus. Tandem eodem anno in die Symonis et Iude apostolorum per domnum Ianussium Gneznensem archiepiscopum fuit in Uneyov[i, 23] confirmatus.

1266. imperatrix Bustarie domna Elizabeth intravit claustrum in Scala[26].

1267. Idem domnus Paulus sabbato in
Mart. 12. quo cantatur: *Intret oracio*[k], in sacerdotem et
13. proximo sequenti die dominico quo cantatur: *Reminiscere*[k], in episcopum in Lelow per domnum Ianussium archiepiscopum consecratur[24] et tunc facta est leticia magna in populo tam

1267. Bolezlaus dux Cracovie devicit Ruthenos in loco qui est ad petram[l, 27]. Eodem anno Prandota episcopus Cracoviensis obiit in festo sancti Mathei feria secunda devote.

a) *post numerum rubrum paragraphi signum c.* b) C̃C *c.* c) Swarnouis *c.* d) *post hanc vocem locus unius vel duarum litterarum rasus c.* f) *rubro colore scriptum c.* g) *inter voces* gloria *et* cleri *est littera una erasa c.* h) *verba* in episc. — Cracov. *in loco raso scripta sunt, ut videtur alia manu.* i) Vneyou *c.* k) *super* Intret oratio *et* Reminiscere *neumata sunt posita c.* l) peta *c.*

20) Cf. Gesch. Pol. I, 531. 21) Cf. Calend. Crac. p. 96. Dlugoss. I, 778. vigesima prima die m. Septbr. 22) De Paulo Crac. episc. cf. Paweł z Przemankowa, rys hystoryozny przez Alex. Przezdzieckiego. Warszawa 1851. 23) Uniejów ad Wartam fl. in palatinatu Siradiensi. 24) Cf. Boguph. chron. l. l. II, 76.

25) Cf. Ann. cap. Crac. ad a. 1264. 26) Nostris adnotatio propria. Monasterium ordinis S. Clarae in Skala, dioec. Crac., alias „*lapis S. Mariae*“ appellatum, primum fundatum erat in Zavichost ad Wislam, unde, ut Dlugossus I, 768 retulit, a. 1262. in Skalam translatum est. 27) Cf. notam ad a. 1266. Annal. cap. Crac.

clero quam laycis, ita eciam quod leti festas duxere coreas. Eodem anno in octava[a] purificationis sancte Marie venerabilis pater domnus Guido[28] militans Febr. 9. Deo sub norma et ordine Cysterciensi tituli Sancti Laurencii in Lucina presbyter cardinalis, legatus a latere sedis apostolice in partes Polonie et alias destinatus, concilium in Wratizlavia sollempniter fecit et multas constituciones salutiferas statuens sanxit tenendas. Hic venerabilem patrem domnum Paulum ecclesie Cracoviensis predictum episcopum tunc electum super archiepiscopum et omnes episcopos Polonie fuit propensiori favore et gracia prosequutus[b] et honoris ampliori preminencia honoravit. Hic quinto Kal. Iulii in Cracoviam veniens Iun. 28. paterna pietate plus solito exuberans, benignissimus in clerum et laycos apparuit, totum mansuetissimum eisdem in omnibus se presentans. Eodem anno tercio Ydus Septembris domnus Goslaus antiquus canonicus Cracoviensis pri- Sept. 11. mus officialis et penitenciarius domni Pauli prefati Cracoviensis episcopi obiit. Dux Kazimirus obiit[29]. Hic affabilis multum extitit, lautam mensam tenuit, hospites nuncios miro caritatis affectu suscipiens benignissime pertractavit[c], ob quam causam celebris fame preconio ab ignotis meruit insigniri. Verum[d] eciam affabilis graciosus multumque inferioribus predilectus, nam eo dominante nullus palathinus, nullus castellanus, nullus in quacumque dignitate constitutus, ullam violenciam, ullam calumpniam vel aliquam iniuriam ausus fuit inferre, nec fenum rapere nec vim aliquam irrogare. Divinum officium multum dilexit et affectuosius audiens, fecit sepius missas sanctorum sollempniter celebrari[d].

Eodem[e] anno magister Iacobus decanus Cracoviensis, scolasticus Bambergensis, cantor Wladizlaviensis, canonicus Wratizlaviensis, capellanus domni pape et regis Bohemie obiit 11. Kal. Maii. Apr. 21. Hic in Skaressov de hospitibus parentibus extitit oriundus. Hic exigui corporis, parve stature, nigro pilo quamquam extiterit, quam plurimis tamen magnitudine scientie utriusque iuris canonici et civilis, nec non candore sapiencie preminebat. Nempe in philosophie stadio decurrens eiusque nactus bravium[f], in civili iure professus quatuor annis, Bononie doctor mansit eximius decretorum. Idem sincerus zelator sacrosancte ecclesie pro eius libertate strennue militavit; de cuius milicia Wratizlaviensis ecclesia, in qua est sepultus, super suis decimis reportat commoda peroptata. Cracoviensis ecclesia quanta luce corruscat ex canonizacione sanctissimi Stanizlai, per suos immensos labores in Romana curia ut supra patet liquido impetrate, merita ipsius martiris exerunt[g] gloriosa. Ipse cultor iusticie, non arundo vento agitata, non arguciis ganniens vulpinis, non clausus adulator gesticulatorio servare favorem aut nancisci obsequio satagendo, non terrore secularium potestatum concussus, nec blandimentis seductus, semper assecla tenax normam sequencium equitatis pertinaxque zelatorum iusticie imitator, ecclesiam Dei libertatibus, privilegiis, commodis, utilitatibus per sedem apostolicam, per episcopos, per principes seculares suo suffragio, consilio salubri, exhortacione imo oportuna et importuna, favore, presidio nec non modis quibuscumque, procuravit in perpetuum gratulari. Numquam principibus contra ecclesiam aut in clerum aliquomodo persua-

a) octa *c.* b) ꝓsequt⁹ *c.* c) *in loco raso c.* d) *verba* Verum — sollempniter celebrari *in loco raso alia manus lucidiore scripsit atramento.* e) *abhinc alia manus.* f) b̃uiū *c.* g) *sic in cod.*

28) Cf. statuta synodalia ap. Montbach Statuta etc. p. 324; vid. Helcel Pomniki I, p. 360. Hube l. l. 56, cf. R. et M. Cod. dipl. Pol. II. p. 74. Markgraf Ueber die Legation des Guido etc. in Zeitschrift für Schles. Gesch. V. p. 92 ff. 29) Dlug. I, 785 hoc ad a. 1268. refert. In Gesch. Pol. I, 491 not. 9 v. 3. pro 1271. legendum est a. 1267. — R. et M. Cod. dipl. II, 1. p. 81 attulerunt diploma 1268. 19. Kal. Ian. (i. e. 14. m. Decbr.), in quo Kazimirus dux Lanciciae et Cuiaviae villam Topole, quam indebite occupavisset, Alberto decano Wladislaviensi vero heredi, „in ultima nostra voluntate“ restituit. Exstat autem in eodem codicis volumine p. 79 dipl. Zemomislyi D. gr. ducis Cuiaviae, qui filius fuit Kasimiri, a. 1268. sine die datum, in quo Wladislaviensi ecclesiae libertates contulit quam maximas, „non obstantibus privilegiis omnibus et instrumentis patris nostri et aliorum progenitorum nostrorum, sub eorum sigillis confectis, quae omnia et singula in praesentibus revocamus“. Et aliud p. 77 a. 1268. sine die et loco, in quo Boleslaus D. g. dux Poloniae ecclesiae Wladislaviensi „omnes libertates et privilegia quae illustris princeps patruus noster felicis recordacionis dominus Kazimirus et filius suus dominus dux Zemomislius frater noster — contulerunt“. Incertum igitur adhuc est, an Kazimirus a. 1267. mortuus sit.

dendo, immo pro ecclesia, clero et iusticia se multis periculis exponens, multas iniurias est perpessus. Ascendensque ex adverso se murum pro domo Dei et ecclesia Wratizlaviensi in suis decimis per Theutonicos dampnificata opposuit, in qua relaxans in Domino spiritum de carnis hergastulo, est sepultus. Qui ex testamento omnes libros suos utriusque iuris ad opus ecclesie Cracoviensis contulit et legavit. E quibus decretum et decretales capitulum eiusdem ecclesie magistro Ade, rectori scolarium eiusdem ecclesie, propter ipsius servicium dedit liberaliter, maxime propter hoc, quia idem rector[a] ipsi magistro I. viventi multa servicia demonstravit, pro quibus nulla repensa retribucionis extitit consolatus.

30 Magister[b] Gerardus[30] olim doctor scolarum dicte ecclesie, in decanum succedit[c]......... Premizl[d. 31], qui et Othacarus, rex Bohemorum cum potencia sui exercitus venit in Thorum contra Pruthenos, cupiens Martis miliciam exercere, qui propter adversitatem temporis et hyemis mansuetam temperiem, non adepto voto fraudati desiderio, expensis et laboribus inutiliter consumptis[e], dampnis rapinis et aliis iniuriis terre domni Bolezlai ducis Polonie graviter illatis, retro domum unde venerant sunt reversi. Unde idem dux cum ipso rege discordavit.

1268. Dec. 30. Anno Domini 1269. domnus cantor Cracoviensis Troianus[32] nomine grandevus et procerus, vir in omnibus mansuetus, ultra quam centenarius, qui sobolis utriusque sexus ex se generate visione mutua est gavisus, qui elemosinis et oracionibus satis fuit sedulus et intentus 3. Kal. Ianuarii est defunctus.

1268. Lestko accepit domnam Grifinam[34].

1269. incipit ordo Martirum[i].

1268. sancta Adviga[k] canonizatur[36].

1269. obiit domna Salomena regina Galicie, soror ordinis Minorum[37]. Eodem in anno bellum visum est in nubibus.

Quanquam autem cum viveret spiritus eius, utpote viri aliquando devicti[f] dyonee potentia voluptatis non predominatus extiterit sue carnis illecebris, tamen quia aliis virtutibus preminebat, qui non egit dolum in lingua sua nec proximo fecit malum, sanctus Stanizlaus maluit per eius manus benedictionem sui anuli et reliquiarum multis languoribus conferre patrocinium et medelam, ut ipsius martiris miracula manifestant. Huic dominus Wisson vir nobilis, pollens morum sciencie et probitatum multiplicium ornamento, primus Polonorum capellanus[g] domni pape succedit.

Domna Salomea[33] regina, relicta quondam Colomanni regis Hungarorum, degens multis annis sub regula sancte Clare, germana illustris principis domni
1268. Nov. 10. Bolezlai ducis Cracovie et Sandomirie 4. Idus Novembris obiit. Hec usque ad mortem in virginitate dicitur permansisse.

Iul. 21. Anno Domini 1270, 12. Kal. Augusti, fuit inaudita inundacio fluviorum, precipue Wizle, Rabe et Dunaiech. Verum quanta dampna fecerit horror est referre. Namque sua torrenti violencia in utraque parte littorum et riparum longe lateque villas agrosque miserabiliter abolevit, adeo quod humanis usibus usque ad centum annos vel amplius reddidit inutiles et inaptos[h]. Homines, iumenta ceteraque animalia in parte maxima submergendo et quicquid sua mole precipiti contingere potuit, submersit occupans violenter. Tunc serpentes et volucres habuerunt pro refugio arbores eminentes, domus quoque si

1270. obiit Boleslaus filius Bele[l] regis Hungarie[38].

a) *scribere coepit scriba* ma, *quod statim delevit.* b) *abhinc alia manus.* c) *verba* in decanum succedit *alia manu et alio atramento in loco raso scripta sunt. Quae sequebantur verba tinctura olim adhibita delevit.* d) *abhinc alia manus.* e) *ante hoc verbum scripsit scriba* ex, *sed delevit statim.* f) *sic legendum, tinctura locum delevit.* g) *vox incerta.* h) ineptos *c.* i) mrm *c.* k) *in loco raso c.* l) *in linea scriptum erat* Bolezl', *quod deletum est, et superscript.* Bele.

30) Lętowski, Katalog etc. II. p. 248. 31) a. 1267. Decbr. 11. Ottocarus adhuc Pragae, 1268. Febr. 16. illic reversus fuit, 1268. Ian. 3. in Culm Prussiae urbe. Cf. Scriptores RR. Pruss. I. p. 113. 32) In dipl. a. 1264. Maii 12. dato inter testes legitur (C. d. Pol. III. p. 87) *Troiano cantore.* Cf. Lętowski Katalog I. p. 156. 33) Mortua est a. 1268. Nov. 10. in monasterio Scala ord. S. Clarae. Cf. Baszko p. 77; Annal. Polon. I. III. IV; Dlugossus I, 784. 34) Cf. Annal. Polon. I. et IV. ad a. 1265, quos Dlugossus I. p. 774 secutus est. 36) Rectius ad a. 1267. in Annal. Pol. I. IV. 37) Cf. notam 33. ad a. 1269. Annal. cap. Cracov. 38) Annal. Pol. I. praeter nostros soli ad a. 1259: *Dux Bela filius regis Ungarie nomine Bela obiit et sepultus in Stregoniz.* Cf. Engel Geschichte Ungarns I. p. 388.

alique pre fluctus impetu poterant remanere. Nec hoc dubium, quod Omnipotens tantam plagam super faciem terre immiserit peccatis hominum exigentibus, ut graviora scelera animadversione insolita multarentur.

Domnus Stephanus[39] rex Hungarie intrat Cracoviam 6.[a] Kal. Septembris Aug. 27.
et mansit duobus diebus, tercio autem die ad propria revertitur.

1271.[b] dominus Paulus episcopus cum domno duce et eius coniuge domna ducissa discordat[40] et in quadragesima cum eisdem domnis, magistro Dersycraio preposito et Walthero canonicis Cracoviensibus viris constantibus providis et discretis meditantibus, concordavit.

Domnus[c] Premizl[41] prefatus rex Bohemorum cum valida multitudine sui exercitus Hungariam ingreditur circa pascha et ibi manendo infra mensem, civitates, castra et alias municiones plurimas in victrici dextera occupavit. Qualiter autem redierit ad propria, naciones extere hoc ignorant. Sed eo redeunte Comani de parte regis Hungarie Moraviam hostiliter intraverunt, et ibi cedibus, rapinis, incendiis, raptu familie crudeliter commissis, illesi in Hungariam redierunt. Eodem anno 3. Nonas Februarii domnus Hermannus dictus de Leodio, canonicus Cracoviensis ac rector ecclesie de Bitom, vir mansuetus humilis ac multiplici preditus bonitate, nullius vento superbie agitatus aut superlatus,

1271. obiit Bela rex Hungarie pater du- 1270. Mai. 5.
cisse Cracoviensis[42]. Eodem anno in festo sancte Marie Magdalene maxima fuit inundacio aquarum in terra Cracovie.

1273. Stephanus rex Hungarie visitavit 1270.
limina beati Stanyzlai in Cracovia[43].

1275. milites Cracovienses insurgentes contra ducem Bolezlaum mutuo se occiderunt[44].

1276. domna Grifina rediit ad ducem 1274.
Lestkonem[d.45].

1277. rex Bohemie Premislius occisus
est[46] et milites Cracovienses capti sunt. 46

1279. Boleslaus dux maioris Polonie et Boleslaus dux Cracovie obierunt[e.47].

1281. dux Lestko Cracoviensis Tharthars et Rutenos in Gozlicz devicit[48].

1282. Philippus legatus Firmatus[f] intravit Poloniam[49]. Eodem anno fames incepit que duobus annis fuit. Eodem anno Segota capitur[50].

1283. Lestko in Rovne occidit multitudinem Lituanorum[g.51].

a) *prius erat scriptum* VII, *ultimum* I *est erasum c.* b) *numerus hic alia manu et alio atramento in loco raso scriptus est.* c) *abhinc alia manus.* d) lestk' *c.* e) ob' *c.* f) *vel* Firmacus *c.* g) liuanoꝝ *c.*

39) Dlug. I, 791. septimo Kal. Sept. Engel Gesch. v. Ungarn I. p. 390. 40) De dissensionibus inter ducem atque episcopum hoc anno exortis annales nostri omnium soli quaedam retulerunt. Dlugossus I. p. 795 uberius eas narravit, sed ignoratur quo ex fonte hauserit ille. Cf. Gesch. Pol. I. p. 532. Etiam Alex. Przezdziecki comes in commentat. de Paulo episc. p. 9 nihil novi afferre potuit. 41) Cf. Palacky Geschichte von Böhmen II, 1. p. 216 sq. et Gesch. Pol. I. p. 496, quo loco addenda erunt quae de hoc bello in Silesia superiore gesto ex litteris Thomae episcopi Wratislaviensis per Stenzelium in Urkund. des Bisthums Breslau 1845. editis p. 37 patent. 42) Cf. Engel l. l. I. p. 389. et notam ad a. 1270. Annal. cap. Cracov. Bela, filius Belae IV. regis in matrimonium a. 1264. Oct. 5. duxit Cunegundim filiam Ottonis march. Brandeburg. et uxoris eius, quae soror erat Ottocari, regis Bohemiae. 43) Cf. notam ad a. 1270. Annal. capit. Cracov. 44) Haec adnotatio referenda est, ut videtur, ad nobilium seditionem a. 1273. Cf. Annal. Pol. I. et IV. ad h. a. et Gesch. Pol. I. p. 533. 45) Annal. Pol. I. et IV. ad a. 1274: *Eodem anno dux Lesco accepit iterum Griphinam, uxorem suam qua fuerat privatus.* Copiosius rem tractavit Dlugossus I. p. 794 et 805. ad a. 1271. et 1274. Annal. Pol. I. fortasse secutus. 46) Annal. Pol. I. praeter nostros soli eandem tradunt adnotationem ad a. 1278. 47) Cf. Annal. Polon. I. et IV. ad h. a. 48) Cf. Annal. Polon. I. et IV. ad a. 1280. Gesch. Pol. I. p. 536. 49) Annal. Polon. I. hanc adnotationem ad a. 1279. retulerunt, sed non recte. Philippus a. 1279. mense Iunio in Ungariam venit, cf. Engel Gesch. v. Ungarn I, 415, et eodem anno Sept. 14. concilium ecclesiae Ungaricae Budae celebravit, cuius statuta legas apud Hube l. l. p. 72. Fuit ibidem 1279. Sept. 25, cf. Grünhagen Reg. p. 73; 1279. Dec. 23. fuit in Ungaria, ut patet e Nicolai papae epistola apud Theiner Mon. Polon. I, 86. Anno 1280. Mai. 28. fuit in castro Strigoniensi, cf. R. et M. Cod. dipl. II, 2. p. 78–80 et p. 99. 100; 1281. Iul. 11. in Wladislavia, cf. Ledebur N. A. II, 221 et Theiner l. l. I. p. 88. 1282. Ian. 8. fuit in Silesia, cf. Stenzel Urkund. des Bisth. Breslau p. 70; 1282. Mart. 14. Wratislaviae, cf. R. et M. Cod. dipl. II, 2. p. 72–74; 1282. April. 2. Wratislaviae, cf. Ledebur N. A. II. p. 224; 1282. Mai. 18. Militsch, Dogiel IV. n. 39. — 1282. Iunii 10. in Wielun confirmavit Philippus genuitatem bullae papalis pro monasterio monialium in Olobok, in diplomate nondum typis vulgato; 1282. Iunii 30. fuit apud Wratislaviam, Cod. dipl. Siles. I. p. 11. 12; 1282. Iul. 6. et 7. in Heinrichow monasterio dioec. Wratislav., cf. Grünhagen Reg., Heyne Geschichte des Bisth. Breslau I. p. 900 et R. et M. Codex dipl. Pol. II, 2. p. 76. 77; 1282. Aug. 10. in Leipe, Wratisl. dioec., Stenzel Urkunden des Bisthums Breslau p. 76 sq. 50) Adnotatio haec referenda est ad litem inter Boleslaum ducem et Paulum episcopum Cracov. initam. Cf. Annales S. Crucis ad a. 1267. Cf. Gesch. Pol. I, 532 sq. 51) Copiosius Annal. Pol. I. ad a. 1282. Cf. Gesch. Pol. I. p. 537.

pompatice fastu iactancie tuberoso, piam et devotam intencionem habens erga divinum cultum in ecclesia Cracoviensi ampliandum presertim prospiciens, in eadem ecclesia altaria sanctorum Adalberti martiris et Leonardi confessoris veluti desolata et tanquam in solitudine constituta, ad que nisi in sollempnitatibus eorundem sanctorum missarum officia cantabantur, non minus sanctam Margaretham gloriosam virginem et martirem speciali veneracione prosequens, ut eiusdem altare virginis in eadem ecclesia haberetur, instituit ministros ad tria altaria in dicta ecclesia ad perpetuum, et reditus decimarum pro sustentacione eorundem ministrorum, a domno Paulo episcopo accedente ad tam pium opus gratum Deo hominibusque laudabile et acceptum, consensu Cracoviensis capituli impetravit, prout in hoc privilegio seu instrumento super eodem negocio confecto plenius continentur:

1284. Paulus episcopus Cracoviensis per ducem Lestkonem capitur[52].

1285. dux Lestko cum Quomanis[c] devicit milites Cracovienses, et Cracovia combusta est, et dux Conradus fugit[53].

1288. Tartari vastaverunt Cracoviam[54].

1289. dux Lestko obiit[55].

1290. episcopus Paulus capitur per homines ducis Henrici et Cracovia capta est[56].

1291. Henricus dux Wratizlaviensis intoxicatus est veneno et obiit[57].

In nomine Domini. Amen. Quoniam soli divinitati convenit in ullo deficere ac omnium habere memoriam, ideo condicionis humane fragilitas artificio sibi quesivit remedium, in quo vigor fabrice naturalis summi defecit opificis voluntate. Ne igitur quod agitur in tempore cum evolucione temporis memoria[a] *evanescat, assolet scripto testium et testimonio apicum perhennari. Proinde tam presens etas noverit quam futura, quod nos Paulus Dei gracia episcopus Cracoviensis piam et devotam intencionem diligentissime attendentes, quam dominus Hermannus canonicus nostre ecclesie habet erga divinum cultum, presertim in eadem ecclesia ampliandum, eius honestis peticionibus dignum consensum prebuimus et nostri tocius capituli consensu legitimo accedente nec non et eorum precibus suffragantibus ad officiandum et divina celebrandum ad tria altaria in ecclesia Cracoviensi memorata, videlicet sanctorum Adalberti martiris, Leonardi confessoris nec non beate Margarethe, quod idem canonicus instituit*[b] *suis rebus in dicte ecclesie camera, que capitulum nuncupatur, cum hactenus ibi non esset. Quod eciam movens hoc negocium causa extitit principalis, decimas nostras in Kalina, que vocatur Troianovich, Zelenino ibidem prope sito, Chocheea et in Replin integre et absque ulla diminucione, de nostra mensa duximus conferendas et distributas per ipsum domnum Hermannum pro suo arbitrio ad altaria supradicta ministris altarium eorundem, pro voluntate ipsius canonici quamdiu vixerit instituendis, qui erunt pro tempore in perpetuum percipiendas. Ipse vero sepedictus canonicus de bonis sibi a Deo concessis quasi gracias Deo agens et nobis pro eo quod adeptus videtur quod optavit proprio suo motu sincera devocione informato episcopalem mensam quasi reddere indempnem cupiens in hac parte providit ut predia acquirerentur et compararentur ipsi mense perpetuo incorporanda. Et quia caute prospexit quod hoc ipsum utiliter et efficaciter vix aut numquam per eum poterat peragi, nobis ad hoc exsequendum centum marcas argenti liberaliter obtulit et persolvit. Ad quod negocium nos easdam marcas integre recipientes fatemur ipsi canonico, immo ecclesie nostre, nos esse obligatos et teneri optato effectui mancipandum. Disposicio autem et institucio ministrorum ad altaria supradicta post tempus dicti canonici ad capitulum memoratum semper, non ad episcopum pertinebit. Et quia hoc negocium propter ampliandum cultum*

a) *de vocibus* temporis memoria *aliquae litterae iam non exstant, foramen enim in pergameno factum est.* b) instit *c.* c) qmanis *c.*

52) Annal. Pol. I. ad a. 1283. Cf. Gesch. Pol. I. p. 537. 53) Cf. Gesch. Pol. I, 541, quo loco addendum est, quod Annal. Pol. I. ad a 1285. diem pugnae tradunt diem S. Stephani protomartyris. Hic dies celebrabatur 26. Dec. Quum autem Chron. Polon. apud Stenzel SS. I. p. 22. scripserit, mense Augusto pugnatum esse inter Conradum et Lesconem duces, Annal. Pol. I. autor fortasse in sensu habuit diem inventionis S. Stephani protomartyris, qui celebrabatur die 3. Aug. 54) Cf. Annal. Pol. I. III. ad a. 1287. 55) Cf. Annal. Pol. I. ad a. 1288. Gesch. Pol. I. p. 542. 56) Cf. Annal. Pol. I. ad a. 1289. 57) Cf. Annal. Pol. I. ad a. 1290. et Gesch. Pol. I. p. 546. Testamentum Henrici ducis typis nunc vulgatum est a Stenzelio Urkunden des Bisth. Breslau p. 252.

Dei ad eadem altaria non minorandum est feliciter consummatum, presenti decreto de prefati nostri capituli voluntate inhibemus, ne iidem ministri, vicariis aliorum dominorum in eadem ecclesia aut alias seu beneficiis aliis occupentur, ne taliter occupati sua derelinquant altaria desolata, ad que officianda sunt maxime instituti. Ad maiorem autem evidenciam omnium premissorum presentem paginam munimine sigillorum nostri et prefati capituli dignum statuimus muniendam. Actum etc.

O generosa claredo prosapie luculenta, que gloria alti sanguinis attolleris et tanquam fecunda vitis in propagines palmitum gestis in collecta multitudine generis cui totum te rebus corpore et anima credis et concupiscis toto conamine propagari.

Anno[a] incarnationis domini nostri Iesu Christi 1312. cives Cracovienses[58] rabie furoris 58 Germanici perusti, fraudis amici, pacisque palleati[b] hostes et oculti, domno Wladyzlao duci Cracovie, Sandomirie ac domino tocius regni Polonie, quemadmodum Iudas Iesu osculum prebentes, vice iuramenti prestantes cautelam, deposito[c] Dei timore contradixerunt et Bolezlaum ducem Opoliensem induxerunt. Qui tandem cum dicto Wladizlao[d] Loketcone concordavit illatisque quam plurimis dampnis civibus, captivato advocato Alberto omnis iniquitatis principio, de civitate recessit et ad propria remeavit. Ecce immediate illustrissimus princeps Wladizlaus civitatem predictam subintrans denuo civium aliquos captivavit, carcerali custodie reclusit. Hos captivatos seviter per totam civitatem equis traxit, tractosque patibulo extra civitatem miserabiliter suspendit, ibidemque funera tamdiu pendere fecit, quoadusque nervi putrefacti ossium compaginem[e] dissolverunt. Eodemque anno castrum in civitate destructa domo prefati advocati construxit et turrim in valva ducente ad Sanctum Nicholaum edificavit.

Sub[f] anno Domini 1331.[g] rex Wladislaus dictus Loketko dominus Cracovie et tocius Sept. 27. Polonie regni per temerarios fratres et rabidos, fratres Thorunenses cruciferos, invasus temere contra Deum et iusticiam terram suam occupare volentes, naciones septem exteras contra eundem Wladislaum regem congregatas, conantes exterminare ydyoma Polonicum, inierunt congressum[59] contra eundem animo pertinaci, valida manu brachio extento circa Brescum[h] habuerunt feria sexta in die sancti Stanislai conflictum, a quibus ceciderunt divina potencia annuente sancti Stanislai presidio, quadraginta milia, certo numero sunt computati, et devicti a paucis hominibus videlicet a Cracovitis et Polonis nec non Sandomiritis, qui eciam per opitulamen[i] beati Adalberti sunt adiuti et ex eorum primitiva audacia qua fulti fuerunt et functi usque ad filium suum dictum [regem[k] Kazimirum, quia[l] post mortem patris sui coronatus[m] cum decore suo] (et infinitos[n] nobiles viros de nobili stemathe captivavit.)

a) *abhinc alia manus. Totus locus tinctura olim adhibita valde est deletus.* b) *vox valde incerta c.* c) *vox incerta c.* d) *dubia vox c.* e) *vox incerta c.* f) *abhinc alia manus.* g) *post numerum foramen exstat parvum in charta.* h) Bresc℣ *c.* i) *prius* opitamen, *quod delevit statim scriba.* k) *voces* regem — decore suo *alia posteriori manu adiecta sunt.* l) *sic videtur.* m) coronatunillo3 *c.* n) *verba* et infinitos — captivavit *alia manu (tertia), posteriori quidem adiecta sunt.*

58) Cf. Caro Gesch. Pol. p. 56. sq. Effugit eum Iohannem episcopum Cracov. non solum captivitatem verum etiam exilium tolerasse. Iam Starovolscius in libro: Vitae antistitum Cracov. Cracoviae 1658. p. 75 sq. tradiderat Iohannem captivitatem evadentem longo tempore in Silesia et Bohemia exilii angustias sustinuisse. Starovolscii auctoritas quidem non sufficit, sed hac de re melius erat instructus. Nam de exilio episcopi, quod, Starovolscio excepto, Polonorum historici a Dlugosso usque ad Caro omnes fere ignorant, dubitari non potest, quum in diplomate a. 1325. primum in Wagneri Analect. Scepusiens. Cassoviae 1774—1778. T. III. p. 28, tum in Fejer Cod. dipl. Hung. VIII, 2. p. 638. edito, Yronius plebanus Sandomiriensis, qui a. 1325. Mai. 30. Nankeri episcop. Cracov. procuratorium acceperat (cf. Wagner l. l. p. 27), retulerit, Thomam archiepiscopum Strigoniensem domino Iohanne episcopo Cracov. in exilio constituto auctoritate propria iurisdictionem episcopalem supra districtus ecclesiae Cracoviensis Podolin sibi arrogasse. Praeterea exstant litterae in Cod. dipl. Siles. T. V. p. 220, quibus Iohannes episcopus Cracov. Gentili, cardinali presbytero atque apostolicae sedis per Ungariam et Poloniam legato, ipse de captivitate et exilio retulit. Quo autem tempore quibusque de causis episcopus captus sit et captivitatem evadens in exilium iverit, quaestiones sunt, de quibus disputare huius loci non est. Secundum Annales Miechov. infra dandos rediit ad sedem suam Iohannes anno 1317. 59) De proelio inter ordinem Polonosque cf. Voigt Gesch. Preuss. IV. p. 494. et Scriptores rer. Prussic. I. p. 282. II. p. 6. 482.

CATALOGUS EPISCOPORUM CRACOVIENSIUM.

Adiungimus Annalibus catalogum episcoporum Cracoviensium, in codicis, ut supra iam monuimus, ultimo folio exaratum. Prima manus saeculi XIII. medii seriem usque ad Prandotam contexuit, et quum successorem eius Paulum, anno 1267. inthronisatum, iam alia manus adnotaverit, elucet, primam partem ante hunc confectum esse annum.

Hec sunt nomina pontificum Cracoviensium.

Prohorius. Proculphus. Poppo. Gompo. Rachelinus. Aaron archiepiscopus quintus. Sula cognominatus Lambertus. Beatus Stanyzlaus martir. Item Lambertus. Balduinus. Maurus. Radost. Robertus. Matheus. Gedco. Fulco. Wincencius. Ivo. Wizlaus. Prandota, sub quo dictus beatus Stanyzlaus episcopus et martir gloriosus canonizatur et cathalogo sanctorum ascribitur. Paulus [a]. Procoppius [a]. Iohannes dictus Muschata [b]. Nankerus. Iohannes [a] Grodonis. Petrus dictus Syrzicz 26. Bodzatha [a] episcopus obiit. Florianus [a] episcopus Cracoviensis. Zavissius [a] episcopus Cracoviensis. Iohannes [a] Radliza episcopus Cracoviensis 30 [c]. Petrus [a] episcopus Cracoviensis et doctor utriusque iuris, pius pater, 31 [c]. Albertus [a] Iastrzambecz de Lubnicza 32. Sbigneus Iohanis de Oleschnicz 33. Thomas [a] de Strzampnio, doctor, 34. Iacobus [a] de Szemio, de domo Dambno. Iohannes Gruszinsky de domo Rosze. Iohannes Lutkonis de Brzesze, utriusque iuris doctor de domo Dolura. Iohannes [a] Rzeschowszky de domo Polukcze.

a) *abhinc alia manus.* b) dict. M. *ead. manu suprascript.* c) *numeri* 30. 31. *sunt a scriba exarati, qui Albertum et Sbigneum annotavit.*

ANNALES POLONORUM
I. II. III. IV.

Annales, quos in quatuor formis nobis servaverunt codices, arctissime cum ceteris annalibus, in praefatione generali commemoratis, cohaerent, quum Cracoviae scriptos et ex antiquo fonte haustos esse sit statuendum. Quae autem forma antiquior sit, non constat, praesertim quum codices non ante annum 1340 scripti ad nos venerint, immo vero eorum maior pars demum saeculo decimo quinto exarata sit. Iam supra monuimus magis accedere annales nostros ad annales Cracovienses compilatos, tamen ex iis non sunt derivati, quia, ut perspectu facile est, longiores illis sunt, permultisque de rebus tractant, quas frustra ibi quaeres. Sic, ut pauca tantum tangam, continent nomina quinque primorum episcoporum Cracoviensium, et initia Polonici regni usque ad a. 965. Usque ad a. 1325 prima eorum pars pertinere videtur, nam continuationem rerum gestarum fusior enarratio arguit, et codex 4, in quo annalibus ad hunc annum productis tantum nota anni 1378 additur. Inter hos autem est haec affinitas, quod cod. 2 servat annales, qui in codd. 3 et 3a iterum cum relatione codicum 1 et 1a fere ubivis coniuncti leguntur; codex 4 autem quam maxime et ad I et ad III accedit. In III initio annales servati sunt, quibus et Vincentius Kadłubek, Dzirswa et Boguphalus usi sunt, nam exscriptos eos esse ex Vincentii chronico negandum est, quum annorum numeri apud hunc non inveniantur, et auctor Boguphali chronici ipse fateatur sibi praesto fuisse annales Polonorum historiae (cf. ad a. 913). Dzirswa autem ille, quem dicimus, fortasse id egit, ut et annales et Vincentii chronicon in usum suum verteret, nam saepius apud eum post narrationes ex Vincentio desumptas leguntur verba, de his quaeras in annalibus. *Quum autem nondum disquisitio critica de omnibus Poloniae chronicorum scriptoribus antiquis sit instituta, nobisque etiam defuerint auxilia necessaria, non possumus, quin proferamus magis coniecturas quam certas sententias. Id sufficit adnotare, annales nostros certe in multis partibus servasse antiquas relationes. Cracoviae in suam formam omnes esse redactos elucet.*

Ad singulos codices transeamus.

I. 1) *Codex Warsaviensis bibliothecae comitum Zamoisciorum, membranaceus saec. XIV, sine dubie anno 1340 vel 1341 scriptus, quum annales nostri ad a. 1340 uno tenore scripti sint et in pluribus codicis locis vacuis relictis notae historicae offendantur, quae variis manibus exaratae ab anno 1341 inde usque ad a. 1476 res gestas enarrant. Annales nostri inveniuntur in fol. 74*

usque in fol. 89′. *Dlugossus manu sua adiecit multas notas marginales, quas omnes ab huius operis fine alienas, dare omisimus. Descripserunt iam codicem, aeque ac sequentem* 1a, *editores Chronicarum Polonorum, supra SS. T. IX. p.* 421 *et* 422, *quorum verba hic repetere in animo non est. Arndtius Warsaviae annales contulit.*

1a) *Ex uno eodemque fonte ac codex* 1 *fluxit codex Pulaviensis principum Czartorysciorum, ex quo descriptos annales nobis misit cl. v. Augustus Bielowski, Leopoliensis.*

Notandum annales vindicatos fuisse a viris doctis Polonicis, Thratkae vel Thraskae cuidam, quum in fine utriusque codicis, enarrato bello regis Kazimiri contra Ruthenos, haec verba legantur: Thratka (1a. Thraska) eciam fuit ibidem; *sed quomodo haec prodant annalium auctorem, nescimus*[1].

II. 2) *codex archivi regii Regiomontani* B. 28, *ubi annales tria explent folia ultima. Continet codex inter alia etiam translationem Wigandi de Marburg, iussu Iohannis Dlugossi a clerico quodam post annum* 1464 *institutam, hoc enim anno Dlugossus Thoruniae, ubi codex scriptus est, una cum ceteris legatis de pace inter ordinem Theutonicorum fratrum et Polonorum regem tractantes, versatus est (cf. SS. rer. Pruss. I,* 665. *II,* 439.*), et ut ex suo more semper historiae fontes investigabat, incidit etiam in Wigandi chronicon, idque ad usum suum aptum fieri curavit. Sed scriba sive translator hoc non contentus, diligentia sua effecit, ut plura in unum colligeret opera historica iisque demum adiungeret annales praedictos. Certe hos anno* 1466 *vel paulo post descripsit, quum ad relationem a.* 1312 *(immo* 1269*) de inundatione Wislae fluvii tractantem verba adderet:* Similiter anno 1466 ante Thorun valde. *Annorum numeri initio bene concordantes, post a.* 1162 *tantum abscedunt a iustis, ut, si non felici sorte nobis contigisset codices Petropolitanos in certamen vocare, nullum fere fructum ex codice illo cepissemus. Codice Berolinum misso uti licuit.*

III. Huius classis duo adhuc servantur codices in celeberrima bibliotheca imperiali Petropolitana, ubi Arndtius eos mense Octobri exscripsit. Sunt autem hi:

3) *Codex chartaceus saec. XV, forma octava, signatus* λ. Q. OTΔ. IV. N. 98. *Continet a p.* 1 *usque ad p.* 96 *Chronicon Dzirswae, solusque est qui nomen huius chronographi praebeat. A p.* 96′ *usque ad p.* 126 *Annales leguntur, quos sequuntur p.* 127 *et* 128 *Notae Lublinenses. Scriptura nitida claraque scriptus est, margines in superiori parte temporis iniuria detrimentum passi sunt, ita ut verba quaedam deleta sint, quae tamen partim coniectura partim aliarum classium codicum ope supplere possumus.*

3a) *Codex eiusdem bibliothecae signatus* λ. F. OTΔ. IV. N. 19, *chartaceus saec. XV, in fol., similiter Dzirswae chronicon, Annales, Vincentium et Boguphalum eiusque continuatorem archidiaconum Gneznensem exhibet. Annales variis manibus exarati sunt, prima manus scripsit usque ad a.* 1061, *secunda usque ad a.* 1106, *tertia usque ad a.* 1203. *Relatio de Vincentio Kadłubkone anno* 1208 *addita quarta manu exarata est. Leguntur autem hi annales foll.* 27. 28. 29. *Quum autem inter codicis* 3 *et huius textum saepius quaedam verborum discrepantia existat, talibus in locis diversitatem lectionum non in notas criticas reiiciendam putavimus, sed duabus columnis coniunctim proferendam.*

1) Nominis forma *Trestka* pluries invenitur; in diplomate ap. Stronzynski p. 12, m. Maio a. 1456. inter testes nominatur Andreas Trestka de Bzena. Michael Trestka a. 1410. Nov. 19. episcopus Kioviensis a papa confirmatus est; cf. Raynaldi Ann. ad h. a. Eundem commemorant Annales Mechovienses ad a. 1404.

IV. 4) *Iam anno* 1749 *vir beatae memoriae Lengnich Gedanensis sub titulo:* Vincentius Kadlubko et Martinus Gallus scriptores historiae Polonae vetustissimi cum duobus anonymis ex ms. bibliothecae episcopalis Heilsbergensis editi, Gedani 1749. *plures quam maximi pretii fontes ad historiam Polonicam spectantes edidit. Codex qui anno* 1824 *viro clarissimo Bandtkie pro nova Martini Galli editione instituenda ad manum fuerat, evanuit, nec nostris nec aliorum virorum doctorum communibus laboribus detegi poterat. Iuvat igitur descriptionem illius a Bandtkie datam iterum proponere. Sic enim in laudatae editionis p. XI legitur: „Codex Heilsbergensis in papyro satis nitide scriptus multis vacuis spatiis inter omnia fere capita relictis, et tam ad pingendas haud dubie litteras eorum initiales, quam ad glossas vel adnotationes adiiciendas paratis, totus complectitur* 279 *paginas, ex utroque latere manu recentiori numeris Arabicis appositis signatas, quae sistunt contextum in duabus columnis unicuique paginae inscriptum. Litteras initiales ubique locorum praeposuit recentior manus capitibus. Prima solum littera initialis O, nempe in voce* Ortum *operis Dzirswae praecedentis Martini Galli chronicon, adspicitur aurata, quadrato caeruleo, totam columnam implenti inarata. Primae quoque paginae pars imo in margine praefert annum, auratis litteris minoribus exhibitum, quo codex hicce scriptus esse videtur:* Liber magnifici domni Petri de Schamotuli castellani et capitanei Poznaniensis 1471. — *Praemittuntur codici dissertatiuncula Thad. Czackii, idiomate Polonico de eius contextu composita et ab eo propria manu anno* 1798 *subscripta, atque iterum brevior descriptio eorum, quae in codice hoc continentur, facta, ni fallor, a Ioanne Dan. Ianocio, cuius redolet stylum, forsan iussu vel Ios. Andr. Zaluscii, vel Stanislai Augusti regis, quo curante codex quoque recenti ligatura compactus est, ut indicant arma regni et regis in priori parte, ac sequens inscriptio in extrema ligaturae parte auratis litteris impressa:* STANISLAUS AUGUSTUS | REX POLONIARUM | SAECULORUM POSTERITATI | VINDICAT | .“ — *Legebatur autem in codice primo loco Dzirswae chronicon, quod excipiebant Annales, praemissis quibusdam de Vincentio Kadłubek verbis. Scriba ad annales transiens scripsit haec:* Nunc quoque veniam ad annales historias carptim succincteque atque breviter conscribendas in quibus ita exordior: Anno Domini 899 Arnolphus *etc. Textus Annalium a Legnichio fidelissime datus est, ita ut paucis tantum in locis ope aliorum codicum fuerit corrigendus. Annales excipiunt Chronicae Polonorum et Anonymus, de quo apud Legnichium ultimo loco posito adnotamus, eum in usum suum Annalium I et III continuationes vertisse, nec opus erat ad eum refugere, quum codices* 1. 1a *et* 3 *sufficere viderentur ad textum constituendum.*

Ex codicibus 3 *et* 3a *primam Annalium partem usque ad a.* 1023 *iam ediderat v. d. Augustus Bielowski in appendice libri sui „Wstęp krytyczny do dziejów Polski, we Lwowie* 1850, *iisque adiunxit ex codice* 2 *partes respondentes. — Nos primi damus integros annales, mendis purgatos, chronologia ubivis in margine adnotata, sed commentario fere nullo gravatos, quum quae sint cognitione digna ex uberiore Annalium capituli Cracoviensis commentariis ubivis intelligi possint.*

I. II.

899. Arnulphus fuit ultimus imperator post Karolum Magnum, et hic a pediculis fuit consumptus, nec aliquo medicamine poterat preservari. Ludowicus filius eius non venit ad imperium.

905. Ludovicus rex Francie imperavit Romanis sex annis. Sub cuius tempore Itali ceperunt imperare.

907. Franci noluerunt Romanis prestare subsidium contra quosdam[a] Longowardos, qui rebelles erant et multam iniuriam fecerunt. Et ob hanc causam tempore Lodowici divisum est imperium, una pars Ytalicis, alia Alamanis imperavit.

908. Berangarius primus in Ytalia imperavit quatuor annis.

909. Conradus Teutonus imperavit septem annis in Alamania.

911. Wilhelmus dux Burgundie fundavit claustrum.

913. Berangarius secundus imperavit in Ytalia novem annis.

915. Semomislaus quartus post Lisekonem sequitur in regnum Polonie, qui ambo nobiles in ingenio et robusti viribus, fortunati in multis virtutum generibus multos preibant reges.

920. Semomislaus genuit Mischo cecum, qui inter Polonorum reges primus baptismatis sacramentum suscepit. Miscko interpretatur tristicia, per eius quidem cecitatem parentibus suis magne tristitie sunt exorte.

926. Hinricus imperavit Alamanis 8 annis.

927. Spitigneus dux Bohemie hoc tempore suo ducatum suscepit et obiit absque herede.

930. Wratislaus germanus eius suscepit ducatum. Wentzeslaus coronam martirii a fratre suo suscepit. Et post triennium apparuit Hinrico regi Danorum in sompnis, significans eidem quoniam absque herede esset moriturus et in honore eius monasterium faceret edificare. Expergefactus rex miratur de visione ista et ab episcopis suis sciscitatur de sanctitate Wentzeslay; qui dicunt eum fuisse ducem Bohemie et a fratre suo occisum. In cuius honore in Ryvalia construxit monasterium Cistarciensium et multis ditavit donis. Post hec idem Hinricus occiditur a fratre suo. Wentzeslaus martirizatur filius Wratislay.

a) quos 2. a*) *deest hic titulus* 3a. b) Arnolphus 3a. *Pro littera initiali in* 3 *locus vacuus relictus est.* c) impator 3. d) *in* 3a *sequuntur sententiae hoc modo:* hunc Arnolphum — adiuvari. Huius — pervenit. e) *addit* 3a: imperii. f) *addit* 3a: medicinali. g) 904. 3a. h) sex 3a. i) exempto 3a. k) *deest* 3. l) eis *addit* 3a. m) Alemoniam 3. n) *addit* 3a: usque ad Ottonem I, qui cepit utrobique regnare. o) *deest* 3a. p) Alemanis 3. q) *deest* 3a. r) *addit* 3a: Clunacense. s) *deest* 3a. t) Zemomislius 3a. u) Leskone 3. v) *post hanc vocem sequuntur in* 3 *numeri:* DCCCCXIIII. w) rediere 3. x) antecessit 3; antecesserit 3a. y) Zemomil 3. z) Mescho 3a. *) est inturbacio 3. 3a. a) *addit* 3a: vel mistice, quia ab ipso iniciata videntur belli spiritualis aput nos Polonos seminaria, per ipsum enim inseminatum est bellum bonum ut rumperetur pax mala. b) DCCCC. 3. c) Alemonia 3.

III.

Incipit registrum annualium Polonorum ab anno Domini 899.[a*]

Arnulphus[b] fuit ultimus imperator[c] quantum ad posteritatem Magni Caroli[d]. Huius filius Lodwicus ad coronam[e] non pervenit.

901. hunc Arnulphum pediculi devoraverunt, nec aliqua arte[f] poterat adiuvari.

IV.

Anno Domini 899. Arnolphus fuit ultimus imperator quantum ad posteritatem Magni Caroli. Hunc Arnolphum pediculi devoraverunt, nec vel balneis vel medicamentorum generibus poterat adiuvari, quin a pediculis consumeretur.

902.[g] Lodwicus rex Francie imperat Romanis septem[h] annis. Huius enim tempore inceperunt Italici regnare, excepto[i] namque imperio[k] a Francis fertur ad Italicos secundum sentenciam Romanorum, quia Francigene non adiuvabant Romam contra Longobardos rebellantes et multas[l] iniurias inferentes, propter quam causam tempore istius Lodwici dividi incepit imperium. Quidam enim in Italia et quidam per Alemaniam[m] imperabant[n].

908. Berengarius primus in Italia regnat annis quatuor.

909.[o] Conradus Alemanus[p] imperavit annis septem in Alemania.

910.[q] Wilhelmus princeps Burgundie monasterium[r] fundavit.

912. Berengarius secundus in Italia imperat annis novem.

913.[s, 2] Semomislaus[t] Lestkoni[u] quarto succedit in regno Polonie[v], quorum utrumque animi generositas, robur corporis, felices ad omnia successus adeo reddidere[w] insignes, ut omnium pene regum virtutes suis antecesserint[x] virtutibus. De Zemomisl[y] famosus ille Mesko[z] cecus nascitur, qui primus rex Polonorum graciam baptismi suscepit. Mesko[z] vero dictus est, id est turbacio[*], quia ceco nato parentibus turbacio orta est[a].

Anno Domini 913. Zemomislaus Lestkoni quarto succedit in regno Polonie. De Zemomislao famosus ille Mieszko cecus nascitur, qui primus rex Polonorum graciam baptismi suscepit. Miezko vero dictus est, id est[s] turbacio, quia ceco nato parentibus turbacio exorta est. Vinc. p. 45. 46

920.[b] Henricus imperat in Alemania[c] 18 annis. Huius tempore Sbignevus[d] dux Bohemorum iuste et religiose principatur, qui moriens sine prole Wenczeslaum[e] fratrem suum reliquit ducem.

923.[f] iste Wenczeslaus a fratre suo martirii[g] coronam adeptus est[h]. Hic post trecentos annos passionis sue regi Dacorum Henrico quiescenti per visum apparuit, eique, quod suo[i] genere mortis deberet mori, revelavit, precipiens[k] sibi ut in honore[l] ipsius, qui Wenczeslaus vocabatur, monasterium construeret. Qui rex a sompno surgens stupefactus de visione, cepit de sancto Wenczeslao de quo nunquam ante audierat, episcopos[m] inquirere[n], et certificatus quod fuisset princeps Bohemie et a fratre occisus, cepit ad eius honorem in Rivalia[o] monasterium magnarum opum ordinis Cisterciensis[p] exstruere, et tandem a fratre suo interemptus est[2*].

929.[q] sanctus Wenczeslaus martirizatur filius[r] Wratislai ducis Bohemie[q].

d) Sptitigneus 3a. e) Wratislaum 3. f) *deest* 3a. g) *restat tantum propter marginem abscisum littera* m 3. h) *sequitur in* 3 *numerus*: DCCCCXXIIII. i) sine 3. k) princeps 3. l) honorem 3a. m) episcopus 3. n) requirere 3a. o) Ryvallia 3a. p) Cistriciensis 3. q) 929. - Boh. *des.* 3a. r) *prius* filiū, *radendo mutatum in* filiu 3. s) item 4.

2) Cf. Boguphali chron. apud Sommersberg SS. r. Sil. II, 24: *Zemomisl vero anno Domini* 913, *prout annales Polonorum narrant historie, patri suo Lesthkoni quarto in regno Polonie successit et Meskam filium suum predictum procreavit.* 2*) Cf. Petrum de Dusburg, SS. RR. Pruss. I. p. 200.

II.

931. Mesko dux Polonorum mirabiliter illuminatur, qui quamvis virtuosus fuerit, nichilominus infectus fuit certis criminibus. Nam singulis noctibus cum[f] septem meretricibus concubuit. Post[g] hec duxit honestam dominam beatam Dambrovcam[h] de Bohemia, dimissisque meretricibus ex eius inductione de paganismo intrat gremium christianitatis.

941. Berengarius coronatur in Ytalia et a rege Ottone Almanorum captivatur.

944. Meskoni felix Dambrovca[i] noluit reddere debitum, donec Poloni generaliter suscepissent fidem christianam. Cognovit quidem quod fidei diversitas esset impeditiva[k] coniugii. Et[l] sic Miskonis cecitas que originem habuit ex carencia veri luminis, que durabat septem annis, verum tamen in fine[m] septimi anni illuminatur. Unde nobis datur lumen septiformis gracie. Nam quemadmodum ipse a septem mulieribus male detinebatur, sic nos a septem criminalibus. Tandem ipse uni copulatur, sic et nos unimur fidei unitati.

955. Otto primus coronatur Rome a papa in regem Romanorum.

957. Wentzeslaus dux Bohemorum occiditur a fratre suo. Hic[n] Wentzeslaus tante fuit simplicitatis, quod cum unico famulo in nocte et de silva in humeris suis ligna baiulabat ad hostium cuiusdam paupercule. Nocte eciam quadam fodit agrum, seminans et eciam metens et triturans, de quo fecit panem pro hostiis consecrandis in divinum usum.

963.[o] Lotharius imperavit duobus annis, cuius tempore sol factus fuit rubeus et sanguis.

964.[p] Rome fuit concilium vel synodus magnus, in quo papa Benedictus depositus est.

965. Dambrovca[q] venit ad Misckonem. Miscko[r] cum Polonis baptizatur.

I.

Incipiunt annales a primo christiano duce Meschone Polonorum[a] et uxore sua famosa nomine Dobrawca christiana.

Anno Domini 965. excellentissimus dux Mescho accepit Dobrovcam[b] sibi in uxorem, christianam videlicet de Bohemia, qui ambo christiani fidelissimi in Polonia efficiuntur et omnes Poloni baptizantur, ecclesie et claustra, episcopatus, prepositure alique per ipsos, que[c] tunc fieri poterant construuntur[d] et dotantur. Qui vero[e] Mescho 7 annis a nativi-

a) d. M. duce P. 1a. b) *addit* 1a. *supra lineam:* ducissam Bohemie sororem sancti Wenceslai. c) qui 1a. d) constituuntur 1a. e) *deest* 1a. f) *deest* 2. g) *in margine cod.:* 936. h) dambrocam 2. i) dambroca 2. k) impeditia 2. l) *in margine:* 950. m) *in margine:* 954. n) *in margine:* 959. o) 943. 2. p) 944. 2. q) dambroca 2. r) *in margine:* 966. s) Mescho 3a. t) Zemomislii 3a. u) illustratur 3. v) virare 3. w) Dabrowkam 3a. x) vites 3. y) *sequitur in* 3a *hoc:* 938. Lotarius imparat duobus annis; huius tempore factus est sol

III.

931. Mesko[s] princeps Polonie, filius Zemomislai[t], cecus gignitur et septem annis cecus educatur. Tandem miraculose illuminatur[u]. Qui licet multum famosus esset et magne industrie, vicio tamen non caruit, nam septem pelicum scortis, quas coniuges nuncumpabat, nocturnas variare[v] vices consueverat. Hiis tandem repudiatis de Bohemia quandam, Dobrowcam[w] nomine, matrimonio copulat, cuius felici consorcio glacies infidelitatis dissolvitur et nostrorum labrusca gentilium in vere vitis[x] palmites transmigrat[y].

IV.

Iste Mieszko licet famosus esset et magne industrie, vicio tamen eminuit. Nam septem pellicum scortis, quas coniuges nuncupabat, nocturnas variare vices consueverat. His tandem repudiatis, quandam Dambrowcam nomine, filiam ducis Bohemie, matrimonio copulat, cuius felici consortio glacies infidelitatis dissolvitur et nostrorum labrusca gentilium in vere vitis palmites transmigravit. Vinc. p. 45.

940. Berengarius coronatur in Italia. Hunc capit Otto I. ex Alimania.

942.[z] Meskoni[*] siquidem felix[a] Dubrowka[b] non prius nubere voluit, quam universum regnum Polonie cum ipso rege christiane professionis caracterem suscepisset[c]. Didicerat namque quod dispar cultus unum erat inpeditionum[d] matrimonii[e]. Sic igitur Meskonis[f] cecitas nostre cecitatis fuit privacio, quos veri luminis orbaverat[g] carencia.

Mieszkoni siquidem felix Dambrowka non prius nubere voluit, quam universum Polonie regnum cum ipso rege christiane professionis caracterem suscepisset. Didicerat namque quod dispar cultus coniugum erat impedicius matrimonium. Sic igitur Mieszkonis cecitas cecitatis nostre fuit privacio, quos veri luminis orbaverat carencia. Vinc. p. 45. 36.

Quid enim aliud illius cecitatis septennium, quam nostre insipientie, nostri erroris universitatem designat, in septennario nempe numero universitas figuratur[h]. Ille igitur septem annis infancie[i], nos universo nostre obstinacionis tempore caligaveramus. Illi in finem anni septimi visus restituitur, nobis in quos[k] seculi fines devenerunt, septiformis gracie lux oritur. Ille septem pelicibus detinetur, nos generalibus septem viciis maritamur. Ille tandem unicę copulatur et nos unius ecclesie amplexibus federamur.

955.[l] Otto primus coronatur Rome per papam ad imperium Romanorum.

956.[m] sanctus Wenceslaus[n] dux Bohemie occiditur a germano suo Boleslao. Idem[o] sanctus Wenceslaus[n] licet esset princeps, tante tamen fuit humilitatis quod cum uno clientulo[p] clam de nocte ad propriam silvam ibat et propriis humeris ligna[q] deferens ante fores viduarum et pauperum deponebat. Item de[r] nocte agrum fodiebat et seminabat et metebat et tritulabat et hostias pro divino faciebat. Similiter et de vino faciebat[r].

963.[s] Lotarius imperat duobus annis. Huius tempore factus est sol sicut sanguis.

964. Rome synodus magna celebratur et papa Benedictus deponitur.

Codex 3a.

966. Mescho dux cum Polonis sacrum baptisma consecuntur.

Codex 3.

965. excellentissimus dux Mesco accepit Dubrowcam sibi in uxorem, videlicet de Bohemia, qui ambo christiani fidelissimi in Polonia efficiuntur et omnes Poloni baptisantur, ecclesie et claustra, episcopatus, prepositure alique per tempus qúe tunc

Anno Domini 967. Boleslaus Magnus, qui Chabri dicitur, natus est. Iste Bohemos et Ungaros edomuit et in flumine Salawa metis ferreis fines Polonie terminavit. Sed prius, anno videlicet Domini 965, Dambrowka ad Mieszkonem venit; tunc ecclesie et claustra, episcopatus, prepositure et alia beneficia, que tunc per ipsos fieri poterant, construuntur

sicut sanguis. z) *deest* 3a. *) Meschoni 3a. a) *deest* 3a. b) Danbrowka 3a. c) suscepissent 3. 3a. d) inpeditivorum 3. 3a. e) virii 3. f) Meschonis 3a. g) urbaverat 3. h) in septennario — figuratur *desunt* 3. i) in facie 3. k) iniquos 3. l) 956. 3a. m) *deest* 3a. n) Venczeslaus 3a. o) Item 3. 3a. p) clientelo 3. q) lingna 3. r) Item de — faciebant *desunt in* 3a, *qui codex ita pergit:* Cetera patent in ipsius sancti legenda. s) *totus hic annus deest in 3a. vide supra notam criticam ad a.* 931.

I.

tate cecus fuit, ut in cronicis premissis habetur.

967.[a] Bolezlavus Magnus, qui Chrabri[b] dicitur, natus est. Iste Bohemos et Ungaros subiugavit et Saxones edomuit, et in flumine Solave meta ferrea fines Polonie terminavit. Iste sanctum Adalbertum honorifice suscepit et in Gnezdnam[c] collocavit.

970. Prohortus primus episcopus Cracovie ordinatur.

974. ecclesia Pragensis[3] primo cepit habere episcopum Dethmarum nomine, ex ammonicione Dobravce[d].

983. Iun. 29. 982.[e] sanctus Adalbertus consecratur in episcopum Pragensem. Postea revelante Deo Pannoniam rediens, veniens primum regem Ungarorum sanctum Stephanum cum multis aliis baptisavit. Demum per Poloniam transiens et eosdem in fide confirmans, in Prussiam[f] veniens ibidem predicando fidem, mar-
997. tirio coronatur.

986. Proculfus in episcopum Cracovie assumitur secundus.

995. Lampertus episcopus Cracovie efficitur tercius.

II.

967. Boleslaus Magnus, filius Misckonis nascitur. Hic domuit Bohemos et Ungaros et imposuit in Sale[g] statuam ferream pro termino granicierum[h] Polonorum.

971. Prohartus[i] ordinatur in episcopum Cracoviensem. Eo tempore ecclesie per Dambrovcam[k] in Polonia statuuntur, fidesque christiana roboratur. Dicitur quod fuerit germana sancti Wentzeslai et filia ducis Wratislay.

975.[l] Dytmarus primus Pragensis episcopus consecratur[m]. Hee sunt generaciones regum et ducum Polonie. Chosiscko genuit Peast. Peast genuit Semovith[n] de domina Repeka. Pompilius periit cum omni genere suo, Semovith[n] optinuit regnum, qui genuit Lisckonem. Listko genuit Semomil, et hic genuit[o] magnum et primum Miskonem.

984. sanctus Adalbertus consecratur in episcopum Pragensem; cuius pater Slavnik[p] fuit.

985. Proculphus[q] in Cracovia episcopus suscipitur post Prohortum[r].

989. Strezesslawa mater sancti Adalberti moritur.

991. Otto tercius successit patrem Ottonem in imperio.

992.[s] obediencia sancti Adalberti fit cum fratre suo Gaudentio.

996. Lampertus consecratus episcopus Cracoviensis.

a) *in margine* 1. *rubro colore:* de ortu Bolezlay I. b) *primum* r *recentiori manu erasum est* 1; Chabri 1a. c) Gneznam 1a. d) Dabrovce 1a. e) *in margine* 1: Rex Stephanus baptisatur. f) Prusiam 1a. g) Salem 2. h) greni-

3) Cf. Palacky Gesch. Böhm. I, 229.

III. *Codex 3.*

fieri poterant, construuntur et dotantur.

967. Boleslaus[t] Magnus filius Meskonis, qui dicitur Chabri, natus est. Iste[t] Bohemos et Ungaros[u], Saxones edomuit et in flumine Szolawe[v] meta ferrea fines Polonie terminavit. Eodem[w] anno Otto secundus imperat[w].

IV.

et dotantur. Iste Mieszko a nativitate cecus fuit, ut in cronicis continetur. Hec autem Dambrowka putatur fuisse soror sancti Wenceslai.

Codex 3a.

968. Prohortus episcopus Cracoviensis ordinatur. Tunc episcopatus et ecclesie in Polonia disponuntur per Dambrowkam et christianitas confirmatur. Hec Danbrowka esse dubitatur soror sancti Vencezlai et filia ducis Wratislai.

980. Pragensis episcopus Dythmarus primus consecratur. Hee sunt generaciones ducum et regum Polonie. Choschisko genuit Pyast. Pyast vero de Rzepicha uxore genuit Semovitum. Popel autem cum sobole sua radicitus est de Polonia eiectus. Semovitus autem ducatum obtinens genuit Lestkonem. Lestko autem genuit Zemomisl. Zemomisl autem genuit magnum et illustrem[x] Myeschonem.

985. sanctus Woyczechus in episcopum Pragensem consecratur.

Codex 3.

970. Proortus primus episcopus Cracovie ordinatur.

974. Pragensis episcopus Dithmarus primus confirmatur.

982. sanctus Adalbertus consecratur in episcopum Pragensem. Postquam revelante Deo Pannoniam veniens, primum regem Ungarorum sanctum Stephanum cumaliis baptisavit, demum per Poloniam transiens et eosdem in fide confirmans, in Prussiam veniens ibidem predicando fidem, martirio coronatur.

986. Proculphus in episcopum Cracovie assumitur.

987. Strsezchilawa[y] mater sancti Adalberti obiit.

989. Ottho tercius patri suo Otthoni successit.

990. professio sancti Adalberti cum fratre Gaudencio.

995. Lampertus episcopus Cracovie efficitur.

IV.

Anno Domini 970. primus episcopus Cracovie nomine Prochorus ordinatur.

Anno Domini 974. primus Pragensis episcopus Dithmarus nomine confirmatur. He sunt generationes[z] regum Polonie. Koszysko genuit Pyast. Pyast genuit Szemovitum, qui genuit Zemomislaum. Zemomislaus genuit primum et magnum Mieszkonem.

Anno Domini 982. sanctus Adalbertus in episcopum Pragensem consecratur. Slawnik fuit pater eius, Strzeszislawa mater. Hic beatus Adalbertus revelante Deo, Pannoniam veniens, primum regem Ungarorum sanctum Stephanum cum multis aliis baptizavit. Deinde per Poloniam transiens et eosdem in fide confirmans, in Prussiam veniens, ibidem fidem predicans, martirio coronatur.

986. Proculphus in episcopum Cracovie secundum assumitur mortuo Prochoro. Strzesislawa mater sancti Adalberti obiit.

995. Lampertus in episcopum Cracoviensem tertium ordinatur.

cierum 2. i) Phartus 2. k) dambrocam 2. l) *deest* 2. m) *sequitur in* 2: 975. dis fuit. n) Semovich 2. o) *sequitur in* 2: qūr. p) Stanpik 2. q) Proculpus 2. r) prohort 2. s) *hic numerus post* sancti *positus est* 2. t) 3a *sic:* B. m. nascitur filius Meschonis. Otto secundus. Iste *etc.* u) Hungaris 3a. v) Zolawa 3a. w) Eodem — imperat *desunt* 3a. x) illum 3a. y) *sic videtur* 3. z) nationes 4.

	I.	II.
	997. passio sancti Adalberti episcopi.	997. passio sancti Adalberti Pragensis episcopi, a Bohemis exulatus. Hunc Boleslaus in Gnezna suscepit.
	1001.[a] Stephanus rex Ungarie misit Affricum episcopum Romam ad papam Silvestrum pro corona petenda. Eodem tempore dux Polonorum Mescho miserat Lampertum episcopum[b] coronam petere. Sed papa angelica monitus visione, coronam quam preparaverat[c] Meschoni, Affrico nuncio regis Ungarie dedit. Sed cur fuerit non data Polonis in cronica[4] plenius habetur.	1001. Boleslaus misit episcopum Lampertum pro coronatione[1] in derisum.
1000. Cf. Annales comp. Crac.	1002.[d] sanctum Adalbertum imperator Otto Rufus III. visitavit et Boleslavum[e] nimio desiderio vidit. Iste Boleslaus[f] ab imperatore predicto in regem sublimatus, inditam sibi liberalitatem[g] exercuit. Iste viriliter venit in Gigow, evaginato gladio in portam auream percussit.	1003. Otto tercius imperator transiit Gneznam ad sanctum Adalbertum, ubi cum magno affectu vidit Boleslaum et sublimavit eum in regem. Qui coronatus multas probitates exercuit. Veniens in Kyow viriliter cum gladio percussit in portam auream.
		Anno nativitatis Domini 1002. obiit imperator Otto.
1003.	1005. heremite sex in Polonia martirizantur.	Anno 1003. heremite veniunt in terram Polonie.
	1014. Poppo in episcopum Cracovie ordinatur quartus.	1013. Poppo ordinatur episcopus Cracoviensis post Lampertum.
	1018. Bolezlavus[h] primus superavit Ruthenos et subiugavit.	1018. Boleslaus vicit Ruthenos terram eorum devastans.
		1020. Hinricus imperator obiit.
		1022. Conradus imperator Rome coronatur et imperavit 20 annis.
	1023. Gomppo in episcopum Cracovie eligitur, quintus.	1023. Gumpo ordinatur episcopus Cracoviensis post Popponem.
	1025. Bolezlaus Magnus obiit, secundus Mescho succedit in regnum, qui in amentem cecidit et mortuus est. Cui Kazimirus filius eius successit. Iste habuit quatuor filios Bolezlavum, Wladyslavum, Meschonem et Oddonem.	1025. Boleslaus Magnus obiit et post eum filius eius Mysko regnum suscepit, et hic duxit in coniugem germanam[5] Ottonis imperatoris, ex qua genuit Kazimirum[k]. Qui duxit ex Russia uxorem nomine Mariam, ex qua produxit quatuor filios, Boleslaum, Wlatislaum, Miskonem et Odonem.

a) *in margine* 1: De corona prima. b) *deest* 1a. c) p̄paṙat 1. d) *in margine* 1: De Ottone III. imperatore.

4) scilicet in cronica Hungarorum cum Polonorum mixta. 5) scilicet Richenzam, neptem Ottonis III.

Codex 3a.

997. passio sancti Woyczechonis sive Adalberti martiris. Hunc sanctum Adalbertum episcopum Pragensem, fugentem de Bohemia Boleslaus suscepit et in Gneznam locavit.

1000. Otto Ruffus III. imperator sanctum Adalbertum visitavit in Gnezna. Boleslaum quoque magno desiderio vidit et eum in regem sublimavit. Qui coronatus inditam liberalitatem mirifice exercuit et in Kyow veniens viriliter evaginato gladio in portam auream percussit. Anno Domini 1002. Otto imperator III. obiit, cui Henricus succedit.

1018. Boleslaus Rutenos superat et terras eorum vastat.

1020. Henricus imperator obiit et Conradus imperator coronatur 1022, et rexit 20 annis.

1025. Boleslaus Magnus obiit, cui succedit in regnum filius suus Mescho, qui accepit uxorem sororem Ottonis imperatoris predicti, de qua generat Kazimirum, qui vocatus est restaurator, et

Codex 3.

997. passio beati Adalberti episcopi.

1001. Stephanus rex Ungarie misit Affricum episcopum Romam ad papam Silvestrum pro corona petenda. Eodem tempore dux Polonorum Mesko miserat Lampertum episcopum coronam petere, sed papa angelica monitus visione, coronam quam preparaverat Meskoni, Affrico regis Ungarie nuncio dedit. Sed cur non fuerat data Polonis in cronica plenius habetur.

1002. sanctum Adalbertum imperator Ottho Ruffus tercius visitavit et Boleslaum nimio desiderio vidit. Iste Boleslaus ab imperatore predicto in regem sublimatus, inditam[l] sibi liberalitatem[m] exercuit. Iste viriliter venit in Kyow, evaginato gladio in portam auream percussit. Eodem anno tercius Ottho imperator obiit, cui Henricus successit.

1005. heremite sex in Polonia martirisantur.

1014. Poppo in episcopum Cracovie ordinatur.

1018. Boleslaus primus superavit Ruthenos et subiugavit.

1020. Henricus imperator obiit.

1022. Conradus imperator coronatur Rome et 20 annis regnavit.

1023. Gumpo in episcopum Cracovie eligitur.

1025. Boleslaus Magnus obiit, secundus Mesko succedit in regnum. Qui in amentem cecidit et mortuus est. Idem Mesko accepit uxorem sororem Otthonis imperatoris predicti, de qua genuit Kazi-

IV.

997. passio sancti Adalberti martiris.

1000. Boleslaus mittit Lampertum episcopum pro coronatione[n] ad curiam. Eodem tempore Stephanus rex Ungarie misit Affricum episcopum ad Silvestrum papam pro corona petenda, et papa angelica[o] monitus visione coronam quam preparaverat Mieszkoni, Affrico nuncio regis Ungarie dedit. Sed cur data non fuit Polonis in subscriptis cronicis plenius habetur.

1002. sanctum Adalbertum imperator Otto Rufus in Polonia visitavit et Boleslaum nimio desiderio vidit. Iste Boleslaus ab imperatore predicto in regem sublimatus, inditam sibi liberalitatem exercuit.

1005. heremite sex in Polonia martirizantur.

1014. Poppo in episcopum Cracovie ordinatur quartum.

1018. Boleslaus Ruthenos superat et terras eorum vastat.

1023. Compo in episcopum Cracovie eligitur quintum.

1025. Boleslaus Magnus obiit. Mieszko secundus succedit, qui in amenciam cecidit et mortuus est. Hic habuit uxorem sororem Ottonis imperatoris predicti, de qua genuit Cazimirum, qui vocatus

e) Bolezlaum 1a. f) Bolezlaus 1a. g) libertatem 1. 1a. h) Bolezlaus 1a. i) consecratione 2. k) *in margine* 2 *alia manu:* hic exul fuit. l) indictam 3. m) libertatem 3. n) consecratione 4. o) anglica 4.

	I.	II.
	1027. Ypolitus archiepiscopus primus[a] obiit, Bossutha[b] successit secundus.	1033. Ipolitus archiepiscopus obiit, quem Basuta sequitur.
	1032. Rachelinus in episcopum Cracovie est constitutus[c], sextus.	1035. Rachelinus Cracoviensis episcopus fit post Gumponem.
1039.	1037.[d]	1037. sancti Adalberti corpus Pragam deducitur.
1058.	1038. Kazimirus[e] obiit, qui fuit monachus. Post hunc Bolezlavus filius senior, Largus, rexit, et post hec Ungariam exulavit, interfecto sancto Stanislao.	1038. Kazimirus obiit, quem in regno sequitur filius senior Boleslaus, precipuus inter fratres et liberalis, magis intelligens.
1081. 1084. Dec. 23.	1038.[6] mortuo rege Bolezlao aliisque fratribus, Wladislavus dux solus regnavit, qui Iuditham Bohemam accepit in uxorem, que filium ei tercium genuit Bolezlaum[f] per preces beati Egidii.	
		1043. Conradus imperator obiit, et post eum Hinricus gubernacula imperii tenuit 17 annis.
	1046. Aaron monachus Tinciensis[g] in episcopum postulatur, et assumptus per Benedictum papam nonum, Colonie consecratur, privilegio archiepiscopatus insignitur, Cracoviensis tercius[h].	1047. Aaron ordinis Cistarciensis postulatur in episcopum Cracoviensem, consecratus Colonie et in archiepiscopum sublimatus.
		1057. Hinricus imperator obiit et Hinricus sequitur et imperavit 49 annis. Tempore suo quidam nobilis in quodam convivio a muribus infestatur, qui neminem quam eum leserunt. Quare a suis ductus fuit in mare, nec sic salvatus fuit, nam mures insequuntur eum, navem transrodientes, quod aqua intravit. Quare positus ad terram, ubi a muribus dilaniatus seu corosus et inescatus seu comestus. Simile accidit regi Pampilioni[i].
	1059. Aaron archiepiscopus Cracovie obiit.	1071. Aaron archiepiscopus Cracoviensis obiit.
	1061. Sula presbiter, Lampertus cognomine, episcopus Cracovie efficitur septimus. Iste Sula succedens Aaron archiepiscopo, qui neglexit petere insignia archiepiscopatus.	1073. Zula Lampertus Cracoviensis fit episcopus. Hic non curavit petere prerogativa seu insignia archiepiscopatus. Hic Lampertus creavit sanctum Stanislaum in canonicum Cracoviensem.

a) *supra lin. add.* 1. b) obiit. 1028. B. 1a. c) C. constituitur 1a. d) *ad hunc annum tres lineae erasae sunt. In margine scriptum est:* Corpus 1. *Deest totum in* 1a. e) *in* 1 *rasura deletum, servavit* 1a. f) Bolezlavum 1a. g) autiensis 1a. h) *deest* 1a. i) Pampilione 2. k) *anni* 1039. *et* 1043. *desunt* 3a. l) Tinciensis 3a. m) suc-

6) Cf. Gesch. Pol. I, 187.

Codex 3a.

accepit uxorem de Russia nomine Mariam[7], que sibi generavit quatuor filios, Boleslaum Efferum, Wladislaum, Meschonem et Odonem.

1037. corpus beati Adalberti in Pragam transfertur.

1038. Kazimirus obiit, cui in regnum succedit senior filius eius Boleslaus Largus et Efferus.

Codex 3.

mirum, qui vocatus est restaurator, et accepit uxorem nomine Mariam de Russia, que genuit quatuor filios, Boleslaum Efferum, Wladislaum, Meskonem et Odonem.

1027. Ipolitus archiepiscopus primus obiit[w], sibi Bossuta succedit secundus.

1032. Rachelinus episcopus Cracovie post Gumponem, sextus.

1037. corpus beati Adalberti in Pragam transfertur per ducem Wratislaum.

1038. Kazimirus obiit, qui fuit monachus, cui succedit in regnum senior filius eius Boleslaus Largus.

IV.

est restaurator. Iste Cazimirus fuit monachus[8], postea ex dispensacione pape in regnum rediens ex uxore de Russia nomine Maria genuit quatuor filios, Boleslaum Efferum, Wladislaum, Mieszkonem et Odonem.

1031. Hipolitus archiepiscopus Gnesnensis mortuus est[x], cui Bodzanta successit. Rachelinus episcopus Cracoviensis efficitur post Componem.

1038. Cazimirus moritur, qui fuit monachus; post Boleslaus filius senior, largus sed efferus, in Ungaria exulavit interfecto sancto Stanislao.

Codd. 3a, 3.

1039.[k] mortuo rege Boleslao aliisque fratribus Wladislaus dux solus regnavit, qui Iuditham Bohemam accepit uxorem, que filium ei tercium genuit Boleslaum per preces beati Egidii.

1043.[k] Conradus imperator obiit, cui Henricus successit in imperium et 17 annis regnavit.

1046. Aaron monachus monasterii Tiniciensis[l] in episcopum Cracovie postulatur et Colonie consecratur, archiepiscopatus privilegio insignitur.

1057. Henricus imperator obiit, cui alter Henricus successit[m] et 49 annis regnavit. Huius tempore quidam potens dum sederet in convivio repente a muribus vallatur, nulli nocentes preter illi[n]. Sed cum a suis in pelagus[o] ductus esset maris, nil[o] ei profuit, quia mures navem insequentes[p] ipsam usque ad aque ingressum incorrodebant[q]. In terra ergo positus, totus a vermibus seu[r] muribus dilaceratus est[s] et comestus. Similiter accidit Pompilioni[t] regi[u] Polonorum.

1059.[v] Aaron archiepiscopus Cracovie obiit.

1061. Sula presbiter cognomine Lampertus, episcopus Cracovie efficitur septimus, qui neglexit petere insignia archiepiscopatus.

1063. Lampertus Zula sanctum Stanislaum fecit canonicum Cracoviensis ecclesie.

IV.

1043. Conradus imperator mortuus, cui Henricus successit in imperium et 17 annis regnavit.

1046. Aaron monachus Tynicensis in episcopum Cracoviensem postulatur et assumptus est per Benedictum papam nonum, Colonie consecratus, archiepiscopatus privilegio insignitur.

1057.[y] Henricus imperator obiit, cui alter Henricus successit et 49 annis regnavit. Huius tempore quidam potens, dum sedet in convivio, repente a muribus invaditur nulli nocentibus preter illum solum. Sed cum a suis in pelagus maris deductus fuisset, nil ei profuit, quin mures navim insequentes illam usque ad aque introitum corrodebant. In terra ergo positus, totus a muribus devoratus est et comestus. Similiter accidit Pompilio regi Polonie.

1059. Aaron episcopus Cracoviensis moritur, post quem Zula cognomine Lampertus in episcopum ordinatur. Iste Zula neglexit petere insignia archiepiscopatus.

cedit 3a. n) illum 3. o) pelago maris deductus nil 3a. p) sequentes 3a. q) corrodebant 3a. r) vermibus seu *desunt* 3a. s) *deest* 3a. t) Pampilio 3a. u) *deest* 3. v) *anni* 1059—1064. *desunt* 3a. w) *deest* 3. x) *deest* 4. y) MLXII. 4.

7) Cf. Gesch. Pol. I, 182. 8) Cf. Gesch. Pol. I, 180.

	I.	II.
	1064. Gneznensis ecclesia consecratur.	1076. ecclesia Gneznensis consecratur.
	1071. Lampertus episcopus Cracoviensis obiit.	Lampertus Zula Cracoviensis episcopus obiit, Stanislaus fit episcopus Cracoviensis.
	1072. Stanislaus successit octavus.	
1076. Dec. 25.		1077. Boleslaus secundus coronatur.
		1078. rex Ruthenorum occiditur in bello.
Apr. 11.	1079. sanctus Stanislaus tercio Idus Aprilis martirizatur, episcopus Cracovie[a].	1079. sanctus Stanislaus occiditur a superbo Bolislao, qui ex divina ulcione a regno expulsus in Ungaria exul obiit.
	1081. rex Boleslavus[b] obiit, qui in amplissimum profecisse traditur regnum, a Danubio flumine regni Ungarie usque ad Solavam[9] fluvium Saxonie, a Kyoviensi civitate, que est metropolis Russie[c], usque ad montes Karinthie[9*], ut in cronica declaratur superius.	1082. in hoc anno genuit Miskonem, filium suum, quem Wlatislaus ex Ungaria duxit.
	1082. Lampertus[d] in episcopum Cracoviensem consecratur, nonus.	1085. Lampertus fit episcopus Cracoviensis post mortem sancti Stanislay.
1086.		1087. Mesko ex Ungaria venit.
		1088. Boleslaus tercius nascitur. Idem Misko duxit uxorem et obiit absque liberis, quoniam alii duo germani Boleslay, Mesko et Odo obierunt sine heredibus.
		1092. Wlatislaus solus regnavit et genuit Boleslaum congnomine Trivousti.
		1095. Domini lancea inventa fuit anno a nativitate Domini 1079.
		1097. Ierusalem a christianis obtenta fuit.
		1098. dux Wlatislaus duxit ex Bohemia Iuditham, que fuit sterilis, et ad oraciones Egidii tercium Boleslaum genuit.
1101. Nov. 25.	1102. Lampertus episcopus Cracovie[e] obiit, Balduinus succedit decimus.	1102. Lampertus episcopus obiit. Sanctus Bernhardus ordinem Cysterciensem fundavit.
	1104. Wladislaus secundus natus est.	1104. Wladislaus obiit, quem sequitur filius eius Boleslaus in regno.
		1105. Balduinus fit episcopus Cracoviensis.
		1106. cuius tempore Cuolo[f] Romanus legatus primo intravit[g] Poloniam et duos episcopos deposuit.
		1109. Hinricus imperator tercius obiit, cui Hinricus filius eius successit.
		1110. Warsewit decollantur[h].

a) Cracoviensis 1a. b) Bolezlaus 1a. c) Rusie 1a. d) llampertus 1a. e) Cracoviensis 1a. f) Evolo 2. g) in 2. h) decollatur 2. i) *anni* 1059—1064. *desunt* 3a. k) *deest numerus* 3a. l) coronatur 3a. m) tercio Yd. Ap. *desunt* 3a. n) *deest* 3a. o) tali — reduxit *desunt* 3a. p) Labertus 3a. q) ord. pro defuncto Stanislao 3a. r) et B. — est *desunt* 3a. s) *deest* 3a. t) similiter 3a. u) Krziwousti 3a. v) *deest* 3a. w) MCXIV 3; 1194. 3a. x) MCXV 3; 1195 3a. y) *deest* 3a. z) nom. Iudthkam 3a. *) *deest* 3. a) *ad-*

9) i. e. Salam. 9*) Cf. quae supra de Boleslao I. annales proferebant. Sed Chronicae Polon. I, 23 (M. G. SS. IX, 439) habent haec: *Ipse quoque, sicud primus Boleslavus magnus, Ruthenorum regni caput, urbem Kygow praecipuam hostiliter intravit, ictumque sui ensis in porta aurea signum memoriae dereliquit.*

III.

1064.[i] Gneznensis ecclesia consecrata est.

1070. Zula cognomento Lampertus episcopus Cracoviensis obiit.

1071.[k] Stanislaus episcopus Cracoviensis ordinatur.

1077. Boleslaus secundus coronatus est[l].

1078. rex Ruthenorum in prelio interfectus est.

1079. sanctus Stanislaus occisus est tercio Ydus Aprilis[m] per Boleslaum Efferum, qui rex dominica ulcione de regno eiectus est[n], in Ungaria in exilio obiit, tali[o] anno filio genito nomine Meskone, quem Wladislaus de Ungaria reduxit[o, 10]. 1069.

1083. Lampertus[p] episcopus Cracovie ordinatur[q] sancto Stanislao mortuo[q].

1086. Mesko de Ungaria rediit et Boleslaus[r] tercius natus est[r]. Qui Mesko[s] uxore ducta obiit sine prole. Sed[t] et alii duo fratres Boleslai, Mesko et Odo mortui sunt sine prole, Wladislao solo regnante, qui genuit tercium Boleslaum cognomento Krzivousti[u].

1092.[v] lancea Christi inventa est anno Domini 1089.

1097.[w] Ierusalem a christianis capta est.

1098.[x] dux Wladislaus iste[y] duxit uxorem Bohemam, Iudditham nomine[z], que sterilis erat[*], per preces[a] sancti Egidii quartum Boleslaum genuit. Nam ymaginem[11] hominis de auro purissimo fabre factam idem Wladislaus[b] cum uxore[c] miserunt ad sepulcrum sancti Egidii et multa alia regalia munera, et ideo eos in[d] prole Dominus exaudivit. Iste Wladislaus[e] edificavit ecclesiam sancti Wenczeslai in Cracoviensi urbe, canonicos viginti instituit et regali magnificencia[f] donavit et[g] dotavit[12]. 1084. Dec. 23.

1101.[h] Lampertus episcopus Cracoviensis[i] obiit. Sanctus Bernardus[k] in monasterio[l] Cisterciensi[m] ordinem instituit[n].

1102. Wladislaus dux Cracovie obiit, cui Boleslaus belliger, Crzivousti succedit[o].

1103. Balduinus episcopus Cracovie ordinatur. Huius temporibus Cuolo apostolice sedis legatus primus Poloniam intravit et duos episcopos deposuit.

1106. Henricus[p] imperator tercius obiit[q], cui Henricus[p] filius eius succedit[r].

1107.[s] Warsenici[t, 13] capite truncantur[u]. 1108. Oct. 27.

IV.

1071. Zula Lampertus episcopus Cracoviensis moritur, cui sanctus Stanislaus successit.

1079. sanctus Stanislaus tertio Ydus Aprilis martirizatus per Boleslaum Efferum, qui rex divina ulcione de regno eiectus, in Ungaria in frenesin versus, in exilio mortuus.

1082. Lampertus in episcopum Cracoviensem consecratur mortuo sancto Stanislao.

1087. Mieszko de Ungaria rediit et Boleslaus tertius natus est; qui Mieszko uxore ducta sine prole obiit. Sed et alii duo fratres Boleslai Mieszko et Odo mortui sunt sine prole, Wladislao solo regnante, qui ad preces sancti Egidii genuit tertium Boleslaum cognomento Krzywousty.

1089. lancea Domini inventa est in Antiochia.

1102. Lampertus episcopus mortuus, Belduinus succedit. Beatus Bernardus Cisterciensium ordinem introivit.

dit 3a: tamen. b) Boleslaus 3. c) *addit* 3a: de claustro episcopi Cracoviensis, *an coniiciendum* de concilio? d) pro 3a. e) Boleslaus 3a. f) munificentia 3a. g) donavit et *desunt* 3a. h) 1100. 3a. i) *deest* 3a. k) Berhnardus 3. l) in monasterio *desunt* 3a. m) Cisterciensem 3a. n) institutus 3 o) Krzywousty successit 3a. p) Hynricus 3a. q) *deest* 3. r) successit 3a. s) *deest* 3a. t) Warseniti 3a. u) truncatur 3.

10) Cf. Annal. capitul. Cracov. supra ad a. 1086. 11) Cf. Chr. Polon. I, 30. SS. IX, 443. 12) Cf. Boguph. Chron. l. c. p. 29, qui annales nostros hoc loco respexit. 13) Cf. Cosmas SS. IX, 114. De nomine cf. notam 156 v. d. Palacky, Gesch. Böhm. I, 363.

	I.	II.
Sept. 7.	1109. Balduinus episcopus Cracoviensis obiit.	1111. Boleslaus tercius prope Nakil prostravit Pomeranos. Maurus ordinatur episcopus Cracoviensis. Boleslaus tercius vicit Bohemos.
	1110. Maurus successit undecimus.	
1110. Oct.	1111. Bolezlavus[a] devicit Bohemos potenter.	
		1112. Scarbimirus pugnavit contra Bohemos[15] et nocumenta eis intulit.
	1113. Bolezlaus tercius Nakel et alia castra obtinuit.	1113. Boleslaus obtinuit Nakil et alia castra.
	1115. Lestk natus est filius Boleslay[b].	1114. imperator Hinricus quartus intravit Poloniam ut eam[h] sibi subiciat.
	1117. Scarbimir contra Bolezlaum insurgit[c] et cecatur.	1116. Boleslaus viriliter repugnavit, quod imperator Hinricus absque pugna fugit.
Mart. 5. Sept.	1118. Maurus episcopus Cracoviensis obiit. Radost successit duodecimus. Eodem anno inundacio[14] aquarum in omni terra.	1118. Radost fit episcopus Cracoviensis post Maurum.
	1119. Bolezlaus duos duces Pomoranos devicit.	1119. Boleslaus Pomeranos secundo convertit et terram eorum possedit.
	1123. Bolezlavus tercius mare transivit et castra obtinuit.	1122. Boleslaus pertransiit mare et obtinuit ibi castra et intravit in Ungariam ad bellum. Ultimo[i] dedit filiam suam Iuditham[16] filio regis Ungarie. Tunc temporis Cracovia incinerata est.
Febr. 23.	1127. invencio capitis sancti Adalberti.	1127. imperator Hinricus obiit, Lotarius successit[i*]. Boleslaus quartus nascitur.
		1128. Boleslaus Trivoust de quadam Ruthena genuit Wlatislaum primogenitum et uxor obiit. Tandem de quadam Teutona genuit sex filios: Kasemirum, Listkonem, Myskonem, Boleslaum, Hinricum et iuniorem Kasemirum et Iuditham.
	1131. Kazimir dux obiit.	
	1132. Bolezlaus[d] intrat Ungariam et prelium cum Ungaris commisit.	
Ian. 16.	1133. Bohemi in Polonia ecclesias succenderunt.	
Febr. 9.	1135. Wyslicia cede Plaucorum[e] destruitur[f].	1135. Vislicia destructa est ex occisione.
	1136. Bolezlaus dat filiam regis filio Ungarorum.	
	1138. Kazimir filius Boleslay natus est.	1137. Lotharius imperator obiit, Conradus sequitur eum.
1138. Oct. 28.	1139. Bolezlavus tercius, dux inclitus Polonorum, obiit. Iste Bolezlavus ecclesiam sancti Wenceslay in Cracovia, quam pater eius Wladyslaus fundaverat, edificavit et viginti canonicos in ea constituit. Huius tempore imperator Henricus IV. intravit Poloniam ut subiugaret eam sibi, set resistente Bolezlavo[g] revertitur sine honore.	1138. Boleslaus Trivoust ecclesiam sancti Wentzeslay consummavit, que a patre suo Wlatislao fuit inchoata cum 20 canonicis.

a) Boleslavus 1a. b) Bolezlai 1a. c) insurgitur 1a. d) Bolezlavus 1a. e) Plancorum 1a. f) *in margine et* 1. *et* 1a. *habent:* Pagani. g) *deest* 1. 1a. h) eas *primo script., radendo et addendo correct.* 2. i) *in margine* 1126. 2. i*) *deest* 2. k) Krzyvouschy 3a. l) Pomeranos 3a. m) Item — obiit *desunt* 3a. n) *huius anni relatio in* 3 *annum* 1113. *sequitur.* o) Krzywouschy 3a. p) Krzyouschy 3a. q) Item — est *desunt* 3a. r) *deest* 3a.

14) Cf. Cosmas SS. IX, 124. 15) Scarbimirus cum Bohemis secundum Chron. Pol. (SS. IX, 474. 475.) a. 1110. pugnabat. 16) Cf. Gesch. Pol. I, 289 n. et Ann. Pol. I. ad a. 1136.

III. | IV.

1109. Boleslaus Crzivousti[k] aput Nakel devicit Pomoranos[l]. Item[m] Balduinus episcopus Cracoviensis obiit[m].

1110. Maurus episcopus Cracovie ordinatur.

1111.[n] Boleslaus tercius, Crzivousti[o], devicit Bohemos.

Cod. 3a.

1112. Scarbimirus palatinus contra Boleslaum insurgit et cecatur.

1113. hic Boleslaus Nakel et alia castra obtinuit.

Cod. 3.

1113. Boleslaus tercius Nakel et alia castra obtinuit. Item Scarbimirus palatinus contra Boleslaum insurgit et cecatur. 1117.

Codd. 3a. 3.

1115. Henricus quartus imperator Poloniam intrat ad subiugandam, sed resistente sibi viriliter Boleslao Crzivousti[p] revertitur sine honore. Item[q] Lesko filius Boleslai natus est[q].

1117. Henricus imperator quartus Poloniam intravit ad subiugandum eam sibi, sed resistente sibi viriliter Boleslao Krzywousty revertitur sine honore.

Cod. 3a.

1118. Radost episcopus Cracoviensis ordinatur post Maurum.

Cod. 3.

1118. Maurus episcopus Cracovie obiit, cui Radost successit, duodecimus. Eodem anno inundacio aquarum in omni terra.

1118. Gaudentius episcopus Cracoviensis ordinatur.

Codd. 3a. 3.

1119. hic Boleslaus duos duces[r] Pomoranos[s] devicit et terram possedit[t].

1119. Boleslaus duos duces Pomoranos devicit.

1123.[u] Boleslaus mare transiit et castris obtentis revertens intravit Ungariam preliando. Tandem dat filiam nomine 1133 sqq.
Iuditham[v] filio regis Ungarie.

1125.[w] Cracow combustum est.

1127. Henricus imperator obiit, Lotarius succedit[x]. Boleslaus quartus natus est. Item[x*] invencio capitis sancti Adalberti[x*].

1127. invencio capitis sancti Adalberti.

1128. Boleslaus Crzivousti[y] ex Ruthena genuit filium primogenitum nomine Wladislaum. Qua mortua ex Theutunica[z] genuit sex[*] filios Kazimirum, Leskonem[a], Meskonem[b], Boleslaum, Henricum[c], Kazimirum iuniorem[c] et filiam Iuditham[d].

1131.[e] Kazimirus dux obiit.

1131. Cazimirus dux moritur.

1132. Boleslaus intrat Ungariam[17] et prelium cum Ungaris commisit. 17

1133.[e] Bohemi in Polonia ecclesias succenderunt.

1135. Vislicia cede destruitur 5.[f] Ydus Februarii.

1137. Vislicia cede paganorum destruitur.

1136.[g] Boleslaus dat filiam regis filio Ungarorum.

1138. Lotarius[h] imperator obiit, cui[i] Conradus successit[k]. Item[l] Kazimirus filius Boleslai natus est[l].

1138. Cazimirus filius Boleslai natus est.

1139.[m] ecclesia sancti Wenceslai perficitur[n] per Boleslaum Crzivoustum[o], quam pater eius fundavit Wladislaus et viginti canonicos in ea constituit. Claustrum[p] in Andrzeow edificatur.

1139. Boleslaus dux inclitus Polonie moritur. Hoc tempore Henricus imperator quartus intravit Poloniam ut eam subiugaret, sed Boleslao resistente revertitur sine honore.

s) Pomoranus 3; Pomeranos 3a. t) possidet 3a. u) 1122. 3a. v) Iuditham 3a. w) 1126. 3a. x) *deest* 3a. x*) Item — Adalberti *desunt* 3a. y) Krzyvouschy 3a. z) Teutonica 3a. *) tres 3. a) Lestkonem 3a. b) *deest* 3. c) H. K. iun. *desunt* 3a. d) Iuditham 3a. e) *anni* 1131—1133. *desunt* 3a. f) VI. 3a. g) *hic annus deest* 3a. h) Lothorius 3a. i) *deest* 3a. k) succedit 3a. l) Item — est *desunt* 3a. m) *numerus deest* 3a. n) perficit 3a. o) Krzywuschy 3a. p) castrum 3a.

17) Cf. hos ipsos annales ad a. 1123.

I.

1140. claustrum[a] Andreow[18] edificatur.

1142. Radost episcopus Cracovie[b] obiit, Robertus episcopus Wratislavie translatus in episcopum Cracoviensem et prope ecclesiam sancti Wenceslay consecratur decimus tercius.

1146. 1145. Wladislaus dux de Poznan confusus fugit.

1147. Conradus[c] imperator Poloniam intrat, et cum regibus Ierusalem pergit[c*].

1148. Wladizlavus obiit[d, 19]

1149. abbacia in Andreow fundatur.

1154. Henricus dux Sandomiriensis ivit Ierusalem. Iste fundavit ecclesiam in Sagosce, quam contulit hospitali Cracoviensi.

1159. Bolezlaus filius Meschonis nascitur. Eodem anno Wladyslaus[e] in exilio obiit.

1161. consecracio ecclesie Lanciciensis.

II.

1140. claustrum in Andreow[f] hoc anno edificatur.

1142. Robertus consecravit ecclesiam sancti Wentzeslay in Cracovia. Tunc obiit Boleslaus Trivoust.

1145. Ropertus fit episcopus Cracoviensis, qui venit de episcopatu Wratislaviensi.

1146. Matheus fit episcopus Cracoviensis post Rupertum.

1147. Petrus[20] excecatur, qui edificavit claustrum Wratislavie, cuius filius Swantopolk.

1149. Wlatislaus fugit. Cracovia destruitur.

1150. imperator Conradus venit in Poloniam et cum regibus et ducibus transivit in Ierusalem.

1151. Boleslaus secundus, filius Trivousti, Cracoviam restaurat.

1152. Wlatislaus qui proposuit fratrem suum delere, eiectus est a regno anno 1157.

1153.[g] Conradus imperator obiit. Sanctus Bernhardus Clarevallensis abbas transiit ad Deum.

1154. post obitum Boleslay Trivoust septem filii eius regnum diviserunt. Wlatislaus primogenitus et Kazemirus senior obtinuerunt Slesyam in toto, Mestco et Kasimirus iunior optinuerunt Gneznam et Posznaniam, Boleslaus Crispus Cracoviam, Hinricus Sandomiriam, Listko Masoviam. Senior Kazimirus obiit absque liberis, Hinricus interfectus est in Pruszia nec reliquit heredes, Liscko obiit absque liberis, Boleslaus Crispus similiter. Tres filii Boleslay superstites terram possidebant; Wlatislaus Sleziam, Miscko Gneznam, Kazimirus Cracoviam, Sandomiriam et Masoviam.

1161. Getko[h] fit episcopus Cracoviensis post Matheum.

1162. dux Hinricus de Sandomiria occiditur a Prutenis cum copia in bello.

a) clastrum 1a. b) Cracoviensis 1a. c) Cunradus 1a. c*) pergunt 1. 1a. d) *haec verba in 1 sunt erasa.* Wladislaus 1a. e) Wldislaus 1a. f) castrum Manderow 2. g) 1151. 2. h) Gotko 2. i) *numerus deest* 3a. k) Wenczeslai in Cracovia edif. 3a. l) Krzyvouschy 3a. m) *deest numerus* 3a. n) Wratislaviam 3. 3a. o) *numerus deest* 3a. p) Ruberto 3a. q) destruxit 3. r) Swathopek 3a; filius Swanthopelkonis 3. s) *numerus deest* 3a. t) in 3. u) destinatur 3; vastatus 3a. v) *numerus deest* 3a. w) cum regibus et principibus Ierusalem 3a. x) Krzyvouschy 3a.

18) Cf. notam ad Ann. Crac. comp. a. 1149. 19) Cf. notam ad Ann. capit. Crac. 1159. 20) Petrus Wlast; cf. notam ad Ann. comp. Crac. 1145.

III.

1141.[i] hic Robertus ecclesiam sancti Wenceslai edificavit[k]. Hic Boleslaus Crzivousti[l] obiit.

1142.[m] Robertus episcopus Cracoviensis ordinatur, qui de episcopatu Wratislaviensi[n] transfertur.

1143.[o] Matheus episcopus Cracoviensis efficitur, Roberto[p] mortuo.

1145. Petrus cecatur, qui claustrum Wratislavie construxit[q], filius eius Swanthopelk[r].

1146.[s] Wladislaus fugit, et[t] Cracovia destruitur[u].

1147.[v] Conradus imperator Poloniam intravit et cum[w] ducibus et regibus Iherusalem[w] pergit.

1149. Boleslaus II. filius Boleslai Crziwousti[x] Cracoviam possidet.

Anno[y] Domini 1147. eiecto Wladislao fratre suo primogenito, qui fratres suos[z] exhereditare volebat, ex inductu[*] uxoris sue Theutunice[a], scilicet sororis[b] imperatoris, scilicet Boleslaus II. natu primus, cum auxilio terrigenarum ipsum de Polonia fugavit. Iste enim Boleslaus quartus cognominatus est Crispus. 1146.

1152.[c] Conradus imperator obiit.

1153.[c] sanctus Bernhardus Clarevalensis migravit ad Christum. Aug. 20.

1154.[c] post mortem Boleslai Crzivousti[d] filii sui septem terram diviserunt[21] hoc modo: Wladislaus primogenitus et Kazimirus senior[e] totam Szlesiam[f] possederunt, Mesko et[g] Kazimirus iunior Gnesznam[h] et Poznaniam[i], Boleslaus Crispus[k] Cracoviam, Henricus Sandomiriam, Leszko Mazowiam[l] acceperunt in sortem. Ex quibus Kazimirus senior obiit sine prole, Henricus occisus in Prussia[m] obiit sine prole, Lesko eciam obiit sine prole, Boleslaus eciam Crispus Cracoviensis dux[n] obiit sine prole. Quibus mortuis Kazimirus iunior Cracoviam est adeptus. Igitur tres filii Boleslai Krziwousti[o] qui remanserant, terram obtinuerunt, scilicet Wladislaus Szleziam[p], Mesko Gneznam et Poznaniam[q], Kazimirus Cracowiam, Sandomiriam et Mazowiam[r].

1161.[s] Gethko[t] episcopus Cracovie fit[u] Matheo mortuo. Dux Sandomirie Henricus[v] in bello occisus est in Prussia[w] cum exercitu.

1162.[x] Lanciciensis ecclesia consecratur.

IV.

1140. claustrum Andrzeiow edificatum.

1142. eiecto Wladislao fratre suo primogenito, qui fratres suos exhereditare volebat ex inductu uxoris sue Teutonice, sed Boleslaus secundus natus post eum auxilio terrigenarum ipsum de Polonia fugat. Iste Boleslaus quartus cognominatus est Crispus. 1146.

1147. Conradus imperator Poloniam intrat.

1148. Petrus cecatur qui claustrum sancti Vincentii ante Wratislaviam construxit. Eodem anno Wladislaus moritur.

1154. Henricus dux Sendomiriensis ivit Ierusalem. Iste construxit ecclesiam in Zagoszcze[y], quam contulit hospitalariis in Cracovia.

1159. Boleslaus filius Cazimiri[22] nascitur. Eodem anno Wladislaus in exilio moritur.

1161. Gedco episcopus Cracoviensis ordinatur Matheo mortuo. Dux Sandomiriensis Henricus una cum exercitu occisus est in bello in Prussia. Eodem anno Fredericus imperator Mediolanum destruxit; siquidem muri eius altissimi funditus suffossi sunt, cetera in cinerem redacta. 1166. 1166.

y) 1150. anno 3a. z) suus 3. *) indictu 3. a) Theutonice 3a. b) sorore 3a. c) *numerus deest* 3a. d) Krzyouschy 3a. e) *deest* 3. f) Slesiam 3a. g) *deest* 3a. h) Gnezdnam 3a. i) Polononiam 3a. k) B. C. *bis in 3 scriptum est in fine paginae et in initio alterius.* l) Lesko Masoviam 3a. m) Prusia 3a. n) *deest* 3a. o) Krzywouschy 3a. p) Slesiam 3a. q) Gnezdnam et Posnaniam 3a. r) Masoviam 3a. s) *numerus deest* 3a. t) Getko 3a. u) *deest* 3. 3a. v) Hynricus 3a. w) Prusia 3a. x) *anni* 1162. *relatio deest* 3a. y) Zugoszcze 4.

21) Cf. notam ad Ann. cap. Crac. 1131. 22) immo Meskonis, ut Ann. Pol. I.

I.

1163. Bolezlavus filius Wladislay a patruis reducitur in Zlesiam[a] cum fratre suo Meschone et eadem terra datur eis in possessionem. Claustrum de[b] Lubes edificatur[c].

1165. Matheus episcopus Cracovie obiit.

1166. Gedco in episcopum Cracovie consecratur decimus quintus[c*].

1167. Henricus dux cum exercitu suo interfectus est in bello in Prusia. Kazimir[23] obiit.

1170. Thomas archiepiscopus Cantuariensis[d] martirizatur.

II.

1165. claustrum edificatur in Lubes.

1168. Fredericus imperavit, anno nativitatis Domini 1164. Rome coronatus, et regnavit 37 annis, a quo Mediolanum destruitur. Anno precedenti fuerunt altissimi muri Mediolanenses suffossi, residuum incineratum.

1175. Thomas archiepiscopus Canthuariensis martirium patitur.

1173. Boleslavus dux Cracovie obiit sine prole[e].

1178. Boleslaus Crispus, dux Cracoviensis, obiit absque liberis. quem sequitur Miscko filius Boleslay Trivoust. Ierusalem[p] a Sarracenis obtinetur. Dux[q] Mesko ab episcopo Gotkone et militibus a Cracovia[r] expulsus est.

1177.[f] dux Kazimirus filius Bolezlavi tercii intrat Cracoviam iure successionis obtinendam. Ipso anno claustrum Suleow edificatur[g].

1184. Kazimirus iunior venit Cracoviam et obtinuit. Claustrum Sulkow edificatur. Quando[s] cesar Fredericus Mediolanum optinuit, optinuit[t] Rudolphus archiepiscopus Coloniensis corpora trium regum, que pridem per cesarem a Perside[u] Constantinopolym translata sunt, tandem a Storgeo mirabiliter Mediolanum transducta, a qua Coloniam.

1181. dux Kazimir devicit Ruthenos.

1183. Bolezlavus filius Kazimiri obiit, qui cum arborem incidisset, corruente stipite percussum sustulit[h].

1183. 1184.[i] sanctus Florianus per Egidium episcopum Mutinensem in Cracow aportatur, et per Gedconem episcopum tunc suscipitur, et basilicam in honorem eius fundavit extra civitatem.

1185. claustrum[k] de Copriwnicia[l, 24] fundatur[m]. Gedco episcopus Cracoviensis obiit.

1186. dux Lestco[n] obiit.

1184. 1187. Fulco ab Urbano papa consecratur decimus sextus[o].

1196. dux Kazimirus vicit Ruthenos.

1197. corpus sancti Floriani transfertur Cracoviam ab Egidio et ab episcopo Getkone[v] honorifice susceptum, qui in honorem eius ecclesiam construxit extra portas.

1201. claustrum in Koprnynicia edificatur.

1203. Fulco consecratur in episcopum Cracoviensem a papa Urbano.

1189. Iohannes cardinalis intrat Poloniam.

1205. Ierusalem a paganis obtentum est.

a) Sleziam 1a. b) in 1a. c) *in margine* 1: Lubes. c*) XI. 1. 1a. d) Canturiensis 1. e) sine prole *des.* 1. f) *in margine* 1. III. Bolezlavus. g) 1a *in margine habet haec*: Suleyow monasterium. h) corruens de stipite percussum sustulerunt 1. 1a. i) *in margine* 1: Sanctus Florianus Cracow aportatur; 1a: Sanctus Florianus. k) clastrum 1a. l) Copriwnicza 1a. m) *in margine* 1: Copriwnicia; 1a: Coprzywnicza claustrum. n) Iestko 1a. o) XV. 1a. p) *in margine* 2: 1181. q) *in margine* 2: 1182. r) *in margine* 2: 1184. s) *in margine* 2: 1187. t) *deest* 2. u) perfide 2. v) Gutkoni 2. w) Lubens 3. x) *huius anni relatio deest* 3a. y) Caturiensis 3a. z) *deest* 3. *) Prusia 3a. a) dux Crac. Crispus 3a. b) successit 3a. c) primus 3a. d) Krzyvouschy 3a. e) *numerus deest* 3a. f) Gotkonem 3a.

23) Cf. Ann. comp. Crac. ad a. 1168. 24) monasterium ord. Cisterc. in dioec. Cracoviensi et palatinatu Sandomiriensi; cf. Starożytna Polska II, 285.

III.

1164. claustrum in Lubes[w] edificatur.

IV.

1163. Boleslaus filius Wladislai reducitur in Zlesiam a patruis una cum fratre suo Mieszkone et eadem terra datur eis in possessionem. Claustrum in Lubus edificatur.

III.

1168.[x] Fredricus imperat anno Domini 1143, et 37 annis Rome coronatus regnat. Per hunc Mediolanum destruitur anno Domini 1162, siquidem muri eius altissimi funditus suffossi sunt, cetera ad cinerem redacta.

1170. Thomas Canturiensis[y] episcopus passus est.

1171. dux Hynricus[z] Sandomiriensis ivit Ierusalem, qui sine prole obiit. Iste fundavit ecclesiam in Zagoscz, quam contulit Hospitalariis; qui tandem in Prussia[*] occisus est sine exercitu.

IV.

1170. Thomas archiepiscopus Cantuariensis martirizatur. Dux Mieszko per Getkonem episcopum et per milites eiicitur[26] de Cracovia.

III.

1173. Boleslaus Crispus dux Cracowie[a] obiit sine prole, cui frater eius Mesko succedit[b], qui natus post eum erat, scilicet tercius[c] filius Boleslai Krzivousti[d].

1175.[e] Ierusalem a Saracenis capitur.

1176. dux Mesko per Gethkonem[f] episcopum et per milites de Cracovia eicitur.

1177.[g] Kazimirus iunior filius Boleslai Krzivousti[h] Cracoviam intravit obtinendam. Eodem anno[i] claustrum in Suleow edificatur.

1178. tempore Friderici primi anno Domini 1162. Rudolphus archiepiscopus Coloniensis trium magorum corpora de Perside[k] olym[l] Constantinopolim ab imperatore translata[m] et inde postmodum a sancto Storgio Mediolanum miraculose transvecta[n], Mediolano[o] ab eodem Friderico[p] destructa[q], Coloniam transportavit[r].

IV.

1177. dux Cazimirus filius Boleslai tercii intrat Cracoviam iure successionis obtinendam. Eodem anno claustrum Suleyow[b] edificatur.

III.

1182. dux Kazimirus devicit[s] Ruthenos.

IV.

1181. Cazimirus devicit Ruthenos.

1183. Boleslaus filius Cazimiri moritur.

III.

1183. corpus beati[t] Floriani Cracoviam est perlatum[u] per Egidium Mutinensem episcopum et a Gethkone[v] honorifice susceptum, basilicam eius in[w] honorem ante civitatem fundavit[x].

1185.[y] claustrum in Coprziwnicia[z] edificatur[*].

1186.[a] dux Lesko obiit.

1187. Fulko in episcopum Cracovie ab Urbano papa consecratur, qui dedit ei privilegium primo manum ponere in archiepiscopum consecrandum[25].

1189. Ierusalem capta est a paganis.

IV.

1184. sanctus Florianus per Egidium episcopum Mutinensem in Cracow apportatur et per Getkonem tunc episcopum suscipitur, et basilica in honorem eius extra civitatem edificatur.

1187. claustrum in Koprznicza fundatur. Getko episcopus Cracoviensis obiit.

1188. Fulco in episcopum Cracoviensem ab Urbano papa consecratur, qui dedit ei privilegium primam manum imponere in archiepiscopum consecrandum.

g) *numerus deest* 3a. h) Krzyvouschy 3a. i) Eod. anno *desunt* 3a. k) depdie 3. l) olim in 3a. m) traslata 3. n) transvecto 3; transducta 3a. o) *deest* 3. p) Fredrico 3a. q) destructo 3. r) Col. tr. *des.* 3. s) vicit 3a. t) sancti 3a. u) allatum 3a. v) Gethkonem 3a. w) *deest* 3a. x) a. civ. f. *des.* 3a. y) *numerus deest* 3a. z) Coprzyffnicza 3a. *) *addit* 3a: ante civitatem. a) *anni* 1186. *et* 1187. *desunt* 3a. b) Lubeyow 4.

25) Cf. Gladyszewicz Zywot Prandoty p. 246, qui bullam papalem exhibet, in qua continentur haec: *Ad hec consuetudinem a predecessoribus tuis hactenus observatam, ut videlicet Cracoviensis episcopus post metropolitanum provincie primum locum et vocem optineat, ratam esse decernimus, eamque tibi et successoribus tuis auctoritate apostolica confirmamus, statuentes ut sicut a predecessoribus tuis sepius factum esse dinoscitur, eidem metropolitano manum in sua consecratione imponas.* 26) Cf. a. 1177.

I.

1191.[a] defuncto[27] Bolezlao Kazimirus frater eius minimus Cracow fuit[b] adeptus. Mescho dux Gnezdensis propter[c] iniuriam sibi factam ad Cracoviam accedit et noluerunt eum milites et recessit. Iniuria repulsa consilio Henrici Ketlicz[d] cum exercitu Cracow ingreditur et castrum edificat, quod castrum Kazimir viriliter expugnavit cum Ruthenis, et tunc filium Meschonis liberum dimisit, et Henricus Ketlicz capitur et in Rusiam in exilium mittitur.

1195. 1195.[e] bellum in Moskava inter Meschonem et Lestconem. Lestco prevaluit et Bolez-
1194. laus occiditur. Dux Kazimirus pater Lestconis
Mai. 4. et Cunradi in Cracovia obiit subitanea morte, illata[f] per veneficia cuiusdam mulieris.

1195. 1196. Mescho dux frater senior Kazimiri premortui petit Cracoviam, cui filii Kazimiri resisterunt bello in Moskava.

1201. terre motus fuit per loca ubique[g]
Mai. 4. terrarum quarto Nonas Maii.

1202.[h] dux Lestco successit in Cracoviam, qui accepit uxorem de Rusia nomine Grinislavam[28], de qua genuit sanctam Salomeam ordinis sancte Clare et filium nomine Bolezlaum.

1205. Romanus Ruthenorum princeps
Iun. 19. cum exercitu suo occiditur in Zavichost in festo Gervasii et Prothasii martirum.

Sept. 4. 1207.[i] ordo beati Francisci incepit. Fulco episcopus Cracoviensis obiit, XV[k].

1208.[l] Vincentius successit XVI.[m] ab Innocencio III. confirmatus[n].

II.

1206. abbas Ioachim habuit spiritum prophecie sub Fulcone.

1208. Fredericus cesar obiit.

1209. Hinricus post eum regnavit 5 annis.

1210. Mesko filius Wlatislay Claudicantis et exulantis obtinuit Cracoviam.

1212. bellum fit in Mosgao, in quo Lesko[o] vicit Meskonem.

1214. Kazimirus dux Cracoviensis obiit subitaneo[p] ex maleficio seu incantatione cuiusdam mulieris.

1215. Listko eius filius principatur post eum.

1216. Petrus cardinalis a curia venit in Poloniam et statuit quod copule matrimoniales ante ecclesiam fieri debeant, sacerdotibus interdixit uxores habere.

1221. dux Mesko Claudicans edificavit Bytum.

1223. dux Misko frater Kazimiri[q] obiit.

1224. Listko post eum possedit Cracoviam et duxit in uxorem Grizimislavam[r] Ruthenam.

1227. cesar Hinricus obiit.

1228. Otto Saxo post eum rexit et Rome coronatur.

1229. Romanus potens dux Ruthenorum a Listkone cum sua copia interficitur in Sawigust.

1231. hic Listko genuit Castum Boleslaum et sanctam Salomeam.

1234. Vincentius cognomine Katlubonis fit episcopus Cracoviensis, doctissimus cunctis devotissimusque, qui descripsit primo cronicam a rege Craco incipiens.

a) *in margine* 1: Kazimir regnat in Cracow. b) fuisset 1. 1a. c) *deest* 1. 1a. d) Kethlicz 1a. e) *in margine* 1: Bellum in Moskava inter Mesch' et Lestco[s]. f) illa 1. 1a. g) ub. per loca 1a. h) *in margine et* 1 *et* 1a. *habent*: Amicicia cum Ruthenis. i) *in margine* 1a: Ordo b. francisci et cepit. k) *rubro colore script. in* 1. l) 1207. 1a. m) *rubro colore in* 1 *script.* n) confirmatur 1a. o) Mesko 2. p) subitanee 2. q) Kazimirus 2. r) Gizimilam 2. s) *numerus deest* 3a. t) successit 3a. u) *numerus deest* 3a. v) Laszkongi 3a. w) Ladislai 3.

27) Cf. notam ad Ann. cap. Crac. a. 1191. 28) de Grimislava, Alexandri principis de Belz filia, cf. Gesch. Pol. I, 405 n.

III.

1190. abbas Ioachim habuit spiritum prophecie sub Fulkone.

1191.[s] Fridericus imperator obiit, Henricus succedit[t] et quinque annis imperat.

1192.[u] Cracowia devastata est a Meskone[29] Loripide, scilicet Laskonogi[v], filio Wladislai[w] condam exulis et eiecti.

IV.

1190. abbas Ioachim habuit spiritum prophetie sub Fulcone.

1192. Cracovia devastata est[v] a Mieszkone Loripede, vulgariter Laskonogi, filio Wladislai quondam exulis et eiecti.

III.

1194. bellum fuit in Mosgawa[x] et[y] Lesko[z] prevalet adversus Meskonem[*].

1195.[a] Kazimirus dux Cracovie obiit subitanea morte per veneficia[b] cuiusdam mulieris. Et[c] Lesko filius eius[c] successit.

IV.

1197. bellum fuit inter Mieszkonem et Leszkonem, Leszko prevaluit. Boleslaus occiditur. Cazimirus dux Cracovie moritur subitanea morte per incantaciones cuiusdam mulieris venefice. Lestko filius successit.

1197. Petrus cardinalis, apostolice sedis legatus, venit Poloniam[d], qui instituit matrimonium in facie[e] ecclesie contrahere[f], et sacerdotibus prohibuit habere uxores.

III.

1200. dux Mesko Loripes edificat Bythom[g].

1201.[h] terre motus fuit per loca ubique terrarum quarto Nonas Maii.

1202. dux Mesko frater Kazimiri obiit. Ex tunc dux Lesko Cracoviam pacifice possedit[i], qui accepit uxorem Grzimislawam[k], Ruthenam[l], de qua genuit Boleslaum Pudicum et sanctam Salomeam.

1204.[m] Henricus imperator obiit, cui[n] Ottho Saxo succedit, Rome coronatur[n].

1205.[o] Romanus fortissimus princeps Ruthenorum cum exercitibus suis a Leskone occiditur in Zawichost in festo Gervasii et Protasii.

1207.[o] hic Lesko genuit Boleslaum Pudicum et sanctam Salomeam. Item Fulco episcopus Cracoviensis obiit. Item ordo beati Francisci incepit.

IV.

1200. dux Mieszko Loripes Buthom[w] edificavit.

1202. dux Mieszko frater Cazimiri moritur et ex tunc dux Lestko Cracoviam pacifice possedit, qui accepit Grzymislavam uxorem Ruthenam, de qua genuit Boleslaum Pudicum et sanctam Salomeam.

1205.[x] Romanus Ruthenorum princeps cum omni exercitu occisus est a Lestkone in Zavichost in die Gervasii et Prothasii.

1207. ordo beati Francisci incepit. Fulco episcopus Cracoviensis obiit.

1208.[p] Vincencius episcopus Cracovie ordinatur et ab Innocencio tercio confirmatur. Hic est[p] Vincencius[q] Kadlublonis[r] vir literatissimus[s] in toto mundo et Deo devotus[t]. Iste quoque Vincencius cronicam Polonorum confecit a temporibus magni Gracci ipsam inicians. Qui Graccus floruit ante Christi incarnacionem annis fere pene quingentis, et ante Allexandrum Macedonem annis pene quadraginta vel sexaginta. Item[u] eodem anno Fredricus ultimus coronatur Rome et post hunc nullus Romam pervenit ut coronetur[u].

x) Mozgawa 3a. y) *deest* 3a. z) Mesko 3a. *) *sic prima manus, alia manus posterior quidem delevit hanc vocem et supra scripsit:* Lestkonem 3a. a *numerus deest* 3a. b) intoxicacionem 3a. c) *deest* 3a. d) in Pol. 3a. e) face 3. f) *deest* 3. 3a g Bytom 3a. h) *hic annus deest* 3a. i) succedit 3. k) Grzymislavam 3a. l) *deest* 3. m) 1203. 3a. n) cui — cor. *des.* 3a. o) *anni* 1205. *et* 1207. *desunt* 3a. p) 1208. — Hic est *des.* 3a. q) *addit* 3a dictus. r) Kalublonis 3; Kadlubonis 3a. s) *sic. corr. est alia manu ex* liberatissimus 3. t) *addit* 3a: Cracoviensis episcopus ordinatur. u) Item — coronetur *desunt* 3a. v) et 4. w) Ruthoni 4. x) MCCVII. 4.

29) Wladislaus filius Meskonis cognominatus est Loripes.

	I.	II.
		1239. Fredericus ultimus coronatur Rome a papa Honorio in ecclesia sancti Petri et regnavit 23 annis. Hic[k] ultimo accepit coronam et obiit in excommunicacione.
Nov. 11.	1215. Rome factum est concilium tempore Innocencii III.	1244. Rome fit concilium[l] tempore Innocentii III.
	1216. regula Francisci confirmatur et ordo Dominici confirmatur.	1245. regule sancti Francisci et Dominici confirmantur.
	1218. Vincencius episcopus Cracovie cessit Yvoni de episcopatu.	1247. sponte Vincentius cessit Yvoni ab episcopatu et fit monachus.
Mart. 22.	1219. Henricus archiepiscopus obiit.	
	1221.[a] facta est erupcio ymbrium et aquarum inundacio per triennium in Polonia et ex hoc fuit fames per byennium, mortui sunt multi. Obiit sanctus Dominicus.	1250. sanctus Dominicus obiit. Eo anno venerunt Predicatores Cracoviam et Minores in Kacicz[m].
	1222. ordo Griseorum[b] locatur in Kacycz[c] et Predicatorum in Cracovia.	
	1223. sanctus Dominicus obiit[d].	1254. Gregorius cardinalis tercius venit Cracoviam.
Oct. 4. Ian. 22.	1226. beatus Franciscus migravit ad Dominum. Eodem anno dux Bolezlaus natus est, filius Lestconis 11. Kal. Iulii.	1256. Minores fratres in Mogilna[n] statuuntur.
1227. Nov.	1228.[e] dux Lestco interfectus est a Pomoranis sub fraude, et dux Henricus Zlezie a duce Conrado Mazovie captivatur. Gregorius papa IX. sanctam Elizabeth et sanctum Franciscum et sanctum Dominicum canonizavit[f].	1257. Listko a Pomeranis interficitur. Sanctus[o] Franciscus obiit in Christo. 1259. sanctus Franciscus a papa Gregorio IX. translatus est.
Iul. 21.	1229. Yvo episcopus Cracovie obiit.	1260. Yvo Cracoviensis episcopus obiit, quem sequitur Wislaus. 1262. ecclesia Cracoviensis exusta est, Wyslaus consecratur Cracovie in episcopum.
	1231. Wyslaus consecratur in episcopum Cracoviensem.	
	1232. Vincencius archiepiscopus[30] obiit. Eodem anno beatus Anthonius migravit ad Dominum.	1264. sanctus Anthonius obiit et asscribitur cathalogo sanctorum.
1232.	1234.[g] nascitur Kinga filia regis Ungarie Bele et de matre nomine Maria, in dominica quinquagesima, quam duxit Bolezlaus filius Lestconis, dux Cracoviensis et Sandomiriensis, in uxorem. Eodem[h] anno fratres Minores intraverunt Bohemiam.	1267. Minores veniunt in Bohemiam. 1268. soror Agnes in profesto sancti Francisci concepit.
1231.	1235. Wladyslaus filius Meschonis obiit.	1269. Teuthoni intrant Prusziam, devastant tribus septimanis absque resistencia.
		1272. frater Iohannes Plantarp, minister in Saxonia et Polonia, celebravit capitulum Prage.
	1239.[i] dux Bolezlaus accepit uxorem filiam regis Ungarie, nomine Kingam, bonam mulierem et sanctam, que infra annos in quibus secundum naturam loqui non poterat, primam vocem protulit: *Ave regina*	1274. dux Boleslaus duxit filiam regis Ungarorum.

a) *in margine* 1: Karistia; *in margine* 1a: Karistia magna in Polonia. b) gerseorum 1a, *sed alia manu corr. in* griseorum fratrum. c) Katycz 1. d) *desunt omnia haec in* 1. e) *in margine* 1: Dolor. f) *in margine* 1: Indulgencia; 1a: Canonisacio sancte Elizabeth et S. Francisci et Dominici. g) *in margine* 1: Kinga Bele filia. h) uxorem MCCXXIIII.

30) Cf. notam ad Ann. Crac. comp. a. 1232.

III. IV.

1214.[p] Fredricus coronatur a domino papa Honorio in basilica sancti Petri et 33 annos regnavit. Hic ultimus coronam accepit et in excommunicacione decessit.

III.

1215.[p] Rome factum est concilium tempore Innocentii tercii.

1217.[p] regula beati Francisci et ordo sancti Dominici confirmatur.

1218.[q] Vincencius[r] sponte cessit Ywoni de episcopatu[s] et factus est monachus[t].

IV.

1216. regula Francisci confirmatur et ordo Dominici confirmatur.

1218. Vincentius episcopus Cracoviensis cessit sponte Ywoni de episcopatu.

1219. Henricus archiepiscopus obiit.

1221. sanctus Dominicus migravit ad Dominum, et eodem anno fratres Predicatores in Cracoviam venerunt et Grissei in Kacycz[u] locantur. Item eodem anno erupcio ymbrium et aquarum inundacio per triennium in Polonia, et ex hoc fuit fames per byennium et mortui sunt multi.

1223. Gregorius cardinalis tercius venit Cracoviam.

1225. Lesko dux Cracovie per fraudem in colloquio occiditur a Pomoranis[v]. Eodem anno sanctus Franciscus migravit ad Christum. Item dux Boleslaus natus est filius Leskonis 11. Kal. Iulii 1227.

III.

1227. fratres ordinis Cistriciensis locantur in Mogila que dicitur Clara-tumba.

1228. sanctus Franciscus canonizatur Assisii a papa Gregorio IX.

1229. Ivo episcopus Cracoviensis obiit, cui Wislaus successit.

1230. ecclesia Cracoviensis combusta est et translacio sancti Francisci.

1231. consecracio episcopi Cracoviensis Wislai.

1232. sanctus Anthonius migravit ad Dominum.

1233. idem sanctus Anthonius kathalogo[w] inscribitur.

1234. fratres Minores Bohemiam intraverunt. Eodem anno soror Agnes habitum sancti Francisci suscepit.

1235. Wladislaus filius Meskonis obiit.

1236. Theutunici intrant terram Prussie et tribus septimanis terram vastant sine contradiccione alicuius.

IV.

1228. Ywo episcopus Cracoviensis moritur. Eodem anno dux Lestko interfectus est a Pomeranis sub fraude, et dux Henricus Zlesie a duce Conrado captivatur Mazovie. Gregorius papa IX. sanctam Elisabeth et sanctum Franciscum et sanctum Dominicum canonizavit.

1231. Wislaus consecratur in episcopum Cracoviensem.

1232. Vincentius archiepiscopus moritur. Eodem anno beatus Antonius migravit ad Dominum.

1234. nascitur Kinga filia regis Hungarie, patre Bela et de matre nomine Maria, in dominica septuagesime, quam duxit Boleslaus filius Lestkonis, dux Cracoviensis et Sandomiriensis, in uxorem. 1231.

1234. Teutonici intrant terram Prussie et eam tribus septimanis vastant sine contradiccione alicuius. 1234.

1238. frater Iohannes Plantarum, minister Saxonie et Polonie, Prage capitulum tenuit.

III.

1239. dux Boleslaus duxit filiam regis Ungarie.

IV.

1239. Boleslaus Kingam filiam regis Ungarie accepit in uxorem, bonam mulierem et sanctam.

eodem 1. 1a. i) *in margine* 1: Miraculum. k) *in margine* 2: 1242. l) consilium 2. m) Kalicz 2. n) mogilā 2. o) *in margine* 2: 1258. p) *anni* 1214. 1215. 1217. *desunt* 3a. q) 1216. 3a. r) *addit* 3a: episcopatu. s) de ep. *des.* 3a. t) in Andrzeyow, ubi vixit quinque annis *addit* 3a. *In his verbis desinunt annales in cod.* 3a. u) et ingressi in Kalycz 3. v) Pomorawis 3. w) kathologo 3.

I.

celorum. Quo dicto loqui desiit usque ad tempus secundum naturam prefinitum et tunc cepit formare verba.

1241.[a] Thartari devastaverunt Poloniam et ducem Henricum occiderunt. Eo tempore in Ungaria lupi, vulpes, aquile occiderunt homines.

Mart. 15. 1242. Wyslaus episcopus Cracovie obiit, Prandotha successit. Eodem anno Cunradus milites in Scarbimir captivavit.

Mai. 25. 1243. prelium inter ducem Conradum et Bolezlaum in Suchdol committitur et devincitur[b] Conradus a Cracoviensibus.

1244. Prutheni per frequentes insultus Lucow et Lublin[c] et Secechow devastant[d].

1246.[e] Litwani venientes in Iarosin commiserunt bellum cum Bolezlao et devicto duce milites multos occiderunt[31].

1247. frater Iohannes sedis apostolice legatus ordinis fratrum Minorum, cum aliis fratribus ad regem Thartarorum pervenit.

1243. Oct. 15. 1249. obiit sancta Hedvigis[f].

Mai. 19. 1250. dux Bolezlaus a fratre[32] capitur, qui[g] habuit Iolentam filiam Bele regis Ungarorum.

Dec. 19. 1252. obiit Michael episcopus Cuyavie[33].

1253. Sept. 17. 1254. beatus Stanislaus canonizatur[h] in diccione 12.

1256. Bolezlaus Iolentam duxit in uxorem.

1257.[i] in Moravia circa Bucinam[k] diluvium[34] emersit, multos homines submersit

Iul. 3. in nocte in die sancte Margarethe virginis.

Iun. 4. Premizlius[l] maioris Polonie obiit.

1258. ducissa Grimislava[m] Cracovie obiit. Factus[n] est terre motus hora prima. Ordo[o] martirum incepit.

1259. dux Bolezlaus[35] Cracovie et Sandomirie devastavit[p] terram Lancicie. Eodem[q] anno Thartari devastaverunt terram Cracovie et Sandomirie, et[r] iste fuit secundus adventus, in quo occiderunt et abduxerunt infinita hominum et castrum Sandomiriense ceperunt.

II.

1276. Tartari intraverunt Poloniam et multos occiderunt de populo.

1277. Prandota fit episcopus Cracoviensis.

1279. dux Boleslaus bellavit cum Conrado patruo suo in Suchdol et in fugam e bello convertit.

1282. frater Remundus minister in Polonia, capitulum celebravit in Sandomiria et velavit sanctam Salomeam.

1285. Lythwani bellabant in Iarzesow.

1286. Gotfredus Predicator, legatus accepit quintam partem a sacerdotibus. In eodem anno Iacobus legatus Romanus indulsit esum carnium post septuagesimam.

1291. Sal durum repertum[s] est in Bochna, quod ante numquam ibi fuit.

1293. sanctus Stanislaus canonizatur.

1294. Gotko miles ultra ducentenorum[t] annorum obiit, qui innumera mira de Stanislao et de actibus Polonorum magistro Petro narrabat.

1297. Thomam episcopum Wratislaviensem captivavit dux Slesie.

1299. terre motus magnus fuit.

1300. ius Teutonicum datur civitati Cracoviensi.

1301. ordo penitencie martirum oritur.

1303. Tartari secundo veniunt in Poloniam et optinuerunt Sandomiriam.

1305. in hoc anno orti sunt penitencionarii nudi et flagellarii

a) *in margine* 1: Primi. b) devicitur 1a. c) Lubin 1a. d) *in margine* 1: Inimici christianorum. e) *in margine* 1: vivos commemoretur et iam a. 1253. Febr. 14. successor Wolimirus episcopus nominetur (eod. l. I, 48. I, 957), pro die S. Cyriaci dies 19. m. Dec. est statuendus.

31) Cf. Gesch. Pol. I, 489. 32) sc. Przemislio. Cf. Gesch. Pol. I, 493. 33) Cf. Annalistam ap. Sommersberg II, 85: *Anno D.* 1252. *Michael episcopus Cuyavie in die beati Ciriaci diem vite clausit extremum.* Quum autem secundum diploma apud R. et M. Cod. dipl. Pol. I, 60, die 5. m. Oct. datum, inter 34) Cf. Canon. Prag. cont. Cosmae ad h. a. SS. IX, 177. 35) Cf. Ann. capit. Crac. ad h. a. et Boguphalus l. c. p. 72.

III.

1241. primi Tartari Poloniam intrant, populum occiderunt, devastant terram et ducem Henricum occidunt.

1242. Prandotha episcopus Cracovie ordinatur mortuo Wyslao episcopo.

1243. dux Boleslaus cum Conrado preliantur in Suchdol, in quo prelio fugavit Conradum patruum suum.

1245. frater Remundus minister Polonie capitulum tenuit in Sandomiria et velat Salomeam sanctam.

1246. Lithwani venientes in Iarzezow et commiserunt bellum cum Boleslao et devicto duce milites multos occiderunt.

1247. Gothfridus Predicator legatus quintam partem reddituum exigit a clero. Eodem anno Iacobus apostolice sedis legatus indulget carnes comedere post septuagintam.

1249. sancta Hedwigis obiit.

1250. dux Boleslaus a fratre capitur, qui habuit Iolentam filiam Bele regis Ungarorum.

1252. Michael episcopus Cuyawie obiit[u]. Eodem anno sal[36] durum repertum est in Bochna, quod antea nunquam fuerat.

1253. sanctus Stanislaus canonizatus est.

1254. Gethka miles plus quam centorum annorum senex obiit, qui multa miracula et multa acta Polonorum magistro Petro narravit.

1256. Thomas episcopus Wratislaviensis capitur per ducem Slesie. Oct. 6.

1257. terre motus magnus factus est una hora, et civitas Cracoviensis Theutunico iure locatur. Eodem anno ordo martirii incepit.

1259. Grzimislawa ducissa Cracovie obiit et in Zawichost sepellitur aput fratres Minores.

1260. Tartari altera vice intrant Poloniam, et Sandomiriam expugnant ubi occiderunt multos et abduxerunt infinitam multitudinem. Eodem anno penitentes nudi venerunt se flagellantes.

IV.

1241. Tarthari Poloniam vastaverunt et Henricum ducem Zlesie occiderunt. Eodem anno in Ungaria lupi, vulpes, aquile homines occidebant.

1242. Wislaus episcopus moritur, Prandotha successit.

1243. prelium inter ducem Conradum et Boleslaum in Suchodol committitur, et victus est Conradus a Cracoviensibus.

1244. Prutheni per frequentes insultus Lukow et Lublin[v] et Seczechow vastaverunt.

1246. Lithuani venientes in Iaroczin commiserunt bellum cum Boleslao et devicto eo multos milites occiderunt.

1247. frater Iohannes sedis apostolice legatus, ordinis fratrum Minorum, cum aliis fratribus ad regem Tartarorum pervenerunt.

1249. moritur sancta Hedwigis.

1254. beatus Stanislaus canonizatur.

1255. Getko miles plus quam 200 annorum senex moritur, qui multa miracula sancti Stanislai et multa acta Polonorum magistro Petro uarravit.

1257. terre motus factus est magnus et civitas Cracoviensis locata est Teutonico iure.

1258. Grzimislawa ducissa Cracovie moritur et in Zavichost sepelitur apud fratres Minores.

1259. dux Boleslaus Cracoviensis et Sandomiriensis devastavit terram Lancicie. Eodem anno Tartari devastaverunt terram Cracovie et Sandomirie, et hic fuit secundus adventus in quo occiderunt et abduxerunt infinita hominum millia et castrum Sandomiriense ceperunt.

Bellum. f) *haec verba in* 1 *erasa sunt, sed legi possunt. In* 1a *in margine scriptum est:* beata Hedvigis. g) cui 1. h) *verba* b. S. can. *erasa sunt, sed a Dlugosso restituta hoc modo:* beatus Stanislaus de tumulo elevatur. i) *in margine* 1: Pestilencia. k) ßtinā 1. l) Premizlaus 1a. m) Grmislawa 1a. n) *in margine* 1: Timor. o) *ad haec verba in margine alia manu scriptum est:* Eodem anno 1a. p) devastaverunt 1. q) *in margine* II° 1. r) *deest* 1a. s) impetum 2. t) ducentonorum 2. u) *deest* 3. v) Lubbin 4.

36) Cf. Annales capituli Cracoviensis a. 1251.

I.

1261. dux Zemovitus Mazoviensis a[a]
Pruthenis capitur et occiditur.
Iun. 23. 1262. dux Semovitus Mazoviensis[a] a
Litwanis occiditur et comburitur in Iascow,
1261. Dec. 25. et filius eius Cunradus[b] captivatur. Primiz-
lius[c] [37] coronatur.
Aug. 5. 1263. sol patitur eclipsim in die sancti
Dominici[d].
Iun. 14. 1264. Cracovienses[e] vicerunt[f] Iacuizitas
18.[g] Kal. Iulii.
Iun. 24. 1265. obiit Anna ducissa Zlesie, uxor
Henrici occisi a Thartaris. Dux Lestco duxit[h] Griphinam uxorem suam. Poloni
spoliaverunt Ruthenos et multos occiderunt in metis Polonie, et dux[i] Romanus[38]
occiditur a Lestcone in Zavichost et alios usque Wlodimir[k] Poloni insecuntur,
alii vero infiniti occiduntur[i].
Ian. 11. 1266. Svatopelcus[l] dux gloriosus Po-
meranie[m] obiit. Rex Daniel Rusie moritur.
Sept. 20. Eodem anno Prandotha episcopus Cracovie
Dec. 5. obiit, cui successit Paulus filius Iasconis. Henricus[39] obiit dux Wratislavie.
1267. dominus Guido cardinalis intrat
Febr. 9. Poloniam et fecit synodum Wratislavie.
Mai. 25. Eodem anno sol eclipsim passus est in vigilia ascensionis Domini. Sancta Hed-
Mart. 26. vigis canonizatur[n]. Dux Leo filius Danielis regis Rusie occidit Woyslaum
filium Mendogi ducis Lithwanorum.
1268 soror Salomea ordinis sancte Clare
migravit ad Dominum. In qua mirabile quid
accidit[o], quia[p] 7 diebus iacuit in choro sororum inhumata, in lapide sancte Marie,
et nullum horrorem[q], nullum fetorem sororibus prestabat, sed solacium et
suavitatem. Post sepulturam autem iacuit in terra a 4. Idus Novembris usque
ad 11. Kal. Iunii, et tamen[r] nullus fetor exibat, quando ducebatur in Cracoviam
ad sepulturam, licet archa in qua fuit condita[s] fuisset aperta. Thomas epi-
Mai. 30. scopus Wratislavie[t] obiit. Eodem anno[s] in Cracoviensi dyocesi propter infideli-
tatem cuiusdam mulieris corpus Christi fuit versum in carnem visibilem, quod
cum magna violencia sumpsit mulier, timens prodicionem et pupplicacionem[u]
sui criminis
1269. dux Bela[v], filius regis Ungarie
nomine Bele, obiit et sepultus in Stirgonii[w].

1270. in Kalis[x] infra octavam nativitatis
Christi natus est vitulus habens duo capita
et septem pedes; erant autem capita illa
canina et dentes canini; erat autem unum
caput in loco debito, et hoc erat maius, aliud
erat minus, situm ad caudam, ipse autem
vitulus erat habens pellem vitulinam et pedes vitulinas, cuius cadaver nec
Ian. 20. canes nec porci volebant comedere. Eodem anno[y] 13. Kal. Februarii die Lune
in nocte circa primam horam noctis apertum est celum in modum crucis super
ecclesiam fratrum Minorum in Cracovia, et de illa apertura celi exivit lux in
modum lune et sparsit radios suos per totam provinciam Cracoviensem, in
tantum quod in ecclesia Predicatorum pre fulgore lucis poterat acus inveniri.

II.

1307. cometa visa est 80 diebus et secuta est magna pestis brutorum.

1309. Prandota Cracoviensis episcopus obiit, Paulus successit eum.

1310. Gwido cardinalis venit in Poloniam.

1311. sancta Salomea obiit.

1312. Wisla maxime inundavit. [*Similiter 1466. ante Thorun valde.*]

1313. ecclesia fratrum in Cracovia incinerata est.

1314. castrum in Gnezna restauratur.

1316. Kazimirus iunior genuit duos filios Listkonem et Conradum, ut supra patet.

a) a — Mazoviensis *desunt* 1a. b) *deest* 1a. c) Premislaus 1a. d) *totus hic annus deest* 1a. e) Cracoviensis 1a. f) *deest* 1a. g) ₉g 1; ig 1a. h) ducit 1a. i) *verba* et dux — occiduntur *in 1 erasa sunt, tamen legi possunt.*

37) est Ottokarus II. rex Bohemiae; cf. Canon. Prag. contin. Cosmae ad a. 1261. SS. IX, 178. 38) Verba *et dux Romanus* et sequentia scribae negligentia de a. 1205 transsumpta sunt; cf. notam criticam. 39) Cf. Epitaphia duc. Siles. supra p. 551 et notam Wattenbachii ad Monum. Lubensia p. 17. n. 8.

III.

1261. dux Semovitus Mazowiensis a Prutenis capitur et occiditur.

1262. dux Semowitus a Lithwanis occiditur et conburitur in Iascow, et filius eius Conradus captivatur et Iaromislaus coronatur.

1263. sol patitur eclipsim in die sancti Dominici.

1264. cometes stella apparuit 80 diebus et mortalitas animalium est nimia secuta.

1266. Prandotha episcopus Cracovie obiit, cui Paulus succedit.

1267. domnus Gwido cardinalis legatus in Cracoviam venit. Eodem anno sol eclipsim passus est in vigilia ascensionis Domini. Item sancta Hedwigis canonizatur.

1268. sancta Salomea migravit ad Christum in vigilia sancti Martini confessoris. Eodem anno in Cracoviensi dyocesi propter infidelitatem cuiusdam mulieris corpus Christi fuit versum in carnem visibilem, quod est magna violencia, et tum mulier sumpsit timens publicacionem criminis sui.

1269. Wandalus fluvius subito inundavit. Item eodem anno ecclesia fratrum conburitur[z] in Cracovia.

1270. Bela[*] rex Ungarorum obiit. Eodem anno 13. Kal. Februarii die Lune circa[a] primam horam noctis apertum est celum in modum crucis super ecclesiam fratrum Minorum in Cracovia, et de illa apertura celi exivit lux in modum lune et sparsit radios suos in omnem provinciam Cracoviensem in tantum, quod in ecclesia Predicatorum pre fulgure lucis acus poterat inveniri. Item eo anno fluvius qui dicitur Nissa fluxit sangwine tribus diebus, id est a feria sexta usque ad diem dominicum. Circa idem tempus fluvius

IV

1262. dux Szemovitus Mazoviensis a Lithuanis occiditur in Iaskow[b], et filius eius Conradus captivatur, Przimislius coronatur, primus huius nominis rex.

1263. Cracovienses vicerunt Iazwizitas[c] 18. Cal. Iulii.

1265. obiit Anna ducissa Zlesie, uxor Henrici occisi a Tartaris. Dux Lestko ducit Griphinam uxorem suam. Poloni spoliaverunt Ruthenos et multos occiderunt in metis Polonie, et dux Ruthenorum Romanus occiditur a Lestkone in Zawychost, alios usque Wladimirum Poloni insequuntur, alii capiuntur, infiniti occiduntur.

1266. Prandotha episcopus Cracoviensis moritur, Paulus successit Iaszconis. Daniel rex Russie moritur.

1267. sancta Hedwigis canonizatur.

1268. sancta Salomea migravit ad Dominum in vigilia sancti Martini. Eodem anno in Cracoviensi ducatu propter infidelitatem cuiusdam mulieris corpus Christi versum fuerat in carnem visibilem, quam cum magna violencia sumpsit mulier timens predicacionem et publicacionem sui criminis. Nov. 10.

1270.

1270. Cazimirus iunior filius Boleslai Crzywusty, dux Cracovie, genuit duos filios, scilicet Lestkonem ducem Cracovie et Conradum. Iste Conradus genuit tres filios Cazimirum, Boleslaum, Szemovitum; ex quibus Cazimirus genuit plures filios, scilicet Lestkonem Nigrum, qui post ducem Boleslaum Pudicum Cracoviam tenuit, item Wladislaum, qui Loketk cognominatus est, qui post regem Bohemie Cracoviam est adeptus. Eodem anno in Kalis infra octavas nativitatis Christi natus est vitulus habens duo capita et septem

Habet ea 1a. *In margine* 1 *scriptum est:* In Zavichost Romanus occiditur. k) Wladimir 1a. l) Svathopelcus 1a. m) Pomorie 1a. n) *in margine* 1a: Canonizacio b. Hedvigis. o) acciderit 1. p) quod 1a. q) *in margine* 1: Miraculum. r) cum 1a. s) *deest* 1a. t) Wrathislaviensis 1a. u) supplicacionem 1a. v) Bella 1a. w) Strzegonii 1a. x) *in margine* 1: Miraculum de Vitulo; 1a: In Kalis miraculum. y) *in margine* 1: Visio. z) conburritur 3. *) Sela 3. a) arca 3. b) Laskow 4. c) Iazmizitas 4.

I. II.

Eodem anno similis lux apparuit in Stanatek[a. 40]. Eodem anno obiit rex
Mai. 5. Ungarorum Bela. Ipso anno[b] fluvius qui dicitur Niza fluxit sanguine tribus diebus, id est a feria sexta usque ad diem dominicum[c]. Circa idem tempus fluvius Odra fluxit tribus diebus ita quod color eius[d] aque fuit viridissimus, postea aliis tribus diebus tota aqua sanguinea. Iterum circa festum beate Marie
Iul. 21. Magdalene tribus diebus fuit maxima inundacio aquarum in Cracovia[e] per Wyslam, qualis nunquam visa fuit, quia occupavit villas, segethes[f], prata et totum campum et spacium[g] a monte sancti Stanislay usque ad montem sancti Benedicti, et multos homines submersit et domos et molendina, et duravit hoc malum per 15 dies, et hoc diluvium per diversas provincias mundi, et fecit Raba et Dunaiecz[h]. Obiit regina Ungarorum domina Maria, mater domine Kinge. Eodem anno[i] in terra Zlesie circa Michalow pluit de celo sanguis;
Aug. 27. erat autem tempus estivum et maximus fervor illo die. Eodem[k] anno venit Stephanus rex Ungarie visitare sepulchrum sancti Stanislay, et dum vidit ducem Bolezlaum, qui habebat dominam Kingam sororem germanam, feceruntque
Dec. 6. pacem et concordiam inter se. Item[41] quedam[l] domina de Nakel peperit in uno partu 36 pueros parvulos ita quod simul unum post alium effudit 15, alios post modicam horam effudit, qui omnes pueri sunt mortui immediate.

Ian. 19. 1271. tres soles[m] apparuerunt post ortum solis die Lune 14. Kal. Februarii. Dux Samborius[42] a Bolezlao capitur, qui acquisivit Gdancz. Ianussius[43] archiepiscopus obiit. Eodem[n] anno Griphina uxor ducis Lestconis Syradiensis deposuit de se peplum publice, eo quod dixit se esse virginem incorruptam, nec ab eo poterat cognosci propter inpotenciam ipsius ut dicebatur.

1279. Apr. 7. 1272. dux maioris Polonie Bolezlaus obiit.

1273. dux Boleslaus Cracoviensis con-
44 venit[o] cum Primizlio[p] rege Bohemie in Opavia[q. 44], et firmant amiciciam perpetuam. Eodem anno Lithwani miserabiliter devastaverunt terram Lublinensem. Ipso anno quidam[r] milites Cracovienses processerant ad ducem Opoliensem Wladizlaum[s] cum tota potencia sua[t] de consilio episcopi Pauli Cracovie. Sed Bolezlaus[u] misso exercitu comprehendit eos in campo circa Boguczin[v], et commisso prelio forti ceciderunt multi ex utraque parte quam plures. Item[w] venit vox ad Paulum episcopum Cracoviensem dicens: *Ve tibi, episcope Paule, melius tibi fuisset, si natus non fuisses.* Hanc vocem audierunt bene 70 viri. Inponebatur enim eidem, quod ipso procurante fuisset facta strages supradicta in Lublin. Tandem post aliquantulum tempus venit vox dicens ei: *Non[x] timeas, Paule, fac quicquid volueris, quia ego tecum sum.* Hanc vocem audierunt multi fratres Predicatorum, in quorum domo eo tempore morabatur ante Cracoviam. Post aliquantulum vero tempus[y] eodem anno, predicto episcopo solo existente in cubiculo suo, venit vox de aere dicens[z]: *Non timeas, Paule, fac quod vis, quia septimo anno morieris.* Nec distinxit utrum septimo anno episcopatus sui vel septimo anno ab eo tempore, quo hec vox ad ipsum facta est. Ad quam vocem respondit episcopus: *Bene,* inquit, *quia usque[*] ad septimum annum potero vitam meam emendare.* Et hanc vocem audierunt plures qui stabant ante cubiculum ipsius. Anno[a]

1319. dux Boleslaus obiit sine herede, Liscko Niger post eum. Hic debellavit Ruthenos et Tartaros in Goslitz.

1320. Liscko occidit Lithwanos qui eum spoliaverant.

a) *in margine* 1: Alia. b) *in margine* 1: Plaga Dei. c) dominicam 1a. d) *deest* 1a. e) *in margine* 1: Maxima inundacio. f) segetes 1a. g) et spacium *desunt* 1a. h) Dunaicez 1a. i) *in margine* 1: Plaga. k) *in margine* 1:

40) Staniątki in palatinatu Cracoviensi. 41) Cf. Dzirswae chron. ed. Gedan. p. 31. 42) Cf. Ann. maioris Poloniae infra ad h. a., qui de Samborio nihil tradunt; cf. SS. R. Pruss. I, 691. 43) Cf. Dlugossi hist. Pol. I, 798, qui diem 26. m. Aug. tradit. 44) Troppau.

III.

Odra factus fuit tribus diebus viridissimus, rursus aliis tribus sangwineus. Item circa festum Marie Magdalene per nimiam inundacionem Wyszle ville, segethes, prata, molendina occupati fuerunt, et totum campum et spacium occupavit a monte sancti Stanislai usque ad montem sancti Benedicti, et multi homines submersi sunt, et hoc duravit 15 dies per universas provincias, et inde orta sunt duo flumina Raba et Dunayecz. Eodem tempore in terra Slesie circa Michalow pluit sangwis de celo. Erat autem tempus estivum et maximus fervor die illo.

IV.

pedes, erant autem illa canina et dentes canini. Erat autem unum caput in loco debito et hoc erat maius, aliud erat minus et hoc erat ad caudam situm. Ipse autem vitulus habebat pellem vitulinam et pedes vitulinos, cuius cadaver nec canes nec porci volebant comedere. Eodem anno moritur rex Ungarorum Bela. Eodem anno in Cracovia fuit maxima inundacio aquarum per Wyslam fluvium, circa festum beate Marie Magdalene Iul. 21. tribus diebus, qualis nunquam antea visa est, quia occupavit villas, segetes, prata et totum campum a monte sancti Stanislai usque ad montem sancti Benedicti et multos homines submersit et domos et molendina, et duravit hoc malum per 15 dies. Et similiter duo alii fluvii fecerunt Raba et Dunanecz. Isto anno fluvius qui dicitur Nyssa fluxit sanguine tribus diebus a feria sexta usque ad diem dominicum. Odra eciam fluvius qui preterfluit Wratislaviam fluxit tribus diebus aqua viridissima, postea aliis tribus diebus aqua penitus sanguinea. Eodem tempore moritur regina Ungarorum nomine Maria, mater domine Kinge.

III.

1271. domus[b] in Gnezna recuperatur. Eodem anno tres soles apparuerunt post ortum solis die Lune, 14. Kal. Februarii.

IV.

1271. tres soles apparuerunt in ortu solis die Lune, 14. Kal. Februarii. Samborius a Boleslao capitur, qui acquisivit Gdansk. Ianusius archiepiscopus moritur. Eodem anno[c] Griphina uxor Lestkonis ducis Syradiensis deposuit de se peplum publice, eo quod dixit se esse virginem incorruptam, nec ab eo poterat cognosci propter impotenciam ipsius, ut dicebant.

1272. Kazimirus iunior filius Boleslai Crziwousti, dux Cracowie, genuit duos filios, scilicet Leskonem ducem Cracovie et Conradum.

III.

1273. Lithwani terram Lubliniensem miserabiliter devastaverunt.

IV.

1273. dux Boleslaus Cracovie convenit cum duce Bohemie Przimislio in Opavia, et firmant amiciciam perpetuam. Anno ipso Boleslaus dux Cracovie et Sandomirie, Boleslaus dux Polonie, Conradus dux Mazovie et Lestko dux Szyradie intrantes terram Wladislai ducis Opoliensis devastaverunt eam totaliter, spoliantes et incendio subiicientes usque in Opol et in Coszle et usque in Oderam, et multos homines amiserunt ibidem. Eodem anno quidam milites Cracovienses processerant ad ducem Wladislaum Opoliensem cum tota potencia sua de consilio Pauli episcopi Cracoviensis, sed Boleslaus misso exercitu comprehendit eos in campo Boguczyn, et commisso prelio ex utraque parte ceciderunt plurimi. Venit autem vox ad Paulum episcopum dicens: *Ve[d] tibi, Paule, melius fuisset, si natus non fuisses.* Hanc vocem audierunt bene 60 viri. Imponebatur autem eidem quod ipso procurante fuisset facta strages supradicta. Tandem post aliquantulum tempus venit vox dicens ei: *Non timeas, episcope Paule, fac quicquid volueris, quia ego tecum sum.* Hanc vocem audiverunt multi fratres Predicatorum, in quorum domo morabatur tunc extra civitatem Cracoviensem. Post aliquantulum vero temporis eodem anno predicto, episcopo solo existente in cubiculo, facta est vox ad eum dicens: *Noli timere, Paule, fac quecunque vis, quia septimo anno morieris,* nec distinxit utrum septimo anno episcopatus sui, vel anno septimo ab eo tempore quo huiusmodi

Concordia; 1a: Stephanus rex Ungarie visitat sepulcrum S. Stanislai. l) quidam 1; *in margine* 1: Miraculum de muliere. m) *in margine* 1. Miraculum. n) *in margine* 1: Excusatio. o) conveniunt 1. 1a; *in margine* 1: Amicicia. p) Premislio 1a. q) Upavie 1a. r) quidem 1. 1a; *in margine* 1: Bellum. s) Wladislavum 1a. t) *deest* 1a. u) Bo. 1. 1a. v) Boguzin 1a. w) *in margine* 1: Miraculum de episcopo; 1a: De Paulo episcopo Crac. x) *in margine* 1: Verso. y) temporis 1a. z) *in margine* 1: Miraculum. *) *deest* 1a. a) *in margine* 1: De vastacione Opol. b) domos 3. c) *deest* 4. d) ne 4.

I. II.

ipso Bolezlaus dux Cracovie et Sandomirie, Bolezlaus dux Polonie, Conradus dux Mazovie, Lestco dux Syradie, intrantes terram Wladyslay ducis Opoliensis, devastaverunt eam totaliter spoliantes et incendio subicientes usque in Opol et in Cosle et usque in Odram, et multos homines[a] amiserunt ibidem.

45 1274. factum[b] est concilium[45] generale sub papa Gregorio X, in quo fuerunt congregati episcopi 1200. In hoc concilio Greci sunt reversi ad obedienciam ecclesie Romane, nam et patriarcha Constantinopolitanus celebravit missam
Iun. 29. in Greco coram papa ibidem in die apostolorum Petri et Pauli. Rex[c] eciam Thartarorum ibidem venit et obedienciam Romane ecclesie promisit et fidem confessus est, a quo et coronam suscepit. In[d] territorio Cracoviensi natus est puer cum dentibus, qui statim ut natus est cepit loqui; sed cum esset baptizatus, mox et dentes amisit et loquelam. Vixit autem tribus annis et mortuus est. Eodem anno dux Lestco accepit iterum Griphinam uxorem suam, qua fuerat privatus.

1275. quidam[e] puer vix habens duos annos natu, adstans[f] dixit fratri Minorum ter[g] dicens: *Domine!* Qui ait: *Quid vis?* At ille: *Tartari*[h], inquit, *venient et precident capita vestra*[i]. Cui frater: *Quis tibi dixit?* Cui puer: *Deus*, inquit. At ille: *Timesne eos?* Cui puer: *Timeo, quia precident capita vestra*[k]. Quod factum fuit ita.

1276. res horribilis[l] et miranda. Homo quidam[m] crudelis super pauperes et suis dominis infidelis cum[n] gravi infirmitate venisset[o] ad portam mortis, fratres qui vocati fuerant, ceperunt ipsum inducere ad confessionem. Quibus respondit: *Tempus quidem erat confitendi, set iam est denegata mihi potestas confitendi, nam et*[p] *traditus sum potestati demonum.* Fratribus autem ipsum ad penitenciam inducentibus magis, ne de Domini desperaret misericordia, ait: *Confiteri*, inquit, *non possum iam, set cito*[q] *videbitis quod traditus sum in manus demonum.* Et statim audierunt ictus durissimos quibus ipsum affligebant, neminem autem videbant, set tantum sonum verberum et strepitum audiebant, vulnera[r] in corpore et plagas aspiciebant. Ipse miser afflictus nullam vocem dabat nec gemitum, set tantum vultum[s] contrahebat et rugabat, et sic miser infra verbera
Oct. 6. demonum exspiravit. In octava sancti Michaelis cecidit in Cracovia in magna copia nix. Ioheleth uxor Bolezlay genuit filiam nomine Annam.

Ian. 1. 1277. in[t] circumcisione Domini in media nocte apertum est celum et lux maxima resplenduit ad modicam horam ita quod tota civitas et dyocesis Cracoviensis fuit delectabiliter illustrata. Eodem anno milites Theutonici vocati sunt in Zleziensem dyocesim. Dux Bolezlaus Zlesie de Legnicia cepit[u] Henricum filium fratris sui, ducem Wratislaviensem, requirens ab eo fratris sui iunioris defuncti ducis Wlotconis qui fuit archiepiscopus. Ipso[v] circulo
Oct. 18. circa festum sancti Luce ewangeliste Litwani Lanciciam crudelissime devasta-

a) *deest* 1a. b) *in margine* 1: Greci obediunt pape; 1a: Concilium pro Grecis congregatum. c) *in margine* 1: Tarthari confessi sunt fidem. d) *in margine* 1: Miraculum; 1a: Miraculum de quodam puero. e) *in margine* 1: Pro-

45) Lugduni.

III. IV.

vox ad ipsum facta est. Cui respondit episcopus: *Bene, quia usque ad septimum annum vitam meam possum emendare.* Et hanc vocem audierunt plures qui stabant ante cubiculum ipsius.

III. 1274. Conradus filius Kazimiri genuit tres filios: Kazimirum, Boleslaum, Semovitum. Ex quibus genuit plures filios, scilicet Leskonem Nigrum, qui post ducem Boleslaum Pudicum Cracoviam tenuit. Item genuit Wladislaum, qui Lotko[v*] cognominatus est, qui post regem Bohemie Cracoviam adeptus est. Cuius filius Stephanus aput fratres Minores in Cracovia est sepultus.

IV. 1274. factum est comitium generale sub papa Gregorio X, in quo fuerunt congregati episcopi 1200. In hoc concilio Greci sunt reversi ad obedienciam ecclesie Romane, nam et patriarcha Constantinopolitanus celebravit in Greco ibidem coram papa missam in die[x] apostolorum Petri et Pauli. Rex eciam Tartarorum venit ibidem et obedienciam Romane ecclesie promisit et fidem confessus est, a quo et coronam accepit. In territorio Craco-viensi natus est puer cum dentibus, qui statim cepit loqui, et cum baptizatus esset, statim et dentes amisit et loquelam. Vixit autem tribus annis et mortuus est. Eodem anno dux Lestko iterum Griphinam uxorem suam accepit, qua fuerat privatus.

1275. quidam puer vix annos duos habens natu, dixit fratri Minorum ter dicens: *Domine.* Qui ait: *Quid vis?* Et ille: *Tartari,* inquit, *venient et precident capita vestra.* Cui frater: *Quis tibi dixit?* Cui puer: *Deus,* inquit. At ille: *Timesne,* inquit, *illos?* Cui puer: *Timeo,* inquit, *quia precident capita vestra.* Quod et ita factum est.

III. 1276. res horrenda et valde mirabilis. Homo quidam crudelis in pauperes et suis dominis infidelis, gravi infirmitate correptus cum venisset hora mortis, eius fratres qui vocati fuerant, ceperunt inducere eum ad confessionem. Quibus respondit: *Tempus quidem erat confitendi, set michi iam potestas denegata est, nam et traditus sum potestati demonum.* Fratres autem ipsum ad penitenciam inducentes, ne de Dei misericordia desperaret, ait: *Confiteri,* inquit, *iam non possum, sed cito videbitis quia tradar in manus demoniorum flagellandus.* Et statim audierunt ictus durissimos quibus ipsum affligebant, et sonum verberum, et vulnera plagasque aspiciebant, neminem tamen videbant. Ipse autem miser afflictus nec vocem nec gemitus dabat, et sic miser inter vulnera et verbera demonum exspiravit. Item in octava sancti Michaelis in Cracovia copia magna nivis[w] cecidit.

1277. in circumcisione Domini in noctis medio apertum est celum et lux maxima resplenduit ad modicam horam ita quod tota civitas et dyocesis Cracoviensis illustrata fuit delectabiliter. Item circa festum sancti Luce ewangeliste Lithwani Lanciciam crudelissime devastaverunt abducentes secum in captivi-

IV. 1276. res miranda et horribilis. Homo quidam crudelis super pauperes et suis dominis infidelis cum gravi infirmitate venisset ad portas mortis, fratres qui vocati fuerant, ceperunt ipsum inducere ad confessionem, quibus respondit: *Tempus quidem erat confitendi, sed iam denegata est mihi potestas confitendi, nam et traditus sum potestati demonum.* Fratribus autem ipsum ad penitenciam inducentibus magis, ne de Domini misericordia desperaret, ait: *Confiteri,* inquit, *non possum iam, sed cito videbitis quia traditus iam sum in manus demonum.* Et statim audierunt ictus durissimos quibus ipsum affligebant, neminem autem videbant, sed tantum sonum verberum et strepitum audiebant, vulnera in corpore et plagas aspiciebant. Ipse miser afflictus nullam vocem dabat nec gemitum, sed tantum vultum contrahebat et rugabat, et sic inter verbera demonum exspiravit.

1278. post ruinam regis Ungarorum filia eius Kynga, virgo Deo devota et sancte Marie semper virgini, in die sancti Stephani protomartiris vidit in visione quandam virginem pulcherrimam indutam pallio mirabili, que habebat litteras insertas per totum pallium de septem gaudiis beate Marie, excepta una

phetia. f) astans 1a. g) sic 1a h) Tharthari 1a. i) nostra 1. 1a. k) nostra 1a. l) *in margine* 1: Miraculum horribile. m) quidem 1. 1a. n) *deest* 1. 1a. o) *deest* 1a. p) namque 1a. q) set cito *desunt* 1a. r) volnera 1a. s) voltum 1a. t) *in margine* 1: Visio. u) recepit 1a. v) *in margine* 1: Pestis; 1a: Lithvani Lanciciam vastant et homines capiunt. v*) Lestko 3. w) nimis 3. x) in die missam 4.

verunt abducentes secum in captivitatem preter eos qui occisi sunt quadraginta milia
hominum utriusque sexus. Post[a] ruinam regis Bohemorum filia ipsius domina Kinga,
1276. Dec. 26. virgo Deo devota et beate virgini Marie, in die sancti Stephani protomartiris vidit in visione
quandam virginem pulcherrimam indutam pallio mirabili, que habebat litteras insertas per
totum pallium de septem gaudiis beate virginis Marie, excepta una plica pallii in qua non
erant littere. Quod videns puella cepit mirari. Ad quam beata virgo: *Cur*, inquit, *filia,
miraris?* Ad quam puella: *Admiror tuam pulcritudinem*[b] *et cur pallium tuum non est per
totum ornatum.* Ad quam domina: *Ego sum*, inquit, *mater Domini, tu autem hoc pallium
meum decorasti. Sed quia hesterna die non recitasti septem gaudia mea, que solebas semper
recitare, ideo pallium istud non est per omnia ornatum. Verumptamen, filia, noli conturbari,
quia desiderium tuum adimplebitur, nec de patre sollicita sis, quia ad maiorem gloriam perdu-
1277. Sept. 8. cetur quam umquam fuit perductus.* Eodem anno in nativitate beate Marie virginis intravit
ordinem sancte Clare in Praga cum maxima sollempnitate[46].

1278. in Cracoviensi dyocesi erat quidam lacus, in quo homines nullo modo poterant
piscari propter inpedimenta dyaboli. Cum ergo eo anno esset hyems[c] magis aspera solito,
quidam milites et religiosi et multi simplices illius provincie congregati fuerunt[d] ad captu-
ram piscium illius laci cum crucibus et vexillis. Et primo quidem traxerunt, licet cum dif-
ficultate, sagenam habentem tres parvos pisciculos. Secundo traxerunt sagenam masti-
gatam et nullum piscem habentem. Tercio vero traxerunt sagenam cum maxima difficul-
tate continentem quoddam monstrum quod habebat caput caprinum[e] et oculos rubicun-
dissimos; quo viso homines fugierunt relictis crucibus, ex quo omnes fere fuerunt morbidi
facti, ipsum vero monstrum cum extraxisset caput suum, subtus glaciem cepit discurrere[f]
47 per aquam sonitum et strepitum faciendo. Frater[g] Martinus[47] ordinis Predicatorum
Iun. 22. factus est archiepiscopus Gneznensis a domino papa Nicolao III. nacione Romano, qui prius
quam venit Gneznam mortuus est eodem anno. Rex Bohemorum Primislius[h] per tradi-
Aug. 26. cionem Theutonicorum superatus est ab imperatore Rudolpho in finibus Ungarorum iuxta
flumen qui dicitur Morava. Eodem[i] tempore dux Bolezlaus Polonie habens adiutorio
Mstiwoynem ducem Pomoranie, intravit fines Theutonicorum octo diebus spolians terram
ipsorum, et ad ultimum gloriose triumphavit de exercitu ipsorum. Eodem[k] anno sur-
rexit quidam[l] religiosus nomine Nicolaus nacione Theutonicus, ordinis fratrum Predica-
torum, qui docuit homines comedere serpentes, lacertas et ranas contra quamlibet infirmi-
tatem a qua detinebantur, sive fuit dolor oculorum vel aliud. Urinam autem hominis infirmi
nunquam inspiciebat, sed habebat quasdam bursiculas clausas. Quid autem in eis clausum
fuisset, aspicere prohibebat[m]. Suspendebat autem illas bursiculas singulas super singulos
infirmos per noctem, et qui sudabant ex huius suspensione et quedam[n] videbant sompnia
curabantur, et qui non, non. Capiebantur autem serpentes nuda manu ab hominibus in
nomine predicti Nicolay, non in nomine Christi. Nam si quis in nomine Christi vellet capere
serpentem, eciam si habuit manum tectam cum cyroteca, statim momordit eum serpens.
Ab hoc autem informati quidam[o] fratres de ordine Predicatorum comedebant serpentes.
Dominus eciam Lestco[p] dux Syradie cum uxore sua Griphina per mandatum eiusdem Pre-
dicatoris eodem anno cepit comedere serpentes, lacertas et ranas, propter quod fuit ab-
hominabilis omni populo, licet fuerint[q] eis valde medicinales.

1278. Dec. 23. 1279. dominus[r] Wlostiborius electus est in archiepiscopum Gneznensem, sed cassatà
est eius eleccio. Eo[s] anno Philippus episcopus[48] sedis apostolice et legatus, venit in
1279. Sept. 14. Ungariam et Poloniam, qui fecit multas constituciones duras et duos episcopos in Ungaria
incarceravit perpetuo. Eodem anno obiit Bolezlaus Polonie, qui habebat uxorem Ioheleth,
filiam Bele regis Ungarorum. Iste Bolezlaus[t] fuit maximus triumphator de Theutonicis et
Apr. 7. virilis homo, quia nullum regem quemcumque timebat, mortuus 7. Idus Aprilis. Iam[u]
dicto anno pugnantibus cruciferis de domo Theutonica contra Lithwanos[v], capti sunt duo

a) *in margine* 1: Miraculum de septem gaudiis virginis Marie. b) pulchritudinem 1a. c) yems 1a. d) fuerant 1a.

46) Cf. Francisci chron. ap. Pelzel et Dombrowski SS. RR. Bohem. II, 29. 47) Cf. Theiner Mon. Pol. I. p. 85. Est Martinus Polonus, chronographus. 48) Cf. Theiner Mon. Pol. I, 86. Philippus episcopus Firmanus mense Iunio ineunte Ungariam intravit. Synodus celebrata est die 14. m. Sept. Constitutiones huius synodi exhibet Hube Antiquae constitutiones provinciae Gneznensis. Petropoli 1856. p. 72—164 et Helcel, Pomniki etc. p. 364.

III.

tatem preter eos qui occisi sunt quadraginta milia hominum utriusque sexus.

IV.

plica pallii in qua non erant littere. Que videns puella cepit mirari; ad quam beata virgo: *Cur*, inquit, *miraris?* Ad quam puella: *Miror*, inquit, *tuam pulchritudinem et cur pallium tuum non est per totum ornatum.* Ad quam domina: *Ego sum mater Domini, tu autem hoc pallium meum decorasti, sed quare hesterna die non recitasti septem gaudia mea, que solebas semper recitare, ideo hoc pallium meum non est per totum ornatum, verum tamen, filia, noli conturbari quia desiderium tuum adimplebitur, nec de patre sollicita sis, qui ad maiorem gloriam, quam unquam fuit, perducetur.* Eodem anno in nativitate gloriose virginis Marie, intravit ordinem sancte Clare in Praga cum maxima solempnitate.

III.

1278. in Cracoviensi diocesi erat quidam lacus, in quo homines nullo modo piscari poterant propter impedimentum dyaboli. Cum ergo eo anno esset yemps magna aspera solito, quidam miles et religiosi et multi simplices illius provincie congregati fuerunt ad captivacionem piscium illius laci cum crucibus et vexilis. Et primo quidem traxerunt, licet cum difficultate, sagenam habentem tres pisciculos parvos. Secundo traxerunt sagenam mastigatam et nullum piscem habentem. Tercio vero traxerunt sagenam cum maxima difficultate continentem quoddam monstrum, quod habebat caput caprinum et oculos rubicundissimos, quo viso homines fugierunt relictis crucibus. De quo vero omnes fuerunt morbidi facti. Ipsum verum monstrum cum extraxisset caput suum subtus glaciem, cepit discurrere per aquam, sonitum et strepitum faciendo.

IV.

1278. in Cracoviensi dioecesi erat quidam lacus, in quo homines nullo modo poterant piscari propter impedimenta diaboli. Cum ergo eo anno esset hiems magis aspera solito, quidam milites et religiosi et multi simplices illius provincie congregati fuerunt ad capturam piscium illius lacus cum crucibus et vexillis. Et primo quidem, licet cum difficultate, traxerunt sagenam habentem tres parvos pisciculos. Secundo traxerunt sagenam masticatam et nullum piscem habentem. Tertio vero traxerunt cum maxima difficultate quoddam monstrum, quod habebat caput caprinum et oculos rubicundissimos; quo viso homines fugerunt. Ex quo omnes fuerunt morbidi facti. Ipsum vero monstrum cum inposuisset caput suum subtus glaciem cepit discurrere per aquam, sonitum et strepitum faciendo. Eodem tempore Boleslaus dux Polonie habens adiutorio Mestvinum ducem Pomeranie, intravit fines Teutonicorum octo diebus, spolians terram, et ad ultimum gloriose triumphavit de exercitu eorum.

III.

1279. frater Bonagracia in generalem eligitur et frater Nicolaus sigillum provincie tenuit. Item eodem anno in Italia in vigilia Marci ewangeliste factum est terre motus magnus, ex quo subverse sunt septem civitates.

IV.

1279. obiit Boleslaus dux Polonie, qui habebat uxorem, filiam Bele regis Ungarorum. Iste Boleslaus fuit maximus triumphator de Teutonicis et homo virilis, quia nullum regem quantumcunque potentem timebat. Obiit 7. Idus Aprilis. Eodem anno pugnantibus cruciferis de domo Teutonica contra

e) carpinum 1a. f) cepit sibi discurrere 1a. g) *in margine* 1a: Martinus archiepiscopus. h) Premislaus 1a. i) *in margine* 1: Vastacio. k) *in margine* 1: Miraculum de serpentibus; 1a: De quodam religioso Nicolao fratre Predicatorum. l) *eadem manu superscribendo corr. in* quidem 1. m) probibebatur 1a. n) quidam 1a. o) quidem 1a. p) *in margine* 1: Serpens. q) fuerunt 1a. r) *in margine* 1a: Wlostiborius archiepiscopus. s) *in margine* 1: Legatus. t) Bo. 1. u) *in margine* 1a: Cruciferi contra Lithvanos pugnant. v) Lithphanos 1a.

fratres cruciferorum a Lithwanis, quorum unus cum fuisset suspensus super altissimam arborem, equus quoque eius sub eo suspensus est, ut supposito igne utrumque vorax flamma consumeret. Sed mirum in modum equo igne consumpto apertum est celum super cruciferum et lux magna descendit super eum, et ignem suppositum sparsit in partes diversas[a]. Cumque lux illa ascenderet in celum, ascendit simul et crucifer ille cum corpore in celum, ita quod post discessum lucis nullum vestigium, nulla particula vel signum inventum est de illo. Videbaturque[b] Lithwanis astantibus et ascensionem illam mirantibus quod virgo pulcherrima ascenderet in celum. Sed quia hoc factum pagani affirmabant incantacionibus, non virtuti divine, ostendit eis aliud sequens miraculum quod in socio illius suspensi cruciferi experiri voluerunt. Nam viso predicto miraculo superstitem cruciferum dirumpto[c] trunco arboris per medium incluserunt circumponentes et ignem copiosum ut vivus igne consumeretur, sed Dominus militem suum pro fide certantem non reliquit sine celesti presidio, nam subito celum fuit super ipsum apertum et quedam avis magna alba, qualis nunquam ab aliquo vivente visa fuit, descendit de celo in luce magna et veniens ad predictum eripuit de medio igne et tulit secum in celum cum corpore, quod videntes pagani dixerunt: *Vere magnus est Deus christianorum qui talia facit servis suis.* Eodem[d] anno
Apr. 24. in Ytalia, in vigilia beati Marci ewangeliste factus[e] est ter[f] motus terre, ex quo subverse sunt septem civitates. In montibus autem circa Bononiam cecidit ros sanguineus[g] in maxima quantitate, presidente Romane ecclesie domino Nicolao papa III.[h], qui vocabatur Iohannes Gahetanus[i]. Miserabiliter autem terra absorbuit civitates, quia descenderunt in abyssum cum suis habitatoribus[k], et audiebatur vox clamancium per quatuor dies de abysso: *Misericordiam, misericordiam, Deus.* Montes eciam duo convenerunt in unum; inter quos fluebat fluvius, qui ita fuit conclusus montibus, quod nullum meatum habens fecit lacum circa se, ad sexaginta miliaria et amplius, omnia subvertens. Aliqua eciam castra in montibus sita, aperiens se terra per motum terre, qui stetit 15 diebus, ipsa castra cum montibus absorbuit, aliquos montes maximos in planiciem deducens terre penitus coequavit et in populo stragem fecit miserabilem. Nam[l] in quodam claustro Cystercienси[m] quinqua-
Dec. 10. ginta sorores occidit; et talia multa mala facta sunt. Anno eodem[n] obiit gloriosus princeps Bolezlaus, filius Lestconis filii Kazimiri, dux Cracovie et Sandomirie[o]. Fuit autem homo castus, pudicus, sobrius et mansuetus[p], nulli[q] malum pro malo reddens, libertatum ecclesie conservator, militum verus amator, quia sibi nichil retinebat, sed omnia militibus largiebatur, religiosorum omnium fuit benefactor. Cuius mortem non solum terre domini[r], eciam[s] vicine provincie principes ac milites defleverunt. Regnavit autem 37 annis, obiit autem sine prole. Cui successit per eleccionem[t] dux Lestco, filius Kazimiri, frater eius patruelis filii Conradi. Uxor autem vero Kinga post sepulturam mariti sui suscipit habitum ordinis sancte Clare cum sorore Ioheleth, relicta Bolezlay ducis Polonie, que fuerunt uterine sorores, filie Bele regis Ungarie. Ingrediente duce supradicto Lestcone Cracoviam cum uxore sua Griphina, filius ducis Zemovithi Cuyavie, puer parvulus nomine Lestco, sedens in sinu Griphine prophetavit dicens[u]: *Audi, patrua, ecce tu paries filium parvulum qui vocabitur Bolezlaus,* et hoc frequenter iteravit interrogantibus eum dominabus, que sedebant in curru, et ille nichil amplius respondit. Griphina erat ducis Roczislay et mater Anna.

1280. primo[v] anno eleccionis ducis Lestconis venit Leo dux Rusie cum exercitu copioso Thartarorum et Lithwanorum et Ruthenorum volens possidere ducatum Cracovie et Sando-
Febr. 23. mirie. Cui occurrerunt Cracovienses et Sandomirite[w] in vigilia Mathie apostoli feria 6. circa Goslicz, videlicet Petrus filius Alberti Cracoviensis, Ianussius palatini Sandomirie, Varso castellanus Cracoviensis ad manum cum 600 hominibus et prostraverunt[x] Thartharorum, Lithwanorum, Ruthenorum admirabilem multitudinem, domino celi victoriam conferente[y]. Ipse autem secundo die fugit de terra valde confusus, quem post 15 dies secutus est dux Lestco habens secum[z] 30 milia equitum et duo milia peditum, et spoliavit eius terram mirabiliter et castra subvertit Rusie. Reversusque est ad propria in pace et cum gloria, presidente domino Nicolao summo pontifice Romane ecclesie, domino Paulo episcopo Cracoviensi[s].

a) *in margine* 1a: Miraculum. b) videbatur quoque 1a. c) dirupto 1a. d) *in margine* 1: Terre motus ter; 1a: Terre motus in Ytalia tempore Nicolai pape. e) factum 1. f) *deest* 1a. g) *in margine* 1: Sanguis. h) VII. 1a. i) Ioannes Gagetanus 1a. k) *in margine* 1: Subversio civitatum. l) *in margine* 1: Sorores. m) Cystercienses 1a. n) idem 1. 1a. o) *in margine* 1a: Boleslaus XXXVII annis regnavit. p) manswetus 1a. q) ulli 1a. r) *deest* 1a.

III. IV.

Lithuanos, capti sunt duo fratres cruciferorum a Lithuanis, quorum unus cum fuisset suspensus super altissimam arborem, equus quoque sub ipso suspensus est, ut igne supposito utrumque vorax flamma consumeret. Sed mirum in modum equo per ignem consumpto celum apertum est super cruciferum et lux magna descendit super eum et ros descendens de celo ignem dispersit in diversas partes. Cumque lux illa ascenderet in celum, simul et crucifer ille ascendit cum corpore in celum; itaque post discessum[a] lucis nullum vestigium, nulla particula vel signum inventum est de illo, videbaturque Lithuanis astantibus et ascensionem illam mirantibus, quod virgo pulcherrima ascenderet in celum. Sed quia pagani huiusmodi factum asscribebant incantacionibus, non virtuti divine, ostendit eis Deus aliud miraculum, quod in socio suspensi illius cruciferi experiri voluerunt, nam viso predicto miraculo superstitem cruciferum dirupto trunco arboris per medium incluserunt, circumponentes ignem copiosum ut vivus igne consumeretur. Sed Dominus militem suum pro fide certantem non reliquit sine celesti presidio. Nam subito celum fuit super ipsum apertum, et quedam avis magna alba, qualis numquam visa fuit ab aliquo vivente, descendit de celo in luce magna et eripuit predictum cruciferum de medio igne et tulit secum in celum in corpore. Quod videntes pagani dixerunt: *Vere magnus est Deus christianorum, quia talia facit servis suis.* Eodem anno in Ythalia in vigilia beati Marci euangeliste factus est terre motus, ex quo subverse sunt septem civitates. Miserabiliter autem terra absorbuit civitates, quia descenderunt in abyssum cum habitationibus suis et audiebatur vox clamantium de abysso per quatuor dies. Montes eciam duo convenerunt in unum; inter quos fluebat fluvius, qui ita fuit montibus conclusus, qui nullum meatum habens fecit lacum circa se ad 60 milliaria et amplius, omnia subvertens. Multa eciam castra in montibus sita, aperiens se terra per motum terre que stetit 17 diebus, ipsa castra cum montibus absorbuit, aliquos montes maximos in planiciem deducens, terre penitus coequavit et in populo stragem miserabilem fecit. Nam in[b] quodam claustro Cysterciensium ordinis 70 sorores occidit et alia multa mala fecit. Eodem anno obiit gloriosus princeps Boleslaus, filius Lestkonis filii Cazimiri, dux Cracovie et Sandomirie, qui fuit homo castus, pudicus, sobrius, mansuetus, nulli malum pro malo reddens, libertatum eciam conservator, militum verus amator, religiosorum omnium fuit benefactor. Regnavit autem 37 annis. Obiit quoque sine prole, cui successit Lestko per electionem militarium, frater eius patruelis. Uxor autem Boleslai domina Kynga post sepulturam mariti ingressa est ordinem sancte Clare cum sorore relicta Boleslai ducis Polonie, que fuerunt sorores uterine[c] filie Bele regis Ungarorum.

1280. dux Boleslaus obiit sine prole, cui successit Lesko Niger, dux Sandomiriensis, electus a militibus. Qui dux Ruthenos cum Thartaris in Goszlicz potenter stravit.

Anno Domini 1280. primo anno electionis ducis Lestkonis, venit Leo dux Russie cum exercitu copioso Tartarorum, Lithwanorum et Ruthenorum, volens possidere ducatum Cracoviensem et Sandomiriensem, cui occurerunt Cracovienses et Sandomirienses feria 7, vigilia beati Mathie apostoli, Febr. 24. in Gosliz, videlicet Petrus filius Alberti Cracoviensis et Ianussius Sandomiriensis palatini cum 600 hominibus, et prostraverunt Tartarorum, Lithuanorum et Ruthenorum maximam multitudinem, domino celi ipsis victoriam conferente. Ipse autem Leo secundo die fugit de terra valde confusus, quem post 15 dies secutus est Lestko habens secum 30 millia equitum et duo millia peditum, et

s) verum eciam 1a. t) *in margine* 1: Eleccio. u) *in margine* 1: Prophetia. v) *in margine* 1: Bellum. w) Sandomē 1. x) *in margine* 1: Victoria Polonorum. y) conferentes 1. z) *deest* 1. *) Cracoviense 1a.
a) discessuum 4. b) *deest* 4. c) ultime 4.

I.

1281. dominus Firminus[a, 49] episcopus et apostolice sedis[b] legatus per regnum Ungarie et per Poloniam, a rege Ungarie captus est et extra Ungariam turpiter in curru eductus, eo quod in officio sue legacionis multas iniurias intulit eidem regi nomine Wladyslao. Eodem[c] anno predictus rex Ungarie a baronibus suis captus est et in quodam castro positus cum uxore sua, filia regis Karuli, ut vel sic possent prolem habere. Erat enim[d] prefatus rex Wladislaus lascivus homo, non curans de uxore sua, sed quadam abutebatur Comana. Eodem anno dux Henricus Wratislaviensis cepit fratres suos duces, videlicet filium Bolezlay, ducem Henricum de Lednicia fratrem patruelem, cuius fratrem uterinum Bernardum occidit, ducem Polonie Primislium fratrem amitalem, filium ducis Primislii Polonie, ducem Henricum Glogoviensem fratrem patruelem filium Conradi, hos duos cepit, dolo vocans eos ad quandam ecclesiam racione colloquii, pro quibus duram penam sustinuit in carcere[e]
1280. sue spoliacionis[f]. Ipso anno obiit Nicolaus papa III. et Martinus Thuronensis nacione
Aug. 22. de cardinalibus electus. Cuius[g] temporibus fluxit Rome sanguis[h] de celo et inundacio aquarum fuit per totum fere mundum.

1282. Lestko dux Cracoviensis, Sandomiriensis et Syradiensis persecutus est Iaczuizitas, ammonitus in sompniis per Michaelem archangelum et comprehendit eos ultra Narew.
Oct. Quibus superatis reduxit totam predam quam ipsi de Lublin abduxerant. In quo conflictu nullus hominum[i] occisus est de ipsius exercitu; ubi mirabile accidit, quia[k] canes quos predicti gentiles abduxerant, viso christianorum[l] exercitu ceperunt gaudere, ululare et exultare per signa, qui[m] simul cum christianis in occisionem gentilium conversi sunt mor-
[1285.] dentes atrocissime. Anno[n] eodem Ianussius[50] palatinus et milites Sandomirienses opposuerunt se predicto duci Lestkoni et castrum Sandomirense et castrum de Radom tradiderunt duci Conrado, principi Mazowie, sed prefatus dux Lestko[o] expulit Conradum de terra, et predicta castra et totam terram in pace possedit. Eodem[p] anno fuit maxima fames in terra Cracoviensi, propter quam infinita milia hominum exiverunt in Rusiam et in Ungariam, sed qui iverant in Rusiam dati sunt Tartharis, qui vero transiverunt in Un-
Oct. 4. gariam venditi sunt Comanis. Eodem anno in die beati Francisci infra capitulum fratrum Predicatorum, quod celebravit eorum summus magister, intraverunt Lithwani[q], Christi inimici, pagani, clandestine terram Sandomiriensem, duce et fere omnibus militibus in Cracovia residentibus propter capitulum predictum, spoliantes et mactantes ministros Christi, sacerdotes et levitas, clericos, milites eorumque uxores cum pueris, cives cum uxoribus puerisque eorum, et villanos veluti[r] pecora abducentes, eligendo senem et virum sue etatis occidentes, iuvenes et iuvenculas pro famulis[s] in perpetuum alligantes. Quid plura auspicia in occisis christicolis contemplatur ab eisdem. Nullo autem resistente, sine omni lesione terra et hominibus devastatis exiverunt. Milites vero qui aufugerant[t] ad castrum Sandomiriense, nuncium celerem ad ducem in Cracoviam, ibidem manentem, transmiserunt, qui stragem et seviciam[u] predictorum paganorum, duci et baronibus cum lacrimis intimavit. Audito hoc dux illustris Lestko cum baronibus lugubrem fletum emiserunt. Concitati et accincti Dei adiutorio et confidentia magis quam virium et armorum robore, confitentes peccata, dux cum suis baronibus, sumptoque corpore Christi, eos atrocissime seseque mutuo[v] exhortantes insecuti sunt, quod cognicientes pagani in densissimis silvis se receperunt. Christiani vero videntes quod in tuto loco essent, eos invadere timuerunt et eciam ipsi plures fuerunt. Attamen ducti consilio spiritus almi fugam simulantes a presidio paganorum parum discesserunt[w], quod videntes Christi inimici omnes exiverunt de presidio, in quo se receperant, captivis vero relictis et legatis tamquam oves occisionis in eadem silva, acies contra ducem Lestkonem et barones ordinaverunt, qui[x] videntes exercitus christianorum, aliqui timore perterriti retrocesserunt. Dux vero Dei adiutorio confisus taliter affatur suos commilitones: *Melius est nos mori pro Christi nomine et captivis gloriose, quam videre mala gentis nostre.* Hiis prolatis exercitum duabus alis cinxerunt, videlicet Segothoni tunc palatino Cracoviensi et Ianussio palatino Sandomiriensi existensibus has predictas a duce alas tradite fuerunt, quibus paganismum Deo opitulante vallaverunt et

a) *in margine* 1: De legatō. b) *deest* 1. c) *in margine* 1: De Wladislao Ungarorum rege. d) nempe 1a. e) in 1

49) Die 11. mensis Iulii a. 1281. synodum in Wladislavia celebravit. Cf. Ledebur, Neues Archiv II, 221.
50) v ad a. 1285.

III. | IV.

spoliavit eius terram miserabiliter et castra subvertit Russie, reversusque est ad propria cum pace et gloria.

1281. Nicolaus papa III. obiit et Martinus, Thuronensis nacione, de cardinalibus electus, cuius temporibus fluxit Rome sangwis de celo et inundacio aquarum fuit per totum fere mundum.

1282. dux Boleslaus Lithwanos predantes terram interfecit.

1282. dux Lestko Cracoviensis et Sendomiriensis et Syradiensis persecutus est Yazwizitas[y], admonitus in somnio per archangelum Michaelem, et comprehendit eos ultra Nareff, quibus superatis reduxit totam predam, quam ipsi de Lublin abduxerant, in quo conflictu nullus hominum occisus est de ipsius exercitu, ubi et mirabile accidit, quia canes, quos predicti gentiles abduxerant[z], viso christianorum exercitu ceperunt gaudere, ululare et exultare per signum, quo simul cum christianis in occisionem gentilium conversi sunt, mordentes atrocissime. Eodem anno fuit maxima fames in terra Cracoviensi, per quam famem[*] infinita millia hominum iverunt alii in Russiam, alii in Ungariam.

corr. in terre. f) spoliacionem 1. g) *in margine* 1: Pestis. h) sangwis 1a. i) homo 1a. k) quod 1a. l) christiano 1a. m) que 1a. n) *in margine* 1: Infidelitas. o) L. 1. 1a. p) *in margine* 1: Fames maxima. q) *in margine* 1: Litwani intrant. r) sicuti 1a. s) per familias 1a. t) confug. 1a. u) seviciem 1a. v) sese quoque 1a. w) recesserunt 1a. x) quod 1a. y) yazmizitas 4. z) adduxerant 4. *) fame 4.

I.

devicerunt[a]. De occisis autem paganis in loco conflictus mille sexcentos die crastina conputaverunt, preter illos[b] quos sepe nominate ale aspersim in silvis et paludibus mactaverunt, insuper captivos bene sex milia liberaverunt.
Aug. 24. 1283. in die sancti Bartholomei apostoli claustrum sororum in Gnezna confirmatur[c]. Episcopus[d] Cracoviensis dominus Paulus a duce Lestcone predicto in Lagow captivatur[51], ligatis omnibus artubus, Syradiensibus militibus in castrum Syradz transmittitur custodiendus.
Dec. 5. Eodem anno Nonas Decembris obiit dominus Albertus episcopus Wladislaviensis[e] ecclesie, amator bonorum et proborum. Anno eodem[f] obiit illustrissima domina coniunx domini
52 ducis Primislii[g] maioris Polonie, filia Nicolay Kassubite[h], nomine Lucardis[i. 52] dicta, mortem vero eius nemo potuit indagare, qualiter interiit. Eodem[k] anno in vigilia vigilie
Dec. 19. sancti Thome apostoli, dominico die, dominus Iacobus dictus Swinka, in Kalis in domo fratrum sacerdos in sabbato, et dominico die in archiepiscopum Gneznensis ecclesie consecratur[53]. In eadem autem consecratione quinque episcopi fuerunt. Dux eciam Primislius[l] nomine, filius Primislii[m], sepulta uxore quatuor diebus ante in Gnezna, quantocius[n] ad predictam consecracionem cum magna multitudine advenit, et eidem[o] domino archiepiscopo anulum obtulit preciosum.
Mart. 19. Anno Domini 1284, 14. Kal. Aprilis dominus Wyslaus prepositus Plocensis domino Alberto episcopo Cuyaviensi in episcopatum successit, et a domino Iacobo dicto Swinka archiepiscopo Gneznensi in claustro Strelnensi in episcopum consecratur[p]. Eodem[q]
Sept. 28. anno arsit civitas Kalisiensis in vigilia beati Michaelis. Anno eodem a Sandowoyone capitur castrum Kalisiense, scilicet filio Yanconis, filiolo Archanbaldi, quod tradidit[r] duci Wratislaviensi, Hinrico[s] IV, ad quod requirendum dux Primislius[t] maioris Polonie cum magna multitudine militum advenit, sed fraude[u] militum suorum mediante, circa idem castrum pugnantibus, nobiles milites perdidit, in hoc non suffecit quin[v] et terram predictis baronibus videlicet traditoribus consulentibus duci Wratislaviensi usque in Oloboch[w. 54] tradidit possidendam, et castrum in eisdem terminis edificavit pro castro Kalesensi[x] sibi reddito a Hinrico duce Wratislaviensi. Eodem[y] anno Tarthari terram Ungarie[z], que dicitur de Septemcastris, intraverunt et multos christianos captivaverunt[*] et occiderunt. Christus autem tutor christianorum, magnam famem in eos et pestilenciam inmisit; quod audientes Septemcastrenses Deo victoriam commiserunt, dicentes: *Melius est gladio perire quam fame in castris et in civitatibus propter Tartharos interire.* Vota complent opere. Quod audientes Tarthari, christianis[a] se cingunt, facientes de ipsis quasi coream, ut[b] videntes christiani fratrum suorum miserentur et propter hoc ipsos paganos non impediant[c] ut pugnarent, sed inquiunt christiani: *Melius carere est unicuique nostrum ne pereamus simul cum illis.* Et tamen Deo opitulante paganos superaverunt et captivis liberatis cum victoria remeaverunt[d].
Mart. 28. 1285. dominus Martinus papa obiit. Wratislaviensis dux Iohannes[e] Menschicz cum Petro et Sbilutone[f] occiduntur. Synodus celebratur in Lancicia[55] in epiphania Domini.
Ian. 6. Eodem anno capitur Benyamin et Sandyvoyus[g]. Eodem anno dux Lestko piissimus de
Aug. 2. suis militibus triumphavit in die sancti Stephani pape et martiris[56]. Episcopus[h. 57] Wra-
[1284.] tislaviensis cum clero et prelatis[i] et Predicatores de civitate fugantur per crudeles consules et cives et ducem ipsorum. Dominus Iacobus dictus Swinka archiepiscopus Gnez-
Ian. 6. nensis cum suis suffraganeis in epiphania Domini synodum in Lancicia celebravit, in qua synodo ducem Wratislaviensem Hinricum IV. pro violencia, quam intulerat episcopo suo
Ian. 15. et canonicis Wratislaviensibus publice excommunicavit. Eodem[k] anno circa festum
c. Iun. 24. sancti Iohannis baptiste quidam vermes volatiles in terra cruciferorum pleni veneno excreverant, qui suo morsu multos homines interimerunt. Eodem anno dux Lestko piissimus Cracoviensis, Sandomiriensis et Syradiensis, de suis militibus et duce Conrado Mazoviensi

a) *in margine* 1: Poloni vicerunt et occiderunt Litwanos. b) istos 1a. c) *in margine* 1a: Monasterium monialium Gneznenze. d) *in margine* 1: episcopus. e) Wratislaviensis 1 *et* 1a, *sed in* 1 *rec. manu corr. est.* f) eiusdem 1. g) Przimisly 1a. h) Kasubite 1a. i) Łukardis 1a. k) *in margine* 1: Consecracio; 1a: Iacobus Swinka archiepisc. l) Premislius 1a. m) Premislii 1a. n) quanto citius 1a. o) eodem 1. 1a. p) *deest* 1. 1a. q) *in margine* 1:

51) Cf. Gesch. Pol. I, 537. et Theiner Mon. Pol. I, 89. 52) Cf. Ann. maioris Poloniae ad a. 1273. 53) Cf. diploma papae Martini IV. die 13. m. Aug. dat. apud Theiner, Mon. Pol. I, 91. 54) Olobok ad Prosnam fluv., in finibus Silesiae et Poloniae sita, olim coenobium monialium Cisterc. 55) Statuta exhibet Hube l. c. p. 162. et Helcel l. c. p. 382. 56) Cf. Chron. Polon.-Siles. (supra p. 565) *mense Augusti.* 57) Thomas II; cf. Stenzel Urk. des Bisthums Breslau p. 136. 137.

III. | IV.

1283. mortua illustris domina coniux domini ducis Przimislai maioris Polonie, Lukardis nomine, filia Nicolai ducis Cassubitarum, mortem vero eius nullus potuit indagare qualiter interiit[n].

1284. Tartari terram Hungarie que dicitur de Septemcastris intraverunt et multos christianos captivaverunt et occiderunt. Christus autem tutor christianorum magnam famem et pestilenciam in eos immisit, quod audientes Septemcastrenses victoriam commiserunt Deo dicentes: *Melius est gladio perire quam fame in castris et civitatibus per Tartaros interire.* Vota complent opere. Quod audientes Tartari christianis se cingunt quasi coream de ipsis facientes, ut[o] videntes christiani fratrum suorum miserentur et per hoc paganos non impediant[p] ut pugnarent cum eis, sed inquiunt christiani: *Melius est cavere unicuique nostrum ne pereamus similiter cum illis*, et tum Deo opitulante paganos superaverunt et captivis liberatis cum magna leticia ad propria redierunt.

III. 1285. Hic milites insurgunt contra ducem et eicerunt[l] de terra, quos ipse regis Ungarie auxilio superavit, et tunc plancavit[m] civitatem. Item Martinus papa obiit.

IV. 1285.[q] dux Lestko piissimus Cracoviensis, Sendomiriensis et Syradiensis de suis militibus et duce Conrado Mazovie gloriose triumphavit. Siquidem dicti milites Cracovienses ducem Conradum in preiudicium ducis Lestkonis sibi elegerant in dominum et heredem, sancto viro contempto; et quia Deus non relinquit iustum nec semen eius querens panem, dux Lestko videns maliciam suorum baronum confugit ad auxilium Ungarorum, qui statim ei affuerunt in presidium, non tantum Ungari christiani ducis pii et incliti cause condolentes, sed et Comani pagani eius vicem fortissime condoluerunt et extemplo cum dicto duce uterque contra milites Cracovienses et ducem Conradum acies ordinaverunt. Mirabile dictu, fit congressus, Deo iuvante dux Lestko cum

Pestis. r) traditur 1a. s) Henrico 1a. t) Premislius 1a. u) *in margine* 1: Fraus. v) quare 1a. w) moloboch 1; in Olaboth 1a. x) Kalisiensi 1a. y) *in margine* 1: Pagani. z) Hungarie 1a. *) captivarunt 1a. a) christianos 1. 1a. b) *deest* 1. 1a. c) impediunt 1. 1a. d) *in margine* 1: Victoria. e) lō 1; lō 1a. f) Zbiluthone 1a. g) Sandiwogius 1a. h) *in margine* 1: Desperacio; 1a: Synodus provincialis in Lanczia ubi excommunicatus dux Wratislaviensis. i) *in* 1 *mutatum in* prelatos. k) *in margine* 1: Pestis. l) eice' 3. m) plantavit 3. n) *scriba cod.* 4. *haec addidit:* Sed salva reverencia istius historiographi, nos temporibus iuventutis nostre vidimus in castro Gnesnensi capellam quandam ligneam, que vulgariter appellatur Cruchta, in qua erant duo grandes lapides in modum molarum molendini, sanguine ut dicebatur eiusdem domine rubricati, inter quos, ut dicitur, fuit concussa totaliter et extincta, et in ecclesiam maiorem Gnesnensem fuit tradita sepulture. o) *deest* 4. p) impediunt 4. q) MCCLXXXVII. 4.

I. II.

gloriose triumphavit. Quia[a] dicti milites videlicet Cracovienses, ducem Con-
[Aug. 15.] radum in preiudicium ducis Lestconis sibi elegerant in dominum et heredem, sancto viro contempto. Et quia[b] Deus[c] non dereliquit[d] iustum nec semen eius querens panem, dux Lestco videns maliciam suorum baronum, confugit ad auxilium Ungarorum, qui statim ei[e] affuerunt in presidium. Non tantum Ungari christiani causam ducis pii et incliti condolentes sed et pagani Comani eius vicem fortissime condolerunt, et extimplo cum dicto duce utrique[f] contra milites Cracovienses et ducem Conradum acies ordinaverunt. Mirabile dictu, fit congressus, Deo iuvante, dux Lestko cum paucis suis Cracoviensibus fidelibus et Ungaris Comanisque vix sexcentis ducem Conradum cum magna multitudine hominum fugavit, mactavit[g] et captivavit, et sic cum gloria ad Cracoviense castrum remeavit, quod solum sibi per cives Cracovienses de omnibus castris terre Cracoviensis fuit fideliter reservatum, domina ducissa in eodem castro, videlicet Griphina, residente. Pro qua fidelitate dux Lestco predictis[h] civibus civitatem Cracoviensem fortissimis plancis[k] et fossatis, renitentibus[l] militibus, eodem anno munivit et magnas contulit libertates. Eodem[m] anno sequenti
Sept. 9. die post nativitatem virginis Marie obiit regina[58] Bohemie. Anno eodem[n] dux Primislius maioris Polonie duxit uxorem, filiam regis Swecie, nomine Rith-
Oct. 11. cam, in octavis[o] sancti Francisci.

59 1286. castrum a Ruthenis et a Lithwanis nomine Gostyn[p. 59] acquiritur[q] fraude videlicet Conradi ducis, multorumque sanguis effusus est innoxius; in eodem mortuorum et captivorum sexcenti et amplius sunt numerati[r]. Eodem anno dominus Iohannes[s] Poznaniensis episcopus moritur, cui dominus Iohannes[t] traditor successit et in Lenda[u] claustro Griseorum in episcopum consecratur. Anno eodem dux Bernardus moritur, filius Bolezlay Rogatce[v. 60]. Eodem
p. Aug. 15. anno post assumpcionem beate virginis Marie, castrum Plocense a Wolkone[61] duce Brecensi[w] et Lanciciensi acquiritur.

[cf. 1285.] Dux Mazovie Conradus cum militibus Cracovie et Sandomirie conantur[x] eicere Lestconem et civitatem conburunt, sed cum auxilio regis Ungarie vincuntur.

1321. milites in Polonia expulerunt Lisckonem, qui cum Ungarorum subsidio eos supervicit et Cracoviam vastavit; et tunc Tharthari fuerunt in Sandetz.

1287. Semovitus[62] dux Cuyavie obiit.
Apr. 3. Dominus[y] papa Honorius obiit. Tarthari veniunt[y].

Sept. 1. 1288. in[z] die sancti Egidii ducissa Polonie nomine Richca, uxor ducis Primislii[*] secundi, peperit filiam in civitate Poznaniensi[a]. Lestco dux Cracovie, Sandomirie, Syradie sine prole obiit, cui Bolezlaus, dux Mazovie, succedit per eleccionem. Statim Henricus dux Wratislaviensis venit, cui civitas per carnifices traditur, castrum per Sulconem; et multa mala orta sunt in terra.

1322. Lyscko obiit absque liberis, et Boleslaus post eum dux in Masovia principabat, qui eodem anno expulsus fuit.

Febr. 26. 1289. duces in Sevyor bellum committunt Bolezlaus Mazovie et Wladizlaus[b] Cuyavie contra Zlesienses[c], et[d] vincunt, multos vero captivant ex Zlesiensibus et Teuthonicis[d] occiduntur. Circa Scalam prosternuntur milites multi. In Swetnicz dux Wladyslaus dictus Loctek cum Teuthonicis bellum committit et vicit eosdem. Civitas denuo Cracoviensis Zlesiensibus[e] traditur et dux Wladislaus[f] pedester vix effugit. Episcopus Paulus captivatur et milites multi alii occiduntur, terra vastatur et multa mala aucta sunt.

a) Qui 1a. b) quod 1a. c) Dominus 1a. d) reliquit 1a. e) et 1. f) uterque 1. g) fug. et mact. 1a.

58) Kunigunda de Halicz, uxor Ottokari II. 59) Goszczyn, urbs Masoviae, haud procul a Plozk. 60) i. e. efferus, malis consuetudinibus praeditus. Est filius Boleslai Legnicensis cognomine Calvi. Cf. Chron. Pol.-Sil. sub fin. 61) i. e. a Wladislao dicto Lokietek, postea rege Poloniae. 62) immo vero Zemomislaus, frater Wladislai Lokietek; cf. Gesch. Pol. I, 543, n. 14.

III. IV.

paucis fidelibus et Ungaris, Comanis vix 800 ducem Conradum cum magna hominum multitudine fugavit, mactavit et captivavit, et sic cum gloria ad Cracoviense castrum remeavit, quod solum sibi per cives Cracovienses de omnibus castris terre Cracoviensis fuerat fideliter reservatum, domina Griphina ducissa in eodem castro residente, pro qua fidelitate dux Lestko civitatem Cracoviensem fortissimis blancis et fossatis, renitentibus militibus eodem anno munivit et magnas contulit libertates. Eodem anno dux Przemislaus maioris Polonie duxit uxorem, regis Suecie filiam[g] nomine Richsam, in octavis sancti Francisci.

1286. castrum a Ruthenis et Lithuanis nomine Gostyn acquiritur, fraude vero Conradi ducis multorum sanguis effusus est innoxius in eodem, mortuorum et captivorum 600. In eodem anno post assumptionem beate virginis Marie Craco- Aug. 15.
vienses et Sandomirienses conantur eiicere Lestkonem, sed cum auxilio regis Ungarie vincuntur, sed tamen civitatem combusserunt.

1288. Tartari fuerunt in Sandecz.

1288. dux Loktek cum Teutonicis bellum committit et vincit eosdem. Civitas Cracoviensis Zlesiensi denuo traditur, et dux Wladislaus pedester vix aufugit. Episcopus Paulus captivatur et milites multi alii occiduntur, terra vastatur et multa mala orta sunt.

h) predictus 1a. k) plantis 1a; *in margine* 1: Cracovia plancatur. l) renicentibus 1. 1a. m) *in margine* 1: Obiit. n) eiusdem 1. o) *sic radendo et atramento rubro corr. ex* octavas 1. p) Gostin 1a. q) acgreditur 1a. r) *deest* 1a. s) Ivo 1a. t) *in margine* 1: Episcopus. u) Landa 1a. v) Rogate 1a. w) *a Dlugosso in* 1 *correctum* Brestensi. x) conatur 1a. y) Dominus — veniunt *desunt* 1a. z) *in margine* 1: Leticia. *) Premislii 1a. a) Poznan 1a. b) *deest* 1. 1a. c) Slezienses 1a. d) *verba* et — Teuthonicis *des.* 1a. e) Sleziensibus 1a. f) Wlad. 1. g) *deest* 4.

I. | II.

Iun. 23. Sept. Iul. 10. 1290.[a] Henricus dux Wratislavie[b] et Cracovie obiit. Primislius[63] Cracoviam optinuit, Wladislaus Sandomiriam[c]. Eodem anno rex Ungarie[64] circa Chrober[d] submergitur, et gwerre magne in terra[e] facte sunt.

Febr. Mart. 1291.[a] terra Cracoviensis regi Bohemie traditur[65] per ducem Polonie Primislium, et episcopus[66] Banbergensis[f] venit cum exercitu regis Bohemie. Wladislaus dux Wysliciam et Oblekom expugnavit, et exercitus Bohemicus a Sandomiria[g] confusus discessit.

Iul. 24. Oct. 1292.[a] domina Kinga[67] ducissa obiit Cracovie. Paulus episcopus Cracovie obiit, cui Procopius successit. Eodem anno rex Bohemie Syracz[68] acquisivit.

1293. Tarthari circa Sandomiriam fuerunt.

1294. strages[h] maxima facta est in militibus per Litwanos et dux Kazimirus[69], dux Lancicie, occiditur per eosdem

Iun. 26. 1295. Primislius[i] dux maioris Polonie a domino Iacobo archiepiscopo dicto Swinca, post festum Iohannis, baptiste die dominico inungitur in regem Polonie in Gnezna. Eodem anno Litwani vastaverunt usque in Gnoyno[70]. Episcopus Procopius obiit, cui Iohannes dictus Muscata[k] successit Teuthonicus.

Febr. 8. 1296, 6. Idus Februarii rex Primislius maioris Polonie occiditur[l] a suis militibus, videlicet Polonis turpiter. Litwani[m] terram Sandomiriensem intrant et vincuntur.

1297. dux Wladyslaus, Loctek dictus, cum Ungaris et Polonis vastat Zlesiam.

1298.[n] generalis pestilencia animalium in tota Polonia.

1300.[o] dominus Wyslaus episcopus Cuyaviensis migravit ad Christum, cui successit dominus Gerwardus[p] [71], qui mortuus est in curia summi pontificis pape. Eodem anno tempestas fuit maxima. Anno eodem rex Bohemie intrat Poloniam et obtinet totam. Et Rutheni terram

II.

1323. Paulus Cracovie episcopus obiit, Procopius post eum. Eodem anno obiit domina Kinka in Sandetz.

1324. Procopius obiit, Iohannes Moska[q] sequitur eum. Eodem anno rex Premislius coronatur in Gnezna et proximo anno occisus est. Quem Wlatislaus in regno sequitur, qui fuit animosus bellator, quoniam multociens bellabat cum rege Bohemie, duce Slesie et Glogovie[r].

1325. rex Bohemie in Gnezna coronatur. Domina sancta Salomea obiit.

a) *in his tribus annorum numeris* I *in fine adiectum erasum est* 1. b) Wratislaviensis 1a. c) Sandomir 1a. d) Chrob 1a.

63) II. dux maioris Poloniae; cf. Gesch. Pol. I, 546. 64) Ladislaus Cumanus; cf. Engel Gesch. von Ungarn I, 489, ubi locus Körösszeg nominatur. 65) Cf. Archiv f. Kunde Östr. Gesch.-Quell. XIV, 172 sqq. 66) Arnoldus, comes de Solms. 67) i. e. Kunegundis, uxor Boleslai Pudici. 68) Cf. Diploma in castris ante Syracz datum, die 9. m. Oct. a. 1291. in Archiv f. K. Ö. G.-Q. l. c. 69) filius Kazimiri, ducis Cuyaviae, Lanciciae et Syradiae; frater Lestkonis Nigri et Wladislai Lokietek. 70) villa regionis Orloviensis, in territorio Gostynensi, prope Lanciam, ad Sbzuram fluv. sita. 71) Secundum Ephemerides Wladislavienses infra dandas mortuus est a. 1323. Nov. 1.

III

1290. mortuo Leskone sine prole, Boleslaus succedit dux Mazovie electus a militibus, qui eodem anno eicitur per eosdem. Henricus dux Wratislavie et Cracovie obiit, Przemislius Cracoviam obtinuit, Wladislaus Sandomiriam. Eodem anno rex Ungarie circa Chrober submergitur, et gwerre magne in terra facte sunt.

1291. terra Cracoviensis regi Bohemie traditur per ducem Polonie Premislium, et episcopus Bambriensis venit cum exercitu regis Bohemie. Wladislaus dux Wysliciam et Oblekom expugnavit[s], et exercitus Bohemicus confusus decessit.

1292. domina Kynga ducissa obiit Cracovie. Paulus episcopus Cracovie obiit, cui Procopius successit. Eodem anno rex Bohemie Syradz acquisivit.

1293. Tartari circa Sandomiriam fuerunt.

1294. strages maxima facta est in militibus per Lithwanos, et dux Kazimirus dux Lancicie occiditur per eosdem.

1295. Procopius episcopus Cracoviensis obiit, cui Iohannes Moszchata succedit. Primislius dux maioris Polonie a domno Iacobo archiepiscopo, dicto Swinka, post festum beati Iohannis baptiste, die dominico, inungitur in regem Polonie in Gnezna, sed sequenti anno occiditur. Cui Wladislaus in regno succedit. Iste Wladislaus fuit filius Kazimiri filii Conradi, filii Kazimiri Probi Boleslai Krziwousti. Hic Wladislaus audacissimus preliator, multa prelia habuit contra regem Bohemie et duces Slezie et Glogowie.

1296, 6. Ydus Februarii rex Primislius maioris Polonie obiit[t]. Eodem anno Lithwani terram Sandomiriensem intrant et vincuntur.

1297. dux Wladislaus dictus Lokthek cum Ungaris et Polonis Slesiam vastant.

1298. generalis pestilencia animalium in tota Polonia.

1300. rex Bohemie in Gnezna coronatur. Item domnus Wyslaus episcopus Cuyaviensis migravit ad Christum, cui successit domnus Gerwardus, qui mortuus est in curia summi pontificis. Eodem anno tempestas fuit magna.

IV.

1292.[u] domina Kynga ducissa obiit.

1293.[v] Tartari circa Sandomiriam fuerunt et sequenti anno strages maxima facta est in militibus per Lithuanos et Cazimirus dux Lancicie occiditur per eosdem.

1295. Przimislius dux maioris Polonie a domino Iacobo archiepiscopo dicto Swynka, post festum beati Iohannis baptiste inungitur in regem Polonie in Gnezna. Eodem anno episcopus Procopius obiit, cui Iohannes dictus Muscata successit Teutonicus.

1296, 6. Idus Februarii rex maioris Polonie occiditur a suis militibus, de clenodio dicto vulgariter Zaremba, prope oppidum Rogoszno. Cumque gravissime fuisset, quasi letaliter vulneratus, et illi quasi iam mortuum reliquissent, supervenit quidam ex inimicis ipsius requirens ab eo, si adhuc supervivere valuisset. Cui rex voce humili fertur respondisse, se adhuc posse supervivere, si in caloribus servaretur atque mederetur. Fuit enim tempestas haec in vigilia sancte Apollonie virginis. Quo audito lictor qui superstabat evaginato pugione ipsum ad terram confodiens penitus tunc extinxit. Febr. 8.

1297. Vladislaus Loktek dictus cum Ungaris et Polonis vastat Zlesiam.

1300. dominus Wyslaus episcopus Cuyaviensis[w] migravit ad Christum, cui successit dominus Gerwardus[x], qui mortuus est in curia summi pontificis pape.

e) in terra *des.* 1a. f) bauberg. 1; Bamberg. 1a. g) Sandomir 1a. h) strahes 1a. i) *in margine* 1: Eleccio; 1a: Przemysl in regem inungitur Gnezne per Iacobum Swinka. k) Muschata 1a. l) *in margine* 1: Infidelitas. m) llitwani 1a. n) *deest numerus* 1a. o) Anno Dni 1300. 1a. p) *in margine* 1: Episcopus. q) Boska 2. r) Gloglovie 2. s) Lob∂ẏ expungnavit 3. t) *deest* 3. u) MCCXLII. 4. v) MCCXLIV. 4. w) Cracoviensis 4. x) Gerwaidus 4.

I. II.

Sandomiriensem intrant et Novam-civitatem[72] spoliant et comburunt et multa mala in tota terra fecerunt, militibus existentibus in bello cum rege Bohemie.

I.

1301. domicella Salomea, filia ducis Se-
73 movithi[73], obiit.

1302.[a] Swetoslava filia magni principis Russie, ordinis sancte Clare obiit[a]. Eodem anno inierunt milites Cracovienses et Sandomirienses Russiam[b], videlicet Lublin novum, quod Rutheni occupaverunt pluribus annis, expugnaverunt, deinde[c] in paucis cum multitudine Ruthenorum et Lithwanorum ac Tartharorum pugnaverunt, et Domino cooperante de omnibus triumphaverunt. Postea reversi ipsum castrum Lublin optinuerunt.

1304. intrat dux Wladyslaus dictus Loctek terram Cracoviensem cum Ungaris et optinuit Wysliciam[d].

1305. terram Sandomiriensem obtinet predictus dux Wladyslaus.

1306. civitas Cracoviensis duci Wladyslao dicto Loctek sibi traditur. Et eodem anno arsit circa ecclesiam omnium sanctorum. De illo igne ventus portavit super ecclesiam kathedralem et exussit totam et castrum; quam ecclesiam prenotatus dux Wladyslaus[e] una cum uxore sua Hedvige et filio ipsorum excellentissimo Kazimiro, succedente in regnum, reedificant[f] ad honorem sanctorum Wenzeslay et Stanislay martirum.

1311. 1312. cives Cracovienses opponunt se duci Wladyslao dicto Loketkoni.

Ian. 20. 1320. rex[g] Wladyslaus cognominatus Loctek coronatur in Cracovia auctoritate domini pape per venerabilem in Christo patrem Ianisslaum archiepiscopum Gneznensem.* Eodem anno filia ipsius Elizabeth regi Ungarie copulatur Karolo.

II.

1326. Wlatislaus cum Ruthenis et Tartaris Sandomiriam devastabat.

1327. rex Romanorum intravit Bohemiam et devastat.

1328. dux Wlatislaus obtinuit Cracoviam et occidit regem Bohemie. Filius Wlatislay moritur. Iohannes episcopus captivatur a duce propter discordiam quam seminavit.

1329. frater Gentilis ordinis Minorum, cardinalis legatus, venit in Ungariam et Poloniam.

1330. Cracovienses duci Wlatislao subtraxerunt obedienciam et intromiserunt Opoliensem, qui post duos menses advocatum et proceriores cives captivavit et tradidit civitatem ad manus Wlatislay. In eodem anno obiit Wlatislaus filius Wlatislay et aput Minores tumulatus. Set pater transivit in Saxoniam in anno pestilencie.

a) 1302. — obiit *des.* 1a. b) Rusiam 1a; *in margine* 1: Castrum Lublinense. c) demum 1a. d) *addit* 1: 7L, et cetera? e) Wlad 1. f) reedificavit 1a. g) *in margine* 1: De corona; 1a: Loctek coronatur Cracovie per

72) Nowe-miasto, i. e. Korczyn ad Wislam fluv. sita. 73) neptis Wladislai Lokietek.

III. | IV.

Anno ipso rex Bohemie intrat Poloniam et obtinet totam. Et Rutheni terram Sandomiriensem intrant et Novam-civitatem spoliant et conburunt et multa mala in tota terra fecerunt, militibus existentibus in bello cum rege Bohemie.

III.

1301. soror Salomea[h] domicella obiit in Mazowia.

1302. dux Wladislaus cum Ruthenis et Tartaris Sandomiriam vastant. Item Swanthoslawa filia magni principis Russie ordinis sancte Clare obiit. Item ierunt milites Cracovienses et Sandomirienses Russiam, videlicet Lublin-novum, quod Rutheni occupaverant pluribus annis, expugnaverunt, deinde in paucis cum multitudine Ruthenorum, Lithwanorum ac Tartarorum pugnaverunt et Domino cooperante de omnibus triumphaverunt. Postea reversi ipsum castrum Lublin obtinuerunt.

IV.

1301. domicella Salomea Zemowithi ducis filia migravit ad Dominum.

1302. Swantoslawa magni ducis Russie filia, ordinis sancte Clare obiit. Eodem anno inierunt Cracovienses et Sandomirienses Russiam, versus Lublin novum quod Rutheni occupaverunt pluribus annis, expugnaverunt, deinde in paucis cum multitudine Ruthenorum et Lithuanorum ac Tartarorum pugnaverunt et Domino cooperante de omnibus triumphaverunt.

III.

1304. rex Romanorum Bohemiam intravit et vastavit. Item intrat dux Wladislaus dictus Lokthek terram Cracoviensem cum Ungaris et obtinuit Vysliczam.

1305. terram Sandomiriensem obtinet predictus dux Locthek.

1306. dux Wladislaus Cracoviam obtinet, rege Bohemie occiso[74]. Item filius ducis Wladislai obiit, aput fratres Minores in Cracovia sepellitur. Item Iohannes episcopus capitur a duce propter gwerras quas faciebat. Frater Gentilis[75] cardinalis, de ordine fratrum Minorum, mittitur legatus in Poloniam et Ungariam. Item eodem anno arsit circa ecclesiam omnium sanctorum; de illo igne ventus portavit super ecclesiam kathedralem et exussit totam et castrum, quam ecclesiam prenotatus dux Wladislaus una cum uxore sua Hedwigi et filio ipsorum excellentissimo Kazimiro, succedente in regno, reedificant ad honorem sanctorum Venceslai et Stanislai martirum.

IV.

1304. Wladislaus dictus Loktek intravit terram Cracoviensem et Wysliciam obtinuit, et sequenti anno dictus dux Wladislaus terram Sandomiriensem obtinet. Sept.

1306. civitas duci Wladislao dicto Loktek traditur. Eodem anno arsit circa ecclesiam omnium sanctorum; et de illo igne ventus portavit super ecclesiam cathedralem et totam ecclesiam una cum toto castro penitus concremavit, quam ecclesiam et castrum predictus dux Wladislaus cum coniuge sua domina Hedwige et filio ipsorum excellentissimo duce Cazimiro ad statum pristinum reformat et ad honorem sanctorum Venceslai et Stanislai martirum ipsam ecclesiam dedicavit. 74

III.

1312. civitas Cracoviensis duci Wladislao contradicit et ducem Opoliensem induxit, qui mox post duos menses advocatum et pociores cives cepit et civitatem duci Wladislao vendidit et tradidit per fraudem. Eodem anno Wladislaus ducis Wladislai filius obiit et aput fratres Minores sepellitur. 1311.

1316. hic intravit provinciam Saxonie anno mortalitatis.

1320. rex[i] Wladislaus coronatur in Cracovia auctoritate domni pape per venerabilem in Christo patrem Ianislaum archiepiscopum Gneznensem. Item eodem anno in octava Iohannis baptiste, die Iovis, in Sandecz Elizabeth filia Wladislai regis Polonie post Karulum regem Ungarorum per suos barones est reventer accepta.

IV.

1320. rex Wladislaus dictus Loktek coronam in Cracovia auctoritate domini pape per venerabilem in Christo patrem Ianislaum archiepiscopum Gnesnensem accepit. Eodem anno filia eius Elisabeth regi Ungarie Carolo copulatur. Ian. 20. Iul. 1.

Ianislaum archiepiscopum. h) Salomee 3. i) *vestigia tantum litterae* R *adsunt* 3.

74) Wenceslao, qui mortuus est d. 4. m. Aug. 75) Cf. Engel Gesch. von Ungarn I, 491. Mense Novembri ineunte Budam venit.

I.

1325. Kazimirus filius regis Polonie Wladyslay dicti [76] Loctek[a] duxit uxorem[b] Annam nomine baptizatam in Christi nomine, filiam Gedimini ducis Litwanorum in vigilia aposto- Apr. 30. lorum Philippi et Iacobi, quindecim annos habuit a nativitate sua.

III.

1325. Kazimirus filius regis Polonie Wladislai dicti Locthek duxit uxorem Annam[76] nomine baptisatam in Christi nomine, filiam Gedimini ducis Lythwanorum, in vigilia apostolorum Philippi et Iacobi, quindecim annos habuit a nativitate sua.

IV.

1327. Cazimirus filius regis Wladislai dicti Loktek duxit uxorem Annam nomine, baptisatam in Christi nomine, filiam Gedimini ducis Lithuanorum, in vigilia apostolorum Philippi et Iacobi, quae quidem Anna quindecim annos habuit a nativitate sua.

Anno Domini 1378. Zelet rector parochialis ecclesie in Lekna, die beati Francisci, qui fuit dies dominica, Oct. 4. cum missam die eodem debuisset peragere, de ecclesia velocius cucurrit diabolico permotus spiritu, se in horreo domus sue propria manu strangulans et quodam fune, dicto vulgariter *strikem*, semet ipsum suspendens, ibidem miserabiliter exspiravit. Visus est autem niger hyrcus aut aries cervicibus eius assistere et ipsum cum suis cornibus inhumanissime verberare.

CONTINUATIO ANNALIUM POLONORUM I. ET III.

Apr. 17. 1330. quidam[c] miles nomine Felicianus[d] nacione Ungarus feria tercia post conductum pasche irruit[e] in regem Karolum[f], volens ipsum cum uxore sua nomine Elizabeth, que fuit filia Wladyslay[g] dicti Loctek[h] et cum filiis trucidare, et amputans manum regine dextram, et ipsum regem graviter vulnerans ad manum[i], solus miserabiliter ibidem concisus occubuit. Pro quo scelere suus filius[k] et filia, et[l] tota pene sua genealogia[m] fuit extincta. Ipso anno fuit tanta fertilitas[n] in tota Polonia, quod in Cracovia mensura siliginis interdum[o] non solvebat grossum. Anno ipso exeuntes[p] cruciferi cremaverunt castrum Wysegrod[q, 77] in Cuyavia multis nobilibus[r] ibidem occisis, set non sine magno detrimento suorum, quia pro quolibet capite nostrorum bene ipsorum octo vel novem ceciderunt. Ipso in[s] tempore Iul. 9. cremaverunt castrum Nakel, acquisiverunt castrum Raczas[t] episcopale, metu eciam[u] ipso- 1329. Iul. 5. 7. rum castrum Radeyow[v] per nostros fuit crematum. Et quia nullus[w] fuit rebellans, quamvis multa dampna in hominibus percepissent, tamen cum[x] victoria et prosperitate ad propria sunt reversi, in vulgo autem maximam sanguinis[y] effusionem fecerunt; nam virum et mulierem, iuvenem et senem, pregnantes et vagientes, clericos et sacerdotes, omnes quos invenire poterant, gladio extinxerunt[z]. Rex igitur[*] Wladyslaus[a] dictus Loctek[b] Polonie videns[c] sue tantam gentis affliccionem, congregata milicia totius Polonie[c] et auxiliariis de Ungaria prope decem milibus et de aliis stipendiariis non paucis, venit tempore autumpnali usque ad fluvium Drawoczam[d, 78], illis ex alia parte fluvii suo toto cum robore obsistentibus[e]; et cum pluribus diebus quocumque nostri, illi ex alia parte contra nostros transirent et maxime in illis locis ubi vada erant, alias enim totum fluvium truncis, exigonis et falcibus[f] impleverant ad unius hominis simplicis vadum ostendentis[g] consilium, rex dimissis in latibulis expeditorum prope duobus milibus viris[h], simulavit se rex cum toto exercitu

a) loctekonis 1a. b) *super lin. add.* 1. c) *in margine* 1 *et* 1a: De fraude cuiusdam Ungari. d) ffel. 3. e) irrugit 3. f) Karulum 3. g) Wladislai 3. h) Locthek 3; *addit* 1a: regis Polonie. i) manus 1a. k) suos filios 3. l) *deest* 3. m) genelogia 3. n) sterilitas 3. o) i. m. s. 3. p) euntes 3. q) Vyssegrod 3. r) militibus 3. s) *deest* 3. t) Raczias 1a; Raczosz 3. u) autem 3. v) Radzcow 3. w) ullus 1a. x) *deest* 1. 1a. y) sangwinis 3. z) extincxerunt 1a. *) ergo 1a. a) Wladislaus 3. b) Locthek 3. c) videns — Polonie *des.* 3. d) Drwancza 3. e) obsidentibus 1a. f) faucibus 3. g) ostendentes 3. h) virorum 1a.

76) Cf. Calend. Crac. l. c. p. 102: 17. *Kal. Nov.* 77) De situ huius loci disputat Caro Gesch. Pol. II. p. 138 n. 78) Drewenz fluv.

circa Brodniczam[a.79] velle pertransire, ubi ipsi barbati contra regem omnes insimul convenerunt. Insidie igitur[b] regis fluvium transmeantes signum sui transitus fumo[c] ostenderunt. Rex igitur[b] qui ad tria bene miliaria erat a loco, concito[d] gradu suo cum exercitu fluvium transivit et conflictum cum suis avidius prestolabatur. Illi autem videntes, quia[e] virtuti regis occurrere non valebant, in municionibus se clauserunt et per fraudatores nostros agentes cum potuisset[f] tunc totam terram optinere, Dobrinensem[g] terram et castrum et Bidcosce[h.80] aliud castrum sibi resignantes datis suis et suorum et ipsorum civitatibus 80 civium litteris super duos arbitros videlicet regem Ungarie ex parte nostra, et regem Bohemie negocium ex parte ipsorum dimiserunt. Et acceptis treugis a festo sancti Luce Oct. 18. ewangeliste usque ad festum sancte Trinitatis rex noster cum rege Ungarie comparavit et Iun. 3. ipsi in termino nec regem Bohemie adduxerunt nec soli comparuerunt. Et sic per fas[i] et nephas regem Polonie de terra evaserunt. Qui in eorum terra 15 diebus stetit et fere adnichilata terra cum suis ad propria rediit[k]. Fertur autem quod in suo exercitu duo milia et centum galeatos habuerit[l], aliorum eque armatorum sine galeis prope viginti milia[m], sagittariorum et aliorum fere triginta milia ita quod secundum veri[n] relacionem exercitus Polonicus[o] estimatus fuit plus quam 50 milia. Hic rex[p] Wladyslaus[q] faciens colloquium in festo sancte[r] Trinitatis in Chaczin[s.81] filio suo Kazimiro qui duxerat filiam Gedimini[t] ducis 1330. Iun. 3. Litwanorum[u], maiorem Poloniam, Syradiam, Cuyaviam tradidit possidendam, interminans sibi et inculcans, ut sicut ipse, ita ille gades regni reformare studeret. Hic Kazimirus veniens in Poloniam, fere a possessione fuit per quendam Vincencium palatinum Poznaniensem[v], quem pater eius prefecerat eisdem[w] terris preter Syradiam, inpeditus[x], et nisi milites et civitatum cives fuissent, terram a rege et filio suo voluit alienare. Predictus igitur[y] Vincencius, regni pessimus defraudator et gentis, inpaciens huius alienacionis circa festum sancte[z] Marie Magdalene callide et occulte cruciferos eduxit, qui fere Cuyaviam et Wladislaw civitatem ceperant nisi auxilio Dei et propugnancium virtute fuisset defensata; ubi ipsi barbati fere ducentos homines amiserunt. Tandem a civitate cum dampno discesserunt[*]. Supradictus igitur Vincencius ipsos barbatos caute in Poloniam duxit qui Slupczam[82] civitatem captam devastantes, in Pisder[a.83] ubi tunc Kazimirus erat, venire[b] festinabant[c] ipsum preocupare[d] cupientes. Sed[e] Deo volente a civitate discesserat[f], quem[g] eciam tunc per fraudem et neglicenciam fidelium civium capientes et pluribus occisis et cremata[h] civitate cum fratrum monasterio, inde abierunt et pervagantes totam[i] pene ex illa parte Varte[k] terram vastant. Civitatibus, forensibus et aliis municulis crematis, nullo obstante[l], Vincencio pessimo fraudatore agente, quamvis cum magno dampno suorum, cum ingenti preda in[m] Thorun sunt reversi. Et non post multum tempus[n], congregato exercitu copioso et[o] stipendiariis de Reno et aliis partibus Almannorum[p] quam plurimis, Lanciciam advenerunt, quam devastantes, Syradiam ingressi Uneow[q] civitatem et castrum et aliud Syradiense castrum et civitates[r] cremantes, in Kalis[s] pervenerunt, quam duobus diebus oppugnantes et nichil proficientes[t], quadraginta et pene plus suorum amissis in Conyn[u.84] pervenerunt, ubi eciam viginti homines ad pugnam expeditos amiserunt. Rex namque Polonicus Wladislaus quamvis ipsis circa Lanciciam[v] occurrisset tamen eos invadere non audebat, quia ipsum et in numero et in fortitudine quam plurimum excedebant. Sed de Lancicia ipsorum ad unum vel duo miliaria semper sequebatur, eos debilitans, vestigia; ubi eciam predictum Vincencium, de quo memorati sumus, per litteras patentes advocans, ipsum sibi et filio reconciliavit. Qui[w] Vincencius volens nomen perdere infidelitatis ipsos barbatos[x] et eorum exercitum[y] fuit sagaciter exploratus, et quamvis incomparabiliter[z] plures illos[*] cognosceret

a) Srogmam 3. b) ergo 1a. c) fluvio 3. d) concitu 3. e) quod 1a; *deest* 3. f) potuissent 1a. g) Dobriniensem 3. h) Bidcoste 3. i) phas 3. k) est reversus 1a. l) habuisset 3. m) *deest* 3, *absciso margine.* n) vani 1. 1a; ..ni 3 *ruptura chartae.* o) Polonicos 3. p) *deest* 3. q) Wladislaus *semper* 3. r) *deest* 1. s) Chanczin 3. t) Godomini 3. u) Lithwanorum 3. v) *in margine* 1: De fraude Vincencii; 1a: Vincencius palatinus Poznan. traditor qui induxit barbatos. w) eiusdem 3. x) *deest* 3. y) ergo 1a. z) *deest* 3. *) decesserunt 3. a) Piscer 3. b) *deest* 3. c) festinantes 3. d) preoccupari 3; *addit* 1a: festinantes. e) qui et 3. f) decesserant 3. g) que 3. h) remeata 1a. i) *addit* 1a: fere. k) Warta 1a; Warthe 3. l) obsistente 1a. m) *deest* 1a. n) temporis 1a. o) *deest* 3; de R. stip. 3. p) Alamanorum 3. q) Wneyow 3. r) et alias civitates 1a. s) Kalisz 3. t) perficientes 1a. 3. u) Chorun *vel* Thorum 1; Chony 1a. v) ips. c. L. 3. w) *in margine* 1: Datur gracia Vincencio. x) barbaros 3. y) exercitus 1. 1a. z) incomperabiliter 1. *) ipsos 1a.

79) Strassburg in Borussia occidentali. 80) Bromberg. 81) Chęciny, a Cracovia ad septentr., ad Iasionka fluv., in palatinatu Sandomiriensi sita. 82) Slupce, a Peisern ad septentr. sita. 83) Peisern ad Wartam fluv. 84) Konyn ad Wartam fluv.

et forciores, ne metum Polonis et Cracoviensibus et Sandomiriensibus et aliis incuteret, ipsos respectu nullos esse et nichil posse affirmavit, quamvis regis auribus aliud inculcare non obmisit. Veniens igitur rex post ipsos in Cuyaviam circa Plowecz[a] villam ultra Raczeow[b] sitam Deo et beatis Adalberto[c] et
1331. Sept. 27. Stanislao sacris pontificibus et martiribus[d] se et suos recommendans, in translacione beati Stanislai cum ipsis conflixit et Deo et suis sanctis sibi adiuvantibus[e] tanta fuit in ipsos cede debachatus[f] ut 20 milia de ipsis prostraverit[g], ut[h] ipsemet rex fatetur et omnes alii. Inter quos quingenti barbati, nongenti[i] galeati cum sexcentibus ipsorum auxiliariis ceciderunt, quadraginta et eo plures[k] galeati ex quibus aliqui barbati aliqui stipendarii de remotis partibus, aliqui Pomorani, Prusi[l] et eorum terrigene nobiles capti. Inter[m] quos quidam nobilis princeps nomine Rus[n] in habitu eorum[o], ad quem vis[p] tota[q] belli et[r] illius expedicionis pertinebat, fuit captus et in Cracoviam, ad quam cum exercitu venire conabatur, deductus est et in vinculis detentus. Acta sunt hec anno Domini 1331. Igitur ut ab omnibus communiter qui prelio interfuerunt affirmatur, si plures de Cracoviensibus[s] a prelio et de prelio non fuissent de illorum prope 40 milium numerosa[t] multitudine[u] nullus penitus aufugisset[v]. Sepe[w] enim dictus Vincencius[x] ut totam coniecturam[y] et opinionem omnium[z] fraudis quam penes eum autumabant[*], nec non et totam suspicionem tolleret, ipse bellum cum suis inchoavit, viriliter pugnavit et cum domino rege et sui[a] regni nobilibus fortiter decertans victoriose glorie triumphum de barbatis[b] et eorum auxiliariis feliciter representavit[c]. Ambiguum igitur penes multos est, quod dictus Vincencius tantam fraudem[d] et tam[e] crudelem cladem sue genti fuisset molitus, cum in tam arduo negocio et valde necessario Polonie regno tantam gloriam in perpetuum duraturam acquisivit. Nec hoc pretereundum est[f] quasi non de modico miraculo, quod cum tot de illis ruerint[g], de Polonis solummodo duodecim nobiles et de simplicibus prope 30 viri ceciderunt, ut limpide[h] agnoscamus Deum cum suis sanctis pro ipsis pugnasse ut[i] in tanti prodigii monumentum[k] a gente Polonica in perpetuum sine intermissione Deus collaudetur[l].

II.

1331. rex Wlatislaus debellavit cruciferos in Cuyavia ultra 30,000 hominum.

Ipso in[m] tempore circa festum sancti[n] Michaelis audita clade barbatorum[o] cum manu forti venit Poznaniam rex Bohemie Iohannes et oppugnabat[p] eam cum machinis et fossoribus, sed[q] militibus et civibus fortiter repugnantibus, quingentos homines perdens et de fossoribus plures amittens machinas derelinquens, confusus cum magna tristicia et[r] desolacione et dampno viginti milium marcarum in Wratislaviam repedavit[s].

Apr. 16. In anno 1332.[t] exeuntes cruciferi in cena Domini vallaverunt Brestz[u], quam inpugnantes quatuor diebus cum machinis et aliis instrumentis, eo quod pauci milites fuerunt in ea, ipsam per[v] tradicionem[w] aliquorum civium quinto die obtinuerunt. Ipso in tempore Wladyslavia-iunior sponte se subdidit[x] eisdem. Milites igitur cum uxoribus et pueris ultro
85 exulantes preter Albertum palatinum dictum Chostelecz[y], qui in castro dicto Pacoscz[z. 85] se cum suis recepit et dictis se cruciferis viriliter resistendo opposuit, alii omnes in Cracoviam ad regem se contulerunt. Ipso anno talis estus fuit ut homines vetuli dixerunt numquam se diebus suis in terra Cracovie talem estum fuisse expertos; unde ad magne indicium siccitatis Vandalus[*] fluvius in tantum decrevit ut decennis[a] et duodecennis pueris in[a] pluribus locis meabilis et vadabilis esset. Messis eciam ita[b] mature advenit[c] ut in festo sancti[d] Iohannis baptiste multa capecia[e] siliginis in campo cernerentur[f], omni etati hominum ante[g]

a) Plowczye 1a; Plowyecz 3. b) Radzyeow 1a; Saczeow 3. c) et sanctis martiribus A. 3 d) sacris — martiribus *desunt* 3. e) iuvantibus 1a. f) *in margine* 1: De bello in Plowecz; 1a: De bello ad Plowcze. g) prostravit 1; prostraverunt 1a. h) et 3. i) nonagenti 3. k) complures 3. l) Prussii 3. m) *in margine* 1: Dux. n) Bus 3. o) *deest* 3 *ruptura chartae.* p) *post* quem *locus rasus est, in margine recentior manus adscripsit* ius. c. q) *deest* 3. r) *deest* 3. s) plures devenientibus 1. 1a. t) universa 1a. u) numerosa mult. *des.* 3. v) aufuisset 1. 1a. w) *in margine* 1: De victoria Vincencii. x) Wincencius 3. y) coniectamur 1; coniacturam 3. z) omni 1. 1a. *) *deest* 1a. a) suis 1a. b) de barbaris 1a; cum barbaris 3. c) reportavit 1a; presentavit 3. d) tantum fraudis 3. e) tantam 1a. f) *deest* 3. g) ruerent 3. h) lympide 3. i) et 3. k) monimentum 1a; munimentum 3. l) *addit* 3: etc. m) Ipso quoque in 3. n) *deest* 1. 1a. o) *deest* 1a. p) expugnabat 3. q) *deest* 3. r) *deest* 3. s) *deest* 1a. t) A. Dni. 1332. 3. u) Brescz 1a; Brzysk 3; civitatem Biczeszow *Anonym. ap. Lengnich.* v) *deest* 1a. w) tradicione 1a. x) tradidit 3. y) Kostelecz 3. z) Pacost 1a; Pakoscz 3. *) Wandalus 1a. 3. a) decennius et duodecennius pueris in 3; duodennis 1. 1a. b) Eodem anno messis ita 3. c) pervenit 1. 1a. d) *deest* 1. e) capacia 1a. f) cernerent 1. 1a. g) erat 3.

85) Pacoscz, castrum prope Inowraclaw.

incognitum invisum[a] et inauditum. Eodem[b] anno circa festum Iohannis baptiste Vincencius palatinus inopinabiliter telo[c] percussus interiit[d]. Rex Wladislaus vero[e] circa assumpcionem beate Virginis[f] iterum contra cruciferos est profectus et quia fraudatores Aug 15. nusquam desunt, nichil circa ipsos valens proficere[g], treugas usque ad pentecostes[h] interim consiliandi et de negocio colloquendi cum ipsis accipiens, in Poloniam maiorem remeavit, ubi fugitivos duces Polonie regno incumbentes aggrediens, quinquaginta et eo amplius ipsorum fortalicia cremans et destruens Cosczan[i, 86] castrum quod plus genti Polonice im- 86 minebat cum exercitu vallavit. Hii autem qui erant in castro conclusi de loci firmitate et virtute animorum confisi non solum pacem non recipere set rebellare fortiter contendebant. Quod[k] videns filius regis excellentissimus Kazimirus cum Ungaris et[l] suis, facto impetu castrum est aggressus, quod et acquirens potenter prope 100 hominum[m] ibidem peremit, inter quos erant quinquaginta galeati, alii Zlesite[n], alii Bohemi, alii Almanni[o], multum nobiles viri, quorum nullum dux Kazimirus vivere permisit; et sic pacato[p] regno in Cracoviam rediit cum triumpho.

Hic tandem[q] Wladyslaus rex dictus Loctek[r] Polonie eximius post multos agones, ubi contra hostes gentis viriliter decertavit, post multa certamina victorias triumphos[s] de adversariis pro placito sumptos[t] pro voto adhuc viribus pollens, anno etatis sue septuagesimo tercio, 6. Nonas Marcii[u] dominice autem incarnacionis 1333, in magnam totius Polonie desolacionem et tristiciam gentis decubuit[v]. Et cum iam se moriturum presensisset, fratri

II.

1334. rex Wlatislaus obiit cognomine Loktek. 1335. eodem anno filius eius rex coronatur. 1333. Mart. 2.

Helye[w] ordinis fratrum Predicatorum, viro conversacione[x] laudabilis et in omni honestate approbato, qui super ipsum de omnibus suis delictis domini pape dispensandi et absolvendi plenam et omnimodam habebat auctoritatem, humiliter extitit magna cordis cum contricione confessus. Quem post hoc Spicimirus castellanus et Iarosslaus[y] archidiaconus Cracoviensis, qui tunc infirmitati sue preerant, non cum parvo fletu allocuti fuere tali modo: *Domine rex, tu tuos nobiles, divites et pauperes, insignes et parvos, superbos et humiles, senes et iuvenes et quemlibet in statu suo sine molestacione qualibet*[z] *in bonis et iuribus*[*] *ipsorum vite tue temporibus decentissime confovebas. Ipsi vero te exigentibus tue gracie et benignitati meritis*[a] *usque ad eadem tempora cum bonis et corporibus eorum nullatenus deserebant. Exhortare ergo eosdem*[b] *nobiles tuos ut filium tuum*[c] *Kazimirum quem in successorem tuum et regni dimittis, dileccione et favore prosequantur.* Qui licet iam quasi in virtute lingue[d] et sermonis[e] deficiens, tamen[f] eosdem Spicimirum et Iarosslaum[g] una cum aliis circumstantibus curialiter est affatus[h]: *O viri michi et proli mee magni fautores, utinam filius meus exemplo ductus meo vobiscum taliter conversaretur sicut ego crederem, utique quod eum sicut et michi fecistis, diligetis. Attamen*[i] *si secus fuerit, quod absit, hoc vestre industrie et fidelitati, quam semper erga me habuistis, fiducialiter recommendo. Sed quod pro ipso iam petam*[k] *ignorans de suo statu futuro vobiscum non faciam ista vice.* Et hec dicens filio suo dilecto Kazimiro ibidem presenti nobiles suos universaliter in omnimodam fidelitatem recommendans in Domino obdormivit.

I.

Sic illud fulgentissimum sydus gentis caligine mortis obumbratum, magnum chaos errorum et licium[l] reliquisset, nisi supernus tytan de radio a tanto sydere Polonice genti salubriter providisset. Nam superstitem post se filium Kazimirum nomine de quo supra prelibavimus, genti dimisit. Unde dolori risus et luctui gaudium dabat moderamen, quatenus[m] qui erant de occasu talis solaris planete merentes, de tanta luce relicta maneant honorantes[n].

Iste Wladyslaus filius fuit ducis Kazimiri terrarum Cuyavie, Syradie et Lancicie, cui

III.

Iste Wladislaus filius fuit ducis Kazimiri terrarum Cuyavie, Siradie et Lancicie. Cui

a) et visum 1a. b) Eo 3. c) celo 3. d) *addit* 1: obiit. e) *deest* 3. f) Marie 3. g) perficere 3. h) penthecostes 1a. 3. i) *in margine* 1: De castro Cosczan. k) quot 1. l) *deest* 3. m) homines 1a. n) Slezite 3. o) Alamanni 1a. p) placato 3. q) *deest* 3. r) Locthek 3. s) triumphus 3. t) sumptus 3. u) Marci 1. v) detzbuit *c.* w) Helce 3. x) conversacionis 1. y) Ieroslaus 1a; Iaroslaus 3. z) quemlibet 3. *) *primae huius vocis tantum exstant litterae* 3. a) *deest* 1a. b) eosdem *deest* 3. c) *deest* 3. d) linguue 1; lingwe 1a. 3. e) sermone 3. f) *deest* 1. 1a. g) Iaroslaum 3. h) affectus 3. i) Actamen 3. k) petas 3. l) littium 1a. m) gentes 1a. n) honantes 1.

86) Kosten ad Obram fluv.

I.

Wladyslao inter suos fratres terra Brestensis in Cuyawia sorte advenerat. Hic ducis Bolezlay Kalisiensis filiam nomine Hedvigem in uxorem accipiens post mortem ipsius ducis et eciam heredum, maioris Polonie dominium ibidem est assequutus, quod et multis tenuit annis. Tandem fraude nobilium Polonie agente, per regem Bohemie Wenceslaum non solum de Polonia et Pomorania, sed eciam de sua sorte et de terra Syradie et Lancicie, que sibi post suorum fratrum obitum advenerant[a], nec uno sibi relicto, fuit turpiter et fraudulenter eiectus. Sic itaque terris orbatus, quamvis multorum amicorum auxilium postulans adisset, vanis promissis ipsum decipientes inanem et spe vacuum per multa temporum curricula toto orbe instabilem divagari permiserunt. Qui videns se a suis omnimode destitutum cum paucis sequacibus in Ungariam ad Amadeum quemdam virum nobilem et potentem secessit cuius auxilio, sed magis divino, Sandomiriam et Cracoviam terras et alias omnes quas supra memoravimus viriliter debellans optinuit, Bohemos qui 18 annis eas tenuerant potenter evellens et eiciens nunquam illuc redituros[b]. Cum igitur predictas terras, Deo illi pacem tribuente, tranquille possedisset, volens ipsum Deus post talem casum gloria et honore illustrare aut gentem Polonicam magnificare, domino Gerwardo, episcopo Cuyaviense agente et elaborante circa dominum Iohannem dictum papam XXII, coronam est assequutus, qua etatis sue 60. anno cum sua felici consorte et omni bonorum memoria domina Hedvige in Cracovia per dominum Ianisslaum archiepiscopum et alios plures episcopos, anno Domini 1320. fuit gloriose coronatus, quam eciam suo successori videlicet filio suo Kazimiro, de quo ulterius sermo habendus erit et sue posteritati feliciter perpetuo duraturam reliquit. Hic inter virtutum karismata tribus ultra humanam estimacionem effloruit luculenter. Videlicet insigni pietate, quia nisi coactus aliquem morti tradi iussit, inestimabili humilitate, ut quid esset fastus aut superbia penitus ignoraret, indicibili paciencia, nam vindex iniurie nullatenus esse potuit, ymo se iniuriantibus humanissimum exhibuit, placidum vultum in omnibus illis ostendens. Quapropter inspector omnium actuum Deus tantum decorem suo corpori in morte contulit, ut quamvis diebus pluribus sua sepultura fuerit protelata, semper firmus in suo decore placabili seu amicabili ad magnam omnium admiracionem et stuporem permansit.

Kazimirus igitur filius suus suscepto regno ad instinctum et preceptum regis Ungarie, generis sui Karoli, acceleravit[c] coronari. Unde per dominum
1333. Apr. 25. Ianisslaum archiepiscopum in die Marci ewangeliste in Cracovia cum magna sollempnitate fuit coronatus[d]. Coronatus autem statim in maleficos in tantum desevit ut in modico tempore multos eorum delevit, dans metum pluribus, ut se a furtis et latrociniis cohiberent. Unde factum est quod[e] omnes qui vero[f] furtis et latrociniis inserviebant aut intercessione baronum ad mansuetudinem sunt reducti aut perpetuo exilio fuerunt sine mora ad mortem dampnati.

I'.

Wladislao inter suos fratres terra Brestensis in Cuyavia sorte advenerat. Hic ducis Boleslai Kalisiensis filiam nomine Hedwigim in uxorem accipiens post mortem ipsius ducis et eciam heredum maioris Polonie, dominium est ibidem assecutus, quod et multis tenuit annis. Rex igitur Wladislaus dictus Locthek anno Domini 1333. obiit. Cui eodem anno Kazimirus filius eius successit. Kazimirus igitur filius suus suscepto regno ad instinctum et preceptum regis Ungarie generi sui Karoli acceleravit[f*] coronari. Unde per[g] Iaroslaum archiepiscopum in die sancti Marci ewangeliste in Cracowia cum magna solempnitate fuit coronatus. Coronatus autem statim in maleficos in tantum desevit, dans metum pluribus, ut se a furtis et latrociniis cohiberent. Unde factum est, quod omnes qui furtis et latrociniis inserviebant aut intercessione baronum ad mansuetudinem sunt reducti aut perpetuo exilio fuerunt sine mora ad mortem dampnati.

II.

1337. Wysla inundatur.

III.

1335. inundacio aque videlicet Vysle.

a) advenerat 1. b) reddituros 1. c) acceleravimus 1; *deest* 1a. d) *in margine* 1a: Kazimirus coronatus per Ianislaum archiepiscopum. e) ut 1a. f) *deest* 1a. f*) accelerancius 3. g) *vox abscisa* c.

I.

1339. obiit Anna filia Gedimini ducis Lithwanorum, consors domini Kazimiri regis Polonie Wladyslaides dicti Loketkonis[a], 4. Kal. Iunii. Hec tantum solaciis choreis et leticie dedita fuit, ut quocumque in equo sive curru ibat, semper ante ipsam cum sambucis et tympanis et fialis et cantilenis et diversis melodiis ibant canentes, satis multorum in scandalum. Hic est quod satis portendo[b] et terribili fato ex hac vita decessit, tamen occulte religiosos et pauperes multum supportabat.

II.

1340. Iohannes Grothonis fit episcopus et ad curiam mittitur contra cruciferos.

III.

1339. Iohannes Grottonis Cracoviensis episcopus mittitur ad curiam[1]. Item eodem anno obiit Anna filia Gedimini ducis Lithwanorum, consors domini Kazimiri regis Polonie Wladislaides dicti Locthiconis, 4. Kal. Iunii. Hec tantum solaciis Mai. 29.
coreis et leticiis dedita fuit ut quocumque in equo sive curru ibat semper ante ipsam cum zambucis et tympanis et fialibus et cantalenis et diversis melodiis ibant canentes satis multorum in scandalum. Hic est quod satis pro tanto et terribili fato ex hac vita decessit, tamen occulte religiosos et pauperes supportabat.

I.

Anno Domini 1340. Bolezlaus filius Troydeni ducis Mazovie, princeps Ruthenorum a suis inpocinnatus circa festum annunciacionis beate Marie, ex hac vita migravit. Hic dicitur suis multum fuisse[c] violentus, ipsos capiens[d] et pecunias ab ipsis extorquens, filias eorum et uxores rapiens et easdem dehonestans, nec non alias gentes, sicut Bohemos et Almannos super[e] ipsos inducens. Unde videtur quod compulsi tot iniuriis talem sibi mortem procuraverunt. Audiens Kazimirus rex Polonie, quod ita vita decessisset Russiam circa festum pasche in parvo numero intrans, christianos et mercatores, qui se in castro Liwow[f] receperant, castro cremato cum uxoribus, pueris et rebus eorum usque in[g] regnum suum deduxit. Ubi spolia multa in argento, auro et gemmis, thesaurum ducum antiquorum tollens, inter quod[h] erant aliquod[i] cruces aureе, precipue unam, in qua magna quantitas de ligno crucis Domini fuit reperta, et duo preciosissima dyademata, et una tunica valde preciosa, nec non et sella auro et gemmis adornata. Hiis omnibus sublatis ad propria est reversus. Eodem anno circa festum Iohannis baptiste idem rex Kazimirus congregans exercitum validum prope 20 milium, iterum Russiam intravit, ubi castella et municiones aliquod ipsorum destruens ipsos sibi inperfecte subiecit. Et quamvis Tartharorum prope 40 milium et Ruthenorum totidem vel plures fuissent congregati, tamen quodam metu et terrore et peraudactissimos licetque[k] simplices Mazovien-

II.

1342. Tarthari devastabant Lublinensem[m] usque Sandomiriam.

III.

1340. contra cruciferos devastant Thartari terram Lubinensem usque Sandomiriensem. Item Boleslaus filius Trohide ducis Mazovie, princeps Ruhenorum a suis prerenatus[n] circa festum annuncciacionis beate Marie[o] ex hac vita de- Mart. 25.
cessit. Hic dicitur suis multum fuisse violentus, ipsos capiens et pecunias ab ipsis extorquens filias eorum et uxores rapiens et easdem dehonestans, nec non et alias gentes, sicut Bohemos et Almanos super[o*] ipsos inducens, unde videtur quod conpulsi tot iniuriis talem sibi mortem procuraverunt. Audiens Kazimirus rex Polonie quod ipsa[p] vita decessisset, Russyam circa festum pasche in parwo numero intrans christianos mercatores qui se in castro Lwow[q] vel Lamborg receperant, castro cremato cum uxoribus, pueris et rebus ipsorum, usque in regnum deduxit, ubi spolia multa in argento et auro et gemmis, thezaurum ducum antiquorum tollens, intra que erant aliquot cruces aureе, precipue unam in qua magna quantitas de ligno crucis Domini fuit reperta et duo preciosissima dyademata[r] et una tunica valde preciosa, nec non sella auro et gemmis adornata. Hiis omnibus ablatis ad propria est reversus. Eodem anno circa festum sancti Iohannis baptiste idem rex Kazimirus congregans exercitum validum prope viginti milium iterum Russiam intravit, ubi castra et municiones aliquot ipsorum destruens ipsos

a) Leketkonis 1. b) portando 1a. c) *in marg. add.* 1a. d) capientes 1. 1a. e) semper 1. f) *sic eadem manu corr. ex* Lubow, *sed secunda manus in margine scripsit:* Luczsko 1. g) *deest* 1a. h) que 1a. i) alique 1a. k) licet quam 1a. l) Ou'am 3. m) bobinensem 2. n) prenatus *c.* o) beate Marie *des.* 3. o*) semper 3. p) ī *c.* q) *prius scriptum erat* ylwow, *radendo corr.* 3. r) dyademate 3.

I.

ses sunt multi interempti et mactati, et forte divino auxilio magis percussi fugam inierunt, et sic rex cum victoria et magna gloria ad propria fuit reversus sine omni lesione seu perdicione suorum nobilium. Thratka[a] eciam fuit ibidem.

III.

sibi in profectum subiecit et quamvis Thartarorum prope 40 milia et Ruthenorum totidem vel plures fuissent congregati, tamen quodam metu et terrore et per audacissimus licet quod simplices Mazovienses sunt multi interempti et mactati et forte dominico auxilio magis percussi, fugam inerunt seu inierunt. Et sic rex cum magna victoria et gloria ad propria est reversus sine omni lesione seu perdicione suorum nobilium etc.

CONTINUATIO ANNALIUM POLONORUM.

II.

1341. Dec. 4. 1344. Ianislaus archiepiscopus obiit, Iareslaus eum sequitur.

1347. Aug. 5. 1345. Iohannes Grotonis obiit episcopus Cracoviensis, qui 20 annis et 2 mensibus vixit. Quem sequitur Petrus[b] Syrzak, qui

1348. Iun. 6. obiit in curia in Awyniona, post[c] quem Brandota decanus Cracoviensis ordinacione papali.

III.

Anno Domini 1342. Ianislaus obiit archiepiscopus, cui successit Iaroslaus fundator monasterii Copriviniensis[87].

1343. obiit Iohannes Grotthonis episcopus Cracoviensis, qui vixit viginti annis et duobus mensibus. Cui successit Petrus dictus Scyrthik et in curia Avinionis ibi moritur. Cui successit Bodzantha decanus per provisionem apostolicam.

1366. Dec. 12. 1346. Bodzantha . . . . moritur et in ecclesia Cracoviensi tumulatur. Post hoc secundo die mensis Ianuarii in ecclesia Cracoviensi per capitulum eiusdem ecclesie in locum Bodzanthe, domnus Florianus cancellarius Lanciciensis in episcopum eligitur et 9. die eiusdem mensis per domnum Iaroslaum archiepiscopum Gneznensem confirmatur.

Nov. 5. 1370. Kazimirus rex Polonie obiit feria tercia ante diem sancti Martini. Et erat in hac sillaba *bre*, videlicet *Omne Novembre*[88]. Post hoc in die sancte Elizabeth domnus Lodwicus rex Ungarorum in ecclesia Cracoviensi in regem Polonie honorifice coronatur[89].

Oct. 30. 1376. in vigilia vigilie omnium sanctorum Lithwani nocturno tempore nullo presciente diffuderunt se circa Wyslam ex opposito Sandomirie vastare ceperant. Et 23 milia hominum ceperunt partim peremerunt in ascenso eiusdem ad duodecim vel 13 miliaria igni et gladio cuncta consumentes. Eodem anno quidam nobiles terre Cracoviensis dominica

Dec. 7. *populus Syon* occiderunt multos Ungaros existente antiqua domina Ungarie in castro Cracoviensi penes sancti Egidii ecclesiam sub castro.

Nov. 29. 1378. dominus Carolus imperator obiit in vigilia sancti Andree super noctem. Eodem anno surrexit quidam antipapa nomine Clemens XII. qui erat ante cardinalis Eberiensis.

Febr. 6. 1380. Florianus episcopus Cracoviensis obiit feria secunda in die beate Dorothee virginis super noctem.

Febr. 15. 1386. illustris princeps Iogel[d] supremus Lythwanorum in regem Polonorum coronatur in Cracovia in crastino sancti Valentini[e, 90].

1410. rex Wladislaus Polonie in campo qui dicitur Grinwalth in terra Pruthinorum, quod situm est prope civitatem Danbrowno cum suis exercitibus intrans potenter terram

Iul. 15. predictorum in die sanctorum divisionis apostolorum prostravit centum sexaginta milia virorum armatorum et septingentos quindecim viros prostravit certo per ipsos approbata. Item eisdem temporibus idem rex cum suo exercitu ultra progrediens expugnavit et lucratus est quadraginta sex fortalicia videlicet et castra ipsorum meliora et eminenciora, videlicet

a) Thraska 1a. b) pe *c.* c) *in margine* 2: 1250. d) *sic radendo corr. ex* Iohel *c.* e) *exstant tantum litterae* tini 3. *ruptura marginis.*

87) monasterium ord. Cisterc. in dioec. Cracov. 88) Videtur ad Cisio-Ianum quendam innuere, in quo quinque primi dies Novembris his quinque syllabis signati sunt. GROTEFEND. 89) De die discordant inter se Calend. Cracov. et Archid. Gnezn. p. 104. Illud coronationem Ludovici retulit ad 13. Kal. Dec., ad festum s. Elisabethae (Nov. 19.), hic „proximo die dominico post festum s. Martini“ (Nov. 17.). 90) Hac die Wladislaus non coronatus sed baptizatus est, cf. Calend. Cracov. ad 15. Kal. Martii, p. 58. Coronatio eius fuit die 4. Mart.; cf. ibid.

Thorun, Gdansk, Helbink, Strosbark alias Brodnicza, Grudzandz, Olanth[91], Dirzgov, civitatem Mariembark, Neschawa[92] et de aliis ulterius subticemus.

1417. magna clades oritur in terra Polonie quod unum corethum[93] siliginis pensatur per 12 grossos et citra, triticum vero per 8 scotis.

1419. demum fertilitas magna fuit in regno Polonie circa terram Sandomirie et Lubliensem ita quod unum coretum erat per sex denarios et per 8.

Anno 1415. annus pluvinosus in terris Polonie et Russie extiterat ita quod fruges terre minime metere potuerunt, quod per agros culturinos aqua ad instar paludinis per pluvias nimias continebatur et cet. In Sczitelko ......

NOTAE LUBLINENSES EX CODICE 3.

Anno[a] Domini 1456, tempore regis Kazymiri, regis Polonie, fratres sancti Francisci, ordinis fratrum de vera observancia, receperunt locum et claustrum in Lublyn extra muros. Dominus Kyerstan et Kunynoga consules civitatis predicte dederunt ortos suos fratribus pro ecclesia construenda et claustro. A principio fundationis sue fratres habuerunt ecclesiam inter robora quercina muratam. Tunc illo tempore nullus secularis homo fuit in claustro et nullus equus nec currus, et fratres in illa antiqua ecclesia fuerunt devotissimi, silenciosissimi, caritatissimi, exemplarissimi. Postquam mortuus est civis cognomine Quanta procurator fratrum, legavit fratribus fornacem laterum et calcis. Tunc Gabriel Svyrkoth pro tunc in Lublyn existens cepit frangere chorum antiquum et construere mutatum chorum Tempore isto primo fuit apertum claustrum in Lublyn, tunc in claustro idem Svyrkoth intra refectorium et intra antiquam infirmiriam fecerat magnam fornacem ad exurendum lateres, sed consules prohiberunt, et illa fornax est tumulata. Nichilominus chorus muro circummurabatur et ille antiquus chorus frangebatur cum magno scandalo, murmuracione licet omni finito, quod choro testudo in choro murata et eodem die quo est finita corruit et cecidit et in nichilum destructa non sine magnis inpensis pecuniarum. Tunc demum in choro predicto secunda testudo est murata cum magnis impensis, que modo adhuc stat etc.

Anno[b] Domini 1487. fractum est corpus ecclesie nostre[c] in robora quercina muratum et inceperunt corpus ecclesie murare cum magnis expensis.

Anno Domini 1495. fratres soli cooperierunt lateribus totum corpus ecclesie.

Anno Domini 1497. inceperunt testudinem edificare et finita est die ....

Anno Domini 1497. edificate sunt membrane celule[d] per fratres solos, per fratrem Iohannem pictorem sacerdotem de Pyzdry, per fratrem Franciscum sacerdotem de Przythyk et fratrem Symeonem de Brzeznycz. Hii tres fideliter membranas laboraverunt.

ANNALES CRACOVIENSES BREVES.

In omnibus codicibus, quibus servata nobis sunt chronica magna illa Boguphali et archidiaconi Gneznensis, invenimus annales varii generis et argumenti, vel medios inter laudata chronica positos vel in fine additos. Quorum naturam veramque formam multi de historia Polonica bene meriti viri eruere conati

a) *alia manu c.* b) *alia manu c.* c) *ñre c.* d) *cel'e c.*

91) i. e. Preussisch-Holland. 92) castrum Nessau prope Thorn. 93) corethum i. e. korzecz, germanice Scheffel.

sunt, quum autem unica eorum, et haec negligentissime confecta, editio Sommersbergiana adhuc exstaret, non potuerunt quin non omnibus numeris absolutam proferrent sententiam. Felici casu contigit, ut Alexander ex comitibus Przezdziecki, Maecenas litterarum Polonicarum, detegeret Romae codicem Ottobonianum, prima vice lucem quandam afferentem. Continet enim iste codex et Boguphalum et eum excipientes annales varios, qui ibi minus mixti et turbati quam in aliis libris manuscriptis exhibentur, nobisque, alio loco de antiquissimis Poloniae fontibus disputaturis, ansam praeoptatam praebebant singula annalium genera seiungendi eorumque apta nostrum in usum vindicandi. Proferemus igitur Annales Cracovienses breves et paulo infra Ephemerides Wladislavienses, relictis annalibus maioris Poloniae, quos quum prius dare proposueramus, nunc futuris temporibus remisimus, quum connexum inter eos et Boguphali chronicon illustrare non possimus, et adhuc ignoretur quaenam harum relationum sit fons alterius.

Annales hoc loco proferendi Cracovienses breves ubivis fere cum Annalibus capituli Cracoviensis consentiunt, quoniam invenire possis locos quibus non ex praememoratis haustos esse, immo vero eos ad commune illud supra memoratum annalium exemplar esse reducendos evincitur. Initium nostrorum praeterea concordat cum annalibus Miechoviensibus.

Codices, qui nobis ad constituendum textum praesto erant, sunt hi:

1) *Ottobonianns N.* 2068. *Chronicon Boguphali annales nostri p.* 159 *et p.* 212 *sequuntur. Ephemerides Wladislavienses p.* 194 *et p.* 195 *sistunt. Est autem codex chartaceus, saeculi XV. initio scriptus, ut ex specimine scripturae Warsaviae apud comitem Alexandrum Przezdziecki inspecto concludere licebat. Praestantissimus codex totus a laudato comite exscriptus est; copiam sibi paratam Augustus Mosbach, Wratislaviensis, mira benevolentia nobis ad edendum commisit.*

2) *Petropolitanus, inter codices bibliothecae imperialis signatus* λ. F. Otd. IV. N. 31, *saeculo XV. scriptus continet Boguphali chronicon, primam nostrorum eum sequentium annalium partem, ultimo loco Archidiaconi Gneznensis opus. Ipsi eum exscripsimus.*

3) *Pulaviensis. De eo conferas praefationes et ad chronicas Polonorum (M. G. SS. IX,* 422*) et ad Annales Polonorum I—IV. (supra p.* 610*). In eo nil nisi prima nostrorum pars legitur. Augustus Bielowski nobis misit totos ex exemplari authentico delineatos.*

4) *Rhedigeranus Wratislaviensis, signatus* S. *IV.* 4. p. 13. *Ex hoc codice editio Boguphali, annalium et Archidiaconi fluxit Sommersbergiana (SS. RR. Sil. II,* 18 *sqq.). Post finem Boguphali leguntur haec:* Incipit Cracovie brevior chronica, *et post pauca de mundi aetatibus verba:* Recapitulatur brevius cronica Polonorum. *Prima pars ibi legitur p.* 79, *secunda p.* 82. *Codice et Wratislaviae et Berolini usi sumus.*

Ordinem annorum in codicibus aliquando turbatum restituere non dubitavimus.

Anno[a] Domini 965. Dubrowka[b] venit ad ducem Mesconem[c].
966. Meszco[d] baptizatur et fides katholica in Polonia recipitur[e].
983. 982. sanctus Adalbertus in episcopum Pragensem consecratur[f].
Iun. 29. 990. professio sancti Adalberti cum fratre Gaudencio.
991. sanctus[g] Adalbertus[h] factus est monachus Rome apud Sanctum Alexium[i].
992. sanctus Adalbertus Gneznam veniens fidem catholicam in Polonia roboravit.

a) 4 *habet titulum:* Recapitulatur cronica brevius Polonorum. b) Dambrowka 2. 3. 4. c) Meschkonem 2; Myeskonem 3; Meszkonem 4. d) Mesko 2; Myesko 3. e) suscipitur 2. 3. f) *in* 3 *praecedit hic annus a.* 966. g) cocūs 4. h) Adbertus 3. i) Allexium 2. 3. 4.

997. sanctus Adalbertus martyrizatus est in Prussia.
1001. Otto imperator Roma[a] rediens visitat sepulchrum sancti Adalberti in Polonia, et eodem anno Poloni ceperunt Pragam[1] et ducem Boleslaum in eadem cecaverunt. 1000. 1003.
1002. Otto[b] imperator obiit[c].
1003. heremithe in Polonia martirizati sunt.
1018. primus Boleslaus superavit Ruthenos et terram eorum[d] vastavit.
1025. primus Boleslaus rex magnus obiit[e].
1030. Meszco[f] rex Polonorum obiit. 1034.
1038. sanctus Adalbertus translatus est. 1039.
1059. Aron abbas Tinacensis[g] a sede apostolica postulatus in Cracoviensem episcopum, Rome consecratur.
1061. ordinacio Lamberti[h] in episcopum Cracoviensem qui Sula vocabatur.
1070.[i] Mesco[k] dux obiit.
1071. Lambertus[h] obiit[l], cui sanctus Stanislaus successit[m].
1078. Boleslaus secundus coronatus est[n], qui occidit sanctum Stanislaum. 1076. Dec. 25.
1079.[o] beatus Stanislaus martirizatus[p] est, cui successit in episcopatum[q] Lambertus[r], non nisi quarto anno[s].
1081. rex Boleslaus secundus obiit[t] occisor sancti Stanislai.
1082. Lambertus[h] in episcopum Cracoviensem ordinatur.
1086. Mesco[u] dux de Ungaria[v] rediit, et Boleslaus tercius natus est[2] et Iudith mater sua obiit.
1088. sacrum corpus beati[w] Stanislai Lambertus[x] episcopus et canonici Cracovienses transtulerunt ad ecclesiam maiorem cum debita veneracione[y] de Rupella et de ecclesia pro tunc sancti Michaelis.
1088. Mesco[u] dux uxorem duxit.
1102. Wladislaus cognominatus Hermannus diem clausit extremum. Iun. 5.
1111. Boleslaus dux Cracoviensis devicit Bohemos et terram eorum vastavit[z]. 1110.
1125. Cracow combustum est.
1133. Bohemi vastant Poloniam.
1135. Vislicia[*] cede destruitur 5. Idus Februarii. Febr. 9.

Continuatio.

1142. Radost obiit, Robertus successit.
1143. Robertus episcopus obiit, cui Matheus episcopus successit.
1147. Conradus[a] imperator Poloniam intravit et cum regibus Ierosolimam pergit.
1166. Gethco in episcopum consecratur.
1170. sanctus Thomas Canturiensis archiepiscopus martirizatus est.
1177. Kazimirus Cracoviam obtinendus intravit.
1182.[b] Kazimirus dux Cracovie[c] vicit Ruthenos.
1184. per Egidium episcopum Mutinensem sanctus Florianus Cracoviam apportatur et per Gethconem episcopum[d] Cracoviensem devotissime suscipitur.
1185. Gethco episcopus obiit, cui Fulco successit.
1186. Lestco dux obiit, Kazimirus[e] obtinet ducatum eius.
1187. Fulco ab Urbano papa in episcopum[f] Cracoviensem consecratur.
Item 1194. dux Kazimirus obiit frater ducis Mesconis.
1195. inter Mesconem[g] et[h,3] filium Kazimiri facta est cedes magna in Mascova[i], ita[k] quod Mesco[l] vicitur et dux Boleslaus filius suus[m] interficitur.
1196. dux Mesco in Cracovia succedit.
1197. Petrus secundus cardinalis venit in Poloniam qui matrimonium in facie ecclesie instituit contrahi, et sacerdotibus uxoribus habere contradixit[n].
1202. dux Mesco frater Kazimiri obiit et dux Lestco[o] eiusdem Kazimiri filius[p] in Cracovia succedit[q].
1205. Romanus fortissimus princeps Ruthenorum, cum exercitibus suis a Lestcone et Conrado[r] fratribus[s], filiis Kazimiri, in Zavichost interemptus est.
1207. Fulco episcopus Cracoviensis obiit.
1208. Vincencius canonice electus, ab Innocencio papa confirmatus est[t], et per Henricum archiepiscopum in episcopum Cracoviensem consecratur[u].
1219. Henricus archiepiscopus obiit.

a) Romam 2. 3. 4. b) *deest* 1. c) *deest annus hic in* 4. d) *deest* 1. e) *pro* obiit *habet* 4. efficitur r. m. f) Mesko 2; Myesko 3. g) Tinciensis 2. 3; Thinciensis 4. h) Lamp. 2. 3. *semper.* i) 1060. 1. 2. 3. k) Mesko 2; Myesko 3; Meszco 4. l) *deest* 3. m) in episcopatum *addit* 4. n) *deest* 3. o) 1078. 1. 2. 3. p) martizatus 2. q) in episc. *des.* 2. 3. r) Lambartus 4. s) n. n. q. a. Lampertus 3. t) *in fine sententiae* 2. 3 u) Mesko 2; Myesko 3; Meszco 4. v) Hungaria 2. 3. w) sancti 2. 3. x) Lambartus 4. y) reverencia debita 2. 3. 4. z) vastat 2. *) Wislicia 2. 4. a) Cunradus 4. b) *tota huius anni relatio deest* 4. c) Cuyavie 1. d) *deest* 4. e) et Cazimirus 4. f) in episc. papa 1. g) Meszconem 4. h) *deest* 4. i) Meszcone 4. k) sic 4. l) Meszco 4. *semper.* m) eius 4. n) abstraxit 4. o) Lestko 4. p) *deest* 4. q) successit 4. r) Cunrado 4. s) suis *addit* 4. t) confirmatur 4. u) consecratus 1.

1) Cf. Gesch. Pol. I, 116. 117. 2) 1084. Dec. 23. 3) Supplendum *Lestkonem.* V. Ann. cap. Cracov.

1221. in Prandnik hospitale de sancto spiritu[a] per Iwonem[b] episcopum cum[c] consensu capituli[d] construitur.
1222. per eundem episcopum ad sanctam Trinitatem ordo Predicatorum, et in Cacicz[e] ordo Cisterciensium statuitur.
Item 1223. Vincencius episcopus obiit et in Morimundo quiescit.
1225. monasterium de Cacicicz[f] transfertur in Mogilam que Clara-Tumba cognominatur, et ibi[g] cenobium fundatur Griseorum.
1227. Lestco dux Cracovie interfectus est[h] in colloquio a filio ducis Odonis sub fraude.
4 1228. dux Wladislaus[i] Odonis captus est a sene Wladislao in bello[4].
Item 1229. Iwo episcopus Cracoviensis obiit.
1230. Cracovia[k] combusta est.
1231. consecracio Vislai[l] episcopi Cracoviensis.
Item 1238. Henricus dux Silesie[m], dictus barbatus et dux Cracovie, obiit, cui Henricus in utroque ducatu[n] successit, filius ipsius; is[o] est[p] Henricus quem Tartari[q] occiderant[r].
1241. Tartari[s] Cracoviam intrantes ecclesias succendunt[t] et populum infinitum abducunt.
1242. Wislaus episcopus obiit, cui Prandotha successit.
1243. Ruteni[u] per diversos insultus[v] in suburbio Lublin devastant et succendunt.
Item 1247. ecclesia sancti Wenceslai[w] de plumbo tegitur, preter turres[x] que sunt ante Tartaros[y] tecte.
Item 1253. magister Iacobus et magister Nicolaus[z] canonici Cracovienses ad curiam Romanam mittuntur pro canonisacione sancti Stanislai, qui per dominum Innocentium papam est canonisatus; eodem anno nuncii predicti redierunt[z]. Boleslaus dux Crocovie et Wladislaus Opoliensis[*] cum exercitibus suis, eciam Ruthenis, terram Opavie[a] vastaverunt.
1259. Tartari subiugatis Bersabenis[5], Litwanis[b] Ruthenis et aliis gentibus, Sandomirz[c] castrum capiunt et multis christianis occisis, alios abducunt. Similiter autem Cracoviam venientes occiderunt plurimos et servitutis compede reliquos, ad sua devehentes[d], mancipaverunt[e].
1262. Semovitus dux Mazovie per Litwanos in Iazonsko occupatus occiditur et filius Cunradus[f] capitur.
1265. castrum Crakow[g] edificatur super montem totum cum lignorum structura[6].
1266. Boleslaus dux Cracovie misit exercitum suum in Russiam et vicit Swarnonem[h] ducem Russie, et terram suam[i] vastavit, et siluit terra in habundancia optate pacis tempore sue vite[k].
1267.[l] Paulus in episcopum Cracoviensem consecratur.
1268. rex Bohemie Prussiam intrat et christianos non paganos devastat.
1279. Dec. 10. 1278.[m] Boleslaus dux Cracovie, filius Lestconis obiit[n], qui multis[o] privilegiis et graciis[p] ecclesiam Cracoviensem decoravit, et clero libertatem dedit, et tempore suo magna et bona pax fuit; cui Lestco dux Siradie in Cracoviam successit.
1282. fames horrenda fuit; nam mensura siliginis solvit 13 scotis argenti.
1283. dux Lestco congrediens cum Litwanis in[q] Rowne[r, 7], devicit eos et plurimos ex eis[s] occidit.

ANNALES MECHOVIENSES.

Qui sequuntur annales ad historiam Polonicam praecipue saec. XIV. illustrandam non exigui sunt momenti. Miechoviae scriptos esse statim elucet. Est autem „Miechovia oppidum non ignobile minoris Poloniae, in declivio montis, ad radices

a) de s. sp. *des.* 4. b) hywonem 4. c) de 4. d) *addit* 4: spiritus sancti. e) Caliczicz 1; Calicz 4. f) Caliticz 1; Caliczicz 4. g) ibidem 4. h) *deest* 4. i) filius 1. k) ecclesia Cracoviensis 4. l) cons fit Wislai 4. m) Slesie 4. n) dominio 4. *et Ann. Cap. Cracov.* o) id 4. p) *deest* 1. q) Tarthari 4 r) occiderunt in prelio. Sequitur de introitu Thartarorum in terram Cracoviensem etc. 4. s) Thartari 4. t) succenderunt 4. u) Prutheni 4. *et Ann. Cracov.* v) *deest* 4. w) Wenczeslai 4. x) lateres 1; tres 4. y) Thartaros 4. z) *deest* 1. *) Oppoliensis 4. a) Oppavie 4. b) Lithwanis 4. c) Sandomirzs 4. d) vehentes 4. e) manciparunt 4. f) Conr. 4. g) *deest* 4. h) Swanuonem 4. i) *deest* 4 k) t. s. v. *des.* 1. l) 1268. 4. m) 1274. 4. n) Cr. ob. qui fuit fil. L. 4. o) *deest* 4. p) graniciis 1; gñiciis 4. q) *deest* 1. r) Kowne 1. s) ex eis *des.* 1.

4) Cf. Gesch. Pol. I, 426. 5) Cf. Ann. S. Crucis infra ad a. 1260. 6) Cf. Ann. S. Crucis ad a. 1265. 7) Gesch. Pol. I, 537.

circumadiacentium collium situm, quinque parasangis seu milliaribus Polonicis a Cracovia remotum, fertili et ubere solo locatum, perindeque cuiuslibet frumenti et leguminum feracissimum est."[8] *Quum autem nobilis vir Iaxa Polonus a.* 1163 *redux Hierosolymis secum apportasset fratres dominici sepulchri Hierosolymitani, eis ad monasterium ordinis sui erigendum multa cum largitate villam suae ditionis Miechoviam tradidit. Quod monasterium saeculis decurrentibus magis magisque crevit et auctum est.*

Liceat autem hoc loco laudare verba Iacobi Vitriaci in cap. 58 *libr. I. historiae suae Orientalis de natura vitaeque conversatione ordinis dominici sepulchri prolata:* Habet Hierosolymitanus patriarcha abbates et priores sibi subiectos, insignia pontificalia, baculos scilicet et mitras, annulos et sandalia ex privilegio dignitatis habentes, domino patriarchae in ministerio reverenter assistentes. Patriarchalis siquidem ecclesia, quae est Domini sepulchri sub monte Calvariae, canonicos habet regulares, secundum habitum et regulam divi Augustini viventes. Habent autem priorem, ad quem cum praedictis canonicis pertinet eligere patriarcham, qui est eis loco abbatis. *Inde et conventuales Miechovienses subiecti erant patriarchae illi atque ad eum omnes graviores monasterii sui causas afferebant sive iudicandas sive probandas.*

In edendis annalibus Miechoviensibus nobis praesto fuerunt subsidia haec:

1) *Codex bibliothecae imperialis Petropolitanae mbr. in fol. signatus* A. F. Otd. I. N. 51. *In fine huius codicis legimus haec:* Explicit liber sermonum de sanctis, nomine Peregrinus, comparatus per fratrem Michaelem praepositum de Wyszegrado, finitus per Clementem Dobeslaum de Pedimino, dyocesis Cuyaviensis 15. Kal. Augusti, quasi hora tercia sub anno Domini 1359. *Annales autem scripti sunt foliis* 136—138, *quae medio in codice ligata non statim apparent evolventi. Scripti sunt autem usque ad annum* 1388 *una eademque manu saec. XIV, pulchra quidem et eleganti, abbreviationes nonnisi usitatas adhibente. Ab anno* 1389 *inde usque ad finem variae manus sese excipiunt, ut in commentario critico ubivis adnotavimus. Ideoque ab hoc anno codex noster autographi partes sibi vindicat, quanquam statuerim copiam vel alterum codicis authentici esse eum exemplar. Viro doctissimo Samueli Nakielski certe liber alius erat ad manus. Longum per tempus latuit, prout testantur verba inferiori folii* 70 *margini adscripta haec:* Ego Thomas Guzowski, conventus generalis Miechoviensis vicecustos, bibliothecarius et archivista, electus curator Uniejoviensis, hunc librum inveni inter manuscriptos libros in bibliotheca, in quo reperi acta conventus generalis Miechoviensis, in medio illius, quare statim retuli ad archivium a. 1776 propter posteritatem. *Continet codex quoque vitam S. Adalberti apostoli ac martyris auctore Ioh. Canapario. fol.* 130′ *sqq. Arndtio, quum mense Iunio praecedentis anni de annalibus certior factus esset per Augustum Bielowski, benigne praebuit eos exscribendi occasionem v. celsissimus ac doctissimus Bitschkow, bibliothecae imperialis Petropolitanae bibliothecarius superior, librorumque manuscriptorum in ea asservatorum custos.*

2) *Samuel Nakielski in libro suo:* Miechovia sive Promptuarium Antiquitatum monasterii Miechoviensis, Cracoviae a. D. 1634. *edito plerosque annalium nostrorum profert locos ex codice, ut ipse non una vice fatetur, vetusto conventuali manuscripto (cf. p.* 256. 262. 267*). Quanquam autem non uno in loco suo arbitrio ductus variorum annorum relationes contraxit, tamen varietas*

8) Nakielski p. 9. Vide quoque Dlugossii Librum Beneficiorum, a cels. viro Alex. comite Przezdziecki Cracoviae 1865. editum, Tom. III, 1—29.

lectionum probat, non eundem fuisse codicem suum ac nostrum. Adiungimus igitur, quantum nobis non erat negatum, lectiones exinde sumptas.

Ceterum non est tacendum, auctorem primum annalium Miechoviensium exscripsisse annales antiquos Cracovienses, sed plerisque in locis ab Annalibus capituli Cracoviensis supra editis diversos. Anni enim 955 *relationem ad verbum fere similem reperies in annalibus brevibus Cracoviensibus, supra datis.*

Anno Domini 947. invencio sancti Stephani.

Anno Domini 955. Dambrovca ad Mesconem venit de Bohemia, et sequenti anno Mesca dux baptisma suscepit et fides[a] catholica recipitur in Polonia.

Anno Domini 997. sanctus Adalbertus passus est.

Anno Domini 1003. heremite martirizati sunt in Polonia pridie[b] Idus Novembris[b].

Anno Domini 1072. sanctus Stanislaus successit Lamperto[c] et postea octavo anno videlicet 1079. anno, martirizatus est vel secundum alios 1089. anno.

Anno Domini 1162. Iaxa ivit Ierosolimam et 1163. fratres dominici sepulchri venerunt Mechoviam cum uno canonico misso a Monacho patriarcha[d].

1171.[e] sanctus Thomas archiepiscopus Cantuariensis occisus est.

1185. sanctus Florianus apportatus est Cracoviam.

1223. ordo Predicatorum et Hospitanorum venit Cracoviam.

1236. fratres Minores venerunt Cracoviam.

1242. Tartari vastaverunt Poloniam.

1244. dux Conradus victus est in Suchdol. .

1254. sanctus Stanislaus elevatus est.

1259. Fulco archiepiscopus Gneznensis obiit, Ianusius succedit. Eodem anno Tartari vastaverunt Cracoviam et Sandomiria capta est. Eodem anno terre motus factus est.

1268. sancta Hedvigis canonizata est.

1279. Lestko dux prostravit multitudinem Tartarorum.

1282.[f] dux Lestko iterum multos de Tartaris cecidit.

1283. Paulus episcopus Cracoviensis captus est.

1285.[g] Lestko habuit conflictum cum militibus.

1287. . . . . . . in Varta submersi sunt. Et eodem anno Tartari vastaverunt Cracoviam.

1289. 1288. dux Lestko obiit. Henricus[9] dux Slesie succedit.

Iun. 23. 1290. Henricus dux Wratislavie obiit et Przemyslius[10] successit. Eodem anno rex
1291. Bohemie[11] Cracoviam intrat.

Ann. Pol. I. 1292. obiit Paulus episcopus Cracoviensis, Procopius successit. Eodem anno ecclesia Mechoviensis
Mai. 13. cremata est in rogacionibus *feria tercia*[h].

1294. 1295. Procopius episcopus Cracoviensis obiit, Iohannes succedit. Eodem anno Litwani perimerunt multos cristianos. Ecclesia Lancziciensis crematur. Kazimirus dux cum
Iun. 10. exercitu suo occiditur in Sochaczow[12].

1297. Bolezlaus dux Mazovie vastavit Mechoviam, Adam advocatus Mechoviensis et multi cives occisi sunt.

1300. Cumani dicti vulgariter Cimowe simul cum Ungaris venientes spoliaverunt ecclesiam Mechoviensem.

Iun. 1304. rex Bohemie potenter intrat Ungariam et asportavit secum caput sancti Stephani regis et lanceam et coronam.

Sept. 1. 1306. dux Wladislaus dictus Loctek intrat Cracoviam cum iuvamine cuiusdam Ungari dicti Amadey[13].

1311. ecclesia Mechoviensis incastellata est per Iohannem filium Budinogii.

1311. 1312. Kazimirus dux Bytomiensis obiit. Eodem anno Boleslaus dux Opoliensis intrat Cracoviam, Wladislaus expellitur.

1313. Boleslaus dux Mazovie obiit. Eodem anno Boleslaus Opolie moritur.

Apr. 25. 1314. Iacobus archiepiscopus Gneznensis obiit, sedes vacat 4 annis. Eodem anno ecclesia Mechoviensis fratribus restituitur. Dux Vladislaus Poloniam rehabuit[i].

a) fidē 1. b) *verba* pridie — N. *alia sequentis saeculi manu addita sunt* 1. c) *sic corr. ex* Lāb'to, *ead. manu* 1. d) *huius anni verba scripsit in inferiori margine alia sequentis saeculi manus secunda vice et addit haec* (patriarcha) Ierusolimitano. Eandem eciam cronicam vide supra. Monachus erat nomen proprium domni patriarche. 1. e) 1181. 1. f) *prius scriptum erat* MCCXXXXIJ, *ultimum* X *erasum est* 1. g) MCCCLXXXV. 1. h) feria tercia *alia manus addidit* 1. i) rehibuit 1.

9) IV. 10) dux maioris Poloniae. 11) Wenceslaus II. 12) v. Sommersberg II, 93. Sochaczew inter Warsaviam et Lowicz ad Bzurą fluvium. 13) Cf. supra Ann. Polon. I ad a. 1333.

1316. duces Mazovie fratres inter se pugnant.
1317. Iohannes episcopus Cracoviensis ad sedem suam redit[14]. Pax magna et mor- 14
talitas *fuit*[a].
1318. Ianislaus archiepiscopus[15] consecratur. Beingne et Begardi delentur. Census
sancti Petri mutatur[b], scilicet denarius de capite, cum prius solverentur tres denarii de
familia aut cribrum avene[16].
1320. Iohannes Muscata episcopus Cracoviensis obiit, Nankerus successit. Febr. 7.
Anno Domini 1320. dux Vlodislaus coronatur et filia eius Elizabeth regi Ungarie[17] Ian. 20.
maritatur.
1321. fuit magna eclipsis solis feria sexta in die Iohannis et Pauli, duravit a mane Iun. 26.
usque ad sextam horam[c].
1323. sanctus Thomas de Aquino canonizatur. 1322.
1325. Kazimirus filius Vladislay regis uxorem recepit de Litwania[18]. Pax fuit[d] inter Oct. 16.
Poloniam et Litwaniam.
1331. rex Leslaus[e] habuit bellum cum cruciferis[19] in die sancti Stanislay ubi prostrata Sept. 27.
sunt multa milia Prussorum et aliorum.
1333. obiit rex Vladislaus et Kazimirus filius eius coronatur[20]. Mart. 2.
1333. die Iohannis ante portam Latinam magna nix cecidit et ros super gramen versus
est in glaciem.
1338. fertilitas magna in Polonia fuit, chorus siliginis 4 denarios, farina per octo.
Eodem anno fuit destruccio solis, feria 4. post Petrum, hora vespertina.
1344. cepimus construere domum lapideam Cracovie ex oposito fratrum Predicatorum
et piscinam iuxta Mechoviam. Et in fine eiusdem anni in die beati Stephani crematum est Dec. 26.
molendinum nostrum vicinum domui. Sequenti anno super festum beati Iohannis cre- 1345. Iun. 24.
mata est domus et duo fratres, et tercius vix evasit.
1346. rex Bohemie Iohannes cecus venit ad Cracoviam et omnes villas nostras et civi- 1345.
tatem Mechoviensem cremavit, et[f] abscessit. Eodem anno 2. Kalendas[g] Novembris Iul. 12. Oct. 31.
reconciliata est ecclesia nostra cum cimiterio per Iohannem episcopum Cracoviensem in
honore sancti sepulcri et sancte Marie.
1345. frater Henricus Bohemus visitator intromiserat se de prepositura Mechoviensi,
sed appellatione ab eo facta recessit et domum Nisnensem[h] spoliavit.
1347. feria quarta[i] post dominicam Oculi domus Mechoviensis vix consumata per ven- Mart. 7
tum deiecta et contrita fuit. Eodem anno intra octavam corporis Christi alia domus in Mai. 27. — Iun. 2.
eodem loco constructa per ventum similiter est conminuta et eodem anno tercia domus in
eodem loco reparatur de fragmentis, set aliis deterior.
1347. rex Francie et rex Bohemie cum auxilio domni pape habuerunt conflictum cum 1346.
Bavaro imperatore, auxilium sibi prestante rege Anglie, et victus est rex Francie, et rex Aug. 26.
Bohemie Iohannes cecus occiditur, et multi principes, comites, episcopi, abates et
innumerabilis multitudo in eodem prelio ceciderunt. Eodem anno Frisones perimerunt
infinitos Francigenas[k] et pape cognatos. Item obitus episcopi Cracoviensis[21].
1348. domus Nyssnensis cum aliis ab obedientia domus Mechoviensis sequestrata est.
Eodem anno cruciferi occiderunt multitudinem Litwanorum in purificatione sancte Marie[22]. Febr. 2.
Eodem anno secundo Kal. Februarii altaria in ecclesia Mechoviensi consecrata sunt per Ian. 31.
quendam episcopum de ordine Predicatorum, summum in honore sancti sepulchri dominici,
alterum in honore sancti Iacobi apostoli, tercium sancti Nicolay, quartum in sacristia sancte
Katherine. Eodem anno, scilicet 1348. in conversione sancti Pauli, fuit terre motus Ian. 25.

a) *addidit alia manus* 1. b) minoratur 1. c) *add. alia manus* 1. d) *bis in* 1. e) *scriptum erat prius* Wleslaus, *radendo mutatum* 1. f) *bis in* 1 *scriptum*. g) nono Kal. 2. h) *sic radendo corr. ex* Misnensem 1. i) feria quarta *des.* 1. k) fracigenas 1.

14) Cf. notam ad Ann. capit. Cracov. ad a. 1312; vide quoque Raynaldum ad a. 1317, qui secundum Regesta Pontificum, sub nr. 49 diploma Iohannis XXII. commemorat, quo archiepiscopus Gneznensis iubetur inter Iohannem episcopum et ducem Cracoviae pacem conciliare. 15) Gneznensis. 16) v. Grunhagen, König Iohann von Böhmen und Bischof Nanker von Breslau (Wiener Sitzungsberichte XLVII, 17.). Iam recte Dlugossus I, 965. 17) Carolo. 18) Annam fil. ducis Lithuanorum Gedimini. 19) apud Plowcze. 20) d. 25. m. Aprilis secundum Annales Polonorum et Calendarium Cracoviense. 21) Iohannis Grothkonis 5. d. m. Aug. 22) ad fluv. Strawe, qui in Memel fluv. influit.

magnus, quod Villacum subvertitur, multa castra ceciderunt, ecclesie, monasteria, turres in multis locis cum hominibus et iumentis perierunt. Eodem eciam anno in Avinione tanta mortalitas fuit quod una die numerata sunt 1500 funera, set cottidie 200 plus vel minus, cimiteria omnia repleta, unus campus consecratus et in eo multe fovee magne replete, multe domus deserte, ubi unus moritur omnes moriuntur post ipsum, nulli quantumcunque diviti missa cantabatur, defunctorum campane non pulsabantur, corpus Christi oculte portabatur per civitatem, conventus religiosorum rarefacti, ubi centum steterant vix decem remanserunt, alia multa inaudita contigerunt.

Anno Domini 1349. nunccii Thartarorum venerunt ad regem Polonie. Eodem anno mortalitas magna fuit in regno Ungarie, multe civitates et ville deserte habitatoribus vacuate, unde multe turme hominum tam de Ungaria quam de aliis partibus adiuncti circuibant flagellantes se, in lutum cadentes, magnam conpunccionem et penitenciam aliis indixerunt, virgines eciam parwe et magne de villis sparsis crinibus in modum processionis tamquam vesane discurrebant, verberantes se, et pernoctabant in silvis ad quendam Gregorium quem pro sancto colebant, set deluse a dyabolo plures ex eis perierunt. Et in fine eiusdem anni rex Kazimirus terram Russie obtinuit.

Aug. 24. 1350. circa festum beati Bartholomey Littwani vastaverunt Russiam, multos deduxerunt[a], plures occiderunt.

23 1351. rex Kazimirus cum magna potencia processerat Livoniam[23], set infirmatus rediit, parum profecit.

1352 Thartari vastaverunt terram Lublinensem, multos deduxerunt christianos et occiderunt[24].

Mai. 13. 1353. in festo penthecostes nix magna cecidit, quod trahebantur ligna in vehiculis, Mai. 20. nec fuit circuitus cum processione. Eodem anno post festum Trinitatis Litwani vastaverunt Lamburg[25], multos occiderunt.

1360. talis fuit in tota christianitate et maxime in regno Polonie, regnante rege Kazimiro mortalitas, quod vix tercia pars christianitatis remanserat et maxime in Cracovia. Que mortalitas imputabatur Iudeis per intoxicacionem, qui tunc temporis Cracovie et alias cremabantur. Eodem anno rex Kazimirus intromiserat se de prepositara Mechoviensi et constituerat[b] secularem procuratorem Strzesonem de Pstrossicze, qui multa tedia fratribus generavit.

Nov. 5. 1370. obiit Kazimirus rex Polonie die Martis post diem omnium sanctorum mense Novembris. Eodem anno statim post ipsius obitum restitutum est nostrum monasterium Mechoviense ad fratres per concilium nobilium et baronum regni in civitate Cracoviensi

Iul. 6. 1371. dominica die in octava appostolorum Petri et Pauli per domnum patriarcham Ierusolimitanum[26] Czcico[27] in preposituram confirmatus Mechoviensem, eodem die frater Stanislaus Stoyconis[c, 28] ad ordinem susceptus.

1377. regnante rege Lodovico Ungarie in Polonia cum matre sua Elizabeth regina, domus Cracoviensis sancte Elyzabeth, sita inter Cracoviam et Kazimiriam[29] in ripa Visle fluvii data est per dictum regem et dictam reginam[30] ipsius matrem monasterio nostro Mechoviensi, cuius domus primus fuit prepositus frater Marcissius plebanus de Sidlow et viceprocurator Visliciensis regis Kazmiri, qui frater super murum[d], ut sibi hoc[e] est per regem datum, chorum ecclesie texit et alia edificia in quantum valuit cum impensis de domo Mechoviensi instauravit, et ibidem dictus frater Marcissius[f] cum sua matre nobili de Swevoronicze corporaliter requiescit.

1379.[g] siccitas erat estatis magna nimis ipso anno, mensura siliginis solvebat mediam Mai. 23. sexagenam grossorum. Eodem anno feria[h] secunda ante penthecosten[31] una ebdomada[h]

a) deducunt *prius, statim corr.* 1. b) *scriptum erat:* ostituam, *rad. corr.* 1. c) Stoycois 1. d) murf 1. e) ut dictum est 1. f) Marci9 1. g) *videtur prius scriptum fuisse* MCCCLXXXX, *rad. corr.* 1. h) feria — ebd. *in margine eadem manu add. sunt* 1.

23) scil. Lithuaniam. 24) Cf. bullam Clementis VI, qua archiepiscopo Gneznensi et episcopis Cracoviensi et Wratislaviensi mandat, ut in regno Poloniae contra Tartaros verbum crucis proponant. Theiner, Mon. Pol. I, 539. 25) Lemberg. 26) Wilhelmum; vid. eius litteras apud Nakielski Miechovia p. 293. 27) Martinus cognomento Czcicus. 28) postea praepositus Mechov.; v. ad a. 1384. 29) pars urbis Cracoviensis, prius oppidum et Iudaeis ad habitandum commissum. 30) chartam reginae v. apud Nakielski l. c. p. 310. 31) V. Nakielski p. 316, qui incendium 12. Kal. Aug. fuisse tradit.

ecclesia campanile cum bonis campanis et dormitorium, stuba fratrum, multa edificia in monasterio, media pars civitatis cremata fuit, qui ignis civitate ardente in campanile veniens ipsam succendit. Eodem anno civitas Radomske[32] tota, eciam ecclesia et alie civitates cremaverunt. Eodem anno in regno Polonie et alias tempore autumpni magna ingruit[a] pestilencia, in qua cives plures Mechovienses obierunt.

1377. Czczicus prepositus organa in choro ordinavit. Eodem eciam anno nova legenda matutinalis fuerat comparata.

Anno Domini 1384. per domnum patriarcham Ierusolimitanum[33] tempore quadragesimali domnus doctor Stanislaus Stoyconis in prepositura Mechoviensi confirmatus. Eodem anno in dominica Iubilate frater Michael de Radomske ad ordinem susceptus. Mai. 1.

Anno Domini 1385. prenarratus Mechoviensis prepositus Stanislaus decretorum doctor, frater religiosus, inchoavit murare domum refectorii a fundamento ad summum, a campanili transiens muro curiam totam circumduxit.

Anno 1387. villas Pstrossicze[34] et Brzuchanam[35] in provisionem fratrum conventualium preparavit[b].

1388. orologium et duo ceroferaria seu candelabra stannea pro ecclesia Mechoviensi ordinata.

1386.[c] rex Vladislaus Polonie cum duobus uterinis fratribus et aliis multis principibus et boyaris Litwanie veniens[36] Cracoviam fidem christianam suscepit, dominica Esto mihi baptizatur[37], coronatur[38] in regnum Polonie, Hedvigis filia Lodovici regis Ungarie sibi in uxorem datur[39], zelator maximus fidei christiane, Cracovie studium renovavit generale.

1388. sabato in crastino nativitatis Domini obiit Bodzotha archiepiscopus Gneznensis[d]. Dec. 26

Anno[e] Domini 1389. venerabilis vir domnus Stanislaus, decretorum doctor, prepositus Mechoviensis, ordinavit et procuravit domum magnam videlicet stubam, estivale palacium et fratrum commune dormitorium circa templum situm tegere latericio tecto, quod tectum latericeum erat finitum et consumatum per manus cuiusdam muratoris nomine Nicolay nacione de Prussia, in vigilia beati Laurencii. Aug. 9.

Anno[e] Domini 1394, 12. die mensis May post festum sancti Stanislai feria tercia in die Mai. 12. sanctorum Nerey et Achilley martirum gloriosorum per wenerabilem ac religiosum virum domnum Stanislaum decretorum doctorem, prepositum Mechoviensem, ruppta est antiqua ecclesia que ruinam minabatur et effusum fundamentum et lapis primarius inpositus et proficiebatur de die in diem, continue laborando.

Anno Domini 1394. in crastino sancti Procopii infra octavas Petri et Pauli apostolorum gloriosorum, Stanislaus decretorum doctor, prepositus monasterii Mechoviensis, die domi- Iul. 5. nica venit in Przeworsko et acceptavit domum sive ecclesiam ibidem, per reverendum patrem domnum Mathiam episcopum Przmislensem[40] fundatam et nobilem virum domnum Iohannem de Tharnow palatinum Sandomiriensem et capitaneum Russie dotatam[41] et fratrem Bartholomeum Masovitam pro preposito ibidem primo per eundem episcopum confirmatum et fratrem Kristanum subiungendo dimisit.

Sub[e] anno nativitatis eiusdem 1395. wenerabilis vir frater Stanislaus Stoyconis nacione de Kszosz[f, 42] doctor decretorum, prepositus Mechoviensis monasterii, obiit feria quinta in octava sancte Agnetis virginis[g], cuius corpus in nomine Ihesu Cristi ante summum altare Ian. 28. in medio chori requiescit. Qui quidem venerabilis vir frater Stanislaus felicis recordacionis prepositus memoratus memorate preposlture annis 12[h] prefuit, vita et moribus plurimum coruscans, in quibus annis 12[h, i] multa bona monasterio Mechoviensi fecit et fere pro

a) niguit 1. b) proparavit 1; *verba* in — propar. *in loco raso recentiori manu scripta sunt, renovata esse videntur* 1. c) *prius* MCCCLXXXVII, *ultimum* I *erasum* 1. d) *usque ad hunc locum prima manus scripsit* 1. e) *abhinc alia manus* 1. f) Stoiconis de Xiaz 2. g) et martyris *add.* 2. h) XII *prima manus, alia longe posterior mutavit in* XV 1; XIII 2. i) *deest numerus* 2.

32) in palatinatu Siradiensi. 33) Ferdinandum. Chartam eius exhibet Nakielski l. c. p. 325 sqq. 34) Cf. Nakielski l. c. p. 332. 35) Cf. Nakielski l. c. p. 330: *Infra quod etiam tempus Stanislaus decretorum doctor, praepositus Miechoviensis, partem haereditatis in Brzuchania, centum marcis grossorum Pragensium apud Stanislaum Wiski et Meczslaum fratres germanos haeredes in Brzuchania, tum et alias sortes in eadem villa apud Nicolaum Maczka triginta marcis Pragensibus pro monasterio Miechoviensi comparasse noscitur, quemadmodum id clarum habetur ex actis conventualibus, ad quae lectorem remittimus.* Cf. l. c. p. 332. 36) Febr. 12. 37) Febr. 15. 38) Mart. 4. 39) Febr. 18. 40) Przemysl, in Galliciae regno. Eius diploma v. apud Nakielski p. 341. 41) Vid. eius chartam donatoriam apud Nakielski p. 340. 42) patria Xiaznensis. Nakielski p. 325.

duobus[a] milibus marcarum et forte ultra in hereditatibus cum magna instancia ac diligencia comparavit. Villas Pscrosycze et Bruchanam et Hugowycze[b] ad domum Cracoviensem adversis[c] militibus coemit et comparavit, qui milites de Pscrosicze[d] et Bruchana[e] varia obprobria ac preiudicia ponderosa in bonis monasterii nichilominus ac per omnia[f] faciebant. Item scoltecias in Scarzeszewo[g], in Sczepanowicze[h], in Smrokow, in Falnow[i] emit et comparavit. Item villam dictam Wolicza prope Oludzam emit. Item laneos hic in civitate Mechoviensi liberos a censu et decimis et in aliis villis monasterii predicti agros liberos comparavit. Monasterium muro circumduxit, refectorium fratrum cum cellis ordinavit, templum[k] murare incepit[l] et ex tunc in brevi morti[m] tributum persolvit[k], allodia in laboribus optime reformavit, libros diversos sacrorum canonum et theologie comparavit, in verbo Dei fideliter laboravit, in sancta matre ecclesia et specialiter in privilegio morum et virtutum cacumine sicut lilium[n] inter spinas odorem exempli boni spirans claruit perseveranter[o]. Post quem quidem prenominatum prepositum eodem anno frater Michael de Radomske custos predicti monasterii octo annorum[p] in prepositurarn dicti monasterii successit per electionem canonice factam, qui opitulante Omnipotente dictam ecclesiam nitu[q] et laboribus sedulis, prout licuit, ardenter continuavit, unde meritis dicti domni prepositi defuncti exigentibus hortatur fratrum communitas et omnium hic legencium presencia quot intuitu sui regularis regiminis ipsius diem anniversarium quolibet anno in missis, vigiliarum cantibus et devotis orationibus ac solempnitate exequiarum ad memoriam reducatur ut pro hiis premissis centuplum et vitam eternam accipere mereatur.

Anno[r] Domini 1395.[s] frater Michael nacione de Radomske pro tunc custos monasterii Mechoviensis in prepositum est electus et vacante sede patriarchali per sedem apostolicam fuit confirmatus.

1396. idem domnus Michael prepositus pro villa Wrocuziz domno Iohanni fratri nostri
43 ordinis pro tunc episcopo Lubucensi[43] exsolvit 600 marcas.

1397. idem frater Michael maiorem domum muratam ab intra in multum reformavit, videlicet stubam refectorii, palacium ante stubam, hallam ante palacium, infirmariam, librariam, conclavum[t] novum et pavimenta murata in predictis omnibus edificiis ordinavit, templum, turrem, murum edificavit.

1398. idem prepositus Michael de eclesia in villa nostra Uneyow fratri Pribislao providit ad quam fuit per episcopum[44] Petrum dictum Wyss investitus, vigore bulle seu gracie apostolice per domnum Bonifacium renovate[u].

1399.[v] ipse prepositus Michael scolteciam in nostra villa Michalovicze comparavit pro 440 marcis grossorum. Item eodem anno scoltecia in nostra Kalyna emit pro centum marcis grossorum. In Brzuchana comparavit pro 100 marcis de hereditate et in Pscrossicze pro quinquaginta. Item allodium in Smrocow et alios ibidem laneos liberos venditos sub eodem tempore[w] in 130 marcis liberavit.

1399.[r] ipse domnus Michael prepositus fratri Helye providit de ecclesia in Uneyow post cessionem fratris Pribislay, cui fratri Pribislao fuit provisum Gnezdne de prepositura, similiter per domnum Michaelem eodem anno providit de ecclesia in Wrocznziz nepoti suo Ambrosio. Hoc fuit primo per monasterium provisum eidem plebano.

Anno Domini 1400. Michael prepositus emit pro 170 marcis in Podlesna-Wola scolteciam cum alia parte hereditatis apud Spitkonem et Petrassium, ibidem heredes.

Anno Domini 1399. rex Sygismundus Hungarie restituit nobis Landek domus[x] que erat per suam uxorem Mariam alienata novem annis, sed domnus Michael prepositus difficulter apud regem pro eadem domo laboravit.

Anno Domini 1399. serenissima princeps, domna Hedwigis regina Poloniae obiit in
Iul. 17. die beati Allexii confessoris. Eodem anno Vitoldus princeps Litwanie fecit conflictum

a) quinque 2. b) Pstrosyce et Brzuchania et Hugowice 2. c) a diversis 2. d) Pstrosyce 2. e) Brzuchania 2. f) monasterii multasque molestias 2. g) Scarzeszow 2. h) Scepanowice 2. i) Falniow 2. k) 2 *pergit:* templum quod non ita pridem tempore Martini Czcikonis conflagraverat et pene corruerat magna ex parte instauravit. l) cepit *prima manus,* ĩ *altera manu add. est.* m) mortẜ 1. n) *sic* 2; librum 1. o) *addit* 2: Et tunc in brevi mortis tributum persolvit. p) octo annorum *alia manus recentior lineam transducens delevit* 1. q) mnẜ 1. r) *abhinc alia manus* 1. s) quinto *alia ac recentiori manu in loco raso* 1. t) Cclauū 1. u) per — ren. *alia manu saeculi XV. add. sunt.* v) *numerus hic alio atramento scriptus in loco raso* 1. w) t° 1. x) *supra lineam alia manu add.* 1.

43) Lebus. 44) Cracoviensem.

magnum cum Tartharis, in quo conflictu interfectus fuit multum strennuus miles domnus Spitko, palatinus Cracoviensis cum aliis multis baronibus ceterisque regni Polonie nobilibus et aliis innumerabilibus de Litwania, Prussia et Francia ad eundem conflictum congregatis.

Anno Domini 1401. rex Sigismundus Ungarie fuit a suis regnicolis nobilibus detentus Apr. 28. seu captivatus, de qua captivitate fugam dedit. Eodem tempore domnus Processius, heres[a] de Balicz, ab Ungaris decolatus est in quadam strage facta et alii nobiles Polonie[b] occisi fuerunt et quidam fuerunt in captivitatem recepti.

Anno[c] Domini 1401. domnus Michael prepositus domum lapideam muravit, in qua domo disposuit habitaciones in parte inferiori et superiori, intus fecit habitacionem yemalem et superius palacium et cubiculum estivale, que domus fuit consumata feria quarta Felicis[d] Aug. 30. et Adaucti martirum beatorum. Eodem eciam anno capellam subtus gradum eundo ad refectorium ordinavit.

Anno[c] Domini 1401. domnus Michael prepositus Mechoviensis villam monasterii nostri Mechoviensis dictam Slawno prope civitatem Radom cum novem villis circumiacentibus limitavit, granicies et altos cumulos seu monticulos fodere et elevare procuravit. Hec limitacio facta fuit, quando strennuus miles domnus Spitko dictus Colczek erat subcamerarius terre Sandomiriensis. Eodem tempore videlicet in autumpno Mechovie et alias per loca erat magna pestilencia; in ea[e] fuerunt mortui frater Gregorius laycus procurator de Scawani[f], frater Borco vicarius Mechoviensis, frater Bartholomeus prepositus de Przewrsko, Ambrosius plebanus secularis de Wrocznziz, cui successit Iohannes eciam secularis ad presentacionem domni Michaelis prepositi Mechoviensis.

Anno Domini 1402. in dominica Exurge quare, serenissimo principi domno Wlodzislao Ian. 29. regi Polonie desponsata fuit Anna regina, que fuit adducta de filia[g] langravii, progenita ex filia Kazimiri regis Polonie. Eodem anno domnus Nicolaus de Kurow de clipeo Srzenawa fuit in archiepiscopum Gnezdnensem post domnum Dobrogost[h] sublimatus.

Anno[c] eodem Domini 1402. venerabilis vir domnus Michael prepositus monasterii Iun. 1. Mechoviensis, nacione de Radomske, feria quinta, in octava corporis Christi, ipso die beati Nicomedis martiris, propria in persona accedens cum fratre Helya pro tunc plebano de Uneyow fecit limitacionem inter silvam regalem Glogow et bona sui monasterii antedicti, et ibidem iuxta silvam predictam Glogow mandavit erigere, fodere et elevare altos monticulos sive cumulos novos fere in perpetuum duraturos, que limitacio facta fuit de consensu et voluntate serenissimi principis domni Wlodislay regis Polonie, ita quod ipse domnus rex conmisit suis nobilibus ac strenuis militibus, videlicet domno Iohanni de Tanczin castellano Cracoviensi, Gnewessio subcamerario Cracoviensi, Iacussio heredi de Boturzino et Ywoni heredi de Obychow, tunc procuratoribus generalibus terre Cracoviensis; qui domni eandem limitacionem perfecerunt et domnus rex et domnus Iohannes castellanus Cracoviensis ipsorum litteris ratificaverunt sigillis cum appensis; similiter eciam domnus rex propriam litteram dedit ratificando litteram Cracoviensem.

Anno Domini 1403. Cracovie in dominica Esto mihi facta fuit coronacio regine Polonie Febr. 25. nomine Anne, que fuit de Cilia aportata. Eodem anno domnus Michael prepositus emit quandam sortem ville in Parcossenicze pro 150 marcis cum gays[45], et aliam sortem in Psessice pro 100 marcis. Item[c] anno 1411. idem prepositus emit totam villam Parcossenicze a filiis Borek pro nongentis marcis et 20 marcas de oprawne[46] dedit.

Anno Domini 1403. domnus Michael prepositus Mechoviensis descendens personaliter cum nobilibus viris domno Gnewossio subcamerario terre Cracoviensis et domno Iacussio herede de Boturzino pro tunc generali procuratore terre Cracoviensis et aliis multis nobilibus in villam Oludzam nostri monasterii Mechoviensis fecit limites inter eandem Oludzam et villas regales videlicet Gezorovize, Othola et Dobracow, et ibidem ordinavit altos seu elevatos cumulos de terra levare fere perpetuo duraturos. Predicta limitacio fuit facta secunda feria ipso die visitacionis Marie, eciam Processii et Martiniani martirum beatorum[47]. Iul. 2. Eodem anno ipse domnus Michael emit pro 150 marcis de hereditate et gaymy iuxta limites

a) *ante* heres *scriptum erat* dñs, *deletum est postea* 1. b) polnie 1. c) *abhinc alia manus* 1. d) feliciter 1. e) *supra lineam add.* 1. f) *aut* Stawani 1. g) *ante* filia *scriptum erat* Cylb, *linea transducta deletum est* 1. h) debrogost 1.

45) i. e. cum silvis, Pol. *gay*. 46) pecunia quae iustitiario debetur. 47) V. chartam hac de re confectam ap. Nakielski p. 371.

civitatis in villa Parcossovicze. Et eodem anno unam sortem condam Zanissii pro 80 mar-
cis grossorum comparavit in villa Pscrossicze.

Anno[a] Domini 1404. domnus Michael prepositus villam Chodow cum Volicza et scol-
tecia, in nostra villa Vola retus piscinam emit et comparavit cum effectu de consensu domni
regis Wladislay et suorum nobilium pro mille marcis grossorum Pragensium a fratribus
germanis videlicet Iohanne tamquam possessore principali et domno Nicolao castellano
Woyncziensi[48]. Ab eisdem eciam recepit omnimodam resignacionem in crastino circum-
Ian. 2. cisionis Domini cum intromissione bonorum predictorum. Eodem anno domum in Cra-
covia ad Sanctam Hedwigim, bonam et pulcram consumavit seu conplevit, quam alio anno
49 antea inchoavit. Item eodem anno ibidem in Cracovia seu in Stradoma[49] emit ortum
cum area et pomerio pro 13 marcis, item duas alias domos pro 17 marcis pro monasterio
sancte Hedwigis.

Anno[a] Domini 1404. domnus Michael prepositus ordinavit quod hospitale in Zarno-
vecz[50] cum suo cimiterio fuit fundatum et consecratum eodem die feria tercia in vigilia
Iul. 1. visitacionis beate Marie ad honorem et ad laudem sancte crucis utriusque festi invencionis
et exaltacionis ac in honorem sancti sepulchri et visitacionis sancte Marie. Item anno
uno ante consecracionem idem hospitale fuit nostro monasterio Mechoviensi datum per
quendam fratrem Michaelem de ordine fratrum Predicatorum dictum vulgariter Trestka,
quod idem frater in proprio matrimonio fundaverat et ad hoc domnus rex Litwanus con-
sensum adhibuit et duos laneos sub[b] Scassym eidem hospitali assignavit.

Iul. 2. Anno Domini 1404. idem domnus Michael prepositus ordinavit quod ecclesia et cymi-
terium in Chodow fuerunt dedicata seu consecrata feria 4. ipso die visitacionis beate Marie
ad laudem omnipotentis Dei et visitacionis sancte Marie, sancti Iohannis baptiste, sancti
Iohannis ewangeliste et sancte Margarethe virginis ac martiris gloriose, ecclesie eiusdem
posita est prima dominica ante festum beate Margarete. Item sequenti die eodem anno
Mechovie capella subtus gradum et duo altaria fuerunt dedicata et consecrata. Capella
eadem cum suo altari dedicata est ad honorem sancti Michaelis archangeli et omnium
archangelorum et omnium summorum angelorum et sancti Philippi apostoli et sancte
Dorothee virginis. Dedicacio capelle debet teneri prima dominica post festum sancti Galli
confessoris. Item aliud altare extra capellam consecratum est ad honorem sancti Augustini
et omnium sanctorum doctorum et sancte Agnetis et sancte Barbare virginum ac mulierum
beatarum[c].

Anno[a] Domini 1404. Michael prepositus villam Yedlcza dictam prope Wroczirziz pro
330 marcis conparavit.

Anno Domini 1406. tempore domni Michaelis prepositi, sue prepositure anno undecimo,
corpus templi Mechoviensis fuit consummatum ac eciam tegulis coopertum. Item eodem
anno brasorium muratum retro fontem fecit.

Anno[a] Domini 1408. tempore domni Michaelis prepositi combusta fuit tota civitas
Mai. 25. Mechoviensis preter monasterium et ecclesiam. Istud contigit feria sexta ante[d] ascen-
sionem Domini in die beati Urbani pape et martiris.

1409. ecclesia Mechoviensis fuit tecta plumbo domno Michaele preposito ordinante.
Item eodem anno fuit expedicio facta contra cruciferos sed nullus effectus ex ea fuit. Tunc
Aug. cruciferi terram Dobrinensem devastaverunt, castrum et municiones rapuerunt et alia con-
cusserunt.

Anno Domini 1408. capella sub turri cum suo altari fuit consecrata in honorem sancti
sepulcri et sancti Lazari et sancte Marte et sancte Marie Magdalene. Item duo alia altaria
eodem die fuerunt consecrata in corpore templi, unum ex parte domus sive curie in hono-
rem sancti Iacobi maioris et sancti Iohannis ewangeliste et omnium apostolorum et ewan-
gelistarum. Item altare ex parte civitatis consecratum est in honorem sanctorum Nicolai,
Martini et aliorum pontificum et omnium confessorum. Eodem anno piscinam superio-
rem circa allodium et in sequenti anno aliam inferiorem piscinam consumavit.

a) *abhinc alia manus* 1. b) *vox dubia* 1. c) *haec tria ultima verba radendo arrosa sunt* 1. d) *an* post? *Dies beati Urbani est d. 25. m. Maii, et a. 1408. hic dies erat feria sexta.*

48) V. chartam venditionis l. c. p. 372. 49) pars civitatis Cracoviensis. 50) Zarnowiec in palatinatu Cracoviensi ad fluv. Pilicam sita.

1410. domnus Michael ipse domum muratam sitam ad partem aquilonis iuxta brazorium muratum quod eciam idem prepositus ante fecerat, ex integro consumavit. Item eodem anno templum cum plumbo texit et eciam testudinem in templo et omnia vitra in fenestris ordinavit, sacristiam unam circa antiquam et aliam sacristiam ex parte civitatis eciam eodem anno fecit.

1409. cruciferi Prutinenses terram Dobriniensem devastaverunt, castrum Zlotoria dictum funditus fregerunt, Dobriniense castrum conbusserunt, Bovrowniki castrum occupaverunt. Eodem anno rex Wladislaus Polonie, nacione Littwanus, cum maxima gente contra eosdem cruciferos expedicionem fecit, sed tunc rex Bohemie[51] per suos legatos 51 fecit treugas inter utrasque partes, sic expedicio nostri regis non fuit optato fine consumata. Oct. 8. Eodem anno domnus Petrus episcopus Cracoviensis cum Msczislao abbate de Tynczia[52] Ierusalem sepulcrum Domini visitaverunt et anno sequenti Cracoviam revenerunt.

Anno[a] Domini 1410. Wladislaus rex Polonie nacione Littwanus una cum fratre suo Iul. 15. Vitoldo duce supremo Littwanie habuerunt bellum cum cruciferis feria 3. ipso die divisionis apostolorum prope civitatem Dambrowno, in campo dicto Grindwald, vulgariter Zelone-pole dicto; ubi dominus Deus dedit eidem domno regi totam victoriam obtinere, quod in eodem bello seu conflictu prostrati fuerunt magister Prussie, a suis marsalcus commendator de Gdanczk et alii quam plures commendatores et fere omnes pociores cruciferorum tunc in eodem bello ceciderunt. Eciam multa milia baronum et nobilium quos conduxerant de Misna, Bawaria, de Reno, de Bohemia, Slesia et Ungaria, de Saxonia. Et hii fere omnes in eodem conflictu ceciderunt et alii qui in fugam versi fuerunt omnes erant captivati, duo duces, comites et langrawi erant captivati et de gente domni regis ad 20 numero[b] fuerunt interfecti. Eodem tempore tanta a domino Deo obtenta victoria venerunt[c] omnes pociores terre Prussie, episcopi tres, consules de Elbango, de Torun, de Gdanczk, de Chelm, de Brodnicza[53] et de aliis fere omnibus civitatibus, omagium domno regi per sua iuramenta prestiterunt et omnes ipsorum civitates et castra subdiderunt, tamen postea tamquam perfidi ipsorum promissa infregerunt et ab obediencia regia recesserunt. Non tamen sine gravi ulcione evaserunt, quia postmodum multi fuerunt interfecti, multi captivati, alique civitates desolate fuerunt et castra aliqua fracta et conbusta sunt. Eodem tempore circa Marienburg rex stetit cum suo exercitu 8 ebdomadis, civitatem con- Iul. 26. — Sept. 19. bussit et contrivit sed castrum Marienburg non valuit expugnare, et sic recessit[d].

Anno[a] milleno quadringentesimo deno
Augusto sub mense cruciferi strati sub ense
Regis Polonie, post missarum sollempnitatem
Die sanctorum divisionis appostolorum.

Anno[a] Domini 1411. obiit domnus Nicolaus archiepiscopus Gnezdnensis qui Kurowska Sept. 7. fuerat nuncupatus[e].

Item[a] anno Domini 1412. reverendus pater domnus Nicolaus Neapolitanus sive Lamburiensis[54] archiepiscopus in archiepiscopum Gnezdnensem fuit promotus.

Anno[a] Domini 1412. wenerabilis pater domnus Michael prepositus monasterii Mechoviensis nacione de Radomske, insignia pontificalia omnia a sede apostolica obtinuit et bulla super eandem graciam ordinatur, quod quilibet prepositus Mechoviensis debeat fulciri eisdem insigniis in officiis divinis, et post divina officia missarum ac vesperorum potest et debet dare populo benediccionem solempnem ut in eadem bulla[55] sive littera apostolica lucide continetur. Item eodem anno idem prepositus frater Michael conparavit infulam perlis et aliis lapidibus ornatam, et baculum sive curwaturam apud fratres Predicatores pro 60 marcis, ita quod prefatis insigniis omnes Mechovienses prepositi debent et possunt uti in sacris synodis et regum coronacionibus et aliis omnibus solempnitatibus ubilibet locorum, omnibus temporibus perpetuo duraturis. Item[a] anno eodem ecclesiam novam in Chelm nostra villa retro Rabam sitam cum aliis ornamentis propriis impensis fecit et

a) *abhinc alia manus* 1. b) n̄o 1. c) *bis in codice scriptum.* d) et sic recessit *alia manu, recentiori quidem add.* 1. e) *prius scriptum erat* K. nominatus fuerat, *eadem ut videtur manus mutavit* 1.

51) Wenceslaus, filius Caroli IV; cf. Dogiel IV, 82 et Lucas David VIII, 175, Raczynski Cod. Lithuaniae 104. 52) Tiniec. 53) Elbing, Thorn, Danzig, Culm, Strassburg. 54) Leopoliensis. 55) Invenies eam ap. Nakielski l. c. p. 390.

usque in finem consumavit. Item eodem anno villam prope Yadownik dictam Twaidoslavicze pro 300 marcis conparavit. Item anno eodem villam Orlow pro 600 marcis apud domnum Nemerzam canonicum Cracoviensem conparavit. Item apud quendam Bogussium in Pscrossiczk et Lgotha et Podlesna Wola suas partes pro 300 marcis.

Anno[a] Domini 1415. domnus Michael prepositus Mechoviensis prope Stawani[b] villam Gotharcovicze emit pro quingentis marcis.

Item anno Domini 1420. hereditatem Sadowe prope Gotharcovicze conparavit, que hereditas in totum constabat ultra centum et octoginta marcis.

Item anno Domini 1421. chorum sancte Hedwigis in Cracovia muris conplevit et anno sequenti tectum desuper ordinavit et sic insimul labor predictus 400 marcis et ultra constetit.

Anno Domini 1417. concilium generale fuit Constancie celebratum. In eodem concilio Iohannes dictus Huss Bohemus nacione de heresi convictus et incendio miserabiliter consumatus. Cuius Iohannis heresis in Praga, immo in tota Bohemia, fuit tam valida et crudelis quod omnia monasteria Hussite heretici desertaverunt, omnes religiosos monachos et moniales de suis monasteriis expulserunt, et quicunque religiosus post expulsionem inventus fuerit, turpiter occiderunt. Insuper omnes seculares presbiteros qui heresim non tenerent tam prelatos quam alios minores ecclesiarum occidebant[c] rectores, et omnes ecclesias tam seculares quam religiosas spoliando ornamentis, calicibus, ymmo possessiones omnes ipsorum receperunt, eciam domnum Sigismundum regem Ungarie regno Bohemie paterno privaverunt.

Anno[a] Domini 1422. illustris princeps domnus Sigismundus fuit missus per Wladislaum regem Polonie ad[c*] domnum Vitoldum ducem Littwanie sub spe ad Bohemiam hereticorum conversionem. Tamen non valuit eos reducere ab eorum erroribus et ad obedienciam ecclesie Romane, quia Iohannis Hus heretici firmiter sunt heresibus depravati.

Aug. Anno Domini 1422. rex Wladislaus et dux Vitoldus Littwanie intraverunt potenter terram Prussie cum multitudine Thartarorum, quam devastaverunt et incendiis civitates et villas in magna parte cremaverunt.

Dec. 2. 1422. feria quarta[d] proxima[e] post festum sancti Andree apostoli in terra Cypsiensi[f], in Lubocza[g], in legacione domini nostri regis Polonie ob spem concordie et pacis treugarum inter regnum Polonie et regnum Ungarie, ibidem in prefata villa vitam transitoriam, prout Deo placuit, mutavit in eternam reverendissimus pater domnus Nicolaus archiepiscopus Gneznensis et primas, qui erat benefactor et promotor monasterii Mechoviensis, simul et confrater erat nostri ordinis.

Item[a] anno 1431. facta fuit magna strages circa Luczsko, et ibidem inierunt bellum rex Wladislaus Polonie cum fratre suo Swidergal magno duce Litwanie alias Boleslao, et ibidem per Polonos infiniti Litwani et Rutheni interfecti sunt. Eodem anno magister
Sept. magnus[h] Prutenorum rege Wladislao absente, subintravit regnum Polonie et ibidem infinitas villas et civitates cremavit in terra Cuyawiensi et aliis circumiacentibus. Item eodem anno quo supra rex Wladislaus recepit nostras villas, videlicet Stawyany, Wroczyrsysz, Iadownyky et alias circumiacentes, et dedit ipsas quibusdam nobilibus quibus fuerant bona cremata in terra Cuyaviensi, et iste ville fuerunt recepte tercia die ante festum
Nov. 9. sancti Martini.

Item anno Domini 1432. domnus Iohannes prepositus Myechowiensis inpetravit apud
Iul. 29. domnum regem quod ville predicte fuerunt nobis vice versa restitute in festo sancte Marthe hospite Christi in[a] Bowa post Radossycze.

Item anno Domini 1433. domnus Iohannes prepositus Myechoviensis cum suo conventu fuit citatus in Perusio ad generalem priorem. Eodem eciam anno similiter citatur ad concilium Basiliensem et ibidem fuit absolutus ab instantia prioris generalis Perusiensis. Eodem anno regressus prefatus venerabilis pater de Basilea et non invenit domum ita sicut eam relinquerat sed in multis dampnificatam.

Mai. 31. Item[a] anno Domini 1434. feria secunda in die Petronelle virginis serenissimus princeps et dominus Wladislaus alias Iagol, nacione Litwanus, rex Polonie, mortuus est et

a) *abhinc alia manus* 1. b) p. S. *alia manu supra lin. add.* 1. c) occidedebant 1. c*) *corrig.* et d) quinta 2. e) *supra lineam ead. manu add.* 1. f) Scepusiensi 2. g) Liwoca 2. h) magnus *postea linea transducta deletum est et superscriptum alia manu* perfidus 1.

eodem tempore fuit magna spes a pauperibus nobilibus de heresi et predonia, sed dominus Deus per merita sancti Stanislai nostri gloriosi patroni pacificavit.

Item eodem anno quo supra venerabilis domnus Iohannes prepositus Myechoviensis cepit reedificare stubam de fundamento ante antiquum cellarium. Dominus Deus det sibi premium in celo quia pro domo ista fideliter laboravit etc.

Item eodem anno 1434. in die beati Iacobi apostoli Wladislaus filius primogenitus Iul. 25. Wladislai Litwani in regem Polonie per domnum Albertum archiepiscopum et domnum Sbigneum Cracoviensem episcopum adherentibus ipsis pluribus episcopis et ceteris infulatis coronatur. Item[a] domnus Nicolaus Lyszowski[b] prepositus Myechovyensis quondam invadiat omnes decimas per octo annos, omnes silvas destruxit, omnes villas, predia, totam domum, ita quod fratres non habuerunt quid comedere. Calices, cruces aureos, argenteos, coclaria, omnes res domesticas ad amasia sua nomine Syvathlova consumppsit. Hec verecundia in eternum nostre religioni manebit quod[c] . . . .

ANNALES SANCTAE CRUCIS POLONICI.

Ubi celeberrima Sanctae Crucis ecclesia sita sit, iam in praefatione ad annales vetustos Cracovienses declaravimus, iam annales ibi scriptos edituris restat ut pauca de eorum natura compositioneque moneamus. Eos vere Sancrucenses esse appellandos monent notae de dotatione sanctae crucis olim a duce Mescone in pectore delata (cf. a. 966 sub fin.), et de incursione Tartarorum a. 1287 facta, in qua per Rutinos informata gens saevissima ecclesiae huic parcebat. Quum autem in hoc monasterio desiderium suscitatum esset condendorum annalium, fieri non potuit quin varia subsidia historica, tunc temporis Polonis patentia, ad hunc quoque finem colligerentur, velut Annales Cracovienses, eorum quidem exemplar quod et auctori annalium capituli Cracoviensis et annalium brevium Cracoviensium fuerat ad manus; vita sancti Stanislai auctore Vincentio fratre ordinis Praedicatorum adhuc inedita, et chronicon illud deperditum, de cuius cum Vincentii et Dzirswae illius affinitate iam in praefatione annalium Polonorum I—IV. disputavimus. Annales nostros circa a. 1270 prima vice conscriptos esse, eo evincitur quod usque ad hunc fere annum fontes laudatos investigare possumus, inde autem relationes originalem quandam cognitionem sapiant.

Codices qui nobis ad textum constituendum praesto erant, sunt hi:

1) *Codex bibliothecae universitatis Iagellonicae Cracoviensis, signatus Fol. N. 228, chartaceus, anno 1434 scriptus, ut in ultima pagina declarat inscriptio haec:* Anno Domini 1434. temporibus venerandi patris domini Petri abbatis per fratrem Iohannem sue v. p. nimium oratorem. *Continet codex inter varia philosophica et theologica opera, Vincentii chronicon (p. 313—461), quod statim a p. 463 usque ad p. 480 excipiunt annales nostri, non ita comparati, ut eorum solo auxilio esset constituendus textus, quum lacunis parvis magnisque abundent, nominumque formas saepissime prorsus falsas exhibeant. Nobis copia*

a) *abhinc alia manus* 1. b) *supra lineam add.* 1. c) *tres lineae erasae sunt* 1.

per Arndtium confecta nec minus benignitate clarissimi Augusti Bielowski illa suppeditata erat, quem huic viro paravit Adolphus Mułkowski, Cracoviensis.

2) Codex eiusdem bibliothecae, Fol. 256, continet annales a p. 234 usque 243, ad a. 1243 tantum productos. Est codex chartaceus saec. XV, et a nobis per copiam Augusti Bielowski in rem nostram versus.

3) Codex comitis Baworowski, saeculo XV. confectus, cuius copiam misit Bielowski.

4) Codex comitis Dzialinski[56]*, in eius bibliotheca Kurnicensi asservatus, olim ab Helcel professore Cracoviensi exscriptus, sicut et*

5) codex eiusdem bibliothecae alter, et Roepellio communicatus. In fine eiusdem haec subscriptio exhibetur: Per me Iohannem de Nyegloszowo terre Lanciciensis sub anno Domini 1484, die quarta mensis Iulii, finito isto sit laus et gloria Christo. *Hi duo codices in initio operis ex Dzirswae chronico repetiverunt verba de origine et progressu gentis Polonorum, ita quidem ut Dzirswae nomen mutarent cum nomine Thronii cuiusdam hoc modo:* Ortum sive originem Polonice gentis ab initio mundi ego qui Thronius sum cognominatus talem in scripturis inveni *etc. Unde an illi Thronio auctori annales vindicandi sint, valde dubium.*

Beatus Ieronimus in cronica quam propriis manibus contexit, ita commemorat dicens: Ab Adam usque ad diluvium fuerunt anni 2247, a diluvio usque ad Abraham 942. Ab Abraham usque ad Moysen 205, a Moyse usque ad edificationem templi 880, ab edificacione usque ad nativitatem Christi 1300 anni. Collige ergo ab origine mundi usque ad nativitatem Christi et invenies 5300 annos. Orosius[a] vero ab Adam usque ad nativitatem Christi 5190 annos commemorat. Quibus pretermissis annuales historias regni[b] Polonie a nativitate Christi salvatoris nostri sub brevitate tangamus.

Et primo, anno Domini 966.[c] dux Meszko Polonie baptizatur cum suis militibus et fides katholica in Polonia recipitur. Et duxit Damorowkam filiam ducis Boleslai de Bohemia, de qua genuit Boleslaum dictum Chabri. Iste Meszko filius Semyslai pagani, fuit cecus septem annis ante baptismum et post receptionem baptismi pluribus annis vidit et secundo anno misit Lampertum episcopum Cracoviensem pro corona sibi petenda ad curiam Romanam et ad domnum papam Silvestrum: qui quidem auditis legacionibus consensum prebuit et coronam fieri deauratam, gemmis preciosis ornatam, dicto nuncio assignavit et dare promisit. Tandem eodem tempore Stephanus dux[d] Ungarorum misit Affricum episcopum ad predictum papam pro corona eciam sibi petenda. Qui auditis legacionibus quod Ungaria fidem katholicam recepit et dictum Stephanum sanctus Adalbertus episcopus Pragensis baptizavit et uxorem de Wenaciis duxit christianam, filiastram sancti Sigismundi regis Burgundie, quondam dictam Czeyslam[e]. Papa vero monitus visione angelica nocturnali, coronam quam preparaverat Meszkoni predicto, tradidit et donavit dicto Affrico episcopo nuncio pro rege Stephano, et pro Meszkone aliam coronam preparari mandavit et donavit.* Iste vero Stephanus rex genuit filium dictum Emrich[f] et post decem annos contraxit amicicias[g] cum Meszkone rege Polonie, ita quod Emrichus[h] duxit filiam Meszkonis quasi compulsus vi per patrem et per nobiles terre, qui veniens in Gneznam et Poznaniam mansit cum uxore virgine, virgo mansit usque ad mortem[i]. Tandem eundo de Polonia e converso Ungariam cum Meszkone venerunt in Ciliciam[k] causa venacionis cerworum, qui crastina die instinctu Spiritus sancti et visione angelica veniens personaliter ad Calvum-montem, donavit sanctam crucem, quam in pectore deferebat, ipsam[l] ecclesie et fratribus beati Benedicti.

Anno Domini millesimo minus duobus annis sanctus Adalbertus veniens Gneznam fidem katholicam in Polonia roboravit et plures Polonos et Prutinos[m] ad fidem katholicam convertit predicando eis fidem cristianam. Tandem in Prussia martirio per Prutinos coronatur.

Anno Domini 1001. Boleslaus rex dictus Chabri, filius Meszkonis, corpus sancti Adalberti recipiens honorifice sepeliri mandavit in Trzemeszno. Deinde imperator Otto Ruffus veniens de Roma Saxoniam, audiens quod floreret et choruscat miraculis in Polonia sanctus Adalbertus, arripuit iter et ivit in Poloniam causa devocionis et peregrinacionis. Cui Boleslaus rex Polonorum obviavit cum magno comitatu et muneribus quam pluribus in Gneznam secum adduxit, et corpus sancti Adalberti de[n] Trzemeszno[o] in Gneznam transferri mandavit, de quibus ossibus brachium ipsius sancti Adalberti dicto imperatori donavit, quem eadem die coronavit manu propria in Gnezna, ab obediencia[p] imperiali liberavit. Et eodem anno Poloni ceperunt Pragam, et ducem Boleslaum in eadem excecaverunt.

Anno 1003. heremite in Polonia martirizati sunt propter pecunias quas dux dederat eis pro fabrica ecclesie, quorum corpora iacent in Kazimiria opido[q]. Item iste Boleslaus

* *Codex 4 addit:* Idem Stephanus rex post baptismum et post matrimonium contractum filiastrae sancti Sigismundi castrum suum dotatum post eandem virginem, Calvum montem dictum ad laudem Dei et sancti Benedicti in monasterium fratribus ordinis convertit et dedit cum silvis et villis quae fuerunt, ubi eadem virgo mansit ad matrimonii contractum dicti regis Stephani. Post hoc iste Stephanus *etc.*

a) Orasius 1. b) regioni 1. c) nonagesimo decimo sexto 1. d) *addit* 1: rex. e) Czeslam 2. 3; Gysclam 4. f) Emuch 1. g) noticias 1. h) Emuchus 1. i) *addit* 4: per votum per ipsos emissum. k) Kelciam 4. l) *addit* 1: donavit. m) Ruthenos 3. n) *deest* 1. o) Strzemeszno 1. p) odiēcia 1. q) *deest* 1.

56) v. Archiv XI, 397 sqq.

fundavit et dotavit tres episcopatus videlicet Poznaniensem, Wladislaviensem et Lubiensem[a] et plura monasteria monachorum et monialium.

Item anno 1118.[b] Boleslaus filius Meszkonis dictus Chabri rex Polonie superavit Rutinos seu Grecos et terram eorum devastavit et subiugavit regno suo, et granicies ultra Kyoviam limitavit. Item anno secundo[c] Ungaros similiter subiugavit et terram eorum devastavit. Et tercio anno Saxones indomitos[d] rebelles et Prutinos subiugavit et terram eorum devastavit.

1025.[e, 57] obiit dictus Boleslaus rex Polonie, cui successit filius suus Meszko sensu minoratus et probitate patris; qui cum deliciis resolutus[f] rem publicam segnius administraret et propriis non communibus utilitatibus intenderet, ceperunt ei rebellare naciones et ab ipsius obediencia recedere, qui patri suo vectigales fuerunt, minus timoris et honoris eidem deferre et tributa regionum denegare. Quo igitur Meszkone mortuo et Kazimiro filio eius parvulo cum matre eius in Almaniam seu Magdeborg expulso quasi a regno Polonie, stirps ducalis et regia omnino perierat in regno Polonie et unusquisque quod sibi rectum videbatur in illis diebus faciebat. Tunc insurrexerunt, quasi lupi rapaces, per circuitum reges et principes et ceperunt vastare regnum Polonie. Barones vero et milites regni Polonie inierunt consilium, convenientes in unum et arbitrati sunt ut inquirerent et invenirent et reducerent[g] in regnum exulem et eiectum ducem Cazimirum. Hic quidem dudum a matre sua studiis litterarum traditus et hiis competenter instructus, cum iam esset iuvenis robustus, ex Almania in Gallias[h] transiens et ut supra dictum est[58] Cluniacum veniens sancta conversacione monachorum ibidem Deo famulancium delectatus[i] est et spiritu Dei inflammatus[k] vitam mutavit et sub habitu sancti Benedicti Deo militare cepit. Ac vero Polonorum legati assumpto comitatu multo variisque muneribus in auro et argento, profecti sunt ad requirendum[l] ducem Kazimirum. Tandem post longam peregrinacionem pervenientes[m] in Cluniacum, invenerunt eum sub habitu monastico iam septem annis ibidem agentem. Expositisque causis itineris, apertis thezauris suis obtulerunt ei et abbati suo preciosa munera, vasa aurea et argentea, subinferentes quot clades et quanta mala propter ipsius absenciam sustineat Polonia. Deinde petunt domnum abbatem ut eis ducem suum restitueret, supplicantes[n] nichilominus Kazimirum ut in Poloniam rediret[o] et regnum gubernaret et populum suum liberaret ab hostibus. Abbas autem habito virorum prudentum consilio respondit se non posse peticioni[p] eorum annuere[q] et desiderio[r], quia is qui renunciat seculo[s] redire non possit[t] ad seculum nisi providencia summi pontificis ad[u] hoc accederet dispensacio[u]. Tunc legati responso accepto gradu concito Romam adeunt, summo pontifici legaciones proferunt, dispensacionem petunt allegantque calamitates Polonie, profanacionem fidei christiane, incendia monasteriorum, subversionem urbium, violacionem virginum, oppressiones viduarum, occisionem et effusionem sangwinis innocentum et multitudinem christianorum utriusque sexus deductam in captivitatem et reductam in servitutem paganorum. Denique papa Benedictus auditis Polonie desolacionibus christiane fidei conpassus, consilii gentique orbate principe miseratus, ducem Kazimirum ad tenenda regni Polonie gubernacula redire decrevit. Ne vero stirps regia vel ducalis deperiret omnino et Polonia successore careret cum eorundem[v] duce, Kazimiro ut matrimonium legittime contrahere posset misericorditer dispensavit. Ob cuius dispensacionis beneficium ac recordacionis memoriale signum indictum est Polonis ut in[w] tonsura rotunda conformarent se moribus religiosorum. Statutum est nichilominus ut censum solverent quod vocatur *Swathopyetrze*, beati Petri ecclesie[x] Romane pro alendo lumine. Executi negocium, assecuti propositum legati Polonorum leti ac alacres redeunt Cluniacum et exinde suscipientes ducem suum Kazimirum veniunt Almaniam ad imperatorem Ottonem awunculum suum, ubi cum exercuisset[y] magne probitatis audaciam[z], sexcentorum virorum armatum milicia, ad eum deducendum transmisit imperator ad Poloniam; qui veniens licet cum magna difficultate tandem hostibus expugnatis cum pace regnum Polonie possedit.

Post hec accepit uxorem unam de Russye[*] principibus nobilissimorum[a] nomine Dobrognyewam[b] dictam, cognomine Mariam, ex qua genuit quatuor filios, primogenitum Boleslaum, secundum Wladislaum, tercium Meszkonem, quartum Ottonem. Hic[59] est Boleslaus qui propter excellenciam largitatis 59 anthomasice[c] dictus est Largus, ob insignem audaciam virtutis appellatus est Bellicosus. Tante namque prodigalitatis erat, quod sine liberalitate nullam hominis libertatem estimabat. Iste Boleslaus quasi septem annis cum exercitu suo mansit in partibus Russie devastando terras Ruthinorum ac confinia Tartharorum. Item veniendo de partibus Russie cum gloria subiugatis sibi gentibus predictis coronatus est in regem Polonorum.

Anno Domini 1070. abbas Aaron Thiniciensis a sede apostolica postulatus in archiepiscopum Cracoviensem consecratur Rome[d], cui postea successit Lampertus[e] dictus Zula et neglexit in curia Romana petere pallium[f] et[g] insignia archiepiscopalia.

Anno Domini 1073. Lampertus obiit, cui sanctus Stanislaus successit[d].

Anno[60] Domini 1073. Idus Aprilis[h] die dominica qua decantatur: *Misericordias Domine* Boleslaus secundus rex Polonie propter quedam peccata enormia ipsius correctionis impaciens et anathematis ecclesie quod faciebat nobilibus dominabus, Stanislaus episcopus ipsum correxit et monuit, qui correccionem spernens ipsum accessit et invenit in Rupella sancti Michaelis archangeli circa aram divina celebrantem, evaginato gladio ipsum ad caput percussit et interfecit. Tandem alii milites sui manus et pedes amputaverunt, videlicet accipitres et unum strepe deferentes ut dicitur ex suggestione ipsorum et mala informacione predictus rex homicidium perpetravit. In continenti nobiles terre congregati in unum eum detinere voluerunt[i]. Ipse vero periculum mortis timens fugam dedit ad Ungariam et ibi circa quoddam claustrum mansit tanquam conversus, et penitenciam strictam[k] peragens vitam post decem annos finivit et ibidem sepultus est. Sed Meszko dux Polonie, frater dicti Boleslai, de Ungaria Poloniam revenit, licet eciam fugam dederat. Apr. 14.

Anno Domini supra dicto interdictum[l] ecclesiasticum servatum[m] fuerat[n] per totam provinciam Gneznensem et per totum regnum Polonie, postmodum cum magna difficultate apud summum pontificem in curia Romana nobiles terre et

a) Luboczensem 1; Lubcensem 3; Lubucensem 4. b) Item a. 18. 1; A. Dni. 1018. 2. c) anno vero secundo 2. d) *deest* 1. 3. e) 1026. 2. f) *deest* 1. g) inducerent 1. h) Gallinas 1; Galdeas 3. i) electus 1. k) spiritu sancto 1. l) inquirendum 2; recipiendum 5. m) *deest* 1; venientes 2. n) supplicate 1. o) redieret 1. p) peticionem 1. 3. q) adimplere 3. r) desideria 1; et des. *des.* 3. s) *deest* 1. t) posset 1. u) ad hoc accedente dispensacione 5. v) eodem 1. 3. 4. 5. w) *deest* 1. x) vocatur — ecclesie *des.* 2. 3. y) exercitibus 1; docuisset 2. z) audacia 1. *) Russya 1. a) nobilem 2. 3. b) Dobrolegam 2; Dambrowcam 3. c) autonastice 3; autonomastice 4. 5. d) *verba* Rome — successit *desunt* 1. e) *deest* 2. f) palia 3. g) *deest* 2. 3. h) *deest* 1. i) de terra volverunt 4. 5. k) secretam 5. l) 1 *habet*. item interdictum, *sic quoque* 3; 5 *habet haec* Item de interdictu ecclesie post passionem sancti Stanislai. Item interdictum *etc.* m) formatum 2. n) seu fuit quatuor annis *addit* 1.

57) Cf. Vita S. Stanislai. 58) ubi? Vitam S. Stanislai respicit auctor. 59) Cf. Dzirswa p. 120.
60) Cf. Vita S. Stanislai.

nuncii ipsorum relaxacionem interdicti impetraverunt, condicione interiecta quadam, quod omnes collaciones dicti[a] regis in diocesi Cracoviensi vacarent[b] curie Romane, quas ex tunc[c] possidebat in Cracovia[d], in Wyslicia, in Sandomiria, in Sandecz[e], in Becz[f] ac alias. Ista vero duo clenodia[g] ut superius nominata fuerunt inhabilitata[h], et ob hanc causam ex tunc[i] collaciones predicte spectant et spectare debent futuris temporibus ad episcopatum Cracoviensem.

Item eodem anno post relaxacionem interdicti Lampertus ordinatur in episcopum Cracoviensem.

61 Anno[61] Domini 1087. Lampertus et canonici Cracovienses sanctum corpus sancti Stanislai transtulerunt ad ecclesiam cathedralem cum debita reverencia et magna sollennitate.

Anno Domini 1088.[k] Mesco dux de Ungaria[l] rediit et Boleslaus tercius natus est[m].

Anno Domini 1090.[n] dux Mesco uxorem secundam duxit et in regno Polonie ducatum obtinuit, sed coronam habere non potuit.

Anno[o] Domini 1101. Lampertus episcopus obiit, cui successit Balduinus, qui in episcopum Cracoviensem Rome consecratur.

Anno Domini 1111.[p] Boleslaus tercius dux Cracoviensis devicit Bohemos et terram ipsorum devastavit.

1132.[q] Bohemi vastaverunt Poloniam.

1137.[r] Vislicia cede destruitur 5. Idus Februarii.

Anno[s] Domini 1138. Balduinus episcopus Cracoviensis obiit, cui Maurus succedit.

Anno Domini 1153.[t] Maurus obiit, cui Radost successit.

1160. Henricus quartus imperator Romanorum venit de Saxonia Poloniam, deinde per Ungariam et Pannoniam et Constantinopolim cum regibus et principibus perrexit in Ierusalem, aliqui per mare et aliqui per terram, et habuit secum ultra 200 milia armatorum[u] et invenit Ierusalem a Sarracenis occupatam, quam in brevi expugnando acquisivit et possedit pacifice multis annis. Et in eadem[v] circa probaticam[w] piscinam ecclesiam construxit in honorem sancte Marie[x] et ordinem Templariorum fratrum qui trabem deferebant fundavit de voluntate et consensu regum ducum et principum[y] et baronum nobilium de Francia, de Anglia, de Saxonia, de Bohemia, de Polonia, de Ungaria.

Anno[z] Domini 1163.[*] Robertus episcopus Cracoviensis obiit, cui Mattheus successit.

Anno vero 1166.[a] Mattheus obiit, cui Gedka successit et consecratur Rome in episcopum Cracoviensem. Eodem tempore[b] venit Conradus[c] predictus imperator de ultramarinis partibus seu de Ierusalem, subiugatis sibi Sarracenis et Grecis et aliis gentibus et ad propria remeavit.

1167. hoc tempore translatus est liber Iohannis Damasceni de Greco in Latinum. Floret[d] eciam magister Petrus Lombardus, qui sententias composuit et Gratianus monachus de Clusio[e] civitate Tuscie natus decretum composuit, ut dicit Hugo[f]. Item eodem anno[g] sol obscuratus est ante horam nonam et stetit usque ad occasum solis. Hoc anno fuit maxima fames.

Item sequenti anno[h] captum fuit sepulcrum Domini ac civitas Ierusalem et crux sancta[i], ac patriarcha qui fuit tunc, capitur[k] ibidem et alii quam plures detenti et reducti sunt in captivitatem. Henricus vero audiens mala nova de Ierusalem et ad cor rediens tactus consciencia investituras episcoporum et aliorum prelatorum per anulum et baculum, pro quo cum Paschulo papa Romano quam plurimum contenderet et litigavit, Kalixto pape resignavit, et concessit per omne imperium in omnibus ecclesiis canonicam fieri eleccionem. Huius tempore rex Ungarie ad moniciones papales per literas suas scribens[l], domino pape renunciavit investituras episcoporum et aliorum prelatorum, quas hucusque ab illo tempore reges Ungarorum facere consweverunt[m].

1170.[n] sanctus Thomas Cantuariensis archiepiscopus martirizatus est in ecclesia ipsius regis Anglie per nobiles quosdam. Quod[o] papa audiens ab eodem rege multa tributa et servicia ecclesie Romane[p] optinuit et in possessionem recepit, ac iuramentum ipse rex prestitit quod non de voluntate sua predictus episcopus interfectus est. Ex tunc papa interdictum relaxavit habita sufficiencia et satisfaccione[q] et regis canonica expurgacione.

1176. Cazimirus dux post obitum tercii Boleslai Cracoviam obtinendam intravit et optinuit cum consensu nobilium terrigenarum et secundo anno devastavit Rutinos.

1184. corpus sancti Floriani martiris per Egidium episcopum Mutinensem Cracoviam aportatur et a Gethka episcopo Cracoviensi devotissime suscipitur.

Anno[r] Domini 1185. Gedka episcopus Cracoviensis obiit, cui Fulco successit.

Anno Domini 1186. Lestco frater tercii Boleslai obiit, cuius ducatum ipso vivente Casimirus[s] obtinuit et Fulco ab Urbano papa in episcopum Cracoviensem consecratur.

1194. Cazimirus dux[t] frater Meszkonis obiit et sequenti anno inter ducem Meszkonem filium Kazimiri et inter Mazovitas facta est cedes magna in Moszgawa, ita quod Meszko vicit et campum obtinuit, sed Boleslaus filius eius interfectus est in eodem[u] bello.

1196. Petrus secundus cardinalis venit in Poloniam cum legacionibus domini pape, qui matrimonium in facie ecclesie instituit contrahy et sacerdotibus prohibuit habere uxores.

1202.[v] dux Meszko obiit, frater Kazimiri, et dux Lesztko primus filius Kazimiri in Cracovia successit.

1205. Romanus fortissimus princeps Rutinorum cum exercitibus suis a Leskone et Conrado[w] fratribus[x] filiis Cazimiri est in Szaviochost interemtus.

Anno Domini 1206.[y] Fulco episcopus Cracoviensis obiit, cui Vincentius successit.

Anno Domini 1218. Vincentius cedit ad ordinem Cisterciensium in Morimundo et vixit annis quinque, cui Ivo successit et per Heinricum archiepiscopum Gneznensem in episcopum Cracoviensem consecratur.

1221. hospitale in Prandnik construitur per episcopum Cracoviensem de consensu capituli. Item secundo anno per eundem episcopum ad sanctam[z] Trinitatem ordo Predicatorum et in Kaczicze monachorum Griseorum statuitur[*] et fundatur.

Anno[a] Domini 1223. Vincentius episcopus obiit et in Morimundo quiescit.

1222.[b] monasterium de Kaczicze transfertur in Mogila que Claratumba cognominatur et in bonis capituli fundatur et dotatur de bonis eiusdem episcopi Cracoviensis videlicet in honorem sancti Bernardi[c].

a) *deest* 2. 3. 5. b) vocarentur 1. c) nunc 1. 5; quas ex nunc *des.* 2. d) in Cracov. *des.* 5. e) Suidnicz 1. f) *deest* 3; Brest 1; Biecz 4. 5. g) Ista — clenodia *des.* 1. h) inhabilitata *deest* 1. i) ex tunc *des.* 3. 5. k) *anni* 1088. 1090. *desunt in* 1. 5. l) Ungaris 4. m) *addit* 2: cuius mater. n) M. 2; *sine anno* 3. o) *hic annus deest* 1. 5. p) M° octuagesimo XI. 1. q) 1137. 1. 3; *deest* 2. r) 1132. 1. s) *anni* 1138. *et* 1153. *desunt in* 1 *et* 3. t) 1173. 4. 5. u) *deest* 1. v) et in eodem anno 1. w) probativam 3. x) crucis 1. y) et pr. *des.* 1. z) *anni* 1163. *et* 1167. *desiderantur in* 1 *et* 3. *) 1183. 4. a) 1167. 2. b) item eodem anno 1; item eodem tempore 3. c) Heynricus 2. d) *verba* floret — Hugo *desunt* 1. e) Classo 2. 3. f) Hugucio 4. g) eodem vero anno 2. h) anno vero sequenti 2. i) *verba* et crux sancta *des.* 1. k) capitaneus 4. 5. l) *deest* 1. m) curaverunt 5. n) *deest hic annus* 2. o) *deest* 1. p) *addit* 1: ab eodem. q) habita sufficienti satisfactione 3. 4. 5. r) *desunt duo anni sequentes in* 1. s) Henricus 4. t) rex 1. u) *addidit* 1: anno in hoc idem. v) MCCX. 1; MCCIX. 2. w) L. Grmanda 1. x) *deest* 1. y) *anni* 1206. *et* 1218. *desunt in* 1. z) *verba* per — sanctam *des.* 1. *) construitur 1. a) *annus* 1223. *deest* 1 *et* 3; *partim tantum eum habet* 2. b) 1125. 1; 1123. 5. c) Benedicti 2; Bartolomei 4. 61) Cf. Annal. Cracov. brev.

Item anno Domini 1224. fundati et dotati septem[a] fratres cruciferi a duce Kazimiro Cuyavie in Thorun.

1227. Lestko dux Cracovie interfectus est in colloquio a filio ducis Oppoliensis[b] Odonis sub fraude.

Anno[c] Domini 1237. Ivo episcopus Cracoviensis obiit, cui Vislaus successit.

Item eodem anno post mortem Lestkonis Henricus dux Slesie, Barbatus dictus, et Wratislavie, vir sancte Hedvigis, successit in Cracovie ducatu et possedit utrumque dominium.

Item 1237. dux Meszko dictus Kosziczko Cuyavie, dum quasdam viduas cum orphanis expoliasset et plures vaccas ipsorum mactasset et ex eisdem magnum convivium ducibus et militibus preparasset, tandem Deo volente propter enormia peccata ipsius dum in prandio circa mensam sedebat, tandem mures infiniti advenerunt ipsumque devorare ceperunt. Ipseque unam navem ascendens ad fluvium magnum perrexit et ibidem ab eisdem muribus devoratus est.

1239. Henricus prefatus obiit, dictus Barbatus, dux Slesie et Cracovie, cuius filius Henricus in utrumque dominium successit et sequenti anno gens Thartarorum orientalibus partibus[d] graviter subiectis in duo agmina se dividens Ungariam venientes, campestre bellum rex Bela[e] Ungarie cum eisdem perfecit in quo prelio frater eius Collomannus occiditur et qui pociores de nobilibus, occiduntur et ipse rex ad marinas naves fugam dedit. Tandem venientes Cracoviam, deinde Wratislaviam et circa campum dictum Psyepole bellum campestre cum Henrico duce Slesie fecerunt et in eodem bello ipsum interfecerunt et plures nobiles cum eodem et ipsi Tartari quam plurimi sunt interfecti et statim redierunt e converso ad propria per terras Syradie, Sandomirie, Russie, vix medietas exercitus ipsorum ad propria remeavit. Item eodem anno papa Innocencius quartus videns graviter christianos devastatos imperatorem Fredricum ammonuit quare noluit seu neglexit defendere christianos a paganis predictis. Celebrato consilio generali ipsum destituit et ab obediencia imperiali ipsius reges ac principes et comites ipsius absolvit civitatesque quae pertinebant ad imperium etiam absolvit[f] et prohibuit tributa eidem solvere sub pena excommunicacionis.

Item eodem tempore misit nuncios, videlicet Hanselmum[g] monachum cum duobus fratribus de ordine Predicatorum, ad Kaywt[h] Cham cesarem Thartarorum cum litteris bullatis petens ab eodem ut christianos detentos restitueret pristine[i] libertati. Qui quidem venientes[i] Tarthariam[k] et ipsum[l] in orda[m] comunitatis invenientes litteras porrexerunt. Qui respondens pompose: *Ista non faciam. Deus in celo et Caywt Cham super terram regnant.* Et dixit: *Ego sum metus orbis terrarum, flagellum Dei. Et si ad me papa personaliter venisset, neutiquam*[m*] *fecissem voluntatem ipsius.* Unde volente Deo ipsis nunciis astantibus coram[n] tentorio ipsius fulgur cum tonitru veniens percussit eum usque ad mortem. Tercia die duces et nobiles Thartarorum alium elegerunt[o], videlicet Gog[p] nepotem ipsius, qui postmodum nuncios domni pape predicti cum reverencia et muneribus remisit et treugas pacificas infra decem annos tenere promisit bona fide, et litteris patentibus roboravit, et detentos christianos quos habuit ipsis nunciis restituit[q].

1243. Rutini per diversos insultus Lublin et totum territorium devastant et succendunt et castrum pro se edificare ceperunt et turrim muratam fecerunt.

Anno Domini 1253. Iacobus de Scarzesewo doctor utriusque iuris et decanus Cracoviensis, scolasticus Wratislaviensis, prepositus Gneznensis, capellanus[r] domini nostri pape et magister Goczphinus[s] canonicus Cracoviensis[t] ad curiam Romanam mittuntur pro canonizacione sancti Stanislai. Qui per domnum papam Innocentium quartum canonizatur. Eodem anno facta canonizacione in Assiszio nuncii predicti sani revertuntur. Item eodem anno[u] Boleslaus dux Cracoviensis filius Lestkonis condam ducis Cracoviensis post mortem Henrici patrui sui ducatum ex integro obtinuit et Lublin a Rutinis rehabuit, vocatis[v] Rutinis et Wladislaum ducem Opoliensem cum exercitibus suis terram Opavie devastavit.

Anno Domini 1258. Boleslaus dux Cracoviensis et Sandomiriensis convocatis fratribus in Carczino[w] Cazimiro[x] Cuiaviensi et Lanciciensi et Semovito Mazoviensi[x], et nobilium baronum suorum consensu[y] fundavit[62] claustrum sancte Clare in Zavichost et in eodem moniales[z] collocavit et predictam civitatem seu opidum[*] cum villis circum adiacentibus ipsis in perpetuum dotavit cum toto iure et dominio prout ipse solus possidebat.

1260. Thartari subiugatis Bersabeis[a], Lithwanis, Rutinis et aliis gentibus, Sandomyrz castrum capiunt sub Petro capitaneo et herede de Crampa. Ubi[b] se bene[c] potuit defendere, ibi se[c] subiugavit, quasi treugas capiens[b] cum eisdem exivit ad tentoria ipsorum et promittens eisdem tributa dare. Ipsi vero videntes eum detinuerunt cum fratre suo Sbignew et castrum violenter intraverunt[d] et in illo[e] multitudinem christianorum interfecerunt, alios vero detinuerunt ac fugientes alios ad ecclesiam sancte Marie in ecclesia invenientes[f] similiter interfecerunt, alios vero capientes[g] abduxerunt. Dux vero Boleslaus Siradiam profugit cum aliis nobilibus.

Item eodem tempore veniens de silvis[h] Barzantha[i] decanus Sandomiriensis et Albertus canonicus arripuerunt iter ad curiam Romanam cum litteris ducis Boleslai ad domnum papam Bonifacium, et ea que facta sunt querulose proposuerunt et lacrimose[k]. Qui audiens eos et condolens de tanta violencia ac morte christianorum habito consilio cardinalium suorum donavit eis indulgencias ad ecclesiam sancte Marie Sandimiriensem et litteras bullatas tradidit et confirmavit. Cuius tenor habetur[l] in hiis verbis[m]:

In nomine Domini. Amen[n]. *Bonifacius episcopus servus servorum Dei, papa Romanus octavus, filiis suis in Christo fidelibus ac dilectis, ad quos presens scriptum devenerit, salutem in Domino*[o] *sempiternam*[p] *ac apostolicam benedictionem. Venientes ad nos filii nostri dilecti Bodzatha*[q] *decanus ecclesie Sandomiriensis cum socio*[r] *suo nomine Adalberto qui dicebatur esse canonicus eiusdem ecclesie, nobis lacrimose supplicaverunt et dixerunt quod venientes impii pagani, quos dicebant esse Thartaros, qui terram Sandomiriensem subintrantes et castrum*[s] *Sandomirie subvertentes multimodam ibi*[t] *multitudinem christianorum occiderunt, quorum non erat numerus et quorum sangwis defluebat usque ad flumen qui vocatur Wysla. Hoc facto intraverunt ecclesiam sancte Marie, que ibi facta et consecrata erat in honorem Virginis gloriose, ipsam incenderunt, protinus igitur multos christianos ibidem cremaverunt et multas reliquias sanctorum que ibi aderant disperserunt et ornamenta ecclesie predicte asportaverunt. Et hoc factum esse dixerunt in festo purificationis beate Marie*

a) venerabiles 1. b) oballinensis 1. c) *deest hic annus* 1. d) *addunt* 1 *et* 2: et. e) *deest* 1. f) civitatesque — absolvit *desunt* 1. g) Mascellinum 2; Hascellum 3; Hastelinum 4. h) Kayfath 3; Kaydan 4. i) *deest* 1. k) *deest* 2. 3. 4. l) et ipsum *des.* 1. m) ordine 2; horda 4. m*) utique *codd.* n) *deest* 1. o) *deest* 1. p) Gat 2; Both 3. q) *sequitur in* 2: Anno Domini 1243. Wislaus episcopus Cracoviensis obiit cui Prandota successit. *His verbis explicit* 2. r) *addit* 4: honorarius. s) Gerhardus 4. t) can. Cracov. *des.* 1. u) I. e. a. *des.* 1; Anno Domini eodem 4. v) victis? w) Kozczyno 3. x) Cazimirum Cuiaviensem et Lanciciensem et Semovitum Mazoviensem 1. 3. y) *deest codd.* z) *deest* 1. *) seu opidum *des.* 1. a) Barsabis 3; Bessarabis 4. b) 4 *habet haec*: Qui non volens se defendere treugas capiens. c) *deest* 1. d) *addit* 1: cum fratre suo Sbignew. e) et illum 1; *des.* 3. f) invenerunt 1. g) captivos 4. h) *sic in* 3 *et* 4; Desilius 1. i) Borzatha 3; Bodzantha 4. k) et lac. *des.* 1. l) sequitur 3. m) hec verba 3. 4. n) In n. D. A. *des.* 1. 3. o) in D. *des.* 1. 3. p) *deest* 3. q) Borzantha 3. r) *deest* 1. s) Sand. — castrum *des.* 1. t) mult. — ibi *des.* 1.

62) Vide chartam d. 2. m. Martii a. 1257. datam in Cod. dipl. Pol. III, 73.

sub anno Domini 1259.[a] *Predicti pagani die tercia recesserunt. Nos eorundem peticiones et lacrimas animadvertentes*[b] *interrogavimus predictos filios nostros quidnam*[c] *postularent. Tunc dixerunt: „Nichil aliud petimus, pater sancte, nisi quod eadem ecclesia posset relevari et exaltari in fide katholica et a vestra paternitate aliquo privilegio munerari". Tunc nos*[d] *inito consilio fratrum nostrorum cardinalium, qui tunc nobiscum presentes fuerunt in curia Romana auctoritate Dei omnipotentis et auctoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli et auctoritate nostra eidem ecclesie sancte Marie in Sandomirz donamus damus et assignamus eandem indulgentiam quam etiam donavimus dedimus et assignavimus ecclesie Romane que Marie ad*[e] *martires nuncupatur. Ut ergo ad tantam sollemnitatem avidius et copiosius fideles convenirent, omnibus vere penitentibus et confessis in die Marie*[f] *ad martires in ecclesia sancte Marie in Sandomirz qui presentes extiterint stipendia spiritualia apostolica largicione concedimus*[g] *tricentos et sexaginta*[h] *et sex annos, vel quot sunt dies in anno, tot annos de vera indulgencia et totidem carenas consequentur. Et est carena grece, purgacio latine, quia quod anima triginta diebus posset*[i] *sustinere in purgatorio, hoc per unam carenam deletur. Et eandem indulgenciam vere penitentes ut*[k] *premittitur*[l] *et confessi qui cum devotione fidei in eadem ecclesia per octavas eiusdem festi quesierint ipsam*[m]*, misericorditer consequentur. Statuimus eciam quod*[n] *in eadem ecclesia sancte Marie ad martires Rome, similiter et*[o] *in ecclesia sancte Marie in Sandomirz auctoritate apostolica fiat processio omni sexta feria cum vexillis et reliquiis sanctorum, excepto festo novem leccionum cum offertorio*[p] Protege Domine plebem tuam *et cet. et cum letania. Et hoc fecimus propter hoc quod dominus Ihesus Christus liberare dignetur cunctum populum christianum et civitatem Romanam et terram civitatesque Sandomir*[q] *de crudeli instancia paganorum et maxime Thartarorum et post processionem omnibus vere penitentibus et confessis qui ibi presentes extiterint a nostra auctoritate septem annos et carenas totidem misericorditer obtinebunt. Datum et actum Rome in curia nostra tercio Idus Novembris et hoc in die sancti Martini episcopi et confessoris anno dominice nativitatis* 1259.[r] *pontificatus nostri anno secundo. — Et ego Andreas filius Nicolai de Sandomir clericus Cracoviensis diocesis notarius publicus imperiali auctoritate rogatus*[s] *ad predicta in ecclesia Romana que Marie ad martires vocatur et advocatis testibus infra scriptis*[t]*, videlicet Martino canonico Wratislaviensi et Santcone*[u] *succentore*[v] *qui ibi*[x] *aderant presentes predictam litteram reportavi*[y] *de patenti bulla domini pape et manu propria in hanc formam publicam redegi signo et nomine meis consuetis et solitis consignavi requisitus* etc.[62*].

Item eadem via Cracoviam similiter venientes[z] castrum et civitatem expugnare non valentes recesserunt crematis ecclesiis et pluribus interfectis, quos invenire potuerunt et alios detentos abduxerunt usque ad Thartariam.

Anno Domini 1262.[*] Semovitus dux Masovie per Lituanos in Iarowsko[a] occupatus occiditur et filius eius capitur Conradus

Item 1265. castrum Cracow edificatur super totum montem cum lignorum structura.

Item sequenti anno Boleslaus dux[b] Cracoviensis misso exercitu in Russiam devicit[c] Swarnonem ducem Russie et terram suam devastavit. Eodem[d] anno Prandota episcopus Cracoviensis obiit, cui Paulus successit[d].

Anno 1267.[e] Paulus in episcopum consecratur. Iste deferebat pro clenodio caput asininum, et tercio anno fuit detentus in Kunvir[f] et ductus per nemora usque ad Siradiam per malos nobiles, videlicet Ottonem et Zegotam de clenodio bipennium seu Toporow[g], et quidem[h] de voluntate dicti ducis Boleslai. Tandem interdictum fuit servatum per totam Gneznensem dioecesim infra unum mensem: postea vero[i] missus est episcopus libere de castro et facta concordia inter eos et satisfacto episcopo pro verecundia, ita tamen quod isti accusatores Zegota et Otto seu malefactores fuerunt statim per ducem detenti et ad carceres reclusi etiam infra unum[k] mensem, sicut dicto episcopo ordinaverunt. Tandem ipsi nobiles post mensem fuerunt[l] missi de carceribus; postmodum dicti milites propter infamiam de ducatu Cracoviensi venditis eorum hereditatibus recesserunt ad Opoliensem ducatum.

Anno Domini 1268. rex Bohemie Prussiam intrat cum exercitu suo et christianos non paganos devastat.

1269. Boleslaus dux Cracoviensis et filius Lestkonis obiit prole carens, qui multis privilegiis et graciis[m] ecclesiam Cracoviensem decoraverat et clero libertatem dedit et ecclesias plures fundavit et dotavit. Item eodem anno Lestko dux Siradie in Cracovia successit.

Anno Domini 1277.[n] fames horrenda fuit in partibus Polonie: nam mensuram tritici solvebant tredecim scotis Pragensibus[o].

1278. dux Lestko congrediens cum Lithwanis devicit eos[p] in Rowne seu in districtu Lucoviensi, ipsos investigando, et spolia ab eisdem cum captivis christianis rehabuit.

1287. Thartari tercia vice venientes Cracoviam, Siradiam, deinde Sandomiriam vastant et plurimum populum abduxerunt in servitutem. Ipsi vero Thartari pausaverunt et stacionem fecerunt circa villam Goszlicze[q] aliquod diebus. Tandem[r] nobiles terre cum duce Lestcone plures interfecerunt[r]. Tandem Tellubuca[s] dux Thartarorum confusus recessit, sed Calwum montem et ecclesiam Sancte Crucis violare non permisit nec attemtare, quia per Rutinos qui cum eo erant fuit informatus.

Anno Domini 1293.[t] Paulus episcopus obiit, cui Procopius successit.

1296. Przemislaus rex Polonie detentus et occisus est in Rogoszno in die cinerum circa ortum solis de consilio malorum traditorum, videlicet Nalczy et[u] Zarambi, nec non Saxonum qui cum eis venerant.

a) 1200. et cet. 1. b) ammirantes 1. 3. c) quod 1. d) *deest* 1. e) et 1. f) *addit* 1: et. g) concedo 1. h) L 1. i) deberet 1. k) non 1. l) premittatur 1. m) ipsi 4. n) *deest* 1. o) *deest* 1. p) officio 4. q) Sandomiriensem 3. 4. r) M. 1. 4. s) arrogatus 1. t) premissis 1. u) *verba* et Santcone — requisitus *des.* 1; *habent ea* 3 *et* 4. *In* 4 *tamen leguntur sub fine sententiae haec:* redegi et meo proprio et consueto signo signavi. Datum et actum etc. v) succantore 3. x) *deest* 4. y) deportavi 3. z) Anno Domini eodem via eadem similiter Tartari Cracoviam venientes 4. *) *hic annus deest in* 1. a) Iaproszko 3. b) *deest* 1. c) *deest* 1. d) Eodem — succ. *des.* 1. 3. e) *anni* 1267. *et* 1268. *des. in* 1. f) Kinowo 3. g) seu Toporow *des.* 3. h) quasi 4. i) *deest* 4. k) *deest* 4. l) non fuerunt 3. m) priv. egregiis 1. n) 1226. 4; *deest annus in* 1. o) solv. octo scottos in grossis Pragensibus 3. p) *deest* 1. q) Casszlicze 3. r) Tandem — interf. *des.* 1. s) Colebuga 3. t) *hic annus deest* 1 *et* 3. u) N. et *des.* 1.

62*) Hanc Bonifacii VIII. bullam non a. 1259. sed a. 1295. datam esse, probat Bullarium Dominic, II. p. 45.

Anno[a] vero sequenti Wladislaus dictus Lokteck dux Cuiavie voluit habere regnum Polonie, et plures possessiones habuit dicti regni. Sed veniens rex Bohemie Wenceslaus cum exercitu magno regnum Polonie possedit contra Deum et iusticiam, licet Wladislaus consanguineus fuit prefati regis[b], et coronam Polonie suscepit.

Anno Domini 1296.[c] Procopius obiit, cui successit Iohannes Muscata.

Anno Domini 1298. in die sancti Ieronimi migravit Baro
natus de semine claro,
cui metro paro
similem sibi vidi raro.
Vir fuerat gratus
dux niger Lestco vocatus,
nobilis ablatus
requiescit in arce beatus.

Eodem[d] tempore Bohemi Cracoviam muraverunt[e] et alias munitiones in Polonia muniverunt.

Anno Domini 1305. Wenceslaus rex Bohemie et Polonie occisus est in Olomucz[f] sub fraude in domo decani infra meridiem per quendam familiarem suum de Austria, de consilio principum ac nobilium, quia iste vice voluit habere regnum Ungarie et habuisset.

Item sequenti anno nobiles Polonie Cracovienses, Siradienses[g] convocacione facta et convenientes[h] in unum, elegerunt ducem Wladislaum Cuyaviensem in regem Polonie, et Bohemos de Wyslicza, de Cracovia, de Sandomiria, de castris, que tenuerunt manu forti expulerunt. Similiter in Polonia et Posznania Gnezna et aliis municionibus[i]. Eodem tempore misit Gerwardum episcopum Wladislaus ad curiam Romanam pro corona petenda, qui quidem obtentam coronam[k] a sede apostolica Cracoviam aportavit et ibidem est coronatus.

Item eodem tempore cives Cracovie ante coronacionem regis Wladislai civitatem Cracoviam Boleslao duci Opoliensi tradiderunt, quam ipse non valens retinere pro se, restituit prefato Wladislao, capto advocato Alberto et pocioribus civibus de civitate predicta, quos omnes secum in Opole deduxit. Wladislaus vero predictus infidelitatem eorum perpendens, plures ex eis equis tractos iussit in furcis[l] suspendi.

Anno Domini 1306. castrum Lublin a Rutinis per Cracovie et Sandomirie milites est aquisitum.

1311. natus est Kazimirus rex Polonie*.

Anno Domini 1331. Wladislaus rex Polonie in die sancti Stanislai translacionis in Cuyavia devicit cruciferos barbatos in conflictu belli, et multa milia ipsorum interfecit. In quo bello Cristinus de Ostrow wexillifer et filius Prandote castellani Cracoviensis et Iacobus castri Zarnoviensis castellanus[m] et heres de Susko[n] interfecti sunt. Et sequenti anno idem cruciferi respirantes terras regis predicti Cuyaviensem Wladislaviensem[o] et civitatem Brzescensem[p] explorantes, violenter occupaverunt.

Anno Domini 1333. die[q] mensis Marcii[r] sexta[s] rex Polonie Wladislaus diem clausit extremum, cui succedens dominus Kazimirus inclitus per venerabiles viros et dominos Ianislaum archiepiscopum Gneznensem et Iohannem Cracoviensem nec non Iohannem episcopum[t] Poznaniensem dictum Doliva in regem Polonie est coronatus.

Anno Domini 1335. Kazimirus rex duxit uxorem de Lithwania filiam Gedimini[u] ducis suppremi Lithwanorum, de qua genuit duos filios.

* *Codex 4 habet haec sequentia verba:* Anno Domini 1320. Ioannes Muscata episcopus Cracoviensis obiit, cui Nankerus successit per eleccionem canonicam.

Anno Domini 1326. translato Nankero de Cracoviensi ad episcopatum Wratislaviensem per dominum Ioannem papam XXII. (qui) de episcopatu Cracoviensi providit domino Ioanni Grotonis.

Item anno Domini 1311. pater Casimiri devicit cruciferos in bello Cuiavie. Item Wladislaus rex Polonie *etc.*

a) *sequentia prorsus corrupta exhibut* 1. b) occisi 4. c) *anni* 1296. *et* 1298. *desunt usque ad verba* Eodem tempore Bohemi *in* 1 *et* 3. d) Eodem — muniverunt *des.* 1. e) intraverunt 4. f) Olivancz 3. g) Sandomirie 1. h) et conv. *des.* 1 *et* 3. i) minores 1; municiones 3. 4. k) obtenta corona 1. 3. l) forc> 1. m) *deest* 1. n) Sumko 3; Seversco 5. o) Cuyaviensis Wladislai 1. p) Brzesczye 3. q) de 1. r) mense Marcio 1. s) *deest* 1. t) *deest* 1. u) Gedundi Gheddidi 1; Godundi 3.

Anno[a] Domini 1337.[b] Tartari cum Ruthenis castrum vallaverunt in Zavichost[c] duodecim diebus et noctibus fortiter impugnantes, totum territorium illud vastaverunt. Et postquam dux Tartarorum per sagittam de castro est occisus, statim recesserunt cum magno planctu.

Anno Domini 1338. dominus Kazimirus cum cruciferis ordinacionem amicabilem composuit, ita quod ipsi cruciferi terras[d] Cuyaviam et[e] Wladislaviam[f] restituerent ex integro. Et tributum de terra Pomarie[g] et certas pecunias quolibet anno dare promiserunt et litteris suis roboraverunt, quia reges Polonie istam terram Pomarie[g] semper in possessione habuerunt et Wladislaus pater Kazimiri ipsam[h] in possessione habuit. Sed quando per Bohemos de regno Polonie expulsus fuit, videlicet 16 annis, tunc in recessu comisit in tenutam et regimen castrum Gdansko et Elbank[i] ac totum territorium Pomarie filiis Bodzate, Iohanni et Nicolao heredibus de Babymost seu Dzbasym[k], qui ut maledicti et perfidi non expectantes prefatum dominum ipsorum, obligaverunt et tradiderunt cruciferis dicta castra in duobus milibus marcis grossis Pragensis monete, ac plurima munera ab eisdem receperunt. Item post coronationem regis Wladislai predicti, ipse rex dans treugas pacis predictis fraudulentis nobilibus visis personis ipsorum, voluit eos patibulo affigi[l], tamen consilium ipsius non permisit, sed ipsos incarceravit et ad turrim in castro Chaczinensi reposuit infra integrum annum. Anno elapso ipsos ad fideiussoriam caucionem dedit, videlicet quod duo milia marcarum cruciferis restituere debuerunt et terram Pomarie exemere et deliberare ab eisdem. Et fideiussit pro eisdem N. B.[m] pater Nicolai de Dzbasym seu Goszczyszevycze[n], qui mendaces et infideles[o] non compleverunt, in quo se obligaverunt. Postmodum rex predictum fideiussorem ipsorum spoliavit bonis in Polonia que habuit, videlicet duo castra et opida Trczyel[p], Sbasim[q], Babymost in graniciis Saxonie, et motus misericordia dedit prefato Bodzathe tres villas Goszczyschewycze[r] cum aliis adiacentibus in districtu Radomiensi.

Anno[s] Domini 1345. Bohemi cum rege ceco ipsorum vallaverunt Cracoviam et octo diebus ante eam steterunt*.

Anno Domini 1353 in vigilia penthecostes cecidit nix magna et iacuit tribus diebus et tribus noctibus, et tante[t] spissitudinis erat usque ad genua hominum.

Anno Domini 1363. Karolus imperator Romanorum et rex Bohemie Cracoviam veniens contraxit matrimonium cum Elizabeth filia Boguslai ducis Casshubie presentibus hiis testibus et regibus: Lodvigo Ungarie, Kazimiro Polonie, Wenceslao Bohemie, de Czip Sigismundo dicto de Donyn[u], et principibus quam plurimis, videlicet Ottone de Bawor, Bolcone[v] de Svidnicz[w], Wladislao de Opole, Semovito de Mazovia**.

Anno Domini 1370.[x] de mense Novembris et in die sancti Leonardi confessoris gloriosi Kazimirus rex Polonie diem clausit extremum, cui Lodvigus rex Ungarie successit, nepos ipsius, est eciam in eodem anno coronatus in ecclesia Cracoviensi in regem Polonie per venerabiles viros Iaroslaum archiepiscopum Gneznensem, Florianum episcopum[y] Cracoviensem, Sbilutonem episcopum[y] Wladislaviensem.

1376. interfectus est dominus Iohannes dictus Kmita capitaneus Cracoviensis per Ungaros cum sagitta, et immediate ulcio per nobiles terre Cracoviensis fuit facta, et necati sunt 80[z]. ***.

* *Codd. 4 et 5 add.:* Anno Domini 1348. obiit venerabilis vir dominus Ioannes Grotconis de Ursinis episcopus Cracoviensis, cui successit Szyrzyk per electionem canonicam. Anno vero sequenti obiit Szyrzyk in curia Romana cui Bodzanta in episcopatum Cracoviensem successit. Ibidem in curia Romana provisum est ei per dominum apostolicum et per electionem duorum canonicorum ecclesie Cracoviensis, videlicet Nicolai de Mlyny et Bernardi de Chmelnik.

** *Cod. 4 addit:* Anno Domini 1366. in die sancte Lucie in Kielce obiit venerabilis vir dominus Bodzanta episcopus Cracoviensis. Sequenti vero anno eligitur per canonicos Cracovienses dominus Florianus prepositus Cracoviensis in episcopum et Avinionem veniens provisionem sacram recepit.

*** *Addit cod. 4:* Anno Domini 1378. die 30. mensis Februarii Florianus Cracoviensis obiit, cui

a) *totus annus deest* 1 *et* 5. b) 1336. 4. c) in Zav. *desunt* 3. d) *deest* 1. e) *deest* 1. f) Wladislao 1. g) Pomorie 3. h) *deest* 1. i) Wank 1; Ebagense 3; Elbląg 4. k) Dzbąsym 1; Sbaschyno 3; Swassyno 5. l) voluit mittere suspendi et equis trahi 3; voluit ipsos suspendi et equis trahi 4. m) Nicolaus Bodzanta 4. n) Cossczyssawycze 3; Gosciszowice 4. o) infelices 1. p) Trzczel 3. q) Sbanschyno 3. r) Goszczissowicze 3. s) *hic annus deest* 1. t) et tante *des.* 1. u) Donisso 4. v) Gorcone 1. w) Swydnycz 3. x) MCCLXX. 1. y) *deest* 1. z) 75. 3.

Anno Domini 1382. Lodvigus rex Ungarie et Polonie obiit in crastino exaltacionis sancte crucis, qui regnavit in Polonia duodecim annis minus septem[a] septimanis; et secundo anno Hedvigis filia ipsius venit Cracoviam et Poloniam, et recipitur in regnum Polonie per nobiles terre et coronatur in reginam[b] Polonie, die sancte Hedvigis in ecclesia kathedrali per venerabiles viros dominum Bodzantam archiepiscopum Gneznensem, Iohannem Cracoviensem, Nicolaum Poznaniensem, Sbilutonem Wladislaviensem. Eodem anno Malocha fraudulentus traditor[c], regni Polonie inimicus, tenens ad fideles manus castrum Brestense et alia castra nec non totum territorium Cuyaviense, tradidit domino Semovito duci Plocensi[d] ad possessionem tocius terre predicte, receptis pecuniis ac muneribus plurimis ab eodem. Et Poloniam venientes, cum predicto duce ante Kalis steterunt cum exercitu ipsorum duabus septimanis, expugnare non valentes recesserunt Mazoviam et spolia magna de terra Polonie[e] Mazoviam reduxerunt sed tristiciam[f] reportaverunt, quia prefatus dux in regem non est assumtus ut sperabat habere.

1383. Ungari vastaverunt Mazoviam.

Anno Domini 1386. dominus Iageldo[g] dux supremus Lithwanorum serenissimus vocatus ad Lithwaniam per nobiles terre Polonorum, suscipitur in regem Polonie et baptizatur in ecclesia Cracoviensi et nominatur in baptismo Wladislaus. In quinta die cum domina Hedvigi regina copulatur cum magna sollemnitate. Et sequenti[h] die dominico in regem Polonie coronatur per venerabiles viros domnum Bodzantam archiepiscopum Gneznensem, Iohannem Cracoviensem, Dobrogostium Poznaniensem ac de consensu tocius regni Polonie nobilium. Item eodem anno quasi omnes Lithwani fidem katholicam susceperunt*.

Item[i] anno 1399. obiit Hedvigis regina Polonie in die sancti Alexii confessoris cum filia sua Elizabeth. Anno eodem in crastino assumpcionis Marie[k] dux Vitoldus Lithwanorum cum exercitu suo ac nobilium baronum de Polonia cum Tartaris[l] bellum ac conflictum magnum inter se fecerunt, in quo corruerunt seu interfecti sunt Spitko palatinus Cracoviensis, Warsius de Myechow, Abraham dictus Socha, Iohannes dictus Glowac palatinus Ploczensis[m], Pilik palatinus Warsoviensis, et hec[n] facta sunt in crastino assumtionis gloriose virginis Marie et hec cum Thartaris[n].

1401. Wladislaus rex Polonie duxit Annam in uxorem legittimam, domni marchionis de Czyly filiam[o] et sequenti anno coronatur.

Anno Domini 1409. in vigilia assumtionis beate Marie magister generalis cruciferorum exiens de Thorun cum suis exercitibus, ipsa die assumcionis Marie castrum Dobrinense circumvallavit et ipsum igne consumsit[p], et multos Polonos in castro dicto occidit gladio, et nobiles dominas et virgines recipientes de castro ad suos exercitus defloraverunt et turpiter dehonestari mandavit, et ambulans per totam terram Dobrinensem pueros in cunabulis innocentes crudeliter interfecerunt. Item castrum Bo-

Codex 3.

Item anno 1409. Wladislaus rex Polonie prolem femineam natam ex Anna predicta percepit cui nomen Hedwigis erat impositum, nata ipso die palmarum.

Item anno 1410. Wladislaus rex Polonie cum gente Polonorum et Lythwanorum et duce Vytoldo fratre ac exercitu suo, terram cruciferorum conflictu invasit ac ipsos in ore gladii omnino prostravit, ubi in tempore diei centum milia occisorum per quatuor miliaria terram totam operuerunt cadavera mortuorum, in loco dicto Grinenvald. Sed in hoc

successit Zavissius Dobieslawski de Kurow et eodem anno sacram in Hungaria accepit a cardinali seu ab archiepiscopo Strzegoniensi et sequenti anno de consensu capituli Cracoviensis fecit et fundavit ac creavit mansionarios in ecclesia Cracoviensi.

Anno Domini 1380.[q] obiit venerabilis vir dominus Zavissius episcopus Cracoviensis, cui Ioannes dictus Radlica per electionem canonicam et eodem anno provisionem habuit de curia Romana et sacram in ecclesia Cracoviensi recepit.

* *Addit cod. 4:* Anno Domini 1386. dominus Iagello dux supremus fulget probitate multa.

Anno Domini 1390. obiit venerabilis vir dominus Ioannes episcopus Cracoviensis infra octavas epiphanie, cui successit venerabilis vir dominus Petrus doctor utriusque iuris anno eodem.

a) sex 3. 4. 5. b) regem 1. c) deceptor 1. d) et Poznaniensi *addit* 3. e) *deest* 1. f) red. sed tristiciam *des.* 1. 5. g) Ieggelno 3. h) *addit* 1: anno. i) *haec verba usque* Elizab. *des.* 1. k) in — Marie *des.* 1. l) cum Tartaris *des.* 1. m) Poznaniensis 1. n) et hec — Thartaris *des.* 3; *hic explicit cod.* 4. o) *deest* 1. p) cremavit 5. q) *sic* 4.

browniky sub capitano Varczislao capiunt, qui potens se bene defendere dictum castrum ut maledictus et perfidus non expectans dominum regem suum, resignavit et tradidit cruciferis. Item eadem vice dicti cruciferi castrum Szlotoria capiunt et funditus destruxerunt. Castrum Bidgostia quidam Bernardus tenutarius[a] eiusdem castri dictis cruciferis tradidit. Postea rex Wladislaus cum exercitibus veniens inmediate Bydgostiam[b] a cruciferis recepit et maledictos traditores capiens vinculatos incarceravit, Warczyslaum ad turrim Chencinensem, Bernardum ad turrem Cruzvicensem[c] reposuit cum consensu nobilium dominorum terrigenarum regni Polonie.

Codex 3.

ipso congressu divine pietatis dextera pro maxima parte Polonorum creditur conflixisse, dum inter tantum occisorum munerum vix 250 interfecti fuerunt de exercitu Polonorum.

Anno Domini 1410. rex Wladislaus dictus Iageldo Lithwanus cum fratre suo potentissimo domino ac principe Allexandro dicto Witoldo, congregatis exercitibus regni sui et paganorum et Bohemorum multitudinem, inauditam vero multitudinem populorum quorum non erat numerus diversarumque lingwarum paganorum et christianorum, non valens tantas violencias et inimicicias a perfidis cruciferis sustinere, terram ipsorum manu forti ingrediens cum fratre suo Witoldo conveniens ipso die divisionis apostolorum beatorum cum cruciferis in terra ipsorum ultra civitatem Dambrowo bellum campestre fecerunt, ipsosque cruciferos rex Wladislaus devicit, in quo conflictu magistrum cruciferorum et marszalkonem et multos commendatores interfecit cum innumerabili multitudine populorum, ita quod occisi per quatuor miliaria ad omnes partes per campos quasi ligna iacuerunt. Et duos duces cum quingentis aliis captivavit, et obtento bello dominus rex Polonie cum maxima fortitudine terram ipsorum ingrediens[d] fortiter undique[e] perambulabat cum suis civitates et castra obtinendo, et totam terram cruciferorum potestati sue subiugavit, ita quod in brevi intervallo, videlicet in quatuor septimanis, quadraginta civitates munitas et castra sub ipsis recepit manu forti. Numerus interfectorum cruciferorum centum quadraginta milia armatorum exceptis istis qui non fuerunt armati et induti[f]. Anno eodem brevi intervallo iterum Poloni cum cruciferis circa claustrum Corunow bellum fecerunt, et cruciferos vicerunt ipsosque interfecerunt et 300 notabiles captivos ad regem in Wladislaviam adduxerunt.

Item eodem anno post paululum iterum Poloni cruciferos circa Thuchola prostraverunt et bellum obtinuerunt.

Anno Domini MC quatuor iungeque deno
Cruce missorum in orbem apostolorum
Ense Polonorum cecidit gens Teutunicorum,
Quam manu forti Dei stravit robur Wladislai,
Regis[g] Polonorum, pateant sibi porte polorum.
In campo Grumvalt C milia sunt numerati
Et dum dorsa darent et ad fluvium properarent
Drwacza sic dictum, sunt passi letaliter ictum.
Quadraginta merguntur milia fertur ut puniuntur.
Cruciferi fere tunc omnes interiere
Magister Wolricus Polonorum inimicus.
Captorum numerus tria milia extitit vel plus.
Si scire vis numerum armate Theutunicorum
Gentis, dico vere[h], quod tunc in bello fuere
Milia dic centa adiungendo quadraginta
Milia, sic scias quod scire tu cupiebas.
M quater peditum fuere sit tibi centum
Ioppis induti, securibus, gladio cincti.
Numerus illorum turbam facit plurimorum
Hominum et fantur quod et hii morte puniebantur.
Ante castella facta sunt plurimi bella
Post hec et cesi, quam plurimi sunt quoque lesi.

a) tormentarius 5. b) *deest* 1. c) Chencinensem — turrem *des.* 1. d) *deest* 1. e) *deest* 1. f) armis induti 5. g) regi 1. h) vero 1.

Dum fide fracta non servaverunt sua pacta[a]
Incole terrarum Prutenorum, sed amarum
Potum sensissent, si pacem non inissent
Et federa non ficta. Sunt hec verissime dicta.

Codex 5 *post verba* in Wladislaviam reduxerunt *praebet haec.*

Item sub anno Domini 1351, 13. Kalendas Septembris obiit dux Boleslaus Plocensis filius Vanconis in expedicione, in qua promiserat dux Kieystud baptizari cum omnibus fratribus suis et Lituanis Carulo regi Ungarorum et Kazimiro regi Polonie, quod minime adimplevit et fugam tempore noctis inivit et reges supradicti confusi redierunt.

Item sub anno Domini 1357. obiit Clemens episcopus Plocensis in Gorzno ante ortum solis.

Item sub anno Domini 1321. Dobrzyn oppidum per Lituanos in festo exaltacionis sancte crucis tempore regis Wladislai sub regimine relicte ducis Semoviti. Eodem tempore Swinka, Wlost, milites Dobrinenses occisi sunt.

Item sub anno Domini 1337. Lituani vastant terram Mazovie circa Pultowsko et Ciechanow et multum populum abduxerunt in terram suam in festo sancte Hedvigis et plures eorum circa predictum castrum submersi sunt duo millia in fluvio Narew.

Item sub anno Domini 1355. obiit in Plock dux Casimirus filius Troydeni ducis Masovie.

Item anno Domini 1355. Alexander episcopus Plocensis tempore ducis Boleslai fundavit ecclesiam in Czerwiensko ad honorem beate Marie virginis.

Item anno Domini 1144. ecclesia cathedralis Plocensis consecratur.

Item anno Domini 1341. obiit dux inclitus Russie nomine Boleslaus, filius ducis Troydeni.

Item anno Domini 1356. in festo beati Adalberti quod evenerat in sacro sabatho pasche ecclesia fundata est in civitate Ploch ad honorem sancti Bartholomei apostoli de mandato Clementis episcopi Plocensis ad peticionem regis Kazmiri filii Vladislai.

EPHEMERIDES WLADISLAVIENSES.

Quum quae notatu digna eveniebant, Wladislaviae in calendario forsan ad dies singulos describerentur, effectum est ut maxime ad saeculi XIV. historiam nobis servatae sint notae haud spernendae historicae. Eas offendimus in magna illa compilatione, qua ut iam supra ad Annales Cracovienses breves praefati sumus, varii Boguphali eiusque continuatoris codices sunt in fine instructi. Quorum ex numero hos ad constituendum textum adhibuimus:

1) *Ottobonianum,*

2) *Rhedigeranum.*

Notas quasdam historicas, quae ut putamus, originem Wladislaviae sumpserunt, in fine adiecimus.

Anno Domini 1324. 6. Idus Ianuarii, in Avinione dominus Mathias[b] consecratur in episcopum Wladislaviensem per venerabilem patrem dominum Petrum episcopum Prenestensem[c] cardinalem[63]. Ian. 8.

a) *in margine* i. e. vota 1. b) Michael *codices.* c) penesten 2.

63) V. bullam Iohannis XXII. datam Avinione Idibus Ianuarii, qua Mathiae episcopo Wladislaviensi post consecrationem recedendi licentia datur, ap. Theiner Mon. Pol. I, 182.

Ian. 14. Item 19. Kalendas Februarias eligitur dominus Iaroslaus archidiaconus Cracoviensis in archiepiscopum Gneznensem, anno Domini 1342.

Ian. 28. Item 5. Kalendas Februarias consecratur dominus Albertus Paluka in episcopum Poznaniensem anno Domini 1348.

Febr. 8. Item 6. Idus Februarii Premislius[a] rex Polonie occisus est in Rogoszno[b] sub anno Domini 1296.

Febr. 14. Item 16. Kalendas Marcii[64] obiit reverendus pater dominus Iohannes Doliva episcopus Poznaniensis, qui bene vivendo largus fuit, anno Domini 1335.

Mart. 12. Item 4. Idus Marcii obiit domina Anastasia, ducissa Lanciciensis et quondam Dobrinensis, relicta domini ducis Semoviti, fratris domini Wladislai regis Polonie, sub anno Domini 1335.

Mart. 4. Item 4. Nonas Marcii obiit inclitus princeps dominus Wladislaus rex Polonie in castro Cracoviensi anno Domini 1333.

Item dominus Michael episcopus Wladislaviensis vixit 40 annis; dominus Wolimirus 23 annis; dominus Albertus 13 annis; dominus Wislaus 16 annis; dominus Gervardus 23 annis.

Apr. 23. Item 9. Kalendas Maii crematur ecclesia Wladislaviensis cathedralis, simul cum domibus canonicorum et prelatorum in civitate predicta antiqua, per fratrem Kerstanum et alios fratres et homines[c] de domo Theutunica, qui tunc temporis, manu armata exiverunt
65 de castro Dobrinensi ad spoliandam et impugnandam terram Cuyavie[65], anno Domini 1329. tempore domini Mathie Wladislaviensis, cui erat per dominum Iohannem papam XXII. in ipsa ecclesia de episcopatu provisum, ipso domino Mathia in Avinione existente[66].

Mart. 13. Item[d] 3. Idus Marcii dominus Troydinus dux Mazovie obiit anno Domini 1341.

Apr. 11. Item 3.[e] Idus Aprilis[f, 67] obiit dominus Nankerus episcopus Wratislaviensis, anno Domini 1341.

Apr. 11. 1332. Item 3. Idus Aprilis vallatur civitas Brestensis per fratrem Ottonem de Lutheburg et fratres ipsius de domo Theutunica et homines ipsorum fortes et armatos, anno Domini 1322.

Apr. 29. Item 3.[g] Kalendas Maii expugnatur civitas predicta Brestensis per dominos suprascriptos sub anno Domini 1322. et tunc temporis erat dies pasche[68].

Apr. 24. Item 8. Kalendas Maii coronatur inclitus princeps dominus Kazimirus, filius domini Wladislai regis Polonie, in regem Polonie, Cracoviensi in ecclesia, per venerabiles patres dominos Ianussium[h] archiepiscopum Gneznensem, Iohannem episcopum Cracoviensem et alium Iohannem, episcopum Poznaniensem, anno Domini 1333.

Apr. 30 Item 2. Kalendas Maii[i] natus est Kazimirus, filius Wladislai regis Polonie, anno Domini 1310.

Mai. 6. Item 2. Nonas Maii obiit Bernardus dux Slezie, anno Domini 1326, gener domini Wladislai regis Polonie.

Mai. 31. Item pridie Kalendas Iunii obiit dominus Albertus[k] Paluca, episcopus Poznaniensis, in Solecz villa, anno Domini 1355.

Mai. 26. Item 7. Kalendas Iunii obiit domina Anna regina Polonie in castro Cracoviensi, filia Gedimini ducis Litwanorum, anno Domini 1339.

Mai. 23. Item 10. Kalendas Iunii

Annis millenis trecentenis sine senis
A Prussis[l] mirus[m] populus cadit et Kazimirus.

Mai. 28. Item 5. Kalendas Iunii[69] dominus Arnestus primus archiepiscopus Pragensis obiit, eciam constitutus, obtinuit reliquias sancti Stanislai, et in honorem ipsius capellam construxit in ecclesia sua cathedrali Pragensi anno Domini 1364.

a) przemislius 2. b) Roga sua 2. c) et homines *desunt* 2. d) *hanc sententiam exhibet* 2 *sic:* Item anno Dom. MCCCXLI. Idus Marcii dominus Troydenus dux Mazovie obiit. e) in 1. f) Item anno et ydus predictis 2. g) VII. 2. h) Iaroslaum 2; Ianislaum *addit* 1. i) Item anno Dni. MCCCX. II. Kal. Maii 2. k) *deest* 1. l) Prussitis 2. m) murus 2.

64) Sec. Cal. Cracov. p. 64. 16. Kal. April. (Mart. 17.) obiit. 65) V. diploma episcopi in R. et M. C. d. P. II, 241. 66) V. supra ad a. 1324. 67) Sec. Cal. Cracov. 4. Idus April. Consentit Chron. princ. Polon. l. c. I, 163. 68) V. Wigandum de Marburg in SS. rer. Pruss. II, 485. In nostris data chronologica prorsus perversa sunt; cf. Gesch. Polens II, 166. 167. 69) Mortuus est Iun. 30. a. 1364; cf. Palacki II, 2, 372.

Item 2. Idus Iunii recedit dominus Mathias[a] episcopus Wladislaviensis de curia Avinionensi, qui eciam constitutus obtinuit[b] reliquias sancti Stanislai et in honorem ipsius capellam construxit in ecclesia sub anno Domini 1324. Iun. 12.

Item 3. Nonas Iulii[70] expugnatur Raczans castrum cum machinis multis et aliis quam plurimis[c] instrumentis per fratres supradictos, in quo multi thesauri hominum diversorum, arma et baliste quam plurime sunt accepta per ipsos, et homines plures interfecti et captivati; quos dominus episcopus redemit, videlicet pro quadricentis marcis, numeri[d] et monete Polonice[e]. 1329. Iul. 5.

Item Nonas Iulii crematur castrum Radzeoviense per eosdem, anno supradicto; 7. Idus Iulii[71] crematur castrum Naklense[f]. 1329. Iul. 7. Iul. 9.

Octobris 18. Kalendas recessit domina Anna sive Anastasia regina Polonie, uxor incliti principis domini Kazimiri regis Polonie, cum patre suo domino margrabio Hasie[g] sine licencia sui mariti, regis predicti, anno Domini 1356. Sept. 14.

Item 5. Kalendas Octobris committitur bellum inter homines dominorum Wladislai regis Polonie et Luderi magistri generalis ac fratres ipsius de domo Theutunica, in quo quam plurimi homines ex utraque parte sunt occisi. Sed multo plures fratres et homines de domo predicta, circa villam Plowcze circa Radzeow, anno Domini 1331. Sept. 27.

Ipso die omnium sanctorum obiit dominus Gerwardus[h] episcopus Wladislaviensis, fautor et promotor[i] corone Polonice gentis, Avinione in curia Romana ibidem existens, anno Domini 1323[k]. Nov. 1.

Pridie Nonas Novembris providetur domino Sbilutho per papam de episcopatu Wladislaviensi[l] anno Domini 1366. Nov. 4.

Item die sancte Barbare obiit venerabilis in Christo pater dominus Ianislaus archiepiscopus Gneznensis anno Domini 1341.[m] in Lancicia, in domo sua circa ecclesiam. Dec. 4.

Item 3. Nonas[n] Decembris[72] providetur domino Mathie decano Wladislaviensi de episcopatu Wladislaviensi anno Domini 1323. Dec. 11.

NOTAE WLADISLAVIENSES.

Anno Domini 1351. obiit dux Boleslaus Plocensis, amicus ecclesie.

Anno Domini 1353. cecidit nix magna usque ad genua in vigilia penthecostes. Mai. 12.

Anno Domini 1345. Iohannes rex Bohemie cum Bohemis[o] venit ante Cracoviam, et cum Ungaris ante Lelow[p], defendente se Wladislao[q] rege Polonie, pugnaverunt, et Bohemi superati ad propria cum confusione sunt reversi.

Anno Domini 1349. pestilencia magna fuit, et homines se affligebant seu flagellabant.

1346.[r] Iohannes Lodza, episcopus Poznaniensis obiit, qui dum vixit, multas poesias[s], unam videlicet de assumpcione beate Marie: *Salve salutis ianua*, aliam de purificatione: *Benedicta*, aliam de sancto Adalberto[t]: *In laudem sacro presuli* (quilibet versus incipit per litteras sui nominis, videlicet: *Iohannes presul Poznaniensis*) item de sancto Petro: *Tu es Petrus, et super hanc;* item aliam de sancto Paulo, unam que cantatur post ympnum in ecclesia Poznaniensi: *Lux clarescit in via.* Hic erat iocundus, cytharam in domo sua causa leticie percuciebat, sed lubricum carnis ardenter agebat, bene literatus erat et bene natus.

a) Michael 1. b) obtulit 2. c) pluribus 2. d) nm̄ 2. e) polonicalis 2. f) Nakel 2. g) Asie 1; Affre 2. h) Bernhardus 1; Berhardus 2, *in quo* n *suprascriptum est.* i) *deest* 1. k) 1322. 2. l) Wladislavie de episcopatu eodem 1. m) MCCCLXI. 1. n) Idus *codd.* o) c. B. *des* 1. p) Lwow *codd.* q) W. 1. r) 1 *habet hunc titulum:* Iohannes Lodza, episcopus Poznaniensis. Rubrica. s) prosas *codd.* t) Alberto 2.

70) Cf. Wigandum de Marburg SS. R. Pruss. II, 466. 71) Cf. SS. R. Pruss. I, 217. n. 3. 72) V. bullas hoc die datas ap. Theiner l. c. p. 178. 179.

ANNALES PRUSSIAE

EDENTE WILHELMO ARNDT PH. DR.

Terra Prussiae, quum ineunte saeculo XIII. a fratribus ordinis sanctae Mariae Theutonicorum occuparetur, mox et castris et oppidis aedificatis, finis erat quo dirigerentur principes belli varios casus experiendi, agricolae colonias constituendi, mercatores rerum venalium fora condendi causa. Fieri igitur non potuit, quin ordinis opibus et potentia viridius crescentibus, traderentur memoriae res praeclarissime gestae, opera historica componerentur digna quae iuxta aliarum patriae nostrae terrarum monumenta historica sibi vindicent locum. Quorum ex uberiori copia nunc annales tantum damus, iam pridem, si unum eorum genus excipere velis, vulgatos, sed denuo quantumque nobis licuit secundum codicum manuscriptorum fidem emendatos et bene Polonorum annalium agmen claudentes. Nam provincia Prussia devictis paganis, iterum iterumque a Polonis ferro ignique vastata, tandem, in proelio apud Tannenberg ordinis viribus consumptis, sub regum Poloniae dicione coacta est, recentissimo tempore autem ansam praebuit constituendi regnum Borussiae, cuius in finibus illis orientalibus adhuc inter Germanos Slavosque olim ortum continuatur certamen. Cuius igitur momenti sint huius provinciae opera historica, quis est qui non intelligat?

Quod autem annales nostros attinet, affinitas haud parva inter omnes est animadvertenda. In tribus primis fundationes urbium praecipue commemorantur; horum trium unum exstitisse fontem est statuendum, ad quem quam maxime accedunt annales terrae Prussiae. Hi enim Latina lingua conscripti sapiunt eundem ubique fontem, quem Annales Prussici breves, Latina verba vertentes in vernaculum sermonem, adhibebant, quae Latina forma maxime ex horum classi A *elucet, quum ibi in diebus nomina sanctorum Latina offendamus. Et canonicus Sambiensis in magna sua variorum et Livoniae et Prussiae annalium compilatione has urbium fundationes capitulo ad hunc finem destinato tractavit, nec minus de variis pugnis apud alios commemoratis respondentes in eo invenimus notas. Nec est dubitandum, quin ordo chronologicus in exemplari authentico recte constitutus fuerit, quoniam quae inveniuntur in annalium Prussicorum brevium serie menda, transcriptori vel translatori vindicari possent; quos annos secundum ordinem transponere facile fuisset, sed supervacaneum et naturae commemorationum illarum vim afferens.*

Scribebam Berolini die 2. m. Augusti a. D. 1865.

WILHELMUS ARNDT.

ANNALES TERRAE PRUSSICAE.

Nobis mense Iunii a. 1864 *Leopoli degentibus obtulit cl. vir Augustus Bielowski una cum copiis suis historiae Polonicae ditissimis hosce quoque annales ab Ioachimo Lelewel, magno illo rerum Poloniae gestarum perscrutarore, ex codice quodam comitis Wladislai Ostrowski exscriptos. Ut autem Lelewel ipse testatur, erat codex saeculi XVI, a Polono, quem scribendi modus iam arguit, exaratus, mendose quidem, nec ita ut nobis deficeret occasio veras plerumque adnotandi lectiones. Berolinum autem reversis Ernestus Strehlke v. cl., unus ex Scriptorum rerum Prussicarum editoribus, mira benevolentia communicavit annales Franciscani Thorunensis prelo subiectos, foliaque iam ad lucem emissa dedit, quibus id effecimus ut seriem rectam renovaremus pluresque locos emendaremus. Utrique enim annales et nostri et Thorunenses pro fundamento usi sunt antiquioribus adhuc latentibus. Certe nostri non multo post annum* 1340 *exscripti sunt, eosque excipit continuatio annorum* 1370—1450 *testem quidem oculatum indicans, quam, quoniam est media inter duas anni* 1329 *relationes posita, ab hoc loco movere non dubitavimus.*

Quae continuatio eam ob rem gravis est momenti, quia hic primo a coaevo proferuntur de malis magistri Conradi moribus narrationes, a sequentium saeculorum chronographis ultra quam fas erat repetitae et adauctae novis maledictionibus, qua ratione fieri non potuit quin magistri illius historia, qualem ab his compositam legimus, multum discedat a re vera.

Anno[a] Domini 1029. suscepit ordo gressorum[1] fratrum in Cistertiensi[b], tempore Urbani 1
papae II. et Henrici III.

Anno 1090.[c] suscepit ordo Templarorum in Ierusalem, tempore Gelasii papae et Henrici III. imperatoris.

Anno Domini 1190.[d] incepit ordo dominorum domus Theutonice, tempore Gregorii papae VIII. et Henrici imperatoris V.

Anno 1206. incepit sanctus Franciscus ordinem Minorum Assisio, tempore Innocentii III. et Henrici imperatoris V.

Anno 1231. civitas Thorun aedificata est circa antiquum Thorun.

Anno 1232. civitas Culmen aedificata est circa Antiquum-castrum[2].

Anno 1233. civitas Marienverder aedificata est.

Anno 1235. sancta Elizabeth canonisata est a Gregorio nono.

Anno 1237. civitas Elbingensis aedificata est.

Anno 1239. civitas Culmen aedificata est circa Vistulam, et eodem anno Balga[3] castrum aedificabatur.

Anno 1238. gens Tartarorum in duas partes se dividendo Bohaemiam, Hungariam Poloniamque vastavit.

Anno 1242. Swantopulcus dux Pomoranie ante Thorun fuit.

Anno 1243. in die Vitti fuit bellum circa aquam que dicitur Rens[4], in quam Swanto- Iun. 15.
pulcus et multi ciderunt.

Anno 1248. Cristhburgk castrum aedificatum est.

Anno 1251. Culmsche[5] civitas ab Henrico episcopo aedificata est, sed obiit anno 1262,
3. Calendas Iulii. Iun. 29.

Anno 1253. civitas Culmen aedificata est super montem de Vistula et inde receperunt privilegia libertatis.

a) *in Lelewelii copia titulus hic legitur:* Chronica terrae Prussiae. b) Cistertien̄ *cod.* c) MIXC. *c.* d) 1090. *c.*

1) i. e. griseorum. 2) Althaus, villa prope civitatem Culmensem. 3) castrum ad Mare recens (Frisches Haff). 4) Ronsensee lacus. 5) Culmsee.

Anno 1265. Tapiewo[a] [6] aedifficatum est.

Anno 1269. canonisata est sancta Hedvigis ducissa Slesiae a Clemente IV.

7 Anno 1273. Braunsbergk civitas aedificata est, et 75. Schonsche[7] civitas aedificata est.

1280. Anno Domini 1282.[b] Marienburgk translatum fuit de Gantir[8]. Eodem anno Mewa
1282. sublata fuit de Puterbergk, et claustrum Minorum receptum est in Novo-castro.

Anno 1286. Culmsche, Schonsche, Grudziącz[9], Radzyn[10] derelicte sunt ad preceptum dominorum, quia Tartari[c] venire dicebantur, et eo anno Culmsche cremata[d] est in vigilia
Iun. 28. Petri et Pauli.

Anno 1289. Rangnetha castrum aedificatum est.

Anno 1291. Accaron, Eptapolis, transmarine civitates a paganis destructae sunt.

Anno 1296. Rugensis[11] civitas opposuit se[e] dominis de Prussia.

Anno 1300. Bonifacius VIII. instituit annum iubileum.

Anno 1308. Clemens papa celebravit concilium in quo delevit ordinem Templariorum.

Anno 1308. destructe erant civitates et castra Danczk, Dirssewo et Novum-castrum[12], multique occisi.

Anno 1309. viri et mulieres per terram discurentes[f] cum crinibus cantabant.

Anno 1312. heretici cremati sunt in Sindemth[g] et in pluribus aliis locis.

Anno 1318.[h] Begardi[i], Begienses fratres per omnes terras mutaverunt habitum ad preceptum papae Ioannis XXII.[13]

Anno 1323. David Lithwanus[14] de castro Ganten a Lokethko rege Polonie adiutus Marchiam vastavit et multis paganis occisis et deductis, qui a quodam milite occiditur.

Anno 1329. cum rex Bohemiae Ioannes esset cum dominis Prussie in Lithwania Lo-
Febr. 1. kethko terram Culmensem in vigilia purificationis intravit cum fratre Conrado devastando et cremando.

Anno 1329. Ioannes rex Bohemiae intravit terram Lithwanorum cum dominis, de Prussia, qui expugnaverunt castrum Samaitan cum omnibus Lithwanis, qui et baptisati sunt ipso
Febr 2. die purificationis Mariae.

Anno 1330.[k] castrum Wissegrod[15] fuit concrematum per dominos Prussiae et eodem anno Racziącz[16] et Nakiel expugnata fuit.

Oct. 10. Anno 1331. rex Cracoviae Lokiethko cum Ungaris et Comanis in crastino Dionisii intraverunt per vadum Dravantie[17] circa villam que dicitur Lyn, devastando et cremando terram Culmensem; per eosdem fuit circumvallatum castrum Lypa[18], provinciali ibidem cum multis constituto, ipsique Poloni, Ungari et Cumani totam terram per quatuor dies devastaverunt descendendo ultra Ossam usque Gordyn[19]. Tandem summus magister frater Vyrnerus[l] pacem[m] faciens cum rege Cracovie usque ad festum sanctae Trinitatis, resignavit
Nov. 18 ei domino castra, videlicet Dobrzyn[20] et Prombergk. Eodem anno in vigilia sanctae Elizabeth interfectus est idem magister a fratre sui ordinis.

Anno 1331. domini de Prussia intraverunt terram Poloniae, primo Brombergk[n] expugnando deinde terram Polonie per 8 septimanas devastando et cremando, castra et multas civitates, videlicet Pisser[21], Brigenstath[22] usque in Callisz in terram intraverunt
Sept. 27. post festum sanctae Margarethae. Eodem anno in vigilia Venceslay occisi sunt a dominis de Prussia infiniti Poloni et plures capti tam de praeceptoribus quam aliis fratribus et militibus.

Apr. 20. Anno 1332. feria secunda post pascha a dominis de Prussia civitas Brzesczie fuit captivata et postea Ladislawia et Pakascz[23] castrum.

Anno 1333. rex Cracoviae Lokiethko mortuus est et ibidem sepultus.

Anno 1335. mortuus est magister Lutherus dux de Braunschweigk.

a) Bapiewo *cod.* b) 1236. *cod.* c) qui tantum *cod.* d) ornata *cod.* e) *deest cod.* f) discurent *cod.* g) Sindemth *cod* h) 1313. *cod.* i) Regardi *cod.* k) 1320. *cod.* l) Vynriens *cod.* m) parum *cod.* n) Rombergk *cod.*

6) Tapiau. 7) Schönsee. 8) Santir, cf. Dusburgum, SS. RR. Pruss. I, 142. 9) Graudenz. 10) Rheden. 11) Riga. 12) Danzig, Dirschau, Neuenburg. 13) v. Ann. Mechov. et ann. Colbaz. ad a. 1318. 14) castellanus de castro Grodno. 15) Erat castrum ad Wistulam fluv., prope Fordow, cf. Caro Gesch. Pol. II, 138. n. 1. 16) Raczanz, castrum ad Netze fluv. 17) Drewenz fluv. 18) Leipe, olim castrum prope Culmsee. 19) Garden, in districtu Rosenberg. 20) Dobrin. 21) Peisern ad Wartham fluv. 22) Freienstadt. 23) Brześź, Włoclawek, Pakosc.

Anno 1340. statuta est dies conceptionis Mariae per magistrum generalem Theodoricum de Aldenburgk, qui obiit anno 41. in Thorun, et sepultus in Marienburgk.

Anno 1370. ipso die Simonis martiris[a], et fuit in dominica qua cantate *Exurge*, commissum est bellum in Rudow prope Konsbergum, ubi per fratres sancte Mariae ordinis[b] Theutonicae domus magna multitudo Lithwanorum fuit occisa. Febr. 17.

Anno Domini 1383. die[c] sancti Ioannis baptistae obiit frater Winricus[d] de Kniprode magister 18., qui prefuit triginta[e] annis. 1382. Iun. 24.

Anno 1384. in die sancti Francisci electus fuit in magistrum generalem Conradus Czolner de Rotenstein. Oct. 4.

Anno 1391. frater Conradus Walleroder, dictus a moribus et tyrannide Iulianus, electus fuit in magistrum generalem et male intravit ipso die sancti Gregorii papae, qui et pessimus obiit anno Domini 93. ipso festo sancti Iacobi apostoli. Deo laus et gloria quod liberati sumus a tyrannide. Mart. 12. Iul. 25.

Anno 1393. ipso festo sancti Andreae apostoli frater Conradus Iungingen[f] creatus et electus fuit in magistrum generalem, et spero de ipsius probitate. Nov. 30.

Anno 1402. in crastino sancti Iacobi apostoli provisum fuit reverendo episcopo patri et domino Arnoldo Staphil de ecclesia Culmense et in crastino Simonis apostoli eodem anno fuit in ecclesia Culmensis consecratus et fuit dies dominica. Consecrator fuit dominus Ioannes Monachus, episcopus Pomezaniensis, astante domno Caldenburg, ante domino titulares[g]. Iul. 26.

Anno 1449.[h] obiit frater Conradus de Erlingeshausen magister generalis et bonus.

Anno 1450. frater Ludovicus de Erlingeshausen electus fuit in magistrum generalem ipso die sancti Benedicti. Mart. 21.

ANNALES PRUSSICI BREVES.

In duabus hi annales a nobis proferuntur columnis, qui ambo ut nunc in codicibus exstant lingua vernacula scripti, ordine rerum chronologico non servato, praecipue de variis castrorum Prussicorum fundationibus tractant, iisque adiiciunt paucas de proeliis aliisque rebus gestis notas. Maior quoque eorum forma continuatione paululum locupletiore usque ad a. 1337 *pertinente aucta est. Subsidia a nobis adhibita sunt haec:*

A) *Edidit hanc formam annalium Ernestus Strehlke in tomo tertio Scriptorum rerum Prussicarum, p.* 1 *sqq., eamque nobis iterum edituris benigne annuit. Continet annales codex quidam saeculi XVI, nunc in archivo ordinis Theutonici Vindobonensi asservatus. In fine annalium nostrorum leguntur haec:* Deo gracias Geschriebenn̄ durch mich Iohann̄ Melhorn̄ vonn̄ Weyspach ausz dem Foythlande montage yn der octavenn̄ Corporis Christi *(i. e. Iun.* 19.*)* vollendeth zcu Konigspergk 1.5.1.4. *Ex saeculi XVI. scribendi more multas litteras scriba duplicavit, quas simplices tantum excussimus. Exemplar unde exscripti sunt annales Latina lingua compositum fuisse, imprimis ex variis sanctorum nominibus in Latinam syllabam finalem excedentibus evincitur.*

B) *Secundam hancce classem sub titulo „Annales Pelplinenses“ ex codice archivi regii Regiomontani N.* 612 *membranaceo saeculi XIV, olim bibliothecae*

a) *falso, fortasse ponendum* vigilia Simeonis. b) ordini *cod.* c) *deest cod.* d) Henricus *cod.* e) 3tus *cod.* f) Tungingen *cod.* g) *fortasse legendum* astante d. C. antistite domino titulari. h) MCCCCLIX *cod.*

Pelplinensis, edidit Toeppen pp. 270. 271. *Tomi I. Scriptorum rerum Prussicarum. Ex eodem codice iterum annales dabat Iohannes Voigt b. memoriae, T. VI. Codicis diplomatici Prussici, p.* 1 *et* 2. *Nos editione utraque usi sumus.*

A.

Do sich unser orden irhub des Deutzschen hauses sancte Marien, do was unsers Hern iar, do er geborn wart, tausent 100 und ym neuntzigsten iare.

Thorn. Do Thorn gebawet wart, was unsers Hern 1230 iar.

Marienwerder. Do Marienwerder gebawet wart, do was unsers Hern geburt 1233 iar.

Elbingk. Do der Elbingk gebawet wart, do was unsers Hern geburt 1237 iar.

Balge. Do dy Balge gebawet wart, do was unsers Hern gepurt 1237.

Von Swantepolken. Do sich dy lant zcum ersten vornoyrten mit hern Swantepolken, do was Christi geburt 1242.

Christburgk. Do Christburgk gebawet wart, do was Christi geburt 1247 jar.

Vom streyt von[a] *Natangen.* Do der streit was von Natangen am obende sancti Andree apostoli, do war unsers Hern geburt 1249.

Creutzburgk. Do Creutzburgk gebawet wart, do was dy geburt Christi 53 der weniger zcall.

Konigspergk. Do Konigspergk gebawet wart, do was unsers Hern iar 1255.

Tapiaw. Do Tapiaw gebawet wart, do was dy geburt Christi 1265.

Brandenburgk. Do was die zcal der gepurt unsers Hern 1266, do es gebawet wart.

Wyetlant. Do Wyetlant[b] gebawet wart, do was unsers Hern gebort 1270.

Colmen. Do der Colmen gebawet wart, do was unsers Hern geburt 1232.[c]

Von der sonnen. Do dy sonne vorgingk, do was 1241.

Streyt in Cawerlant. An sanct Margareten tagk, und was ym 1260.

Vom streit yn Pokarwen[d]. Do was unsers Hern geburt 1261.

Vom streit zcu Schlunien[e]. Do gesigten dy cristen und was ym 1262 iar.

Herzogk von Braunschwigk. Den herzogen von Braunschwigk fingen dy Doringen, do was dy iarczall 1263[f].

Do der lantgrafe von Doringen und

B.

Do sich der orden erhub von erst der bruder des Duczschen huses von Ierusalem, da waren von Gotes geburt ergangen tusent iar[g], hundert iar und nunczec iar.

Da Thorun gebuwet wart, tusent iar zweihundert iar ein und drizec iar.

Da Colmen gebuwet wart, tusent iar zweihundert iar 32 iar.

Da sente Marienwerder gebuwet wart, tusent iar zweihundert dri und drizec iar.

Da Crisburc gebuwet wart, tusent zweihundert siben und vierzec iar.

Da der Elebinc gebuwet wart, tusent zweihundert siben und drizec iar.

Da die Balge gebuwet wart, tusent zweihundert nun und drizec iar.

Da die brudere erslagen wurden zu Natangen an sente Andreas abende, tusent zweihundert nun[h] und vierczec iar.

Da Cruczeburch gebuwet wart, tusent zweihundert dri und vunfczec iar.

Da Kunigesberc, tusent zweihundert vunf und vunfczec iar.

Da der strit zu Kuwerlant[25] an sente Margareten tac geschach, tusent zweihundert und sechzec iar.

Da der strit zu Pocarwen was, tusent zweihundert ein und sechzec iar.

Da der strit zu Slunien was, tusent zweihundert zwei und sechzec iar.

Da Tapiowe gebuwet wart, tusent zweihundert vunf und sechzec iar[i].

Da Brandenburch, tusent[k] zweihundert sechz und sechzec iar.

Da Louchstet, tusent zweihundert und sibenczec iar.

Da der strit zu Welpesholcze geschach, tusent hundert und vunfzehen iar.

Da sich die lant vornoierten mit ern Swanzcebolde, tusent zweihundert und zwei und vierczec.

Da die sunne vorgienc, tusent zweihundert ein unde vierczec.

Da die Duringe viengen den herzogen von Brunswic, tusent zweihundert dri unde sechzcec iar.

a) *deest cod.* b) Wyerlanth, *sic bis in cod.*; *cf. Dusburg SS. RR. Pruss.* I, 109. c) MCC. und III. und zcwey *cod.* d) Pokawen *cod.* e) Schlumon *cod.* f) *prius* MCC und XXXXII, *tum* I. *additum est cod.* g) M°.C. dusent *Voigt.* h) ein *cod.* i) *deest Voigt.* k) *addit Voigt* iar. l) sech *Voigt.*

25) Curland.

A.

der hertzogk von Brunschwick woren zcu Preussen, ym 1265.

Vom konige Otacker[b] *von Behemen.* Do der konigk Otacker[b] widerkarte zcum Colmen, do was 1268[c].

Margkgrafe von Meissen. Do der marggrafe von Meyssen zcu Preussen was, do was 1272.

Walpelsholzen. Do der streit zcu Walpelsholzen, was 1115[d].

Marienburgk. Do Marienburgk gebawet wart, do was unsers Hern iar 1281 iar.

Dy Mewe. Do dy Mewe gebawet wart, do was unsers Hern iar 1281.

Rangnit. Do Rangnit gebawet wart, do was 1289[e].

Newhaus. Do das Newe hausz gebawet wart zu Schaluen[f], do was Christi geburt 1292[g].

Vom streit. Do der streyt was zu Lopelauken, do was 1311.

Kyrschmemmell. Do das gebawet wart, do warn 1312.

Ansproch des Colmens. Do man das lant zcum Colmen ansprach umb sanct Peters pfennig und dorumbe das singen legte, do was 1320 iar.

Von eins marschalks tode. Do bruder Heinrich von Plotzigk, marschalk zu Preussen, erschlagen wart mit sampt 30 brudern, do was 1320.

Vom durchzoge des Bemischen konigs. Do der Bemische konig in unser liben Frawen ere eyne vart[h] zu Littawen gelobet hatte und dy volprachte mit den brudern und mit allem yren folke, dy weil sy aussen woren, do quam der konigk von Polan und herte das lant zum Colmen, das was ym 1329[i] iare.

Vom Lockothen. Do der Lockothe, der konigk von Crakaw, mit den brudern streit uf der Cuyawescben Briske[k] am tage der merterer Cosme[l] und Damiani, do wurden erschlagen und gefangen ane 5 bruder hundert, und dy bruder behilden das felt und quamen ken Thorn am abende Michaelis und brochten grossen raup mit yn, do worn unsers Hern iar 1330.

Vom konige von Behemen. Do der konigk von Behemen zum andern yn Preussen quame und wolde haben gereiset mit den brudern wider dy Littawen, do was der herzogk von Bayrn mit ym, sein eydem, und sein son, der markgraf von Meheren, und den selbigen winter was hyrein komen der grafe von Hollant und sein vetter von Henygawe[m], der grafe von dem Bergk und noch 8 grafen und meher edeler leute und geste, als ie kein iar hyrein quomen[n]. Do hatte der meyster eyne reyse ausgeboten, und do her quam ken Konigspergk, do lys der meyster und dy geste vorsuchen das Hap, ab man mochte obirkomen. Das is[n*] was zu schwach, dovon wart in missewendigk. Do machte sich der konigk von Behemen wider hinder sich ken Thorn mit dem homeyster und besante do den konigk von Crakaw, das her quem[o] in einen tagk. Do teydingte der konigk von Bemen zwouschen dem meyster und dem von Crakaw umb den gebrechen, der do zwuschen yn was, und berichte sy mit einander und machte eyne sune und eynen fride ewigklich zcu halden. Do das geschach, do waren unsers Hern iar 1337 iar[p].

B.

Da der lantgreve[26] und der herzoge zu Prusen[27] waren, tusent zweihundert vunf und sechczec.

Da der kunic von Behem[p*, 28] zu leste in Prusen was, tusent zweihundert acht und 60[q] iar. 28

Da der marcgreve von Mizzen[29] zu Pruzen was, tusent zweihundert zwei unde sebenzcich[r] iar.

Da die Mewe gebuwet wart, tusent zweihundert zwei und[s] achzcich[t] iar.

Da Ragenitien, tusent zweihundert nun und achczec iar.

Da daz ander hus zu Schalwen gebuwet wart, tusent zweihundert dri und nunzcich iar.

---

b) Otarcker *cod.* c) MCCCCLXVIII. *cod.* d) MCC und L *cod.* e) MCCIX. *cod.* f) Schalnen̄ *cod.* g) MCCXLII. *cod.* h) eynēnn Barth *cod.* i) MCCCIX. *cod.* k) Cujawebebriske *cod.* l) Cosmi *cod.* m) Honygawe *cod.* n) quohemenn *cod.* n*) *deest cod.* o) quehem *cod* p) *addit cod.* et cetera. *Tum sequitur subscriptio scribae supra commemorata.* p*) Beheim *V.* q) LXVIII *cod., in loco raso alia manu.* r) *in loco raso alia manu cod.* s) zwei und *in loco raso cod.* t) achtzich *V.*

26) Albertus, lantgravius Thuringiae. 27) Albertus dux Brunsvicensis. 28) Ottakarus II. 29) Theodoricus.

CANONICI SAMBIENSIS ANNALES.

Auctor vel potius compilator horum annalium de se ipso ad annum 1313 *profert testimonium, se die Lucie eius anni receptum esse in canonicum terrae Sambiensis, sibique scribenti annales praesto fuisse diplomata ecclesiae suae, haud dubie ecclesiae maioris Regiomontanae, adnotat*[30]. *Qua re effectum est ut bene instructo ad opus suum condendum non solum auxiliaria historiam Prussiae Livoniaeque opera illustrantia fuissent ad manus, immo vero annalium Austriacorum codex quidam, quem initium operis sui ponens, totum ut opinari licet exscripsit. Quum iam ante hos multos annos Wattenbachii v. d. cura et ingenio omnium annalium Austriacorum natura indolesque plenius sint enucleatae, id praecipue evictum est ut omnes illos annales reducendos esse ad communem quendam fontem, sive deperditum sive asservatum in Annalibus Mellicensibus, doceamur, nostrum quoque exscripsisse elucet codicem, qui cum variis annalium illorum generibus pluribus in locis concordat. Affinitas, ut in margine adnotavimus, praecipue offenditur cum Annalibus Mellicensibus, Annalibus Sancti Rudperti Salisburgensis, Annalibus Admuntensibus, Auctario Garstensi, Continuatione Claustroneoburgensi III, Continuatione Sancrucensi II, quamquam Continuationem Sancrucensem II. non fontem nostrorum fuisse statuam, sed nostros ex parciori forma multarumque rerum diversitate ad idem exemplar esse reducendos, quo sit usus auctor continuationis illius laudatae, malim. — Excipiunt Annales Austriae apud nostrum canonicum de ordinum fundationibus notae, sequuntur aedificationes urbium Prussicarum, catalogus et magistrorum generalium et magistrorum terrae Prussiae, tum invenies varia annalium genera, quae in codice uno tenore exarata, haud difficili opera seiunguntur, itaque nos de bellis fratrum, de rebus Livonicis, de rebus Prussicis instruunt. In fine canonicus ex suae ecclesiae chartis terrarum possessiones et divisiones enumerat. Ex qua magna notarum historicarum copia canonico auctori nil nisi finem vindicare velim, omnia alia ex aliis exscripsisse eum fontibus coniiciam. Constat de annalibus Austriacis, nec minus de illa operis sui parte, qua res Livonicae explicantur, hae etenim et in annalibus Dunemundensibus leguntur, nec minus in Hermanni de Wartberge chronico et annalibus Ronneburgensibus*[31]. *Finita enim rerum in annalibus Dunemundensibus serie, ad a.* 1331 *in canonici, Hermanni et annalium Ronneburgensium relationibus invenimus similia, canonicum igitur non coaevi testis sed tantum compilatoris munere functum esse elucet.*

Exstat adhuc unicus tantum codex ex quo simul ac priores sic nostra quoque fluxit editio. Est codex membranaceus in fol. saec. XIV. exeuntis, asservatur in bibliotheca regia Regiomontana sub n. 1119. *Duo codices hic compacti sunt, in utriusque fronte leguntur haec:* Liber ecclesie Sambiensis mihi concessus *et* Iste liber est ecclesie Sambiensis mihi concessus. *In secundi codicis foliis* 40—51 *Annales nostri exhibentur, usque ad fol.* 50 *quatuor columnis exarati, quum fol.* 50' *et* 51 *duabus tantum impleantur. Manum priorem magnas nec graciles exarantem litteras in ultima parte de episcopatu Sambiensi*

30) V. eum de Christano episcopo Sambiensi disputantem. 31) Invenit atque edidit Hermanni chronicon Ernestus Strehlke v. d. (SS. rer. Pruss. II, 9—116). Annales Ronneburgenses non exstant nisi in Polonicum idioma per Striykowski versi, unde eos latine reddere periculum faciebat Strehlke l. c. p. 142—147. Nos Petropoli degentes adiuti Kunikii benevolentia codicem detegere frustra laboravimus.

agente inde ab „anno 1258, 5. *Ydus Marcii" alia excepit manus coaeva quidem. In tegumine codicis manu recentissima index librorum positus est, significatur opus nostrum* Epitome gestorum Prussię. *Ediderat iam annales nostros, bis quidem, M. Toeppen:*

I. in Neue Preussische Provinzialblätter. 1853. *Tom. IV. p.* 28 *sqq.* 140 *sqq. omissis annalibus Austriacis.*

II. in Scriptorum rerum Prussicarum Tom. I. p. 272—290. *In utraque editione quaedam occurrunt menda, quae ipsi denuo codicem Berolinum missum exscribentes parvo labore correximus. Ordinem turbatum chronologicum vi adhibita constituere noluimus, finem singularum partium tantum lineis subductis assignavimus.*

Anno Domini 3. Herodes infantes occidit. Ann. Mell.

Anno Domini 30. dominus noster Ihesus Christus a Iohanne baptizatur et predicare cepit.

Anno Domini 31. Iohannes baptista ab Herode detracha decollatur.

Anno Domini 33. dominus Iesus Christus Ierosolimam passus est. Stephanus lapidatus est.

Anno Domini 34. Paulus de celo vocatus.

Anno Domini 44. Petrus apostolus Romam venit ibique per 25 annos menses duos dies tres predicans, episcopatum tenuit.

Anno Domini 63. Iacobus qui dicitur frater Domini Ierosolimis episcopus ab apostilis est ordinatus, sedit annos 30.

Anno Domini 64. Marcus ewangelista apud Alexandriam passus est.

Anno Domini 69.[a] Petrus crucifigitur, Paulus decollatur et Nero se ipsum interfecit.

Anno Domini 73. Ierusalem expugnata destruitur, anno a passione Domini 42, a prima condicione templi sub Salomone anno 1089.

Anno Domini 101. Iohannes apostolus apud Ephesum dormuit in pace anno a passione 68.

Anno Domini 105. Symon, Cleophe filius, Ierosolime episcopus crucifigitur.

Anno Domini 106. Ignacius Antiochie episcopus Rome bestiis traditur.

Anno Domini 121. apud Parisium Dyonisius episcopus martirizatur.

Anno Domini 122. apud Tyburtinam Symphoriosa cum 7 filiis passa est. A. S. Rudb.

Anno Domini 208. Perpetua et Felicitas aput Karthaginem bestiis deputantur. Ann. Mell.

Anno Domini 233. Hiis temporibus passi sunt Urbanus papa, Cecilia virgo, Tyburcius et Valerianus. A. S. Rudb.

Anno Domini 306. Constantinus Constancii 34us ab Augusto ex concubina Helena filius. Hic primus imperator excepto Philippo christianus fuit et ex hoc christiani imperatores esse ceperunt. Ann. Mell.

Anno Domini 309.[b] Silvester sedit annos 22, menses 10.

322. episcoporum concilium in Nicena congregatur. Ann. Mell.

Anno Domini 323. Constantinus filius Constancii cesar efficitur.

Anno Domini 324. Hoc tempore crux dominica ab Helena Constantini matre in Ierusalem reperitur sub Machario episcopo eiusdem urbis.

Anno Domini 329. Constantinus Bizancium urbem reparavit et ex suo nomine Constantinopolim appellavit et sedem Romani[c] regni esse voluit.

Anno Domini 330.[d] sanctus Nicolaus Mireorum episcopus esse claruit. A. S. Rudb

Anno Domini 333. sanctus Anthonius monachus claruit.

Anno Domini 363. sanctus Nicolaus Mireorum episcopus plenus virtutibus migravit ad Dominum.

Anno Domini 363. Maximinus Treverorum episcopus clarus habetur. Ann. Mell. ad a. 343.

Anno Domini 386. Ambrosius Mediolanensis episcopus et sanctus Martinus[e] et Ieronimus Bethleemites clarissimi habentur et Severus Coloniensis episcopus. A. Mell et A. S. Rudb.

Anno Domini 391.[e*] Augustinus doctor facundissimus Ippone Affrice episcopus constituitur. Ann. Mell.

Anno Domini 397. sanctus Martinus Turonorum episcopus post multas virtutes migravit ad Dominum anno etatis sue 81, episcopatus vero 23.

Anno Domini 398. Ambrosius Mediolanensis episcopus migravit ad Dominum.

Anno Domini 418. synodus Chartaginensis congregatur 217 episcoporum[f].

Anno Domini 430. sanctus Augustinus Ypponensis episcopus et doctor facundissimus in civitate sua a barbaris obsessus obiit anno etatis 76, episcopatus sui 40[g].

Anno Domini 453. Hoc tempore quarta synodus 630 episcoporum in Calcedone congregatur[g'] sub Leone papa contra Euticem.

Anno Domini 470. sanctus Remigius Remorum episcopus ordinatur.

Anno Domini 524. Hoc tempore sanctus Benedictus pater virtutum claruit.

Anno Domini 543. sanctus Remigius Remensis episcopus et gentis Francorum apostolus migravit ad Dominum.

Anno Domini 580. sanctus Gregorius ad pontificatum Romane ecclesie eligitur, in quo sedit annos 13. Ann Mell. ad a. 591.

Anno Domini 604. Gregorius papa sanctissimus migravit ad Dominum.

Anno Domini 612. Hoc tempore fuit Machimet, quem Sarraceni actenus[h] colunt, ex stirpe Hismahelis genitus[i]. Auct. Garst.

Anno Domini 624. sanctus Rupertus Iuvavensis episcopus primus migravit ad Dominum. Ann. Adm.

Anno Domini 630.[k] sanctus Gallus cellam suam construere cepit. Ann. Mell.

a) XLVIIII. *c.* b) CCC. *c.* c) romā *c.* d) 363. *c.* e) marti^{9} *c.* e*) 381. *c.* f) episcorum *c.* g) LX° *c. prius, alia manus delevit et scripsit* XL°. g') congregantur *c.* h) attenus *c.* i) *verba* ex — genitus *in fine sequentis anni leguntur c.* k) 640. *c.*

[Ann. Adm.] Anno Domini 635. sanctus Chilianus cum sociis suis passus est in Erwipolim.

[A. Mell. et A. S. Rudb.] Anno Domini 640. sanctus Oswaldus rex Anglorum pro patria pugnans occiditur. Gerdrudis sancta virgo matertera Pipini[a] clаruit.

[Ann. Adm.] Anno Domini 679. sanctus Lampertus apud Traiectum episcopus claruit.

[Ann. Mell.] Anno Domini 746. sanctus Burchardus Erbipolensis et sanctus Wildibaldus Eistetensis[b] ecclesie episcopi primi a Bonifacio ordinantur[c].

Anno Domini 753. sanctus Bonifacius archiepiscopus a Frisonibus occiditur.

[Ann. Adm.] Anno Domini 765. Virgilius Iuvavensis[d] episcopus preficitur.

[Ann. Mell.] Anno Domini 973. sanctus Uodalricus Augustensis episcopus migravit ad[e] Dominum.

Anno Domini 1007. episcopium Babenbergense ab Heynrico rege construitur et Eberhardus episcopus ibi ordinatur.

[A. Adm. et A. S. Rudb.] Anno Domini 1009. Heynricus rex sororem suam Gisilam Stephano regi Ungarorum dat in uxorem, tam eum quam totum regnum eius ad fidem Christi convertit.

[Ann. Mell.] Anno Domini 1012. beatus Colomannus martyrizatur et suspensus est aput Stocchorauw[f].

Anno Domini 1023. Heinricus imperator 3. Ydus Iulii obiit et in Babenberc sepultus est.

[cf. Ann. Mell. 1038.] Anno Domini 1030. sancta Kunegundis sponsa Heynrici migravit ad Dominum.

[Ann. Adm.] Anno Domini 1090. sanctus Nycolaus a Mirrea Grecie translatus Barim anno obitus sui 785.

[A. S. Rudb.] Anno Domini 1160.[g] Innocens papa plus quam 700 episcoporum synodum Rome collegit exceptis sanctis patribus 800, quorum ibidem multitudo quam maxima convenit.

[Cont. Claustr. III.] Anno Domini 1170. beatus Thomas archiepiscopus Kantuariensis in Anglia passus est.

[cf. Cont. Claustr. III.] Anno Domini 1178. Alexander[h] papa synodum Rome plus quam 300 episcoporum et aliorum plurimorum patrum celebravit.

Anno Domini 1192. rex Anglie cum rediret ad sua cum paucis, cultu et habitu peregrini, a duce Austrie captus est.

Anno Domini ab incarnatione 1193.[i] rex Anglie resolutus.

Anno Domini 1194. pueri in peregrinacione[k] vadunt.

[Cont. Claustr. III.] Anno Domini 1195. autumpnali tempore quoddam genus locustarum quatuor pennas habens venit a desteris regionibus transiens per Ungariam et Marchiam et Carniolam[l], vastans in circuitu omnia; cum elevarentur a terra quasi nebula consurgebant, et pre multitudine nimia lucem diei et splendorem solis obtenebrant.

Anno Domini 1197. Heynricus imperator obiit, Fridericum unicum filium relinquens.

Anno Domini 1203. Lupoldus dux Austrie et Stirie[m] uxorem duxit Theodoram, neptim regis Grecie.

Anno Domini 1208. Philippus rex Romanorum occiditur.

Anno Domini 1209. Otto palatinus occisor regis Phylippi occiditur et Otto imperator Rome coronatur.

Anno Domini 1213. Leupoldus dux Austrie et Stire[n] secundus ad terram sancti Iacobi ad debellandum paganos processit.

Anno Domini 1217. Leupoldus secundus dux Austrie et Stire et Andreas rex Ungarie Ierosolimam profecti sunt.

Anno Domini 1221. Damiata est capta probitate christianorum et possessa duobus annis a christianis. Tercio anno iterum obtinuerunt eam.

Anno Domini 1225. Heynricus rex Romanorum, filius Frederici imperatoris, duxit filiam ducis Leupoldi Austrie et Stirie in uxorem, scilicet Margaretam. Item filius eiusdem Lyppoldi ducis Austrie et Stire Henricus nomine duxit sororem lantgravii in uxorem.

Anno Domini 1228. papa Gregorius octawus in cena Domini inperatorem Fredericum tercio[o] excommunicatum publice denunciavit.

Anno Domini 1230. papa et imperator ad concordiam redierunt. Inde dux Austrie et Stirie Leupoldus rediens in via apud Sanctum Germanum obiit.

Anno Domini 1232. Fredericus dux Austrie et Stirie accinctus[p] est gladio. Item Weichardus de Zebunge in domo Smelzarii occiditur.

Anno Domini 1233. Gebhardus Pataviensis episcopus cessit, cui episcopus Rudigerus in episcopatu successit. Item Ekbertus Babenbergensis episcopus ab illo de Vinkanstayn capitur. Item dux Fredericus Austriam et Stiriam debellavit.

[cf. Cont. Sancruc. II.] Anno Domini 1234. Fredericus dux Austrie et Stirie et Theodora mater sua tradiderunt marchioni de Misna Constanciam sororem ipsius ducis.

Anno Domini 1235. Fredericus inperator duxit filiam regis Anglie in uxorem. Eodem anno idem imperator filium suum Heynricum regem Almanie vinculatum in Appuliam relegavit et curiam in Moguncia in assumpcione celebravit.

Anno Domini 1237.[q] Fredericus imperator proscripsit Fredericum ducem Austrie et Stirie eo quod non venisset ad curiam et veniens Wienan, Austriam sue subdidit dicioni.

Anno Domini 1239. Fredericus dux Austrie Wyennam obtinuit.

Anno Domini 1241. Tartari vastaverunt Ungariam.

Anno Domini 1243. Heynricus rex Almanie in Appulea in captivitate patris mortuus est.

Anno Domini 1246. Fredericus dux Austrie et Stire[r] occisus est in die sancti Viti. Item Ebirhardus Salczburgensis archiepiscopus obiit.

Anno Domini 1248. Hermannus margravius de Paden cum Gerdrudi filia ducis Austrie contraxit et Austriam obtinuit.

a) pipm̄ c. b) deistecensis c. c) ordinati *prius, radendo et add. corr. in* ordinatur. d) vinavensis c. e) *bis in cod.* f) stoc choranw⁷ c. g) M.C XLI c. *Ann. S. Rudb. ad a.* 1129. h) Alexius c. i) 1190. c. k) peregrinacone c. l) Cariuolam c. m) stii *prius, alia manu corr.* c. n) *sic prius, alia manu corr. in* Stirie c. o) tercium c. p) accintus c. q) *prius* 1239. c. r) *alia manu corr. in* Stirie c.

Anno Domini 1249. Hermannus margravius vocatus est dux Austrie, cuius uxor filium genuit nomine Fredericum.

Anno Domini 1250. Hermannus de Paden dux Austrie obiit.

Anno Domini 1251. Fredericus filius Henrici incoxicatus interiit. Item imperator Fredericus mortuus est. Item Octakarus filius regis Boemie Wyenam obtinuit et filiam ducis Austrie Lippoldi, dominam videlicet Margaretam, duxit in uxorem.

Anno Domini 1252. fames invaluit in Austria ita quod modius tritici pro 11 talentis[a] (cf C. Sancr. II. p 643) et 40 denariis vendebatur. Item Bela rex Ungarie Austriam devastavit. Item filius regis Boemie Wenczeslaus cum domina Gerdrudi relicta Hermanni de Paden contraxit.

Anno Domini 1253. Wenczeslaus[b] rex Bohemie obiit. Item dux Bavarie Otto obiit. (cf. Cont. Sancruc. II)

Anno Domini 1254. Ottakarus dux Austrie concordavit cum Bela rege Ungarie, tradens (cf. Cont. Sancruc. II.) ei ducatum Stirie. Item Cunradus dux Suevie filius imperatoris Frederici obiit. Item Lodwicus rex Francie a terra sancta revertitur. Item magna sterilitas fit per omnes fere terras tam in frugibus quam in vino.

Anno Domini 1256. palatinus filius ducis Bavarie occidit uxorem suam. (cf. Cont. Sancruc. II.)

Anno Domini 1259. Stephanus iuvenis rex Ungarie cum Cunrado Stiriam et Karintiam (cf. Cont. Sancruc. II.) devastavit.

Anno Domini 1260. rex Ungarie devictus est a rege Boemie in die sancte Margarete. Item flagellatores publice processerunt

Anno Domini 1261. Octakarus rex Boemie contraxit cum filia ducisse de Matschawe[c], Margaretam repudiens filiam Luppuldi ducis Austrie. Item Wyenna exusta est et multe alie civitates. Item magna karistia facta fuit, modius tritici pro 10 talentis[d] dabatur.

Anno Domini 1263. dux Karintie duxit dominam Agnetem filiam Hermanni marcravii de Paden.

Anno Domini 1264. Bela filius regis Ungarie contraxit cum filia marchionis Branburgensis. Item cometa, scilicet valde lucida[e] stella visa est.

Anno Domini 1265. comes Karulus in regem Sicilie eligitur. Item Wlodyslaus[f] in archiepiscopum Salczburgensem eligitur.

Anno Domini 1266. rex Karulus cum uxore sua Rome dominica proxima post epyphaniam Domini coronatur et tunc devicens Menfridum[g] principem Apulie debellavit, papa Clemente sibi ferente auxilium.

Anno Domini 1268. idem rex Carulus habuit conflictum cum Cunradino, filio regis Cunradi, in vigilia sancti Bartholomei apostoli, et ex utraque parte ad 20 milia occisi sunt et Cunradus captus est cum senatore Romanorum et Friderico filio marchionis de Paden, quos in vigilia omnium sanctorum Karulus decapitavit Neapolis, et papa Clemens mortuus est, et Karulus senator Romanorum fit.

Anno Domini 1269. dominus Philippus Salczburgensis archiepiscopus depositus in patriarcham Aquileygensem eligitur. Eodem anno dux Ulricus Karintie frater suus moritur.

Anno Domini 1226. beatus Franciscus migravit ad Dominum.

Anno Domini 1228. beatus Franciscus fuit canonizatus 17. Kal. Augusti.

Anno Domini 1230. fuit translatus 8. Kal. Iunii.

Anno Domini 1231.[h] beata Elizabet migravit ad Dominum.

Anno Domini 1231. beatus Anthonius migravit ad Dominum. Eclipsis solis facta est.

Anno Domini 1239. Eo tempore fuit generale capitulum fratrum Minorum, ubi frater Helias fuit depositus. Eclipsis solis, scilicet magne tenebre, fuit in dominica post festum sancti Michaelis anno Domini 1240

Anno Domini 606. Foca Romanam ecclesiam constituit omnium ecclesiarum esse caput. Ann. Mell.

Anno Domini 608. hoc tempore Foca Panteon, id est domum omnium ydolorum, ecclesie dedit rogante papa Bonifacio. Ann. Mell.

a) tal' *c.* b) wenczslaus *c.* c) *in margine alia manu* Masauie *c.* d) tal' *c.* e) lucia *prius, alia manu corr. c.* f) Woldyslaus *c.* g) mefridum *c.* h) *prius* MCCXXXIIII, *rad. corr. c.*

Anno Domini 1274. dominus Gregorius X. celebravit concilium generale aput Lugdunum.

Anno Domini 1276. Rodulfus[a] rex Romanorum infra festum sancti Michaelis et nativitatem Domini, devicto potentissimo rege Boemorum sine gladio et absque omni bello, optinuit Austriam, Stiriam, Karintiam et Carniolam.

Anno Domini 1278. Rudolfus rex Romanorum habuit prelium cum rege Boemie 7. Kal. Septembris, et rex Boemie occiditur et multi nobiles cum eo.

Anno Domini 1288. dominus Ieronimus cardinalis assumptus de ordine fratrum Minorum, eligitur in papam, in nomine Domini. Cui nomen inponitur Nycolaus.

Annis millenis Domini pariterque ducentis
Atque nonagenis octo Martisque Kalendis
Id[b] dux Austrorum turba comitante suorum
Ad Romanorum regem qui vi cadit horum.
Processi Iacobi dux fit rex, dantur et illi
De virtute Dei dyademata[c] Bartholomei.
M semel et tria C[d] simul[e] octo patitur ve!
Al. Romanorum, quoniam cadit ense suorum
Philippi[f] Iacobi, rogo det Deus veniam illi.

Anno Domini 1098. incepit ordo Cisterciensis.

Anno Domini 1113. constructa est Clarevallis.

Anno Domini 1153. obiit Bernhardus primus abbas Clarevallis.

1124. Anno milleno centeno bis duodeno
In Premonstrato formatur candidus ordo.
1190. Anno milleno centeno cum nonageno
Tunc Almanorum surrexit nobilis ordo.

Anno Domini 1225. fuit occisus dominus Engilbertus episcopus Coloniensis.

Anno Domini 1211. constructa est abacia Dunemundensis[g] in monte sancti Nycolai.

Aug. 20. Anno Domini 1228. devastata est abacia[h] a Curonibus et Semigallis in die beati Bernhardi.

Anno Domini 1204. Livonia ad fidem conversa est tempore Innocencii.

Anno Domini 1207. nata est sancta Elizabet temporibus Honorii tercii et Friderici secundi imperatoris.

cf. Notas Cluniacens. SS. T. XVII. Anno Domini quingentesimo incepit ordo sancti Benedicti a temporibus Felicis tercii.

Anno Domini 1091.[i] incepit ordo Clunacensium temporibus Adriani[k] tercii.

Anno Domini 1082. incepit ordo Kartusiensis temporibus Victoris pape tercii.

Anno Domini 1104. incepit ordo Hospitalis sancti Iohannis temporibus Urbani secundi.

Anno Domini 1122. incepit ordo Templariorum tempore Pascalis secundi, qui postea deletus fuit per Clementem quintum anno Domini 1312, temporibus Henrici septimi.

Anno Domini 1190.[l] incepit ordo Theutonicus, temporibus Celestini tercii et Heynrici sexti.

Anno Domini 1216. incepit ordo Predicatorum temporibus Honorii tercii. Eodem anno Minores inceperunt.

Anno Domini 1227. incepit ordo Heremitarum qui et Karmelite dicti sunt, temporibus Honorii supradicti.

Anno Domini 1221. beata Elizabet tradita fuit Ludewico lantgravio Thuringie.

Anno Domini 1227. obiit dictus lantgravius in Sicilia in civitate Otrant, temporibus Gregorii noni et Friderici secundi.

Anno Domini 1235. canonizata fuit Elizabet.

a) Rdulfus *c.* b) t. e. it, ivit. c) dyadeata *prius, alia manu corr. c.* d) tria CCC. *c.* e) sil' *c.* f) pilippi *c.* g) Drinem. *c.* h) *alia manu in margine add. c.* i) MIXC. *c.* k) Adrianis *c.* l) MXC. *prius, alia manu corr. c.*

Anno Domini 1243. Innocencius quartus misit legatum ad partes Prusie, nomine Wilhelmum, Muttinensem episcopum, qui postea electus in papam, vocatus Allexander quartus[32], cum Swatepolt[33] et fratribus[34] facere concordiam. 34

Anno Domini 1231. Thorun edificatur.

Anno Domini 1232. Culmen edificatur et translata in montes.

Anno Domini 1233. Merginwerdir construitur.

Anno Domini 1234. Redin construitur.

Anno Domini 1237. Elbing construitur.

Anno Domini 1239. Balga construitur.

Anno Domini 1247. Crisburg edificatur.

Anno Domini 1252. constructum est castrum Memela.

Anno Domini 1253. Cruczeburg construitur.

Anno Domini 1255. Kunigisberc edificatur per regem Boemie Octakarum[a].

Anno Domini 1265. Tapiov edificatur.

Anno Domini 1266. Brandenburg edificatur.

Anno Domini 1270. Louchstetin[35] construitur.

Anno Domini 1277. Resenburg edificatur. Eodem anno[b] Brunsberg construitur.

Anno Domini 1279. Merginburg edificatur.

Anno Domini 1281. Mewa edificatur.

Anno Domini 1289. Rangnithen edificatur.

Anno Domini 1293. domus Schalowinorum construitur.

Anno Domini 1312. Kirsmemela edificatur. 1313.

Anno Domini 1325. Gerdawen edificatur. Eodem anno Bartinburg. Item eodem anno Bischofeswerdir. Item eodem anno Nuenmargt.

Anno Domini 1326. Lunenburg construitur.

Anno Domini 1327. Morungen edificatur.

Anno Domini 1328. fratres de Prusia domum Memelam gubernandam[c] a Lyvoniensibus receperunt[36]. Mai. 25.

Anno Domini 1335. Angirburg edificatur. Eodem anno Welov civitas.

Anno Domini 1336. magister generalis de Aldenburg volens edificare castrum in quadam insula Memele ex illa parte Pisten, et iam erecto uno propugnaculo nomen inponens vocavit Iurgenburc, et tamen propter inpotenciam retrocedebat, opere et structura non completa.

Anno Domini 1337. predictus magister et dux Bavarie Heynricus edificavit castrum in quadam insula reopposito Welov, vocavit Beyern. Eodem anno Instirburg construitur.

Primus magister generalis Heynricus Walbote. Secundus Otto. Tercius Hermannus Bart. Quartus Hermannus de Salza. Tempore istius magistri venerunt fratres Prusiam, edificantes Vogilsanc anno Domini 1226. Quintus Cunradus lantgravius Turingie[d]. Sextus Poppe electus fuit anno Domini 1253. Septimus Anno[e] electus fuit anno Domini 1264. Octavus Hartmannus de Heldrunge electus fuit 1273. Nonus Burchardus de Swanden. Decimus Cunradus de Wuchtewange. Undecimus Gotfridus de Hoenloch[f] electus fuit anno Domini 1290. Duodecimus Siffridus de Vuchtewange electus fuit anno 1302. Tercius decimus Karulus de Treveri electus fuit anno Domini 1312. Quartus decimus Wernherus de Orsele electus fuit anno 1325. Quintus decimus Luderus de Brunswig electus fuit

a) octasȝ *c.* b) auſ *c.* c) gubernam *c.* d) thuringe turigie *c.* e) *erasum, et alia manu in marg. script.* ℌ *c.* f) hoculoch *c.*

32) V. Petri de Dusburg Chron. SS. RR. Pruss. I. p. 68. 200, ubi idem error committitur. V. quoque Chron. Olivense l. c. p. 681. 33) duce Pomeraniae. 34) scilicet domus Theutonicae. V. Petrum de Dusburg l. c. p. 67 sq. 35) Lochstet. 36) Vid. diploma apud Voigt Cod. dipl. Pruss. II. n. 123; cf. nota ad Hermannum de Wartberge, SS. RR. Pruss. II, 63.

anno 1331. Sextus decimus Theodericus de Aldenburg electus fuit anno 1335. Decimus septimus Lutolf Kunig electus fuit anno 1343. Decimus octavus Henricus Tusemer electus fuit anno 1345. Decimus nonus Winricus de Knipporode electus fuit anno 1352.[a]

Primus magister terre Prusie Hermannus Balke. Secundus Poppe de Ostirna. Tercius Henricus de Wida. Quartus Gerhardus de Hirczberg. Quintus Hartmannus de Grunbach. Sextus Helmericus. Septimus Ludwicus de Baldinsheym. Octavus Theodericus de Gatirslebe. Nonus Cunradus de Tirberg. Decimus Cunradus de Vuchtewange. Undecimus Manegoldus. Duodecimus Cunradus iuvenis de Tirberc. Tercius decimus Meyneke de Quernevord. Quartus decimus Ludwicus de Schippen. Quintus decimus Helwicus de Goltbach. Sextus decimus Cunradus Sak. Decimus septimus Heynricus de Ploczic[b].

Nov. 30. Anno Domini 1249.[c] fuit conflictus in Natangia, ubi multi fratres et christiani fuerunt occisi.

1255. Anno Domini 1254. rex Bohemie Ottackerus expugnavit terram Sambie.

Anno Domini 1255. marchio Brandenburgensis[37] venit Prusiam.

Iul. 13. Anno Domini 1260. fuit conflictus in Curonia circa flumen Durben, ubi 150 fratres cum ceteris corruerunt[38].

Ian. 22. Anno Domini 1261. fuit conflictus in Pokarwen, ubi occisi sunt fratres et peregrini multi.

Ian. 22. Anno Domini 1262. conflictus fuit in Slonien. Eodem anno comes Iuliacensis[39] et marchio[40] venerunt Prusiam et in Sambia habuerunt conflictum, ubi corruerunt tria milia Sambitarum[41].

Anno Domini 1263. circumvallatum fuit Cruczeburg. Eodem anno occisus est ma-
41 gister Elmericus[42] cum 40 fratribus.

Anno Domini 1277. Litwini congregato exercitu vastaverunt terram Culmensem incendiis et rapinis et cremaverunt Clement[42*].

Anno Domini 1290. Accaron fuit expugnata et totaliter a Sarracenis deleta.

1308. Anno Domini 1309. Sambia devastatur.

Apr. 23. Anno Domini 1311. a rege Litwinorum Witenne[d] Sambia et Natangia devastatur bis[43],
Apr. 7. et in secunda devastacione feria quarta post festum palmarum, fratres cum eis congressi sunt in campo Lopelauken[44], tria milia Litwinorum occiderunt, capitaneus de Ploczc[e, 45]. Eodem anno in concilio Vienensi deletus est ordo Templariorum.

Sept. Anno Domini 1314. fuit expedicio[f] versus Kriwicz[46].

Iul. 27. Anno Domini 1320. occisus est frater Henricus, summus marschalkus de Plozc[47].

Anno Domini 1322. comes Iuliacensis et dux Bernhardus de Swidenicz venerunt Prusiam[48].

Anno Domini 1323. fuit frigus yemis[g] et intensum, et continuata in nive. Eodem
Mai. 15. anno fuit ludus de beata Katherina penthecoste[h] et in assumpcione beate Virginis maxima
Aug. 15. Sept. 14. intemperies. Item in exaltatione sancte crucis pagani[49] devastabant civitatem Dobrin cum villis, et occiderunt circa 8 milia hominum, 7 sacerdotes, 60 scolares, 2 monachos.

a) *duae lineae vacuae relictae sunt c.* b) *viginti duae lineae vacuae relictae sunt c.* c) MCCLI. *c.* d) wicēne *c.* e) *locus corruptus, supplendum fortasse:* victor exstitit. f) expedico *c.* g) yemns *c.* h) penthe² *c.*

37) Iohannes. 38) V. Petrum de Dusburg l. c. p. 97. 39) Wilhelmus. 40) Engelbertus de Marka. 41) Cf. Petrum de Dusburg l. c. p. 103. 42) Helmericus de Rechenberg, magister terrae Prussiae sextus. 42*) post diem 21. m. Octobris. Fortasse castrum Clement, vel castrum Clementis est Plement, inter Reden et Graudenz situm. V. Petr. de Dusburg l. c. p. 137. 43) primo die 23. m. Februarii. V. Petr. de Dusburg l. c. p. 175. 44) Woplauken prope Rastenburg. 45) Henricus magnus commendator. 46) De loco, fortasse Kriwitschi ad fluv. Niemen sito, vid. notam ad Petr. de Dusb. l. c. p. 180. 47) predictus Henricus. 48) Cf. Petr. de Dusburg l. c. p. 186: *Anno Domini* 1322. *illustres viri et domini Bernardus dux Wratislaviensis de Polonia, comes de Gerodishecke, primogeniti filii comitum de Iuliaco et de Wildenbergk de Reno, dominus de Lichtenbergk et Phligt cum fratre suo de Bohemia cum multis militibus et armigeris venerunt ad terram Prussie.* 49) Litwini.

Eodem anno Domini 1324. erant in terra comes de Spanheim et plures de Reno et dominus de Rosenberc[a] de Bohemia[50]; per yemem non fuit expedicio, sed Bohemi explorabant aliquam partem Litwinorum terre. Item eodem anno 8. Kal. Maii fuit solsticium ab ortu solis supra usque ad terciam. Eodem anno fuit electus frater Werneius in generalem magistrum post penthecosten. Hoc anno incepit contencio pape et imperatoris vel regis Ludevici. Apr. 24. Iul. 6.

Anno Domini 1323.[b] suburbium in Memela conbustum est a Litwinis. Mart. 14.

Anno Domini 1326.[c] rex Cracovie[51] assumptis Litwinis Marchiam devastavit. Febr.

Anno Domini 1329. rex Iohannes Bohemie cum magistro generali[52] vastavit terram Sameiten, expugnando castrum Medewagen, qui se subdiderunt regi et fratribus, baptismum receperunt, qui postmodum apostati sunt. Febr. 1.

Eodem tempore rex Cracovie contra promissum, quod fecerat regi et fratribus, vastavit terram Culmensem[53].

Anno Domini 1330. circa festum Michahelis rex Cracovie[54] adiutus fortitudine Theutonicorum, Ungariorum, Polonorum, Litwinorum magno exercitu terram Culmensem potenter intravit, ipsam devastans incendiis et rapinis. Eodem anno magister Wernherus de Orsele occisus est in Marienburg. Oct. Nov. 18.

Anno Domini 1331. occisi fuerunt 100 fratres et centum vasalli a Polonis in Coiavia[d, 55], fratribus tamen gracia Dei et adiutorio victoriam obtinentibus, multis Polonis occisis. Sept. 27.

Anno Domini 1336. expugnatum fuit castrum Pillenen[56] in Littovia per magistrum generalem Theodoricum de Aldenburg, in die Mathie. Febr. 24.

Anno Domini 1338. occisi sunt prope Ragnithen in campo Galelauken mille et ducenti Litwini a fratribus in vigilia assumpcionis beate Marie, temporibus fratris Henrici Tusemer summi marschalki, qui fuit capitaneus in dicto bello. Aug. 14.

Anno Domini 1237. fuit magna expedicio in Littovia in die Mauricii[57]. 1336. Sept. 22.

Anno Domini 1260. dimicatum est aput Durben[58] in die beate Margarete virginis. Sequente yeme fuit conflictus contra Litwinos in Leneworten in die sancti Blasii. Iul. 13. 1161. Febr. 3.

Anno Domini 1263. devastata est Maritima[59] et Perona[60] a Litwinis in die purificacionis, et in octava predicti festi dimicatum est contra eos aput Dunemunde. Febr. 2. Febr. 9.

Anno Domini 1264. conflagrata est tota civitas Rigensis in die apostolorum Petri et Pauli. Iun. 29.

Anno Domini 1265. constructum est castrum in Mittovia[61].

Anno Domini 1270. dimicatum est contra Litwinos, in glacie apud Osiliam[62] in die beate[e] Iuliane. Febr. 16.

Anno Domini 1279. dimicatum est in Littovia, ubi occubuit magister Ernestus et dominus Eilhardus[f] capitaneus Revaliensis et alii quam plures christiani 3. Nonas Marcii[63]. Mart. 5.

Anno Domini 1287. occisus est magister Willekinus cum multis fratribus in crastino annunciacionis dominice[64]. Mart. 26.

Anno Domini 1297. orta est sedicio inter fratres et cives Rigenses[65], paulo post, hoc est biduo ante Marie Magdalene, maxima pars hora noctis conbusta est. Iul. 26.

a) Resenberc c. b) MCCCXXXIII. c. c) MCCCXXXVI. c. d) Coiaviam c. e) beati c. f) Ebirhardus c.

50) Vid. Petrum de Dusburg l. c. p. 189: *A. D. 1324. dominus Ioannes et Philippus comites de Spanheim, et de Bohemia dominus Petrus de Rosenbergk, et Hermannus avunculus eius cum multis militibus et armigeris, et multi alii nobiles de Reno et Alsacia venerunt Prussiam.* 51) Wladislaus Łokietek, v. supra p. 546 Ann. Cisterc. in Heinrichow ad a. 1326. 52) Wernero de Orseln. 53) Cf. Petr. de Dusburg l. c. p. 215. 54) Wladislaus Łokietek. 55) in pugna apud Plowcze. 56) De situ huius loci v. notam 250 ad Wigandum de Marburg, l. c. II, 488 et Ann. Thorunenses ad h. a. SS. RR. Pruss. III, 72. Ad fluv. Memelam inter Wileny et insulam Wyrgallen situm erat. 57) V. Livl. Reimchronik in SS. RR. Livon. I, 556. et SS. RR. Pruss. I, 627. 58) fluvium, in terra Curoniae. 59) terra Wiek in littore maris sita. 60) Pernau urbs. 61) Mitau, cf. Livl. Reimchron. l. c. p. 648. 62) Oesel, cf. Hermanni de Wartberge chron. ad h. a. l. c. p. 47 et Livl. Reimchron. l. c. p. 654 sq. 63) Cf. Herm. de Wartb. l. c. p. 48 et 49. Livl. Reimchron. p. 662 et 773. 64) V. Herm. de Wartb. p. 51. Livl. Reimchron. p. 699. 65) Cf. notam copiosam de hac lite ad Herm. de Wartb. p. 54.

Anno Domini 1298. rex Littowie[66] devastavit Karthus[67] et cives eius, revertens[a] vero Iun. 1. oppugnatus est iuxta flumen Treidera[68] in octava penthecostes, quod[b] fuit Kal. Iunii, ubi magister Bruno et multi de suis corruerunt. Eodem anno Rigenses obsiderunt Novum- Iun. 29. molendinum[69], ubi submersi sunt et occisi fuerunt a fratribus in die apostolorum Petri et Pauli, succurrentibus eis fratribus de Prusia.

Iul. 25. Anno Domini 1305. fratres domus Theutonicorum adepti sunt Dunemunde in die beati Febr. 23. Iacobi[70]. Eodem anno in vigilia beati Mathie apostoli occisi sunt in ecclesia[c] Rigensi prepositus Rigensis et dominus Henricus de Lubec cum ipsorum familia. Eodem anno dimicatum est contra Litwinos aput Dubena[71], ubi occisus est frater Iohannes de Schonen- Mart. 12. hagen, commendator Ascradis[72] in die beati Gregorii pape, fratribus victoriam obtinentibus. Eodem anno venit Rigam de Romana curia frater Fridericus archiepiscopus Rigensis.

Iul. 2. Anno Domini 1307. dimicatum est contra Litwinos ante Rigam in die Processi et Martiniani[d].

Anno Domini 1315. tanta fames in Lyvonia et Esconia orta est, quod matres filiis vescebantur[73].

Iul. 25. Anno Domini 1319. dominus Iohannes papa XXII. confirmavit[74] fratribus domus Theutonicorum castrum Dunemunde.

c. Apr. 19. Anno Domini 1321. edificatum est castrum Mesoten[75] in Semigallia circa festum pasche.

c. Mart. 7. Anno Domini 1322. Litwini dyocesim Tarbatensem[76] invadentes circa dominicam Reminiscere plus quam tria milia hominum occiderunt et in captivitatem abduxerunt.

Febr. 3. Anno Domini 1323. Rutheni de Pleskow[77] Litwinos in auxilium evocantes terram regis Dacie[78] intraverunt et citra quinque milia hominum trucidaverunt 3. Nonas Februarii. Mai. 11—29. Eodem anno magister[79] et fratres Plescoviam obsederunt et inpugnaverunt machinis et aliis bellicis instrumentis[80]. Eodem anno cives Rigenses quasdam literas[81] sub nomine regis Litwinorum ad civitates maritimas et ad alia loca miserunt publicantes quod rex dictus vellet suscipere fidem katholicam et baptismum mencientes.

Iul. 6. Anno Domini 1328. in octava apostolorum Petri et Pauli cives Rigenses opido Dunemunde oculte noctis tempore concremato et quibusdam viris et mulieribus et infantibus interfectis bellum et discordiam cum fratribus iterum inceperunt.

Anno Domini 1329. populus Romanus cum assensu domini Lodewici de Bavaria in regem Romanorum electi ac quorundam principum Lombardie grave cisma in odium domini Iohannis pape XXII. in ecclesia suscitantes elegerunt Rome novum papam, nomen inponentes sibi Nycolaum quintum, cum prius Petrus vocaretur de ordine Minorum. Eodem Aug. 3. anno conbusta est tota civitas Tarbatensis cum multis bonis et hominibus profesto Dominici Sept. 20—22. confessoris. Eodem anno Litwini per cives Rigenses evocati districtum in Karthus[82] graviter in circuitu vastaverunt.

Anno Domini 1330. magnus exercitus Litwinorum et Ruthenorum Curoniam[e] circa Mart. 4. dominicam Reminiscere intravit, ipsam devastans graviter et depopulans et magnis abductis Mart. 20. spoliis ad propria est reversus. Eodem anno in profesto beati Benedicti composicio cum civibus Rigensibus facta est. Dictis civibus per longam obsidionis angustiam afflictis se gracie magistri et fratrum conmittentibus[83] cum civitate et bonis et privilegiis quas Iun. 13. habebant[f]. Eodem anno quarta feria ante festum beatorum Viti et Modesti positus est

a) revertentes *c.* b) ꝙ *c.* c) ēccle *c.* d) marciniani *c.* e) Turoniam *c.* f) hebebant *c.*

66) Withenus. 67) Karkhus, ab Riga inter orientem et septentrionem sita. 68) Treidener-Aa. 69) Neuermühlen, prope Rigam. 70) Petrus de Dusburg l. c. p. 210 *in crastino beati Iacobi apostoli.* Instrumentum emptionis (Mittheilungen aus der Livl. Gesch. VI, 267.) de die 26. m. Maii est. 71) in Curonia ad Dunam fluv. inter Dünaburg et Iakobstadt. 72) Aschenrade. 73) V. Ann. Lubicenses ad h. a. supra T. XVI. p. 424. 74) V. bullam papae in Livl. Urkundenbuch II. p. 120. 75) ad Aa Semgalliae. 76) Dorpat. 77) Pskow ad Peipus lacum. 78) V. Petr. de Dusb. l. c. p. 187: *Eodem tempore David castellanus de Gartha cum exercitu Lethowinorum intravit Revaliam terram regis Dacie* etc. 79) Conradus Ketelbold. 80) Cf. Bonnell, Russisch-Livl. Chronographie. Petersb. 1862. p. 110 et comment. p. 142, ubi ex chronicis Russicis haec referuntur. 81) Eas die 26. m. Maii datas enumerat Bonnell l. c. p. 110. Livl. Urkdb. II. n. 688. 689. 690. Die 18. m. Iulii Heinricus de Calmar et Iohannes Roge has praesentabant Lubicensibus. V. Bonnell p. 111. et eius comment. p. 160 sqq. Vid. quoque notam ad Henr. de Wartb. l. c. p. 61. 82) Karkus, inter Wolmar et Fellin. 83) Vid. Diplomata d. 23. et 30. m. Martii, Livl. Urkdb. n. 740 et 741. p. 249 et 251.

primus lapis in fundamento castri ad Sanctum Spiritum in Riga, quem posuit et locavit frater Ebirhardus de Munheim ipsius castri fundator, tunc temporis magister Lyvonie.

Anno Domini 1331. post festum epyphanie fuit frigus adeo vehemens intensum, quod p. Ian. 6. multi homines in Lyvonia et Esconia et Curonia perierunt. Eodem anno magister Lyvonie cum exercitu terram Littowie, que Sameiten vocatur, intravit, postquam rapinas et incendia illata ad propria cum spoliis revertentes Litwini occurrentes subito invaserunt, sed christiani se ad resistenciam viriliter opponentes, de hostibus citra quingentos occiderunt, in Aug. 17. octava beati Laurencii martiris.

Item anno Domini 1322. dominica Circumdederunt exierunt de Kunigisberg ad expedi- Febr. 7. cionem cum multitudine armatorum circa 20 milia hominum, nam tot nobiles non sunt visi in terra multo tempore, duces de Polonia Bernardus[a] et Polko[84], comes de Gulk, et de diversis terrarum provinciis comites et barones[85]. Hoc anno fratres posuerunt in desola- 85 cionem terram Litwanorum, quoad tres provincias, videlicet Arogel[86], Resyetiten[87], Wayken[88] et castrum Pisten[89] expugnabant ad consensum suum, ita quod fratribus obsides presentabant, et sic adiutorio Dei reversi sunt tercia feria post Invocavit. Eodem anno feria Mart. 2. sexta proxima ante festum Michahelis fuit bellum inter principes et reges[b] Romanorum Sept. 24. electos, et optinuit victoriam princeps Lodewicus Bavarie contra illum de Austria.

Item anno Domini 1325. Kal. Iulii fuit fusa magna campana. Eodem anno fuit ludus Iul. 1. in foro Kunigisberg penthecosten[c].

Anno Domini 1326. Litwini ex parte Lotkonis[d] in Marchia multum populum occiderunt p. Febr. 2. et plures captivos deduxerunt et hoc post purificacionem beate virginis circa 8 dies.

Anno Domini 1327. fratres habuerunt expediciones graves contra Polonos et regem Lotkonem[e], ubi fuit occisus Huk[90] honestus conmendator de Thorun et advocatus Sambiensis.

Anno Domini 1328. fuit crematum castrum Christmemela[f] circa penthecosten. Ma- Aug. 1. gister Wernerus.

Anno Domini 1329. rex Bohemie Iohannes, filius Henrici imperatoris, in instanti anno Ian. 1. scilicet in circumcisione Domini venit Thorun, deinde processit et venit in Kunnigisberg, de qua exivit 13. Kal. Februarii et transiens fines Litwanorum quatuor castra cremavit et unum Ian. 20. expugnavit, donec se traderent gracie sue et baptismum susceperunt. Item 9. Kal. Marcii Febr. 21. recessit de Kunigisberg, expugnavit Dobrin[91] et plures partes terre Polonie sibi[g] subiugavit in compromisso fratrum.

Item eclipsis facta est anno Domini 1330, 17. Kal. Augusti. Item circa illud tempus Iul. 16. fuerunt multa forcia facta in Polonia per fratres, et e contra[h] Poloni cum Ungaris et ceteris potenter iacuerunt in terra Culmensi bene tribus septimanis, et ibi quasi[i] virtus tota fuit in Oct. terra. Hoc anno occisus fuit magister Wernherus generalis ordinis in vigilia Elyzabet per Nov. 18. fratrem ordinis et electus dux de Brunswik post penthecosten.

Anno Domini 1332. fratres expugnabant Poloniam et post hoc occisi sunt fratres 1331. circa 100 et cet.

Anno Domini 1310, 2. Kal. Februarii fuit eclipsis solis ante horam vespertinam et Ian. 31. cessavit in primo pulsu.

Item anno 1311. fuit bellum Prusie in septimana passionis Domini circa Bardenburg, Apr. 7. perierunt in ore gladii circa tria milia Litwanorum et redempti fuerunt cristiani[k] circa 1000

a) B' *c.* b) regem *c.* c) penth' *c.* d) Loskonis *c.* e) Lockon *c.* f) xmemela *c.* g) *verba* sibi — circa 100 et cet. *alia manu in margine inferiori huius paginae et in superiori sequentis addita sunt c.* h) eğ *c.* i) ibiq., *c. coniectura Strehlkii est.* k) cirstiani *c.*

84) Bolko de Münsterberg, frater Bernardi. 85) Vid. supra p. 702 ad h. a. 86) Eiragola ad Dubissam fluv. 87) Dusburg l. c. p. 186 habet rectius *Russigene* i. e. Russiene. 88) fortasse Wigiany, a Girtokol ad orientem, inter Rosiene et Eiragolia. V. Toeppen, Historisch-comparative Geographie v. Preussen. Gotha 1858. p. 40 sq. 89) ad Memelam fluv. 90) Hugo de Almenhausen. 91) Huius terrae dimidiam partem donavit rex fratribus d. 3. m. Aprilis Thoruniae. Cod. dipl. Pruss. II. n. 126.

et ducentos, ubi Dominus pugnavit cum quingentis viris, quorum fuerunt 84 fratres, quorum
nullus periit; hoc tempore Fridericus marchio Misnensis iuravit regi[a] Bohemie Iohanni
pacem federis et manum adiutricem, qui Fridericus anno sequenti, scilicet anno Domini 1312.
fuit captus; et illo anno fuit generale concilium celebratum Avinionis a papa Clemente,
quod concilium fuit iniciatum die Remigii et terminabatur in octava penthecostes.

Anno Domini 1313. edificata fuerat nova domus contra Litwinos a magistro Karulo
Apr.8–22. — in die palmarum ad montem venerant et Quasimodogeniti recederant — que nominatur
Dec. 13. Christi Memela. Anno eodem in die Lucie fui receptus in canonicum terre Sambiensis.
Aug. 24. Item eodem anno Henricus imperator mortuus est per intoxicacionem, quod sic factum est.
Quidam de ordine Predicatorum ipsum conmunicavit et vino tradito post conmunionem
et ceter.

Apr. 7. Item 1314. anno 7. Ydus Aprilis Clemens papa obiit[b]. Eodem anno fratres habe-
Sept. bant expedicionem in fines Ruthenorum Criwicz, et amiserant multos equos ad sarcinam
et expensas deductas, et multi homines fame perierunt et fratres famem sustinuerunt.
1315. Item hoc anno post pasca castrum quoddam Bison[92] fuerat crematum Litwanorum, et Lit-
Sept. 8. wanis fuerant multa dampna illata a Tartaris. Item in nativitate beate Virginis exiverunt[c]
in expedicionem et cremabant cuiusdam castri antemurale Iungeten[93]. Item eodem anno
Sept. 25. 7. Kal. Octobris, hoc est in die Cleophe, Litwani quasi[d] tota sua potestate circumvallabant
castrum Christimemele, erigentes machinas tres et multos secum habentes sagittarios
Ruthenorum. Tandem fratres cum parvo exercitu contra eos habebant navale bellum[94], et
exiverunt postea Kunigisberg 4. Ydus Octobris cum magno exercitu, sed antequam ibi veni-
Oct. 12. rent, 5. Ydus recesserunt[95], fugientes[e], cremantes plus quam 40 corpora interfectorum,
et dimiserant stare duas machinas. Tunc exercitus fratrum processit ante castrum Wilhun[96],
ibi invenerunt reedificatum suburbium quod prius cremabant, hoc iterum valida manu cum
multis casis[f] cremabant et multa pecora acceperunt, Litwanos aliquos occiderunt, alios
captivos deduxerunt, et in reversione suburbium, quod fratres in adventu Litwanorum
Christimemela cremabant, reficiebant et domum expensis sufficienter muniebant[g].

Aug. 7. Item anno 1316. creatus fuit Iohannes XXII. in papam die Donati. Eodem anno
fuerunt multe tempestates et inundancia aquarum tam in estate quam in yeme sive
autumpno.

1316. Item anno 1317.[97] fratres habebant bonas expediciones et fuerunt in Sambia multi
nobiles de Reno, comes de Monte, comes de Nuenar, comes de Limburg et ceteri nobiles,
fuerunt de Bohemia duo nobiles, quorum unus dicebatur Plisk, qui valde viriliter occidit
Litwanum, cum quo proprio motu iniit duellum. Eodem anno fuit fames per septem
1317. climata terre. Item in isto anno edificabatur ecclesia kathedralis in Kunigisberg. Item
eodem anno magister Karulus recessit de Prusia et anno 1318. tempore quadragesime
vocavit marsalcum et preceptores plures Erfordie. Anno eodem fuit citatus ad curiam.
Hoc anno fuerunt deleti Begehardi Begine, et limitati[h] Minores et Predicatores et 7 de-
c. Dec. 6. cretales presentati[i] ad publicandum. Item eodem anno circa festum beati Nycolai intravit
terram magister Iacobus de Rota nunccius pape, qui inaudito modo exegit pecuniam ab
ecclesiis et plures fidem faciendo de ecclesiis[k] et quasi[l] omnes parrochias kathedralium
ecclesiarum inpeciit.

Iul. 27. Anno Domini 1320. in die dominica post festum beati Iacobi occisi fuerant a Litwanis
marsalcus[98] cum 22 fratribus et citra 200 viros et plures fuerunt vulnerati. Item nova[m]
Iun. 26. anno Domini 1321. fuit eclipsis solis in die beatorum martirum Iohannis et Pauli hora tercia.
Item eodem anno fuit capitulum generale in Franken, ubi dominus Iohannes prepositus
ecclesie Sambiensis obtinuit, quod bona ecclesie a fratribus reddita fuerant, anno videlicet

a) rege *c.* b) *deest c.* c) *sequuntur verba* eodem anno, *posteriori manu deleta c.* d) ·q· *c.* e) fugiten *c.* f) caſ *c.* g) *in loco raso alia manu script. c.* h) limitate *c.* i) p̅n̅latus *c.* k) *locus ut videtur corruptus.* l) ·q· *c.* m) noª *c.*

92) Bisene ad Memelam fluv. situm erat. 93) ad Memelam olim situm, fortasse idem ac Welun, cf. Toeppen Geograph. p. 41. n. 198. 94) V. Petrum de Dusb. l. c. p. 181. 95) Cf. e. l.: *Dum igitur sic non proficerent, tandem die 17. cum vellent recedere intellecto, quod magister cum magno exercitu appropinquaret — sicque combustis machinis infecto negocio recesserunt.* 96) Welun ad Memel fluv., cf. Dusburg p. 182. 97) V. Petrum de Dusburg p. 182. 98) Henricus de Plozk.

Domini 1322, regente ecclesiam episcopo domino Iohanne dicto Clare, qui venit de curia anno supra 1320. post pasca[1].

Anno Domini 1336. devastaverunt castrum[2] Litwanorum cum multis milibus hominum. Febr. 24. Post hoc eodem anno in die corporis Christi fratres inceperunt edificare castrum in terra Mai. 30. eorum ubi confusum[a] fuit negocium.

Anno Domini 1243. quarto instantis Iulii[b, 3], indictione prima, pontificatus domini Inno- Iul. 4. cencii pape anno primo, dominus Gwilhelmus legatus eiusdem domini pape limitavit quatuor dyoceses, unam in terra Culmensi et 3 in Prusia.

Item sub anno Domini 1252. creatus, confirmatus et consecratus fuit dominus frater Henricus de Stritberch in episcopum ecclesie Sambiensis.

Item anno Domini 1258. quarto Ydus Marcii frater Anselmus Warmiensis et Heyden- Mart. 12. ricus[c] de ordine Predicatorum Culmensis ecclesiarum episcopi electi arbitri inter dominum Henricum[c] Sambiensem episcopum et fratres de Prusia pronunciaverunt quod fratres secundum ordinacionem sedis apostolice terram Sambie que tunc inhabitabatur, dividere deberent cum predicto episcopo infra mensem, et cetera omnia prout instrumento super hoc confecto[4] plenius continetur. Item sub anno Domini 1258. mense Marcii fratres ad nutum dictorum arbitrorum diviserunt terram Sambiensem in tres partes, et dominus Henricus[c] episcopus Sambiensis elegit illam partem que Quedenov nuncupatur[5].

Item[d] anno 1258. 5. Ydus Marcii predicti domini episcopi arbitri[e] concordaverunt ipsum Mart. 11. dominum Henricum Sambiensem cum fratribus super divisione castri et tocius montis castrensis et super debitis ducentarum marcarum et aliis multis causis, que in hoc instrumento sunt[f] conscripte[6].

Item anno Domini 1257, 18. Kal. Maii frater Gerhardus de Hirczberc scribit in suo in- Apr. 14. strumento, quod concordaverit cum predicto Henrico[g] episcopo Sambiensi ex parte fratrum de castro Kunigisberg et reliquis areis per ipsum divisis cum aliqua parte terre circumdantis, que usque ad duo dimidia miliaria se extendunt et alia que in eodem instrumento plenius sunt conscripta[7].

Item dictus frater Gerhardus scribit in quodam instrumento, quod sub anno Domini 1257, 18. Kal. Maii concordaverit cum supradicto Henrico[g] Sambiensi super molendinum ante castrum Kunigisberg et quod idem dominus episcopus dederit fratribus dicti castri allodium in fundo ecclesie sue Quene vel Dernen, ita quod ipse episcopus similiter in dicto fundo sibi et suis successoribus posset allodium instaurare et cetera que in ipso instrumento sunt conscripta[h, 8].

Item frater Gerhardus scribit in alio instrumento, quod sub anno Domini 1258. a finali funiculo pristine divisionis acceptaverit 80 funiculos versus descensum Prigore, qui extendentur a Prigora versus terram Sambie ad dimidium miliare. E contrario domino episcopo predicto assignavit 50 funiculos versus ascensum Prigore, qui similiter se extendent a Prigora versus terram Sambie usque ad dimidium miliare[9].

Item dictus dominus Henricus[i] episcopus Sambiensis protestatur in suo instrumento, quod sub anno Domini 1264. mensis Iulii contulerit fratribus partem, que ipsum nomine ecclesie sue in Wiclandesort contingebat, et quod fratres tantundem spacii et tres mansos pro sua ecclesia edificanda promiserunt[10].

Item sub anno Domini 1292, 7. Ydus Augusti dominus Cristanus successit domino Aug. 7. Henrico sepedicto et iam defuncto in episcopum Sambiensem.

Item idem dominus Cristanus elegit prelatos duos et 4 canonicos in ecclesiam suam Apr. 7. Sambiensem et promisit eis totam polkam Quedenow sub anno Domini 1294, 7. Ydus Aprilis.

Item a predieto domino Cristano non invenio plures literas in ecclesia nostra.

a) con *altera manus add. c.* b) *deest c.* c) .h. *c.* d) *abhinc usque in finem alia manus scripsit c.* e) arbitrii *c.* f) *bis in cod.* g) .h. *c.* h) conscripte *c.* i) .h. *c.*

1) V. Cod. dipl. Pruss. II. n. 99 et 100. 2) Pillenen; v. supra p. 703. 3) Cf. Dreger, Cod. dipl. Pomer. II. 158. 4) Cod. dipl. Pruss. I. n. 115. 5) e. l. n. 116. 6) Cod. dipl. Pruss. I. n. 114. 7) Cf. Dreger, Cod. dipl. Pomer. n. 290. 8) e. l. n. 289. 9) e. l. n. 304. 10) e. l. n. 367.

Frater Conradus de Vuchwangen profitetur in suo instrumento se mortuo domino
Apr. 29. ecclesiam Sambiensem incorporasse ordini et canonicis aliqua statuta fecisse et hoc sub anno Domini 1296. tercio Kal. Maii[11].

Item dominus Syfridus successit domino Cristano et idem dominus Syfridus sub anno
Ian. 11. Domini 1302. misit canonicos in corporalem possessionem kathedralis ecclesie in Kunigisberg et assignavit eis integram polkam de Quedenow et hoc sub anno Domini 1292, 3. Ydus
Apr. 8. Ianuarii. Item eodem anno 8. die Aprilis dominus Ysarnus archiepiscopus confirmavit facta dicti domini Syfridi[12].

Mart. 25. Item frater Meynhardus in suo instrumento profitetur se sub anno Domini 1297, 8. Kal. Aprilis cum domino Syfrido et suo preposito Theodorico et aliis suis canonicis fecisse permutacionem silve Wogrim pro spacio in quo sita est domus domini Szconewic et pro silvis adiacentibus Wisserat et Royge. Cum tamen ecclesia domum Vyschusen diu ante tempora domini Syfridi pacifice edificaverat et possedit. In eodem instrumento receperunt fratres dimidium molendinum ipso episcopo volente vel nolente[13].

Item frater Ludewicus de Schip profitetur in suo instrumento se cum domino Theo-
Ian. 13. derico preposito et toto capitulo sub anno Domini 1300. in octava epyphanie Domini permutasse Raxiten et Awauken pro Wyskaine et Suriene, cum tamen et ille et iste fuerint ecclesie ab antiquo.

Item frater Conradus Saccus profitetur se in suo instrumento et cedula sub anno
Ian. 10. Domini 1303, 4. Ydus Ianuarii conmutacionem fecisse allodii pro curiis et spacio inter plancas.

ANNALES DUNEMUNDENSES.

Curia Revaliensis asservabat manuscriptum codicem membranaceum, in cuius p. 58 inter medios sermones theologicos Annales exaratos invenit vir b. m. Wilhelmus Arndt, eos in „F. G. von Bunge Archiv für die Geschichte Liv-, Esth- und Curlands. Dorpat 1845. Tom. IV. p. 269“ publici iuris fecit. Quum autem codicem Revaliae nunc latere per Eduardum Winkelmann, olim socium nostrum, edocti essemus, nil restabat nisi refugere ad editionem principem. Secunda vice ediderat Annales Ernestus Strehlke v. d. p. 140—142 T. II. SS. RR. Pruss. similiter illam praelaudatam editionem excudens, sed quaedam satis corrupta haud infeliciter emendans. De affinitate inter nostros et quasdam canonici Sambiensis partes observata iam diximus. Ordinem chronologicum turbatum restituere facile fuisset sed supervacaneum.

p. Iul. 25. Anno Domini 1313. reedificatum est castrum in Duneborch post festum Iacobi.

c. Apr. 19. Anno Domini 1321. circa festum pasche edificatum est castrum in Mesoten in Semigallia.

Iul. 25. Anno Domini 1319. dominus Iohannes papa confirmavit fratribus domus Theutonice[a] castrum Dunemundis.

Iul. 27. Anno Domini 1320. occisus est apud Memelam frater Henricus de Plozch cum 22 fratribus.

1124. Anno milleno centeno bis duodeno
In Premonstrato formatur candidus ordo.

a) Theutonici *ed.*

11) Cf. Gebser Gesch. der Domkirche zu Königsberg, qui pag. 59 habet: 3. *Idus Maii.* 12) e. l. p. 61. Cod. dipl. Pruss. II. n. 43. 13) Cf. Cod. dipl. Pruss. II. n. 35: 8. *Kal. Nov.*

Anno milleno centeno ter quoque quino 1115.
Silvam Welponis perfudit linpha cruoris. Febr. 11.

Quingentos decies cum bis centum minus uno[a]
Annos dic ab Adam, donec verbum caro factum.
Virgo parens vixit sexaginta tribus annis,
Quatuor atque decem fuit in partu benedicta,
Triginta tribus cum nato[b] manserat eius,
Sexque decem sola, Christus[c] simul astra subivit.

Depositio beate Virginis fuit in assumptione eiusdem, 40. autem die, hoc est 9. Kal. Aprilis, in corpore et anima assumpta est in[d] celum.

Quinto Idus Marcii, hoc est 14. die ante passionem Domini, fuit Lazarus suscitatus.

Sanctus Petrus fuit episcopus Rome 25 annis, vixit beatus post suam conversionem 39 annis.

Anno Domini 1211. constructa est abbatia Dunemunden in monte Sancti Nicolai, anno Domini 1228. in die beati Bernardi abbatis devastata est a Curonibus et Semigallis. Aug. 20.

Anno Domini 1237. in die beati Mauricii fuit magna expeditio in Lettovia. 1336. Sept. 22.

Anno Domini 1260. dimicatum est in Durben in die beate Margarete virginis, sequente Iul. 13. hyeme fuit conflictus contra Lettowinos in Leneworden in die beati Blasii. Febr. 3.

Anno Domini 1263. devastata fuit Maritima et Perona in die purificationis a Letthowinis, et in octava predicte sollempnitatis dimicatum est contra eos apud Dunemundis. Febr. 2. 9. Eodem anno Kal. Iunii conflagrata est igni ecclesia Dunemundis in die Nycomedis. Iun. 1.

Anno Domini 1264. conflagrata est igni tota civitas Rygensis in festo apostolorum Petri et Pauli. Iun. 29.

Anno Domini 1270. prelium fuit contra Lettowinos in Osilia in die beate Iuliane virginis. Febr. 16.

Anno Domini 1274. conflagrata est igni civitas[14] in die epiphanie. Ian. 6.

Anno Domini 1279. dimicatum est in Lettowia, ubi occubuit magister fratrum milicie Ernestus, et capitaneus dominus Eylardus et alii quam plures christiani, 3. Nonas Marcii. Mart. 5.

Anno Domini 1287. in crastino annunciacionis dominice occisus est magister Willekinus cum multis fratribus ac christianis. Mart. 26.

Anno Domini 1297. orta est seditio inter fratres milicie et cives Rygenses. Paulo post, hoc est biduo ante Marie Magdalene, civitatis pars maxima succenditur hora noctis. Iul. 26.

Anno Domini 1298. rex Lettowinorum depopulatus est Karkhus et fines eius. Revertens vero oppugnatus est a magistro Brunone et suis fratribus apud flumen Thoreyda in octava penthecostes, quod fuit Kal. Iunii, ubi magister Bruno et multi de suis corruerunt. Iun. 1. Eodem anno Rygenses obsederunt municionem, que dicitur Novum-molendinum, ubi occisi sunt et submersi a fratribus in die[e] Petri et Pauli. Iun. 29.

Anno Domini 1098. inceptus est ordo Cisterciensium.

Anno Domini 1114. constructa est Clarevallis.

Anno Domini 1113. a constitucione domus Cisterciensium[f].

Anno Domini 1153. obiit dominus Bernardus primus abbas Clarevallensis.

Anno Domini 1190. habuit inicium[g] ordo fratrum Theuthonicorum.

Anno Domini 1225. fuit occisus Engelbertus episcopus Coloniensis.

Anno Domini 1305. frater domus Theuthonicorum adepti sunt claustrum Dunemunde in crastino beati Iacobi[15]. Iul. 26.

Anno Domini 1307. dimicatum est ante Rygam contra Lettowinos in die sanctorum Processi et Martiniani. Iul. 2.

Anno Domini 1348. edificatum est castrum in Meryenborg sub magistro Goswino.

a) *sic coniecit Strehlke*, anno *ed.* b) natu *ed.* c) solo Christo *ed.* d) en *ed.* e) a — die *desunt ed., addidi ex Canon. Samb.* f) *locus ut videtur corruptus.* g) in inicium *ed.*

14) Rigensis. 15) *in die beati Iacobi,* Canon. Samb. supra pag. 704.

ANNALES ET NOTAE COLBAZIENSES

EDENTE WILHELMO ARNDT.

Inter bibliothecae regiae Berolinensis libros manuscriptos codicem exscripsi, Annales monasterii antiqui Pomeraniae Colbaz, ad Ihnam fluvium prope Stargard siti, continentem. Est autem membranaceus saec. XII. exaratus, in quo annales usque ad a. 1568 *productos excipit Calendarium et tabula quaedam mundi, quae quomodo sibi formam mundi urbiumque praeclarissimarum situm finxerint atavi nostri, bene repraesentat. Nec velim silentio praeterire imagines in codice pluribus in locis simpliciter sed artificiose pictas, praecipue repraesentatio mortis Christi digna est quae enumeretur inter artis saec. XIII. monumenta. His praemissis venio ad Annales ipsos.*

Postquam v. d. Georgius Waitz publici iuris fecit antiquum annalium Lun-
1 *densium codicem Erfordiae asservatum*[1]*, nec minus v. d. Lappenberg in Tom. XVI. Monumentorum nostrorum novam paravit Annalium Ryensium editionem, Rudolphus Usinger, nunc professor Gryphiswaldensis, instituit disputationem criticam de annalibus et chronicis Danicis medii aevi doctam copiosamque*[2]*. Docebat pro fonte annalium Danicorum praecipue esse statuendos Annales Lundenses maiores, nunc deperditos, qui in priori parte inter ceteros in usum suum Annales S. Benigni Divionensis similesve convertissent. Quae vestigia aeque in annalibus nostris Colbaziensibus invenies lector. Equidem credam et nostros inniti illis maioribus Annalibus Lundensibus, quum permulta loca adhuc in Annalibus Lundensibus Waitzii opera divulgatis exstent, pleraque autem, quae etsi nec in Annalibus S. Benigni nec in Lundensium exemplari legantur, tamen modum originis suae perlucide prae se ferant*[3]*. Nec aliter fieri potuit, nam monachi Cistercienses, qui missi fuerant ut fundarent monasterium Colbaz, secum apportabant codicem nostrum, cuius scriba primus usque ad annum* 1137 *munere suo functus est, quo cum anno et illa affinitas, quae inter nostros et Lundenses existit, desinit. Quae autem animadvertitur anni* 1140 *similitudo cum Annalibus Ryensibus, fortasse ad eundem est reducenda fontem, quoniam quum anno demum* 1174 *Colbaz fundatum sit, codicem nostrum in alio quodam monasterio exstitisse necesse est. Notae autem de variis Cisterciensium conventibus, quas eisdem fere verbis praebent Annales Ryenses, in nostro codice saeculi XIII. exeuntis manu adscriptae sunt, minimeque ex illis fluxerunt, quum in nostris plures tales fundationes quam in Ryensibus enumerentur. Fortasse statuendum exstitisse quasdam fundationes monasteriorum Cisterciensium continentes tabulas, in quibus an contenta fuerint a.* 1218 *de Ottonis et a.* 1251 *de Frederici II. morte et de*

1) Nordalbingische Studien V, 1 sqq.
2) Die Dänischen Annalen und Chroniken des Mittelalters. Hannover 1861.
3) Non uno in loco annorum numeri in nostris et in Lundensibus inter se differunt, ut in margine editionis nostrae notavimus.

obsidione Stettinensi a. 1176 *verba, quae et in Annalibus leguntur Ryensibus, ego in medio relinquo. Postrema Annalium pars in monasterio Colbaz scripta est.*

Codex autem, ut iam supra memoravimus, saec. XII. scriptus, forma longiori inter msc. bibl. regiae Berolinensis theologicos in folio numero 149 *signatur. In prima pagina legitur:* Liber sancte Marie in Colbaz. *In prioribus paginis habet Notas et versus Colbazienses infra edendos. Annales praecedit Commemoratio de sex aetatibus mundi secundum Bedam usque ad Christum natum deducta, quam hoc loco typis dare supervacaneum credimus. Prima manus quae integram annorum tabellam usque ad a.* 1368 *scripsit, annales condidit ut supra iam dixi usque ad a.* 1137. *Ab hoc anno variae sese excipiunt manus, quae, excepta illa conventuum fundatorum annos adnotante, ubivis coaevae apparent. Plerumque in marginibus vel locis vacuis relictis Annales nostri sunt scripti, quos secundum ordinem chronologicum dedi. Monendum temporis decursu permultis in locis litteras evanuisse, saepissime quoque rasura adhibita vestigia tantum prioris scripturae reliquit, quibus incommodis nec arte chemica mederi prorsus potui.*

Scribebam Petropoli d. 1. *m. Dec. a.* 1864.

W. ARNDT.

17. obiit Octavianus succedente Tiberio.
31. Christus baptizatus.
35. Christus passus.
39. defuncto Tiberio imperavit Gaius.
42. decedente Gaio imperavit Claudius.
47. Petrus primus Rome episcopus.

(Octo folia exciderunt.)

489. Zenoni successit Anastasius. A. L.
491. Gelasius papa.
492. Clodoveo successit Thodericus.
495. Anastasius papa.
497. Simmachus papa.
509. Benedictus abbas.
511. Hormisda papa.
513. Teoderico successit Teodebertus. A. L.
520. Iohannes papa.
522. Felix papa.
524. Iustino successit Iustinianus. A. L.
526. Teodeberto successit Teodebaldus. Bonefacius papa.
529. Lotharius, post quem quatuor filii eius Parisii: Haribertus, Guntramius, Sigibertus, Hilpericus.
530. Iohannes papa.
533. Agapitus papa.
534. Silverius papa.
535. Vigilius papa.
552. Gelagius papa.
556. Sigibertus rex occisus et regnavit pro eo Childebertus cum Brunechilde matre.
557. Iohannes papa.
564. Iustiniano successit Iustinus.
570. Benedictus papa.
577. Iustino successit Tiberius.
579. Chilpericus rex Francorum.
581. Tiberio successit Mauricius. Pelagius papa. A. L.
588. Hoc anno fuit natus sanctus Audoenus.

591. ordinatur Gregorius maior papa.
596. destructio Cassinensis cenobii.
603. Mauricio successit Focas.
605. obiit sanctus Gregorius maior papa.
606. Fabinianus papa.
608. Bonefacius papa.
A. L. 609. Foce successit Heraclius. Item Bonefacius papa qui peciit a Foca cesare templum Pantheon.
A. L. 612. Hoc tempore sanctus Columbanus claruit.
615. Deusdedit papa.
A. L. 617. Bonefacius papa. Hoc tempore occisus est Theobertus rex Francorum et facta est pugna inter eos.
A. L. 620. mortuo Theodeberto successit Flodoveus[a].
621. Honorius papa.
627. Severius papa.
629. Iohannes papa.
630. Theodorus papa.
633. Flodoveo successit Dagobertus.
634. Martinus papa.
A. L. 635. obiit sanctus Romanus, successit sanctus Audoenus.
638. Heraclio successit Heraclonas.
639. Eugenius papa.
640. Heraclone successit Constantinus, post quem Constantinus filius eius.
641. Vitalianus papa.
654. Adeodatus papa.
658. Donus papa.
659. Dagoberto successit Clotharius filius eius. Agathon papa.
661. Leo papa.
665. obiit Wandregisilus papa.
667. Constantino successit Constantinus.
671. Benedictus papa.
677. obiit sanctus Audoenus, successit Ansbertus.
A. L. 679. Clothario successit Childericus.
681. Iohannes papa.
A. L. 682. Childerico successit Theodoricus.
A. L. 684. Constantino successit Iustinianus.
A. L. 687. Pippinus primus maior domus efficitur.
693. Sergius papa.
A. L. 694. Iustiniano successit Leo.
695. obiit sanctus Ansbert, successit Grippo.
A. L. 697. Leoni successit Tiberius.
A. L. 698. Theodrico successit Clodoveus.
A. L. 699. Clodoveo successit Childebertus.
A. L. 704. Tiberio successit Iustinianus.
706. Iohannes papa.
708. Iohannes papa.
A. L. 710. Iustiniano successit Philippicus. Sisinius papa.
A. L. 711. Philippico successit Anastasius. Constantinus papa.
A. L. 714. Anastasio successit[b] Theodosius.
A. L. 715. Theodosio successit Leo.
A. L. 716. Childeberto Dagobertus.
A. L. 717. Karolus, filius Pippini, fit maior domus.
718. Gregorius papa secundus.
720. obiit sanctus Vulframus episcopus.
A. L. 724. Leoni successit Constantinus.

a) Clodoveus *A. L.* b) *addidit.*

730. hoc tempore Beda claruit[4].
734. Gregorius papa tercius.
741. Karolo Karlomannus et Pipinus in maioratu domus succedunt. A. L.
743. Zacharias papa. A. L.
746. Karlomannus Romam perrexit. A. L.
752. Pipinus rex efficitur. Stephanus papa. A. L
758. Paulus papa.
763. hyems illa magna. A. L
767. Constantinus papa.
768. Stephanus papa. Hoc anno Pipinus obiit.
769. inicium regni Karoli regis. A. S. B. Div. et A. L.
771. Adrianus papa. Hoc anno Karlomannus obiit. ib.
776. conversio Saxonum. ib.
777. Karolus Hispaniam intravit. ib.
778. Karolus Saxoniam venit. ib.
779. Saxonia capta est. ib.
780. Karolus Romam vadit. ib.
786. signum crucis in vestibus. ib.
787. iterum Karolus Romam perrexit. ib.
788. Karolus per Alemanniam venit ad fines Bawarie. ib.
790. Tassilo dux venit in Frantiam et Bawaria capta est. ib.
791. Karolus perrexit in Slavos qui dicuntur Wilti. ib.
793. Karolus rex Hungrorum regnum vastavit. ib.
796. Adrianus papa obiit, successit Leo. A. S. B.
800. Karolus imperator factus est, et a Romanis appellatus Augustus. A. S. B. et A L.
814. obiit Karolus imperator, successit Lodowicus Pius, filius eius. ib.
819. Lodowicus Britanniam perrexit interfecto Normanno. A. L.
820. Stephanus papa.
822. fames valida.
823. visio Wectini[a].
827. Pascalis papa.
832. hoc anno reliquerunt Frantii Lodowicum et elegerunt Lotharium. Eugenius papa. A. L.
835. Gregorius papa[5].
840. Lodowicus imperator obiit. A. S. B. et A L.
842. Lotharius et Karolus pugnaverunt.
850. Sergius papa.
853. Leo papa.
855. Lotharius[6] rex obiit.
860. Benedictus papa. A. L.
862. Nicolaus papa.
868. fames valida.
869. item fames et mortalitas hominum et pestis animalium.
874. Iohannes papa.
876. hoc anno Rollo cum suis Normanniam venit.
883. Marinus papa.
884. Maurinus papa.
885. Adrianus papa.
886. Stephanus papa.
888. Karolus imperator obiit, Arnolvus rex efficitur. A. S. B et A. L.
898. Arnolfus obiit et Lothowicus successit.
911.[b] Lothowicus filius Arnolfi obiit. Factum est bellum Carnotis de paganis.
914.[c] facta est pax inter Francos et Normannos.

a) Wetani *Ann. S. Benig.* b) 903. *A. L.* c) 905. *A. L.*

4) A. L. praebent haec: 730. *Hoc anno sanctus Beda scripsit historiam Anglorum.* 5) scilicet *obiit.* 6) A. L. falso *Karolus.*

919.[a] Conradus rex obiit et Henricus successit.
922.[b] Karolus pugnavit cum Rodberto.
934.[c] Henricus obiit et Otto successit.
A. L. 943.[d] hoc anno est occisus Wilhelmus dux filius Rollonis, cui successit Ricardus qui Vetus dicitur.
A. S. B. et A. L. 952.[e] Otto rex Italiam ingressus est.
957.[f] Liudfridus[g] Ottonis filius subiugata sibi Italia ibidem obiit.
961.[h] Otto puerulus in regem levatur Aquisgrani palatii.
972.[i] Otto imperator obiit.
983.[k] Otto iunior imperator obiit, et Otto filius eius infans ei successit.
996. obiit Ricardus primus, successit Ricardus.
999. Girbertus papa.
A. S. B. 1002. obiit Otto, Henricus successit.
1003. Iohannes papa.
1023. Henricus obiit, successit Cono.
1026. obiit Ricardus II, successit Ricardus III, deinde Rodbertus eodem anno.
1031. obiit Rodbertus rex Francorum, successit Henricus.
1035. obiit Rodbertus dux Normannie[l], filius eius successit.
1036. Benedictus papa nepos Benedicti.
1039. Conradus imperator obiit, successit Henricus.
1042. mortalitas magna hominum.
1047. bellum apud Vallesdune.
A. L. 1048.[m] obiit Damasus papa, successit Leo.
A. L. 1054. bellum apud Mortuum mare Obiit Leo papa, successit Victor.
A. L. 1056. obiit Henricus inperator, successit Henricus filius eius.
A. L. 1057. obiit Victor papa, successit Stephanus.
A. S. B. et A. L. 1060. obiit Henricus rex Francorum, successit Philippus filius eius.
1062. Alexander papa II. obiit[n].
1063. hoc anno subiugata est Cenomannis Normania.
A. L. 1065. Aeduardus rex Anglorum obiit.
A. L. 1066. Wilhelmus dux Normannorum optinuit Angliam occiso Haroldo rege.
A. L. 1074.[o] Alexandro pape successit Gregorius papa.
Apr. 22. 1076.[p] 10. Kal. Mai factus est terre motus feria 6. luna 14.
Ian. 31. 1078.[q] 2. Kal. Februarii feria 4. eclipsis lunae rubeae luna 13.
1083. Magtildis regina Anglorum obiit.
1085. Gregorius papa obiit, successit Victor, et Victori Urbanus.
1087. translacio sancti Nicolai.
1088.[r] obiit Wilhelmus rex Anglorum, cui successerunt filii Vilhelmus[s] in Anglia et Rodbertus in Normannia.
A. L. 1096. hoc anno christianorum motio fuit Ierusalem super paganos.
A. L. 1098. exordium Cisterciensis ordinis[t].
A. L. Iul. 15. 1099. Paschalis papa. Capta est Ierusalem a christianis Idus Iulii feria 6.
1100. obiit Wilhelmus iunior, cui successit Henricus frater eius.
A. L. 1101. iterum motio facta euntium Ierusalem.
A. L. 1106. hoc anno bellum inter Henricum regem et Rodbertum comitem Normannorum, in quo Rodbertus victus est.
A. L. 1108. obiit Philippus rex Franciae, successit Lodowicus filius eius.
1113. beatus Bernardus monasterium intravit[u].
1115. Claravallis constructa est[u].
1118. Magtildis regina secunda Anglie obiit et Pascalis papa.
1119. obiit Gelasius papa.

a) 911. *A. L.* b) 914. *A. L.* (17. Kal. Iul.) c) 926. *A. L.* d) 934. *A. L.* e) 946. *A. L.* f) 952. *A. L.* g) Lyndulfus *A. L.* h) 956. *A. L.* i) 967. *A. L.* k) 977. *A. L.* l) norm̃ *c.* m) 1045. *A. L.* n) *addidi ex ann. S. Benigni;* successit Alex. *A. L.* o) 1075. *A. L.* p) 1075. *A. L.* q) 1075. *A. L.* r) 1086. *A. L.* s) Vilhelmi *c.* t) *huius anni relatio altera ac posteriori manu scripta est. Est eadem manus, quae postea ordinum monasticorum et conventuum fundationes adnotavit.* u) *alia manu script.; v. notam criticam antecedentem.*

1124. Kalixtus papa obiit. Anno[a] Domini 1124.[b] Otto pius Babenbergensis episcopus Pomeraniam intravit eamque convertit[a].

1125. fames valida in Anglia. Obiit Henricus imperator.

1127. Karolus dux Flandrie a suis interfectus[7]. Mart. 2. A. L.

1130. hoc anno 7. Idus Ianuarii occisus est Canutus a Magno filio Nicolai regis. Ericus effectus est rex in Scania. Eodem anno..... ista superscripta .... 3. Idus Aprilis. Ian. 7.

1133.[c] bellum apud Sirum insulam inter Magnum et Ericum [feria 4. in auctumno.]

1134. eclipsin solis. [Eodem anno et indictione, 6. Kal. Iunii feria 2.][d] Ericus fugit Norwagiam et[e] rediit. Mai. 27.

1135. hoc anno occisus est Magnus et Henricus et quatuor episcopi a Scanensibus. Eodem anno occisus est Nicolaus rex in Sleswic a suis.

1137. obiit [3. Nonas Mai feria 4.] Acerus Lundensis archiepiscopus, successit Aeskelus archiepiscopus. Eodem anno occisus est Ericus rex Danorum in Iutlandia a Plog. Mai. 5. A. L. A. R. 1139.

1140. 13. Kal. Aprilis feria 4. post nonam tenebre facte sunt per orbem. Mart. 20. A. Ryens.

1143. conventus missus est in Alvastrum et in Novam-Vallem. A. R.

1144. conventus missus est in Herivadum.

1146. 6. Kal. Septembris feria 3. obiit Ericus rex Danorum. Eodem anno 12. Kal. Decembris feria 4. eclipsin lune. Aug. 27.

1148. obiit sanctus Malachias episcopus.

1150. 9. Kal. Iunii bellum fuit apud Arcun in Slavia feria 4. Slavi transierunt Scaniam. Mai. 24.

1151. obiit Eugenius papa.

1153. conventus venit in Esrum. Eodem anno 3. Idus Februarii interfectus est Nicolaus frater eius. Eodem quoque anno obiit domnus Bernardus abbas Clarevallensis. Febr. 11.

1155. hic rex Sueno abiit[8].

1157. hoc anno interfecti sunt rex Canutus[9] et Sueno[10], et Waldimarus suscepit regnum. 9

1158. conventus missus est in Vite-scolam. A. R.

1159. obiit Iohannes presbiter .... 2. Idus Februarii.

1160. conventus venit in Sabba. A. R.

1162. conventus venit in Sora et in Tutam-vallem. A. R.

1164. conventus venit in Ghutualiam. A. R.

1165. conventus venit in Cara insula. A. R.

1166. interfectus est Magnus filius Regneldi.

1168. [10. Kal. Iunii] interfectus est Amandus filius Ebbi. Mai. 23.

1170. [Idus Iulii] obiit Huno filius Ebbi. Conventus venit in Doberan. Rugia a Danis subiugata est et ad christianitatem conversa. Iul. 15.

1171. Thomas Cantuarie archiepiscopus occiditur in sede sua.

1172. conventus venit in Dargon de Esrom et eodem anno venit in Insula Dei. A. R.

1173. conventus venit in Locum Dei[11] et terre motus factus est. A. R.

1174. conventus venit in Colbas[f. 12]. A. R.

1176. castrum Stytin obsessum a Danis. A. R.

1178. translatio sancti Bernardi abbatis Clarevallensis.

1181. Waldmarus rex Dacie obiit. 1182.

1183. conventus venit in Lenin. Obiit Ratibor filius Boguzlai ... Kal. Februarii.

1186. 6. Non. Martii obiit hoc anno domnus Conradus episcopus qui inter alia que nobis bona contulit, aliquot etiam villarum circumstantium ecclesie nostre in Colbaz decimam dedit. Conventus venit in Olivam. Mart. 2.

1187. obiit Boguzlaus dux 16. Kal. Aprilis. Mart. 17.

1188. conventus qui missus fuit de Esrom in Dargun venit in Hilda.

1189. Fredericus imperator cum exercitu Iherosolimam vadit.

a) *haec verba ad annum* 1120. *adscripsit manus quaedam saec. XIII. ex., sed hoc loco et ad annum* 1124. *signa crucis apposuit, ut rectus annorum ordo efficeretur.* b) MCIIII *c.* c) 1032. *A. L.* d) *voces uncis inclusae hic et infra alia sed coaeva manu addita sunt.* e) *vox incerta* ç. f) *punctis hic et ad a.* 1170. *positis locus huius notae ad a.* 1170. *signatur, sed falso.*

7) A. L.: *Karolus dux Flandrie interfectus est a suis, qui fuit filius Kanuti regis et martiris, qui iacet Othaense, per consilium Magni, filii Nicolai regis.* 8) i. e. fugit, cf. Ann. Lundens. ad h. a. 9) sec. Ann. Lund. 5. Id. Aug. in vigilia beati Laurentii a. 1158. 10) Oct. 23. 11) Lygum, in ducatu Sleswicensi. 12) A. R.: *conventus venit in Colbar, qui dicitur Mera-Vallis* 4. *Non. Febr.*

1190. conventus venit in Reinevelde.

1191. obiit Sifridus episcopus.

1210. 1192. conventus venit in Rure-regio[13].

1194. conventus missus est in Asilum.

1195. obiit Everardus primus abbas in Colbas. Eodem anno ..... us filius Suantobori.

1196. obiit Wartizlaus filius Suantobori.

1207. conventus venit in Tuta insula.

1209. conventus venit in Dargun de Doberan.

Mart. 23. 1210. monasterium nostrum inceptum est sub abbate Rodulfo 10. Kal. Aprilis.

1216. obiit Innocencius papa III, successit Honorius.

Oct. 21. 1217. hic motio christianorum facta euntium Ierusalem. Eodem anno 12. Kal. Novembris obiit Rodulfus abbas.

A. R.? 1218. obiit Otto imperator.

1219. obiit Sigwinus episcopus Caminensis.

1224. occiditur Hengelbertus Coloniensis episcopus.

1226. hoc anno destructa est Oliva a paganis.

1230. hiems illa magna a festivitate omnium sanctorum usque in pascha.

1233. obiit Conradus episcopus II. Caminensis. Obiit Wartizlaus filius Bartholomei. Conventus venit in Novo-campo.

1236. hoc anno succensa est Oliva a paganis secundo totaliter.

1239. obiit filius Oddonis.

Oct. 6. 1241. hoc anno luna 27. hora 8. 2. Non. Octobris factus est eklipsis solis. Obiit Con-
Sept. 20. radus III. episcopus Caminensis 12. Kal. Octobris.

1244. Wilhelmus episcopus ordinatus est.

Dec. 3. 1247. Colbaz succensum est 3. Nonas Decembris tercia feria post conpletorium.

Aug. 19. 1250. Ericus rex Dacie a fratre suo Abel captivatur et miserabili morte perimitur.

A. R.? 1251. obiit Fredericus imperator.

Iul. 17. 1253. 16. Kal. Augusti feria 5. tempore capituli, percussa est a tonitruo turris Colba-
Oct. 31. censis. Eodem anno 2. Kal. Novembris obiit dominus Wilhelmus quartus episcopus Caminensis[a], qui sepultus est apud Minores fratres in Primzlao.

1255. conventus venit in Parsten[b, 14].

1264. obiit Wartizlaus. Abbates de linea Clarevallii et de linea Morimundii non interfuerunt capitulo generali.

1266. obiit Iohannes marchio Brandenburgensis.

Febr. 10. 1267. obiit Suantopolcus dux nobilis Pomeranorum 4. Idus Februarii.

1269. marchiones monachos nostros et conversos de Sovin violenter eiecerunt et adhuc retinent absque iure.

1271. marchiones Olyvam maxime dampnaverunt et totam terram Danceke devastaverunt.

Mart. 10. 1273. 6. Idus Marcii audite sunt campane se ipsas pulsantes et in Benedig[c] tempore wespere marchiones terram Stitines et Piricensem graviter spoliaverunt et ecclesiam nostram multum condempnaverunt.

1275. abbas de Machaplana ordinis Cysterciensis in civitate Tholeto captus, verberatus, cathenatus est a Minoribus fratribus. Quare nobis preceptum est a capitulo generali, ne aliquam familiaritatem habeamus usque ad satisfactionem condignam cum fratribus supradictis.

Nov. 13. 1279. obiit Barnym dux Stetinensis Idus Novembris.

Iun. 11. 1294. hoc anno in die Barnabe venit conventus in Marienwolde.

1296. occisus est Petrus rex Polonie a quodam marchionum milite dicto Iacob Kassube.

1298. hoc anno rex Adolfus[d] Romanorum occisus est a duce Austrie, et idem dux loco eius successit. Item hoc anno dux Polonie et dux Bucsclaus terram Arneswoldensem et terram Biritensem[e] conbusserunt et generaliter devastaverunt.

Anno milleno trecenteno quoque quino
Vredberch in patria sunt maxima signa peracta,

a) q. e. Ca *erasa sunt c.* b) *vox incerta c.* c) *vox dubia c.* d) *supra lin. add. c.* e) b'iten. *c.*

13) Cf. A. R. ad a. 1192 et 1210. 14) postea Chorin.

Festum sanctarum dum coluit plebs animarum.
Tunc pluit ignitas de celi culmine petras,
Urna velud una fuit harum eversa ruina,
In qua parte pluit terra perusta fuit.

1306. hoc anno papa Clemens[a] et rex Francie illi duo[b] destruxerunt ordinem Templariorum et obiit[c].

1307. isto anno fuit Camin captus.

1309. hoc anno cucurrit gens sine capite per mundum, infiniti enim homines cruce se signaverunt sine iussu pappe et multas insolentias fecerunt set mare non transierunt[15].

1311. imperator Hinricus Rome coronatur in die apostolorum Petri et Pauli a legatis Iun. 29. pape Clementis quinti.

1313. hic imperator moritur, de quo tales versus quidam fecit:

Divulgatur ita quod prodit quidam Iacobita,
Per virus stravit in missa quam celebravit
Corpus Cesareum trideno post iubileum,
A Iuda credo non venit tanta gravedo.

1317. hoc anno mutaverunt Beggine et Bagardi habitum eorum[16].

1319. ultimus marchio de Brandenborch Woldemarus obiit, et rex Dacie et uxor eius.

1320. hic cessavit caristia magna et strages qua[d] precedentibus tribus annis sive 4 multi invalescente fame et pestilencia magna quasi in universa terra mortui sunt et precipue in Flandria et Boemia in monte ... a festo nativi Christi usque pentecostes 15 milia vulgi solummodo .... exceptis divitibus et mediocribus, quorum multi fame et pestilencia perierunt.

1321. dux Octo cum filio eius privavit nos Horst et monachos et conversos violenter eiecit .... Eclypsis solis facta est in die Ioannis et Pauli hora tercia, feria sexta. Iun 26.

1322. hic Fredericus dux Austrie electus in discordia a Lodovico Bawarie capitur et incarceratur.

1323. hoc anno magna fuit hyemps et propter hyemem multi mortui sunt, et transitus fuit per glacies a Slavia ad Daciam. Et domnus Borchardus abbas quintusdecimus huius loci obiit in crastino Tiburtii et Valeriani feria sexta felicis memorie. Amen. Et Lodowicus Apr. 15 dux Bawarie electus in discordia in regem Romanorum, misit filium suum Lodowicum in Marchiam, eidem conferens principatum. Et Iohannes papa XXII. eundem excommunicavit et omni iure regni privavit, set ipse appellans a papa, papam hereticum esse dixit.

Anno Domini 1325. in nocte sancti Bernardi filii Mellentyn abstulerunt equos de Prilop Aug. 20. et de .... ita ut nec una ungula remaneret propter fratrem suum monachum nostrum in apostasia existentem.

Item eodem anno, id est 1325, Edelwardus rex Anglie de regno pellitur et omni honore et potencia privatur proparante hoc uxore sua filia regis Francie. Frankenvorde et innumerabiles homines precipue iuvenes fortes et mulieres et virgines abduxerunt in terram captivitatis, cum quibus et nephanda et miserabilia commiserunt, set et infantes et antiquos et debiles[e] interfecerunt, quorum tamen circa 50 milia quedam ecclesia cuiusdam ville prope Wrankenvorde persequentibus eos civibus dicte civitatis incendio perierunt.

Item eodem anno rex Cristoforus cum filio suo Octone expulsus est a regno sine bello, et profugus factus a facie Danorum exul manet in terra Slavie, et filius suus primogenitus in regem coronatus a Danis capitur.

Item eodem anno domnus Borchardus Magdeburgensis archiepiscopus ante annum in nocte apostoli Mathei a civibus suis scilicet bona fide captus et interfectus ad Butom deductus est et in maiori ecclesia sepultus est.

Item eodem anno in Demyn crux Christi multa miranda facti[f] proicitur. Item eodem anno dux Wraczlaus obiit.

Anno Domini 1326. tercia feria pasche, 8. Kal. Aprilis cremate sunt quinque grangie Mart 25. nostre, scilicet Varzsloch, Glyna, Novo foro, Dampne, Ladis, a comitibus de Lyndow et

a) *alia manu in loco raso c.* b) et — duo *supra lin. sed ead. manu add. c.* c) *s c.* d) *sic videtur c.* e) rebelles *c.* f) *vox dubia c.*

15) Cf. Ann. Cisterc. in Heinrichow ad h. a. 16) Cf. Ann. Mechov. ad a. 1318. et Ann. terr. Pruss. ad eundem annum.

a progenitoribus filiorum de Wedele, vasallis ecclesie nostre, et statim post quindenam cremata fuit grangia Kartic a filiis de Kurictowe. Hec omnia sustinuimus eo quod predictas grangias noluimus depactare. Eodem anno .... sub ....

Oct. 19. Anno[a] Domini 1329. in crastino beati Luce ewangeliste feria quinta, Deus omnipotens nos et totam terram a nefandis et ab execrabilibus malefactoribus scilicet Hyns Kraus[b] dicto Wesenborch et fratre Wilhelmo converso apostata eripuit. Qui Hyns Kraus[c] dictus Wesenborch venit dominica die infra octavam nativitatis beate Virginis ante claustrum nostrum Colbaz manu valida et armata, minabatur nobis incendium grangiarum nostrarum, si non depactaremus, et sic inter duo mala minus elegimus, promittentes eidem Wesenborch septingentas marcas una cum 50 libris piperis. Set predictus Wilhelmus multo Aug. 10. magis tendens, ecclesiam nostram scilicet in die beati Laurencii cremavit, molendinum nostrum Brodis funditus, Prilop quasi funditus, Sabas egregiam grangiam funditus, in Rischow idem; et in omnibus bonis nostris idem fecisset si permissum fuisset. Set miser omnibus hiis non contentus heu accessit grangiam Prilop, recepit tres monachos sacerdotes de ecclesia, quos secum deducens in castrum Hukniz, set mediante Deo unus eorum effugit manus eius, alios duos in cippum ponens maximo cruciatu trucidavit. Sequenti die beati Laurencii feria sexta quasi[d] hora nona, patibulo suspendit, sed omnipotens Deus hos maleficos non permisit impunitos, sed post hec in crastino beati Luce ewangeliste, ut dictum est, predictus Wesenborch in civitate Lippene, alter videlicet Wilhelmus in civitate Bernsten, una die, quasi una hora ambo miserabiliter sunt occisi.

De duobus monachis qui sunt suspensi versus[e].

Anno milleno trecenteno vicesimo nono,
Idibus Augusti ternis, simul hii duo iusti
Facti[f] sunt digni propter suspendia ligni,
Et penam mortis celestis munere sortis.
Istorum precibus nos munda, Christe redemptor,
A vicii fecibus, pene mortisque peremptor.

Anno Domini 1330. Petrus de Corbario ordinis fratrum Minorum, qui se fecerat in antipapam Rome ordinari sine consensu cardinalium ad gratiam domini Iohannis pape XXII. veniens in Avinione, funem habens in collo in conspectu domini pape et cardinalium tociusque populi, se errasse gravissime est confessus. Hic eciam, qui se vocavit Nicolaum quintum, coronare presumpsit in urbe Romana Lodwicum de Bavaria imperatorem, quem verus papa excommunicaverat et omni iure regni privaverat et honore.

Annis M ter C Christique triginta duoque
Marchia pro parte depactatur spoliatur,
Dux Barnym de te Wedelensis turba gravatur
Ac devastatur, Padahucum[g] grexque necatur,
Iul. 31. Augusti mense profesto Vincula Petri.

Anno Domini 1344, 3. Kal. Ianuarii obiit dominus Octo inclitus dux Stetinnensis, anno vite sue sexagesimo sexto.

Iul. 8. Anno Domini 1347, 8. Ydus Iulii consecrata est ecclesia Colbazcensis, scilicet dominica die a reverendo patre domino Iohanne dicto de Saxonia, Caminensis ecclesie episcopo, assistentibus sibi duobus aliis episcopis cum 5 abbatibus et inclito domno nostro principe Barnym .... Eodem anno claustrum Merienwold est succensum igne. Eodem anno grangie Prilop et abbas .... in villas ....

Anno Domini 1400. obiit dux Otto, sexta palmarum[g].

Iun. 21. Anno Domini 1413, 11. Kal. Iulii obiit dux Suantoborus, et hic sepultus.

Apr. 13. Anno Domini 1437, Idus Aprilis obiit dux Kazimirus.

Anno Domini 1451. obiit dux Ioachim.

Anno Domini 1516. e latebris monasticis Wittenberghe quidam monachus nomine Martinus Lutherus a ordine sancti Augustini surrexit et evangelica atque divi Pauli documenta suo sensu trahens, variis erroribus ecclesie unitatem disscindit, et plurimi tam seculo quam relligioni monastice professi sua perversitate illecti ei adherent, licet ei plurimi spiritu Dei ducti, ut sancti orbis capita, Leo papa decimus, qui eius scripta heretica

a) *alia manus suprascripsit haec verba*: De duobus monachis suspensis *c.* b) *vox dubia c.* c) Kra° *c.* d) ·q· *c.* e) Vβ *alia manu c.* f) ffacti *c.* g) *vox incerta c.*

decrevit, et Carolus imperator, qui ab eius documentis abstinere mandavit, et doctores quam plures contra eum scripserunt, et Hinricus Anglorum rex. Item per hec tempora Desiderius Erasmus Rotherodamus floruit in Germania, Basilee; et maximo in precio est habitus. Grece et Latine lingue doctus, qui novum testamentum revisit et multa conscripsit.

Anno Christi 1522. episcopus Hildensemensis, sue diocesis primarius abbas de Belburk, propter Martini Lutheri doctrinam quam publice professus est a sede abbatiali deponitur. Eodem anno quidam secularis presbiter N. Bugghenhagenn Martini documentis illectus a Belburk Wittenberghe se transtulit et uxorem duxit. Hoc idem anno 1523. in Treptow quidam presbiter fecit.

Anno Domini 1523. ipso die divi Thome apostoli filius cultro interfecit patrem in Dec. 21. Magna Schonenfelth, quod nephandum facinus vix est a seculis auditum. Eodem anno rex Dacie post exercitatam in primores et magnates, episcopos, abbates et nobiles sed et plebeios insignem tirannidem nedum in vivos, sed et defunctos e tumulis extraxit igne concremandos, a duce Holszatie, cuius nepos erat, et civitatibus que Henstedhe[17] dicuntur, 17 e regno pulsus est. In eius locum primores regni seniorem ducem Holzatie Fridericum — is enim erat a sanguine regis Datie — in regem eligerunt.

Anno Domini 1523. obiit dux Breszlaus, quinto die Octobris, que fuit altera post Franciscum. Hic abbates suos primum fecit tributarios. Sepelitur in Stettinn in edibus divi Ottonis in mauseolo principum. Coniunx eius Anna regis Polonie Kazimiri filia ab ante defuncta, in monasterio Hildensemensi sepelitur.

Anno Domini 1524. in die Agathe virginis accepimus damnum magnum in molendinum Febr. 5. nostrum, quod ex destructione exuberantis aque destructum fuit, et eodem anno reedificatum est novum per magistrum Steffanum de Crongesberghe[b], et factus est clibanus novus, qui nunquam ibi prius fuit, per magistrum Michaelem Tyde.

Anno Domini 1531. obiit illustrissimus princeps et dominus, dominus Georgius Stettinensis, Pomeranie, Cassubie, Gozkoviensis etc. Et eodem anno obiit dominus Dionisius Henelth prior Colbaziensis, litterarum sacrarum professor.

Anno Domini 1560. obiit dux Philippus, den 14. Februarii, que fuit dies Valentini, prefati Georgii filius, illustris princeps Pomeranie, in Wolgast sepultus. Et reliquit quinque filios et tres filias.

Anno 1568, 6. Novembris obiit ducissa Lunenburgensis, Barnimi senioris uxor, sepulta Stettini 12. Novembris in aede scilicet divi Ottonis.

NOTAE COLBAZIENSES.

Anno Domini 1307. sub domino Dithmaro abbate 13.[c] in vigilia omnium sanctorum Oct. 31. posita est crux et tabulata in choro conversorum similiter et tumba principum. Et eodem anno fuit consummata testudo in choro conversorum.

Post M post duo C tres annos lustra bis octo
Symonis et Iude Stargard est capta per hostes.
Item: Annis M duo C bis qradraginta duoque
Symonis et Iude Nova Stargard sternitur hoste.
Annus millenus centenus septuagenus
Ternus[e] erat Christi quod Colbaz facta fuisti.

Anno Domini 1349.[d] in profesto beatorum martirum Crispini et Crispiniani murus in Colbaz est perfectus per girum, temporibus domini nostri Barnyn illustris principis sub domino abbate Gozwino.

Anno milleno tricentenoque triceno
Quinto sub ternis Novembri mense Kalendis
Affuit absque mora tempeste noctis in hora
Turba ventorum que fundamenta domorum
Valde quassavit et campanilia stravit.
Undique per terras duxerunt ethera gwerras
In terraque mari pauci potuere iuvari.
Expositi ventis flebant ebitudine mentis,

a) *vox incerta c.* b) *sic videtur.* c) Ternus *alia manu in loco raso; videtur prius scriptum fuisse* Quartus *vel* Quintus.
d) XLIX *in loco raso alia manu.* 17) Hansastädte.

Muros deiecit, sed et expavescere fecit
Devotas mentes, que flentes atque gementes
Orabant Christum ne mundum perderet istum.
Ipsius ob meritum multa virtute politum.

Cum fuerint anni transacti mille trecenti
Et deciens seni post partum Virginis alme
Tunc anticristus regnabit demone plenus.

Millenisque trecentenis sed sex minus annis
Annus erat Christi quod Mergywolt facta fuisti.
Tempus idem cunctas inibi serpentibus undas
Infinita rane replebant flumina plane,
Qua re vexati sunt omnes et tribulati
Cordibus in Christo quod morbo salvet ab isto.
Wubi Wernerus[a] .... velud assecla verus.
Sanctis cantoribus[b] quasquas stangni sparsit in undas.
Quo facto sane mundarunt flumina rane
Ac ydri cedunt st... quoque pascua querunt.

NOTAE CAMINENSES.

Quum antiqua artis typographicae monumenta, quae in bibliotheca imperiali Petropolitana asservantur, duce v. cl. R. Minzloff lustrarem, mihi ab illo offerebatur chronicon Norimbergense, auctore Schedelio, anno 1493. *impressum, in cuius pagina quadam vacua relicta inveni notas historicas annorum* 1495 *et* 1496. *Quas Caminenses intelligens, eas cum Colbaziensibus, haud dubie Pomeraniae antiquissimis annalibus, edendas existimavi.*

Sept. 15. Anno salutis 1495. die Iovis in octava nativitatis Marie virginis gloriose insurrexit tempestas inaudita quasi per totam Germaniam in partibus maritimis a Dacia et Lubeck incipiendo tendendo versus Pomeraniam, Pruciam, Poloniam, Livoniam et Lituaniam; fuit enim inundacio aquarum que non visa neque audita a diluvio Noe cum turbine ventus; destruxit enim portus maris in omnibus partibus illis prenominatis, naves et classis plurime periclitaverunt cum innumero notabilium hominum, templa et ecclesie villarum plurimarum per turbinem ventus concusse sunt et totaliter destructe. Quasi mediam partem maiorum arborum ad terram prostravit, pontes spoliati lignis per undacionem aquarum, portus maris per Pomeraniam, Pruciam et Livoniam totaliter destructi sunt, domos in terram coniecit. In civitatibus opidis et villis aqua marina ultra limites trans montes in littore maris situatis transfluxit, murus collegii insignis ecclesie catedralis Caminensis per undacionem et concussionem casum fecit in longitudine[c] una cum habitacione domni Pekartczen vicarii Caminensis ad nichilum redigit, feoum totaliter et partem bladorum abduxit, pecora plurima per undacionem aquarum interierunt duravitque huiusmodi tempestas a
Sept. 16. die Iovis pretacta per diem Veneris sequentem, que fuit dies Eufemie Lucii martirum, usque ad diem sabbati, qui fuit dies sancti Lamberti, usque horam meridiei inclusive.

Dec. 13. Anno Domini etc. salutis 1496. in die Lucie virginis illustris princeps Buggeslaus Pomeranorum et Slavorum dux Rugianorum princeps, elegans in persona, vocatus per illustrissimum ac invictissimum principem Maximilianum regem Romanorum pro tuicione Romani imperii, usque ad Wormaciam cum tricentis armigeris subditis suis et nobilibus pervenit ibique regiam maiestatem ad mensem vel ultra expectando ad scripta R. M. suos nobiles ad patriam remisit, ipseque cum ceteris prelatis Caminensibus canonicis et nobilibus paucis regem Romanorum usque in Iszenbruck accessit, qui per eum honorifice susceptus et in propria persona sibi obvius fuit humaniterque per eum tractatus, licentiamque ab eo recepit, limina et iter terre sancte cum suis peciit, galeamque Veneciis intravit, partem maris prospero successu et pace pertransivit, demum apud insulam Malfasiam novem pyratas naves cum Turcis armatis fere tribus milibus hominum in eisdem existentibus hostiliter galeam in qua princeps cum suis receptus fuit bombardis iaculis et sagittis armata manu invaserunt, artificio ignis vela dicte galee concremarunt, strennuum militem domnum Cristoferum de Palentczk de comitiva principis sagitta interemerunt, quinque galiottos eorum iaculis occiderunt, principemque in manu vulneraverunt, suique nobiles fere omnes vulnera eciam letalia non evaserunt pugnaveruntque ut strennui milites.

a) scilicet monachus *supra lineam add.* 1. b) *vox incerta c.* c) *in margine add.*

INDEX RERUM

AUCTORE HERMANNO PABST.

Nomen si semel tantum in pagina occurrit, minori id numero significatum est; si bis vel saepius, minor numerus omittitur.

A.

B.

C.

D.

E.

F; *cfr.* V.

G.

I. *cfr.* Y.

K. *cfr.* C.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

U. *cfr.* Hu.

V. *cfr.* F, W.

W. *cfr.* V.

GLOSSARIUM

AUCTORE HERMANNO PABST.

Numeris maioribus paginae, minoribus lineae quinae indicantur.

adoamentum, servitium militare 373. 35.
affidare, fidem publicam dare 101. 15. 220. 35. 330. 45; data fide securum reddere 72. 15. 114. 30.
affranchare, liberare 268. 10.
alleviacio, Italis *alleviazione*, allevatio 106. 1.
amasius, *amasia*, amator, amata 561. 35. 677. 10.
ambasator, *ambasiator*, *ambasciator*, *ambaxator*, legatus 14. 25. 34. 35. 201. 1.
ammiratus 341. 20. 424. 10.
amoratus, amore captus 41. 1.
amphibologicus, amphibolus 144. 40.
amphium, herbae odoriferae species 46. 10.
amygdalatus, amygdalis conditus 385. 35.
andare, ire 266. 30.
anganellus, machina bellica 378. 50; v. *manganellus*.
angararius, angarialis 368. 1.
angustiare, in angustiis ponere 111. 35.
anxians, anxius 109. 10.
anziani, *anciani* 30. 31. 1.
appropio, appropinquo 452. 35.
aquistare, Italicis *acquistare*, acquirere 266. 20.
arenga, Gallis *harangue*, oratio 61. 15. 62. 40.
arengare, *rengare*, contionari 57. 10.
armerinus, Italis *ermellino*, pellis mustelae erminiae 46. 5. 53. 10.
arzer, agger 31. 5.
ascisiae, assisiae 340. 40. 341. 10.

asidratus, paralyticus 31. 25.

assoldare, mercede conducere 24.15. 29. 204. 15.

auctorizabilis, fide dignus 59. 5. 179. 40.

autenticare, auctoritate firmare 147. 30.

avere, res, possesssio 24.15. 25.40. 31.20.

babatum, solea ferrea 557. 25.

bacile, vas, pelvis 293. 50. 294. 1.

bagordare v. *burbudare*.

balatoria, Italis *ballatoio*, moenianum 243. 45.

baldacchinus, Italis *baldacchino*, pannus mirifice pictus 46. 5.

baldansa, Italis *baldanza*, alacritas 266.40.

ballare, saltare 12. 25.

ballistare, ballista percutere 214. 25.

ballivus, *balivus*, *ballius*, Italis *balio* 288. 10. 315. 40. 330. 331. 10.

bandera, *banderia*, Banner 22.40. 68.20. 77. 45. 214. 35, caterva 130. 1.

bandimentum, *bandum*, bannus 241. 25. 247. 35

bannire, *banire*, *bampnire*, banno percutere, expellere 17. 50. 29. 15. 31. 20.

barbacana, propugnaculum exterius 243. 10.

barile, dolium, amphora 242. 25. 265. 30.

baro 363. 40. 365. 40. 369. 10.

baronia 22. 20.

barra, Gallis *barre*, sepimentum 121. 30. 128. 10.

bastardus 14. 35.

bataha, Gallis *bailles*, munimenta castrorum 22. 15.

belfredus, *bilfredus*, Gallis *beffroy*, machina in modum excelsioris turris exstructa 9. 5. 12. 40. 26. 30. 43. 40. 90.

berroerii, militum genus 103. 25. 104. 45. 105. 122.

bidda, blida, machina bellica 378. 30.

binda, nobis Binde, fascia 108. 25.

bisantii, nummi aurei Graeci 418. 5.

bladum, Gallis *blé*, triticum 47. 30. 201. 5. 217. 35.

boyarus, princeps 671. 15.

bravium, praemium 603. 25.

brayda, ager suburbanus 215.

briga, pugna 220. 45.

britischa, munitio 243. 10.

broilum, *broletum*, hortus 15. 1. 21. 78. 10.

buccerius, *boccerius*, Gallis *boucher*, macellarius 366. 5. 369. 35.

burbudare, *bagordare*, nobis buhurdiren 12. 25. 297. 10.

burghus, suburbium 15. 20. 20. 29. 20.

burgenses, cives 63. 10. 67. 30.

bursicula, crumena 642. 30.

caga, scrinium 293. 10.

caldararius, is qui caldaria facit 366. 1.

calibosus, chalybeius 130. 15.

campanea, Italis *campagna*, campus planus 12. 45. 23. 35. 36. 30.

campanile 362. 10. 364. 25.

camphio, nobis Kämpe, pugnator 76. 35.

campsor, cambiator, nummularius 340. 35.

cancrizare, cancro similem esse 85. 30.

caneparius, custos arcae publicae 205. 25.

canipa, aerarium 81. 40.

canna, mensura, qua pannos metimur 265. 30. 366. 50. 367. 5.

cannapina, ager cannabe consitus 293. 10.

canonizare 350. 30.

capex, Gallis *chace*, capsa 658. 40.

capiro, cassis 64. 30.

capotaneria, capitanei munus 113. 20.

carcerati 88. 35.

carencia 615. 20.

caricare, onerare 253. 20.

caristia, *karistia*, *carestia*, annonae caritas 272. 35. 347. 35. 361. 40. 533. 20.

carnelevaris dies 259. 10.

carnisprivium 529.

carretta, Karre 9. 1.

carrocium 73. 5.

casale, gens 31. 15.

casamenta, casa, domus 13.

casaticum, praestatio pro casa 369. 35.

castaldus 349. 5.

castigamentum, castigatio 36. 1.

cathedrare, in cathedra collocare 377. 1.

cavalcata, expeditio equestris 272. 15.

cavalcator, *cavalchator*, eques 27. 20.

cavaler, Italis *cavaliere* 50. 20.

cavare, capere 21.

cazafustum, tormentum 110. 40.

cellerarius, cellarius 296. 10.

cendatum, Italis *zendado*, pannum 46 1. 71.

cerdo, cereus 234. 5.

ceroferarium, candelabrum 671. 15.

chamus, frenum 87. 15.

chelandrus, navis species 344. 45.

cibare, comedere 60. 40.

circumvolutio 170. 35.

ciro v. *ziro*.

citadancia, civitas 47. 35. 65. 25.

clavatura, Italis *chiavatura*, claustrum 109. 50.

clenodium 653 30.

clusa, retentio aquarum.

coadsistere, adiuvare 346. 15.

cocho, nobis *kocke*, navis magna 339. 20.

colta, tributum 47. 35.

comestabilis 302. 30.

comitiva, comites 10. 50. 13. 30. 16. 50.

communia; Zünfte 16. 20.

commandamentum, iussio 246. 20. 249. 20.

compagnia, societas 257. 318. 50. 364. 50.

compatriota 125. 30.

completorium, forum 220. 15.

comunantia, pactio 23. 40.

confalonerius, vexillifer, Bannerherr 20. 50. 107. 30.

confinare, exilio multare 28.

conostablus, comestabulus 77. 45.

conquistare, expugnare 24. 10.

conredum, procuratio, pastus 343. 35. 363. 40.

contrata, regio 57. 40. 62. 25. 216. 35.

conzatura, coriorum inspersio pulveris quercini 369. 30.

corethum, Polonis *korzecz*, modius 663. 1.

coscina, mensurae frumentariae species 316. 40.

cosinus, *cossius* 12. 45.

costis, ora maritima 254. 20.

cridare, publico banno edicere 11. 30.

cubatum, Italis *covile*, cavum, caverna 116. 45.

curialis, nobis *hövesch*, elegans 71. 5. 91. 50.

curialitas, elegantia 47. 25. 92. 25.

cursarius, pirata 335. 35.

cursus, Italis *corso*, curriculum 93. 25.

curtis, curia 9. 55.

dacium, *dachya*, Gallis *dace*, vectigal 47. 35. 202 40.

datalum, Dattel 46. 5.

datus, tessera 367. 35.

decapitare, capite plectere 14. 40. 74. 15. 76. 40.

decastellare, munitionibus privare.

decimare 523. 1.

demanium, Italis *domanio* 356. 50. 371. 433. 15.

demembrare 102. 5. 106. 5.

depauperacio 115. 45.

depauperare, pauperem reddere 102. 40. 115. 45. 296. 50.

dermones, naves 243. 45. 250. 25. 266. 15.

derubare, nobis berauben, spoliare 10. 25.

desconfire, perdere 20. 25. 15; cfr. *sconfire*.

desconfita, clades 19. 35.

devenire, Gallis *devenir*, werden 406. 15.

dextrarii, equi 48. 25. 340. 20. 357. 35.

dieta, iter unius diei 168. 1. 354. 25. 422. 1.

diffidare, extra fidem ponere 208. 5. 262. 45.

diffidatio 346. 20. 362. 30.

diffidentia, inimicitia 248. 10. 314. 45.

directura, drictum 247. 35.

dirimatum, Italis *dirimato*, sparsum 39. 5.

disbannire, banno percutere 262. 45.

discretus, Italis *discretto*, sapiens 91.

distemperantia, mala temperies 449. 30.

doana, *duana*, Italis *dogana*, Gallis *douane* 247. 40. 365. 10. 370. 45.

domicella, cubicularia 46. 1. 89. 10.

domicellus, cubicularius 99. 30. 101. 5.

dompnatio i. q. *dominatio*, Herrlichkeit 86. 40.

don, dominus 23. 15. 25.

dragonaria, Italis *dragone*, nimbus 96. 20.

electuarium, 367. 25.

enzignerus, rector 145. 5.

examitum v. *samita*.

excomiare 26. 25.

exculpacio, excusatio 65. 50.

excusu, excusatio 215. 5.

excusatorius, excusans 348. 50. 357. 5. 377. 5.

exeniare, dare, donare 302. 30.

exfortium, potentia, manus 230. 40. 330. 10. 333. 15. 350. 25.

exheredare, exstirpare 59. 10.

exitilii, extrinseci 231. 5.

extolium v. *stolium*.

extorsio 43. 20.

factoria, camera 17. 50.

faldestolium, *faldestorus*, thronus 294. 15. 453.

feltrum 120. 45.

ferlum 31. 30.

feudatarius, feudum tenens 348. 45.

feudum, *feodum* 363. 40.

fidancia, *fidantia*, Italis *fidanza*, nobis Sicherheit 74. 10. 262. 50. 265. 50.

fiera, mercatus 253. 20.

filaterima, fallaciae 138. 20.

floreni 219. 35. 271. 25.

fodrum, *fodorum*, *foderare* 287. 5. 292. 40. 347. 45. 348. 5. 369. 25; cfr. nostrum Futter.

foliarea 244. 40.

fondacus, *fundicus*, Italis *fondaco* 247. 45. 255. 30. 369. 30.

forbannitus, nobis verbannt 347. 20. 382. 20.

foriudicatus, nobis verurtheilt 382. 20.

foresta, Forst 301. 20.

fortalitium, *fortalicium*, munitio 219. 1. 662. 45.

fortia, *forza*, vis 23. 10. 24. 40. 33.

fossorium, sarculum 38. 40. 120. 30.

franchitia, immunitas, libertas 302. 35.

frascata, porticus 96. 15.

frenarius, qui frena facit 366. 1.

frisatus, Italis *frisato* 294. 10.

fullum, *fulugnum*, fullonica 21. 204. 35.

fundicus v. *fondacus*.

fustigare, fustibus caedere 272.15. 366.40. 367. 5; vastare 135. 35.

galiota 434. 10.

gariofolum, Italis *garofalo* 46. 10.

garritum, cautione assertum 16. 218. 45.

gattus, nobis Gatter, testudo 111. 167.

gay, *gaymi*, Polonis *gay*, silva 673.

germanus, consanguineus 77.

giro v. *ziro*.

glara, arena, amphitheatrum 8. 50.

grandinare, grandine obruere 122. 5.

granicierum 616. 5.

gratus, crates 108. 1.

grisea, Italis *grisetta*, pellis 46. 1.

grossus 215. 20.

guerra v. *werra*.

halla, porticus 672. 25.

harnesium, nobis Harnisch 352. 20.

herbaticum, Weidegeld 369. 30.

heremitarium, Einsiedelei 206. 10.

homagium, Gallis *hommage*, iuramentum feudale 384. 55.

hominium 246. 5. 418. 20.

hostis, expeditio 266. 40.

immediate 45. 1. 65. 45.

incarcerare, in vincula conicere 338. 10.

incastellare, in castellum redigere, munire 65. 10. 668 45.

inchoatio, initium 354. 20.

inconsutilis, non sutus 444. 40.

indicibilis 660. 30.

indifferens 177. 10.

infermentum, munitio 420. 45.

infeudatus, feudum tenens 345.40. 350.25. 376. 1. 378 35.

infiscare, confiscare 377.

infrontuosus, impudens 126. 15.

infugare, fugare 254. 40. 258. 15.

ingenia, machinae 378. 50.

ingolare, arthritide percutere 31. 25.

insignum signum, insignia 86. 15. 120. 25.

installare 219. 40.

iudeca, Judenschaft 365. 15.

iura, coniuratio, foedus iuramento firmatum 216. 45

laubia, *lobia*, nobis Laube, porticus 28.15. 96. 15.

legatarius, legatus 522. 30.

licenciare, dimittere 40.25. 62.20. 298.20. 383. 25.

liga, coniunctio 17. 15. 234. 10.

liggius homo, Gallis *lige* 406. 408. 25.

lormerius, Riemenarbeiter 366. 1.

macellare, mactare 104. 35.

macelator, macellarius 209. 20.

maioritas, maior numerus 324. 40.

maliloquus, maliloquax 107. 15.

mangana 10. 30. 14. 1.

manganare 14. 1.

manganellus, machina bellica 316. 50.

mantalura, mantellum 53. 15.

manualiter, im Handgemenge 44. 5.

manuterium, candelabri species ad formam manus 209. 15.

marchese, *marchesus*, marchio 24. 15. 226. 1.

marchexani 49. 15; *marchexatus* 45. 10. 47. 1. 75. 30.

mareschalcus 25. 5. 130. 30. 325. 15.

martellus, malleus 25. 50.

masnada, caterva militaris 39. 40. 40. 146. 1. 326. 20.

massarius, Meier 207. 5.

maumeria, Moschee 361. 45.

melegeta, floris species 46. 10.

merlus, pinna 96. 15; *merlare*, pinnis cingere 22. 20. 26. 30.

messaticia 246. 30.

milicia, equites 83. 1.

minorificare, minuere 325. 15.

mira, specula 122. 40.

mocte, motio 23. 15.

monachatus, vita monachorum 316. 10.

morella, sudes 257. 10.

mundificare, mundare 50. 15.

murare, muris circumdare 26,55. 45.40. 109. 50.

muscatum 46. 5.

musidium, opus musivum 435. 25.

nepos, consobrinus 53. 20.

nichilare, adnihilare 145. 20.

nictimene 142. 15.

notorius, notus 68. 40. 130. 40.

obedientiae, possessiones 344. 15.

obrizum, aurum splendidum 515. 40.

ontia, Italis *onta*, Gallis *honte*, dedecus 231. 30.

ordinamentum, ordo 94. 35. 135. 5. 242. 10. 249. 25.

orphanare, orphanum reddere 118. 10.

oxigonum, ferrum aculeatum 557. 20. 656. 40.

oxizuccaris, Sauerzucker 385. 30.

paisare, rusticare 40. 10. 71. 15; cfr. Gallicum *pays*.

palafredus, equus 64. 30. 66. 25.

panzeria, nobis Panzer, thorax 122 35.

paramenta, paratio 106. 108. 1.

parlamentum, contio 14. 25. 245. 5.

passagium, via 344. 349. 45. 363. 40.

patrienses, incolae 513.45. 514.25. 519. 1. 521. 20.

pergirare, percurrere 513. 10.

pergula, Italis *pergola*, vitis 214. 5.

perla, nobis Perle, margarita 675. 45.

pertinentia 372. 20.

petia, Italis *pezzo*, agri modus 295. 45.

pitellum 385. 35.

plaidus 257. 10.

planeta, vestis sacerdotalis 294. 10.

plattae naves 241. 25.

pluviale, vestis episcopalis 227. 25.

ponderare, onerare 108. 1.

ponticellum, ponticulus 12. 25.

posse, facultas 63. 5. 85. 5.

posterula, *pusterula*, *pusternula*, Italis *postierla* 200. 1. 271. 55. 352. 20.

potestare, potestatem esse 47. 25.

potestaria, munus potestatis 47. 40. 48. 45.

practicari, artem exercere 367. 15.

prebenda 435. 30.

praebendarii 203.

preconceptum 59. 1.

praeconizare, praeconari 206. 5.

prederia, machina bellica 43. 90. 5.

prexonerius, Italis *prigioniero*, captivus 133. 20.

processionaliter 205. 35.

procura, procuratio 328. 15.

procuraliter 105. 45.

procuratia, procuratio, exceptio domini per vasallum 346. 50.

proditorie 325. 20.

prognosticare, praesagire 45. 25. 85. 35. 117. 15.

prophetizare, prophetare 107. 15.

Provendienses, *Provenienses*, Provencer Pfunde 288. 15.

psauma, sauma 313. 1. 316. 40.

pungitivus 129. 15.

quadrella, quadra 12. 30.

quarterium, Quartier 30. 42. 40.

quaternus, quaternio 225. 35.

raubaria, Räuberei 46. 25; v. *derubare*, *robba*.

raserium, Gallis *rasiere*, mensura annonaria 271. 15.

ratificare, ratum reddere 673. 35.

ratio, ius 31. 5. 36. 20.

recessus, fuga 76. 35.

recordum, memoria 347. 25.

rectificare, in rectum statum reformare 143. 20.

rectoria, regentium munus 374. 45.

refectorium 297. 15.

rehabere 118. 25.

rengare v. *arengare*.

reoffendo 333. 30.

repetare, repetere 234. 45.

residencia, mora 132. 25.

retrogracidare, retrogradi, consilium mutare.

ribaldi, velites, calones 110. 25.

ricella, ricula, Schleier 46. 5.

lu rindu, regnum 267. 25.

riviera, ripa 90. 30. 253. 15.

robba, Italis *roba*, res 288. 5. 300. 45.

roca, *rocha*, turris 13.

roncinus, Gallis *roncin*, equus minor 130. 30. 197. 5. 260. 45.

rosta, septum 116. 117. 15.

rota, Gallis *route*, via 108. 45.

rubbus, Italis *rubbio*, modius 347. 35.

ruptura, ruptio 344. 5.

sacrista, Sakristan 233.

sacristia, Sakristei 209. 15.

sagettia, sagitta, navis 245. 25.

sala, nobis Saal 133. 336. 35.

salegatia, *salesatura*, *salesare*, vias pavimentis munire 21. 20. 202. 35.

salippuh 268. 1.

samita, *examitum*, pannus holosericus, Sammet 46. 5. 336. 40.

sanguipetus, sanguinem petens 588. 15.

sarcotum, amiculum 84. 40.

sardellum 369. 40.

sarracenati, moneta Saracenorum 336.

saraceniscum, gens Saracenorum 345. 35.

sauma 369. 35.

saumerius, equus clitellarius 354. 5. 363. 40.

scaccorum ludus, Schach 257. 15.

scarlattus, *scarletum*, Scharlach 46. 5. 233. 1.

sciroppus, Syrup 367. 25.

scolteccia, munus sculteti, villa 672. 5.

sconficere, *sconfire* 266. 35. 267. 25; v. *desconfire*.

sconfitta, clades 80. 35; v. *desconfitta*.

scorta, Gallis *escorte* 81. 15.

scova, liberatio 23. 45.

sellarius, is, qui sellas facit 366.

semotim, semote 330. 1.

seneschalcus, *soneschalcus*, *sescalcus* 100. 40. 202. 10. 314. 10.

sentenciare, sententiam dicere 82. 40. 91. 35. 199. 10.

ser, Herr 231. 30.

serra, mons 343. 20.

serrare, claudere 247. 50.

smalta 381. 35.

sociare, sequi 44. 50.

sofferana, sophrana, Saffran 293. 50. 297. 5.
solacium, gaudium 40. 15. 41. 1. 44. 35.
soldati, mercede conducti, milites 15. 5.
soldus, Sold 65. 10. 74. 1. 110. 25.
spalda, fossa 81. 30. 84. 5. 108. 109. 5.
spallatura, humerus laxatus 97. 1.
sparwerius, nobis Sperber, accipiter 88. 15. 120. 10.
spatula, Gallis *épaule,* humerus, costa 196. 35.
spio, Spion 72. 15. 106. 20.
starius, sextarius 233. 45.
stolium, extolium, expeditio 287. 313.25.
strabula, vestis femoralis 196. 35.
strata, Straße 21. 20. 64. 15. 107. 10. 205. 15.
strikem, nobis Strick, funis 656. 15.
stuba, nobis Stube, conclave, domus 532. 20. 671.
stupificare, stuporem movere, inicere 314. 45.
sturnellus, sturnus novellus 128. 40.
subtilizare, sapere 45. 20. 127. 30.
suprastantes, praefecti 83.
surcum, frugis genus, targus 200.
sycla, Italis *zecca,* officina monetaria 365. 30.
talavicius, clipeus 108. 40.
talia potentia, sicheres Geleit 25. 45.
talia, pars 27. 25.
talleae, Gallis *taille* 344. 5. 362. 25.
tenimentum, possessio 297. 35. 299. 30. 354. 418. 20.
tenuta, possessio 228. 45. 272. 1. 684. 10.
timorosus, timidus 88. 5. 115. 10.
tortellum, Italis *tortello, tortelletta,* placentum 46. 5.
torterella 45. 35.
toxicatus 46. 10.
trabucha, trebucellum, machina bellica 65. 25. 84. 90. 5; *trabucantia hedificia* 90. 5.
tradimentum, traditio 113. 25.
trainare, tranare, Gallis *trainer* 14. 101. 5.
transalpinare, Alpes transgredi 335. 5. 374. 5.
transvadari, vadum transire 115. 10.
travacha, tabernaculum 119. 40.
treugae, treuguae, treuvae, treuwae, trevae 45. 35. 354. 55.
tualla, mappa 293. 50. 294.
tuminus, mensurae species 364. 10. 369.
turcimanuus, Dragoman, interpres 337. 1.
tyrannia, tyrannis 113. 10.
ultramontani, qui ultra montes (Alpes) habitant 363. 20. 364. 1.
varda, guardia, custodia 209. 1.
vascellum, Italis *vasciello,* navis 348. 10. 354. 10.
vavasores 24. 27. 45.
veglus, vetulus 100. 45.
vermileius, roseus 31. 1.
victualium, res frumentaria 347. 40. 369. 35.
virtus, vis 63. 5.
vituperium, vituperatio, ignominia 112. 45.
wadiare, guadiare, uxorem ducere 89.
waldana, caterva 61. 15. 73. 40.
walenga, fustis 64. 5.
warnimentum, guarnimentum, exercitus 41. 42. 10. 244. 30. 366. 5.
warnacia, amiculum 84. 45.
werra, guerra, verra, bellum 36. 1. 40. 5.
zafo, satelles 128. 10.
za za!, ecce 50. 20.
ziro, ciro, giro, turris 12. 30. 83. 113.
zopus, Italis *zoppo,* claudus 31. 30.
zuccarum, saccharum 385. 20.

ADDENDA.

Ad pag. 510. 43. Chesnii editionem Londini a. 1783, et iterum a. 1807 cum aliis quinque historiae Normannicae scriptoribus, Franciscus Maseres in Monumentis Historiae Anglicanae circa tempus conquestus selectis repetiit. P.

CORRIGENDA.

Pag. 543. 43 *loco* IV. *lege* XIV.

Pag. 555. 18 *legendum est:* proprie gentis seu patrie commendacionem.

In Annalibus Terrae Prussicae Ernestus Strehlke v. d. hasce coniecturas instituit: *p.* 691. 40 Rensin contra Swantopulcum, et; *p.* 692. 17 *pro* crinibus *coniecit Strehlke:* crucibus; *lin.* 18 *pro* Sindemth *legendum est* Svidenitz, *secundum Detmarum Lubicensem; l.* 23 *pro* cum fratre Conrado *legunt Annales Thorunenses:* eam fere totaliter; *l.* 26 *emendandum est* Samaitarum; *l.* 36 *legit Strehlke:* ei duo castra. ARNDT.

HANNOVERAE . DIE . VIII . MARTII . ANNI . MDCCCLXVI.
TYPIS . CVLEMANNORVM.

